QK97
.W3
t.5
c.2


THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY

LIBRARY

SYNOPSIS
PLANTARUM EXOGENEARUM DIALY-PETALARUM
OMNIUM

INDE AB ANNO MDCCCXLIII. DETECTARUM,

EXHIBENS

SUPPLEMENTUM TERTIUM
AD ORDINES XCVI PRIORES VEGETABILIUM

IN

PRODROMO CANDOLLEANO

DESCRIPTORUM.

AUCTORE

GUILIELMO GERARDO WALPERS,

PHILOSOPHIAE DOCTORE,

ACADEMIAE CAESAREAE LEOPOLDINAE CAROLINAE NATURAE CURIOSORUM,
SOCIETATIS REGIAE BAVARICAE BOTANICAE RATISBONENSIS SOCIO.

LIPSIAE,

SUMTIBUS FRIDERICI HOFMEISTER.

1845—46.

REPERTORIUM

BOTANICES SYSTEMATICAE.

AUCTORE

GUILIELMO GERARDO WALPERS.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

TOMUS V.

LIPSIAE.

SUMTIBUS FRIDERICI HOFMEISTER.

1845—46.

QK47
.W3
t.5
c.2

F. L. DE SCHLECHTENDAL

ET

G. KUNZE

VIRIS

SAGACITATE, DOCTRINA ET HUMANITATE

EXIMIIS

GRATISSIMO ANIMO.

Lecturis salutem!

Non paucos futuros esse existimo, qui valde mirentur, quod quintum hunc **Repertorii botanices systematicae** tomum ediderim, antequam quartum ejusdem operis tomum jam praecedente anno inceptum ad finem perduxerim, atque eo magis fortasse mirabuntur lectores, quod huncce tomum editurus iterum aliud consilium in enumerandis novis plantarum generibus ac speciebus secutus sim, postquam in tomo tertio et quarti fasciculo primo prorsus aliam operis perficiendi viam ac rationem indicavi. Tum apud me statueram, ut omnia plantarum genera ac species, quorum ***Candolle*** in *Prodromo systematis naturalis vegetabilium* nullam fecit mentionem, ad ordines suos referrem, descriptionibus illustrarem iconumque meliorum citata adderem. Ejusmodi *Synopsin* ad modum *Enchiridii* a ***Persoonio*** ante multos annos editi, e scriptis botanicorum ad novissima tempora usque editis elaboratam omnibus botanicis gratissimam atque exoptatissimam futuram esse, optimo jure speravi,

AUG 7 192

propterea quod *Prodromus* a **Candolleo** quondam inceptus, — quantum conjicere licet — multo tantummodo temporis spatio interjecto ad finem perduci posse videatur. Quod consilium ut persequerer, plures amicos jam dudum invitaveram, ut majores plantarum ordines elaborarent et me collectanea mea cum illis communicaturum libenter promiseram.

Etenim his viris doctissimis auxiliantibus certo credideram, me intra triennium ad ordines plantarum cellularium provecturum esse. Quae spes me prorsus fefellit. Nam omnes — pro dolor! — doctissimi illi amici, qui, ut me conjunctis viribus adjuvarent humanissime rogati, auxilium suum lubentissime promiserant, promissis suis non steterunt, atque adeo literas meas exhortatorias omnino neglexerunt et ne responsum quidem dederunt. Quo infelicissimo rerum statu in tantas angustias me adduci oportuit, ut tomum quartum fasciculo ejus primo absoluto ad finem perducere omnino nequirem. Mox enim pro comperto habebam, hujusmodi *Synopsin* plantarum intra triennium elaborandam mihi soli nimis arduam futuram esse. Inter omnes autem satis constat, Synopsin, qua enumerentur et breviter describantur omnes ordines, genera et species vegetabilium illorum, quorum **Candolle** nullam hucusque fecit mentionem, ea tantummodo conditione gratam et optabilem futuram esse, si quam celerrime perficiatur. Praeterea complures botanici, quos simulata morum elegantium specie deceptus amicis meis credulus adscripseram susceptisque meis fautores credideram, in continuando Repertorio mihi pro viribus suis obstiterunt et nunc quoque obstant difficultatesque

multas excitarunt, quas superare non potui. Vix credideritis, Lectores benevoli, viros illos doctissimos, quorum humanitas et liberalitas ex honoribus suis publicis praesumenda et expetenda esse videretur, tam humilis esse pectoris animique tam pusilli, ut susceptum meum utilissimum et ab omnibus comprobatum prohibere conarentur. Tantum autem abest, ut in posterum quoque eorum nomina sileam, ut nominatim illos deinceps commemoraturus sim, si fortasse mihi Repertorium edenti etiam in posterum malignitate sua impedimento esse non desinunt. Mihi adhuc sufficiat, verba Sanctissimi ***Augustini*** illis in memoriam revocasse:

Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis!

Hisce difficultatibus deterritus jam apud me statueram, ut Repertorium non amplius continuarem, sed bibliopolae desiderio commotus, cui opus non exiguis impensis inceptum qualicunque modo ad finem perducendum videbatur, hoc propositum dereliqui. Etenim ipse quoque mox intellexi, libri mei tomos priores jam paucis annis interjectis magna ex parte non amplius idoneos futuros esse, qui botanices systematicae statum hodiernum repraesentarent, nisi continuis supplementis amplificarentur.

Quibus causis adductus consilium illud rejeci et Repertorii edendi rationem potius iterum commode mutare quam prorsus abjicere malui. Si vero hoc consilio cogi videbar, quartum tomum fasciculo decimo sexto inceptum in posterum perficiendum reponere, ex inopinato mihi evenit, ut ad finem ille perduci possit monographia *Orchidearum* recipienda,

quam **Gustavus Reichenbach** fil. amplissimis plantarum siccarum collectionibus et virorum clarissimorum consiliis adjutus jam per plures annos felicissimo cum successu et magna cum assiduitate elaborat. Disquisitiones vero illius in *Orchidearum* genera ac species institutae jam eo provectae sunt, ut post paucos abhinc menses ejus monographon typis queat exprimi.

Inde ab anno 1843, quo Repertorii tomus secundus absolutus est, quo perficiebatur Supplementum ad *Prodromi Candolleani* partes septem priores, novarum plantarum genera ac species plurima in omnibus fere terrarum plagis reperta sunt a botanicis viatoribus, ut e collectaneis meis duo iterum Repertorii volumina componenda esse videantur. In edendis Repertorii voluminibus duobus prioribus omnia a *Ranunculaceis* ad *Gesneriaceas* usque nova plantarum genera et species in botanicorum recentiorum libris descripta, quae in *Prodromo* non commemorata vel iconibus iterum illustrata sunt, ad normam a **St. Endlicher** in *Generibus plantarum* datam enumerare mecum statui. Satis enim mihi persuasum erat, *Genera plantarum* a **St. Endlicher** edita in bibliotheca nullius certe botanici frustra esse quaerenda illumque ipsum, quae iterum iterumque promisit Supplementa, quibus exhiberentur characteres generum novorum aliisve limitibus circumscriptorum, quotannis esse editurum. Neque unquam dubitaveram, **Meisnerum** quoque ad *Genera* sua *plantarum vascularium* hinc inde additurum esse Supplementum, quamvis singula plantarum vascularium genera ad characterum rationem dichotomam adeoque incommodam

recensuerit, ut genera nova vel omissa vix loco suo ãddi posse viderentur. Tres anni ex illo tempore praeterlapsi sunt, quo Genera illa plantarum perficiebantur, neutrumque illorum auctorum Supplementum ad hunc diem edidisse dolemus. Propterea me non erraturum credo, si in continuando meo Repertorio — a ***St. Endlicher*** aeque ac a ***Meisner*** fere omnino neglecto — illorum opera pro absolutis nec additamentis in posterum edendis supplendis habebo. Sed quum illa opera se invicem suppleant (mirumque etiam in modum falsis citatis aliisque peccatis in utroque eorum corrigendis inter se congruant) et pro eximia sua utilitate per omnes populorum eruditorum terras adeo divulgata sint, ut certo sperare possem, alterutrum illorum librorum cuicunque botanico semper in promptu esse, in edendis hocce et sequentibus Repertorii mei voluminibus utraque illa *Genera plantarum* sequi supplementisque amplificare statui mihique proposui omnium illorum ordinum et plantarum generum characteres addere in alterutro isto libro deficientium vel utroque isto ad finem perducto detectorum novisve limitibus denuo circumscriptorum. Quod consilium mihi utilissimum visum in quinto hoc Repertorii tomo secutus sum, quo Supplementum inciperem ad *Genera plantarum* et ad illa a ***St. Endlicher***, et ad ea a ***Meisner*** quondam elaborata. Non pauci quidem botanici jam antehac literis me excitaverant, ut omnium illorum generum characteres in Repertorium repeterem, quorum nullam in *Prodromo* Candolleano reperire possemus descriptionem, quamvis in ***Meisneri*** vel ***Endlicheri*** Generibus plantarum describerentur. Etenim

hacce tantummodo ratione adhibita opus a me edendum pro vero et completo ad Prodromum existimandum foret Supplemento. Quod consilium si jam inde a primo Repertorii fasciculo hucusque strenue secutus essem, fortasse collaudandum fuisse videretur! Nolui autem librum a me edendum temere amplificare omnesque inimicitiarum causas caute vitare malui. Nihilo tamen secius illud consilium certo persecutus essem, si tunc mihi persuasum fuisset, neque ***Endlicherum*** neque ***Meisnerum*** *Genera plantarum* a se edita certis quibusdam temporis intervallis continuaturos esse. In quinto autem hoc sequentibusque libri mei tomis omnium illorum generum characteres addere non utile duxi propterea, quod facile reperirentur in alterutro illorum operum, quae in omnium botanicorum bibliothecis certo praesumenda esse jam supra exposui. Novas plantarum species in prioribus duobus Repertorii voluminibus addita tantummodo brevi auctoris diagnosi recensueram, omnes singulas species, quas ad propria genera constituenda dignas crediderunt botanici, nomine tantummodo commemoraveram omniaque illa signa, quo brevior essem, omiseram, quibus singulorum vegetabilium duratio indicaretur. In quinto autem hoc Repertorii tomo plerisque novis plantarum speciebus praeter diagnosin ab auctoribus datam pauca quaedam verba addidi, quibus describerentur, earumque specierum, quas in libris vel rarissimis vel pretiosissimis recensitas inveni, descriptiones saepe integras addidi, quum diagnosis saepissime paucis tantummodo verbis composita obscuram et mutabilem non raro lectori praebeat imaginem plantae describendae.

Caeterum illis speciebus singulis, quae proprium genus constituunt, largiores plerumque addidi descriptiones, nam e solis characteribus genericis, qui desumti sunt ab organis sexualibus, species aliqua accurate determinari nequit neque dijudicari potest, utrum generis cujusdam e singula specie exstructi altera fortasse in promptu sit species necne. Jam inde a tertio tomo singulis speciebus durationis signa addidi, quamquam fateor, me fortasse non raro in errores incidisse difficile vitandos, quum in plantis novis ad fragmenta solummodo saepe describendis illarum durationem florumque colorem auctores haud raro consulto negligant.

Quod *Malpighiacearum* monographiam auctore ***Adr. de Jussieu*** integram in hunc tomum recepi adjectis suo loco paucis quibusdam speciebus novis, id omnibus gratissimum futurum esse non dubito, proptereaque etiam pag. 149 tabulam lapidi incisam receptavi *Malpighiacearum* genera secundum affinitates naturales digesta exhibentem. Addenda et corrigenda a ***G. Bentham*** ad *Mimosearum* synopsin ab eodem elaboratam in ***Hookeri*** London journal of botany Vol. V. fascic. II. pag. 77—108 data in manus meas sero pervenerunt, quam quae suo loco addi possent. Sufficiat igitur me Lectores benevolos illius Supplementi in posterum aliquando in Repertorium recipiendi certiores fecisse.

Eadem ratione, qua hoc quintum, etiam reliqua in posterum Repertorii volumina elaborabo opereque integro perfecto continuum dabo supplementum quotannis edendum, quo cohibeantur nova plantarum genera et species inde ab hoc supplemento in botanicorum scriptis enumerata.

Si paullo supra de inimicitiis a paucis quibusdam viris mihi illatis deplorabam, illos contra omnes summis laudibus celebrare gratissimoque commemorare animo par est, quos mihi amicos susceptisque meis fautores esse lactor. Gratissime enim profiteor, plerosque botanicos summa cum humanitate mihi libris, consilio et plantis siccis auxilio fuisse, quandocunque a me rogati sint. His autem praecipue auxiliantibus effectum est, ut libri mei continuandi consilio nondum abdicassem.

Prae caeteris autem omnibus eximiam et profecto singularem humanitatem grato necesse est iterum agnoscam animo, qua vir longe excellentissimus ***Dr. Eichhorn,*** rerum ecclesiasticarum et ad eruditionem publicam spectantium supremus in Borussia Minister, me publicis impensis hucusque sublevavit, nec minoris aestimandus erit inclytus noster ***H. F. Link,*** qui pro amabili sua humanitate et benevolentia numquam languescente amplissimam suam bibliothecam perscrutandam mihi numquam denegavit.

Valeant qui mihi favent.

Scribebam *Berolini,* Idibus Martiis
MDCCCXLVI.

Dr. G. Walpers.

REPERTORIUM
BOTANICES SYSTEMATICAE.

TOMUS V.

Relata refero.
Tacit.

Ordo I. RANUNCULACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 3. II. 737. — Endl. Gener. plant. p. 843. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 1. II. 1.)

Tribus I. *CLEMATIDEAE* DC. Syst. 131.

4768. CLEMATIS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 2. II. 737.)

1. CL. *(Flammula)* MEYENIANA Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. natur. curios. XIX. Suppl. I. 297. — Erecta scandens: foliis trifoliatis, foliolis cordatis acuminatis subcoriaceis glaberrimis nitidis integerrimis trinerviis, petiolis cirrhiformibus; paniculis axillaribus folio brevioribus paucifloris; sepalis stamina aequantibus, margine lanato-ciliatis, extus rufis, intus albis lanceolatis acutis. ♄☋ — Foliola 3–3¼-pollicaria, 2 poll. lata, cordata acuminata. — Crescit in China ad Cast Sing-moor.
2. CL. STANLEYI Hook. Icon. plant. t. 569. — Erecta fruticosa, undique sericeo-tomentosa: foliis tripinnatisectis, laciniis oblongis acutis; panicula terminali foliosa; floribus nutantibus maximis; sepalis obcordato-rotundis, utrinque sericeis; staminibus numerosissimis; ovariis sericeis; carpellis elongato-plumoso-caudatis sericeis. ♄ — Crescit in Africa australi interiori ad Malacisberg.
3. CL. LINEARIFOLIA Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 262. † — Caule scandente striato angulato, ad nodos praesertim piloso; foliis longe petiolatis biternatis, foliolis linearibus sublanceolatis, basi pilosulis uninerviis; floribus dioicis umbellatis axillaribus; pedicellis folio brevioribus trifloris cum flore intermedio; bracteis ad basin umbellulae lanceolatis sepalisque piloso-sericeis. ♄☋ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis sylvae Pointevater et insulae Rotenest.
4. CL. DISCOLOR Steudel l. c. † — Caule scandente striato angulato, ad internodia pubescente; foliis longe petiolatis ternatis, foliolis petiolulatis ovatis nervosis glabris integerrimis, subtus glaucis; floribus axillaribus paniculatis dioicis, petiolo communi pedunculo breviore pedicellisque sericeo-pilosis. ♄☋ — Crescit in Nova Hollandia locis calculosis in sylva Halfwayhouse.
5. CL. COGNATA Steudel l. c. 263. — Caule scandente glaberrimo angulato-striato; foliis ternatis petiolatis, foliolis petiolulatis ovatis vel ovato-oblongis coriaceis glabris obscure nervosis; floribus paniculatis axillaribus; paniculis folio brevioribus; carpellis ovato-lanceolatis pubescentibus, caudis elongatis longe pilosis. ♄☋ — Crescit in Nova Hollandia in littore arenoso sinus Middletowsbay in ditione Plantagenet.
6. CL. ZANZIBARENSIS Loudon, Hort. Britannic. 228. — Foliis pinnatis, foliolis ovatis acuminatis membranaceis integris vel trilobis, petiolis contortis. ♄☋ — Foliola quinque, margine, nervis petiolisque pilosis. — Crescit in insula Zanzibar.

7. *Cl. CIRRHOSA Linn. Spec. plant. 766. — DC. l. c. 9. no. 77. — Moris, Flor. Sardoa I. 23. — *Cl. polymorpha* Viv. Flor. Corsic. 9. — Wlprs. l. c. I. 3. no. 1.
8. *Cl. MONTANA Hamilt. mss. ex DC. Prodr. I. 9. — Wall. Plant. Asiat. rarior. III. 12. t. 217. — Lindl. Bot. Reg. 1840. t. 53. — *Cl. anemoniflora* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 192., var. *grandiflora* Hook. Bot. Magaz. t. 4061.

Tribus II. *ANEMONEAE* DC.

4772. **THALICTRUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 11. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 10. II. 737.)

1. *Th. CLAVATUM DC. Syst. veget. I. 171. et Prodr. I. 11. — Hook. Lond. journ. of bot. I. 223. — *Th. filipes* Torr. et Gr. Flor. N. Am. I. 38. — Wlprs. l. c. I. 13. no. 38.

4773. **ANEMONE** *Linn.*

(Pritzel in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 14. II. 738.)

1. A. JAMESONII Hook. Icon. plant. t. 670. — Subsericeo-hirsuta: radice repente; foliis omnibus radicalibus longissime petiolatis triternatim sectis, segmentis primariis longe secundariisque breviter petiolulatis, ultimis cuneatis bi-trifidis, lobis acutis, involucri foliolis petiolatis triternatim sectis, segmentis oblongis obtusiusculis, superne latioribus; pedicellis binis; sepalis 5 ovalibus obtusis, extus medio piloso-sericeis; capitulo carpellorum globoso glabro, carpellis ovatis, stylo subulato apice uncinato terminatis. ♃ — Affinis *A. triternatae* (cf. Repert. I. 22.) — Crescit in monte Pillzum in Andibus El Equador elevatione 12000 pedum.
2. *A. OBTUSILOBA D. Don, Prodr. fl. Nepal. 194. — G. A. Pritzel in Wlprs. l. c. I. 29. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 65. — *Anemone Govaniana* Wall. Catal. 4688. et in Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. Pl. miscell. no. 59.
3. *A. RIVULARIS Hamilt. — Pritzel l. c. I. 29. no. 61. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 8.

4778. **ADONIS** *Dill.*

(DC. Prodr. I. 23. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 32.)

1. A. FULGENS Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 30. — Caule angulato-striato subramoso glabro; foliis caulinis sessilibus septempartitis, laciniis bipinnatifidis, lacinulis linearibus acutis; floribus magnis longe pedunculatis, pedunculis striatis; sepalis 3 subcoloratis quam petala pollicaria obtusissima striata obscure coccinea brevioribus; carpellis longiuscule recteque rostratis. ☉? — Crescit prope Diarbekir.

Tribus III. *RANUNCULEAE* DC.

4782. **CASALEA** *St. Hil.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 33.)

1. *C. FICARIAEFOLIA St. Hil. Flor. Brasil. merid. I. 10. — Wlprs. l. c. no. 3. — *γ. pusilla* Wlprs. Nov. act. acad. Leopold. Carol. natur. curios. XIX. Supplem. I. 298. — Foliis ovato-cordatis succulentis parvis, petiolis late vaginantibus; pedunculis unifloris. — Crescit in Peruvia ad lacum Titicacensem.

4783. **RANUNCULUS** *Hall.*

(DC. Prodr. I. 26. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 33. II. 738.)

1. *R. BALBISII Moris, Flor. Sardoa I. 40. t. 1. — *R. cymbalariaefolius* Moris, Stirp. Sard. elench. I. 2. — Wlprs. l. c. I. 35. no. 19.
2. R. LORENTII Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 30. — Caule striato ramoso polyantho foliisque sparse pilosulis; foliis caulinis ternatis, inferioribus petiolatis, superioribus pinnatifidis, laciniis incisis, lacinulis sublinearibus acutis; foliis superioribus 3-5-partitis, laciniis linearibus integris; floribus parvis; pedunculis monanthis sulcatis longis oppositifoliis; sepalis reflexis; carpellis capitulum globosum efficientibus lineari-compressis, utrinque breviter muricellatis, margine latiusculo in acumen falciforme excurrente. ☉? — Valde affinis *R. lomatocarpo* Fisch. et Mey. — Crescit prope Diarbekir.

3. **R. ORTHOPHYTUS** Delile, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 89. — Radicibus teretibus, ex ambitu caudicis perpendicularis cylindracei succisi productis; foliis pinnati-partitis, lobis 3–4-jugis cum impari, dentato-trifidis, petiolis membranaceis; caule subnullo in pedunculos unifloros folia non superantes diviso. ⊙? — *R. tenuirostris* Steudel, Flora XXVII. I. 97. — Crescit in Abyssiniae monte Silke.

4. **R. STENOPETALUS** Hook. Icon. plantar. t. 677. — Humilis dense caespitosus glaberrimus: foliis omnibus radicalibus longe petiolatis cordatis ternatim sectis, lobis foliolisve lateralibus ovatis integris vel inaequaliter bifidis, intermedio ob-ovato-cuneato integerrimo vel tridentato, dentibus segmentisque obtusis; scapis folio brevioribus; sepalis 5 rotundato-ellipticis concavis; petalis 5 lineari-lanceolatis prope medium nectariferis. ♃ — Affinis *R. biternato* et *acauli*. — Crescit in Chili australi ad sinum Valdiviensem.

5. **R. DISCOLOR** Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I 263. † — Caule erecto dichotomo, basi petiolisque patentim pilosissimis, apice subglabro; foliis patenti-villosis trisectis, subtus albescentibus, segmentis lateralibus brevius (medio longius) petiolulatis tri- (rarius bi-)partitis, laciniis inciso-dentatis, summis linearibus; calycibus reflexis; carpellis glabris obliquis marginatis, stylo acuminato terminatis. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae arenosis prope Perth.

6. **R. NIVICOLA** Hook. Icon. plant. t. 571. 572. — Caulescens pilisque longis hirsutus: foliis radicalibus longissime petiolatis reniformi-cordatis 3–5-lobis, lobis late cuneatis inciso-crenatis, caulinis perpaucis breviter petiolatis, summis sessilibus linearibus vel 3-multifidis, laciniis angustis; panicula terminali; sepalis 5 late lanceolatis adpressis; petalis 12–15 cuneatis lineatis retusis; capitulis fructiferis ovato-globosis; stylis ovarium subaequantibus subulatis, apice uncinatis. ⊙? ♃? — Crescit in Nova Zeelandia ad nives perennes in monte Egmont.

7. **R. MACROPUS** Hook. fil. Icon. plantar. t. 634. — Caule elongato erecto gracili glaberrimo parce ramoso; foliis longissime petiolatis flabelliformibus ternatis, foliolis cuneatis profunde 2–3-partitis, segmentis apice crenato-dentatis; pedunculis oppositifoliis elongatis erectis unifloris; sepalis 5 obovatis petala conformia suberecta duplo superantibus; staminibus paucis; carpellis glaberrimis ovatis in stylum elongatum subrecurvum sensim attenuatis. ♃ — Herba pedalis subramosa, petioli foliorum radicalium 8–10-pollicares, basi incrassati, foliorum lamina ¾-pollicaris, 2½–3 poll. lata, circumscriptione reniformis. Flores parvi. — Crescit in Nova Zeelandia.

8. **R. PINGUIS** Hook. fil. Bot. of Ereb. and Terror 3. † t. 1. — Acaulis pilosus carnosus: foliis omnibus radicalibus longe petiolatis reniformi-rotundatis crenato-lobatis, petiolis basi late vaginantibus; scapis crassis nudis vel 1–2-bracteatis folia aequantibus unifloris; sepalis 5–8 calyce brevioribus obovato-cuneatis vel linearibus; nectariis 3 vel quandoque nullis vel obsoletis; carpellis numerosissimis in capitulum globosum arcte congestis vix compressis, utrinque subalatis dorsoque carinatis, stylo recto valido bialato, apice saepe uncinato terminatis. ♃
   β. pilosus: minor, petiolis, foliis, scapis calycibusque magis pilosis: petalis linearibus, sepalis ⅓ brevioribus; nectariis tribus valde distinctis.
   γ. rhombifolius: minor, foliis subrotundo-rhombeis 3–5-fidis, segmentis subacutis crenato-dentatis vel integris. — Crescit in montibus insularum Aucklandicarum.

9. **R. ACAULIS** Bnks. et Soland. in DC. Prodr. I. 34. — Hook. fil. l. c. 4. † t. 2. — Pusillus glaberrimus sarmentosus: foliis omnibus radicalibus longe petiolatis cordatis ternatim sectis, lobis seu foliolis petiolulatis obtusis, intermedio integro vel trifido, lateralibus integris vel inaequaliter bifidis; scapis solitariis petiolo brevioribus; sepalis 3–5 ovato-rotundatis; petalis 6–8 flavis late spathulatis obtusis, calyce duplo longioribus, medio squamuloso-nectariferis; capitulo globoso; carpellis paucis (5–7) ovatis gibbosis laevibus, stylo recto brevi subulato terminatis. ♃ — Affinis *R. stenopetalo* Hook. (cf. supra no. 4.) — Crescit in insulis Aucklandicis.

10. R. SUBSCAPOSUS Hook. fil. l. c. 5. — Totus pilis subrigidis adpressis fulvis hispido-pubescens; foliis plerisque radicalibus longissime petiolatis deltoideo-cordatis profunde tripartitis, lobis late cuneatis inaequaliter 3–7-fidis, segmentis acutis; scapis folio brevioribus unifloris 1–3-phyllis, superne incrassatis et dense pilosis; petalis 5 calyce brevioribus obovato-oblongis, intra medium squamuloso-nectariferis. 4 — Crescit in rivulorum marginibus insulae Campbell.

† *Icon addenda.*

R. PERUVIANUS Pers. — Hook. Icon. plant. t. 745.

Tribus IV. *HELLEBOREAE* DC.

4786. CALTHA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 44. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 46.)

1. °C. SAGITTATA Cav. Icon. V. 456. t. 414. — DC. l. c. — Hook. Bot. Mag. t. 4056.
2. C. POLYPETALA Hochstett. Flora B. Z. XXVIII. 30. — Foliorum crenis longitudine latioribus subacutis; petalis 7–9 ellipticis. 4 — Valde affinis *C. palustri* cujus varietatibus adnumeranda erit. — Crescit prope Erzerum.

4795. AQUILEGIA *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 50. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 50.)

1. A. TRUNCATA Fisch. Mey. et Lallem. Linnaea XVIII. 206. — Calcaribus rectis sepalorum longitudine; sepalis oblongo-lanceolatis patentissimis; nectariis fauce truncatis, limbo (petalo DC.) nullo! genitalibus longissime exsertis; antheris ellipticis; capsulis 5 pubescentibus. 4 — Habitu, pubescentia minuta tenui et foliis cum *A. Canadensi* omnino convenit. Flores sordide coccinei unicolores. Sepala *A. Canadensis* patentissima unicolora vel apice subdiscolora, 8 circiter lin. longa. Calcaria 8½ lin. longa quam in illa crassiora recta, apice incrassata, ad faucem sub angulo recto truncata. Stamina stylorum longitudine. Antherae breves ellipticae. — Crescit in California Rossica.

† *Icon addenda.*

A. SKINNERI Hook. — Paxton, Magaz. of bot. X. 199. (c. ic.)

4796. DELPHINIUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 51. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 51. II. 743.)

1. D. LONGIPES Moris, Flor. Sardoa I. 59. † — Caule erecto, confertim foliato; ramis virgatis; foliis summis linearibus indivisis, caeteris tripartitis, inferiorum partitionibus multifidis, superiorum bi- trifidis iadivisisve; racemis laxifloris; pedunculis floriferis calcare multo longioribus; petalis liberis, superioribus bilobis, inferioribus stipitatis, limbo orbiculato subcordato; carpellis ternis. 4 — *D. peregrinum* Guss. Fl. Sic. prodr. II. 39. — *D. junceum* Juss. (nec DC.) — Crescit in Sardinia et in Sicilia.
2. D. HYBRIDUM Steph. in Willd. Spec. plant. II. 1229. — DC. Prodr. I. 54. no. 28. — Lallem. Linnaea XVIII. 179. — Petiolis basi in vaginam dilatatis; foliis trisectis, segmentis partitis fissisque in lobos sublineares subintegerrimos; petalorum anticorum lamina bifida vel bipartita hirsuta; seminibus lamellis scariosis cinctis. 4
   α. orientale: axi florifero calycibusque pubescentibus aut glabris; bracteis fere integris pedicello, petalis posticis calyce brevioribus. — *D. hybridum* Rchb. Flor. German. excurs. 4675. (adn.) — DC. l. c. 54. — *D. ochroleucum* Stev. — DC. l. c. — *D. puniceum* Pall. — DC. l. c. 53. — *D. albiflorum* DC. l. c. 53.
   β. fissum: petalis posticis calycem superantibus, alioquin cum var. *α.* conveniens. — *D. hybridum β. fissum* DC. l. c. 54. — *D. fissum* W. et Kit. Pl. rar. Hungar. t. 81. — Rchb. Plant. critic. III. t. 70.
   γ. velutinum: axi florifero calycibusque mollissime villosis; bracteis omnibus integris aut una alterave multipartita, inferioribus flores, petalis posticis calycem superantibus. — *D. velutinum* Bertol. Excerpt. rei herb. 12. — DC. l. c. 54. — Rchb. Ic. fl. Germ. III. t. 71.

δ. dasyanthum: axi florifero calycibusque hirsuto-villosis; bracteis multis multipartitis, inferioribus flores superantibus; petalis posticis calyce breviores. — *D. velutinum γ. orientale* DC. l. c. — Crescit in Caucaso (*δ. α.*), in Armenia (*δ. β. γ.*) et in Natolia.

3. **D. LEPIDUM** Fisch. et Lallem. Linnaea XVIII. 180. — Wlprs. l. c. II. 745. no. 17. — Foliis trisectis, segmentis partitis fissisque in lacinias lineares integerrimas; calcare calyce longiore; petalorum anticorum lamina subovali subintegra, supra medium duplicato-dentata, utrinque et margine longe pilosa, pilis homogeneis ecoloratis; seminibus non lamellatis. ♃ — Planta elegans sesquipedalis. Caulis breviter pubescens. Pedicelli inferiores bractea floreque multo longiores. Calyx saturate cyaneus subglaber. Petala postica apice integerrima, anticorum lamina saepius breviter bifida, fissura latente. — Crescit (verosimiliter) in Caucaso prope Kobi.

† *Icon addenda.*

D. SINENSE Fisch. — Paxton, Magaz. of bot. VII. 171. (c. ic.)

D. BARLOWII Paxton, Magaz. of bot. V. 265. (c. ic.) — Liber a me non visus.

4797. **ACONITUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 56. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 57. II. 745.)

1. ***A. CHINENSE** Sieb. — DC. l. c. — Bot. Magaz. t. 3852. — Paxton, Magaz. of bot. V. 3. (c. ic.)

Tribus V. *PAEONIEAE* DC. Prodr. I. 64.

4800/1. **PITYROSPERMA** *Siebld. et Zucc.*

(Siebld. et Zucc. Abhandl. der München. Akad. III. Math. phys. Classe p. 734. t. 3. fig. 3. — Endl. Gener. plant. Supplem. III. p. 85.)

Calyx hypogynus corollinus tetraphyllus regularis coloratus deciduus, aestivatio imbricata. Corolla nulla. Stamina hypogyna indefinita, fertilia libera conformia glabra, antheris basi affixis quadriloculoribus. Ovarium substipitatum uniloculare multiovulatum, ovulis juxta suturam ventralem biseriatis horizontalibus anatropis, stylus brevis persistens, stigma subconcavum. Capsula follicularis stipitata, stylo reclinato terminata pergamentacea 8-10-sperma. Semina oblonga trigona vel tetragona, testa tenuissima squamellis obsita. Embryo in axi albuminis minimus, radicula hilum spectante. — Herbae Japonicae perennes foliis ternatisectis, scapis radicalibus aphyllis simplicibus vel ramosis spica terminatis.

1. **P. ACERINUM** Siebld. et Zucc. l. c. 735. — Foliis ternato-sectis, segmentis longe petiolulatis e basi cordata 3-5-lobis, lobis longe acuminatis inciso-serratis, serraturis setaceo-mucronatis. ♃ — *Actaea Japonica* Thnbrg. Flor. Japonic. 221. — Crescit in Japonia.
2. **P. OBTUSILOBUM** Siebld. et Zucc. l. c. — Foliis ternato-sectis, segmentis longe petiolulatis, e basi cordata obtuse 3-7-lobis abbreviatis rotundatis repando-dentatis, dentibus brevissimis setaceo-mucronatis. ♃ — Crescit in Japonia.
3. **P. BITERNATUM** Siebld. et Zucc. l. c. 736. — Foliis biternatisectis, segmentis petiolulatis e basi oblique truncata et inaequilatera ovatis inciso-lobatis, lobis obtusis inaequaliter serratis. ♃ — Crescit in Japonia.

4804. **PAEONIA** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 65. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 61. II. 745.)

1. ***P. EDULIS** var. *Reevesiana* Paxton, Magaz. of bot. I. 197. (c. tab.)

† **Genus indescriptum.**

PODOSTAURUS *Junghun.*

Jungh. Reisen durch Java 301.)

1. ***P. THALICTROIDES** Jungh. l. c. — Crescit in insula Java.

Ordo II. DILLENIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 67. — [illegible] I. 63. II. 746. — [illegible] plant. p. 839. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 2. II.

Tribus I. *DILLENIEAE* DC. l. c. 70.

4753. **HIBBERTIA** *Andrews.*

(DC. Prodr. I. 73. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 64.)

1. **H. AMPLEXICAULIS** Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 266. † — Caule erecto flexuoso glabro; foliis amplexicaulibus ovato-oblongis, basi subhastatis levissime repando-denticulatis integrisve; pedunculis oppositifoliis unifloris folio longioribus; calycis sepalis ovato-lanceolatis (magnis) glabris bracteola accessoria multo minore munitis; staminibus basi subcoadunatis; ovariis glabris. ♄ — Crescit in Nova Hollandia locis limosis calculosis ad Mahagony-creek.
2. **H. HASTATA** Steudel l. c. † — Caule subvolubili glabro, cortice secedente; foliis basi hastata amplexicaulibus linearibus vel sublanceolatis integerrimis, apice mucronulatis; pedunculis axillaribus folia subaequantibus unifloris; calyce unibracteato; ovariis 2 glabris; staminibus liberis. ♄ — Crescit in Australasia occidentali-meridionali.
3. **H. LACTUCAEFOLIA** Steudel l. c. 267. — Caule erecto vel subflexuoso glabro subancipiti-anguloso; foliis linearibus elongatis (2-3-pollicaribus) basi hastata amplexicaulibus integerrimis glabris, apice mucronulatis; pedunculis axillaribus unifloris folio (sub-)brevioribus; calyce ebracteolato ovariisque glabris. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in districtis Sussex et Plantagenet locis sublimosis sylvaticis.
4. **H. CONFERTIFOLIA** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso erecto ramoso piloso-scabro, demum cortice secedente glabro; foliis subfasciculato-confertis sessilibus oblongo-cuneatis obtusis, utrinque pilosis; floribus sessilibus axillaribus; calycibus bracteolis ferrugineis (gemmarum phyllis persistentibus?) involucratis; sepalis ovato-lanceolatis longe pilosis acutiusculis; petalis obovatis emarginatis; germinibus (3?) glabris. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis districti Plantagenet.
5. **H. COMMUTATA** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso erecto, basi ramoso pubescente, demum cortice secedente glabro; foliis confertis oblongo-lanceolatis utrinque (praesertim infra) villosis; floribus axillaribus (saepe ad axillas foliorum dejectorum) sessilibus bracteis ferrugineis involucratis; sepalis lanceolatis dense villosis; ovariis 3-4 glabris; stylis stamina superantibus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
6. **H. DISCOLOR** Steudel l. c. — Caule fruticuloso ramoso cinereo-villoso vel cortice secedente demum glabro; foliis oblongis vel oblongo-linearibus, supra tenuissime adpresse pilosis vel nudiusculis opacis, subtus pube alba intricata brevi velutinis; calycibus bracteis ferrugineis involucratis; sepalis ovato-lanceolatis, extus dense villosis, intus basi subglabris; ovariis (2-3) glabris. ♄ — Variat caule stricto minus ramoso et hirsuto. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Canning.
7. **H. ARGENTEA** Steudel l. c. 268. — Caule humili erecto sericeo-villoso, cortice secedente, demum glabro; foliis confertis obtusis oblongis, utrinque (praesertim junioribus) calycibusque sericeo villosis; ovariis glabris. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad promontorium Cape Riche.
8. **H. TENUIRAMEA** Steudel l. c. † — Fruticulosa ramosa glabra: ramis attenuatis divaricatis; foliis linearibus apice subdilatatis glaberrimis obtusiusculis; pe-

dunculis axillaribus folia subaequantibus; sepalis ovatis obtusis glaberrimis quam petala emarginato-biloba (duplo) brevioribus; ovariis glabris. ♁ — Crescit in arenosis subumbrosis fruticosis prope oppidum Perth in Nova Hollandia.

9. H. DEPRESSA Steudel l. c. † — Caule fruticuloso prostrato ramoso, cortice secedente; ramis villosulis; foliis subfasciculato-confertis linearibus, margine revoluto longe sericeo-villosis subrecurvis; floribus axillaribus terminalibusque sessilibus; sepalis lanceolatis pilosis; ovariis (5) glabris. ♁ — Proxima videtur *H. prostratae* Hook. — (Wlprs. l. c. 64 no. 5.) — Crescit in clivulo arenoso prope oppidulum Albany in Novae Hollandiae ditione Plantagenet.

10. H. BASITRICHA Steudel l. c. † — Caule fruticuloso ramoso glabro, cortice secedente; foliis linearibus margine revolutis, basi pilosis, sursum glabris, apice acutiusculis; floribus axillaribus sessilibus; sepalis ovato-lanceolatis piloso-sericeis, margine membranaceis; ovariis glabris. ♁ — Crescit in montibus „Darlings-range" in Novae Hollandiae ditione Perth.

11. H. PACHYRHIZA Steudel l. c. 269. † — Radice lignosa incrassata ramosa; ramis erectis strictis ramulosis pubescentibus, ad foliorum ortum conferto-albo-pilosis; foliis subfasciculatis elongatis anguste linearibus revolutis striatis, basi pilosis, sursum glabris; floribus axillaribus solitariis sessilibus; sepalis vix puberulis, ovariis glabris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis montium „Darlings-range".

12. H. SUBEXCISA Steudel l. c. † — Fruticulosa a basi ramosa: ramis subsimplicibus vel breviter ramulosis pubescentibus; foliis longiusculis (pollicaribus) sublinearibus, margine revolutis glabris, basi dilatata subamplexicaulibus ciliatis, apice emarginatis; pedunculis pilosis axillaribus solitariis folia subaequantibus; sepalis lanceolato-ovatis ovariisque (2?) glabris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope oppidum Perth.

13. H. LATIFOLIA Steudel l. c. 269. † — Caule prostrato serpente adscendente tereti asperulo; foliis petiolatis ovatis subinciso-dentatis pilosis ruguloso-scabris; pedunculis axillaribus folio longioribus unifloris; carpellis pilosis ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope Pointpossession.

14. H. OVATA Steudel l. c. 270. — Caule fruticuloso, a basi ad apicem ramoso villosulo vel cortice secedente glabro; foliis ovatis (raro oblongis), utrinque, praesertim subtus, villosis, hinc inde dente uno alterove notatis vel integerrimis; floribus axillaribus terminalibusque sessilibus; calycibus bracteis ferrugineis involucratis; sepalis ovato-lanceolatis extus albido-villosis, intus (basi) glabriusculis; ovariis velutinis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope Mahagony-creek in ditione Darlings-range.

15. H. MONTANA Steudel l. c. † — Caule fruticuloso ramoso villosulo vel demum cortice secedente glabro; foliis subconfertis oblongis obtusis integerrimis, utrinque dense molliterque villosis; floribus axillaribus terminalibusque sessilibus; calycibus bracteis ferrugineis involucratis; sepalis ovato-lanceolatis, extus albido-villosis, intus (basi) glabriusculis; ovariis velutinis. ♁ — Crescit in cacumine montis Bakewell in Novae Hollandiae ditione York.

16. H. ASTROPHYLLA Steudel l. c. † — Foliis oblongo-linearibus integris obtusis, margine revolutis, supra pulvinato-stellato-asperis pilosis, subtus stellato-intricato-cinereo-pilosis; floribus in pedicellis brevibus, demum parum elongatis; sepalis ovatis obtusis asperis; ovariis dense velutinis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus ad latus occidentale montis Clarence in ditione Plantagenet.

17. H. PROXIMA Steudel l. c. 271. † — Caule erecto stricto brevi ramuloso asperulo sparsim rigide villoso; foliis planiusculis oblongo-linearibus, margine revolutis rugulosis, junioribus (praesertim margine) villosis, villis demum deciduis, supra nitentibus asperis, subtus pube densa brevissima canescentibus; floribus in apice ramulorum axillaribus terminalibusque pedunculatis; pedunculis folia

subaequantibus; sepalis ovatis tenuissime asperulis pilosulis, apice acuminatis vel obtusis; ovariis velutinis. ♁ — Maxime affinis *H. asperae* DC. — Crescit locis sublimoso-glareosis jugi montium „Darlings-range" in Novae Hollandiae ditione Perth.

18. **H. TRACHYPHYLLA** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso bipedali ramosissimo glabro; ramulis puncticulato-asperulis subpilosis; foliis anguste linearibus margine revolutis (hinc subteretibus), supra punctato- vel sublepidoto-asperis demum denudatis, subtus glabriusculis; floribus in apice ramulorum terminalibus vel axillaribus; pedunculis folia superantibus; sepalis ovatis puncticulato-scabris; petalis ovatis emarginatis, ovariis (2 velutinis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope oppidulum Perth.

19. **H. CINERASCENS** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso erecto asperulo, sparsim piloso brevi ramuloso; foliis planis oblongo-linearibus, margine subrellexis, supra lepidoto-asperis, subtus pube brevissima cinerea velutinis; pedunculis axillaribus terminalibusque folia superantibus; sepalis ovatis oblongis asperulis; ovariis velutinis. ♁ — Crescit in limosis ad praerupta vallis Cataractae in Novae Hollandia ditione cePerth.

20. **H. LIMOSA** Steudel l. c. 272. — Caule subscandente patenti-ramoso piloso; foliis oblongo-ovatis acutis, supra sparsim lepidoto-punctatis pilosis; floribus axillaribus sessilibus solitariis vel 2–3 aggregatis; sepalis oblongis pilosis obtusiusculis mucronulatis; carpellis 1–2 undique dense longeque pilosis. ♁☋ — Crescit in umbrosis montium „Darlings-range" in Novae Hollandiae ditione Perth.

21. **H. PALLIDA** Steudel l. c. † — Caule basi ramoso; ramis strictis simplicibus angulosis glabris; foliis sparsis anguste linearibus, margine revoluto (hinc subteretibus) glabris, apice subrecurvo mucronulatis; floribus versus apicem ramorum axillaribus vel in ramulis brevissimis terminalibus (subracemosis); calycibus bracteola lanceolata auctis; sepalis ovatis acutiusculis glabris; ovariis (2?) velutinis. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae montibus Darlings-range.

22. **H. AUREA** Steudel l. c. — Caule erecto sursum ramoso ramisque glaberrimis cortice demum secedente angulosis; foliis sparsis anguste linearibus, margine revoluto (marginibus sese non attingentibus), puncticulis elevatis sparsis exasperatis, apice apiculatis; floribus versus apices rumulorum (subracemosis) axillaribus sessilibus; calycibus glaberrimis bracteis pluribus ovato-lanceolatis involucratis; ovariis (2?) velutinis. ♁ — A praecedente differt caule sursum ramosiore, bracteis 6–8 imbricatis calycem involucrantibus, sepalis minoribus tenuissime ciliatis, petalis aureo-luteis. — Crescit cum praecedente.

23. **H. LINEATA** Steudel l. c. — Caule fruticuloso a basi ramoso; ramis erectis strictis cortice cinereo secedente glabris: foliis sparsis superne subconfertis anguste linearibus longitudinaliter sulcato-striatis strictis rigidis, margine punctato-asperis; floribus axillaribus solitariis; pedunculis folia subaequantibus; sepalis asperulis ovatis bracteola lanceolata (decidua) munitis; ovariis (2 velutinis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad latus septentrionale montis Wuljenup in ditione Plantagenet.

24. **H. MICROPHYLLA** Steudel l. c. 273. † — Caule erecto parvulo (4–8-unciali) ramoso fruticuloso; foliis confertis brevissime petiolatis crassiusculis oblongo-linearibus obtusiusculis (raro mucronulatis) glabris; floribus axillaribus; pedicellis folia superantibus; sepalis obtusis ante anthesin pilosis, demum glabris; ovariis (2?) pilosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in glareosis ad montem Wuljenup.

† *Icon addenda.*

H. PERFOLIATA Hügel. — (Repert. I. 64. no. 3.) — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. t. 64.

4754. **PLEURANDRA** *Labill.*

(DC. Prodr. 1. 71. — Wlprs. Repertor. bot. syst. I. 64. II. 746.)

1. **PL. RECURVIFOLIA** Steudel In Lehm. Plant. Preiss. I. 264. † — Caule ramosissimo humili (vix pedali); ramis erectiusculis; foliis sparsis subapproximatis glaucescentibus brevibus (4 lineas longis) glabris rigidulis crassiusculis, margine puncticulato-scabris, apice recurvo fasciculo pilorum brevissimorum deciduo terminatis; floribus axillaribus sessilibus; sepalis ovatis puncticulatis; ovariis villosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in glareosis sterilibus ad radices montis Konkoberup in districto Kent.

2. **PL. GLAUCOPHYLLA** Steudel l. c. † — Caule ramoso glabro; ramulis teretibus tenuiter pubescentibus; foliis subfasciculatis glaucis brevibus (3–4 lineas longis) rigidulis crassiusculis glaberrimis, apice obtuso vel vix conspicue recurvato-mucronulato; floribus axillaribus sessilibus; calycibus bracteolis 1–2 accessoriis munitis; sepalis ovatis ovariisque glabris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope Avon-Dale in districtu York.

3. **PL. HEMIGNOSTA** Steudel l. c. 265. — Caule ramisque cortice cinereo secedente glabris; foliis subsetaceo-linearibus glabris acutis; floribus ad foliorum fasciculos sessilibus; calycibus glabris; sepalis ovato-lanceolatis margine scariosis, apice acutis ovariis glabris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

4. **PL. HIBBERTIOIDES** Steudel l. c. † — Caule fruticoso, basi ramoso; ramis simplicibus vel sursum divisis; foliis fasciculato-confertis lineari-subulatis glabris; floribus axillaribus vel in ramulis brevissimis sessilibus; calycibus glabris; sepalis ovatis mucronatis; antheris subunilateralibus; ovariis glabris. ♁ — Ob stamina fere aequaliter ovaria cingentia ad *Hibbertiam* accedens, toto habitu tamen *Pleurandris* affinior. — Crescit in Nova Hollandia ad latus septentrionale montis Bakewell in ditione York.

5. **PL. DIAMESOGENOS** Steudel l. c. † — Caule basi ramosissimo; ramis superne divisis angulatis glabris; foliis sparsis anguste linearibus, margine reflexis glaucescentibus sparsim longe villosis demum glabrescentibus; pedunculis subaxillaribus elongatis folia duplo superantibus; calycibus bractea accessoria (plerumque) munitis; sepalis ovato-lanceolatis longe pilosis, margine membranaceis; staminibus unilateralibus; ovariis 2 villosis. ♁ — Crescit in turfosis sylvaticis distr. Sussex in Nova Hollandia.

6. **PL. COGNATA** Steudel l. c. — Caule humili (vix pedali) basi parum, superne magis ramoso; ramis angulatis glabris; foliis sparsis anguste linearibus, margine revolutis, apice acutis, undique punctis elevatis setulisque minutissimis asperulis; ovariis villosis. ♁ — A praecedente differt: ramis superne confertioribus, foliis margine arcte incumbenti-reflexis, subtus minus carinatis, evidentius puncticulato-scabris brevius pilosis, floribus aureo-luteis. — Crescit in Nova Hollandia in monte Melville.

4755. **CANDOLLEA** *Labill.*

(DC. Prodr. I. 73. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 64.)

1. **C. ASSIMILIS** Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 273. † — Caule ramoso, epidermide secedente glabra tecto, ramulis subunifariam pilosis; foliis linearibus subconfertis, margine revolutis, sparsim — basi ampliata — dense pilosis, apice mucronulatis; floribus axillaribus pedunculatis; pedunculis pilosis folio brevioribus; sepalis ovatis obtusiusculis ovariisque glabris. ♁ — *Pleurandrae* habitu similis sed stamina partim dianthera, intermixtis monantheris. — Crescit in Novae Hollandiae arenosis ad fluvium Cygnorum.

2. **C. LATIFOLIA** Steudel l. c. † — Caule diffuso ramoso; ramis angulatis pubescentibus; foliis glabris subcoriaceis obovatis, apice dentatis, basi angustata, junioribus minoribus, saepe omnino integerrimis; floribus solitariis in apice ramulorum inter folia sessilibus; sepalis ovatis glabris mucronatis, basi ciliolatis,

petala elongata superantibus; phalangibus 2-3-andris. ♃ — *C. tetrandrae* Lindl. proxima, an var.?) — Crescit in Nova Hollandia ad portum Leschenault.

3. **C. PRESSIANA** Steudel l. c. 274. † — Caule fruticoso erecto 2-3-pedali, ramuloso pubescente; foliis lineari-cuneatis, apice obtusis subemarginatis, medio mucronulatis subcoriaceis, superne demum glabris, basi dense pilosis et dilatato-semiamplexicaulibus; floribus ad apices ramulorum inter folia subsessilibus pedunculatis; calycibus pilosis; sepalis ovato-lanceolatis acutis; staminibus sublateralibus 2-4-andris; carpellis glabris. ♃ — Ibi mavis ad *Pleurandreas* sect. IV. Candolleanas referre poteris.) — Crescit in Nova Hollandia inter saxa calcarea in ditione Perth ad oram marinam.

4. **C. CALYCINA** Steudel l. c. † — Caule fruticoso (6-8-pedali) ramoso rigido piloso, demum glabrescente; foliis subcoriaceis glabris, margine subrevolutis, oblongo-lanceolatis raro integris, sed apice 3-5-dentatis mucronulatis, basi in petiolum brevem subdilatato-amplexicaulem abeuntibus; calycibus magnis; sepalis ovatis, apice acutis petala superantibus glabris; staminibus antheras 2-4 gerentibus; ovariis 2-5 glabris; stylis capitatis, antheras aequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis ad portum Leschenault.

5. **C. GLABERRIMA** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso erecto ramosissimo (ut tota planta) glaberrimo; foliis linearibus, margine revolutis, apice leviter emarginatis vel obtusis mucronulatis, basi valde ampliatis subamplexicaulibus; floribus axillaribus sparsis sessilibus; sepalis ovato-lanceolatis acutis; staminibus diantheris et simplicibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Guildford in ditione Perth.

6. **C. SUBVAGINATA** Steudel l. c. 275. — Caule erecto fruticuloso ramoso glabro; ramis junioribus pubescentibus; foliis apice cuneato-dilatatis mucronulatis vel subemarginatis raro omnino obtusis integerrimis glabris, basi dilatato-vaginantibus; floribus axillaribus subsessilibus; staminibus 2-4 antheras gerentibus; sepalis lanceolatis acuminatis petala superantibus; ovariis 3-4, stylis longis filiformibus. ♁ — A praecedente differt habitu tenuiore, foliis apice vel omnino obtusis, vel simpliciter mucronulatis, basi magis solutis caulem quasi subvaginantibus, ramis junioribus praesertim ad divisiones et foliorum ortum pubescentibus. — Crescit in Nova Hollandia locis sublimosis in districtu Bay.

7. **C. RUPESTRIS** Steudel l. c. † — Caule fruticoso (4-5-pedali) ramoso; ramis junioribus pubescentibus; foliis glaberrimis sublineari-cuneatis, apice obtusiusculo subtridentato vel mucronulato, basi subdilatata subamplexicaulibus; floribus axillaribus sparsis subsessilibus; sepalis lanceolatis acuminatis glabris; staminibus 2 antheriferis vel simplicibus; germinibus glabris. ♃ — Crescit in montibus Darling's range in Nova Hollandia.

8. **C. STRIATA** Steudel l. c. † — Caule fruticuloso (1-2-pedali) ramoso; ramis subteretibus junioribus pubescentibus; foliis angustissime linearibus 3-striatis, superne glabris, basi pilosis vix amplıatis; floribus axillaribus sessilibus; sepalis ovatis acuminatis pilosis ciliatis; staminibus 2-3-antheriferis et simplicibus; ovariis pubescentibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis circa oppidum Perth.

9. **C. CYGNORUM** Steudel l. c. † — Caule erecto debili parum ramoso pubescente; foliis anguste linearibus integris pilosis, basi non dilatata semiamplexicaulibus; floribus oppositifoliis pedicellatis, pedicello infra calycem bracteolato; sepalis ovatis acuminatis, extus pubescentibus, intus ovariisque glabris. ♃? — Crescit in Nova Hollandia ad flumen Cygnorum.

10. **C. PARVIFLORA** Steudel l. c. 276. † — Caule fruticuloso 1-1½-pedali erecto ramoso piloso; foliis linearibus, margine revolutis, supra basin glabris, apice leviter emarginatis, basi pilosis dilatatis subamplexicaulibus; floribus axillaribus; pedunculis folia subaequantibus pilosis; sepalis glabris ovato-lanceolatis acutis; staminibus 2-3-antheris; germinibus glabris. ♁ — Habitus *Pleurandreae*, stamina *Candolleae*. — Crescit in Nova Hollandia ad portum „Princess royale Harbour" et „Eliza mountain".

11. C. EXASPERATA Steudel l. c. — Caule ramoso cinerascente, cortice secedente; foliis sparsis ad apicem ramorum confertis glaucescentibus lineari bus, apice mucronatis punctato-exasperatis, dorso tenuissime sulcato-lineatis; floribus inter folia sessilibus terminalibus. ♁ — Flores evoluti nulli visi sunt. — Crescit in Nova Hollandia in glareosis planitiei Guanzen in ditione Victoria.

† *Icon addenda.*

C. TETRANDRA Lindl. — (Repert. I. 65. no. 4.) — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. t. 50.

Tribus II. *DELIMEAE* DC. l. c. 67.

4761. **DOLIOCARPUS** *Roland.*

(DC. Prodr. I. 69. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 65. II. 746.)

1. D. SPINULIFER Miquel, Linnaea XVIII. 266. † — Ramis glabris, ramulis foliisque subtus aspero-puberulis, sensim denudatis; foliis oblongis vel ovato-oblongis acuminatis, basi obtusa vel acuta integerrimis, caeterum remote repando-late serratis (serraturis rectis vel subconvexis, costis excurrentibus spinulosis), supra nitidis laeviusculis, praesertim in nervo medio lepidoto-puberulis; floribus axillaribus et lateralibus cymoso-umbellatis; pedunculis, calycibus ovarioque incano-hirtellis; stigmate bilobulato; fructu carnoso globoso albo-pubescente. ♁ — Crescit in Surinam prope Bergendaal et Tourtonne.

4763. **DAVILLA** *Vellozo.*

(DC. Prodr. I. 69. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 66. II. 746.)

1. D. LATIFOLIA Casarette, Decad. stirp. novar. Brasil. (II.) 19. — Glaberrima: caule scandente; foliis late ellipticis integerrimis coriaceis, utrinque nitidis, supra exquisite reticulatimque venosis, subtus nervis valde prominentibus lineatis; racemis compositis, e basi ramosis; foliolis calycinis exterioribus orbicularibus adpressis, interioribus hemisphaericis, margine semireflexo sibi invicem applicitis. ♁◡ — Folia 5–10-pollicaria, 2½–5 poll. lata complicata, nervo laterali cincta integerrima vel venulis ad marginem confluentibus obsolete crenulatis, petiolus 6–12 lin. longus. Pedicelli fructiferi 2–3 lin. longi, foliola 2 calycina pericarpica valde crustacea, diametro semipollicaria, antherae ovato-oblongae, connectivo apice non producto. Pistilla 1–2, stylus sublateralis. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.
2. D. ITAPARICENSIS Casaretto l. c. — Caule fruticoso scandente; ramulis retrorsum scabris; foliis ellipticis integerrimis glabris asperrimisque, nervis prominentibus parallele lineatis; paniculis terminalibus axillaribusque laxiusculis multifloris; foliolis calycinis exterioribus subdeltoideo-rotundatis, margine revolutis interioribus vix inaequalibus, margine sese invicem intus excipientibus, conjunctim subpyriformibus, extra scabridis. ♁◡ — Folia saepius late elliptica valde obtusa aut vix acuta, margine subrevoluta 2–4-pollicaria, 1–3 poll. lata, subtus tantum ad petiolum et nervos pilis adpressis strigosis, parum conspicuis instructa, petiolus 6–10 lin. longus, pedicelli fructiferi 3–5 lin. longi incurvi, foliola 2 calycina minus crustacea quam in praecedente et diametro vix trilineari, quorum alterum paullo majus margine non reflexum excipit alterum margineque omnino reflexum. Antherae ovato-oblongae, connectivo in mucronem minimum haud producto. Capsula unica. — Crescit in Brasilia in insula Itaparica ad ostium sinus Bahiensis.
3. D. SURINAMENSIS Miquel, Linnaea XVIII. 611. † — Scandens: ramis volubilibus angulosis compressis, ramulis asperrimis; foliis crustaceo-rigidissimis ellipticis, vel obovato-ellipticis obtusis vel breviter acutis, e basi acuta vel subrotundata secus petiolum productis, utrinque asperis, supra nitidis, subtus rufescentibus costatis, in costis venulisque hirtellis; paniculis multifloris axillaribus vel ramulos laterales terminantibus; sepalis 5 obovatis ellipticisque hirtellis ciliatisque duobus internis aequalibus concavis externa ter quaterve superantibus. ♁◡ — Crescit in Surinam.

4765. **TETRACERA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 67. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 67.)

1. T. **SURINAMENSIS** Miquel, Linnaea XVIII. 265. ♀ — Foliis late ellipticis, utrinque obtusissimis, basi subinde leviter emarginatis integerrimis, adultis supra nitidis laevibus, subtus, petiolis, ramis calycibusque asperrimis, calycis foliolis valde inaequalibus ciliatis; pistillis 4, stigmatibus peltatis. ♁ — Crescit in Surinam in sylvis ad flumen Cottica.

Ordo III. MAGNOLIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 77. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 69. II. 746. — Endl. Gener. plant. p. 836. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 3. II. 5.)

Tribus II. *ILLICIEAE* DC.

4741. **TASSMANNIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 78. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 72.)

1. T. **AROMATICA** R. Br. in DC. l. c. — Deless. Icon. plant. t. 84. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 43. — Foliis oblongis, basi in petiolum sensim angustatis; fructibus globosis subdidymis. ♁ — Sepala 3 ovata pellucido-punctata, basi connata acuta concava imbricata. Petala 6 duplici serie imbricata obtusa, quorum exteriora ovato-oblonga latiora, interiora lineari-oblonga. Carpellum solitarium nunc in medio staminum, sed flores saepius omnino masculi. Nunc pars altera additur et corollae octopetalae fiunt. — In Van Diemen's Land.

4742. **DRYMIS** *Forst.*

(DC. Prodr. I. 78. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 72.)

1. *DR. **WINTERI** Forst. Gener. 84. t. 42. — DC. l. c. — Hombron et Jaquinet, Voyage au Pol Sud et dans l'Oceanie fasc. 9. Plant. phanérogames t. 19.
2. *DR. (WINTERA Forst. Prodr. 229.) **AXILLARIS** Forst. Gener. t. 42. — DC. l. c. — Hook. Icon. plant. t. 5764. †

4743. **ILLICIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 77. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 72.)

1. *I. **FLORIDANUM** Ell. — DC. l. c. — Paxton, Magaz. of bot. V. 147. (c. ic.)

Ordo IV. ANONACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 83. ex p. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 73. II. 747. — Endl. Gener. plant. p. 830. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 4. II. 5.)

Tribus II. *XYLOPIEAE* Endl. l. c. p. 831.

4717. **UVARIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 87. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 76.)

1. U. **GLAUCA** Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 175. — Carpellis monospermis pedicellatis; foliis glaberrimis subtus glaucis; caule arboreo. ♁ — Colitur in horto Bogoriensi.

Tribus III. *ANONEAE* Endl. l. c. p. 833.

4720. **ARTABOTRYS** *R. Br.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 80.)

1. A. **INTERMEDIUS** Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 175. — Foliis oblongis aut ellipticis acuminatis; petalis viridibus ovato-lanceolatis, externis paullo latioribus. ♄ — Intermedius inter *A. hamatum* et *odoratissimum*. — In horto Bogoriensi.

4723. **ANONA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 83. — Spr. Syst. vegetab. II. 1027. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 86. II. 748.)

1. A. **CHRYSOPHYLLA** Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 53. † — Fruticosa: foliis breviter petiolatis tenuibus, plerumque elliptico-rotundatis, utrinque obtusis, ramulis foliisque junioribus dense aureo-lanatis; pedunculis axillaribus solitariis reflexis unifloris; corolla inaperta conoidea; petalis exterioribus oblongis coriaceis strictis, extus pubescentibus. ♄ — Crescit in insulis Africae australis.
2. A. **HOSTMANNI** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 754. — Foliis oblongo-lanceolatis, apice protracto-subobtusis, supra glaberrimis nitidis, subtus pallidioribus; floribus axillaribus solitariis; petalis omnibus subaequalibus obtusis, extus ferrugineo-sericeis, intus fusco-velutinis. ♄ — Crescit in Surinam.
3. A. **CHRYSOPETALA** Steudel l. c. — Foliis oblongo-ovatis longe acuminatis acutis, basi attenuatis, supra glabris, subtus imprimis ad nervos adpresse pilosis integerrimis; ramis glabris; pedunculis petiolos subaequantibus axillaribus et rameis solitariis vel binis dense hirsutis; sepalis reflexis, extus luteo-sericeis, intus atris glabriusculis; petalis omnibus patentibus aequalibus obtusis, extus omnino, intus ad medium aureo-sericeis, basi atris ♄ — Crescit in Surinam.
4. A. **PEDUNCULARIS** Steudel l. c. — Foliis obovato-oblongis acuminatis acutis, utrinque glaberrimis, exceptis nervis subtus sparsim pilosis; floribus rameis et axillaribus solitariis, petiolo pluries longioribus; petalis subaequalibus subconniventibus ovatis obtusis fusco-brunneis, interioribus apice contracto brevissime mucronulatis. ♄ — Crescit in Surinam.

Ordo V. **SCHIZANDREAE** *Blume.*

(MENISPERMEAE SPURIAE DC. Prodr. I. 104. et ANONACEAE ex p. DC. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 5. II. 7. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 92. II. 748. — Endl. Gener. plant. pag. 35.)

4731. **KADSURA** *Juss.*

(DC. Prodr. I. 83. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 92.)

1. K. (UVARIA Linn. Spec. plant. 756.) **JAPONICA** Dunal, Anonac. 57. — DC. l. c. — Siebold et Zuccar. Flor. Japon. I. 40. † t. 17. — Wall. Tentam. flor. Nepal. I. 12. — Dioica polyandra: floribus subsolitariis erectiusculis; pedunculis petiolo longioribus; antheris sessilibus immersis; baccis dispermis capitatis. ♄ — *Uvaria heteroclita* Rxb. mss. — *Drymis* Halinet mss. — *Futó* vel *Sáne* vel *Orenj Kadsura* Kaempf. Amoen. 476. et 785. t. 477. — Crescit in Japonia.
2. K. **GRANDIFLORA** Wall. Tentam. fl. Nepal. I. 10. † t. 14. — Dioica polyandra: floribus nutantibus solitariis; pedunculis petiolo duplo longioribus medio ebracteatis; staminibus completis; filamentis subulatis; baccis dispermis spicatis, rhachi crassa clavata. ♄ ∩ ∪ — Tota glaberrima. Rami numerosi elongati graciles vix penna anserina crassiores fusci calloso-punctati, epidermide demum

soluta, tenelli glaucescentes rubicundi. Gemmae parvae axillares subcylindricae acutae, squamis oblongis ciliatis bifarie imbricantibus, quibusdam persistentibus basinque ramulorum juniorum laxe ambientibus. Folia copiosa approximata patentia alterna lanceolato-oblonga 4–6-pollicaria subcarnosa, ad lucem visa minute pellucidoque punctulata acuminata, basi cuneata et per petiolum leviter decurrentia remote denticulata, denticulis subulatis incrassato-subglandulosis, laete viridia, supra lucida, novella refescentia, demum opaciora, subtus pallida penninervia, costa gracili, nervis obliquis alternis, venis reticulatis. Petiolus teres gracilis, supra sulcatus pollicaris, basi inarticulata simplici. Stipulae nullae. Flores magni admodum fragrantes nutantes axillares solitarii vel sparsi circa basin ramorum novorum, globoso-campanulati, pollicem transversum metientes ex albo flavicantes, extus versus basin saepe purpurascentes. Sepala 9 ternario ordine disposita ovato-rotundata obtusa crassa et subcarnosa integerrima, interiora sensim minora. Aestivatio laxe imbricata globosa. Pedunculus teres laxus gracilis bipollicaris aequalis, basi saepius squamula gemmacea una alterave munitus. Floris masculi stamina circiter 40 calyce parum brevi ra clavata aggregata in acervum ovatum super receptaculum carnosum leviter elevatum filamentorum bases connatae?), filamenta brevia erecta subulata alba carnosa. Antherae ovatae compressiusculae obtusae, connectivo (disco? carnosae, utrinque dehiscentes loculo angusto longitudinali extrorso, pollen albidum. Pistilli rudimentum nullum. Flores foeminei masculis parum majores sepalaque exteriora saturatius colorata. Ovaria admodum minuta numerosa lenticularia, extrorsum oblique acuta, subtus gibboso-convexa, sursum notata marginulo rectilineo, sessilia spiraliter densissimeque aggregata super receptaculum carnosum oblongum sepala majora subaequans. Ovula 2 minutissima marginulo illi opposita oblique pendula. Stylus nullus. Stigma sessile carnosum hyalinum scabriusculum perpendiculare, utrinque liberum, apice obtusum leviterque recurvum, basi ovario adpressum, medio apiculae hujus insertum. Baccae ovato-subreniformes sessiles coccineae laeves nitidae, magnitudine *Ribeseos* majoris numerosissimae, superne apicula lineolaque brevi fusca decurrente notatae biloculares dispermae, dispositae in spicam laxe pendulam insidentem pedunculo gracili apice leviter incrassato caeterum vero immutato. Rhachis carnosa crassa puncticulata flavicans. Caro pallide rubra mollis lineam crassa. Semina duo fusca horizontaliter superposita, septo pulposo separata reniformia leviter complanata, lateribus convexis obtusa, hilo sursum i. e. versus apicem verticis baccae spectante. Integumentum exterius crustaceum laeve, sub lente minute puncticulatum, interius tenuissimum perispermum arcte involvens. Perispermum album carnosum teres in figuram semilunarem curvatum, extremitatibus obtusis approximatis, dorso convexo notatum fascia vasculorum tenui fusca, altera extremitate exsculptum cavitate minuta embryonifera superficiei apicis proxima. Embryo minutissimus subglobosus alcus. Radicula centrifuga? — Crescit frequenter in Nepaliae monte Sheopore.

3. **K. PROPINQUA** Wall. l. c. 11. † t. 15. — Dioica polyandra: floribus subfasciculatis erectiusculis; pedunculis petiolum vix aequantibus, medio bracteatis; antheris sessilibus immersis; baccis dispermis spicatis, rhachi tuberculosa. ♂⌒ — Ramosissima glaberrima. Folia interstitiis duplo vel triplo longiora ovato-lanceolata in acumen desinentia longum et gracile, remote denticulata interque dentes obsolete sinuata, nunc fere integerrima, basi rotundata vel acutiuscula, carnosa firmia et fragilia 5–6-pollicaria lucida, subtus pallida, nervis capillaceis versus marginem anastomosantibus, siccitate reticulata, ad lucem visa minute punctulata, in plantis novellis luxuriantibus maculis pallide viridibus subalbicantibus variegata. Petiolus crassiusculus brevis semipollicaris, caeterum ut in praecedente. Flores axillares solitarii vel geminati, illis dimidio minores fere inodori, leviter nutantes patentissimi, initio pallide flavi, deinde aurantiaci, dioici, aestivatione in globulum *Pisi* magnitudine imbricati. Pedunculus teres petiolum subaequans, nunc tertia parte brevior, basi squamulis duabus lanceolatis emarcidis deciduis, versus medium instructus bracteola carnosa semiamplectente ovata

obtusa patula, dorso convexa persistente. Floris masculi sepala 9 ternario ordine alternatim disposita patentia, exteriora 3 minora ovata inaequalia, reliqua subrotunda crassa et coriacea membranaceo-marginulata, sub lente punctulata. Antherae parvae lanceolatae sessiles 12–15 tesselatim immersae receptaculo carnoso subgloboso, demum valvularum triangularium ad instar hiantes leviterque reflexae biloculares, dorso carnosae, apice liberae. Floris foeminei sepala masculis similia. Ovaria minima numerosissima carnosa ovata, supra et intus marginulo parum elevato notata imbricata in acervulum subglobosum. Baccae globosae carnosae numerosae laeves coccineae, parum minores quam praecedentis, in spicam breviter pedunculatam sexpollicarem cylindricam tuberculosam dispositae. — Crescit in Nepaliae monte Sheopore et in collibus ad Sankoo.

Ordo VI. MENISPERMACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 95. excl. SCHIZANDREIS. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 93 II. 743. — Endl. Gener. plant. p. 825. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 5. II. 6.)

4687. **COCCULUS** *DC.*

(DC. Prodr. I. 96. [excl. sp. nonnull.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 93 II. 748.)

1. C. ANGUSTIFOLIUS Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 172. — Foliis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis acuminatissimis glaberrimis lucidis trinerviis, petiolo brevi (3–5 lin. longo); racemis axillaribus subpaniculatis plurifloris, foliis brevioribus; floribus masculinis foemineis hinc intermixtis viridi-flavescentibus; caule stricto non volubili. ♁ — *Salloa trinervis* Hsskrl. mss. — Crescit in Japonia.

4695. **CISSAMPELOS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 100. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 96. II. 749.)

1. C. CORDIFOLIA Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 54. † — Caule volubili hirto; foliis late cordatis mucronatis sericeo-velutinis 5–7-nerviis, subtus albescentibus, utriusque sexus subpeltatis; floribus masculis axillaribus minutis, 5-sepalis, 5-andris, corymboso-ramosis pilosis, foemineis spicatis; spicis axillaribus terminalibusque ramosis 5–8-floris pilosis; floribus breviter pedicellatis fasciculatis; bracteis foliaceis subcordatis petiolatis acuminatis hirsutioribus; ovariis aequilongis, stigmatibus 3–4 radiatis. ♁⌒ — Crescit in insulis Africae australis.
2. C. NEPHROPHYLLA Bojer l. c. 55. † — Caule suffruticoso tortuoso glabro; foliis utrinque sexus subpeltatis orbiculatis reniformibus retusis emarginatis mucronatis, utrinque sparse pilosis, supra atro-viridibus, subtus glaucescentibus rubro-venosis 5-nerviis, in foemineis subdeltoideis longius petiolatis; floribus masculis minutis axillaribus 4-sepalis tetrandris; pedunculis geminis; corymbis bifidis pilosis; spicis foemineis axillaribus tenellis puberulis; bracteis rotundatis reniformibus mucronatis; sepalis unilateralibus glabris; ovario gracili rubro, stigmatibus 3 patentibus coronato. ♃ — Crescit in insulis Africae australis.
3. C. APICULATA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 95. — Caule volubili tereti striato foliisque petiolatis late ovato-cordatis obtusis mucronato-apiculatis, utrinque velutino-pubescentibus; pedunculis in planta mascula axillaribus subquaternis petiolo brevioribus, apice cymulosis. ♁⌒ — Crescit in Promontorio bonae spei.
4. C. CANESCENS Miquel, Sertum exoticum 7. † t. 4. — Foliis breviter petiolatis orbiculato-ovatis subcordatis, apice obtusis subretusis mucronatis integerrimis, supra puberulis, infra tomentosis canescentibus; racemis (masculis) solitariis bracteolatis folia superantibus. ♁⌒ — Affinis *C. tropaeolifoliae* DC. l. c. 100. (Delessert, Ic. pl. rar. I. t. 98.) sed minor, folia basi cordata nec rotundata, petiolus prope basin affixus etc. — Crescit in Mexico.

4696/1. **CHASMANTHERA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. I. 21.)

Flores dioici. Masc. calyx hexaphyllus biseriatus, foliolis 3 exterioribus brevioribus lineari-lanceolatis, interioribus majoribus unguiculatis obovato-rotundatis. Petala 6 concava rotundato-elliptica obtusissima calyce interiore breviora. Stamina 6 monadelpha, antherae liberae extrorsae biloculares, loculis supra connectivum dorso connatis, ventre denique verticaliter late apertis. Foem.....? Drupa erecta solitaria, putamine altero latere pericarpio adnatum, altero membranae dissepimenti instar ab apice ad basin decurrenti affixum, loculis ideo quasi duobus vacuis juxta putamen. — Frutex? Abyssinicus volubilis. Rami teretes striati glabri vel juniores tomentosi, longissime ex arboribus dependentes, foliis alternis petiolatis angulato-subrotundis, basi cordatis vel foliis ovato-cordatis acutis, integerrimis 7-9-nerviis, utrinque tomentosis; racemis axillaribus pendulis filiformibus hirsuto-pubescentibus 2-5-pollicaribus; bracteis filiformibus hirsutis flores solitarios vel saepissime aggregatos superantibus; sepalis dorso margineque hispidulis; petalis glaberrimis.

1. CH. DEPENDENS Hochstett. l. c. — ♂♀ — Folia plantae masculae floriferae 2-3-pollicaria, foemineae fructiferae 5-6-pollicaria. — Crescit in Abyssinia, in valle ad flumen Tacaze arbores scandit, sarmentis perpendicularibus descendentibus in terra radicantibus iterumque emergentibus.

Ordo VII. BERBERIDEAE *Ventenat.*

(DC. Prodr. I. 105. et FODOPHYLLEAE exclusis HYDROPELTIDEIS DC. Prodr. I. 111. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 100. II. 749. — Endl. Gener. pl. p. 851. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 6. II. 7.)

4811. **EPIMEDIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 110. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 100.)

1. E. *(Microceras)* PTEROCERAS Morren, Journ. de la soc. royale d'agriculture et de bot. de Gand 1845. fascic. 4. 145. t. 14. — Caule subpedali tereti, ad foliorum insertionem subarticulato pilosiusculo, pube longa crebriori ad intumescentias vestito; foliis triternatis, foliolis 2-3-pollicaribus late cordatis obtusiusculis argute dentatis, dentibus pungentibus setosis, basi 5-7-nerviis, nervis prominulis, intervenio reticulato-venoso; spica terminali apice nutante multiflora; floribus spiraliter alternis; bracteis minimis acuminatis, pedicello flore longiore; calyce tetraphyllo, foliolis ovato-oblongis flavis; petalis infimis quatuor ovatis, basi rotundatis, apice obtusis, superis nectariformibus brevioribus cucullatis, basi valde dilatatis inflatis bialatis, apice obtuso semitereti cavo nectarifero purpureo; filamentis complanatis apice dilatatis; antheris lanceolatis cordatis, apice processu acuto terminatis, valvulis lanceolatis obtusis, polline globoso punctato uniporoso; stylo laterali cum ovario continuo; stigmate obtuse quadrangulari, ovario lineari-oblongo subcalloso; seminibus imperfectis subglobosis. ♃ — Crescit verosimiliter in Caucaso.

† *Icones addendae.*

E. MACRANTHUM Morr. et Dcne. — Paxton, Magaz. of bot. V. 151. (c. ic.)

E. VIOLACEUM Morr. et Dcne. — Paxton l. c. 123. (c. ic.)

4814. **BERBERIS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 108. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 101. II. 749.)

Sectio I. BERBERIS Nutt. — Wlprs. l. l. c. c.

1. ***B. UMBELLATA** Wall. mss. ex G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 115. — Wlprs. l. c. I. 102. no. 9. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 44. — ***B. angulosa*** Wall. Catal. no. 1475.
2. **B. INTEGERRIMA** Bnge. Linnaea XVIII. 149. — Spinis (infimis trifidis) simplicibus validis; foliis obovato-oblongis coriaceis mucronatis integerrimis glabris reticulato-venosis; racemis axillaribus solitariis multifloris subsessillibus, folio duplo longioribus patulis cernuisve; baccis oblongo-obovatis; stigmate subsessili; seminibus oblongis. ♁ — Differt a ***B. Turcomannica*** foliis integerrimis. — Crescit in saxosis montium Karatau prope Samarkand.
3. **B. NUMMULARIA** Bnge. l. c. — Spinis simplicibus validis; foliis obovato-orbiculatis subcoriaceis mucronatis integerrimis glabris reticulato-venosis; racemis axillaribus solitariis simplicibus multifloris pedunculatis, folio plus duplo longioribus patentissimis adscendentibus; baccis ovato-subglobosis; stigmate subsessili; seminibus obovatis. ♁ — Habitus cum praecedente, a qua longe differt foliorum forma, racemis, baccis et seminibus. — Crescit in saxosis montium Karatau prope Samarkand.
4. **B. DARWINII** Hook. Icon. plant. t. 672. — Ramis junioribus rufo-pubescentibus; spinis brevibus palmato-partitis; foliis rigide coriaceis nitidis discoloribus cuneatis, apice trifidis, margine paucidentatis, dentibus lobisque spinulosis; racemis folio longioribus; pedicellis flores duplo superantibus gracilibus; baccis (una cum stylo persistente) lageniformibus. ♁ — Crescit in Chiloë, Valdivia et Osorno.

Sectio II. MAHONIA Nutt. — Wlprs. l. c. I. 103.

5. **B. TENUIFOLIA** Lindl. Bot. Regist. 1838., Plant. misc. no. 121. et New Ser. XVII. t. 26. — Foliis pinnatis ternatisque, foliolis distantibus lanceolatis acutis, tenuibus planis integerrimis; racemis laxis cernuis multifloris brevioribus. ♁ — ***B. fraxinifolia*** Hook. Icon. plant. t. 329. 330. — Wlprs. l. c. 104. no. 33. — Crescit in Mexico in radicibus montis Orizabae ad Zaquapam.

† *Icones addendae.*

B. (MAHONIA) AQUIFOLIUM Prsh. — Paxton, Magaz. of bot. IX. 5. (c. ic.)
B. (MAHONIA) GLUMACEA Spr. — Paxton l. c. VII. 55. (c. ic.)
B. PALLIDA Bth. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 11.
B. TRIFOLIATA Hartweg. — Lindl. l. c. XVIII. t. 10.
B. DULCIS Sweet. — Paxton, Magaz. of bot. X. t. 171.

Ordo VIII. CABOMBEAE *Rich.*

(Wlprs Repert. bot. syst. I. 105. — Endl. Gener. plant. pag. 901. — HYDROPELTIDEAE DC. Prodr. I. 112. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 6. II. 8.)

5024. **CABOMBA** *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 112. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 105.)

1. **C. PIAUHIENSIS** Gardn. Herb. flor. Brasil. 2478. ex Hook. Icon. plant. t. 641. — Glaberrima: foliis natantibus peltatis linearibus; floribus roseis; antheris extrorsum lineari-oblongis; carpellis 2–3; seminibus echinatis. ♃ — In aquis stagnantibus ad lacum Algadoës in Brasiliae provincia Piauhiensi austro-occidentali.
2. ***C. CAROLINIANA** Gray in Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 55. — Wlprs. l. c. I. 105. Hook. Icon. plant. t. 642.

Ordo IX. NELUMBONEAE *Bartl.*

(Endl. Gener. plant. p. 902. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 105. — NYMPHAEACEARUM tribus I. DC. Prodr. I. 113. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 6. II. 8.)

5026. NELUMBIUM *Juss.*

(DC. Prodr. I. 113. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 105.)

1. *N. CASPICUM Fisch. in DC. Syst. veget. II. 45. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 14. — *N. speciosum* Willd. γ. *Caspicum* DC. Prodr. I. 114.

Ordo X. NYMPHAEACEAE *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 114. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 106. II. 749. — Endl. Gener. plant. p. 898. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 6. II. 8.)

5020. NYMPHAEA *Neck.*

(DC. Prodr. I. 114. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 106. II. 749.)

1. *N. RUBRA Rxb. ex Sims, Bot. Magaz. t. 1280. — DC. l. c. 115. no. 7. — Paxton, Magaz. of bot. X. 265. (c. ic.)

5023. SARRACENIA *Linn.*

(Spr. Syst. veget. II. 600. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 108.)

1. *S. PURPUREA Linn. — Wlprs. l. c. — Paxton, Magaz. of bot. III. 221. (c. ic.)

Ordo XI. PAPAVERACEAE *Juss.*

Endl. Gener. plant. p. 854. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 109. II. 750. — PAPAVERACEAE et FUMARIACEAE I. DC. Prodr. I. 117. et 125. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 7. et 8. II. 9.)

Subordo I. *PAPAVEREAE* Endl.

(*Papaveraceae* DC. Prodr. I. 117.)

Tribus I. *ARGEMONEAE* Endl. l. c.

Subtribus I. BOCCONIEAE Endl.

4822. MECONOPSIS *Vig.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 110. — DC. Prodr. I. 120.)

1. *M. HETEROPHYLLA Bth. Transact. of the horticult. soc. (2. Ser.) I. 508. — Wlprs. l. c. no. 4. — Hook. Icon. plant. t. 732.

4823/1. **ROMNEYA** *Harvey.*

(Harvey in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 74. t. 3.)

Calyx triphyllus, foliolis gibbosis apiculatis obliquis coriaceis, hinc in alam membranaceam expansis caducis. Corollae petala sex biseriata hypogyna obovata decidua. Stamina plurima hypogyna, filamenta filiformia, antherae terminales lineares biloculares, loculis latere longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium ovatum (setis rigidis densissime vestitum) uniloculare vel spurie pluriloculare. Ovula juxta placentas intervalvulares 6—12 septiformes et semiseptiformes plurima anatropa. Stigmata subulata carnosa ad ovarii apicem subattenuatum erecta vel erecto-patentia, placentis opposita. Capsula (immatura) ovata, ad apicem angustata (densissime setosa). Semina.....? — Herba elata Californica glabra glauca: foliis petiolatis trifidis vel pinnatifidis; floribus magnis speciosis terminalibus.

1. R. COULTERI Harvey l. c. † t. 3. — Herba elata perennis? basi suffruticosa. Caulis ramosus flexuosus obsolete anguloso-compressus glaucus laevis vel apice parce et minute setiger glaber. Folia petiolata glabra glauca, margine setoso-ciliata, infima pinnatifida trijugatim laciniata, laciniis inferioribus lineari-lanceolatis, superioribus deltoideis, lobo terminali ovato, laciniis omnibus apice callosis, folia superiora plerumque triloba, lobis lateralibus lanceolatis minoribus, apice callosis, terminali magno ovato integro vel apice trifido et iterum calloso, folia summa nunc trifida, nunc lanceolata, omnia patentia sparsa et subdistantia. Petiolus folio quadruplo brevior semiteres marginatus, parcissime setoso-ciliatus sensim in folium ampliatus. Flores ad apicem ramorum corymbosorum solitarii magni. Calyx triphyllus glaber caducus, sepala vix unciam longa, aestivatione imbricata concava, dorso obtusa, apice mucrone rigido recurvo acuto instructa, coriacea ovata, ad unum latus apicem versus ala magna membranacea venosa pellucida obliqua aucta. Petala sex biseriata alba 2½-uncialia late obovata decidua tenuiter membranacea, basi crassiora. Stamina numerosissima pluriserialia juxta torum pulviformem hypogyna, filamenta tenuia filiformia, exteriora breviora, apice obtusa cum mucrone, antherae lineares spiraliter tortae obtusae, filamentorum mucronibus affixae. Ovarium exacte ovatum vel ovato-oblongum, apice angustatum uniloculare vel spurie 6—12-loculare, setis rigidissimis crassis aureis densissime vestitum. Placentae stigmatibus oppositae, alternatim septiformes, alternatim in septa spuria completa conversae. Ovula numerosa. Stigmata 6—12 carnosa crassa triquetro-subulata ad basin tantum coalita erecta vel suberecta nec stellatim patentia. Capsula (immatura) ovata, apice angustata, setis rigidis aureis erectis imbricatis vestita. — Crescit in California boreali.

Tribus V. *HYPECOEAE* Endl.

4834/1. **PTERIDOPHYLLUM** *Siebold et Zuccarini.*

(Sieb. et Zucc. Abhandl. der München. Akad. [Mathem. physik. Classe] III. 719. t. 1. fig. 1. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 85.)

Calyx hypogynus diphyllus coloratus fugax, sepalis petalis interioribus oppositis, erectis brevissimis. Corolla hypogyna regularis tetrapetala decidua, petala duo exteriora cum sepalis alternantia, ante anthesin longitudinaliter plicata et interiora parum angustiora plana, caeterum conformia equitantia, denique elliptico-concava integerrima tenera patentia absque calcare vel cucullo. Stamina 4 hypogyna decidua toro inserta libera conformia, filamenta brevia subulata, antherae basi affixae anticae lineari-oblongae mucronulatae quadriloculares, loculis longitudinaliter valvatim dehiscentibus tenue membranaceis, connectivo inconspicuo. Ovarium sessile orbiculare compressum uniloculare, ovulis 2—4 in placentis duabus parietalibus intervalvularibus e fundo loculi erectis anatropis. Stylus simplex filiformis, stigmate incrassato capitato-bilobo papilloso. — Herba Japonica acaulis perennis, rhizo-

mate crassiusculo praemorso. Folia omnia radicalia petiolata, petiolo furfuraceo squamuloso, pectinato-pinnatisecta cum impari, segmenta numerosa subopposita approximata, inferiora sensim minora et quasi deliquescentia, summum impar trilobum, reliqua lineari oblonga subfalcata, apicem versus parum latiora rotundata et serrulata, caeterum integerrima, basi in margine sursum spectante munita auricula lanceolata vel deltoidea 2-3-dentata, dentibus in setas longas terminatis, compage tenera tenuissima venosa, utrinque glabra. Scapi nudi simplices in racemum simplicem vel basi subramosum multiflorum abeuntes, pedicellis plerumque geminis filiformibus, ima basi bibracteolatis.

1. *PT. RACEMOSUM Siebold et Zuccar. l. c. 720. t. 1. fig. 1–4. — Crescit in insula Japonica Nipon ad lacum Suwa in provincia Sinana.

Subordo II. *FUMARIACEAE* Endl.

(DC. Prodr. I. 125.)

Tribus V. *FUMARIEAE* Brnhrd.

Subtribus I. DICENTREAE Endl. — Wlprs. l. c. 118.

4835. **DACTYLICAPNOS** *Wall.*

(Wall. Tentam. flor. Nepal. 51. t. 39. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 118. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 8. II. 10.)

1. D. THALICTRIFOLIA Wall. l. c. † t. 39. — Wlprs. l. c. excl. syn. — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) II. t. 127. — Caulis 2–3-pedalis gracillimus teres uti tota planta glaber glaucescens valde tortus, apice nunc cirrhosus. Rami filiformes alterni semel vel bis divisi. Folia alterna subdistantia patentissima petiolata bi- vel triternata, nunc geminato-biternata. Petioli filiformes teretes varie torti, primarius infra divisionem semipollicaris vel pollicaris, interdum abiens in cirrhum capillaceum dichotome ramosum bipollicarem, partiales longiores quandoque inaequales, alteruter nunc cirrhosus. Foliola ovata acuta integra, basi cuneato-acuta vel obtusa membranacea, pollicaria vel minora, supra nitidula, subtus valde glauca, ad basin quinquenervia, extrorsum multinervia, propter nervos bifurcatos capillaceos parallelos ad apicem usque excurrentes, petiolo unguiculari nunc subtus cirrhoso insidentia. Racemi pedunculati axillares vel oppositifolii, interdum terminales, solitarii nudi, folia subaequantes vel iisdem paullo longiores, floribus circiter 5 magnis oblongis conpressiusculis nutantibus luteis, ore rufescentibus pollicaribus fragrantibus, basi dilatata bicornutis pedunculatis subfasciculatis. Pedunculi filiformes, pedicelli unguiculares basi suffulti bractea lineari acuta, fructigeri pollicares subclavati. Calyx diphyllus, sepala minuta ovata acuta, basi subcordata, sub lente minute denticulata glaberrima caduca. Petala valde caduca, exteriora oblonga canaliculato-plicata, apice acuta cucullata, leviter patula, marginibus valvatim parallela, basi producta in calcar obtusum leviter incurvum tres lineas longum, petala interiora exteriora aequantia sed multo angustiora unguiculata, lamina ovata sagittata, dorso convexo carinata, apice productiore obtusa, opposita accreta, demum libera, marginibns versus basin bilobis, faucem corollae lateraliter claudens, unguis longus capillaceus. Filamenta connata in phalanges duas complanatas, petalorum medio ad marginem ostii calcaris intus adfixas, apice libera subulata, antheris 5–6 distinctis ovatis minutis, petalorum cucullis inclusis. Pistillum longitudine staminum. Ovarium oblongum laeve uniloculare, ovula plurima, placentis duabus parietalibus longitudinalibus oppositis affixa. Stylus capillaceus. Stigma majusculum planum quadratum, marginibus semilunaribus, angulis porrectis. Bacca carnosa mollis dilute violacea, intus aqueo-pallida oblonga cylindracea attenuata acuta, stylo coronata, fere pollicaris, basi nuda leviter retusa unilocularis. Semina numerosissima atra subreni-

formia complanata, punctulis notata minutissimis seriatis, ad hilum instructa caruncula brevi carnosa arilliformi, inserta placentis duabus oppositis parietalibus oblongis verrucosis, totam cavitatem replentia. — *Dicentra (Diclytra* D. Don. Prodr. fl. Nepal. 38.) *scandens* Wlprs. l. c. no. 3. — Crescit in Nepalia in monte Sheopore et in Noakote.

4836. **DICENTRA** *Brnhrdi.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 118. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 8. II. 10.)

† *E genere expellatur:*

D. SCANDENS Wlprs. l. c. no. 3. = DACTYLICAPNOS THALICTRIFLORA.

4836/1. **EUCAPNOS** *Siebold et Zuccarini.*

(Sieb. et Zuccar. Abhandl. der München. Akad. [Physik. math. Classe] III. 721. t. 1. fig. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 86.)

Calyx hypogynus diphyllus coloratus, ante anthesin deciduus, sepalis lateralibus oppositis lanceolatis erectis. Corolla hypogyna tetrapetala decidua, petala exteriora saccato-gibba carinata, apice appendiculato-reflexa, interiora duo lateralia erecta, a basi ad medium usque plana, superne cucullata, dorso carinata erecto-conniventia et genitalia obtegentia. Stamina 6 decidua in phalanges 2 petalis exterioribus oppositas coalita, filamenta basi inter se libera et in sacculum petali oppositi descendentia, exteriora complanato-alata, intermedium anguste lineare apterum, omnia ecalcarata, demum ascendentia et supra medium inter se connata, inde apicem versus iterum libera subulata, antherae basifixae anticae, intermediae cujusvis phalangis 2-, laterales 1-loculares valvatim dehiscentes. Ovarium sessile oblongo-lineare uniloculare, ovula in placentis parietalibus sibi oppositis intervalvularibus numerosa uniseriata. Stylus cylindricus persistens, stigma bilamellatum, lobis conniventibus orbicularibus papillosis. — Herba Japonica perennis? caule subvolubili; foliis caulinis alternis petiolatis exstipulatis triternatim sectis, segmentis petiolatis iterum ternato-sectis, laciniis incisis, lobis acutis glabrisglauces centibus; racemis terminalibus et axillaribus simplicibus secundis elongatis laxis subflexuosis multifloris; pedicellis bractea suffultis bibracteolatis; floribus speciosis roseis.

1. *EU. (FUMARIA Linn. Amoen. acad. VII. 457. t. 7. — CORYDALIS Pers. Enchirid. II. 269. — DICLYTRA DC. Syst. veget. II. 110. Prodr. I. 126.) SPECTABILIS Sieb. et Zucc. l. c. 722. — Crescit in Sibiria meridionali et in China boreali, per totam Japoniam colitur.

Subtribus II. CORYDALIDEAE Endl. — Wlprs. l. c. 118.

4839. **CORYDALIS** *DC.*

(DC. Prodr. I. 126. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 118. II. 750.)

I. C. LIBANOTICA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 30. — Caule basi vagina lata membranacea cincto; foliis biternatis, foliolis rotundatis profunde trifidis, partitionibus 2-3-sectis, lacinulis obtusissimis; bracteis ⅔3-5-fidis, pedicellis paullo brevioribus; sepalis minimis; petalo postico longe et arcuatim calcarato, antico brevissime obtuseque calcarato. 4. — *Coryd. bicalcarata* Harv.? — Crescit in monte Libano inter Cedros.

4840. **DISCOCAPNOS** *Cham. et Schlchtd.*

(Cham. et Schlchtd. Linnaea I. 569. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 122. — Parlatore, Monografia delle Fumariée [Firenze 1844. 8vo] p. 92. t. 1. fig. C.)

Petala 4 decidua, inferius liberum, reliqua basi coalita, superius in nectarothecium ventricosum saccatum productum. Stigma profunde bifidum, partitionibus acuminatis, cum stylo in fructu persistens. Pollen subpentagonum. Fructus monospermus compressus ovatus, utrinque uninervis

marginatus. Semen nigrum. — Herba in Promontorio bonae spei indigena scandens.

1. D. (FUMARIA Spr. Syst. vegetab. IV. t. II. p. 264.) MUNDTII Cham. et Schlchtd. l. c. — Wlprs. l. c. — Parlatore l. c. 93. † t. 1. fig. C. — Caulis erectus angulatus glaber fistulosus, fere bipedalis. Folia distantia bipinnata, foliolis trifidis, laciniis planis incisis acutiusculis, foliolis terminalibus in cirrhum ramosum abortientibus. Racemi oppositifolii, folio longiores, fructiferi elongati 10–15-flori. Bracteae setaceo-subulatae, pedicello subdimidio breviores. Pedicelli brevissimi ¼–½ lin. longi, fructiferi saepe recurvati. Flores parvi ventricosi ex sicco albi. Sepala minima ovato-lanceolata, sub apice denticulata. Petalum superius in nectarothecium subsaccatum amplum obtusum productum, nectarothecio fere dimidiam partem totius floris efficiente, venis paucis obliquis picto, reliqua petali superioris pars erecta, apice acutiuscula. Petalum inferius lineare incurvum canaliculatum apice obtusiusculum ibique et carina purpurea, reliqua parte ex sicco pallida, petali superioris longitudine. Petala interiora ovato-oblonga, basi valde angustata, apice acutiusculo connexa, externe plicis tribus longitudinalibus notata. Androphora oblongo-lanceolata trinervia membranacea. Antherae subrotundae parvae, pollen subpentagonum. Stylus erectus, apice incurvulus, in fructu cum stigmate bifido (laciniis erectis acuminatis) persistens et flexuosus. Fructus compressus ovatus acutus scabro-tuberculatus nigrescens, late marginatus, utrinque nervo mediano longitudinali notatus, stylo mucronatus. Semen nigrum reniforme, linea longitudinali notatum, albumen carnosum. — *Fumaria scandens* E. Mey. mss. — Crescit in Promontorio bonae spei.

4841. SARCOCAPNOS *DC.*

(DC. Prodr. I. 129. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 122*. — Parlatore, Monografia delle Fumariée 94.)

Petala 4 libera, superius in nectarothecium calcariforme productum inferiusque apice dilatatum emarginato-bilobum. Stigma bifidum, partitionibus membrana alaeformi conjunctis. Pollen angulatum. Fructus dispermus compressus ovalis, utrinque longitudinaliter trinervis, suturis incrassatis, valvulis facile partibilibus. — Herbae perennes glabrae aut glaberrimae, rarissime pilosae. Caules nunc laxe, nunc dense caespitosi breves, basi interdum suffruticulosi subsimplices aut ramosi. Folia simpliciter ternata aut triternatisecta, foliolis ovato-subrotundis, basi interdum cordatis, crassiusculis vel crassis. Racemi subcorymbosi folio breviores. Bracteae parvae ovatae membranaceae, pedicello multoties breviores. Pedicelli fructiferi valde elongati filiformes. Flores lutei vel ex albo rosei.

1. S. (FUMARIA Linn. Spec. plant. 984. — Lam. Illustr. t. 597. fig. 4. — CORYDALIS DC. Flor. Franc. Suppl. 587.) ENNEAPHYLLA DC. Syst. natur. II. 129. et Prodr. I. 129. — Parlatore l. c. 93. † — Fructibus basi styli crassiuscula persistente obtusa mucronatis, nectarothecio petalo superiore subdimidio breviore; foliis triternatim sectis, foliolis ovato-subrotundis, basi interdum cordatis, crassiusculis. ♃ — Radix fibrosa perennis. Caules 2–5-pollicares graciles intorti ramosi, basi suffruticulosi glabri vel pilis patulis albis molliter hispidi ut rami, pedunculi et petioli. Folia triternatim partita, petiolis longis gracilibus, foliolis ovato-subrotundis, non raro basi cordatis, apice mucronulatis, crassiusculis obsolete venosis, foliolo terminali saepe majori. Racemi breves, floriferi folio breviores subcorymbosi, subdecemflori. Bracteae ovatae acutiusculae membranaceae albae parvae, pedicello multum breviores. Pedicelli floriferi flore duplo et ultra longiores, fructiferi valde elongati pollicares vel sesquipollicares, erecto-patentes vel patuli filiformes flexuosi, apice non raro nutantes. Flores parvi lutei. Petalum superius basi in nectarothecium calcariforme rectum obtusum, flore dimidio brevius productum, apice dilatatum et transverse venosum. Petalum inferius longitudine praecedentis, ungue angusto et filiformi, apice dilatatum ibique venis transver-

salibus pictum. Petala lateralia oblongo-spathulata, exterioribus breviora, apice ex sicco pupurascentia. Sepala membranacea ovata acutiuscula alba. Fructus ovalis compressus glaber, utrinque nervis tribus longitudinalibus validis notatus, suturis incrassatis, apice basi styli crassiuscula persistente obtuse mucronatus. — *Fumaria enneaphylla Hispanica saxatilis* Bocc. Mus. di piante rare 83. t. 73. — Barrel. Icon. t. 42. — *Fumaria Hispanica saxatilis foliis amplioribus cordiformibus, semine compresso* Tournef. Instit. rei herb. 422. — *Fumaria radice fibrosa, foliis ad petiolum sinuatis crassioribus* Pluk. Alm. 162. — Crescit in Hispania, in provinciis Granada, Murcia, in Lusitania, in Gallia prope Roussillon et in Sicilia.

2. S. (FUMARIA Dsfont. Flor. Atlant. II. 126. tab. 173.) CRASSIFOLIA DC. l. l. c. c. — Parlatore l. c. 97. † — Fructibus basi infima styli persistente leviter obtusque mucronatis; nectarothecio petalo superiore subquadruplo breviore; foliis simplicibus vel ternatis, foliolis ovatis vel ovato-subrotundis, interdum basi cordatis crassis. ♃ — Caulis 4–6-pollicaris procumbens et dense caespitosus ramosus fragilis flexuosus angulatus glaberrimus; folia petiolata, petiolis longis trigonis, superne canaliculatis, nunc simplicibus, nunc apicem versus ternatim sectis, simplicia vel ternata, foliolis ovatis aut ovato-subrotundis obtusiusculis, raro basi cordatis crassis obsoletissime venosis integris, foliolo terminali majore. Racemi oppositifolii suboctoflori folio breviores subcorymbosi. Bracteae ovatae obtusiusculae albae breves, lineam fere longae, pedicello multoties breviores. Pedicelli pollicares vel longiores filiformes, floriferi erecti, fructiferi deflexi et tortuosi. Flores pallide rosei, ex sicco lutescentes. Sepala parva oblongo-lanceolata acuta subintegra. Petalum superius basi nectarotheciferum, nectarothecio calcariformi recto brevi obtuso, in medio angustatum et lineare, apice dilatatum profunde bilobum, venis transversis saturatioribus pictum. Petalum inferius superiori aequilongum subsimile ecalcaratum. Petala lateralia petalis exterioribus multo breviora, apice aurantiaca, summo apice inter se connexa. Fructus ovatus compressus glaber, nervis tribus longitudinalibus validis, ut in specie praecedente munitus, apice basi infima styli persistente breviter et obtuse mucronatus. — Crescit in rupibus Barbariae prope Tlemcen.

4843. **PLATYCAPNOS** *Brnhrdi.*

Brnhrdi. Linnaea VIII. 471. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 122*. — *Fumaria* §. 1. *Platycapnos* DC. Prodr. I. 130. — Parlatore, Monografia delle Fumariée 89.)

Petala 4, inferius liberum, reliqua basi coalita, superius in fructu subpersistens, basi gibbum, sub apice appendicibus duabus auriculaeformibus convergentibus vel inter se connexis munitum. Stigma deciduum trifidum, partitionibus lateralibus horizontalibus latis indivisis, media elongata recta gracili, apice bifida. Pollen sphaericum laeve. Fructus monospermus compressus ovalis, latere altero uninervis, endocarpio membranaceo tenui ab epicarpio soluto, valvulis facile partibilibus. — Herba mediterranea annua glauca, foliis supra compositis, racemis oppositifoliis multifloris.

1. PL. SPICATUS Bernhardi l. c. — Parlatore l. c. 90. † — Radix crassiuscula pallida parce fibrosa. Caules saepe plures erecti ramosi glauci angulati fistulosi ½–1-pedales sed quandoque 3–5-pollicares. Folia glauca bipinnata, foliolis planis incisis, laciniis anguste linearibus obtusiusculis cum mucronulo, petiolis canaliculatis, basi latiusculis caulem semiamplectentibus. Racemi oppositifolii laterales et terminales folio longiores dense spicati multiflori, fructiferi parum elongati. Bracteae lineari-lanceolatae acuminatae membranaceae albae, pedicello subduplo longiores. Pedicelli ¼–½ lin. longi erecto-patentes, fructiferi recurvati. Flores parvi, superiores erecti, reliqui penduli ex albo-virides et purpureo-variegati. Sepala lanceolato-acuminata breviter et sparse denticulata corollis angustiora. Petalum superius omnibus latius, sed brevius, basi tantum laxiusculum et gibbum, gibbositate glandulam parvam nectariferam includente, sub medio gerens appendiculas duas rotundatas auriculaeformes luteas convergentes

vel inter se connexas, canalem qui androphori superioris petalorumque interiorum amplectit, efformantes, apice obtusiusculo viridi, subtus canaliculato, marginibus ejus rellexis purpurascentibus. Petalum inferius omnium longissimum anguste lineare, supra canaliculatum, apice obtusiusculum Petala interiora linearispathulata, apice conneva et atropurpurea. Fructus ovalis acutiusculus compressus marginatus scabrellus, altero latere uninervis bivalvis, valvis connexis sed facile partibilibus, endocarpio tenui membranaceo ab epicarpio soluto. Semen compressum, albumen carnosum. — *Fumaria tenuifolia semine Lini* Moris, Oxon. Hist. univ. I. 262. t. 12. sect. 13. fig. 13. — *Fumaria tenuifolia erecta purpurea Hispanica* Barrel. Icon. 41. pag. 78. — *Fumaria minor sive tenuifolia surrecta* J. Bauh. Hist III. 203. — *Fumariae species Myconi* Dalech. Lugd. 1794. fig. 1. — *Capnos tenuifolia* Clus. Rar. stirp. pl. histor. 374. (c. ic.) — *Fumaria spicata* Linn. Spec. pl. 985. — Crescit in regionibus Mediterraneis.

4844. **FUMARIA** *Brnhrdi.*

(DC. Prodr. I. 130. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 122. et II. 750. — Parlatore, Monografia delle Fumariée [Firenze, 1844. 8vo.] p. 52.)

Petala 4 decidua, inferius liberum, reliqua basi coalita, superius in nectarothecium calcariforme breve productum. Stigma deciduum bicorne in medio concavitatis mucrone brevi auctum. Pollen globosum vesiculas sex gerens, quarum quatuor ad angulos et duo ad polos respondent. Fructus globosus enervis monospermus indehiscens, endocarpio osseo cum epicarpio conjuncto, valvulis difficillime partibilibus. — Herbae annuae glabrae, succo limpido repletae. Caules angulati, plerumque diffusi ramosi, ramis superioribus alternis. Folia alterna composita vel supradecomposita, laciniis magis minusve cuneatis linearibus filiformibusve, incisis vel incisodentatis, petiolis secundariis interdum cirrhorum modo intortis. Racemi oppositifolii, floriferi breves, fructiferi plerumque elongati simplices laxiusculi vel densi aut subcorymbosi. Bracteae lineares breves membranaceae integrae sub quovis pedicello. Flores parvi albi vel rosei unicalcarati.

1. **F. OFFICINALIS** Lin. Spec. pl. 984. — Flor. Danic. t. 940. — Engl. bot. t. 589. — Curtis, Flor. Londin. (edit. 2.) II. t. 52. — Plenk, Ic. pl. medic. VI. t. 545. — Strm. Flor. Dtschldns. Hft. 2. t.17. — Rchb. Ic. fl. Germ. XIII. t. 111. no. 4454 et 4455. — Francis, The little Engl. flor. 110. D. II. fig. 1. — Nees ab Esenb. Officin. Pflnzn. t. 410. — Parlatore l. c. 53. † — [Gay, Ann. sc. natur. (2 Sér.) XVIII. p. 214. adumbratio locupletissima.] — Fructibus laevibus globoso-retusis subobcordatis, transverse latioribus; sepalis ovato-acutis dentatis, corollae tubo angustioribus; racemis laxifloris elongatis; bracteis pedicello utplurimum brevioribus; foliorum laciniis planis latiusculis. ☉ — Radix gracilis fibrosa verticalis subsimplex pallide flava. Caulis erectus vel procumbens et diffusus glaber subpentagonus subflexuosus succulentus, ½–1-pedalis vel ultra, ramosus. Folia pallide viridia glabra, inferiora longiuscule petiolata, petiolis acute trigonis, superne subcanaliculatis, subsimplicia tripartita, partitionibus cuneiformibus planis 2–3-fidis, laciniis obtusis. Folia caulina bipinnata, foliolis cuneiformibus 2–3-fidis, laciniis planis obtusis, saepe cum mucronulo, lacinia terminali majore, eorum petioli secundarii in cirrhos non contorti sed saepe arcuati et flexuosi, folia suprema subsessilia, omnia alterna. (In var. *β.* foliorum laciniae sunt angustiores fereque lineares.) Racemi oppositifolii, inferiores folio subbreviores, superiores folio longiores vel subaequales, fructiferi elongati. Bracteae oblongo-lineares cuspidatae albidae, basi concavae, pedicello plerumque subdimidio breviores sed quandoque subaequales et etiam sublongiores. Pedicelli 1½–2 lin. longi subclavati erectopatentes, etiam fructiferi. Flores primo densiusculi erecti, sub anthesi laxe racemosi et subpatentes, e roseo purpurascentes, cum nectarothecio 3 circiter lin. longi, in var. *β.* densiores et intensius purpurascentes, in var. *γ.* albi, apice tantummodo purpurascentes. Sepala ovato-acuta, corollis angustiora et ab illis pa-

rum distantia, ex albo rosea carinata, carina virescente, margine praecipue basin versus denticulata aut dentata. Petalum superius fere longitudine petali inferioris, apice viride, apicem versus subtus excavatum, marginibus reflexis transverse plicatis, dorso carinatum, carina obtusa viridi. Nectarotheeium obtusissimum subcompressum, pedicello subdimidio brevius totius floris longitudinis fere tertiam partem constituens. Glandula nectarifera linearis incurva (sub microscopio) scabra. Petalum inferius anguste lineare, apice dilatatum acutiusculum canaliculatum, marginibus reflexis transverse obsolete plicatis, roseum, apice tantummodo viride. Petala lateralia petalo inferiore breviora ex albo rosea, apice atropurpurea oblongo-spathulata, mucronis viridis ope in summo apice coalita, externe plicis tribus longitudinalibus alaeformibus, quarum media latior, munita. Stamina diadelpha, una cum pistillo in petalorum lateralium concavitate inclusa. Androphora alba membranacea, basi dilatata, antherae flavae. Stigmatis cornua erecta acuta mucrone parvo instructa. Fructus laevis subglobosus latior quam longus, apice retusus et subobcordatus, foveola utrinque ad apicem notatus. — *Κάπνος* Dioscorid. IV. cap. 90. — *Fumaria* Tragus, Stirp. Germ. 109. — *Fumus terrae sive Fumaria vulgaris* Cam. Hort. medic. 62. — *Fumaria vulgaris* J. Bauh. Hist. stirp. III. 201. — *F. officinarum* Necker, Delic. Gallo-Belgic. II. 238. — *F. media* Loisel. Notices 101. — DC. Prodr. I. 130. — *F. Petteri* Tenore Hb. — *F. Gasparini* Babingt. Transact. of the Edinbrgh. bot. soc. I. 36. — (Wlprs l. c. I. 122. no. 5.) — *F. diffusa* Arnott. mss. — [Wlprs. l. c. 122. no. 2.]

β. densiflora Parlatore l. c. 55. — Floribus densius racemosis et intensius purpurascentibus, foliorum laciniis angustioribus. — *F. densiflora α* DC. Catal. pl. hort. Monsp. 113. et Prodr. I. 130. — *F. officinalis β. minor* Gasparini mss. — *Fumaria vulgaris tenuiori folio sive Delphinii* Cup. Pamph. Sicul. I. t. 45.

γ. albiflora Parlatore l. c. 56. — Petalis albis, apice purpurascentibus.

Crescit ad margines agrorum et ad vias per totam fere Europam, Africam borealem, Asiam occidentalem et in America fere tota introducta reperitur.

2. F. MICRANTHA Lagasca, Elench. pl. hort. Matrit. (1816.) 21. no. 281. — Hook. Icon. plant. t. 363. — Parlatore l. c. 60. † — Fructibus subglobosis obtusiusculis rugulosis; sepalis amplis subrotundo-ovatis dentatis corollae tubo latioribus; racemis densifloris, demum subelongatis; bracteis pedicello sublongioribus; foliorum laciniis anguste linearibus canaliculatis. ☉ — Radix fibrosa simplex pallida. Caules ramosi diffusi glabri angulati semipedales vel pedales. Folia bipinnatifida, foliolis brevibus crassiusculis 2-3-fidis, partitionibus incisis, laciniis linearibus angustissimis canaliculatis acutis. Racemi floriferi densiores quam praecedentis, obtusi, pollicem fere longi, folio subbreviores, fructiferi subelongati folio longiores. Pedicelli 1-1½ lin. longi erecto-patentes, fructiferi quandoque subrecurvi. Bracteae oblongo-lineares albae cuspidatae pedicello sublongiores. Flores parvi numerosi ex albo rosei vel rosei, apice atropurpurei fere ut in *F. officinali*, sed minores. Sepala ampla subrotundo-ovata obtusiuscula dentata, corollae tubo latiora. Fructus subglobosus compressiusculus rugulosus, latitudine paullulum longior, primo acutus, deinde obtusiusculus et subapiculatus. — *F. prehensibilis* Kitaib. Index pl. hort. bot. Pesthin. 1812. p. 10. — *F. media β. prehensibilis* DC. Prodr. I. 130. — *F. parviflora* Sibthrp. et Sm. fl. Graec. VII. 63. t. 668. — *F. officinalis* Chaubard, Fl. Peloppon. 45. no. 1115. — *F. officinalis δ. densiflora* Moris, Fl. Sard. I. 90. — *F. Aegyptiaca* Steinh. Arch. de bot. I. 415. — *F. calycina* Babingt. Transact. of the Edinbrgh. bot. soc. I. 34. † — Wlprs. l. c. I. 122. no. 4. — *Fumaria tenuifolia, foliorum pediculis scandens, floribus alatis* Tournef. — Crescit locis incultis et ad vias in Scotia, Hispania, Gallia, Italia, in Sardinia, Sicilia, Graecia, in Aegypto, Syria et Arabia.

3. F. PARVIFLORA Lam. Dict. encycl. II. 567. — Rchb. Ic. flor. Germ. XIII. t. I. no. 4451. — Engl. bot. t. 590. — Parlatore l. c. 64. † — Fructibus ovato-globosis mucronulatis laevibus; sepalis minimis ovatis acutiusculis dentatis, corollae tubo angustioribus; racemis breviusculis; bracteis pedicello fructifero subaequalibus;

foliorum laciniis anguste linearibus canaliculatis. ☉ — Radix gracilis albida, fibras paucas capillares emittens. Caulis erectus gracilis, basi simplex, superne ramosus vel caules plures decumbentes aut diffusi a semipede ad pedem usque longi (copiatni glabri ramosi. Folia primordialia anguste lineari-lanceolata, reliqua glaucescentia bipinnata, petiolis trigonis, foliolis parvis, laciniis linearibus angustissimis canaliculatis. Racemi floriferi folio breviores densiusculi, fructiferi parum elongati et folio sublongiores. Bracteae lineares acutae subintegrae membranaceae albae, pedicello florifero subaequales, fructifero subdimidio breviores. Pedicelli etiam fructiferi erecto-patentes. Flores parvi albi vel rosei macula atropurpurea notati. Sepala ovato-acuta dentata minima, corollae tubo valde angustiora. Petalum superius basi in nectarothecium obtusum rotundatum productum, glandula nectarifera parva subtus canaliculatum subcochleariforme, dorso viride, marginibus albis reflexis, petalum inferius longitudine aequans, apice obtusum. Petalum inferius lineare, sub apice latiusculum canaliculatum, apice obtuso viridi, marginibus rectis albis. Petala interiora parum breviora oblongo-spathulata alba, apice purpurea, cum plicis tribus dorsalibus, summo apice coalita. Androphora attenuata trinervia. Fructus ovato-globosus, apice acuminatus, laevis. — *F. densiflora β. albida* DC. Prodr. I. 130. — *F. tenuifolia* Fl. Wetteraw. III. 14. — *F. leucantha* Viv. Flor. Cors. diagn. I. 12. — *F. spicata* Gorter? Fl. prov. Belg. 188. — *F. spicata* Linn. Syst. natur. (edit. 13) 570. — *F. diffusa* Mnch. Suppl. 215. — *F. Sicula* Pison. Cat. hort. Panorm. — *Fumaria minor foeniculi tortuosi folio, flore albo, macula rubente* Bocc. Mus. di piante rare 144. t. 102. — *Fumaria exilis foliis tenuissimis floribus albis circa Monspelium nascens* C. Bauh. Pinx. 142. — Vaill. Bot. Paris. 56. t. 10. fig. 5. — *Fumaria tenuissimis foliis, flore albo* Magnol. Hort. Monspel. 82. — *Fumaria tenuifolia flore albo et flore rubro* Cup. Pamphyt. I. t. 111. — Crescit ad agrorum margines per Europam, Africam, Asiam et Americam boreälem.

4. **F. VAILLANTII** Loisel. Notice 102. — Rchb. Ic. flor. Germ. XIII. t. I. no. 4452. — Parlatore l. c. 68. † — Fructibus globosis obtusis scabriusculis; sepalis minimis corollae tubo multo angustioribus; racemis breviusculis pauciforis; bracteis pedicello florifero sublongioribus; foliorum laciniis linearibus planis. ☉ — Radix alba simplex paucas fibras capillares emittens. Caulis erectus ramosus vel ramosissimus subdichotomus a semipede ad pedem usque altus sed non raro 3–4-pollicaris angulatus. Folia glauca, bipinnata, foliolis circumscriptione cuneatis 2–3-partitis, laciniis linearibus integris vel raro apice bifidis obtusiusculis planis. Racemi laterales terminalesque breves obtusi subdecemflori, folio semper breviores, fructiferi quandoque folio subaequales. Bracteae lineares acuminatae albae pedicellum aequantes vel parum superantes. Pedicelli fere sesquilineares erecto-patentes numquam arcuati. Flores parvi fere ut in praecedente rosei, apice atropurpurei, raro albi. Sepala minima ovata acutiuscula corollae tubo multoties angustiora squamulaeformia. Petalum superius roseum, basi in nectarothecium calcariforme obtusum incurvum et pedicello parum brevius productum, apice obtusiusculum petala lateralia longitudine superans. Petalum inferius roseum anguste lineare, apice dilatatum ibique viride, margine late roseum, petalo superiore paullo longius. Petala lateralia albida, apice atropurpurea. Fructus globoso-compressiusculus obtusus subrotundatus scabriusculus, apice utrinque foveola notatus. — *F. parviflora* Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 18. (nec alior.) — *F. parviflora β. Vaillantii* Gaud. Ench. 588. — *F. Schleicheri* Soyer-Willem. Obs. sur quelq. pl. de la France 17. — *F. spicata* Balbis. — *F. officinalis* Fisch. — *Fumaria altera tenerior Syriaca* Camer. Hort. medic 62. — *Fumaria minor folio oblongo capillaceo* C. Bauh. Pinx. 142. — *Fumaria exilis Romana* Bocc. Mus. di piante rar. 107. t. 81. — *Fumaria lobis longioribus et angustioribus sparsis* Vaill. Bot. Paris. 56. t. 10. fig. 6. — Crescit in agrorum marginibus et ad vias per Europam, in regionibus Mediterraneis, in Asia centrali et India orientali, etiam in insulis Canariensibus.

5. **F. MACROCARPA** Parlatore Pl. nov. 7. † — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 750. no. 2. — Parlatore, Monografia delle Fumariée 71. † — Fructibus maximis laevibus subfungosis obtusissimis vix emarginatis; sepalis subsetaceis minimis; racemis paucifloris; bracteis pedicello subbrevioribus; foliorum laciniis linearibus. ⊙ — Radix fibrosa ramulosa laevis. Caulis flexuosus ramosus procumbens vel scandens glaber angulatus. Folia inferiora bipinnatifida petiolata, petiolis acute trigonis, foliolis tripartitis, partitionibus cuneatis, laciniis linearibus acutiusculis vel obtusis cum mucronulo. Racemi oppositifolii, floriferi folio breviores, fructiferi elongati et folio sublongiores pauci- (sub-5-) flori. Pedicelli 2 lin. longi erecti, apice incrassati, fructiferi quandoque subrecurvi. Bracteae lineares angustae acuminatae pedicellos subaequantes vel illis parum breviores. Flores parvi e sicco albido-lutescentes 2–2½ lin. longi stricti. Sepala angustissime linearia fere setacea ¾ lin. longa denticulata. Petala apice viridia, longitudine aequalia. Fructus globosus fere Pisi magnitudine omnibus grandior subfungosus obtusissimus, apice subemarginatus latitudine vix longior. — *F. megalocarpa* Boiss. Diagnos. pl. oriental. I. 68. — Wlprs. l. c. II. 750. no. I. — *F. capreolata* Auch. Eloy mss. — Crescit in insula Chio, prope Athenas et in Argolide.

6. **F. AGRARIA** Lagasca, Elench. plant. hort. Matrit. (1816.) 21. no. 282. — Parlatore l. c. 72. † — Fructibus grandibus globoso-compressiusculis rugosis mucronulatis submarginatis; sepalis ovato-oblongis acuminatis grosse dentatis corollae tubo angustioribus; racemis laxifloris; bracteis pedicello subaequalibus; foliorum laciniis planis latiusculis. ⊙ — Radix fibrosa subsimplex. Caulis erectus vel scandens glaber flexuosus ramosus angulatus 1-1½-pedalis. Folia glabra bipinnatifida petiolata, petiolis trigonis, angulis acutis, petiolis secundariis flexuosis saepeque cirrhorum modo fere ut in *F. capreolata* contortis, alterna, foliolis 2–3-partitis, partitionibus cuneatis 2-3-fidis, laciniis late linearibus acutiusculis vel obtusis cum mucronulo. Racemi oppositifolii folio longiores erecti multiflori obtusissimi. Pedicelli etiam fructiferi erecto-patentes subarcuati numquam recurvi, fere 2 lin. longi. Bracteae oblongo-lineares acutae integrae albae, nervo viridi carinatae, pedicellis subaequales vel parum longiores. Flores ampli laxe racemosi ex albo rosei vel pallide purpurei 4–5 lin. longi, petala interiora apice purpurea. Sepala ovato-lanceolata acuminata grosse dentata corollae tubo angustiora, ex albo rosea, carina saturatiori, in fructu non raro persistentia. Petalum superius apice obtusiusculum, a medio ad apicem angustatum, basi nectarotheciferum, nectarothecio calcariformi obtuso incurvo, 1–1½ lin. longum, pedicello subaequale. Petalum inferius longitudine fere superioris et interdum vix longius canaliculatum, apice obtuso cochleariformi. Petala lateralia lineari-spathulata utrinque luteola, apice coalita atropurpurea, petalis exterioribus parum breviora. Fructus globoso-compressiusculus tuberculatus submarginatus, apice acutus, utrinque foveola notatus, immaturus acuminatus. — *F. media* DC. Syst. veget. II. 134., Prodr. I. 130. — *F. major* Badarro, mss. in Moretti, Bot. ital. I. 10. — *F. officinalis β. major* Moris, Flor. Sard. I. 90. — *F. capreolata* Delile. — *F. officinalis β. grandiflora* DC. l. l. c. c. — Rchb. Ic. fl. Germ. XIII. t. 4. no. 4455. — *Fumaria major floribus dilute purpureis* Vaill. Bot. Paris. t. 10. fig. 4.

   β. Chilensis Parlatore l. c. 73. — Floribus intensius purpurascentibus; sepalis saepe persistentibus; fructibus apice productius mucronulatis. — *F. spicata* Bertero mss. — *F. capreolata* Gaudich. — (Chili.)

   Crescit in regionibus mediterraneis et in America australi.

7. **F. CAPREOLATA** Linn. Spec. pl. 985. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. II. 162. t. 115. fig. 2. — Engl. bot. t. 943. — Curtis, Flor. Londin. VI. t. 47. — Rchb. Ic. flor. Germ. XIII. no. 4456. — Savi, Med. bot. t. 1. fig. 1. — Parlatore l. c. 76. † — Fructibus globoso-compressiusculis laevibus obtusis; sepalis ovatis dentatis corollae tubo subaequalibus; bracteis pedicello subbrevioribus; pedicellis fructiferis recurvatis; foliorum laciniis latiusculis planis, petiolis secundariis cirrhorum modo contortis. ⊙ — Radix fibrosa subramosa pallide flava. Caulis scandens 1–3-pe-

dalis ramosus angulatus. Folia inferiora longiuscule petiolata, petiolis trigonis, superne canaliculatis, secundariis cirrhorum modo intortis plantisque vicinis adhaerentibus, bipinnatifida, foliolis latis cuneatis subtripartitis, partitionibus cuneatis 2–3-fidis, laciniis oblongo-linearibus obtusis cum mucronulo, venosis subglaucis. Racemi densiusculi pulchri folio etiam floriferi longiores, fructiferi arcuati. Bracteae oblongo-lineares acuminatae albae, apice saepe purpurascentes pedicello subaequales. Pedicelli sesquilineam fere longi, floriferi primo erecto-patentes, deinde deflexi et cum apice pedunculo approximati. Flores ampli albi vel ex albo rosei, apice purpurei, in medio subinflati numerosi. Sepala ovato-acuta dentata, basin versus inciso-dentata carinata, carina viridi sepalique basin numquam attingente concava, floris latitudinem fere aequantia. Petalum superius album, dorso saepe rubrum vel roseum, apice purpureum, summo apice viride, basi calcaratum, calcare elongato compresso rotundato in medio inflatum, dorso canaliculatum, apice angusto acuto avium rostrum subimitante, marginibus inflexis, petalum inferius calcare excluso aequans. Petalum inferius lineare angustum canaliculatum apice acutiusculum, marginibus inflexis, ex albo roseum, apice viridi. Petala interiora lineari-spathulata, basi angustata, dorso apicem versus plicis tribus alaeformibus crispatis munita, apice purpurea. Fructus laevis globosus, compressiusculus obtusus, apice utrinque foveola notatus. — *F. officinalis* B. Webb, Phytogr. Canar. 53. — *F. media* Montgne. — *Fumaria viticulis et capreolis plantis vicinis adhaerens* C. Bauh. Pinx. 143. — *Fumaria major scandens flore pallidiore* Ray, Hist. plant. 405. — *F. Neapolitana* Vaill. Herb. — *Fumaria II flore albo* Tabernaem. Kraeuterb. ic. 32. — *Fumaria alba latifolia repens* Cast. Hort. Mess. 38.

β. fructibus rugosis; pedicellis fructiferis recurvis. — *F. alexandrina* Gasparini, Rendiconto della R. Accademia delle scienze di Napoli l. 50. (An eadem ac infra [no. 10.] enumerata?) — *F. flabellata* Gasparini l. c. 51.

γ. fructibus laevibus vel rugulosis; pedicellis fructiferis erectis, floribus magnitudine ut in praecedentibus vel etiam minoribus; sepalis angustioribus. — *F. capreolata* DC. Ic. pl. flor. Gallic. t. 34. — *F. media* Bast, Essai sur la flore du depart. de Maine et de Loire Suppl. 33. — *F. serotina* Guss. mss. — *F. major* Tenore. — *F. Petteri* Heldreich. — *F. Vaillantii* Ten. Flor. Napolit. II. 119.

Crescit in Britannia, Gallia, Germania, Dalmatia, Italia, Graecia, in Aegypto, in Barbaria, in insulis Madeira, St. Helena et in Promontorio bonae spei.

7. F. **MACROSEPALA** Boiss. Elench. pl. Hisp. no. 7. † et Voyage bot. dans le midi de l'Esp. 19. † t. 4. — Wlprs. l. c. I. 122. no. 1. — Parlatore l. c. 82. † — Fructibus ovato-globosis turgidulis mucronulatis; sepalis maximis ovato-acutis, basi truncatis dentatisque, corollae tubo subduplo latioribus; racemis floriferis densis, fructiferis elongatis; bracteis pedicello incrassato aequalibus; foliorum laciniis sublinearibus. ⊙ — Caules breves decumbentes vel erecti glabri angulati, basi ramosi, 1–1½-pedales. Folia longiuscule petiolata, petiolis trigonis flexuosis non cirrhescentibus, bipinnatifida, foliolis partitis, laciniis planis obovatis incisis lobatisve cum mucronulo, venosis, venis anastomosantibus. Racemi laterales et terminales folio etiam floriferi longiores, floriferi densi breves ovati pauciflori, fructiferi elongati subarcuati. Bracteae oblongo-lineares subarcuatae membranaceae pedicellorum longitudine. Pedicelli semper erecto-patentes teretes, apice valde incrassati, fere sesquilineam longi. Flores ex albo virides, apice purpurascentes. Sepala maxima corollae tubo latiora ovato-acuta venosa, basi truncata dentata, apicem versus integra. Petalum superius basi in nectarothecium calcariforme breve obtusum productum, apice acutum. Petalum inferius longitudine praecedentis lineare canaliculatum, sub apice cochleariforme acutum. Petala interiora oblongo-spathulata, exterioribus paullo breviora. Fructus ovato-globosus turgidulus, apice mucronulatus laevis, sub lente scabrellus. — Crescit in Hispaniae provincia Malagensi.

8. F. CORYMBOSA Dsf. Act. soc. hist. nat. Paris. I. 26. t. 6. — Parlatore l. c. 83. † — Fructibus ovoideo-compressiusculis obtusis mucronulatis tuberculatis; sepalis.....?; racemis laxis corymbosis pauciflori; bracteis pedicello multoties brevioribus; pedicellis filiformibus elongatis, fructiferis deflexis; foliorum laciniis planis carnosulis. ♃ — Radices elongatae graciles ramosae perennes. Caules breves 2–6-pollicares quandoque nulli, flexuosi procumbentes angulati, basi parce ramosi. Folia longe petiolata pinnatifida, petiolis trigonis, foliolis planis carnosulis glaucis subtrilobis, lobis 2–3-fidis, laciniis acutiusculis submarginatis. Racemi folio breviores corymbosi laxiflori pauciflori. Bracteae oblongo-lineares vel ovatae acutae, lineam fere longae, pedicello multoties breviores. Pedicelli valde elongati 1–1½-pollicares filiformes, apice incrassati, floriferi erecti, fructiferi deflexi tortuosi. Flores fere ut in *F. capreolata* sed parum minores pallide rosei, apice atropurpurei. Fructus ovoideus compressiusculus obtusus, apice mucronulatus, undique tuberculatus. — *F. Africana* Lam. Dict. Encycl. II. 569. — In Barbaria in fissuris rupium ad Tlemsen crescit.

9. F. PETTERI Rchb. Icon. flor. Germ. XIII. 1. t. 2. no. 4453b. — Wlprs. l. c. I. 123. (adn.) — Parlatore l. c. 85. † — Fructibus ovoideis acutiusculis laevibus; sepalis ovatis acutis subintegris corollae tubo aequalibus; racemis laxiusculis; bracteis pedicellos subaequantibus; pedicellis fructiferis erecto-patentibus vel recurvis; foliorum laciniis latiusculis planis. ☉ — Radix simplex pallida. Caulis pentagonus erectus vel subscandens ½–1-pedalis ramosus. Folia bipinnatifida, foliolis cuneatis 2–8-fidis, partitionibus lineari-oblongis 2–3-fidis venosis obtusis cum mucronulo, foliorum petiolis secundariis subcirrhescentibus. Racemi laxiusculi 10–12-flori, floriferi folio breviores, fructiferi folio subaequales vel longiores. Bracteae lineari-oblongae cuspidatae albae, pedicello parum breviores vel illum aequantes. Pedicelli 1½ lin. longi, floriferi erecti, fructiferi erecto-patentes vel recurvati. Sepala ovata subrhombea acuta subintegra vel parce denticulata ex albo rosea carinata, corollae tubum latitudine aequantia. Flores magnitudine illorum *F. officinalis* sed pallidius rosei. Fructus laevis ovoideus, utrinque angustatus, apice acutiusculus ibique foveala minima notatus, omnium minimus. — *F. media* Reuter mss. — Crescit in Dalmatia et in Hispaniae montibus Guadarramma.

† *Species inquirendae.*

10. F. ALEXANDRINA Ehrenbrg. mss. ex Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 644. — Caulibus subascendentibus; petiolis cirrhosis; foliis bipinnatisectis, segmentis palmato-partitis, lobis oblongo-cuneatis obtusis; pedicellis fructiferis patulis vel reflexis bractea longioribus; siliculis compresso-globosis vix emarginatis rugosis. ☉ — Crescit in monte Gargano.

11. F. CAPREOLATA *β.* BURCHELLII DC. Syst. nat. veget. II. 133.

12. F. TURBINATA Sm. in DC. l. c. 132.

13. F. LOBELII Tausch in Flora XXII. 495. — Wlprs. l. c. 122. no. 6.

†† *Species e genere expellendae.*

F. ACAULIS Wulf. = CORYDALIS ACAULIS.
F. ALBA Mill. = CORYDALIS CAPNOIDES.
F. ALTAICA Ledeb. = CORYDALIS PAUCIFLORA.
F. ANGUSTIFOLIA M. B. = CORYDALIS ANGUSTIFOLIA.
F. AQUILEGIFOLIA Patrin. = CORYDALIS PAUCIFLORA.
F. AUREA Mühlenbrg. = CORYDALIS AUREA.
F. BIAURITA Vahl. = DICLYTRA FORMOSA.
F. BITERNATA Vahl. = CORYDALIS PAUCIFLORA.
F. BRACTEATA Steph. = CORYDALIS BRACTEATA.
F. BULBOSA All. = CORYDALIS TUBEROSA.
F. BULBOSA Linn. = CORYDALIS BULBOSA ex p.
F. BULBOSA Thnbrg. = CORYDAIS DECUMBENS.

F. CAPNOIDES Linn. = CORYDALIS CAPNOIDES.
F. CAUCASICA Adams. = CORYDALIS ANGUSTIFOLIA.
F. CAUDATA Lam. = CORYDALIS LONGIFLORA.
F. CAVA Mill. = CORYDALIS BULBOSA.
F. CLAVICULATA Linn. = CORYDALIS CLAVICULATA.
F. CRASSIFOLIA Dsf. = SARCOCAPNOS CRASSIFOLIA.
F. CUCULLARIA Linn. = DICLYTRA CUCULLARIA.
F. DECUMBENS Thnbrg. = CORYDALIS DECUMBENS.
F. DIGITATA Lejeune. = CORYDALIS HALLERI.
F. ENNEAPHYLLA Linn. = SARCOCAPNOS ENNEAPHYLLA.
F. EXIMIA Ker = DICLYTRA EXIMIA.
F. FABACEA M. Bieb. = CORYDALIS CAUCASICA.
F. FABACEA Retz. = CORYDALIS FABACEA.
F. FLAVULA Rafin. = CORYDALIS AUREA.
F. FORMOSA Andr. = DICLYTRA FORMOSA.
F. FUNGOSA Ait. = ADLUMIA CIRRHOSA.
F. GLAUCA Curt. = CORYDALIS GLAUCA.
F. HALLERI Willd. = CORYDALIS HALLERI.
F. IMPATIENS Pall. = CORYDALIS IMPATIENS.
F. IMPATIENS Patrin. = CORYDALIS SIBIRICA.
F. INCISA Thnbrg. = CORYDALIS INCISA.
F. INTERMEDIA Ehrh. = CORYDALIS FABACEA.
F. LENENSIS Pall. = CORYDALIS PAEONIAEFOLIA.
F. LONGIFLORA Willd. = CORYDALIS LONGIFLORA.
F. LUTEA Thnbrg. = CORYDALIS PALLIDA.
F. MAJOR Rth. = CORYDALIS BULBOSA.
F. MARSCHALLIANA Pall. = CORYDALIS MARSCHALLIANA.
F. MINOR Retz. = CORYDALIS HALLERI.
F. MUNDTII Spr. = DISCOCAPNOS MUNDTII.
F. NOBILIS Jcq. = CAPNOGORIUM NOBILE.
F. PAEONIAEFOLIA Steph. = CORYDALIS PAEONIAEFOLIA.
F. PALLIDA Thnbrg. = CORYDALIS PALLIDA.
F. PAUCIFLORA Pall. = CORYDALIS PAUCIFLORA.
F. PEREGRINA Rudolphi = DICLYTRA LACHENALIAEFLORA.
F. PUMILA Host. = CORYDALIS LOBELII.
F. RACEMOSA Thnbrg. = CORYDALIS RACEMOSA.
F. RECTA Michx. = ADLUMIA CIRRHOSA.
F. ROSEA Steud. = CORYDALIS ROSEA.
F. RUTAEFOLIA Sibthrp. et Sm. = CORYDALIS RUTAEFOLIA.
F. SATIVA Scop. = CAPNOGORIUM NOBILE.
F. SCANDENS E. Mey. = DISCOCAPNOS MUNDTII.
F. SCHANGINI Pall. = CORYDALIS LONGIFLORA.
F. SEMPERVIRENS Linn. = CORYDALIS GLAUCA.
F. SIBIRICA Linn. = CORYDALIS SIBIRICA.
F. SOLIDA Ehrh. = CORYDALIS HALLERI.
F. SPECTABILIS Linn. = EUCAPNOS SPECTABILIS.
F. SPICATA Linn. = PLATYCAPNOS SPICATUS.
F. TENUIFOLIA Ledeb. = DICLYTRA LACHENALIAEFLORA.
F. TENUIFOLIA Sym. = DICLYTRA TENUIFLORA.
F. VESICARIA Linn. = CYSTICAPNOS AFRICANA.

Subtribus III. APLECTREAE Boiss. Diagn. pl. nov. orient. V. 80.

Corollae petala ecalcarata, anticum et posticum inter se conformia, basi unguiculata.

4844/1. **APLECTROCAPNOS** *Boiss. et Reuter.*

(Boiss. et Reuter mss. in Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 79.)

Calyx diphyllus, foliolis lateralibus ovatis deciduis. Petala quatuor hypogyna, omnia ecalcarata, posticum et anticum majora inter se similia obcordata longe unguiculata, duo interiora angustiora brevioraque linearispathulata, apice cohaerentia cucullata, dorso carinato-subcristata. Stamina sex diadelpha, symmatibus petalis antico et postico oppositis, a basi oblonga superne attenuatis, apice trifidis, postico basi extus glandula substipitata aucto. Anthera lobi medii bilocularis, lateralium unilocularis. Ovarium uniloculare, ovulis juxta placentas intervalvulares utrinque solitariis amphitropis. Stylus paullo supra basin deciduus, apice incurvus. Stigma oblongo-capitatum subbilobum. Fructus ovatus compressus indehiscens, utrinque ad styli basin duabus foveolis pertusus, valvulis crustaceis trinerviis. Semina duo reniformi-triangularia. — Herba Hispanica perennis, basi suffruticulosa, foliis longe petiolatis ternatis aut subbiternatis, foliolis carnosis; racemis brevibus, habitu omnino *Sarcocapni.*

1. *A. BAETICA Boiss. et Reuter l. c. — 4 — *Sarcocapnos enneaphylla* Boiss. Voy. bot. dans le midi de l'Espagne nec DC. — Crescit in fissuris rupium verticalium montis Sierra de la Nieve provinciae Malacitanae loco „Desierto de las Nieves" dicto in Hispania.

Ordo XIa. RESEDACEAE *DC.*

(Endl. Gener. plant. pag. 895. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 18. II. 16. — Pritzel in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 751.)

5012/1. **HOLOPETALUM** *Turczan.*

(Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVI. I. 51. et Flora [B. Z.] XXVII. I. 120.)

Sepala 4 subaequalia, vix basi coalita, margine albo-membranaceo cincta. Petala 2 oblongo-obovata integerrima exappendiculata, inter calycis lacinias posticas inserta. Discus hypogynus nullus. Stamina 7-8, filamentis brevibus, antheris globosis bilocularibus, longitudinaliter dehiscentibus. Capsula sessilis ovata 4-cuspidata, dentibus stigmate sessili subbilobo terminatis, unilocularis, e carpidiis 4 plus quam ad medium coalitis constans; placentae nerviformes ad suturas carpidiorum; semina plurima irregulariter reniformia.

1. H. PUMILUM Turczan. l. l. c. c. — Herba humilis ramosa glabra: foliis alternis lineari-lanceolatis spathulatisve sessilibus, basi lata insidentibus obtusis; spicis terminalibus; sepalis subrotundis; petalis herbaceis lacteis calycem superantibus — ⊙? 4? — *Reseda* .....? Drége, Coll. pl. Cap. no. 7533. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Ordo XII. CRUCIFERAE *Adans.*

(DC. Prodr. I. 113. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 122. II. 755. — Endl. Gener. suppl. p. 861. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 9. II. 10.)

Subordo I. *PLEURORHIZEAE* DC.

Tribus I. *ARABIDEAE* DC.

4850. NASTURTIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 137. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 125. II. 755.)

1. N. FLEXUOSUM Seubert, Flor. Azoric. 43. no. 316. — Caule ascendente gracili glabro; foliis scabriusculis impari-pinnatis 2–4-jugis, foliolis ovato-lanceolatis grosse serrato-dentatis, dentibus mucronatis; petalis albis calycem superantibus; racemis post anthesin elongatis, rhachi flexusa; siliculis lanceolatis in pedicello eas aequante horizontaliter patentibus, demum recurvatis. ☉? — Crescit in insula Azorica Flores ad rivulum.
2. N. TURFOSUM Kuze. in Poepp. Coll. pl. Chil. I. 165. ex Wlprs. Nov. act. acad. Leopold. Carol. XIX. Supplem. I. 247. — Caule ascendente herbaceo succulento; foliis pinnatipartitis, lobis petiolulatis obtuse quinquangularibus repandis, lobo impari caeteris multo majore, foliis superioribus simplicibus serratis vel integris; racemo florifero contracto; floribus minimis albis; petalis calyce paullo longioribus; siliquis. . ..? ☉ — Crescit in Chili prope Valparaiso.
3. N. RADICANS Wlprs. l. c. — Caule herbaceo ascendente radicante; foliis radicalibus et caulinis pinnatipartitis, lobis petiolulatis, lateralibus ovatis trilobulatis vel lanceolatis integris, lobo terminali maximo ovato-rotundo regulariter trilobulato, foliis supremis lanceolatis integris, omnibus glabris; floribus minimis albis; siliquis elongatis erectis glabris polyspermis. ☉ — Proximum antecedenti, sed caule radicante et foliorum lobis trilobulatis satis differt. — Crescit in Chili ad Valparaiso.

4851. BARBAREA *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 140. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 128. II. 755.)

1. B. BRACHYCARPA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 80. — Perennis: radice crassiuscula subhorizontali; caulibus raris parce foliosis; foliis radicalibus rosulatis, ad marginem petiolisque ciliatis longiuscule petiolatis, alteris indivisis ovato-spathulatis subrepandis, alteris utrinque lobulis 1–2 minimis lineari-oblongis auctis, omnibus parvis nervosulis, foliis caulinis sessilibus subamplexicaulibus, omnibus a basi pinnatisectis, segmentis linearibus, terminali multo majori ovato-obtuso; floribus.....?; racemis fructiferis valde abbreviatis; siliquis erecto-patulis pedicelli sui incrassati longitudinem vix superantibus, latitudine sua 3–4-plo longioribus compressis nervosis, stylo tenui latitudine sua longiori terminatis. ♃ — Crescit in muscosis madidis Olympi Bithyni.

4854. ARABIS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 143. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 130. II. 756.)

1. A. (CARDAMINE Hook. Journ. of bot. I. 191. — Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 85. — Wlprs. l. c. I. 136. no. 21.) LUDOWICIANA C. A. Mey. Linnaea XVIII. 170. — Annua glabra: foliis omnibus pinnatisectis, segmentis numerosis petiolulatis ovatis oblongisve incisis angulatis integerrimisve; pedicellis florum longitudine; petalis oblongis calyce paullo longioribus; siliquis erecto-patulis linearibus compressis, stylo brevissimo apiculatis, valvis venosis; seminibus ala angusta cinctis. ☉♂ —

Species certe distinctissima habitu quidem ad *Cardamines* accedens, sed siliquarum structura satis diversa. Caules solitarii vel plures ex eadem radice, laterales diffusi. Folia omnia pinnatisecta, foliola saepe, praesertim foliorum inferiorum profunde incisa subpinnatifida vel angulata vel imprimis in foliis superioribus integerrima. Siliquae lineares compressae 10–12 lin. longae, vix lineam latae, stylo brevi apiculatae, tarde dehiscentes. Valvae tenues venosae, nullo nervo dorsali notatae, semper rectae planaeque, numquam revolutae vel elastice dehiscentes. Semina uniserialia laevia suborbiculata, ala angusta cincta. — Crescit in Americae borealis civitate New Orleans.

2. **A HYBRIDA** Reuter, Supplem. au catal. des plantes de Genève 8. † t. 1. — Perennis multicaulis: caulibus simplicibus ramosisve; foliis radicalibus rosulatis spathulatis grosse crenatis, pilis ramosis magis minusve hirsutis, caulinis sessilibus, basi subamplexicaulibus; siliquis erectis linearibus complanatis glabris; seminibus semper abortientibus. ♃ — Verosimiliter est hybrida, parentibus *A. stricta* et *A. murali* quibuscum mixta provenit prope Aureliam Allobrogum.

3. **A. LANATA** Wlprs. Nov. act. acad. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 248. — Caule erecto, basi lignescente ramoso; ramis subsimplicibus; foliis sessilibus, omnibus conformibus ellipticis repando-dentatis, basi late auriculatis, auriculis rotundis incumbentibus (ut quasi folia amplexicaulia appareant) cauleque tomento albo ramoso vestitis; racemis terminalibus ramosis; petalis calyce duplo longioribus roseis; siliquis linearibus erectis tomentosis stigmate capitulato terminatis. ♃ — Proxima accedit ad *A. albidam* Stev. (Willd. Herb. 12157.), differt tamen foliis omnibus late auriculatis nec in petiolum attenuatis iisque repando- nec serrato-dentatis, floribus etiam dimidio minoribus roseis. — Crescit in Peruvia in planitie circa Tacoram elevatione 15000 pedum.

4859. **CARDAMINE** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 149. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 135. II. 757.)

1. **C. CALDEIRARUM** Guthnick mss. in Seubert, Flor. Azoric. 43. — Perennis: caule e basi ascendente erecto subflexuoso striato foliisque impari-pinnatis 3–4-jugis magis minusve hirtis vel sparsim pilosis, foliolis subrotundis, basi truncata in lateralibus inaequali, grosse serrato-dentatis, dentibus mucronatis; petalis calycem duplo excedentibus; siliquis in pedunculo ipsis breviore undique patentibus, stigmate obtuso. ♃ — Variat laxior glabrescens, habitu ad *C. amaram* accedens et minor compactior hirsutissima fere *C. hirsutam* referens. — Crescit in insula Azorica Flores ad rivusos sylvaticos.

2. **C. CORYMBOSA** Hook. fil. Icon. plant. t. 686. et Antarct. voy. of Ereb. and Terror 6. † — Hirsutula vel glabra: caulibus perbrevibus rigidis, ad basin ramosis; ramis gracilibus flexuosis diffusis, parce foliosis; foliis longe petiolatis pinnatisectis, foliolis 3–5 subpetiolulatis rotundatis, terminali majori, lateralibus remotis saepeque minutis; floribus corymboso-fasciculatis axillaribus vel terminalibus; corymbis nunc proliferis; pedicellis brevibus, demum valde elongatis; siliquis anguste linearibus in stylum brevem attenuatis, replo angusto, valvis planis, stigmate minuto. ♃ — Rami 2–4-unciales graciles. Folia radicalia subnulla, foliolum terminale 3–4 lin. longum, lateralibus saepius minutis, petioli graciles 1–2-unciales, basi dilatati. Pedicelli primum brevissimi, demum saepe sesquiunciales. Sepala purpurascentia elliptica, petala alba obovato-spathulata calyce duplo longiora. Siliqua ½–⅔-uncialis. — Crescit in insula Campbell.

3. **C. DEPRESSA** Hook. fil. Antarct. voy. of Erebus and Terror 6. † t. 3. — Glaberrima subacaulis: foliis confertis, plerisque radicalibus longe petiolatis, undique patentibus obovato-spathulatis obtusis, inferne sinuato-lobatis; racemis breviter pedunculatis corymbosis petiolo brevioribus; siliquis longe pedicellatis erectis linearibus compresso-tetragonis, stylo brevi attenuato mucronato terminatis. ♃ — Caules brevissimi foliosi. Folia glaberrima subcarnosa sinuata vel rarius integra, cum petiolo uncialia, 3–4 lin. lata. Racemi e collo ipso orti subradicales

vel axillares, pedicelli floriferi brevissimi, fructiferi elongati graciles 3–9 lin. longi. Petala anguste spathulata albida calyce plus duplo longiora. Siliqua ½–1-pollicaris. — Affinis *C. bellidifoliae*.

β. acaulis: foliis flaccidis tenuiter membranaceis, longissime petiolatis integris vel inferne subdentatis. — Crescit in insulis Aucklandicis.

4. C. STELLATA Hook. fil. l. c. 7. t. 4a. — Parva acaulis piloso-hispida: foliis confertis stellatim patentibus longe petiolatis elliptico-spathulatis integris vel inferne sinuato-pinnatifidis; floribus corymbosis; corymbis sessilibus; pedicellis gracilibus; siliquis abbreviatis linearibus compresso-tetragonis, replo latissimo, stylo brevi subulato. ♃ — Planta pusilla depressa, tota pilis albidis hispida. Folia omnia radicalia rosulata, ½–1-pollicaria, 2–3 lin. lata ciliata subcarnosa, integra vel sinuato-lobata seu obtuse pinnatifida. Corymbi sessiles brevissimi, pedicellis elongatis, 3 lin. longis, fructiferis longioribus. Petala ½–¾ lin. longa obovato-spathulata albida, calyce paullo longiora. Siliqua parva 3 lin. longa, pedicellum subaequans compresso-tetragona. — Crescit in insula Campbell.

4860. **PTERONEURUM** *DC.*

(DC. Prodr. I. 154. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 138. *)

1. PT. JAVANICUM Blume, Bijdragen 51. — Foliis ternatim sectis, segmentis petiolatis ovato-oblongis inciso-dentatis, lateralibus basi inaequalibus ⊙? — Crescit in insula Java prope cataractas calidas montis Gede provinciae Buitenzorg.
2. PT. DECURRENS Blume l. c. — Foliis pinnatisectis, segmentis subquinis ovatis repando-dentatis subciliatis, basi in petiolum subdecurrentibus. ⊙ — Crescit in insula Java in altis paludosis montis Burangrang provinciae Krawang.

Tribus II. *ALYSSINEAE* DC.

4866. **MENISCUS** *Dsvx.*

(DC. Prodr. I. 165. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 140.)

1. M. GRANDIFLORUS Jaub. et Spach, Illustr. plant. oriental. I. 105. † t. 53. fig. A. — Foliis spathulato-oblongis; petalis spathulato-cuneiformibus emarginatis; sepalis dimidio longioribus; staminum appendice lineari-lanceolato acuto, imparium filamento sublongiori, parium filamento breviori; stylo sub anthesi ovario aequilongo; loculis 2- vel 3-ovulatis; silicula 4–6-sperma, stylo elongato cuspidata. ⊙ — Crescit prope Aleppo.
2. M. FILIFOLIUS Jaub. et Spach l. c. 107. † t. 53. fig. B. — Foliis lineari- vel spathulato-filiformibus; petalis cuneiformibus integerrimis, breviter unguiculatis, calyce subduplo longioribus; staminum appendice lato-liguliformi obtuso, imparium filamento paullo, parium filamento dimidio breviore; stylo ovario (sub anthesi) duplo breviore; loculis 2–5-ovulatis; silicula 4–7-sperma, stylo longiusculo cuspidata. ⊙ — *Alyssum meniscoides* Boiss. Ann. sc. natur. (2 Sér.) XVII. 158. — Wlprs. l. c. I. 144. no. 13. — Crescit in Mesopotamia.

4874. **ALYSSUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 160. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 142. II. 757.)

1. A. *(Adyseton)* COMPACTUM Notaris mss. ex Cesati, Iconographia stirp. Italicar. fasc. 3. p. 15. t. 5. — Annuum, pube stellata ramosave canescens: caule diffuse ramoso fastigiato; foliis lanceolatis, basi piloso-ciliatis; petalis lineari-cuneatis emarginatis, phyllis persistentibus; staminibus majoribus sub anthera dentatis, minoribus ligulato-appendiculatis; siliculis ovali-orbiculatis obtusis glaberrimis, stylo brevi apiculatis; seminibus quatuor ala membranacea cinctis. ⊙ — Stirps humilis parvula tota canescens vel pilosula, siliculis et caulis parte ima exceptis, pubes stellata, ramis simplicibus furcatis vel in margine foliorum irregulariter ramosa. Radix tenuis brevis filiformis albida fibrillosa. Caulis humilis vix dodrantalis e basi diffuse ramosus, ramis ascendentibus fastigiatis, dense foliosus. Folia lanceolata acuta integerrima obsolete uninervia, utrinque pube stellata dense obtecta. Racemi terminales breves densiflori, flores numerosi parvi. Sepala

2 membranaceo-marginata navicularia, 2 immarginata ovalia convexa. Petala flavida calyce paullo longiora, sub lente tenuissime stellato-puberula. Silicula glaberrima subcompressa 4 millim. longa, 3 millim. lata, semina in quovis loculo bina ex apice pendula. — Crescit in Sicilia in sylvis Aetnae.

4880/1? **LEPTONEMA** *Hook.*

(Hook. Icon. plantar. t. 692.)

Sepala magna ovalia erecta concava herbacea obtusa, margine membranacea. Petala obovato-cuneata, in unguem attenuata, demum superne patentia emarginata eroso-serrata, calycem duplo superantia. Stamina 6, quorum 4 paullo longiora, calycem fere aequantia. Filamenta elongata gracilia filiformia edentula, basi latiora. Antherae ovales, paullo supra basin affixae. Ovarium sessile ovatum plano-compressum biloculare, loculis subsexovulatis, ovulis pendulis, podospermiis elongatis. Dissepimentum integrum. Stylus longissimus gracilis filiformis, petala superans. Stigma capitatum. Fructus immaturus ut in ovario, stylo longissimo persistente terminatus. — Fruticulus lignosus Novo-Granatensis. Folia ramulos breves terminantia linearia subcarnosa integerrima glabra, hi ramuli in pedunculos floriferos 4-5-unciales prolongati sunt. Flores racemosi remoti bracteati. Bracteae folia simulantes. Pedicelli graciles, demum fere unciales erecto-patentes. Flores cernui subcylindracei magni. Petala in sicco flavicantia. Pedicelli calycesque parce pilosi, pilis simplicibus vel apice ramosis, glandulae seu vesiculae oblongae impositis.

1. *L. LINDENI Hook. l. c. — ♄ — Crescit in Nova Granata.

Tribus III. *THLASPIDEAE* DC.

4885. **THLASPI** *Dill.*

(DC. Prodr. I. 175. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 155. II. 758.)

1. THL. *(Pterotropis)* ELEGANS Boiss. Diagnos. plant. orient. V. 82. — Perenne vel bienne? glaberrimum glaucescens: radice fibrosa; caulibus pluribus erectis foliosis, superne corymboso-ramosis; foliis radicalibus oblongis obtusis in petiolum planum latiusculum attenuatis, caulinis ovatis acutis sessilibus cordato-auriculatis, auriculis brevibus obtusis; racemis floriferis capitatis, fructiferis elongatis; sepalis breviter ovatis flavidis albo-marginatis; petalis albis oblongo-spathulatis integris aequalibus calyce triplo longioribus; pedicellis patulis siliculam juniorem paullo superantibns; siliculis junioribus 10-12-ovulatis obcordatis, basi attenuatis, alis antice latitudine loculi, emarginatura parum profunda, stylo emarginaturae lobis duplo longiori. ♃? ♂? — Crescit in Caria.

4885/1? **LYROCARPA** *Hook. et Harv.*

(Hook. et Harv. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 76. t. 4)

Calyx cylindricus clausus tetraphyllus, foliolis linearibus, duobus lateralibus basi gibbis. Petala 4 hypogyna unguiculata, unguibus latis spathulatis membranaceis, laminis angustissimis a latere involutis. Stamina 6 tetradynama libera edentula. Ovarium obovatum, stigmatibus duobus patentibus coronatum. Stylus nullus. Silicula a latere compresso panduriformis, apice biloba, bivalvis, valvis compressis, dorso acutis nec alatis. Semina in loculis 6-8 biseriata pendula marginata. Embryonis exalbuminosi cotyledones radiculae accumbentes. Testa a cellulis magnis hyalinis formata. — Herba Californica perennis ramosa vix suffruticosa, undique minute stellato-pubescens. Folia sparsa runcinata. Flores tristes in racemis terminalibus laxis simplicibus ebracteatis dispositi.

1. L. COULTERI Hook. et Harvey l. c. † t. 4. — Caulis (vix notus) pedalis? vel bipedalis? ramosus, basi suffruticosus? Rami erecto-patentes multanguli striati, dense stellato-pubescentes, demum subglabrati. Folia sparsa, molliter stellato-

pubescentia cinerascentia, petiolata runcinato-pinnatifida, lobis calloso-mucronatis, terminali-majori, sinubus obtusissimis latis. Petiolus linearis, semiteres, folio quadruplo brevior. Racemi terminales laxi, demum elongati. Pedicelli calyce parum breviores, florigeri erecti, fructiferi horizontales. Flores ut videtur colore iis *Matthiolae tristis* consimiles. Calyx anguste linearis cylindricus vel a latere compressus stellato-pilosus, sepalis lateralibus convexis, basi saccatis, antico posticoque planis angustioribus, basi simplicibus. Petala unguibus latis spathulatis membranaceis uninerviis, calycem excedentibus, laminis angustis elongatis lanceolatis acutis, siccitate saepe a latere involutis, spiraliter tortis instructa. Stamina tetradynama, ovario multo longiora. Ovarium parvum obovatum, dense stellato-pilosum, stigmatibus valde hirsutis divergentibus coronatum. Silicula ½–¾ unciam longa, panduriformis, a latere valde compressa, basi rotundata, apice biloba, lobis patentibus obtusis, juxta margines laterales constricta? Semina testa hyalina e cellulis magnis conflata plano-compressa, margine subalata, in loculis 6–8 biseriata. — Crescit in California.

4889/2. **DITHYREA** *Hook. et. Harv.*

(Hook. et Harvey, Lond. Journ. of bot. IV. 77. t. 5.)

Calyx cylindricus clausus tetraphyllus, foliolis linearibus simplicibus. Petala 4 lineari-spathulata, basi ampliata. Stamina 6 tetradynama libera edentula. Stylus brevissimus, stigma bilobum. Silicula sessilis biscutata, basi apiceque emarginata, valde a latere compressa, margine incrassata. Semina in loculis solitaria compressa immarginata horizontalia. Embryonis albuminosi cotyledones planae oblongae, radiculae descendenti septum spectanti accumbentes. — Herba Californica stellato-pubescens: foliis repandis; floribus luteis in racemis terminalibus simplicibus dispositis; pedicellis basi biglandulosis.

1. D. CALIFORNICA Hook. et Harv. l. c. 77. † t. 5. — Exemplaria manca; caulis herbaceus teres ascendens? vel erectus, pilis minutis stellalis sparsim coopertus. Folia petiolata, basi cuneata-angustata ovata vel oblonga obtusa, margine subintegerrima vel repando-dentata, dentibus obtusissimis obsoletis utroque latere duobus vel tribus. Racemi terminales densi ebracteati simplices multiflori. Pedicelli patentes, calyce breviores, basi glandulis duabus instructi. Flores parvi, ut videtur aurei. Calyx dense stellato-tomentosus subcanescens cylindricus clausus, e foliolis quatuor linearibus obtusis subaequalibus conflatus. Petala 4 lineari-spathulata obtusa, medio vix angustata, ungue cum lamina confluente, basi ampliata subcordata membranacea. Stamina 6 tetradynama; filamenta tenuissima, ovario multiplo longiora. Stylus brevissimus, stigmate magno bilobo terminatus. Silicula biscutata, basi et apice emarginata sessilis, margine incrassato, dense ciliato, disco compressissimo parce hispido. Semen in utroque loculo unicum compressum immarginatum horizontale. Radicula descendens! septi basin spectans accumbens. — Crescit in California.

Subordo II. ***NOTORHIZEAE*** DC.

Tribus VII. *SISYMBRIEAE* DC.

4902. **HESPERIS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 188. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 160. II. 760.)

1. H. *(Deilosma)* VIOLACEA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 80. † — Perennis multicaulis, tota indumento brevissimo pilorum ramosorum velutina subgrisea: caulibus subsimplicibus erectis foliosis; foliis radicalibus in petiolum attenuatis oblongis obtusiusculis parce et irregulariter repando-dentatis, rarius basin versus subruncinatis, caulinis sessilibus oblongo-lanceolatis acutis parce et obsolete repandis integrisve; racemo terminali laxiusculo brevi; pedunculis erecto-patulis

calycis longitudine; sepalis rubellis pilis ramosis brevibus hirsutis; petalorum calyce duplo longiorum limbo obovato integerrimo intense violaceo; ovariis dense albo-velutinis, stigmate parallele bipartito superatis. ♃ — Crescit in regione alpina Cadmi orientalis et in Lyciae Cariaeque montibus.

4902/1. **CITHARELOMA** *Bnge.*

(Bnge. Linnaea XVIII. 149.)

Sepala 4, exteriora basi saccata, omnia erecto-conniventia cohaerentia. Petala 4 longe unguiculata, lamina anguste obovata. Filamenta staminum breviorum brevissima subulata, basi glandula annulari, extus parum producta cincta, filamenta majorum vix antheram aequantia latiuscula, basi subarcuata, glandula hypogyna interstincta. Antherae lineares. Ovarium teretiusculum, stylus filiformis, stigmatibus arcte conniventibus acuminatus. Silicula elliptica, utrinque rotundata vel panduraeformis vel ovata compressissima plana, inter semina subconstricta vel siliqua late linearis elongata bivalvis, valvis uninerviis, loculis 1-4-8-spermis. Dissepimentum completum enervium, areolis transversim undulato-arcuatis. Funiculi lineares elongati, ad medium vel omnino septo adnati. Semina compressissima alata. Cotyledones divergentes, invicem haud tegentes, radicula remota dorsum cotyledonis alterius spectans. — Herbae annuae Arabicae ramosissimae, pilis stellatis scabrae. Folia undulato-subsinuata vel grosse dentata, racemi laxi oppositifolii ebracteati, flores minores.

1. C. VERNUM Bnge. l. c. Adnot. — Canescens: caule erecto cano-tomentoso ramoso; foliis ovato-oblongis acutis grosse dentatis, superioribus sessilibus; siliquis elongatis late linearibus latitudine sua plus octuplo longioribus, loculis suboctospermis. ☉ — Crescit in deserto Kisil-Kum in arena mobili.

2. C. LEHMANNI Bnge. l. c. — Viride: caule ramosissimo prostrato, demum glabrescente; foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis integerrimis undulato-subsinuatisve; siliquis abbreviatis, apice rotundatis, latitudine sua ad summum triplo longioribus, loculis 1-4-spermis. ☉ — Crescit in arena mobili in deserto Arabensi Kisil-Kum.

4906. **SISYMBRIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 190. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 163. II. 760.)

1. S. DECIPIENS Bnge. Linnaea XVIII. 505. — *(Norta?)* Bienne glaberrimum glaucum: caule erecto tereti laevi, superne patulo ramoso; foliis omnibus petiolatis, radicalibus et caulinis lyrato-pinnatipartitis, lobis acute angulato-grosse dentatis, ramealibus lineari-oblongis integerrimis in petiolum attenuatis; petalis calyce patulo plus duplo longioribus; siliquis patentibus rectis strictis, dissepimento late uninervio. ♂ — Crescit in rupestribus alpium Karatau prope Samarkand.

2. S. TITICACENSE Wlprs. Nov. Act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 249. — Caule multicipiti erecto; foliis pinnatisectis, lobis 7-9, radicalium oblongo-lanceolatis integerrimis, lobis foliorum caulinorum lanceolato-ellipticis profunde serratis fere iterum pinnatifidis; floribus luteis; petalis sepalisque subaequalibus obovato-lanceolatis. ☉ — Tota planta tomento albo ramoso obsita est, siliquae desunt. — Proximum *S. canescenti* Nutt. — Crescit in Peruvia ad Laguna de Titicaca altitudine 12000 pedum.

4908. **ERYSIMUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 169. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 167. II. 761.)

1. *E. PEROFSKIANUM Fisch. et Mey. — Wlprs. l. c. I. 169. no. 15. — Paxton, Magaz. of bot. VI. 245. (cum icone).

Tribus VII. *CAMELINEAE* DC.

4919. **CAMELINA** *Crntz.*

(DC. Prodr. I. 201. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 173.)

1. C. GRANDIFLORA Boiss. Diagnos. plant. orient. V. 82. — Annua, tota pilis patulis hispida: caule e basi ramoso-paniculato tereti; foliis radicalibus in petiolum brevem attenuatis oblongis obtusis obsolete denticulatis integrisve, caulinis integris, lanceolatis acutis, basi auriculato-sagittatis; petalis calyce hispido plus duplo longioribus; racemis fructiferis elongatis; pedunculis fructiferis junioribus strictis ovario longioribus; ovario juniori stipitato stylo eo longiori superato. ☉ — Fores illis *C. sativae* duplo majores. — Crescit in Caria.

4920. **STENOPETALUM** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 201. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 174.)

1. ST. PROCUMBENS Hook. Icon. plant. t. 610. † — Annuum: caulibus procumbentibus ramosis filiformibus; foliis sparsis lineari-spathulatis radicalibus rosulatis incisis; floribus minutis; racemis demum valde elongatis; petalis linearibus obtusis subunguiculatis vix calycem superantibus; siliculis orbiculari-ellipticis compresso-planis stigmate sessili terminatis, dissepimento nullo; seminibus numerosis, podospermiis longissimis. ☉ — Radix parva fibrosa. Caules plurimi filiformes ramosi procumbentes, spithamaei et ultra. Folia glabra lineari-spathulata, radicalia inciso-dentata, caulina integerrima remota. Pedicelli brevissimi, demum (fructiferi) elongati gracillimi. Calycis sepala oblongo-obovata obtusa, petalis angustis breviora. Stamina 6, didynama. Ovarium orbiculare planum, stigmate capitato sessili terminatum. Silicula orbiculari-elliptica compressa, glabra. Dissepimentum omnino nullum. Semina (vix matura) parva. Podospermia longissima filiformia. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
2. ST. DRABOIDES Hook. l. c. t. 617. — Annuum parvum pluricaule: caulibus erectis simplicibus parce foliosis; foliis lineari-spathulatis patentibus glabris integerrimis; racemo 4-5-floro; siliculis oblongo-obovatis compresso-planis subtortuosis unilocularibus (dissepimento nullo) minutissime puberulo-granulatis, dorso basi obsolete uninervi, stylo brevissimo terminatis; seminibus numerosis, podospermiis longissimis. ☉ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
3. ST. LINEARE R. Br. in Hook. l. c. t. 618. — Annuum glaberrimum erectum parce ramosum: caule solitario; foliis remotis elongatis linearibus integerrimis; racemis fructiferis longissimis; sepalis late lincaribus obtusis; petalis calyce longioribus lineari-oblongis et attenuatis longe unguiculatis; siliculis valde remotis brevissime pedicellatis erectis oblongis, tereti-compressis bilocularibus, valvis medio uninerviis, stylo brevissimo, podospermiis vix semine longioribus. ☉ — Crescit in Novae Hollandiae ora meridionali ad fluvium Cygnorum.
4. ST. GRACILE Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 257. † — Foliis radicalibus inferioribusque caulinis pinnatipartitis; laciniis utrinque 2-3 distantibus linearibus obtusiusculis integerrimis vel dente majusculo auctis, superioribus tripartitis linearibusve integerrimis; racemis florentibus laxis; pedicellis calyce brevioribus, demum cernuis; petalis sepala 3plo superantibus (albis); ovario 12-ovulato, silicula.....? ☉? — Crescit in Nova Hollandia haud longe ab ora marina prope oppidulum Perth.
5. ST. CROCEUM Bnge. l. c. 258. † — Foliis radicalibus inferioribusque pinnatifido-3-5-lobis, lobis lineari-spathulatis, summis linearibus integerrimis; racemis florentibus laxis; pedicellis calyce dimidio brevioribus demum cernuis; petalis sepala quadruplo superantibus (croceis); ovario 12-ovulato; silicula orbiculato-obovata pedicellum superante. ☉? — Crescit locis arenosis prope oppidulum Perth in Nova Hollandia.
6. ST. MINUS Bnge. l. c. † — Foliis radicalibus inferioribusque basi cuneatis obovato-oblongis inciso-dentatis, lobis utrinque 2-3 obtusis distantibus, summis

lineari-oblongis integerrimis; racemis florentibus abbreviatis; pedicellis calyce brevioribus demum cernuis; petalis sepala duplo superantibus (croceis); ovario 8-ovulato; silicula.....? ⊙ — Crescit in Nova Hollandia ad portum Princess Royal Harbour.

† *Icones addendae.*

ST. ROBUSTUM Endl. — Hook. Icon. plant. t. 610.
ST. LINEARE R. Br. — Hook. l. c. t. 618.

4921. **EUDEMA** *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. I. 201. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 174.*)

1. EU. GRANDIFLORA Planchon in Hook. Lond. journ. of bot. III. 620. † t. 21. — Rhizomate simplici brevi; foliis linearibus glaberrimis confertis, basi dilatatis; pedicellis solitariis brevibus occultis; petalis semipollicaribus; siliculis oblongis 15–20-spermis. ♃ — Planta humilis, glaberrima. Rhizoma simplex verticale, 1–2-pollicare, apice incrassatum, fasciculum foliorum edens, inferne attenuatum, sublignosum, albidum, squamis brevibus scariosis, foliorum vetustorum vestigiis arcte vestitum. Folia primo aspectu monocotyledoneam referentia, basibus dilatatis scarioso-membranaceis, imbricatim adpressis, vix pseudo-bulbum efficentia, hinc erecto-patentia, oblongo-linearia, 1½ poll. longa, 2–3 lin. lata, integerrima obtusa crassiuscula, obsolete trinervia. Flores pro planta magni albi, e fasciculo foliorum emergentes; pedicelli solitarii uniflores axillares, folio multo breviores et ideo florentes occulti. ♃ — Crescit in Andium Peruvianarum monte Asnay.

$4921/_1$. **MENKEA** *Lehm.*

(Lehm. Indx. semin. hort. Hamburg. 1843. p. 8. — Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 259.)

Sepala 4 obovata patula, basi aequalia. Petala 4 calycem aequantia unguiculata obovato-oblonga integra. Stamina 6 tetradynama inclusa. Glandulae hypogynae. Ovarium suborbiculatum, stigmate sessili. Silicula sessilis obovato-oblonga, utrinque subacutata plano-compressa bivalvis, septo ad marginem angustissimum reducto, unilocularis. Valvae uninerviae reticulato-venosae. Placentae inclusae filiformes. Semina minutissima in funiculis setaceis elongatis in toto placentarum ambitu horizontalibus numerosa quadriseriata suborbiculata immarginata, striatim verruculosa. Cotyledones incumbentes. — Herba Novae Hollandiae annua habitu omnino *Drabam vernam* referens.

1. M. AUSTRALIS Lehm. l. c. — Bnge l. c. † — Caules 1–3-pollicares plures e radice simplici, exili, simplices vel ramo aucti, oligophylli. Folia radicalia obovato-spathulata integerrima, caulinum unum alterumve, rarius plura, spathulato-oblonga, in petiolum brevem angustata. Racemi pauci (6–7) flori ebracteati laxi. Flores fugaces suaveolentes, minutissimi, 0,5‴ longi latique, pedunculati. Sepala obovata. Petala alba acutiuscula, calycem vix excedentia. Antherae pallide violaceae. Stigma sessile bilobum. Pedunculi fructiferi laxi elongati, 4-5‴ longi, filiformes. Silicula 2,5‴ longa supra medium 1,3‴ lata, basin versus angustata, apice stigmate sessili subacutata, facillime dehiscens; valvis delapsis persistunt placentae, latere interiore tenuissimum marginem hyalinum, dissepimenti rudimentum, gerentes et funiculis horizontalibus inaequilongis numerosis (ultra 50) quasi fimbriatae. Semina 0,1‴ lata, paullo longiora, rufula, verruculoso-striata, 4- vel pluriseriata. — Cotyledones stricte incumbentes. — Crescit in Nova Hollandia australi.

Tribus IX. *LEPIDINEAE.*

4930. **EUNOMIA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 208. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 175.)

1. EU. MORICANDIANA Boiss. Diagn. pl. nov. orient. V. 83. — Glabra glaucescens: caulibus suffruticosis prostratis nudis; ramis paucis brevibus foliosis; foliis oppositis remotiusculis subsessilibus ovato-rotundis, supremis paullo amplioribus,

aliquando basi subcordatis, omnibus integerrimis obtusis carnosulis; floribus in racemum brevem ovatum dispositis; pedicellis flore paullo brevioribus; sepalis ellipticis obtusis albo-marginatis; petalis calyce duplo longioribus; siliculis.....? ♃? — Crescit in Cariae montibus.

2. EU. MONTBRETII Jaub. et Spach, Illustr. pl. orient. I. 101. † t. 51. — Papilloso-puberula: caudicibus lignosis ramosissimis; ramulis sterilibus dense foliosis squarrosis; foliis sessilibus coriaceis nervosis acutis, ramulorum floriferorum plerisque alternis, ovato- vel oblongo-lanceolatis vel ovatis, caeteris lineari-lanceolatis, oppositis; siliculis adjectis aliis obcordatis vel obcordato-subrotundis inflatis papilloso-asperulis, stylo brevissimo apiculatis, alis cartilagineis incrassato-marginulatis, stylum late superantibus, superne ampliatis rotundatis conniventibus. ☉? — Crescit in Tauro.

4931. **HUTCHINSIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 177. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 177. II. 761.)

1. H. CHRYSANTHA Jaub. et Spach, Illustr. I. 103. † t. 52. — Annua, puberula: Caulibus erectis vel adscendentibus foliatis ramosis; foliis sessilibus, caulinis sagittato-amplexicaulibus, inferioribus radicalibusque pinnatifidis; superioribus dentatis vel integris, lineari- vel oblongo-lanceolatis; siliculis ovalibus, vel oblongis, vel lanceolato-oblongis, 6-12-spermis, stylo brevi apiculatis. ☉ — Crescit prope Aleppo.

4932. **LEPIDIUM** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 203. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 176. II. 762.)

1. L. *Lepidiastrum* EREMOPHILUM Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 199. — Perenne glaberrimum erectum ramosissimum: foliis inferioribus petiolatis lineari-lanceolatis subdentatis, superioribus linearibus, basi attenuatis integerrimis; racemis demum elongatis, pedicellis flore longioribus; floribus tetradynamis; petalis calyce tarde deciduo duplo longioribus, ungue filiformi, lamina suborbiculata; silicula (immatura) obovata integerrima; stigmate sessili. ♃ — Habitu *L. coronopifolii.* — Crescit in Soongariae locis salsuginosis versus Ters-Akkan.
2. L. OBTUSUM Basiner, Bullet. de la class. phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 203. ♃ — Glaucescens glabrum erectum ramosum: foliis caulinis subcarnosis, oblongo-ellipticis obtusis, basi attenuatis, sessilibus (superioribus) subintegerrimis; floribus tetradynamis dense racemoso-corymbosis; petalis calyce longioribus; siliculis suborbiculatis integerrimis glabris, stigmate subsessili apiculatis. ♃ — Crescit locis argilloso-salsis terrae Chioensium.
3. L. *(Dilleptium)* IMPRESSUM Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 260. † — Glaberrimum: siliculis pedicello brevioribus ovato-oblongis emarginatis stigmate vix prominulo quasi truncatis; floribus corollatis tetradynamis; foliis carnosulis, inferioribus lineari-oblongis, basi integerrimis, a medio ad apicem remote inciso-dentatis, dentibus acutis, superioribus angustioribus, utrinque acutis 1-2-dentatis integerrimisve, novellis subtus glaucis tenuissime impresso-punctulatis; caule erecto anguloso, folioso ramoso; ramis patulis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope oppidulum Freemantle.
4. L. *(Dilleptium)* PUBERULUM Bnge. l. c. 261. † — Siliculis pedicellum aequantibus oblongo-obovatis brevissime emarginatis, stigmate exserto; floribus apetalis 2-4-andris; foliis subtus margineque tenuissime setulosis, inferioribus in petiolum longe attenuatis oblongis, utrinque grosse inciso 4-5-dentatis, dentibus subaequalibus acutissimis, summis linearibus integerrimis; caule tereti simplici erecto vel ramoso decumbente pedicellisque dense puberulis, radice annua. ☉ — Crescit in rupibus calcareis insulae Australasicae Rotenest.
5. L. *(Bradypiptum)* MEYENII Wlprs. Nov. Act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 249. — Caule prostrato ramoso; foliis omnibus sessilibus pinnatisectis vel grosse serrato-dentatis; siliquis rhombeis, apice breviter emarginatis, stylo brevi, stigmate

capitellato; tota planta glabrescente. ⊙ — Proximum *L. Humboldtii* DC. l. c. 204. sed siliquis rhombeis nec ovato-orbiculatis dimidio fere majoribus differt. — Crescit in Peruvia in planitie circa Pisacomam.

6. L. *(Cardamon?)* CHILENSE Knze. in Poepp. Coll. pl. Chil. 170. ex Wlprs. l. c. 250. — Caule erecto ramoso; foliis inferioribus pinnatisectis, segmentis linearibus, foliis superioribus lineari-lanceolatis cauleque pilis simplicibus hispidis; floribus.....?; siliquis orbiculatis carinatis, apice profunde emarginatis glabris; stylo nullo, stigmate vix distincto sessili. ⊙ — Crescit in Chili prope Valparaiso.

7. L. LANCEOLATUM Wlprs. l. c. — Caudice perenni; caule palmari ramoso; foliis omnibus lanceolatis acuminatis glabris, apice subdentatis; floribus racemosis minutis hexandris; siliquis ovatis pedicello brevioribus non emarginatis; stigmate sessili capitellato. ♃ — Crescit in Peruvia ad Laguna de Titicaca elevatione 12400 pedum.

† *Icon addenda.*

L. ROTUNDUM DC. — Hook. Icon. plant. t. 609.

4932/1. **MONOPLOCA** *Bnge.*

(Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 259. — *Lepiae* spec. Desvx. Journ. bot. 166. et 181? — *Lepidii* et *Iberidis* spec. DC. Prodr. I. 537.)

Sepala 4 oblonga erecta, basi aequalia. Petala 4 obovata aequalia integra obtusa. Stamina tetradynama edentula libera. Glandulae hypogynae valvares. Ovarium obcordatum biovulatum, stylus elongatus, stigma capitatum. Silicula a latere compressa suborbiculata profunde bifida bivalvis, valvis navicularibus, dorso alatis, stylo inter alas libero, bilocularis, loculis monospermis. Dissepimentum crassiuscule spongiosum, medio pellucidum, transverse rugosum. Semina pendula. Cotyledones dissepimento applicitae et parallelae, transversim ad basin semel plicatae, rostello longiores illique parte superiore incumbentes, apice subinflexae. — Herbae Novae Hollandiae habitu *Iberidis*.

1. M. (LEPIA Dsvx. l. c.) ROTUNDA Bnge. l. c. 260. — Caulibus angulatis asperulis; foliis oblongo-linearibus. ⊙? — *Lepidium rotundum* DC. l. c. — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Freemantle.

2. M. (LEPIA Dsvx. l. c.) LINIFOLIA Bnge. l. c. † — Caulibus teretiusculis striatis; foliis anguste linearibus. ⊙ — *Iberis linearifolia* DC. Syst. II. 405. — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis prope oppidulum York.

Tribus IX. *ISATIDEA* DC.

4937. **TETRAPTERYGIUM** *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Linnaea X. Literaturb. 204. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 180.)

1. T. STYLOPHORUM Jaub. et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 100. † t. 50. — Planta glaberrima (exceptis fructibus junioribus, minutissime stellato-puberulis) 4–8-pollicaris. Radix gracilis descendens subsimplex. Caulis erectus foliatus subflexuosus, obsolete angulatus, in speciminibus vegetioribus paniculatus, jam fere basi divisus, crassitie pennae corvinae, in speciminibus macrioribus subsimplex, gracilior. Rami simplices vel subsimplices virgati subdivergentes, parce foliati, racemo terminati. Folia tenuia, parce venosa, infima pollicaria vel sesquipollicaria, spathulato-obovata obtusissima, modo integerrima, modo denticulata vel crenulata, caetera inaequaliter denticulata, basi cordata, inferiora oblonga vel oblongo-lanceolata acuta (vel rarius obtusa), 1–2 pollices longa, superiora gradatim breviora, ovato- vel oblongo-lanceolata acuta vel acuminata. Pedicelli sub anthesi capillares, flore longiores, fructiferi 2–4 lineas longi, apice parum incrassati. Sepala circiter lineam longa oblonga obtusa 3–5-nervia, parce venulosa luteo-viridia submembranaceo-marginata, mox decidua, lateralia postico et antico subdimidio latiora. Petala vix 2 lineas longa obtusissima aequalia, in-

fra medium sensim angustata. Filamenta imparia sepalis paullo breviora, filamenta paria sepalis paullo longiora. Pistillum sub anthesi calyce vix longius. Ovarium alis marginalibus, ala postica et ala antica duplo latioribus. Stylus rectus, sub anthesi ovario dimidio brevior, basi dilatatus, angulis in ovarii alas abeuntibus. Samara (adjectis alis latioribus 9–10 lineas longa, 6–7 lineas lata, straminea exstipitata cordato-ovalis retusa, sinu in stylum circiter lineam longum abeunte, alae marginales latiores, ultra loculi extremitates productae, supra et infra loculum confluentes, apice in stylum abeuntes, ante marginem nervulo tenerrimo cinctae, ala antica et ala postica alis marginalibus subduplo angustiores, modo inter se aequales, modo inaequales, ultra loculum haud productae, basi et apice rotundatae, nervulo marginali orbatae, loculus alis angustior, circumscriptione ovalis, endocarpium tenue, laevigatum fuscum tetraquetrum, ad alas usque ab epicarpio solutum. Semen 2–2½ lin. longum fuscum, loculum subreplens. Crescit in Persia prope Ispahan.

2. T. GLASTIFOLIUM Fisch. et Mey. l. c. — Wlprs. l. c. — Herba glaberrima glauca: foliis integerrimis oblongis, superioribus cordato-amplexicaulibus; racemis aphyllis; floribus flavis; fructibus pendulis cordatis quadrialatis. ☉ — In Armenia.

4937/2. SAMERARIA *Dsvx.*

(Dsvx. Journ. de bot. III. 161. — Trautvett. Comment. d. Sameraria et Isatide 4. t. 1. — *Isatidis* Sectio I. DC. Prodr. I. 210. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 182.)

Stylus filiformis, silicula indehiscens unilocularis monosperma, a latere compressa plana diptera, dorso utrinque alato-carinata, ala membranacea imperforata punctisque pellucidis in ambitu destituta. Pedicelli filiformes apice non incrassati. — *(Thysanocarpus* differt siliculae ala in ambitu foraminibus pertusa vel punctis pellucidis instructa.)

1. S. (ISATIS Linn. ex Richt. Codx. Linnaean. 650. — DC. l. c.) ARMENA Dsvx. l. c. — Trautvett. l. c. t. 1. fig. 1. — Foliis cordato-amplexicaulibus; siliculis orbiculatis, basi apiceque emarginatis, in disco pubescentibus. — Crescit in pratis siccis Armeniae et in ripis maris Caspici circa Novo-Alexandrowsk.

4938. ISATIS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 210. excl. sect. *Sameraria.* — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 182. [excl. sect. I. et II. 762.] — Trautvetter, Commentatio de Sameraria et Isatide 5. t. 1. 2.)

Sectio I. DASYCARPAE.
Siliculae juventute pilosae.

§. 1. *Siliculae latitudine saltem triplo longiores.*

1. I. DASYCARPA Ldb. Flor. Altaic. III. 205. — Trautvett. l. c. 5. t. 1. fig. 2. — Glabra: foliis sagittato-amplexicaulibus; siliculis oblongo-cuneatis nigrescentibus latitudine triplo longioribus, undique praeprimis autem in disco tenuissime pubescentibus, interdum tandem omnino glabris, apice rotundato-truncatis v. emarginatis, basin versus angustatis, ima basi pedicello incrassato triplo latioribus.*) — Species hinc *I. canescenti* DC., illinc *I. tinctoriae* L. affinis, sed a priori distinguenda siliculis nigrescentibus nec decoloribus, apice rotundato-truncatis vel emarginatis nec rotundatis, demum nonnumquam prorsus glabris, a posteriore recedit siliculis juventute pubescentibus. — Crescit.....?

2. I. CANESCENS DC. l. c. 211. — Trautvetter l. c. 5. t. 1. fig. 3. — Glabra: foliis sagittato-amplexicaulibus; siliculis oblongo-cuneatis (decoloribus), latitudine vix quadruplo longioribus, undique praeprimis autem in disco tenuissime pulverulento-pubescentibus, apice rotundatis, basin versus angustatis, ima basi pedicello incrassato subtriplo latioribus. — Habitat in apricis maritimis Galloprovinciae circa Telonem, in Sicilia, ad littora Ponti non longe a Bosporo prope Fanar.

*) *Duratio numquam indicata est.*

3. I. IBERICA Stev. in Mém. de Mosc. III. 267. — Trautvetter l. c. 7. t. I. fig. 4. — Hirsuta: foliis sagittato-amplexicaulibus; siliculis (nondum perfecte maturis) oblongo-spathulatis, latitudine triplo quadruplove longioribus, in disco et basi tenuissime pubescentibus, apice glabris et rotundatis, basin versus angustatis, ima basi pedicello eximie incrassato-clavato paullo latioribus. — *I. canescens* DC. *β. iberica* DC. Syst. veg. II. p. 572. et Prodr. I. p. 211. — Species siliculis apice glabris, pedicellis apice eximie incrassatis inter affines excellens. Caeterum variat. *α*) siliculis brevioribus, *β*) siliculis longioribus. — Habitat in Iberia prope Tiflin, ad Besobdalin montem et prope coloniam Helenendorf.

4. I. ALEPPICA Scop. ex DC. l. c. 211. — Trautvetter l. c. t. I. fig. 5. — Glabra: foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis lineari-cuneatis, latitudine quintuplo longioribus, undique praeprimis autem margine pube retrorsa obsitis, demum in disco subglabris, apice rotundatis, basin versus angustatis, ima basi pedicello incrassato subtriplo latioribus. — Inter affines excellit siliculis in disco subglabris, margine pube retrorsa obsitis. — *I. Lusitanica* L. (nec. Brot.) excl. synom. (sec. DC.) — Richt. Codx. Linn. p. 650. — *I. Aegyptiaca* L.? (sec. DC.) — Richt. Codx. Linn. 650. — *I. dentata* Pers. Ench. II. p. 193. — Habitat in Orientis littoribus apricis, in Graeciae et Asiae minoris regionibus maritimis, circa Aleppum, in Syria prope Tripolin, in Aegypto? et in Lusitania?

5. I. ORIENTALIS Willd. — DC. l. c. — Trautvetter l. c. 8. — Siliculis oblongo-linearibus, subapiculatis, basi vix angustatis, pubescentibus, latitudine quintuplo longioribus, pedicelli longitudinem vix excedentibus. — [Species a me non visa, a praecedentibus, uti videtur, dignoscenda siliculis brevioribus, basi haud angustatis.] — Habitat in Oriente.

§. 2. *Siliculae latitudine vel vix vel duplo longiores.*

6. I. SIBIRICA Trautvetter l. c. 8. t. I. fig. 6. — Wlprs. l. c. I. 181. adnot. — Foliorum caulinorum sagittato-amplexicaulium auriculis basilaribus acutis; siliculis ellipticis, latitudine circiter duplo longioribus, undique praeprimis autem in disco parum prominente tenuissime pubescentibus, basi apiceque obtusiusculis, ala acute-compressa cinctis. — *I. hebecarpa* Turcz. (nec DC.) — Ledeb. Fl. Alt. III. p. 205. — *I. hebecarpa* DC. Tauriae incola, est planta longe alia, quae primo intuitu dignoscenda siliculis saltem duplo majoribus, cuneatis, apice truncatis et subemarginatis. — Habitat circa urbem Krasnojarsk Sibiriae et in locis montosis regionum Altaicarum.

7. I. MICROCARPA Gay mss. ex Trautvetter l. c. 8. t. I. fig. 7. — Wlprs. l. c. 182. no. 8. — Foliorum caulinorum cordato-amplexicaulium auriculis rotundatis; siliculis ellipticis, latitudine sesquilongioribus, undique tenuissime pubescentibus, basi apiceque rotundatis, apice mucronulatis, ala demum turgidissima discum crassitudine superante cinctis. — A specie praecedente et foliis et fructu facile dignoscitur. — Habitat in regione Arbain Arabiae petraeae.

8. I. HEBECARPA DC. l. c. 211. — Trautvetter l. c. t. I. fig. 8. — Foliis caulinis amplexicaulibus; siliculis elliptico-cuneatis, latitudine duplo longioribus, undique, praeprimis autem in disco prominente tenuissime pubescentibus, apice truncatis et subemarginatis, basin versus angustatis, ima basi pedicello incrassato multiplo latioribus. — Habitat in Tauria circa Sudak, ad fluvium Ural in locis humidis prope urbem Uralsk, nec non in Volgae ostii insulis, Astrachaniae.

9. I. LATISILIQUA Stev. Mém. de Mosc. III. 367. (excl. var. *β.*) — DC. l. c. 210. — Trautvetter l. c. 9. t. I. fig. 9. — Foliis caulinis amplexicaulibus; siliculis orbiculari-obovatis, latitudine vix longioribus, apice conduplicato acutiusculis vel subemarginatis, undique tenuissime pubescentibus. — Differt a speciebus praecedentibus siliculis latitudine vix longioribus, mere obovatis. — C. A. Meyer et Hohenacker cum hac confuderunt *I. Besserianam* Trautv., *I. Stevenianam* Trautv. et *Samerariam Armenam* Desvx. — *I. Cappadocica* Desvx. (sec. DC. Syst. II. p. 566.) — Habitat in alpestribus circa Chinalug Caucasi, circa Tiflin et in Cappadocia.

Sectio II. GYMNOCARPAE.
Siliculae semper glaberrimae.

§. 1. *Siliculae latitudine vel vix vel duplo longiores.*

10. I. STEVENIANA Trautvetter l. c. 9. t. I. fig. 10. — Wlprs. l. c. I. 181. adnot. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis orbiculari-obovatis, demum latitudine vix longioribus, apice conduplicato-acutis vel emarginatis, basi acutis, ala latissima cinctis. — *I. latisiliqua β. fructu glabro* Stev. in Mém. de Mosc. III. p. 268. — DC. l. c. 210. — *I. Armena* C. A. Mey. Enum. pl. Casp. Cauc. p. 194. — *I. latisiliqua* C. A. Mey. l. c. 194. — Ab affini *I. latisiliqua* Stev. differt siliculis semper glaberrimis. — Habitat in montibus Talysch prope Swant.

11. I. VILLARSII Gaud. Synops. fl. Helvet. 526. — Trautvetter l. c. 10. t. I. fig. 11. — Foliis caulinis amplexicaulibus; siliculis (nigrescentibus, junioribus ellipticis, utrinque acutis, adultis elliptico-obovatis, latitudine duplo longioribus, apice obtusiusculis, basi acutis, in disco unicostatis, costis lateralibus obsoletis. — *I. tinctoria* L. *δ. microcarpa* DC. l. c. 211. — *I. Dalmatica* Mill. Dict. No. 2? (sec. DC.) — *I. heterocarpa* Andrez. ex Besser, Enum. plant. Podol. Volh. pag. 82. 102. — Species proxime affinis est *I. tinctoriae* L., quae autem differt siliculis oblongo-cuneatis, latitudine triplo longioribus, apice truncatis et emarginatis. Variat *I. Villarsii* siliculis nunc majoribus, nunc minoribus (*I. tinctoria β. microcarpa* DC.) — Habitat in Valesia, circa Jaorlik, ad Tyram, nec non Odessae, etiam in monte Libano.

12. I. PRAECOX Kit. ex DC. l. c. 210. — Trautvetter l. c. 10. t. I. fig. 12. — Siliculis junioribus spathulatis, apice truncatis, adultis elliptico-cuneatis, latitudine duplo longioribus, basi obtusis, apice truncato-rotundatis, in disco tricostatis, costa intermedia filiformi, aequaliter elevata, carinis destituta, costis lateralibus filiformibus, demum obsoletis. — Species proxime affinis *I. costatae* C. A. Mey. et *I. Villarsii* Gaud., quae posterior differt siliculis junioribus ellipticis utrinque acutis, adultis elliptico-obovatis, basi acutis, apice obtusiusculis. *I. laevigata* Trautv. et *I. brachycarpa* C. A. Mey. differunt ab *I. praecoci* Kit. siliculis basi apiceque acutis. — Habitat in Hungaria, in Volhynia et Podolia, circa Astrachan.

13. I. COSTATA C. A. Mey. in Ledeb. Flor. Alt. III. 204. † — Ldb. Icon. flor. Ross. Altaic. illustr. t. 339. — Wlprs. l. c. I. 180. no. 1. — Trautvetter l. c. II. t. 2. fig. 14. — Siliculis obovato-ellipticis, latitudine duplo longioribus, basin versus parum angustatis, basi obtusiusculis, apice rotundatis, in disco tricostatis, costis lateralibus subdepressis, costa intermedia medio eximie incrassata, tricarinata. — Species proxime affinis *I. praecoci* Kit., quae differt siliculae costa intermedia carinis destituta, filiformi, undique aequaliter elevata. *I. laevigata* Trautv. et *I. brachycarpa* C. A. Mey. differunt siliculis basi apiceque acutis. — Habitat in locis umbrosis regionum Altaicarum, circa Krasnojarsk Sibiriae, in Volgae insulis.

14. I. BRACHYCARPA C. A. Mey. in Eichwald, Plant. Casp. Caucas. 17. t. 19. — Wlprs. l. c. 181. no. 3. — Trautvetter l. c. 12. — Siliculis ellipticis, latitudine duplo longioribus, basi apiceque aeque angustatis et acutis, in disco tricostatis, costis aequalibus, lateralibus rotundatis, intermedia tricarinata. — Species solummodo e descriptione et icone supra allatis innotuit. Proxime affinis videtur *I. laevigatae* Trautv., quae autem differt siliculae disco subunicostato, costis lateralibus obsoletis, costa intermedia bicarinata. — Habitat in Armenia ad lacum Goktschai.

15. I. LAEVIGATA Trautvetter, Linnaea XV. Literaturb. 96. — Wlprs. l. c. 181. no. 4. — Trautvetter, Commentatio de Samer. et Isatide 12. t. I. fig. 13. — Siliculis decoloribus, ellipticis, latitudine duplo longioribus, basi apiceque aequaliter angustatis et acutis, in disco subunicostatis, costis lateralibus obsoletis, costa intermedia crassa, bicarinata. — *I. Villarsii* Gaud., quae huic speciei quodammodo affinis, differt ab ea siliculis obovato-ellipticis, nigrescentibus; *I. praecox* Kit. ab *I. laevigata* facile dignoscitur siliculis elliptico-cuneatis, basi obtusis, apice rotundato-truncatis. — Habitat in Sibiria.

16. I. NUMMULARIA Trautvetter l. c. 12. t. II. fig. 15. — Siliculis orbicularibus, utrinque rotundatis vel rarius utrinque subemarginatis, ala latissima cinctis. — Siliculae exacte orbiculares, interdum semiunciam diametro metientes, ala latissima crassa cinctae. — Cum *Sameraria Armena* Desvx. confundi nequit ob stigma procul dubio sessile, pedicellos apice incrassatos, siliculas basi apiceque rotundatas vel vix subemarginatas. — *I. Steveni* jam primo intuitu siliculis obovatis, basi acutis ab *I. nummularia* dignoscitur. — Habitat in regionibus Transcaucasicis.

17. I. BESSERI Trautvetter l. c. 13. t. II. fig. 16. — Siliculis ovatis, basi profunde cordatis, apice acutis, ala lata coriacea cinctis. ♃ — Planta perennis, pubescens, distinctissima silicularum demum semiuncia longiorum forma. — Habitat circa Tillin, in montibus Talysch ad pagum Swant?

§. 2. *Siliculae latitudine saltem triplo longiores.*

18. I. TINCTORIA L. ex Richter, Codex Linnaean. 650. — DC. l. c. 211. (excl. var. *δ.*) — Trautvetter l. c. 13. t. II. fig. 17. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis nigricantibus, oblongo-cuneatis, latitudine triplo longioribus, basin versus angustatis, apice truncato-rotundatis vel subemarginatis, ala crassa angusta cinctis. — *I. Maeotica* DC. l. c. 211. — *I. hirsuta* Pers. — Habitat in Europa ab Hispania et Sicilia ad littora maris Baltici, in insulis Alandiae et Aboae, ad Volgam circa Sysran, in Turcomania boreali, in Caucaso, Iberia media et Tauria.

19. I. LITTORALIS Stev. l. c. — DC. l. c. 211. — Trautvetter l. c. 14. t. II. fig. 18. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis oblongo-cuneatis, latitudine vix triplo longioribus, basi obtusis, apice rotundato-truncatis vel profunde emarginatis, ala latiuscula cinctis. — Species *I. tinctoriae* L. proxime affinis, attamen diversa siliculis permulto majoribus (interdum ⅔-uncialibus), respectu longitudinis multo latioribus, basi obtusis. — Habitat in Tauria meridionali.

20. I. CAMPESTRIS Stev. l. c. — DC. l. c. — Trautvetter l. c. 14. t. II. fig. 19. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis oblongis, latitudine triplo longioribus, basin versus vix angustatis, basi obtusis, apice rotundatis, ala angusta crassa cinctis. — Differt ab *I. tinctoria* L. siliculis basin versus vix angustatis, fere exacte oblongis, basi obtusis, apice rotundatis. — *I. littoralis* Stev. distinguitur siliculis multo majoribus, apice truncato-emarginatis, — *I. praecox* Kit. dignoscitur siliculis fere aeque longis sed duplo latioribus, basin versus angustatis. — Ab *I. Taurica* M. Bieb., cujus fortasse varietas, vix distinguitur, nisi siliculis brevioribus, basin versus minus angustatis. — Habitat in Podolia ad Tyram, circa Baltam et in agro Odessano, circa Astrachan.

21. I. TAURICA M. Bieb. Flor. Tauric. Caucas. III. 422. — DC. l. c. — Trautvetter l. c. 15. t. II. fig. 20. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis lineari-oblongis, latitudine fere quintuplo longioribus, basin versus angustatis, apice obtusis, ala angusta crassa cinctis. — Differt ab *I. campestri* Stev., cui nimis affinis, siliculis respectu longitudinis duplo fere angustioribus; ab *I. tinctoria* L. siliculis decoloribus, angustioribus, obtusis (nec truncatis vel subemarginatis); ab *I. littorali* Stev. siliculis permulto angustioribus. — *I. Taurica, campestris, littoralis et tinctoria* procul dubio inter se peraffines sunt, attamen distingui possunt hac ratione: *I. tinctoria* L. siliculis oblongo-cuneatis, nigrescentibus, basi angustis, apice subtruncatis emarginatisve; — *I. Taurica* M. B. siliculis lineari-oblongis, decoloribus, basi angustatis, apice obtusis; — *I. campestris* Stev. siliculis oblongis, parvis, basi apiceque rotundatis, ala angusta cinctis; — *I. littoralis* Stev. siliculis oblongis, maximis, ala latiuscula cinctis. — Habitat circa Bachtschisarai Tauriae, circa Baltam et Odessam, in Podolia australi ad Hypanim et Tyram.

22. I. OBLONGATA DC. l. c. 211. — Trautvetter l. c. 15. t. II. fig. 21. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis lineari-cuneatis, latitudine quadruplo longioribus, basin versus angustatis, apice acutis vel breviter acuminatis, ala angusta, crassa cinctis. — Ab affinibus speciebus haud aegre distinguitur siliculis

acutis vel breviter acuminatis. — *I. intermedia* Turcz. secundum auctorem ipsum fortasse nil nisi *I. oblongatae* DC. var. siliculis brevioribus. — Habitat in sabulosis ad Baicalem, circa Werchne-Udinsk.

23. I. SABULOSA Stev. l. c. — DC. l. c. — Trautvetter l. c. 16. t. II. fig. 22. — Foliis omnibus basin versus angustatis, auriculis foliorum nullis; siliculis lineari-oblongis, latitudine quadruplo longioribus, utrinque praeprimis autem basin versus angustatis, apice obtusiusculis, ala latiuscula membranacea cinctis. — Folia omnia constanter auriculis prorsus destituta, — qua nota nec non fructu species haec distinctissima est. Quod ad folia attinet uni tantum *I. Bannaticae* Lk. affinis est, cujus siliculae autem secundum Candolleum cuneatae, latitudine triplo longiores, basi acuminatae, apice obtusissimae. — Habitat ad Terekum inferiorem.

24. I. MEMBRANACEA Trautvetter l. c. 16. t. II. fig. 23. et Wlprs. l. c. 181. adnot. — Foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus; siliculis (nondum perfecte maturis) obovato-oblongis, latitudine vix triplo longioribus, utrinque praeprimis autem basin versus angustatis, basi apiceque acutiusculis, ala latiuscula membranacea reticulato-venosa cinctis. — Species *I. sabulosae* Stev. quod ad fructum attinet, proxima est, attamen differt ab hac siliculis latitudine vix triplo longioribus et praecipue foliis caulinis sagittato-amplexicaulibus. — Patria ignota.

† *Species minus notae.**)

25. *I. GARCINI DC. Syst. veg. II. p. 565., Prodr. I. p. 210.

26. *I. LEIOCARPA DC. Syst. veg. II. p. 567., Prodr. I. p. 210.

27. *I. LUSITANICA DC. Syst. veg. II. p 567., Prodr. I. p. 210. — *I. platyloba* Lnk.

28. *I. ALPINA All. — DC. Syst. veg. II. p. 568., Prodr. I. p. 210.

29. *I. BANNATICA Lnk. — DC. Prodr. I. p. 211.

30. *I. INTERMEDIA Turcz. Catal. pl. Baical. in Bullet. des Natur. de Mosc. 1838. No. 1. p. 88.

31. I. MINIMA Bnge. Linnaea XVIII. 153. — Annua, erecta: foliis sagittato-lanceolatis, inferioribus dentatis, inflorescentia villosula; siliculis pedicello longioribus lineari-spathulatis incurvis, medio subteretibus, utrinque costatis, costa depressa tristriata, prope costam profunde sulcatis, apice complanatis truncato-emarginatis pubescentibus. — Crescit in deserto Aralensi inter flumina Jan- et Kuwan-Darja.

32. I. PLATYCARPA Bnge. l. c. — Annua: foliis oblongis dentatis, caulinis auriculatis, summis apice ciliolatis, calycibus villosis; silicula glaberrima pendula late elliptica, utrinque rotundata, apice subemarginata plana late alata, ala utrinque medio nervo valido arcuato percursa alteroque marginata loculum centralem oblongum laevem utrinque acuminatum latitudine duplo superante, stigmate sessili. — Crescit in deserto Batkakkum prope Agathma.

4938/1. **PACHYPTERYGIUM** *Bnge.*

(Bnge. Linnaea XVIII. 155. — *Pachypteris* Karelin et Kirilow, Bullet. de l'acad. de Mosc. 1842. I. 159. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 762.)

1. P. LAMPROCARPUM Bnge. l. c. — Siliculis oblongo-ellipticis pedicello brevioribus, basi rotundatis glaberrimis. ☉? — Crescit ad fluvium Jan Darja in deserto Arabensi.

2. P. MULTICAULE Bnge. l. c. — Siliculis suborbiculatis pedicellum subaequantibus, basi emarginatis, disco villosis. ☉ — *Pachypteris multicaulis* Karel. et Kiril. l. c. — Ledeb. Flor. Rossic. I. 767. † — Crescit in salsis Soongariae.

3. P. BREVIPES Bnge. l. c. 156. — Siliculis ovato-oblongis ultra loculum productis angustatis, apice truncatis, pedicello longioribus glabris. ☉ — Crescit in declivibus rupestribus ad fluvium Sarafschan prope Samarkand.

---

*) *Caeterum in Repertorio (l. l. c. c.) enumerantur* I. frutescens *Karel. et Kiril.*, I. corymbosa *Boiss.*, I. glauca *Boiss.*, I. cochlearis *Boiss.*, I. campylocarpa *Boiss.*, I. emarginata *Karel.*

4940/$_2$. **CHARTOLOMA** *Bnge.*

(Bnge. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung II. 249.)

Sepala 4 basi aequalia erecto-patula. Petala 4 spathulata, ungue lato indistincto, lamina erecta. Glandulae hypogynae indistinctae. Staminum majorum filamenta subulata, basi crassiora edentula libera, minora filiformia. Ovarium oblongum, utrinque attenuatum uniovulatum. Stigma sessile simplex latum. Silicula a latere compressissima late elliptica alata, ala membranacea medio nervo valido arcuato percursa alteroque marginata, matura indehiscens unilocularis, ioculo nervo simplici percurso, sub germinatione secus nervum medium in valvulas 2 compressas late alato-carinatas secedens monosperma. Semen in funiculo brevi adnato pendulum oblongum laeviusculum. Embryo exacte pleurorhizeus, cotyledones lineari-oblongae obtusae radicula medio incrassata. — Genus habitu *Isatidis* sed embryone pleurorhizeo distinctum. — Planta annua erecta semipedalis et major. Folia oblonga sinuato-dentata, summa integerrima, apice ciliolata. Racemi terminales simplices laxi. Flores flavi, sepalis villosulis. Silicula 8-10 lineas longa 6½-8 lin. lata in pedicello deflexo pendula. Semen 3 lin. longum.

1. *CH. PLATYCARPUM Bnge. l. c. 250. — ☉ — *Isatis platycarpa* Bnge. Delect. sem. hort. Dorpat. 1843. — Crescit.....?

4943/$_1$. **LACHNOLOMA** *Bnge.*

(Bnge. Linnaea XVIII. 154.)

Sepala 4, lateralia basi saccata, omnia erecto-conniventia. Petala 4 unguiculata, lamina anguste spathulata. Stamina 6 tetradynama libera edentula, glandulae placentariae annulares. Ovarium oblongum in stylum subulatum productum. Stigma bifidum, lobis demum patulis. Silicula nucamentacea ovata subcompresso-tetragona longe sericeo-crispo-villosa acuminata bilocularis, dissepimento subfungoso, loculis monospermis. Semina obovata, testa tenuissima, pendula in funiculo brevissimo. Cotyledones ad basin transversim plicatae, radiculae breviori incumbentes. — Herba annua villosula parce ramosa, foliis sinuatis; racemis terminalibus; floribus fere *Mathiolae parviflorae*, siliculis fere *Zillae* sed longe et dense sericeo-villosis, villis undulatis velleriformibus.

1. *L. LEHMANNI Bnge. l. c. — ☉ — Crescit in limoso-subulosis in deserto Kisil-Kum Sibiriae.

Subordo III. *ORTHOPLOCEAE* DC.

Tribus XII. *BRASSICEAE* DC.

4952. **ERUCASTRUM** *Prsl.*

(Prsl. Flor. Sicul. I. 92. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 187.)

1. E. ARABICUM Fisch. et Mey. Linnaea XIII. Literaturb. 109. — Hispidulum: foliis oblongis dentatis, inferioribus petiolatis, summis semiamplexicaulibus; racemis basi bracteatis; calyce erectiusculo petalis subduplo breviore; siliquis torulosis patentibus. ☉ — Crescit in Arabia.

4955. **DIPLOTAXIS** *DC.*

(DC. Prodr. I. 221. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 187.)

1. D. PARVULA Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 199. — Annua glaberrima: caule erecto ramoso; foliis obtusis integerrimis linearibus infimis anguste oblongis; floribus apetalis! siliquis erectis stylo brevissimo aspermo apiculatis. ☉ — Crescit in desertis salsuginosis Soongariae ad Ters-Akkan.

Tribus XIII. *VELLEAE* DC.

4958/1. **STROGANOWIA** *Karel. et Kiril.*

(Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 74. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 765. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 341.

1. STR. SAGITTATA Kar. et Kir. Bulletin de Mosc. XV. 387. — Foliis radicalibus spathulatis, caulinis oblongis, basi sagittato-amplexicaulibus; siliculis elongatis linearibus. ♃ — Habitat in arenosis montis Altaici Tarbagatai.

2. STR. BRACHYOTA Kar. et Kir. l. c. — Foliis radicalibus obovato-spathulatis, caulinis oblongis semiamplexicaulibus; auriculis rotundatis brevibus. — Habitat in deserto Soongoro-Kirghisico.

3. *STR. INTERMEDIA Karel. et Kiril. — Wlprs. l. c. no. 1.

4958/2. **STUBENDORFIA** *Schrenk.*

(Schrenk, Linnaea XVIII. 218.)

Ovarium sessile, stigmate simplici subsessili apiculatum biloculare, loculis uniovulatis, ovula ex apice loculi pendula opposita. Silicula a latere plano-compressa, plerumque obovato-obcordata bilocularis indehiscens, plerumque ovulo altero abortivo monosperma. Valvulae naviculares, carina ala membranacea latiuscula marginata. Dissepimentum completum, areolis oblongis transversalibus. Semen pendulum oblongo-subtrigonum apterum laeve. Cotyledones bicrures planae dissepimento parallelae, radicula dorsalis brevis adscendens, valvularum carina parallela. Funiculus umbilicalis brevis liber. — Herba Soongarica.

1. ST. ORIENLALIS Schrenk l. c. — Siliculae variant magnitudine atque forma, majores 13 lin. longae, 8 lin. latae, minores vix 7 lin. longae et vix 5 lin. latae, siliculae aliae sunt obovatae, basi valde attenuatae, aliae oblongae, basi vix attenuatae, aliaeque subrotundae, plerumque apice emarginatae, rarius rotundatae, loculamentum siliculae alterum plerumque sterile, interdum, licet rarissime, siliculae sunt dispermae. Stylus brevis, saepius nullus. — Crescit ad latera montium Chantau et in desertis ad rivulum Dala-Ghainar locis argillosis.

Subordo V. *DIPLECOLOBEAE* DC.

Tribus XIX. *SENEBIEREAE* Meisn. Gener. plant. vascul. I. 15.

4975. **SENEBIERA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 202. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 190. II. 762.)

1. S. FIGARIANA Parlatore, Giornalo botanico Italiano I. 308. — Subacaulis: foliis lyrato-pinnatifidis, lobis lateralibus ovato-cuneatis crenato-lobatis subciliolatis, lobo terminali majore; racemis folio dimidio brevioribus; siliculis compresso-cymbaeformibus valde rugosis grandibus. ♃ — Crescit in Arabia petraea.

* *SCHIZOPETALEAE* R. Br. in Lindl. Bot. Regist. adnot. ad t. 752. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 192. — Barnéoud, Ann. sc. natur. (3. Sér.) III. 167.

Petala pinnatifida longe unguiculata, aestivatione involuta. Stamina 6 tetradynama subaequalia. Glandulae 4 hypogynae. Siliqua longa polysperma. Semina globosa vel ovata subalbuminosa. Embryonis cotyledones quatuor spirales vel 2 crassae spathulatae. — Herbae Chilenses foliis eleganter pinnatifidis vel dentatis, pilis ramosis obsitae, floribus albis.

4980. **SCHIZOPETALON** *Hook.*

(Hook. Exotic. flor. 74. — DC. Prodr. I. 236. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 192. — Barnéoud, Ann. sc. natur. [3. Sér.] III. 167.)

Calyx tetraphyllus, apice clausus erectus. Petala 4 pinnatifida longe unguiculata. Stamina 6 subaequalia. Siliqua pilosa. Stigma basi hastatum subsessile. Semina globosa minima papilloso-rugulosa. Embryonis cotyledones 4 lineares aequales spiraliter convolutae. Radicula curvata.

1. SCH. WALKERII Hook. l. c. — DC. l. c. — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Sér.) IV. t. 387. — Hook. Bot. Magaz. t. 2379. — Glaberrimum assurgens: foliis oblongis sinuato-pinnatifidis, floralibus linearibus integris; floribus albis. ☉ — Crescit in Chili.
2. SCH. MARITIMUM Barnéoud l. c. 168. — Caule subsimplici; foliis angustis pinnatifidis pilosis; spicis laxissimis; siliquis nervosis glabriusculis; embryone albo. ☉ — Crescit in Chili ad littora marina.

4980/$_1$. **PERREYMONDIA** *Barnéoud.*

(Barnéoud, Ann. sc. natur. [3 Sér.] III. 168.)

Calycis sepala 4 aequalia erecta obtusa clausa. Corollae petala 4 hypogyna longe unguiculata, lamina ovata eleganter pinnatifida, laciniis linearibus obtusis, aestivatione involutis. Stamina 6 hypogyna tetradynama. Filamenta libera edentula. Antherae sagittato-lineares. Glandulae hypogynae 4 lineares erectae obtusae, petalis subopppositae. Ovarium biloculare pubescens. Stylus brevis vel nullus. Stigma hastatum, apice subacuminatum. Siliqua bivalvis dehiscens saepeque ad maturitatem pendula anguste linearis pilisque ramosis vestita polysperma. Septum membranaceum stomatibus destitutum. Semina ovata fulva subrugulosa subalbuminosa. Embryonis albi cotyledones 2 incumbentes spathulatae, apice crassae. Radicula dorsalis recta. — Herbae Chilenses facie *Schizopetalorum*.

1. P. DENTATA Barnéoud l. c. — Pubescens: caule macilento; foliis oblongis inaequaliter dentatis; spica pauciflora laxissima; florum pedicellis pilosis. ☉ — Crescit in regno Chilensi.
2. P. RUPESTRIS Barnéoud l. c. — Canescens: caule folioso ramoso; foliis canopinnatifidis (!!!) carnosulis; spica laxa; floribus pilosis; siliqua vermiculata tomentosa. ☉ — Crescit in regno Chilensi.
3. P. MULTIFIDA Barnéoud l. c. — Caule ramoso hispidulo; foliis angustis inciso-subpinnatifidis albicantibus; floribus pilosis; siliqua gracili; stigmate subsessili. ☉ — Crescit in regno Chilensi.
4. P. BROGNIARTII Barnéoud l. c. — Caule erecto ramosissimo patulo; foliis dentato-pinnatifidis canescentibus crassiusculis; spica longa multiflora; siliqua vermiculata; stigmate sessili. ☉ — Crescit in regno Chilensi.

Ordo XIII. CAPPARIDEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 237. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 193. II. 764. — Endl. Gener. plant. p. 889. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 17. II. 15.)

Tribus I. *CLEOMEAE* DC.

4984. GYNANDROPSIS *DC.*

(DC. Prodr. I. 237. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 193. II. 764.)

1. G. TRICHOPUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 64. † — Ramulis pubescentibus, demum glabratis; foliolis 5–7 oblongis acuminatis pubescentibus, petiolis elongatis petiolulisque hispido-pilosissimis; toro elongato thecaphoroque brevi quam siliqua glanduloso-puberula brevioribus. ♃? — Crescit in Columbia ad Solango.

4985. CLEOME *DC.*

(DC. Prodr. I. 238. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 193. II. 764.)

1. CL. *(Siliquaria)* SURINAMENSIS Miquel, Linnaea XVIII. 239. † — Herbacea diffusa glanduloso-puberula: stipulis spinescentibus; foliis longe petiolatis trifoliolatis, foliolis breviter petiolulatis obovato-ellipticis acutis vel obtusiusculis, summis (floralibus) simplicibus sessilibus, subtus praesertim in nervis tenere glanduloso-puberulis; floribus axillaribus minutis hexandris; siliqua in toro subsessili cylindrica torulosa glabra striata; seminibus cochleariformi-reniformibus areolatis transverse cristatis. ☉? — Crescit in Surinam.
2. CL. PILOSA Bth. in Belch. voy. of the Sulphur 65. — Inermis, pilis sparsis hispidula: foliolis subquinis elliptico-oblongis acuminatis, utrinque sparse hispidulis, floralibus parvis ovato-lanceolatis; thecaphoro brevi; siliqua acuminata glabra. ☉? — Habitus fere *C. roseae*, pili sparsi non glandulosi. Folia majora 2–3-pollicaria, petiolo bipollicari. — Crescit in Columbia.
3. *CL. POITEAUANA Pacquet, Journal d'horticulture pratique 1843. I. 349. † — Liber mihi omnino incognitus.

4988. POLANISIA *Schrader.*

(DC. Prodr. I. 242. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 195.)

1. P. STRIGOSA Bojer, Ann. sc. natur. (2 Sér.) XX. 56. † — Caule herbaceo erecto strigoso; foliis 5-foliolatis, summis minoribus trifoliatis simplicibusve, foliolis pollicaribus obovatis acutis petiolo strigoso brevioribus, nervis crebris parallelis subtus adpresse strigosis; floribus majusculis roseis; pedunculis stipite 5 lin. aequilongis, pilosis; calycinis foliolis 4 linearibus acuminatis pilosis deciduis; petalis 4, ovalibus stipitatis unilateraliter versis, venulosis; staminibus 10–12, ad basin tori brevis insertis, petalis longioribus, antheris luteis basi bilobis; siliquis 2 poll. longis, teretibus stipitatis pendulis puberulis, stylo persistente terminatis; seminibus reniformibus nigris. ♃? — *Cleome Chelidonii* Boj. mss. — Crescit in ruderatis insulae Zanzibar.
2. P. BRACHIATA Bojer l. c. — Caule herbaceo erecto inferne glabro; foliis petiolatis 3-foliolatis, foliolis lanceolatis acutis mucronulatis glabris, 6 lin. longis, lateralibus basi subobliquis, floralibus simplicibus minoribus; floribus solitariis 10–12-andris; sepalis 4 ovalibus, petalis parum brevioribus; staminibus ad basin tori brevis insertis, antheris ovalibus basi adnatis; siliquis horizontalibus brachiatis sessilibus pollicaribus, stylo lineam longo apiculatis, inferne dehiscentibus, suturis costa fibrosa persistente; seminibus reniformibus scrobiculatis fuscis; herba foetida viscosa. — Crescit in insula Madagascaria.

3. P. MICRANTHA Bojer l. c. 57. — Caule herbaceo capillaceo procumbente, inferne purpureo glabro; foliis petiolatis 3-foliolatis, foliolis obovatis acutis vix 3 lin. longis, glaberrimis, lateralibus minoribus subobliquis; floribus axillaribus breviter pedicellatis minutis albidis; sepalis 4, angustis acuminatis deciduis; petalis 4 cuneatis sepalis aequilongis; staminibus 6–8, toro brevi insertis; siliquis 10 lin. longis teretibus, basi et apice acutis, sessilibus glabris, stylo filiformi apiculatis; seminibus reniformibus fuscis. ☉ — Crescit in ruderatis humidis insulae Madagascar.

† *Icon addenda.*

P. CHELIDONII DC. — Wght. Icon. pl. Ind. or. t. 319.

Tribus II. *CAPPAREAE* DC.

4993. **CADABA** *Forsk.*

(DC. Prodr. I. 244. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 196.)

1. C. VIRGATA Bojer, Ann. sc. natur. (2 Sér.) XX. 58. † — Suffruticosa, inermis: ramis rigidis elongatis rectis; foliis simplicibus, solitariis vel 2–3-nis fasciculatis ellipticis obovatisve, breviter petiolatis mucronulatis glaberrimis; floribus terminalibus subspicatis 4-petalis hexandris viridibus; pedunculis alternis toro brevioribus; nectario incurvo, petalis sphacelatis longiori, apice cucullato denticulato; siliquis longe stipitatis compressis unilocularibus bivalvis dehiscentibus; seminibus nigris in substantia farinosa rubra nidulantibus. ♃ — Crescit in insulis Africae australis.

4994. **THYLACHIUM** *Forsk.*

(DC. Prodr. I. 244. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 196.*)

1. TH. SUMANGUI Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 60. — Fruticosum glaberrimum: foliis longe petiolatis patentibus, 3-foliolatis, foliolis ovalibus, basi et apice acutis breviter petiolulatis coriaceis lucidis glaberrimis cartilagineis, margine revolutis, nervo medio crassiori luteo, lateralibus vix distinctis, foliolis lateralibus minoribus; floribus terminalibus corymbosis, breviter pedunculatis; alabastris globosis, apiculatis medio transversim fractis, operculatis deciduis; petalis nullis; staminibus numerosis, toro brevi insertis, filamentis pollicaribus, subulatis, rigidiusculis albidis, antheris basi adnatis bilobis; thecaphoro staminibus aequilongo; ovario ovato, striato, stigmate lato, excavato, sessili. Fructus? — ♁ — Crescit in Madagascaria insula.
2. TH. ANGUSTIFOLIUM Bojer l. c. 61. † — Caule lignoso verrucoso scandente; foliis petiolatis trifoliolatis, foliolis angustis linearibus elongatis acutis rubro-marginatis, inter se aequalibus, uninerviis glabris; floribus terminalibus corymbosis, alabastris globosis, acuminatis; sepalo unico folliculari demum transverse secto, operculo deciduo; petalis nullis; staminibus numerosis rigidis albidis toro brevi insertis; thecaphoro staminibus aequilongo; ovario ovato, truncato, stigmate lato sessile. Fructus? ♁◡ — Crescit in Madagascaria.

4995. **NIEBUHRIA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 243. excl. sect. II. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 196.)

1. N. NERVOSA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 289. — Cortex ramorum teretium dilute fusca; folia ternata petiolo subduplo longiora subrhombeo-ovata vel obovata, nec non oblonga integerrima obtusa vel retusa mucronata glabra, subtus venoso-nervosa, nervis transversalibus alternis valde prominulis; corymbi florum terminales, saepe compositi; calycis tubus segmentis ovatis concavis triplo brevior; ovarii cylindrici stigmate depresso coronati stipes longe exsertus. — Ad *N. Caffram* DC. prope accedit, sed flores duplo minores et folia eximie nervosa. — Crescit in Promontorio bonae spei ad portum Natal.
2. N. PEDUNCULOSA Hochstett. l. c. — Cortex fusco-cinerea minute verrucosa; rami floriferi angulosi sublaeves viriduli; folia alterna simplicia, brevissime pe-

tiolata, ovato-lanceolata seu lanceolata obtusa, mucronulata, utrinque venosa, glabra, 2–3-pollicaria, juniora in ramulis floriferis minora; pedunculi glabri filiformes elongati in ramulis racemosim dispositi, basi vel folio solitario vel bracteis minimis plerumque binisstipati; calycis glabri tubus brevis, segmenta obovato-spathulata trinervia obscure venosa; stamina longa stipite ovarii longissimo superata. ♄ — *N. acutifolia* E. Mey. mss. — Crescit in sylvis Natalensibus.

5000. **CAPPARIS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 245. excl. sect. IV. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 197. II. 765.)

1. C. *(Eucapparis)* HYPERICOIDES Hochstett. Flora B. Z.) XXVII. I. 290. — Fruticosa aculeata. Cortex ramorum brunneo-fuscus, magis minusve tomentoso-pubescens, tomento brevi cinerascente vel subflavescente. Folia breviter petiolata, petiolo tomentoso, ovali-oblonga, 2–3-pollicaria obtusissima, venosa, utrinque glabra vel infra subtomentosa; aculei bini breves subrecurvi. Flores in apice ramorum confertim corymbosi, pedunculi et alabastra globosa tomento flavescenti-ferrugineo vestita. Petala calyce longiora pubescenti-villosa; stamina plurima longissima, ovarii stipite paullulum superata, ovarium globosum glabrum stigmate depresso coronatum. ♄ — Crescit in Promentorio bonae spei in sylvis circa Natalbay.
2. C. PYRACANTHA Bojer, Ann. sc. natur. (2 Sér.) XX. 59. — Caule fruticoso ramoso; ramis sparsis diffusis dichotomis, petiolis pedunculisque glauco-lanatis; foliis ovalibus rotundatis laete viridibus, utrinque glaberrimis petiolo quadruplo longioribus, mucrone spinoso, uncinato rubro, spinis stipularibus uncinatis lucidis rubris; floribus magnis speciosis albis, alabastro obliquo; pedunculis axillaribus solitariis folio duplo longioribus unifloris; sepalo inferiore maximo saccato basi purpureo; petalis latis cuneatis patentibus; staminibus numerosis albis, antheris oblongis acutis, basi bilobis, luteis versatilibus; thecaphoro gracili staminibus longiore; ovario ovato viridi glabro, stigmate sessili truncato. Fructus? ♄ — Crescit in Madagascaria.
3. C. CHRYSOMEJA Bojer l. c. — Caule suffruticoso; ramis gracilibus diffusis, interdum flexuosis fasciculatis, vetustis cinerascentibus, ramulis sub ramis nascentibus; foliis pedunculis floribusque lana aurea decidua dense vestitis; foliis linearibus lanceolatis, sesquipoll. longis, 3 lin. latis, obtusis attenuatis, veteribus viridibus glabris, spinis stipularibus brevibus uncinatis nigris; floribus luteolis; pedunculis axillaribus solitariis petiolo aequilongis, alabastris globosis, aureo-lanatis; sepalis 4, orbiculatis concavis, sepalo inferiori majusculo; petalis 4, lanceolatis acutis, extus aureo-villosis patentibus; staminibus circiter 20, basi toro insertis; petalis longioribus, albidis glabris, antheris ovalibus basi adnatis bilobis; thecaphoro gracili rubro basi pubescente staminibus longiore; ovario globoso acuto glabro. Fructus? ♃ — *C. solanoides* Bojer mss. — Crescit in Madagascaria.
4. C. *(Cynophalla)* BREVIPES Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 65. — Glabra: foliis brevissime petiolatis oblongis acuminatis obtusisve, basi cordatis, glandula in axillis pezizaeformi; racemis terminalibus, axillaribusve subcorymbosis pauciflоris. ♄∪ — Folia coriacea 2–3-pollicaria, pollicem lata, undulata. — *C. heterophyllae* Rz. et Pav. affinis. — „Gulf of Nicoya."
5. C. SINCLAIRII Bth. l. c. t. 27. — Glabra: foliis lanceolatis muticis, basi rotundatis, breviter petiolatis, glandula axillari turbinata; racemis axillaribus 4–6-floris folio brevioribus; sepalis orbiculatis corolla dimidio brevioribus; thecaphoro longissimo. ♄ — Folia 2–3-pollicaria viscosissima. — Crescit in Columbia.

† *Icon addenda.*

C. SANDWICENSIS DC. — Gaudich. Voy. de la Bonite autour du monde t. 55.

5003. **CRATAEVA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 242. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 201.)

1. CR. (FARQUHARIA Hilsenbrg. et Boj. mss.) EXCELSA Bojer, Ann. sc. nat. (2. Sér.) XX. 57. — Arbor excelsa; ramis patentibus, junioribus coloratis albo-punctatis;

foliis longe petiolatis 3–foliatis, foliolis tenuibus ovalibus breviter acuminatis attenuatis sessilibus, lateralibus basi inaequalibus, integerrimis lucidis glabris, subtus rubro–nervosis; floribus terminalibus laxe corymbosis, longe pedicellatis roseis vel albescentibus; sepalis 4, ovalibus acutis, patentibus; petalis stipitatis ovato–lanceolatis acutis inaequalibus; staminibus 10, toro crasso insertis, filamentis erectis corolla duplo longioribus roseis, antheris cordatis luteis basi affixis; thecaphoro filiformi staminibus aequilongo roseo; ovario ovato roseo, stigmate truncato sessili; fructu maximo globoso polyspermo, seminibus reniformibus. ♃ — Crescit in Madagascaria.

5006. **TOVARIA** *Rz. et Pav.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 202.)

1. * T. PENDULA Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. III. 73. t. 309. — Wlprs. l. c. — Hook. Icon. plant. t. 664. — *Bancroftia diffusa* Mcfad. Flor. Jamaic. I. 112. — (Endl. Gener. pl. no. 5382. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 344.) — Wlprs. l. c. I. 363.

† **Genera Capparidea indescripta.**

BEAUTEMPSIA *Gaudich.*

(Gaudich. Voyage de la Bonite autour du monde t. 56.)

1. * B. AVICENNIAEFOLIA Gaudich. l. c. — ♄ — Crescit.....?

DESTRUGESIA *Gaudich.*

(Gaudich. Voyage de la Bonite autour du monde t. 57.)

1. * D. SCABRIDA Gaudich. l. c. — ♄ — Crescit.....?

Ordo XIV. BIXACEAE *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p. 917. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 202. II. 765. — FLACOURTIANEAE Rich. — DC. Prodr. I. 255. — BIXINEAE Kth. — DC. Prodr. I. 259. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 18. 19. II. 16. 17.)

Tribus I. *BIXINEAE* Kth. — DC. Prodr. I. 259.

5064. **LINDACKERIA** *Prsl.*

(Prsl. Reliq. Haenk. II. 89. t. 65. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 203.)

1. L. MAYNENSIS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 63. † t. 270. — Foliis ellipticis longe acuminatis, basi acutis; calyce triphyllo; corolla hexapetala. ♃ — Crescit in sylvis primaevis provinciae Maynas ad Yurimagnas.
2. L. LAURINA Prsl. l. c. — Foliis oblongo–lanceolatis integerrimis, supra nitidis penninerviis reticulato–venosis; racemis axillaribus multifloris; calycibus pentaphyllis. ♄ — Crescit in Mexico.

Tribus II. *PROCKIEAE* Endl. l. c. 918.

5066. **CARPOTROCHE** *Endl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 203.)

1. C. (MAYNA) LONGIFOLIA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 64. † t. 271. — Sericeo–pubescens: foliis elongatis obovato–oblongis acuminatis, basi longe cuneatis denticulatis; floribus dioicis; pedunculis brevissimis multifloris, in trunco ramisque fasciculatis; petalis 9 calyce brevioribus; fructus alis lacero–dentatis. ♃ — Crescit in sylvis primaevis in Brasilia boreali ad confluentia flumina Teffé et Solimoens.

5071/1? **XYLOTHECA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVI. I. 69. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 90.)

Flores unisexuales. Masc. alabastrum obovatum obtusum, calyx tripartitus deciduus, segmentis concavis corollam involventibus, aestivatione imbricatis; corollae petala 9 patentia, aestivatione imbricata calycem superantia; stamina numerosa, filamentis filiformibus antheras lineari-oblongas aequantibus; ovarium nullum. Flores foeminei desunt. Fructus ovalis lignosus unilocularis stylo apiculatus; semina plurima placentis tribus vel quatuor parietalibus affixa, altero latere convexa et angulata, altero concava, in epidermidis appendicem carnosum pulposum extensa, testa crustacea.

1. X. KRAUSSIANA Hochst. l. c. — Frutex 8–10-pedalis foliis sparsis obovato-oblongis 2–3-pollicaribus obtusis vel subacutis, utrinque glabris reticulato-venosis, margine ciliatis; flores in ramulis axillaribus subterminales 1–3 pedunculati speciosi flavi (saltem masculi), aperti diametro bipollicari. ♂ — Crescit in sylvis Natalensibus prope Umlaas river.

5072. **PROCKIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 260. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 204.)

1. PR. TOMENTOSA A. Rich. Flor. Cubens. 218. † t. 24! — Pubescenti-tomentosa: foliis ovali-acuminatis subserratis petiolatis, praesertim subtus pubescenti-tomentosis; calycis laciniis ovalibus acuminatis, extus villosis, intus breviter tomentosis; petalis nullis; ovario apice villoso triloculari. ♂ — In insula Cuba.

5074. **KUHLIA** *H. B. Kth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 204.)

1. K. MOLLIS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 74. † t. 285. — Ramulis tomentosis; foliis oblongis ellipticisve, utrinque pubescentibus, subtus calycibusque subsericeis canescentibus, grosse glanduloso-dentatis; paniculis terminalibus nutantibus. ♂ — Crescit in Peruvia subandina in sylvarum marginibus prope Cuchero.

Tribus II. *FLACOURTIANEAE* Endl. l. c. 921. — (DC. Prodr. I. 256.)

5079/1. **ABERIA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. II. Besondere Beilage p. 2.)

Flores dioici mediocres. Calyx 6-9-phyllus (plerumque octophyllus) persistens, sepalis linearibus obtusis subinaequalibus, ad marginem glandularum peltatarum serie decoratis; corolla nulla. Flores masculi ignoti; foeminei in centro calycis descripti discus glandulis 9-12 orbicularibus ciliatis cinctus; ovarium disco oppositum ovatum uniloculare biovulatum, stigmatibus duobus brevissimis truncatis terminatum. Fructus bacca ovoto-carnosa bicornis unilocularis disperma, stigma in utroque baccae cornu superstes. Semina infra apices fructus contrarie parietaliter pendula ovato-oblonga compressa villoso-tomentosa, testa coriacea; embryo magnus intra albumen carnosum centralis orthotropus, cotyledonibus planis obtusissimis, basi cordatis, radicula crassiuscula obtusa supera.

1. A. VERRUCOSA Hochstett. l. c. — Frutex cortice ramorum cinereo verrucis albidis copiosissimis exasperato; foliis alternis coriaceis oblongo-lanceolatis 1½–2-pollicaribus, brevissime petiolatis integerrimis obtusis retusisve, utrinque glaberrimis, valde venosis lucidulis; floribus foemineis axillaribus solitariis, breviter pedunculatis; pedunculo apice glanduloso; calycis laciniis margine glandulosis, 3–5 lin. longis; baccis ovato-oblongis glaberrimis bicornutis, calycem patulum superantibus. ♂ — Crescit in sylvaticis montis Abyssinici Aber prope Addeselam.

5079/2. **LUNANIA** *W. J. Hook.*

(W. J. Hook. Lond. journ. of bot. III. 317. t. 11. 12.)

Calyx disepalus, aestivatione valvatus, sepalis ovato-rotundatis concavo-ventricosis membranaceis patentibus persistentibus(?). Corolla nulla. Discus hypogynus staminifer magnus, basin ovarii cingens cyathiformis persistens sexdentatus, dentibus acutis, cum filamentis alternantibus. Stamina 6. Filamenta subulata ad marginem disci inserta erecta aequalia. Antherae oblongo-ovatae basifixae biloculares, marginem versus antrorsum longitudinaliter dehiscentes. Ovarium ovatum, basi constrictum et quasi brevissime stipitatum uniloculare, placentis tribus parietalibus ovuliferis, ovulis numerosis. Stylus brevis crassiusculus, apice trifidus, stigmata truncata obtusa. Fructus immaturus ut in ovario, basi sepalis disco hypogyno filamentisque persistentibus instructus. — Arbor grandis Jamaicensis. Rami divaricati graciles lignosi flexuosi, cortice pallide cinereo tecti. Folia alterna remota majuscula 4–5-uncialia ovata acuminata, nunc inferne subobliqua, petiolata subcoriaceo-membranacea, omnino integerrima glaberrima, subtus pallidiora, e basi 3-, rarius subquinquenervia, nervis venis transversalibus connexis et sub lente ubique tenuiter reticulata. Petiolus teres gracilis. Stipulae nullae. Flores racemosi. Racemi longissimi filiformes penduli, pedales et ultra simplices vel ramosi, terminales vel plerumque laterales, e ramis vetustioribus aphyllis, breviter pedunculati. Flores parvi sparsi, rarius subaggregati, brevissime pedicellati. Pedicelli quasi in rhachin articulati, basi squamulis minutissimis subulatis bracteati.

1. *L. RACEMOSA W. J. Hook. l. c. — ♄ — Crescit in insula Jamaica in sylvis supra Rio Manna St. Mary's.

5080/1. **HISINGERA** *Hellen.*

(Hellenius, Act. Holmiens. 1796. p. 32. t. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 75. et no. 5815. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 340. II. 252. 342. — Siebold et Zuccar. Flora Japonic. I. 167. t. 88. 100. fig. 3.)

1. H. NITIDA Hellen. l. c. p. 33. t. 2. — Willd. Spec. plant. IV. 835. — Ramis cinereo-fuscis teretibus verrucosis vel albo-punctatis; foliis alternis breviter petiolatis oblongis, basi angustatis, apice obtusiusculis, obtuse serratis, utrinque glabris nitidis coriaceis; pedunculis unifloris aggregatis. ♄ — Crescit in Brasilia et in insulis Jamaica et Sti. Dominici.
2. H. RACEMOSA Siebold et Zuccar. l. c. 169. † t. 88. 100. fig. 3. — Spinosa vel rarius inermis: foliis alternis petiolatis, a basi rotundata ovatis cuspidatis serrulatis coriaceis glabris; floribus dioicis in racemos simplices multifloros dispositis. ♄ — Arbor biorgyalis vel frutex 5–8-pedalis, rami juniores teretes glabri, cortice fuscescente obtecti, inermes vel spinis sesquipollicaribus nudis armati. Folia per biennium vigentia sesqui- bipollicaria, pollicem vel sesquipollicem lata. Racemi axillares ½–¾-pollicares, rhachis cum pedicellis dense pubescens, pedicelli suffulti bractea spathulato-rhombea acutiuscula, margine uncinato-serrulata. — *Sono-ige* Thnbrg. Flor. Japonic. 355. — Crescit in Japonia.

Tribus IV. *ERYTHROSPERMEAE* Endl. l. c. p. 922.

5083/1? **MONOSPORA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXV. II. 660. et XXVII. I. Besondere Beilage p. 3.)

Flores dioici, utriusque sexus glomerato-spicati minimi. Masculi: calyx octopartitus, laciniis biseriatis, exterioribus minoribus; stamina 12 disco vel toro carnoso tubum calycis implenti et glandulas quatuor depressas trilobas foventi imposita, biseriata et ita ordinata, ut in fasciculos quatuor triandros laciniis calycinis internis oppositos, cum glandulis alternantes, secernantur, fasciculi stamine uno externo calyci contiguo (sed non inserto), duobus in-

ternis ovarii rudimentum in centro positum subulatum cingentibus, filamenta libera elongata capillaria, basi paullisper glanduloso-incrassata, antherae biloculares, loculi globosi discreti, rima aperti. Floris foeminei: calyx maris, ovarium disco glandulis cincto impositum liberum uniloculare, placentis tribus parietalibus biovulatis, ovulis inferioribus semper abortivis, reliquorum in summo apice pendulorum plerumque nonnisi uno fertili; styli tres, stigmata obtusa vel subbiloba. Capsula ovato-triangularis monosperma (rarissime disperma), apice trivalvis. Semen pendulum, ovato-ellipticum, utrinque subacutum, epidermide pulposa, saepius rubra, testa crustacea, eleganter scrobiculata. — Arbores Capenses.

1. M. ROTUNDIFOLIA Hochstett. l. c. XXV. II. 661. — Arbor 30-40-pedalis: ramulis brevissime tomentoso-puberulis substriatis; foliis alternis petiolatis obovato-rotundis bipollicaribus serrato-denticulatis 6-7-nerviis, inter nervos subtus reticulato-venosis glaberrimis (nervis ad paginam inferiorem solummodo praesertim versus basin puberulis), petiolis puberulis folio plus duplo brevioribus; stipulis minutis deciduis; spicae masculae folium vix aequantes solitariae, rhachis, bracteae et calyces tomentoso-puberuli; spicae foemineae in arbore foeminea folio breviores petiolum aequantes vel duplo superantes, bracteae et calyces ut in masculis; capsulae sanguineo-nigrae 1½ lineas longae ovato-acutae trigonae, valvae stylis persistentibus apiculatae; semina cinerea scrobiculata nitida. ♂ — Crescit in Africae australis ditione Outuriqua.
2. M. GRANDIFOLIA Hochstett. l. c. — Arbor priori omnino similis, sed folia duplo majora ovato-rotundata, grossius serrata 8-9-11-nervia; spicae masculae foliis duplo breviores; ramuli minute verrucosi, verrucis rubellis. Forsan prioris varietas. ♂ — Crescit in sylvis Natalensibus.

Ordo XIV^a. PANGIEAE *Blume.*

(Blume mss. in Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 208.)

Flores dioici. Sepala 5, rarius 2, 3 vel 4. Petala 5, rarius 6. Squamae totidem, petalis oppositae, Flor. masc. stamina 5 vel indefinite numerosa. Ovarii rudimentum nullum. Flor. foemin. stamina sterilia tot quot petala vel rarius plura, ovarium superum uniloculare, ovulis numerosis, placentis parietalibus 2-6 affixis. Capsula baccata indehiscens uniloculari. Semina numerosa magna. Albumen copiosum oleosum. Embryo amplitudine fere albuminis, radicula exserta; cotyledonibus plerumque foliaceis venosis. — Arbores in India orientali sponte crescentes: foliis sparsis petiolatis integris vel rarius sublobatis; floribus axillaribus solitariis vel fasciculatis vel in racemis paucifloris; seminibus magnis; albuminis oleo venenato.

I. PANGIUM *Reinw.*

(Reinwardt in Sylloge plant. nov. soc. Ratisb. II. 13. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 205. t. 43.)

Sepala 2 vel 3. Petala 5 vel 6. Masc. Stamina numerosa (20-25), antherae ovales, medio dorso affixae. Foemin. Stamina sterilia tot quot petala, subulata acuta. Stigma obsolete 2-4-lobum. Semina hilo maximo, testa rugis crassis asperata. Cotyledones foliaceae multinerviae. — Folia cordato-ovata vel subrotunda, quandoque triloba integerrima; petiolis longis apice

refractis; floribus axillaribus, masculis in racemis paucifloris, foemineis solitariis longe pedunculatis.

1. P. EDULE Reinwardt l. c. — Horsfield et Bennet l. c. — Arbor excelsa. Ramuli crassi, juniores rufo-pubescentes, cicatricibus foliorum delapsorum magnis subcordiformibus notati. Folia maxima, arborum juniorum saepe triloba, lobis acutis vel lobo uno alterove obsoleto oblique biloba vel integra, adultarum cordato-ovata vel subrotunda acuminata integerrima (poll. 6–15 longa, 4–10 lata), supra glabra nitida, subtus in nervis venisque praecipue dense rufo-pubescentia, basi 5–7-nervia nervisque lateralibus utrinque circiter 4, venis venulisque creberrimis anastomosantibus pulchre reticulata. Petioli 6-pollicares usque pedales vel ultra, basi supra sulco lato brevi exarati, dehinc cylindracei, longitudinaliter striati, apice, ubi nervi foliorum basales initium ducunt, paullulum refracti, juniores rufo-pubescentes. Stipulae nullae? Flores axillares, pollicem lati, masculi in racemis paucifloris 3–4-pollicaribus, pedicelli medio articulati rufo-pubescentes, laterales oppositi, bractea foliacea lineari-lanceolata subtensi. Gemmae subglobosae brevissime apiculatae. Calyx 2–3-sepalus, sepala persistentia concava coriacea, minute rufo-pubescentia subrotundata acutiuscula, in aestivatione verosimiliter imbricata. Petala quinque vel sex subcarnosa glabra oblongo-ovalia decidua, crebre longitudinaliter venosa, apice obtuse et plerumque inaequaliter emarginato-bidentata, minute ciliata. Squamae coriaceae tot quot petala, petalis oppositae iisque triplo vel quadruplo breviores, subrotundae, utrinque dense rufo-sericeo-pubescentes. Stamina disco planiusculo villoso inserta numerosa (20–25), petalis duplo breviora, filamenta crassa, superne dilatata, in apiculum brevem subulatum antheras medio dorso affigentem desinentia, antherae parvae subovales versatiles, plerumque resupinatae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus, pollen minutum subsphaericum laevissimum. Pistilli rudimentum nullum. Flores foeminei solitarii, pedunculis tripollicaribus, medio bractea una alterave (interdum duabus oppositis) parva lineari-lanceolata instructis, sub flore articulatis. Gemmae ovatae. Calyx, corolla squamaeque petalis oppositae fere uti in masculis. Staminum sterilium filamenta castrata tot quot petala, subulata acuta, cum squamis hypogynis alternantia. Ovarium ovale uniloculare, placentis duabus oppositis (an quandoque pluribus?) parietalibus multiovulatis. Stigma vix dilatatum sessile planum, obsolete 2–3–4-lobum. Capsula baccata indehiscens, magnitudine ovi Struthiocameli, ovata acutiuscula unilocularis, cortice crassiusculo crustaceo induta, intus pulpa tenui parca semina ambiente repleta. Semina pollicaria usque bipollicaria (parieti fructus internae, teste Reinwardt, quadrifariam inserta) mutua pressione varie angulata, crassa. Testa griseo-fusca durissima, dense lignea, lineam vel ultra crassa, rugis protuberantibus ramosis undique magis minusve asperata, hilo laeviusculo lanceolato, pollicem et ultra longo, lin. 4 ad semipollicem lato, medio longitudinaliter carinato, instructa. Membrana interna testam vestiens, tenuissima castanea. Albumen seminis cavitatem replens, testa undique crassius durum oleosum. Embryo latissimus, amplitudine fere albuminis, radicula parva exserta cylindrica, hili centrum fere respiciens, cotyledones subtriangulares foliaceae tenues, venis numerosis anastomosantibus percursae. — Crescit in insula Java.

II. GYNOCARDIA *R. Br.*

(R. Br. in Roxb. Plant. Coromand. III. 95. t. 299. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 207.)

Sepala 4 vel 5. Petala 5. Masc. Stamina indefinita (circa 100), antherae lineares, basi affixae. Foem. Stamina sterilia 10–15 subulata villosa. Styli 5 breves, stigmata dilatata cordata. Semina leviter venosa. Cotyledones crassiusculae carnosae. — Arbor Indica: foliis breviter petiolatis ovali-lanceolatis integerrimis; floribus axillaribus vel e trunco ramisve pedunculatis fasciculatis odoratis; fructibus maximis subglobosis; seminibus magnitudine *Coryli Avellanae.*

1. *G. (CHAULMOOGRA Rxb. Flor. Indic. III. 835.) ODORATA R. Br. l. c. — *Chilmoria dodecandra* Hamilt. Transact. of the Linn. soc. XIII. 500. — ♄ — Crescit in India orientali.

III. HYDNOCARPUS *Grtnr.*

(Grtnr. De fructib. et seminib. plant. I. 288. t. 60. fig. 3. — Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rar. 207.)

Sepala 5. Petala 5. Masc. Stamina 5 sepalis opposita, antherae subreniformes, connectivo lato basi affixae. Foem. Stamina maris sed antheris non polliniferis. Stigma 3-6-partitum, laciniis dilatatis bifidis. Semina subrugosa. Cotyledones foliaceae venosae. — Arbor Indica: foliis stipulatis breviter petiolatis ovali-lanceolatis serratis; floribus axillaribus in racemis pauciflоris.

1. *H. INEBRIANS Vahl, Symbol. bot. III. 100. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. t. 16. — DC Prodr. I. 257. — ♄ — *H. venenata* Grtnr. l. c. — *Munnicksia* Dennstdt. Clavis ad Rheed. Hort. Malab. — Crescit in India orientali.

Ordo XV. CISTINEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 263. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 206. II. 765. — Endl. Gener. plant. p. 203. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 19. II. 17.)

5029. HELIANTHEMUM *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 267. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 208.

1. H. NEBRODENSE Heldreich in Guss. Synops. flor. Sicul. II. 18. et Flora (B. Z.) XXVII. I. 66. † — Suffruticosum humile prostratum diffusum: surculis florigeris solis ascendentibus brevissimis; foliis extipulatis ovatis acutis sulcato-uninerviis, utrinque albido-tomentosis, supra margineque pilis longioribus obsitis; racemis contractis pauciflоris, pedicellis gracilibus arcuato-subreflexis tortuosis; calyce strigoso-villoso. ♃ — Crescit in Sicilia „a la Serre de la Serpe".
2. H. *(Tuberaria)* BREWERI Planchon in Hook. Lond. journ. of botan. III. 618. † t. 21. — Annuum, a basi ramosum subdiffusum viscidulo-hispidum: pedicellis bracteatis, defloratis subdeflexis, fructiferis erecto-patentibus; petalis angustis immaculatis; staminibus 8-12; seminibus quam in *H. guttato* majoribus. ☉ — *Cistus guttatus* Huds. Angl. 252. — Crescit in Britannia (Anglerey, Holyhead mountain).

5030. LECHEA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 285. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 212.)

1. L. SKINNERI Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 66. adnot. — Humilis ramosissima, molliter pilosa: foliis linearibus subulatisve sparsis subternisve; floribus distincte pedicellatis; capsulis late globosis. ♃ — Species *L. minori* affinis et facile distincta floribus et praesertim capsulis multo majoribus. Habitus humilior, basi ramosior. Folia ramorum sterilium angustiora, pilis longiusculis appressis canescentia. Flores ad apicem ramulorum pauci. Pedicelli 1½–2 lin. longi. Sepala interiora concavo-carinata. Petala tria. Stamina (an constanter?) tria. — Crescit in Columbia.

Ordo XVI. VIOLARIEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 287. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 213. II. 766. — Endl. Gener. plant. p. 908. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 20. II. 18.)

5040. VIOLA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 291. — Spr. Syst. vegetab. I. 796. et IV. II. 96. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 213. II. 766.)

1. V. GRACILLIMA St. Hil. Plant. rem. Brésil. 275. t. 26a. — Caule filiformi erecto glaberrimo; foliis late cordatis obsolete dentatis, subtus farinosis; stipulis parvis subulatis; calycibus acuminatis; petalis imberbibus. ♃ — Crescit in Brasilia.
2. V. SUBDIMIDIATA St. Hil. l. c. 276. — Caulescens glaberrima: foliis cordato-ovatis dentatis; stipulis oblongo-lanceolatis incisis ciliatis; pedunculis folio brevioribus; calycibus acuminatis; petalis imberbibus. ♃ — Crescit in Brasilia.
3. V. CERASIFOLIA St. Hil. l. c. 277. — Caulescens glaberrima: foliis lanceolatis acutis dentatis; stipulis oblongo-lanceolatis incisis ciliatis, basi auriculatis; pedunculis folio brevioribus; calycibus acuminatis. ♃ — *V. conferta* St. Hil. l. c. 279. ex Spr. Syst. veg. IV. II. 96. huc pertinet. — Crescit in Brasilia.
4. V. TRUNCATA Meyen, Reise um die Erde I. 314. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 300. — Fruticulosa ramosa humillima; foliis stellato-imbricatis lanceolatis acutiusculis grosse dentatis, inferne longissime in petiolum attenuatis integerrimis, subtus glandulosis glaberrimis carnosulis; floribus axillaribus; pedunculis folio brevioribus. ♄ — Proxima *V. volcanicae* Gill. in Hook. Bot. Misc. III. t. 98., recedit tamen foliis angustioribus acutioribus glandulosis, reliquis notis cum illa convenit. — Crescit in Chili in Cordillera San Fernando.
5. V. COMOLLIA Massara, Prodr. della fl. Valtell. 203. — Bertol. Flor. Ital. II. 709. — Cesati, Iconogr. stirp. Italic. fascic. II. p. 21. (c. ic.) — Perennis: caulibus filiformibus humistratis; foliis ellipticis rotundisve crassiusculis stipulisque linearibus vel spathulatis integerrimis; calycis phyllis ciliatis acutis, appendicibus calcare obtuso duplo brevioribus, stigmate urceolato; capsula obsoletissime trigona; seminibus ovoideis badiis. ♃ — *V. nummulariaefolia* Comoll. Flor. Comens. I. 336.
   β. Nevadensis: floribus minoribus; sepalis margine angustissime sed evidenter membranaceis; stipulis omnibus folio conformibus. — *V. Nevadensis* Boiss. Elench. 26. — Wlprs. l. c. I. 214. no. 5. — *V. Cenisia* Lag. et Rodigr. Anal. des ciencias naturales V. 207. — *Mnemion Lagascae* B. Webb, Iter Hisp. 68. — Crescit in Italia superiore et in Hispania.

5041. JONIDIUM *Vent.*

(DC. Prodr. I. 307. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 221. II. 767.)

1. J. VISCIDULUM H. B. Kth. Nov. gener. et sp. pl. V. 377. — (DC. Prodr. I. 309.) — Miquel, Sertum exoticum 8. † t. 5. — Caule lignoso erecto ramoso viscoso; foliis oppositis lanceolatis remote serrulatis glabris; stipulis subulatis minutis; sepalis ovato-lanceolatis glabris; labello longe unguiculato latissime ovato acuto, basi dilatato concavo, petalorum lateralium ungue petali superioris longitudine; staminibus duobus anterioribus basi glandula instructis, membranis terminalibus acutis. ♄ — Crescit in Surinam.

2. **J. FRUTICULOSUM** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 7. t. 2. — Humile erectum ramosissimum pubescens: foliis alternis linearibus integerrimis; stipulis parvis; floribus breviter pedunculatis; sepalis ovatis obtusiusculis; labello subsessili calycem dimidio excedente; staminum filamentis brevibus, duobus anticis supra basin glandula gibbis, squamulis ovatis; capsulis trigonis glabris calyce duplo longioribus. ♀ — Crescit in California ad Cap San Lucas.
3. **J. CHAMAEDRYFOLIUM** Poepp. Coll. pl. Chil. 74. ex Wlprs. in Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 300 — Fruticulosum ramosum glabrum: ramis ascendentibus vel prostratis tenuibus filiformibus; foliis ovalibus ovali-rhombeis, ovali-cuneatis acutis vel obtusiusculis brevissime petiolatis adpresse angusteque dentatis, basin versus integris, superioribus ellipticis vel elliptico-lanceolatis; pedunculis axillaribus unifloris folio longioribus; stipulis setaceis. ♄ — Folia 4–5 lin. longa, 1½–3 lin. lata subsessilia, stipulae persistentes. — *Maytensillo* Feuill. Hist. Peruv. Chil. III. t. 28? — In Chili in Cordillera San Fernando.

5047. **ALSODEIA** *Thouars.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 224. — *Conoharia* et *Alsodeia* DC. Prodr. I. 312. 313.)

1. **A. DEFLEXA** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 67. ☥ — Ramulis petiolisque hirtellis mox glabratis; foliis ovali-ellipticis breviter et obtuse acuminatis obtuse dentatis, basi rotundatis subobliquis; racemis simplicibus folio brevioribus; pedicellis deflexis; sepalis ovatis acuminatis quam petala glabra dimidio brevioribus; antherarum appendicibus acutis; ovario hispido. ♃ — Atacames.

Ordo XVII. SAUVAGESIEAE *Bartl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 224. II. 737. — DC. Prodr. I. 315. — VIOLARIEARUM Tribus III. SAUVAGEAE Endl. Gener. plant. pag. 912. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 21. II. 19.)

5051/1. **EUTHEMIS** *W. Jack.*

(W. Jack, in Hook. Bot. Misc. II. 69. — Endl. Gener. no. 5961. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 528. — Hook. Icon. plant. t. 711. Char. reform.)

Calyx pentaphyllus, foliolis ciliatis, aestivatione quincunciali. Petala 5 hypogyna, foliolis calycinis alterna, aestivatione convoluta, sub anthesi patentia. Stamina 5 petalis alterna, rarius filamentis totidem sterilibus interjectis. Antherae sessiles basifixae subtetragonae biloculares, apice attenuatae, poro unico apertae. Ovarium oblongum brevissime stipitatum, stylo filiformi persistente superatum quinqueloculare, marginibus carpellorum introflexis, versus axin fructus contiguis, non coadunatis. Ovula in loculis 1-2 anatropa, juxta angulum internum lateraliter septis inserta suspensa. Bacca farinoso-pulposa pentapyrena, pyrenis fibrosis monospermis. Semina inversa albuminosa, embryone fere longitudine seminis, radicula supera cotyledonibus longiore. — Frutices Indici: foliis alternis pulcherrime striato-venulosis, petiolo dilatato semiamplexicauli; stipulis lateralibus ciliatis caducis; racemis simplicibus vel basi ramosis terminalibus, demum rami evolutione lateralibus; floribus numerosis roseo-albis; pedicellis plerumque geminatis, basi bractea bracteolisque duabus suffultis.

1. *EU. LEUCOCARPA W. Jack. l. c. ☥ — Hook. l. c. t. 711. — Wlprs. l. c. no. 1.
2. *EU. MINOR W. Jack l. c. — Wlprs. l. c. no. 2.

5052. **LUXEMBURGIA** *St. Hil.*

(DC. Prodr. I. 350. — Wlprs. Rep. bot. syst. I. 226.)

1. L. CILIOSA Gardn. in Hook. Icon. plant. t. 516. — Hook. Bot. Magaz. t. 4048. — Foliis confertis longe petiolatis oblongis obtusis setosis, basi acutis glanduloso-serratis ciliosis; racemis terminalibus corymbosis multifloris; floribus polyandris. ♁ — Frutex pulcherrimus glaber 8–12-pedalis. Rami teretes. Folia alterna longe petiolata oblonga obtusa setosa, basi acuta glanduloso-serrata ciliosa elongata penninervia nitida, 2½–3-pollicaria, 10–12 lin. lata, petioli graciles sesquipollicares. Stipulae ciliatae caducae. Racemi terminales corymbosi multiflori. Pedicelli graciles sesquipollicares, infra medium articulati. Calyx 5-sepalus, sepalis inaequalibus oblongis acutis deciduis. Corolla hypogyna 5-petala, petalis obovatis obtusis luteis. Stamina hypogyna plurima. Antherae subsessiles extrorsae lineares tetragonae, in massam concavam secundam coalitae deciduae, apice biporosae. Ovarium trigonum. Stylus subulatus incurvus, stigma simplex. Capsula trigona unilocularis trivalvis, valvarum marginibus introflexis seminiferis. Semina plurima margine hinc et ad apicem alata. — *Plectrandra ciliosa* Mart. Nov. gen. et sp. pl. Brasil. I. 40. — Crescit in Brasiliae montibus dos Orgaôs et in provincia Minas Novas.

Ordo XVIII. DROSERACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 317. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 227. II. 768. — Endl. Gener. plant. p. 906. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 22. II. 19.)

5033. **DROSERA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 317. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 227.)

Sectio I. RORELLA DC. Prodr. I. 317.

1. DR. PLATYSTIGMA Lehm. Pugill. VIII. 37. et Plant. Preiss. I. 249. † — Foliis minimis orbiculatis petiolatis, supra margineque glanduloso-ciliatis; stipulis scariosis; scapo simplici erecto uni-paucifloro calyceque pauciglanduloso; stylis tribus indivisis; stigmatibus peltatis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia in solo glareoso prope „Seven miles bridge“ inter frutices Plantagenet.
2. DR. PULCHELLA Lehm. l. l. c. c. 38. et 250. † — Foliis parvis orbiculatis petiolatis, supra margineque glanduloso-ciliatis; stipulis scariosis; scapo ascendente simplici paucifloro calyceque pauciglanduloso; stylis 5, stigmatibus linearibus papillosis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Plantagenet ad „Slirlings-terrace“ locis turfoso-arenosis.
3. *DR. PYGMAEA DC. Prodr. I. 317. — Lehm. Plant. Preiss. I. 250. † — *Dr. micrantha* Lehm. Pugill. VIII. 39.

Sectio II. ERGALEION DC. l. c.

§. 1. *Caulescentes.*

* *Foliis rosulatis.*

4. DR. ROSULATA Lehm. l. l. c. c. 36. et 251. † — Caule brevi simplici squamoso; foliis rosulatis late obovatis, basi cuneatis, supra margineque glanduloso-ciliatis; pedunculis aggregatis unifloris folia aequantibus; calycibus glabris. ♃ — Crescit locis turfosis prope oppidum Perth ad fluvium Cygnorum in Nova Hollandia.
5. DR. GLANDULIGERA Lehm. l. l. c. c. 37. et 252. † — Foliis parvis obovato-rotundatis in petiolum attenuatis, supra margineque glandulosis; scapo suberecto

pedunculisque racemosis glandulosis. ☉? — Crescit in Nova Hollandia prope oppidum Perth locis sublimosis.

6. DR. RAMELLOSA Lehm. l. l. c. c. 40. et 252. † — Caule brevissimo, apice squamoso plerumque stolonifero; foliis parvis rosulatis suborbiculatis in petiolum attenuatis, utrinque glabris, margine glanduloso-ciliatis; pedunculis 1-3-floris folia subduplo superantibus. ☉? — Crescit locis humidis in insula Australasica Rotenest.

7. DR. PORRECTA Lehm. l. l. c. c. 51. et 252. † — Bulbo sphaerico coccineo; caule erecto anguloso glabro, saepe stolonibus ascendentibus instructo; foliis verticillatis orbiculatis in petiolum angustatis; pedunculo e verticillo supremo orto, apice paniculato, subglanduloso. ♃? — Simillima *Dr. stoloniferae* Endl. (Wlprs. l. c. 229. no. 26.), differt stolonibus lateralibus brevibus vel nullis, praesertim vero eo, quod flores semper e verticillo foliorum superiore proferuntur, numquam vero ex inferiore. — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis in „Eiza mountain" prope oppidum Perth.

* *Foliis sparsis solitariis ternisve.*

8. DR. SULPHUREA Lehm. l. l. c. c. 43. et 254. † — Caule erecto flexuoso glaberrimo; foliis caulinis alternis longe petiolatis, axillaribus geminis ternisve peltatis triangulari-lunatis; racemis terminalibus paucifloris, pedicellis glabris; petalis sulphureis sepala acutiuscula pubescentia ciliata duplo superantibus. ♃ — Crescit in solo turfoso in Novae Hollandiae districtu Plantagenet.

9. DR. NEESII Lehm. l. l. c. c. 42. et 254. † — Caule erecto glabro; foliis caulinis alternis longe petiolatis, axillaribus geminis peltatis triangulari-lunatis; racemis terminalibus subpaniculatis, pedicellis glandulosis; petalis purpureis sepala acutiuscula puberula glanduloso-ciliata triplo superantibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis ad Princess Royal Harbour portum.

5033/$_1$. SONDERA *Lehm.*

(Lehm. Pugill. VIII. 44. et Plant. Preiss. I. 256.)

Calyx profunde et aequaliter octofidus. Petala 8 hypogyna oblonga vel oblongo-linearia. Stamina 8 petalis alterna, filamenta lineari-subulata, antherae extrorsae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium uniloculare pluriovulatum, placentis parietalibus. Stylus terminalis partitus, cruribus penicillato-multipartitis, stigmata obtusa. Capsula membranacea unilocularis bivalvis. Semina linearia teretia in processum filiformem elongatum attenuata, testa crustacea, basi obliqua, superficici capsulae affixa. — Herbae Australasicae elegantissimae *Droserarum* habitu, radice bulbosa, caule erecto, foliis alternis, infimis squamaeformibus, reliquis orbiculatis peltatis glanduloso-pilosis, junioribus circinnatis, floribus terminalibus subsolitariis albis vel roseis.

1. S. MACRANTHA Lehm. l. l. c. c. † — Sepalis ovatis obtusis corolla triplo brevioribus; petalis oblongo-linearibus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis prope Albany.

2. S. PREISSII Lehm. l. l. c. c. 45. et 256. † — Sepalis ovatis acutiusculis corolla quadruplo brevioribus; petalis oblongis. ♃? — Crescit in Nova Hollandia locis depressis exsiccatis ad flumen Cygnorum prope oppidum Perth.

Ordo XIX. POLYGALEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 321. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 231. II. 768. — Endl. Gener. plant. p. 1077. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 20. II. 23.)

5647. **POLYGALA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 321. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 231. II. 768.)

* *Carina cristata.*

1. P. HYSSOPIFOLIA Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 95. † — Herbacea: foliis alternis sessilibus linearibus vel lanceolatis erectis uninerviis glaberrimis; spicis terminalibus; floribus laxis viridibus coeruleo-marginatis; pedicellis basi bracteis; carina cristata; seminibus luteis pilosis, apice setosis. ♃ — Crescit in insulis Africae australis.
2. P. ARVICOLA Bojer l. c. † — Caule herbaceo diffuso; foliis alternis, approximatis rectis rigidis, lineari-lanceolatis, subsessilibus mucronatis uninerviis glabris; floribus axillaribus solitariis, foliis multo brevioribus viridibus parvis, carina tantum apice coeruleo-barbellata; capsulis ovalibus, emarginatis; seminibus luteis puberulis carunculatis. ♃? — Crescit in Madagascaria.
3. P. LEPTOCLADA Bojer l. c. 96. † — Annua: caule exiguo, filiformi debili, saepius simplici; foliis minutis linearibus, acutis rectis glabris; floribus spicatis confectis roseis bracteolatis; carinis exsertis fimbriatis; capsulis globosis, valvis inflatis, dorso dehiscentibus; seminibus nigris retrorsum pubescentibus, caruncula subnulla. ☉ — Crescit in Madagascaria.
4. P. REVOLUTA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 99. — Caulibus suffruticosis ramosis pubescentibus; foliis glabris brevissime petiolatis lineari-oblongis mucronatis, margine revolutis; racemis terminalibus laxis paucifloris; sepalis exterioribus 3 inaequalibus acutis, interioribus ovato-rotundatis sub-5-nerviis; carinae lobo medio cristato; petalis lateralibus basi concretis; capsula compresso-rotundata utrinque emarginata glabra. ♃ — Caules subbipedales purpurascentes in sicco striati erecti. Folia alterna 8–10 lin. longa, 1–1½ lin. lata, subtus pallidiora. Caruncula semine piloso brevior. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.
5. P. LINIFOLIA Scheele, Linnaea XVII. 335. — Radice vermiculari tortuosa; caule erecto angulato subfastigiato-ramoso folioso; foliis sparsis spathulato-linearibus glandulosis denticulatis cuspidatis, caulinis erectis, rameis patentibus; racemis subspiciformibus densiusculis acutis pedunculatis; carina cristata, alis ovato-oblongis breviter cuspidatis capsulam ovalem glabram aequantibus; seminibus obovatis antrorsum sericeo-pilosis. ♃ — Affinis *P. scopariae* H. B. Kth. — Crescit in Virginia.
6. P. PULCHELLA Scheele l. c. — Radice fibrosa; caule erecto gracillimo teretiusculo puberulo ramoso; ramis fastigiatis; foliis lineari-subulatis verticillatis patulis; racemis spicaeformibus gracillimis laxiusculis obtusis longissimis breviter pedunculatis, rachi capillari; carina cristata, alis ovatis acutis capsulam ovalem glabram didymam superantibus; seminibus ovalibus costatis pilosis, pilis curvatis glanduliferis. ♃ — *P. verticillatae* L. proxima est. — Crescit in Brasiliae prov. Minas Geraës.
7. P. HETEROPHYLLA Scheele l. c. 336. — Caule herbaceo stricto simplicissimo tereti folioso hirsuto; foliis alternis petiolatis integerrimis, utrinque pubescentibus, inferioribus ovalibus obsusis, superioribus ovatis acuminatis; racemo terminali

sessili abbreviato pauciflоro; floribus magnis pedunculatis cristatis roseis bracteatis; bracteis pubescentibus persistentibus; alis subrotundis, basi subunguiculatis, capsulam sessilem obcordato-oblongam glabram superantibus; seminibus cylindricis retrorsum sericeo-pilosis. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

** *Carina imberbi.*

8. **P. VOLUBILIS** Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 97. † — Fruticosa: ramis elongatis volubilibus puberulis; foliis alternis sat magnis breviter petiolatis elliptico-ovalibus obtusis integerrimis glabris; floribus roseis terminalibus racemosis; pedunculis brevibus, basi bracteatis; petalis interioribus oblongis emarginatis, extus puberulis, carina triloba imberbi; stylo compresso rostrato hamoso, stigmate laterali; capsulis compressis subulatis. ♄ — Crescit in insula Madagascaria circa urbem Tananariova.

9. **P. PACHYRRHIZA** Casaretto, Decad. nov. stirp. Brasil. (II.) 20. — Radice crassa repente nodoso-filipendula, nodis oblongis; caulibus suffruticulosis erectiusculis subsimplicibus teretibus gracilibus; foliis subsessilibus ovato-lanceolatis glabris pellucidis; racemis terminalibus laxiusculis; calycis foliolo postico basi gibbo; alis obovato-ellipticis rotundatis, corollam vix superantibus, carina imberbi triloba; capsula pedicellata retusa cuneiformi. ♃ — Folia 1¼–3-pollicaria, 1–1½ poll. lata, flores albi. — Crescit in Brasilia in collibus siccis cirla Jurijuba et Piratininga prope Rio de Janeiro.

10. **P. HEBANTHA** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 67. † — Caulibus ascendentibus pubesentibus; foliis subsessilibus ovatis orbiculatisve, basi cuneatis membranaceis, utrinque parce hirtellis; racemis brevibus; sepalis exterioribus lineari-lanceolatis, 2 anticis approximatis, postico carinato, interioribus obovato-oblongis hirtellis; petalis posticis carinam nudam dorso ciliatam aequantibus; capsula ovali hirsuta. ♃ — „Gulf of Fonseca."

5648. **BADIERA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 334. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 242*.)

1. **B.? VENENOSA** Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 227. — Caule fruticoso; foliis oblongis aut elliptico-oblongis acuminatis, basi in petiolum attenuatis (maximis); racemis lateralibus pendulis longissimis; carina apice calloso-cristata; capsula compressa sulcata obcordata (viridi) alato-marginata, margine canaliculato (violacea). ♄ — *Polygala venenosa* Juss. — DC. Prodr. I. 331. — Colitur in horto Bogoriensi.

2. **B.? (POLYGALA** Hsskrl. mss.) **PULCHRA** Hsskrl. l. c. — Caule fruticoso; foliis petiolatis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis (mediocribus); racemis lateralibus pendulis gracilibus; carina apice calloso-cristata; capsula compressiuscula haud marginata obcordata (violacea). ♄ — Antecedente omnibus partibus gracilior. Utraque species gaudet sepalis petalisque deciduis, seminibus glabris, caruncula maxima aurantiaca bipartita, apice eroso-denticulata cyathimorpho-conniventi tectis, pendulis, dein capsula aperta erectis longiter persistentibus, embryone exalbuminato, cotyledonibus crassis hemisphaericis, radicula versus hilum spectante parva, perispermio succoso lucido, mesospermio crustaceo nigro, endospermio tenui fusco. — Crescit in insula Java.

5648/1. **CATOCOMA** *Bth. (nec Catacoma).*

(Bth. Journ. of bot. IV. 102. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 96. — Meisn. Gen. plant. vascul. II. 343. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 243.)

1. **C. ALTISSIMA** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. III. 65. † t. 273. — Scandens: foliis ellipticis, utrinque glaberrimis nitidis; paniculae amplae foliosae tomentosae ramulis divaricatis; alis utrinque petalisque sericeis; ovario capsulisque ovalibus glabris; stylo geniculato, basi villoso. ♄⌣ — Crescit in sylvis primaevis in Brasilia boreali circa Egam.

5649. **COMESPERMA** *Labill.*

(DC. Prodr. 1. 334. — Wlprs. Repert. bot. syst. 1. 242.)

§. 1. *Erectae.*

a. Foliis angustissimis subconvolutis vel linearibus.

* *Bracteis in omnibus demum deciduis, ante anthesin flores superantibus.*

1. C. **LONGIFOLIA** Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 206. † — Caule (basi) frutescente ramoso vel subsimplici glabro, sursum diviso racemifero; foliis sparsis non approximatis linearibus angustissimis, margine revolutis elongatis (pollice longioribus) acutiusculis glabris; racemis elongatis multifloris laxis; bracteis setaceis flores (nondum evolutos) superantibus, lobo corollae medio acuto integro lateralibus breviore. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis prope Limekiln in districtu Perth.

2. C. **CORNICULATA** Steud. l. c. † — Caule erecto fruticuloso glaberrimo vix striato tereti, inferne cicatricibus foliorum deciduorum notato, caeterum nudo, superne ramoso; ramis angulatis foliatis; foliis sparsis in ramulis confertioribus linearibus, margine revolutis abbreviatis (4–6 lineas longis) obtusiusculis; racemis terminalibus; bracteis setaceis; alis corollam superantibus lobo corollae medio postice corniculato. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in glareosis circa Wuljenup in ditione Plantagenet.

3. C. **LONGEBRACTEATA** Steudel l. c. 207. † — Fruticosa glabra, basi simplex vel vix ramosa nuda, superne fasciculato-romosa: ramis foliatis; foliis sparsis non approximatis anguste linearibus subtortuosis, apice acutiusculis; racemis ante florescentiam comoso-bracteatis, florentibus subconferto-multifloris elongatis; alis oblongo-ovatis obtusis corollam superantibus, lobo medio subintegro. ♄ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis districtus Princess royal Harbour.

4. C. **ROSEA** Steudel l. c. † — Caule erecto stricto glaberrimo striato, basi nudo simplici tereti superne ramoso; ramis foliatis; foliis sparsis remotiusculis anguste linearibus, margine subrevolutis, apice obtusiusculis; racemis terminalibus ante florescentiam longe comoso-bracteatis, florentibus laxiusculis; alis corollam superantibus, lobo medio vix emarginato. ♄ — Crescit in Nova Hollandia locis humoso-arenosis prope Monger's lake.

5. C. **MEGAPTERYGA** Steudel l. c. † — Caule basi ramoso; ramis paucis virgatis strictis glabris sulcatis; foliis raris angustissimis linearibus acutiusculis; racemis terminalibus ante florescentiam confertissimis; bracteis ovatis acutis flores subaequantibus, demum laxis pauci-(6–10-)floris; alis (albis) corolla (alba) longioribus ovato-dilatatis, corollae labio medio integro postice mucronulato. ♄ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Sussex.

6. C. **AEMULA** Steudel l. c. 208. † — Caule basi simplici tereti superne ramoso anguloso glabro; foliis sparsis linearibus acutiusculis; racemis laxis; bracteis setaceis flores superantibus cito deciduis; alis corolla (flavescente) longioribus, lobo medio integro lateralibus subbreviore. ♄ — *C. ericinae* DC. proxima sed folia non revoluta, plana. — Crescit in Nova Hollandia in arenosis districtus Sussex.

7. C. **CONTRACTA** Steudel l. c. † — Caule fruticoso glaberrimo striato tereti, basi nudo, superne foliato ramoso; ramis angulatis; foliis sparsis subtortis anguste linearibus, margine subrevolutis, apice acutiusculis; racemis terminalibus abbreviatis ante florescentiam bracteato-comosis; bracteis filiformibus; alis corollam superantibus, corollae lobo medio postice breviter corniculato, antice contracto. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in turfosis in districtu Perth.

8. C. **TENUIS** Steudel l. c. † — Caule simplici vel diviso tenui glabro remote foliato; foliis anguste lanceolatis planis; racemo ante florescentiam bracteolis scariosis flores vix superantibus instructo, demum laxo; floribus (albo et coeruleo-variegatis) parvis, lobo medio acuto. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in umbrosis ad Aron Dale districtus York.

** *Bracteis ante anthesin flores non superantibus vel nullis.*

9. C. HIRTELLA Steudel l. c. 209. † — Caule basi subsimplici tereti hirsutulo, superne ramoso; ramis subconferte foliatis, foliis linearibus, margine subrevolutis pilis brevissimis hirsutis, apice acutis; racemis semper an demum?) ebracteatis submultifloris; floribus (carneis) subconfertis; fructibus abbreviatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis humidis umbrosis.

10. C. RAMOSISSIMA Steudel l. c. † — Caule basi ramosissimo; ramis erectis teretibus adscendenti-strictis, superne simplicibus vel divisis glabris; foliis sparsis remotis linearibus, margine reflexis, apice acutis; racemis brevibus, confertis pauci-(8-12-)floris; bracteolis non prominentibus; floribus (albido-coeruleis) parvis; alis oblongis corolla brevioribus lobo medio integro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis prope oppidum Albany.

11. C. ANTHOCARPA Steudel l. c. † — Caule a basi simplici tereti subpruinoso foliato, superne ramoso glabro; ramis angulatis; foliis subconfertis, supremis sparsis, margine revolutis subteretibus, apice obtuso cartilagineo; racemis omnino ebracteatis laxiusculis obovatis; alis ovatis corollam subaequantibus, lobo medio integro; capsulis elongatis flavescentibus. ♁ — Crescit in subturfosis prope oppidum Perth.

12. C. LAXIUSCULA Steudel l. c. 210. † — Caule tereti, basi simplici vel uti superne ramoso virgato glabro; ramis angulatis; foliis sparsis linearibus abbreviatis (3-5 lineas longis) deciduis; racemis terminalibus laxis plurifloris ante anthesin bracteatis; bracteolis flore minoribus; alis corollam superantibus lobo medio integro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in lapidosis districtus York.

β. Foliis lanceolatis vel obovatis planis.

13. C. VARIANS Steudel l. c. † — Caule basi vix frutescente ramoso vel simplici hispidulo, superne glabro; foliis infimis oblongo-lanceolatis, caulinis angustioribus linearibus remotis; racemis simplicibus vel paniculatis latis multifloris ante florescentiam munitis bracteolis lanceolatis acuminatis florem subaequantibus; floribus (coerulescentibus) parvis; alis corolla longioribus. ♃? — Crescit in Nova Hollandia in arenosis subturfosis prope Strawberryhill.

14. C. PARVIFLORA Steudel l. c. † — Caule basi diviso foliato, apice ramuloso striatulo tenuissime (sub lente) pubescente; foliis planiusculis lanceolatis tenuissime ciliolatis, apice cartilagineo-mucronulatis; racemis terminalibus confertiusculis, ante anthesin scarioso-bracteolatis; bracteolis flores subaequantibus serius deciduis; calycibus marcescentibus corollam (coeruleam) vix aequantibus. ♃? — Crescit in Nova Hollandia in calculosis montium continuorum Darlingsrange in districtu Perth.

§. 2. *Volubiles vel subscandentes.*

15. C. HERBACEA Steudel l. c. 211. † — Caule subvolubili subsimplici vel basi ramoso tenui glabro, vix ima basi fruticuloso; foliis ovato-lanceolatis vel simpliciter lanceolatis, margine subrevolutis, apice subcartilagineo-mucronulatis; racemis laxis (an semper?) ebracteatis; alis corollam aequantibus; corollae labio medio integro acuto; fructibus subflavescentibus. ♃∽∪ — In Australasia occidentali.

16. C. SCANDENS Steudel l. c. — Caule scandente profunde striato glabro ramoso, ramis sparsim dissite foliatis; foliis anguste linearibus obtusis planis; racemis terminalibus (ante florescentiam?) ebracteatis abbreviatis laxe et pauci-(6-10)-floris; corolla antice subemarginata. ♃∽ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis districtus Sussex.

5650. **MURALTIA** *Neck.*

(DC. Prodr. I. 335. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 243.)

1. *M. HEISTERIA DC. — Paxton, Magaz. of bot. IV. 150. (c. ic.)
2. *M. STIPULACEA Burch. — Paxton l. c. IV. 149. (c. ic.)

5652/$_2$. **LOPHOSTYLIS** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] 1842. t. 229. — Endl. Gener. plant. Supplem. III. p. 96. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 343.)

1. **L. ANGUSTIFOLIA** Hochstett. l. c. 231. — Arbuscula: foliis alternis bi- tripollicaribus lineari-lanceolatis breviter petiolatis obtusis integerrimis; floribus racemosis; pedunculis flore longioribus, basi tribracteatis; bracteis exiguis cito deciduis; galea exappendiculata. ♄ — Folia pilis brevibus appressis parce inspersa, ut fere glabra appareant. — Crescit in Abyssiniae provincia Tigre ad Ferefferam.

2. **L. OBLONGIFOLIA** Hochstett. l. c. — Arbuscula gracilis: ramis pedunculisque pubescentibus; foliis alternis 1–2-pollicaribus oblongis obtusis integerrimis, utrinque minutissime puberulis breviter petiolatis; samarae glaberrimae ala nervis decurvis striata. ♄ — A priori differt foliis brevioribus latioribus nec non ramulis pedunculisque densius pubescentibus. — *Securidaca longepedunculata* Fresen.? — Wlprs. l. c. I. 246. no. 1. — Crescit in Abyssinia ad fluvium Tapaze.

† *Icon addenda.*

C. **GRACILIS** Hortor. — Paxton, Magaz. of bot. V. 145. (c. ic.)

5653. **SECURIDACA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 340. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 246.)

1. **S. INAPPENDICULATA** Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 227. — Fruticosa scandens: foliis subdistichis oblongis, basi non cordatis; inflorescentia paniculata; fructus ala inappendiculata. ♄◡ — Affinis *S. paniculatae* Lam. — DC. l. c. 341. — Crescit in insula Java.

2. **S. DECORA** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 66. † — Scandens: ramis, paniculis calycibusque fusco-tomentosis; foliis ovalibus acutis, utrinque villosis, alis subrotundis unguiculatis, extus pubescentibus; carinae lobis lateralibus spathulato-obovatis, margine plicatis, intermedio recurvo emarginato, dorso libero apiceque fimbriato. ♄◡ — Crescit in Peruvia subandina prope Cuchero.

3. **S. LONGIFOLIA** Poepp. et Endl. l. c. † — Scandens: foliis subcordato-oblongis acutis, subtus pubescentibus; racemis in paniculam terminalem foliosam digestis; calycibus alisque sericeis, alis oblique ellipticis unguiculatis; carinae lobis oblongo-linearibus obtusis complicatis, intermedio lobulo reniformi terminato. ♄◡ — Crescit in Brasiliae sylvis primaevis prope Egam.

5656. **KRAMERIA** *Loeffl.*

(DC. Prodr. I. 340. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 247.)

1. **K. PARVIFOLIA** Bth. Bot. of Sulphur 6. † t. 1. — Frutescens, adpresse pubescens: foliis linearibus obtusis vel vix acutis; pedicellis medio bracteatis paucis folio longioribus; capsula cordato-globosa subdidyma breviter acuminata; aculeis tenuibus, apice hamulosis. ♄ — Crescit in California in portu Magdalenae.

Ordo XX. TREMANDREAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 343. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 249. II. 770. — Endl. Gener. pl. p. 1076. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 22. II 20.)

5644. TETRATHECA *Sm.*

(DC. Prodr. I. 343. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 249. [II. 770 ubi deleatur!]

Sectio I. EUTETRATHECA Steetz in Lehm. Plant. Preiss. I. 211.

Filamentis crassiusculis, antheris quadrilocularibus.

§. 1. *Subaphyllae: ramis subaphyllis, foliis minimis.*

1. **T. AFFINIS** Endl. Enumer. pl. Hügel. 23. — Wlprs. l. c. 249. no. 1. — Steetz l. c. — Glaberrima: ramis foliaceo-compressis, basi ancipitibus; foliis alternis setaceis minimis sessilibus; pedicellis bibracteolatis axillaribus; floribus pentameris; staminibus puberulis. ♁ — Proxima *T. junceae* Sm., differt vero jam primo intuitu ramis magis foliaceo-compressis; floribus pentameris, sepalis paullo acutioribus, antheris evidenter puberulis tubuloque antherae longitudinem aequante. — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis circa oppidum Albany.
2. **T. VIRGATA** Steetz l. c. 212. † — Caule a basi ramoso; ramis teretibus inferne aphyllis, superne foliis alternis minimis linearibus brevissime petiolulatis vestitis; pedicellis basi bracteolatis axillaribus folia corollamque superantibus; floribus tetrameris; staminibus glabris; filamentis tubuloque antherae longitudinem aequante discoloribus; ovario cum stylo rectiusculo glaberrimo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis limoso-calculosis districtus York.

   β. *setigera:* ramis undique setis sparsis patentibus rufescentibus basi bulbosis 1–2 lin. longis vestitis. — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.
3. **T. NUDA** Lindl. Swan Riv. bot. 186. — Wlprs. l. c. no. 5. — Steetz l. c. 213. † — Glaberrima: caule subsimplici parce ramoso; ramis teretibus junceis subaphyllis; foliis rarissimis linearibus minimis in petiolum brevissimum attenuatis deciduis; pedicellis sparsis, basi bracteolatis axillaribus corollae longitudine; floribus pentameris; staminibus glabris, filamentis tubuloque antherae triplo breviore concoloribus; ovario hirsuto; stylo recto, basi hirsutiusculo, apice glaberrimo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

§. 2. *Foliatae: ramis densius foliatis.*

4. **T. CONFERTIFOLIA** Steetz l. c. 214. † — Caule simplici vel ramoso tereti hispidulo dense foliato; foliis alternis vel oppositis vel verticillato-aggregatis sessilibus linearibus obtusiusculis, margine revolutis hispidis; pedicellis axillaribus folia longe superantibus, in apice ramorum aggregatis hispidulis; floribus pentameris, tubulo anthera breviore; ovario ovato hispidissimo; stylo rectiusculo basi hispidulo, apice glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in montibus Darlings range.
5. **T. SETIGERA** Endl. l. c. 24. — Wlprs. l. c. no. 2. — Steetz l. c. † — Caule parce ramoso tereti; ramis setigeris; foliis alternis oppositis subverticillatisve ovato-oblongis grosse paucidentatis, subtus glabriusculis, supra setoso-strigosis, pedicellis axillaribus gracilibus folia superantibus apice setulis hinc inde conspersis v. glabris; floribus pentameris; petalis obovatis patentibus purpureis, basi concoloribus; filamentis brevissimis vix ullis, antheris cum tubulo ipsis paullo longiore apice pallido, ovario ovato styloque recto, glaberrimis. ♁

   β. *elongata:* caulibus elongatis virgatis; pedicellis gracilioribus virgatis glaberrimis; petalis purpureo-roseis antherisque cum tubulo apice pallido multo brevioribus. — Crescit in Nova Hollandia in sylvis subarenosis ad fl. Canning.

6. T. GRACILIS Steetz l. c. 215. † — Caule gracili erecto ramoso hinc inde setis raris consperso, caeterum glabro; foliis ternatim verticillatis subsessilibus linearilanceolatis, margine revolutis, utrinque glabris internodio multoties brevioribus; pedicellis axillaribus folia longe superantibus filiformibus glaberrimis ebracteolatis; floribus pentameris; filamentis brevibus pallidis, antheris cum tubulo atropurpureis scabris; ovario obovato, apice subemarginato glaberrimo, stylo..... ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Serpentine-River.

Sectio II. DITHECA Steetz l. c. 216.
Filamentis crassiusculis, antheris bilocularibus.

7. T. VIMINEA Lindl. l. c. 184. — Wlprs. l. c. no. 3. — Steetz l. c. † — Caule a basi ramoso; foliis subsessilibus, inferioribus rhombeo-ovatis ternatim verticillatis, internodio multoties brevioribus, superioribus approximatis ovatis verticillatis alternisve; pedicellis axillaribus gracilibus folia longe superantibus glaberrimis; floribus pentameris, antheris cum tubulo ipsis paullo longiore gracili scabris; ovario ovato cum stylo tortuoso glaberrimo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.

β. microphylla: foliis multo minoribus; pedicellis paullo longioribus petalisque obscure purpureis. — Prope oppidulum Albany.

γ. setosa: caule ramisque setosis pubescentibus, setis patentibus confertis, basi bulbosis; foliis hinc inde denticulatis, denticulis setigeris, subtus glabris, supra strigoso-setosis; pedicellis gracilioribus; floribus minoribus ovarioque cum styli ima basi levissime ciliato. — Crescit ad Vasse-river.

8. T. HISPIDISSIMA Steetz l. c. 217. † — Caule tereti ramoso; ramis setoso-hispidissimis; foliis breviter petiolatis alternis oppositis subverticillatisve ovalibus subintegerrimis, utrinque setosis, margine setis validioribus vestitis; pedicellis axillaribus gracilibus folia longe superantibus glabris vel apice setis raris conspersis; floribus pentameris; petalis ovatis acutis; antheris cum tubulo ipsis paullo longiore gracili scabris; ovario ovato appresse hirsuto; stylo basi pubescente, superne glaberrimo recto staminibus breviore. ♁ — Crescit in sylvis ad sinum Regis Georgii III. in Nova Hollandia.

9. T. EPILOBIOIDES Steetz l. c. 218. † — Caule tereti ramoso; ramis hirsutiusculis; foliis subsessilibus, margine undulatis, supra strigosis, subtus molliter hirsutis, inferioribus oppositis vel ternatim verticillatis oblongo-ovatis, superioribus alternis lineari-oblongis; pedicellis axillaribus filiformibus glaberrimis folia longe superantibus; floribus pentameris; petalis ovato-lanceolatis acutis erectis; antheris cum tubulo aequilongo gracillimo, apice glabro scabris; ovario subrotundo subemarginato compressiusculo, margine apiceque ciliato; stylo tortuoso, basi ciliato, apice glaberrimo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis limoso-calculosis inter Mahoganycreek et Halfwayhouse.

10. T. ACULEATA Steetz l. c. † — Ramis pubescentibus hinc inde setosis; foliis alternis subverticillatisve subsessilibus oblongo-ellipticis subintegerrimis, margine revolutis, supra hispidulis, subtus molliter hirsutis; pedicellis axillaribus filiformibus folia superantibus, apice striatis et aculeolatis; floribus pentameris; antheris cum tubulo aequilongo gracili, apice glabro scabris; ovario ovato compresso, margine apiceque ciliato; stylo recto, basi hirsuto, apice glaberrimo, staminibus subbreviore. ♁ — *T. rubriseta* Lindl. l. c. 185? — Wlprs. l. c. no. 4. — *T. hirsuta* Lindl. l. c. 187? — Wlprs. l. c. no. 6. — Crescit in Nova Hollandia occidentali.

Sectio III. TREMANDROPSIS Steotz l. c. 219.
Filamentis filiformibus.

11. T. PREISSIANA Steetz l. c. † — Caule ramisque pubescentibus setosis; foliis sessilibus, basi attenuatis ternatim verticillatis deltoideo-ovatis acutis ciliatis, medio dentatis, dentibus setigeris, vel integerrimis, supra hirsutiusculis, subtus

glabris; pedicellis filiformibus folia paullo superantibus; floribus tetrameris et pentameris; staminibus luteis in tubulum brevissimum productis. ♁

β. *integrifolia*: statura graciliori foliisque integerrimis v. 1–2-dentatis.

Crescit locis limosis in Novae Hollandiae districtu York.

† *Icon addenda.*

T. JUNCEA Sm. — Rchb. Hort. botanic. t. 78.

5644 1. PLATYTHECA *Steetz.*

(Steetz in Lehm. Plant. Preiss. I. 220.)

Calyx quinquepartitus. Corolla pentapetala. Stamina biseriatim disposita inaequalia, filamentis brevissimis plano-compressis antherisque continuis compressis quadrilocularibus, loculi uniseriales, tubulo apice dehiscentes. Ovarium biloculare, loculis.....ovulatis. Stylus filiformis simplex. Stigma capitellatum. Capsula.....? Semina.....? — Fruticuli graciles Novae Hollandiae ramosi, foliis linearibus integerrimis, margine revolutis, verticillatis vestiti *Galii* species quasdam simulantes, pedicellis axillaribus filiformibus unifloris.

1. PL. GALIOIDES Steetz l. c. 220. † — Glaberrima: foliis sessilibus verticillatis suboctonis linearibus carnosulis margine revolutis acutiusculis, axillis penicillatis; pedicellis axillaribus solitariis, saepe oppositis filiformibus folia superantibus; antheris ovatis scabriusculis ciliatis, in tubulum gracillimum ipsis sesquilongiorem productis; ovario ovato hirsuto, stylo rectiusculo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis umbrosis ad Preston Creek (Perth).
2. PL. CRUCIANELLA Steetz l. c. 221. † — Ramis pubescentibus, foliis sessilibus verticillatis subdenis linearibus carnosulis, margine revolutis acutiusculis, supra sparse muricato-setosis, axillis penicillatis; pedicellis axillaribus solitariis filiformibus folia superantibus levissime puberulis; antheris ovatis vix scabriusculis ciliatis, in tubulum gracillimum ipsis duplo longiorem productis; ovario ovato velutino, stylo supra basin paullisper torto. ♁ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.
3. PL. CRASSIFOLIA Steetz l. c. 222. — Ramis pubescentibus, junioribus glanduloso-pilosis; foliis sessilibus verticillatis suboctonis linearibus carnosis crassis, margine revolutis obtusiusculis, supra undique muricato-tuberculatis, axillis penicillatis; pedicellis axillaribus solitariis raro oppositis filiformibus folia superantibus, setulis brevissimis patentibus obsitis; antheris late ovatis vix scabriusculis, margine laevibus in tubulum gracillimum ipsis triplo fere longiorem productis; ovario subrotundo velutino, stylo supra basin torto. ♁ — Crescit in Nova Hollandia occidentali et meridionali-occidentali.

5645. TREMANDRA *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 344. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 249.*)

1. TR. OPPOSITIFOLIA Steetz in Lehm. Plant. Preiss. I. 222. † — Caule erecto ramoso pilis stellatis dense tomentoso, foliis oppositis petiolatis basi subcordatis ovatis subundulato-crenatis obtusiusculis, supra asperulis, subtus pilis stellatis dense et albo-velutinis; pedicellis axillaribus unifloris oppositis foliis dimidio brevioribus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis umbrosis ad radices montis Elphistone (Plantagenet).

† *Icon addenda.*

TR. HIRSUTA Lindl. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 67.

Ordo XXI. PITTOSPOREAE *R. Br.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 250. II. 770. — Endl. Gener. plant. pag. 1081. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 66. II. 47.)

5661. **PITTOSPORUM** *Soland.*

(Wlprs. Repert. bot syst. I. 250.)

1. P. *(Eupittosporum)* PARVIFLORUM Putterl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 189. † — Glabrum: foliis obovatis, 4–5 lin. longis, vix ultra 3 lin. latis, apice rotundatis, basi in petiolum vix semilinealem angustatis, margine integerrimis obtusis, e luteo laete viridescentibus, sempervirentibus, in utraque pagina concoloribus opacis, coriaceis; pedunculis solitariis binisve, rarius ternis tenuibus linealibus simplicibus, apicem versus paullo crassioribus; floribus ovatis, vix linealibus; petalis pallide e luteo viridescentibus oblongis obtusis; fructu (immaturo) ovato compressiusculo, obscure flavescente, styli basi coronato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali in ditionibus York et Wicklow.
2. P. *(Eupittosporum)* ABYSSINICUM Delile, Ann. sc. nat. (2 Sér.) XX. 89. — Foliis obovatis acutis; floribus virescentibus, paniculatis ex axillis foliorum terminalium. ♁ — Crescit in Abyssinia.
3. P. *(Eupittosporum)* RHOMBIFOLIUM A. Cunningh. mss. in Hook. Icon. plant. t. 621. — Arboreum: foliis coriaceis rhombeo-ovatis, basi cuneatis in petiolum attenuatis grosse sinuato-serratis; floribus corymbosis; petalis ellipticis patentibus; ovario basi piloso in stipitem attenuato. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in sylvis ad „Brisbane River."
4. P. *(Eupittosporum)* ELEGANS Raoul, Ann. sc. nat. (3 Sér.) II. 121. — Ramulis virgatis glabris; foliis petiolatis oblongis, basi et apice angustatis, marginibus undulatis, utrinque glaberrimis; pedunculis terminalibus subcorymbosis, pedicellisque floriferis pube fulva adpressa vestitis, dein glabratis; sepalis lanceolatis acutis; petalis lineari-oblongis obtusis; staminibus petala subbaequantibus; ovario puberulo fulvo; stylo glabro stamina vix aequante; fructibus obovatis glabris. ♁ — Flores nivei suaveolentes. — Crescit in Novae Zeelandiae (Akaroa) nemoribus.
5. P. *(Eupittosporum)* OCHROSIAEFOLIUM Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 98. † — Schlechtd. et Mohl, Bot. Zeitung II. 766. — Arborescens: foliis remotis oppositis vel ternatim verticillatis, elliptico-lanceolatis vel obovatis retusis, margine revolutis penninervibus glaberrimis; corymbis terminalibus; pedicellis verticillatis unifloris; sepalis corolla duplo brevioribus. ♄ — Arbuscula 6–10-pedalis, ramis sparsis erectis cinereis glabris. Flores corymboso-paniculati lutei fragrantes. Sepala 5 recta ovata acuta, extus pilosa. Petala linearia apice reflexa. Stamina 5 petalis alterna. Ovarium elongatum pilosum viride, stigma truncatum. — Crescit in sylvis Madagascariae.
6. P. *(Oeidocarpon)* VERTICILLATUM Bojer l. c. † — Frutex: ramis rigidis verticillatis; foliis confertis spathulatis undulatis, ternatim vel quinatim verticillatis; capsulis bivalvibus; seminibus 2–3–4 angulatis liberis, succo viscoso rubro obductis. ♄ — Frutex 12-pedalis. Folia spathulata obtusa in petiolum decurrentia, undulata vel plicata, supra obscure, subtus laete viridia nitida glaberrima, venis subtus rubellis. Capsula globosa unilocularis bivalvis. — Crescit in sylvis interioribus insulae Madagascar in provincia Emirnensi.
7. P. *(Oeidocarpum?)* OBCORDATUM Raoul, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 121. — Ramulis diffusis glabris; foliis obcordatis vel suborbicularibus breviter petiolatis,

utrinque glabris planis; floribus solitariis vel geminis; pedicellis puberulis; sepalis lanceolatis acutis; petalis lineari-lanceolatis obtusiusculis; staminibus petalis brevioribus; ovario puberulo fulvo; stylo glabro staminibus breviore. ♄ — Crescit in Nova Zeelandia.

8. *P. *(Plagiantheron)* LIGUSTRIFOLIUM All. Cunn. — Putterl. in Wlprs. l. c. 254. no. 31. et in Plant. Preiss. I. 190. † — *P. longifolium* Putterl. in Wlprs. l. c. no. 29. et *P. Roëanum* Putterl. l. c. no. 30.

5663. **OXCOSPORUM** *Putterl.*

(Putterl. in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 256.)

1. O. BICOLOR Putterl. in Endl. Nov. stirp. mus. Vindobon. decad 9. no. 11. † — (Wlprs. l. c.) — Ramis teretibus erecto-patentibus, demum volubilibus glabris; foliis caulinis primariis oppositis in petiolum attenuatis obtusis, sequentibus spiraliter dispositis obovatis vel obovato-ellipticis (sesquipollicaribus, semipollicem latis) argute serratis, supremis fimbriato-dentatis, junioribus utrinque breviter pilosis; pedunculis in ramis oppositifoliis solitariis unifloris filiformibus (3 lin. longis), basi bractea brevi stipatis; sepalis 5 aequalibus ovatis acutis badiis glaberrimis (demum deciduis); petalis 5 aequalibus candidis, ad unguem glandula luteola instructis purpureo-puncticulatis et lineolatis; capsula ovoidea utrinque compressiuscula fulva pleiosperma. ♄∽ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali. — [Conferas infra no. 5664. no. 1.]

2. O. DRUMMONDIANUM Putterl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 194. † — Ramis filiformibus longissimis volubilibus patentissimo-pubescentibus, adultioribus calvis; foliis breviter petiolatis, pilis longis canescentibus patentissimis, utrinque villosis, inferioribus minoribus semiuncialibus, ad 2 lin. latis, spathulatis, apicem versus grosse serrato-dentatis, imis fere pinnatifido-dentatis, dentibus iterum denticulatis, superioribus ovalibus vel ellipticis, acutis, fere pollicaribus, ad 3 lin. latis, dente uno alterove arguto instructis, supremis lanceolatis vel oblongo-ellipticis, acutis 1–1½-uncialibus, plerumque integerrimis, omnibus membranaceis, erecto-patentibus; pedunculis ramulos terminantibus, rarius axillaribus, simplicibus vel bifidis, patentissime villosis erectis, sub anthesi nutantibus; floribus speciosis campanulatis subirregularibus, pallide violaceis; calycis foliolis subulatis patentissimo-villosis; capsulis late-ovoideo-compressiusculis; utrinque sulcatis membranaceis pleiospermis. ♄∽ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali prope coloniam ad fluvium Cygnorum.

5664. **MARIANTHUS** *Hügel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 256.)

1. *M. PICTUS Lindl. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 256. no. 6. — *Oncosporum bicolor* Putterl. ex Wlprs. l. c. no. 256.

2. M. ANGUSTIFOLIUS Putterl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 200. † — Ramis erecto-patentibus rectis virgatis magis minusve fastigiatis glaberrimis foliosis; foliis subsessilibus, fere linearibus 1–1¼-uncialibus, latioribus ad 2 lin. latis, a medio basin versus sensim angustatis, superne marginibus parallelis, apice brevissime acuto, apiculatis, integerrimis planis, laete virescentibus, infra pallidioribus glaucescenti-nitentibus glabris, erecto-patentibus; pedunculis ramulos annotinos continue terminantibus solitariis, folia suprema superantibus filiformibus viridescentibus glabris erectis, superne cymoso-ramosis pauciforis; pedicellis simplicibus bi-trifidisve erectis; floribus speciosis 5-linealibus campanulatis; calycis foliolis subulato-acuminatis, dorso pubescentibus; petalis violaceo-coeruleis, ungue saturatiori; fructibus..... ♄ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali ad fluvium Cygnorum.

† *Icon addenda.*

M. COERULEO-PUNCTATUS Klitzsch. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 247. (c. ic.)

5665. **CHEIRANTHERA** *A. Cunn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 257.)

1. CH. LINEARIS A. Cunn. in Bot. Regist. t. 1719. — Putterl. Synops. Pittospor. 24. — Hook. Icon. plant. t. 47. — Frutex erectus: ramis erecto-patentibus strictis; foliis alternis linearibus acutiusculis integerrimis vel apice subincisis, junioribus in axillis fasciculatis; pedunculis in ramis terminalibus corymbosis; pedicellis strictis; floribus azureis. ♁ — *Ch. cyanea* Ad. Brogniard ad Dyperrey, Voy. t. 77. — Crescit in interioribus Novae Hollandiae orientalis ad ripam fl. Bathurst etc.
2. CH. PREISSIANA Putterl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 201. † — Ramis filiformibus flexuosis volubilibus, junioribus pilis canis deorsum directis dense pubescentibus; foliis alternis, brevissime petiolatis, ovatis vel ovalibus vel oblongo-ovalibus, utrinque rotundatis, apice praeterea emarginatis planis, margine integerrimo revolutis, utrinque pilis canis patentibus dense villosulis, junioribus in axillis adultiorum fasciculatis, erecto-patentibus; pedunculis ex axillis ramulorum et foliorum et in apice ramulorum annotinorum terminalibus filiformibus, foliis multo longioribus simplicibus, junioribus patenti-pilosis, adultis calvis; floribus.....?; ovario longe ellipsoideo, cylindraceo-compressiusculo, basi in stipitem brevissimum, receptaculo floris superstiti insidentem contracto, faciebus planiusculis, medio juxta axim sulco longitudinali impresso, angulis obtusiusculis subancipiti, glabro, apice in stylum teretem, filiformem, sursum incurvum, stigmate obtuso truncato terminatum continue transiente, intus biloculari, loculis multi-ovulatis (12–16), ovulis in loculo uniseriatis; fructibus.....? ♁⌒ — Crescit in Novae Hollandiae australi-orientalis rupestribus montis Currie prope oppidum York.

5666. **SOLLYA** *Lindl.*

(Putterl. in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 257.)

1. *S. HETEROPHYLLA Lindl. — Putterl. l. c. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 203. — *S. linearis* Lindl. Bot. Reg. (New Ser.) XII. Pl. misc. 83. no. 132. et XIII. t. 3. — Wlprs. l. c no. 2. — *Billardiera Hambruchiana* Seemann et Schmidt, Flora (B. Z.) XXVII. II. 496. † ex Wendland ibid. 784. — Crescit in insula Van Diemen variisque locis in ipsa Nova Hollandia.

5667. **PRONAYA** *Hügel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 257. II. 770.)

1. PR. HÜGELIANA Putterl. in Lehm. Pl. Preiss. I. 204. † — Ramis erecto-patentibus longissimis volubilibus, apicem versus confertim foliatis, junioribus pilis deorsum adpressis pubescentibus; foliis subsessilibus vel brevissime petiolatis, inferioribus spathulatis vel obovatis vel ovalibus obtusiusculis, semipollicaribus usque pollicaribus, 2–3 lin. latis, margine binc inde denticulatis, superioribus lanceolatis vel oblongo-lanceolatis, sesquipollicaribus, apicem versus longitudine decrescentibus, 2–3 lin. latis, integerrimis, omnibus margine tenuissime revolutis, utrinsecus planiusculis, obscure viridibus, subtus pallidioribus et pilis longis canis villosulis, supra pilis brevibus strictis tuberculo insidentibus pilosis, erecto-patentibus; pedunculis in ramulis terminalibus et in ramulis lateralibus foliatis ex axillis foliorum superiorum emergentibus, terminalibus subsessilibus vel brevissimis vix 1–2 lin. longis, superne ramosis, ramulis bi-trifidis in cymam densifloram multifloram (10–24-floram) folia vix superantem congestis, dense villosis; floribus campanulato-patentibus 5 lin. latis erectis; calycis foliolis subulato-acuminatis, dorso purpurascentibus, dense villosis; corollae petalis spathulatis, acuminato-apiculatis, laete caeruleis; antheris ovatis, post anthesin apice reflexis; fructu baccato sicco obovato-cylindraceo, utrinque compressiusculo rugoso fusco-viridi. ♁⌒ — Crescit in Novae Hollandiae orientalis „Blue mountains“.

† *Icon addenda.*

PR. ELEGANS Hügel. — Paxton, Magaz. of bot. XI. 99. (c. ic.)

Ordo XXII. FRANKENIACEAE *St. Hil.*

[illegible]

5053. **FRANKENIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 349. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 259.)

1. FR. CAMPESTRIS Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 480. — Suffruticosa: foliis subcordato-ovalibus acutiusculis breviter petiolatis, margine revolutis, basi ciliatis, subtus cum caulibus ascendentibus ramosis calycibusque acutis pulverulento-puberulis. ♃ — Crescit in Chili, Llano di Copiapó.

Ordo XXIII. CARYOPHYLLEAE *Fzl.*

(CARYOPHYLLEAE DC. Prodr. I. 351. et AMARANTHACEARUM Sect. III. Juss. — DC. Prodr. III. 365. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 260. II. 770. — Endl. Gener. plant. p. 975. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 24. II. 20[illegible])

Subordo I. *PARONYCHIEAE* St. Hil.

Tribus I. *ILLECEBREAE* R. Br.

Subtribus II. EUPARONYCHIEAE Fzl.

5198. **HERNIARIA** *Tournef.*

(DC. Prodr. III. 367. excl. §. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 260.)

1. H. DIANDRA Bnge. Linnaea XVIII. 152. — Annua viridis pubescens: caulibus teretibus; foliis spathulato-oblongis, basi attenuatis ciliatis enerviis; calycis tubo brevissimo, laciniis inaequalibus, binis exterioribus longioribus, demum patulis; petalorum vestigiis nullis; staminibus binis. ☉ — Crescit in alpibus Kara-tau prope Samarkand.

5202. **PARONYCHIA** *Juss.*

(DC. Prodr. III. 370. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 261. — *Fenzlii* hujus generis monographia jam dudum promissa nondum ad finem perducta est.)

1. P. *(Anoplonychia)* MACROSEPALA Boiss. Diagnos. pl. nov. oriental. III. II. — Caulibus elongatis simplicibus foliosis teretibus tomentellis; foliis oblongis obtusis, basi attenuatis, adpresse hirtellis; stipulis lanceolatis acutis folia subaequantibus; capitulis ad caulium apicem 3–5 glomeratis sessilibus; bracteis ovatis, basi obliquis acutis calyces vix superantibus; sepalis adpresse hirtis opacis lanceolato-lato-linearibus obtusis duris, inter se valde inaequalibus subenerviis. ♃ — Caules protrati flexiles 3–5-pollicares. — *P. nivea* differt caulibus abbreviatis ramosis angulatis, foliis paullo majoribus acutis, capitulis non ad ramorum apicem coadunatis, sed per eorum partem superiorem dispersis, bracteis latioribus, sepalis paullo brevioribus acutis distincte nervosis nec subenerviis. — Crescit in Graecia.

2. P. *(Anoplonychia)* CHIONAEA Boiss. l. c. 9. — Dense caespitosa: ramis brevissimis foliis stipulisque omnino tectis; foliis carnosulis, ovatis obtusiusculis imbricatis, subtus subcarinatis, utrinque hirsutis; stipulis lanceolatis acutis folia superantibus; capitulis terminalibus inter folia extrema sessilibus; bracteis magnis niveis oblique ovatis acutis flores multo superantibus; sepalis pubescentibus ovato-oblongis obtusis, apice subcucullatis trinerviis albo-marginatis inter se aequalibus. ♃? — A *P. nivea* differt caulibus dense glomeratis, foliis ovatis nec oblongo-ellipticis, capitulis sessilibus, sepalis dimidio brevioribus ovatis obtusis, nec oblongo-lanceolatis acutiusculis. — Crescit in regione alpina Anatoliae, in monte Olympo Bithynico, Sipylo supra Magnesiam et in Scardo Macedoniae.

3. P. *(Anoplonychia)* CURDICA Boiss. l. c. 10. — Basi lignosa caespitosa: caulibus abbreviatis tomentellis; foliis oblongo-linearibus, basi attenuatis obtusiusculis, utrinque tomentellis; stipulis lanceolatis acutis folia subaequantibus; capitulis terminalibus et ex axillis supremis ortis subsellibus; bracteis oblique oblongis subfalcatis acuminatis flores multo superantibus; sepalis pubescentibus brevibus inter se subinaequalibus oblongo-lanceolatis obtusis anguste marginatis opacis obscure trinerviis, apice subrecurvis. ♃ — Differt a *P. nivea* caulibus basi lignosis, ramis teretiusculis nec angulatis, foliis non acutis, stipulis bracteisque dimidio minoribus, sepalis triplo brevioribus obtusis nec acutis, obsolete trinerviis. — Crescit in montibus Kurdistaniae.

4. P. *(Aconychia)* DESERTORUM Boiss. l. c. 11. — Caulibus elongatis diffusis tenuibus, superne pubescentibus; foliis oblongo-linearibus carnosis, utrinque attenuatis mucronatis glabris; stipulis acutis folia vix aequantibus; floribus in capitula axillaria sessilia secus ramos dispositis; bracteis ovatis acutis flores paullo superantibus; calyce basi hispido, sepalis obovatis basi subattenuatis, apice cucullatis, utrinque latissime albo-membranaceis, parte centrali herbacea angusta in cornu sepalo triplo brevius paullo infra apicem producta. ♃ — *P. Arabica* huic affinis recedit foliis vix carnosis multo longius aristatis, calycibus basi glabris, sepalorum parte media herbacea, margine membranaceo, utrinque triplo latiori, sepalorum cornu multo longiori et tenuiori. — Crescit in deserto ad sinum Persicum.

5202/1. SCLEROCEPHALUS *Boiss.*

(Boiss. Diagnos. plant. novar. orientat. III. 12.)

Calyx quinquefidus, basi indurata profunde cupularis cum foliis floralibus bracteisque concretus, laciniis lanceolato-linearibus fere clausis, apice spinosis, margine membranaceo angusto, sub apice in cucullum parvum desinente donatis. Petala nulla. Stamina quinque, disci calycis tubum vestientis margini inserta, ejus dentibus opposita, filamenta filiformia brevissima. Antherae breviter ovatae subglobosae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium sessile uniloculare tenuiter membranaceum, disco staminifero calycisque tubo adnatum, apice solo in stylum, apice bifidum attenuato, liberum. Styli rami stigmatosi subrecurvi. Ovulum unicum funiculi basilaris liberi plani membranaceo-marginati apici affixum. Utriculus pellucido-membranaceus, tubo calycino indurato arcte adnatus, apice liber, demum irregulariter laceratus. Semen e funiculo libero pendulum magnum obovatum subcompressum. Embryo annularis albumen farinaceum includens. Radicula supera valde prominula.

1. SCL. AUCHERI Boiss. l. c. — Herba annua glabra: caules abbreviati 1–3-pollicares carnosuli tenues subtuberculati, facillime secedentes; folia linearia carnosula mucronulata 4–5 lin. longa opposita, basi cum stipulis et inter se subconnata; stipulae scariosae albae triangulares acutissimae, foliis breviores. Flores 4–6 in capitula sphaerica breviter pedunculata axillaria ad ramorum extremitatem dispositi. Folia floralia minora spinosa dura pungentia, calyce paullo longiora. Bracteae membranaceae triangulari-lanceolatae acutae foliis floralibus calycibusque paullo breviores. Calyx paullo infra medium quinquefidus, tubus cylindricus, fere totus interne cum foliorum floralium bractearumque basi concretus,

dentes lanceolato-subulati recti clausi, apice breviter spinosi, dorso subconvexi basique lana crispa obsiti, facie plani membranaque angusta in cucullum minimum sub spina terminali desinente marginati, apice interne supra cucullum penicillo denso lanae crispae obsiti. Corollae vestigium nullum. Membrana staminifera calycis tubo ad apicem usque intime coalita tenuissima, margine imo tantum ad dentium calycinorum basin vix ac ne vix libera. Filamenta dentibus calycinis opposita filiformia, eis dimidio breviora. Ovarium tenuiter membranaceum ad $^2/_3$ tubi calycini usque ei arcte adnatum, dein liberum, conico-attenuatum, stylo apice breviter bifido stamina aequante terminatum. Capitulum fructiferum fructibus calycibus et foliis floralibus, basi accrescentibus induratis constans globosum erinaceum pungens, pisi magnitudine, intus durissimum, fructum multiloculärem simulans, cum pedunculo suo articulato facile deciduum. Utriculus membranaceus, intime cum calyce coalitus, apice demum irregulariter laceratus. Semen magnum obovatum subcompressum $1^1/_2$ lineas longum, lineam fere latum pallide brunneum, apice acutum, radicula plumulaque acutis, illa longiore. — *Paronychia sclerocephala* Dene. Ann. sc. natur. (2. Sér.) III. 262. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 261. no. 1. — Crescit in regno Mascate et in deserto Sinaico.

5216. **POLYCARPAEA** *Lam.*

(DC. Prodr. III. 373. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 262.)

1. P. ATHEROPHORA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 763. — Herbacea erecta ramosissima: caule ramisque puberulis; foliis 6–8nis verticillatis glabris, arista (demum decidua) longissima terminatis; stipulis scariosis linearibus longissime setoso-aristatis; floribus cymoso-corymbosis in caule ramisque terminalibus. ☉? — Crescit in Surinam.

5220. **DRYMARIA** *Willd.*

(DC. Prodr. I. 395. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 265. II. 770.)

1. DR. HOLOSTEOIDES Bth. Bot. of Sulphur 16. † — Humilis caespitosa subglauca: florum foliorumque fasciculis paucis remotis; foliis longiuscule petiolatis ovatis, basi cuneatis integerrimis crasciusculis; pedicellis unifloris petiolum vix aequantibus; capsulis calycem aequantibus. ♃? — Crescit in California ad Cape San Lucas.
2. DR. CRASSIFOLIA Bth. l. c. — Humilis caespitosa ramosissima glauca: florum et foliorum fasciculis numerosissimis; foliis petiolatis ovatis, basi cuneatis integerrimis crassis; pedicellis unifloris folia aequantibus; capsulis calyce subdimidio longioribus. ♃ — Crescit in California ad Cape San Lucas.

Subordo II. ***SCLERANTHEAE*** Lnk.

Subtribus II. HABROSIEAE Fnzl. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 326.

Utriculus semini adhaerens, calycis tubo ad faucem haud constricto inclusus.

$5223/_1$. **HABROSIA** *Fnzl.*

(Fnzl. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeit. I. 322. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Flores cymoso-paniculati. Calyx subquinquepartitus, tubo infundibulari, limbi laciniis ellipticis producte aristatis semiscariosis subpatentissimis, demum arcte convoluto-imbricatis erectis, sinubus extus in tubercula protusis, cum tubo fructifero indurascentibus. Corollae petala 5 calycis tubi fauce perigyne inserta ovali-subrotunda integerrima minima, post anthesin conniventia. Stamina quinque disci calycis tubum vestientis margini inserta fertilia, filamenta libera subulata, duobus calycis laciniis externis opposita, basi glandulosis, reliquis disci lobis subbiauriculato-quadratis glandulosis insertis; antherae biloculares, loculis ovalibus oppositis parallelis,

longitudinaliter dehiscentes. Germen liberum uniloculare. Gemmulae duae basilares circa filum conductorium simplicissimum funiculo umbilicali brevissimo insertae amphitropae. Styli duo distincti intus stigmatosi. Utriculus membranaceus calyce et corolla connivente tectus, abortu gemmulae constante monospermus indehiscens, semini firmiter adhaerens, stylis coronatus. Semen globosum inversum laevissimum, hilo utriculi latus spectante. Embryo annularis albumen copiosum farinaceum cingens, cotyledonibus linearibus incumbentibus. — Herba Orientalis annua glaberrima: caule tenello simplici vel ramoso, superne in cymam multifloram et confertifloram paniculaeformem effuso; foliis setaceis obtusis, basi dilatatis, obsolete trinerviis; bracteolis herbaceis; pedicellis calyce longioribus, demum patulis; calycis laciniis arista sublongioribus; corollis calyce triplo brevioribus.

1. H. (ARENARIA Ser. in DC. Prodr. I. 406.) SPINULIFLORA Fnzl. l. c. 323. † — ⊙ — Crescit in Oriente circa Aleppo.

Subordo III. *ALSINEAE* Bartl.

Alsinearum monographon auctore *E. Fenzl* jam fere nimium diu exspectatum mihique ut in Repertorium recipiatur, promissum, nondum ad finem perductum est.

Subordo IV. *SILENEAE* DC.

Tribus I. *DIANTHEAE* Kth.

5244. **DIANTHUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 355. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 266. II. 771.)

1. D. LONGIGLUMIS Delile, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 89. — Caule ramoso; vaginis foliorum persistentibus, basi concretis; foliis lineari-subulatis, caniculatis; ramulis unifloris; squamis calycinis senis subulato-acuminatis, acumine interiorum longiori, calyce striato longissimo; petalis caducis, limbo basi cuneato, margine superiore fimbriato; stigmatibus glabris. ♃ — *D. Abyssinicus* R. Br.? — Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 98. — Crescit in Abyssinia.

Tribus II. *LYCHNIDEAE* Fnzl.

5245. **GYPSOPHILA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 351. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 270. II. 773.)

1. G. RETICULATA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 30. — Perennis: foliis caulinis inferioribus lanceolatis, superioribus cordatis, basi breviter coalitis cauleque glabris, utrinque reticulato-venosis, nervis venisque prominulis puncticulatisque; paniculis valde diffusis, ramis minute glanduloso-puberulis; bracteolis membranaceis angustis acuminatisque; sepalis calycis glabris membranaceo-marginatis, medio stria viridi percursis obtusis, interdum minute mucronulatis. ♃ — Affinis *G. ruscifoliae* Boiss. — Crescit prope Diarbekir.

5245/$_1$. **ANKYROPETALUM** *Fnzl.*

(Fnzl. in Schlchtd. et Mohl, Botanische Zeitung I. 393. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 92.)

Calyx ebracteolatus, in alabastro ellipsoideus, sub anthesi cylindricus, teretiusculus quinquedentatus. Corollae petala quinque, disci carnosi cyathiformis sessilis margini supero subhypogyne inserta, aestivatione tam dextrorsum quam sinistrorsum contorta, unguibus cuneato-lineariibus, apice utrinque in laciniam erectam productis, laminis anchoraeformibus, basi cuneatis, margine utrinque lacinula dentiformi auctis, facie exappendiculatis.

Stamina 10, filamenta filiformia, disci margini libero subhypogyne inserta alterna, petalis opposita, unguibus haud adhaerentia; antherae biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Germen perfecte uniloculare; gemmulae plures, trophospermio centrali elongato, funiculis distinctis insertae, amphitropae. Styli 2 filiformes, intus stigmatosi. Capsula unilocularis, chartacea, ellipsoidea-subglobosa, duplo stylorum numero in valvas ultra medium dehiscens. Semina plura reniformia, facie bus ac dorso planiusculis, concentrice seriatim rugoso-granulatis estrophiolata. Embryo annularis, albumen farinaceum cingens, cotyledonibus incumbentibus.

1. A. GYPSOPHILOIDES Fnzl. l. c. — Perenne glaucum glaberrimum vel glanduloso-pubescens. Caules e caudice polycephalo plures teretes erecti rigidi, a basi dichotome ramosissimi, effuse paniculati, usque ad apices cymigeros foliati. Folia carnosa subtriquetro-linearia mucronata, summa cum bracteolis herbaceis minuta subulata. Cymulae plurimae 3–8-florae, corymbi- vel paniculaeformes, pedicellis elongatis capillaceis. Calycis dentes rotundati. Corollae petala e calyce dimidio exserta angusta, apice (1–1½‴ lat.) glabra albida. Stamina cum stylis calyce duplo longiora. — Crescit in Mesopotamia.

5245*a*. **DICHOGLOTTIS** *Fisch. et Mey.*

Fisch. et Mey. Additam. ad indic. semin. hort. Petropolit. 1835. collect. I. 25. — *Gypsophilae* sect. a. Fnzl. in Endl. Gen. pl. p. 972. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 773. — Jaub. et Spach. Illustr. pl. oriental. I. 13. t. 6.)

Calyx turbinatus vel campanulatus tubulosus quinquelobus pentagonus quinquecostatus membranaceo-scariosus ebracteatus. Gynophorum breve stipitiforme. Discus hypogynus cyathiformis inadhaerens glandularis, gynophorum cingens. Petala 5 sub disco inserta exappendiculata, sensim attenuata integerrima vel retusa vel biloba. Stamina 10 vel rarius abortu pauciora, disci margini inserta. Ovarium uniloculare, placenta centrali filiformi multiovulata, ovula campylotropa inversa (micropyle infera) quadriseriata. Stigmata 2 filiformia margine anteriore papillosa. Capsula ovalis vel conica chartacea breviter stipitata polysperma, ab apice ad medium quadrivalvis, placenta filiformis loculo brevior, funiculis papillaeformibus quadriseriatis erectis. Semina lenticularia subrotunda aptera concentrice rugulosa opaca inversa, processu radiculam fovente rostellata. Embryo perifericus subcylindraceus gracilis incomplete annularis, radicula elongata infera. — Plantae annuae ramosissimae subdichotome paniculatae graciles glanduloso-puberulae: foliis linearibus vel filiformibus integerrimis planiusculis oppositis sessilibus, basi membranaceo-dilatatis connatis; floribus alaribus terminalibusque solitariis pedicellatis per totam fere plantam sparsis; pedicellis capillaribus vel filiformibus elongatis nudis, post anthesin deflexis; calyce fructifero erecto. — Costae calycinae coloratae filiformes angulos efficiunt. Petala rosea vel purpurea triplinervia, basi disco agglutinata marcescentia, post anthesin convoluta. Stamina anisometra.

1. *D. (GYPSOPHILA Boiss. Diagnos. pl. nov. orient. I. 10. — Wlprs. l. c. no. 2.) FRANKENIOIDES Wlprs. mss.
2. *D. (GYPSOPHILA Boiss. l. c. — Wlprs. l. c. no. 3.) TRICHOPODA Wlprs. mss.
3. *D. (GYPSOPHILA Boiss. l. c. 11. — Wlprs. l. c. no. 4.) HISPIDA Wlprs. mss.
4. *D. GYPSOPHILA Boiss. l. c. — Wlprs. l. c. 774. no. 5. BELLIDIFOLIA Wlprs. mss.
5. *D. (GYPSOPHILA Boiss. l. c. — Wlprs. l. c. no. 6.) TUBULOSA Wlprs. mss.
6. *D. GYPSOPHILA Fisch. et Mey. mss. ex Ldb. Flor. Rossic. I. 289. — Wlprs. l. c. no. 7. SCOVITSII Wlprs. mss. — *α. glabrata.* — *β. glandulosa.* — *D. linearifolia* Fisch. et Mey. Addit. ad indic. semin. hort. Petrop. 1835. I. 26.
7. *D. GYPSOPHILA Turcz. mss. ex Ldb. l. c. 775. — Wlprs. l. c. no. 8.) FLORIBUNDA Wlprs. mss. — (Cf. Bullet. de Mosc. 1842. I. 65.)
8. *D. (GYPSOPHILA Fzl. mss. ex Ldb. l. c. 290. — Wlprs. l. c. no. 9.) SPATHULAEFOLIA Fisch. et Mey. mss. ex Ldb. l. c.

9. *D. (GYPSOPHILA Linn. — Flor. Danic. t. 1268. — Schkuhr, Bot. Hndb. I. t. 120. — Sibthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 381. — DC. Prodr. I. 354. no. 31. — Koch, Synops. fl. Germ. [edit. I.] 93.) MURALIS Jaub. et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 13. adnot.

10. D. TUBULOSA Jaub. et Spach. Illustr. pl. orient. 14. † t. 6. — Foliis acutis muticis glanduloso-ciliolatis, caulinis (saltem inferioribus) linearibus vel lanceolato-linearibus, caeteris plerisque filiformibus; pedicellis subhorizontaliter deflexis, calyce subduplo longioribus; calycibus obconico-tubulosis puberulis, breviter lobatis, lobis subrotundis muticis; petalis truncatis subbilobisve spathulato-cuneiformibus, calyce dimidio longioribus; capsula conica, calyce breviori; seminibus dense rugulosis, plicis oblique horizontalibus flexuosis. ☉ — Crescit in Phrygia.

5245c. HETEROCHROA *Bnge.*

(Bnge. in Ledeb. Flor. Altaic. II. 131. — Jaub et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 25. t. 12. 13. — *Gypsophilae* sect. c. Fnzl. in Endl. Gener. plant. no. 5245b.)

Flores subirregulares, saepe abortu monoico-polygami. Calyx campanulatus vel tubulosus inaequaliter quinquefidus quinquecostatus, inter costas membranaceo-scariosus. Gynophorum breve stipitiforme. Discus hypogynus cyathiformis glandularis tenuis non adhaerens, gynophorum cingens. Petala 5 sub disco inserta exappendiculata, sensim in unguem angustata integra vel apice biloba, parte exserta patentia vel subreflexa. Stamina 10 disci margini inserta, in floribus foemineis brevissima, antheris polline orbatis. Ovarium uniloculare, placenta centrali gracili abbreviata sub-12-ovulata, ovula funiculis erectis papillaeformibus affixa campylotropa inversa, micropyle infera. Stigmata 2 filiformia, marginibus minute papillosa, in floribus foemineis exserta, in hermaphroditis brevissima inclusa. Capsula ovalis vel elevata breviter stipitata cartilaginea, ab apice ad medium ultrave quadrivalvis, abortu 3-8-sperma, placenta abbreviata, funiculi inaequilongi. Semina inversa subrotunda lenticularia, processu radiculam fovente rostellata. Embryo periphericus fere annularis, radicula infera. — Herbae Orientales perennes caespitosae, caulibus plerumque diffusis vel ascendentibus, nonnumquam fruticulosis; foliis linearibus vel subulatis oppositis, basi dilatatis connatisque; floribus axillaribus terminalibusque solitariis vel binis subfasciculatis pedicellatis ebracteatis aut aggregatis in glomerulos cymulosos subsessiles terminales bracteolatos calyculo diphyllo stipitatos. Petala sub anthesi albida, demum subtus vel utrinque purpurascentia.

1. H. (GYPSOPHILA Fnzl. in Ldb. Flor. Rossic. I. 291.) PETRAEA Bnge. in Ledeb. Flor. Altaic. II. 131. — Ic. flor. Ross. Alt. illustr. t. 135 — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 774. no. 12.) — Prorepens ramosissima decumbens glanduloso-pubescens vel scabrella: foliis plurimis lineari-subulatis; cymis terminalibus foliosis 1-3-floris; pedicellis post anthesin deflexis; calycis semiquinquefidi laciniis ovatis acutis vel acuminatis; petalis obovato-cuneatis apice rotundato-crenulatis, calyce duplo longioribus, colore mutabilibus marcescentibus. ♃ — *Arenaria purpurea* Willd. Herb. 8775. — *A. sericea* Ser. in DC. Prodr. I. 414. — *A. rubicunda* Spr. Syst. veget. II. 399. — *A. coerulescens* Rudolphi mss. — *A. adenotricha* Bongrd. mss. — Herba glanduloso-pubescens, caules prostrati rupibus adpressi illisque radiculis, e foliorum axillis emissis affixi ramosi, ramis patentibus teretibus purpurascentibus, folia opposita sessilia oblongo-linearia 4-5 lin. longa, ½-1 lin. lata obtusa, summa acuta, utrinque margineque glanduloso-pubescentia, glandulis minutis. Flores pulchelli in ramulis terminales, rarius axillares, solitarii vel bini, magnitudine illorum *Saxifragae Sibiricae* vel paullo minores pedunculati, pedunculis folio longioribus. Calyx ovato-campanulatus ultra medium quinquepartitus, laciniis tribus latioribus obtusiusculis cum mucrone, margine membranaceo dilute roseo, duobus alternis lanceolatis acutis. Petala 5 patenti-reflexa unguiculata, unguibus calyce brevioribus, obovata integerrima vel subretusa ante perfectam florescentiam virentia, demum extus amoene purpurea intus mere alba,

calycem plus duplo superantia. Stamina 10, alterna breviora, omnia petalis breviora. Germen ovatum ad basin stylorum quasi callosum lucidum. Styli 2 simplices. Capsula calycem paullo excedens unilocularis, ad basin usque valvis 4 dehiscens. Semina 4–6 majuscula opaca nigra opaca tuberculato-rugosa. — Crescit in rupestribus granitosis ad fl. Baschkan et prope Riddersk.

2. H. (GYPSOPHILA Wlprs. Repert. bot. syst. I. 271. no. 8) MICROPHYLLA Schrenk, Enumer. pl nov. I. 92. — Radice filiformi repente; caulibus prostratis ramosissimis; foliis succulentis linearibus subtus carinatis, basi ciliatis; pedicellis patentibus. ♃ — Habitu ad praecedentem accedit et *Frankeniam hispidam* tota refert. Caules debiles prostrati ramosissimi pube minuta patente adspersi eglandulosi, ramuli steriles brevissimi dense foliosi in foliorum axillis. Folia parva vix 2 lin. longa, ¼ lin. lata, saepe minora linearia subfalcata obtusiuscula, subtus carinata et in sicco rugosa, subglabra, basi setis brevibus ciliata. Inflorescentia praecedentis, flores minores. Calyx 2 lin. longus minus profunde divisus, dentibus tubo brevioribus obtusis scarioso-marginatis. Petala vix 3 lin. longa illis praecedentis similia. — Crescit in alpibus Alatau in regione Kurtau.

3. H. (GYPSOPHILA Fnzl. mss. in Ledeb. Flor. Rossic. I. 292. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 775. no. 15.) DESERTORUM Bnge. Emmer. alter. 21. — Glanduloso-pubescens multicaulis: caulibus a basi lignescente ascendentibus erectisve coarctato-ramosis; foliis subulatis mucronulatis carinatis, margine subrevolutis recurvo-patentibus vel falcatis, axillis fasciculiferis; cyma terminali pauci-multiflora erecto-patula foliaceo-bracteata; calycis semiquinquefidi laciniis ovato-oblongis obtusis; petalis calyce duplo longioribus cuneato-linearibus purpurascenti-versicoloribus. ♃ — Crescit in Sibiria Altaica.

4. H. (GYPSOPHILA Wlprs. l. c. II. 774. no. 1.) GLANDULOSA Boiss. Diagnos. plant. nov. oriental. I. 15. — Perennis multicaulis: tota pube brevi densa glandulosa tomentosa: caulibus caespitosis ascendentibus prostratisve teneris parce ramosis foliosis; foliis infimis minimis spathulatis, caeteris ellipticis obtusis, axillis inferioribus fasciculiferis; floribus axillaribus vel terminalibus solitariis; pedicellis calycem aequantibus, post anthesin recurvis; calyce tomentoso breviter campanulato, ultra medium quinquelobo, lobis triangularibus acutiusculis; petalis cuneatis retusis; capsula rotundata quadrivalvi, valvis duabus apice bidentatis; seminibus 12–15 reniformibus tuberculatis. ♃ — Facies *Arenariae* aut *Stellariae* cujusdam. — Crescit in alpibus Laristani.

5. H. MINUARTIOIDES Jaub. et Spach l. c. 26. † t. 12. — Caulibus ascendentibus vel diffusis herbaceis ramulosis; foliis bracteisque subulatis rigidis subpungentibus: glomerulis 7- vel pluribus bracteatis; floribus polygamis; calyce tubuloso late costato ad tertiam partem quinquefido, laciniis subulatis mucronatis inaequalibus; petalis calyce subtriente longioribus spathulato-cuneiformibus angustis, apice bilobis; capsula ovali calyce breviori semiquadrivalvi; seminibus nigris opacis granuloso-scabris. ♃ — Herba multicaulis glanduloso-puberula. Caules semipedales graciles diffusi subpaniculati vel decumbentes vel suberecti, ramuli monocephali, corymboso-tricephali vel rarius etiam subpaniculati. Folia caulina 3–5 lin. longa carinata, costis tribus apice confluentibus percursa, ramillaria quasi fasciculata tenuiora densius puberula. Flores in caulibus ramulisque terminales calyculo diphyllo cincti, omnes fertiles, alteri hermaphroditi, alteri staminum hebatione foeminei, centrales praecociores. Petala 3 lin. longa vix ultra dimidiam lineam lata, sub anthesi albida, demum violascentia. Capsula 3–5-sperma ovalis obtusa breviter stipitata, calyce subdimidio brevior cartilaginea, ad dimidium quadrivalvis. — Crescit in Phrygiae locis petrosis prope Selendi et Taouchanley.

6. H. SPERGULAEFOLIA Jaub. et Spach. l. c. 28. † t. 13. — Caulibus repentibus gracilibus fruticulosis; ramis ascendentibus vel erectis herbaceis subsimplicibus; foliis bracteisque filiformi-linearibus vel subulatis submuticis rigidulis; glomerulis bracteatis paucifloris; floribus polygamis; calyce tubuloso late costato ad

tertiam partem quinquefido, laciniis oblongo- vel ovato-lanceolatis mucronatis subaequalibus; petalis calyce paullo longioribus cuneato-oblongis subintegerrimis. ♃ — Tota planta praecedente parcius glanduloso-pubescens. Rami 3-6-policares ascendentes herbacei annui graciles saepe purpurascentes. Folia basi membranaceo-dilatata, acutiuscula mutica subpungentia, modo glaberrima, modo parce ciliolata, supra plana nervis 3 confluentibus percursa. Bracteae calyculares foliis latius membranaceo-marginatae ciliolatae, bracteolae sublineari-filiformes subulatae glanduloso-hispidae. Glomeruli 3-5-7-9-flori solitarii vel rarius terni terminales, calyculo diphyllo fulcrati. Calyx cylindraceo-tubulosus sesquilineam longus. Petala 2. lin. longa integerrima vel apice suberosa vel retusa, sub anthesi albida, demum violascentia. — Crescit in Phrygia prope Selendi et Taouchanley.

7. **H. (GYPSOPHILA** Fnzl. l. c. 291. — **ARENARIA** Ldb. Mém. de l'acad. de St. Petersbrg. V. 533. — Icon. flor. Ross. Alt. ill. t. 416. — DC. Prodr. I. 410.) **VIOLACEA** Wlprs. mss. — Dichotome ramosa, diffuse polyphylla: internodiis pubescentibus; foliis glabris, inferioribus ellipticis, reliquis oblongis vel lanceolatis acutis, axillis haud fasciculiferis; cymis terminalibus foliosis depauperatis; pedicellis cum calycibus glanduloso-hirsutis erectis; calycis semiquinquefidi laciniis lineari-oblongis obtusissimis; petalis calyce sesqui duplove longioribus obovato-cuneatis retusis, post anthesin longitudinaliter convolutis violaceis. ♃ — *Arenaria coerulescens* Rudolphi mss. — Crescit in Sibiria orientali circa Ochotzk.

5248. **SILENE** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 367. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 272. II. 776.)

1. **S.** *(Siphonomorpha)* **DIURNIFLORA** Knze. Linnaea XVII. 578.— Caule erecto, glanduloso-viscoso dichotomo; pedunculis longis calycibusque glanduloso-pubescentibus viscidis; floribus alaribus terminalibusque; calycibus ventricoso-tubulosis, fructiferis ellipsoideis, 10-striatis venulosis, venulis patenti-erectis, dentibus calycinis filiformibus obtusis; petalis profunde bifidis coronatis horizontaliter patentibus, apice denticulatis; foliis inferioribus spathulatis, superioribus lanceolatis acuminatis mucronatis, apice reflexis. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei.

2. **S.** *(Atocion)* **ATOCIOIDES** Boiss. Diagnos. plant. orient. V. 83. — Annua multicaulis tota breviter puberulo-viscidula: caulibus erectis superne parce dichotomis; ramis erectiusculis; foliis inferioribus rotundato-spathulatis in petiolum breviter attenuatis, apice obtusis mucronulatis acutiusculisve, caulinis superioribus sessilibus, breviter lanceolatis linearibusve acutis; floribus laxe dichotome corymbosis, pedicello calyce multoties breviori suffultis; bracteolis ad pedicellorum basin minimis herbaceis, e basi triangulari subulatis; calyce florifero tubuloso, dein clavato-pyriformi enervi pallescente glanduloso-puberulo, dentibus brevissimis obtusis albo-marginatis; petalis obcordatis, limbo paullo supra basin utrinque longe unidentato, appendicibus binis oblongis obtusis; capsula membranacea truncato carpophoro suo breviori, dentibus brevibus revolutis; seminibus parvis rotundis profunde umbilicatis regulariter tuberculatis. ☉ — Crescit in Caria.

3. **S.** *(Stachymorpha)* **ANISOLOBA** Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 198. — Perennis scabriuscula: caulibus basi fruticulosis erectis subsimplicibus; foliis subenerviis linearibus acutis, basi ciliolatis; floribus paucis alternis erectis; calycibus cylindraceo-clavatis glaberrimis, dentibus marginatis ciliatis obtusis; petalis glaberrimis, ungue subexserto, lamina coronata quadrifida, lobis lateralibus dentiformibus; genitalibus glabris; thecaphoro longitudine capsulae. ♃ — Crescit in Soongaria in vallibus montium Ulutau.

4. **S. LEPTOPETALA** Schrenk l. c. — Caulibus uni-paucifloris, basi ramosissimis frutescentibus cum foliis (parvis) lineari-lanceolatis pubescenti-scabris; pedunculis ramisque alternis; calycibus pubescentibus clavatis, dentibus brevibus obtusis; petalis ecoronatis linearibus emarginatis staminibusque glaberrimis; thecaphoro glabro capsula oblonga vix breviore; seminibus transverse lineolatis,

margine truncatis. ♃ — Ad *S. suffrutescentem* accedit. — Crescit in Soongaria in collibus ad fluvium Kara-Kingir, in promontorio montium Ulutau nec non in collibus ad Dschilantschik-basch.

5. S. LITIGIOSA Schrenk l. c. — Radice repente; caulibus basi ramosissimis frutescentibus; cauliculis sterilibus elongatis; foliis linearibus acutis muticis pubescenti-scabris ciliatis (caulium floriferorum internodio brevioribus); floribus 1 vel 2 in apice caulis erectis breviter pedunculatis; calycibus pube minute glandulosa adspersis cylindraceo-clavatis decemnerviis, apice venosis, dentibus obtusiusculis; petalis coronatis bifidis, lobis lineari-oblongis obtusis, unguibus genitalibusque inclusis glabris; capsula ovato-oblonga exserta, thecaphoro pubescente sublongiore; seminibus transverse lineolatis margine truncatis. ♃ — Proxima *S. oliganthae* Bess. — Crescit in Soongaria in rupestribus montium Ulutau.

6. S. (*Elisanthe*) ELISABETHAE Jan, Catal. ad ann. 1832. p. 32. adn. — Comoll. Fl. Comens. III. 164. — Rchb. Pl. critic. X. 1. t. 901. fig. 1221. — Cesati, Iconogr. stirp. Italic. fasc. V. 17. † (cum tabula). — Perennis pubescenti-viscosa ascendens 1–7-flora: foliis lanceolatis acutis; calyce tubuloso, mox ventricoso; petalis flabellato-bilobis lacerato-denticulatis calyce duplo longioribus, unguis corona multiseta; capsula ovoidea uniloculari, thecaphoro brevissimo crasso. ♃ — Stirps tota exceptis petalis pubescens vel saltem parte superiori, ubi pubescentia apice glanduligera, viscosa, plerumque purpurascens. Caules e rhizomate plerumque plures ascendentes palmares usque semipedales teretes, ad internodia nodosi, inferne saepe lignescentes albicantes, superne purpurascentes herbacei foliosi. Folia radicalia 4-pollicaria, 12–18 millim. lata lanceolata in petiolum vaginantem attenuata acuta plana uninervia, nervo subtus prominulo, subinde nervo obsoleto utrinque accedente, integerrima, tactu utrinque scabra, plerumque glabra nitida, caulina opposita sessilia, ima basi in ochream connata. Panicula terminalis dichotoma 3–5–7-flora, saepius vero depauperata cauleque tunc 1–2-floro. Flores primo nutantes, sub anthesi secundi, deinde erecti speciosi, elegantissime persicini, diametro pollicari. — Crescit in Italia inter fissuras rupium montium Grigna a Campione, Camisola et in Barbisino in valle Saxina ditionis Lariensis nec non in valle Triumplina ditionis Brixiensis.

† *Icones addendae.*

S. LACINIATA Cav. — Paxton, Magaz. of bot. X. 267. (c. ic.

S. SPECIOSA Hortor?? — Paxton l. c. X. 219. (c. ic.)

5248. **MELANDRYUM** *Rochl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 280. II. 784.)

1. M. SOONGARICUM Fisch. Mey. et Lallem. Linnaea XVIII. 212. — Glanduloso-pubescens: caule erecto paucifloro; pedunculis axillaribus alternis; calycibus floriferis cernuis oblongis, fructiferis capsula vix majoribus; petalis glaberrimis calyce paullo longioribus, ungue cuneiformi, lamina (parva) emarginata, coronae quadrifidae lobis lateralibus brevissimis dentiformibus, mediis emarginatis; thecapodio brevissimo glabro; capsulae dentibus revolutis; seminibus echinatis. ♃ — Valde affine *M. brachypetalo*, a quo praesertim seminibus tuberculis parvis acutis echinatis et petalorum forma differt, a *M. tristi* magis distat calycibus haud ampliatis, seminibus multo minoribus aliisque notis. — Crescit in montibus Alatau.

5249. **VISCARIA** *Roehl.*

(Hujus generis monographia nimium diu promissa exspectanda erit. — Roehl. Deutschl. Flor. II. 37.)

1. *V. ASPERA Poir. Encycl. méth. bot. Suppl. III. 537. — *Lychnis (Viscaria* Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] 1843. t. 53. — Paxton, Magaz. of bot. XI. 269. [c. ic.]) *oculata* Backhouse mss. in Hook. Bot. Magaz. t. 4075. — *Lychnis coeli rosa* DC. Prodr. I. 386.

5250. **LYCHNIS** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 385. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 281. II. 785.)

1. *L. CORONARIA Desvx. — DC. l. c. — Paxton, Magaz. of bot. II. 1. (c. ic.)
2. *L. GRANDIFLORA Jcq. — DC. l. c. — Paxton l. c. (c. ic.)
3. *L. BUNGEANA Fisch. mss. in Lindl. Bot. Regist. t. 1864. — Wlprs. l. c. I. 281. no. 6. — *Agrostemma Bungeana* Don. — Paxton l. c. IV. 7. (c. ic.)

Ordo XXIV. ELATINEAE *Cambess.*

(Cambessèdes, Mém. Mus. XVIII. 225. — M. Seubert in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 283. II. 786. — Endl. Gener. plant. 1036. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 131. II. 95.)

5475. **ELATINE** *Linn.*

(Linn. Gener. plant. ed Schreb. 685. — Seubert in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 283. et in Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. natur. curios. XXI. 1. 38.)

Sectio I. CRYPTA Seubert l. l. c. c. 283. 41.

Folia opposita. Stamina petalis numero aequalia.

1. E. (CRYPTA Nutt. Journ. acad. Philad. I. 117. t. 6. fig. 1. — Spr. Syst. veget. I. 124.) MINIMA Fisch. et Mey. Linnaea X. 73. — Seubert l. l. c. c. t. 2. fig. 9. 10. — Foliis obovatis obtusissimis, basi in petiolum attenuatis; floribus alternis sessilibus di–trimeris, di–triandris; seminibus leviter curvatis. ⊙ — Planta pusilla, caulibus ramosis, basi radicantibus suberectis 1–1½–uncialibus. Folia subcarnosa ovali–subrotunda, basi attenuata in petiolum folium subaequantem planum flore axillari longiorem. Semina minuta angulata transversim rugosa. — Species sequenti quam maxime affinis. — *E. Americana* Arn. in Edinbrgh. journ. of nat. et geogr. sc. I. 430. — Crescit per totam fere Americam septentrionalem locis inundatis.
2. E. (CRYPTA Al. Braun mss.) TRIANDRA Schkuhr, Bot. Hndbch. I. 345. et 109. t. 6. fig. 2. — Drèves et Hayne, Bot. Bilderbuch II. 164. t. 71. fig. 2. — Seubert in Wlprs. l. c. et Nov. act. l. c. 42. t. 2. fig. 1–8. — Foliis oblongo–lanceolatis, basi attenuatis; floribus sessilibus plerumque oppositis trimeris triandris; calyce bipartito. ⊙
   β. micropoda: Floribus alternis pedicellatis, pedicellis calycem aequantibus. — In Senegambia crescit.
   Formae: 1. *terrestris minor* Al. Braun, Syllog. pl. nov. 84. — Caules repentes, rami ascendentes; folia ovato–lanceolata, in ramulorum apice rosulata crassiuscula, punctis elevatis scabriuscula; flores numerosi, omnes oppositi, petala rubella. — In ripis.
   2. *intermedia* Seubert l. c. 43. t. 2. fig. I. — Caules basi repentes ascendentes; folia lanceolata vel lanceolato–linearia pellucida remote crenulata; flores saepius alterni, petala alba. — In aqua parca.
   3. *submersa major* Al. Braun l. c. — Caules erecti, basi radicantes; folia formae praecedentis; flores alterni, petala alba. — In aqua profunda.
   4. *stenophylla* Seubert l. c. t. 2. fig. 2. — Caules basi radicantes fluitantes elongati flaccidi; folia elongata 1½ circiter lineas lata, usque ad dimidiam unciam longa lanceolato–linearia, apice truncata ibique subemarginata, internodio longiora; flores plerumque alterni, petala alba. — Crescit in aqua fluitante.

   Caules basi ad genicula radicantes repentes, ascendentes vel erectiusculi, basi ramosi, ramis plerumque alternis, cauli primario conformibus. Folia ovato–lan–

ceolata, lanceolata, in forma stenophylla fere linearia, basi attenuata in petiolum folii diametrum transversum fere aequantem floreque axillari vix longiorem, 5–7-nervia, margine nervis excurrentibus remote crenulata, crenula terminali nervi mediani profundiore, in forma stenophylla emarginaturam folii apicis truncati efficiente. Stipulae intrapetiolares lanceolato-ovatae acutae serrato-incisae scariosae fugaces. Flores sessiles vel brevissime pedicellati, plerumque flori, saepius ramulo oppositi, raro alterni, per anthesin inter folii fulcrantis stipulas fere absconditi. Calyx usque ad fundum bipartitus, laciniis ovato-lanceolatis subpersistentibus, fructu dimidio brevioribus, tertia axi opposita deficiente. Petala 3 alba vel in forma terrestri rubella, quorum impar folio fulcranti oppositum. Stamina 3 cum petalis alternantia, impar axi oppositum. Germen globosum triloculare. Styli 3 brevissimi persistentes, stigmata capitata. Capsula globosa medio subdepressa trilocularis trivalvis, valvis calycis laciniis oppositis stylis persistentibus apiculatis. Semina in quovis loculo circiter 12, placentae lanceolatae affixa minutissima cylindrica hexagona leviter curvata, testa lineis elevatis clathrata pallide rufo-fusca. — Crescit ad piscinarum, fossarum, lacuum fluviorumque margines per Europam, Africam et Americam.

3. E. AMBIGUA Wght. in Hook. Bot. Miscell. II. 103. Suppl. t. 5. et Illustr. of Ind. bot. I. 45. t. 25. — Seubert in Wlprs. l. c. 284. et Nov. act. l. c. 45. t. 2. fig. 11–14. — Foliis ovato-lanceolatis, basi attenuatis; floribus pedunculatis trimeris triandris; seminibus subrectis. ☉ — Caules ramosissimi, basi repentes. Folia ovato-lanceolata acuta integerrima. Flores alterni pedunculati, pedunculis calycem trifidum superantibus. Semina vix arcuata, lineis elevatis transversim clathrata. — Crescit in peninsula Indiae orientalis in solo limoso prope Tanjore.

4. ?E. GRATIOLOIDES A. Cunningh. Ann. of nat. hist. IV. 26. — Seubert in Wlprs. l. c. et Nov. Act. l. c. 46. — Foliis subsessilibus obovatis obtusis venosis; floribus alternis sessilibus; calyce tripartito; seminibus breviter curvatis. ☉ — Herba glabra. Caules repentes radicantes. Folia opposita late ovata obtusa propemodum sessilia decurrentia integerrima v. subrepanda, minutissime asperata. Stipulae nullae. Flores.....? Fructus axillares alterni. Calyx tripartitus persistens, laciniis subrotundis obtusis concavis. Capsula depressa umbilicata unilocularis polysperma. Semina oblonga cylindracea longitudinaliter tenuiterque striata, transversim sulcata. — Crescit in Novae Zeelandiae insula septentrionali prope Tauraki ad flumen Hokianga.

Sectio II. ELATINELLA Seubert l. l. c. c. 284. 46.
Folia opposita. Stamina petalorum numero dupla.

5. E. HYDROPIPER Linn. Flor. Suecic. 132. — Schkuhr, Bot. Hndbch. I. 345. t. 109. b. fig. 1. — Drèves et Hayne, Bot. Bldrbch. II. 164. t. 71. fig. 1. — Seubert in Wlprs. l. c. et Nov. act. l. c. 46. † t. 3. fig. 1–8. — Foliis oblongo-ellipticis petiolatis, petiolo brevioribus; floribus sessilibus tetrameris octandris; seminibus circinnato-incurvatis. ☉ — Caules ad genicula inferiora radicantes ramosi, ramis ex axillis inferioribus oriundis, ascendentes teretes succulenti. Folia opposita elliptico-oblonga obtusa integerrima 3–5-nervia, nervis alternis, petiolata. Petioli folio longiores, in inferioribus illud pluries superantes plani. Stipulae intrapetiolares minimae scariosae lanceolatae acutae, margine sublacerae fugaces. Flores alterni vel rarissime in forma terrestri oppositi, juniores stipulis folii fulcrantis muniti. Calyx 4-partitus, laciniis oblongo-lanceolatis obtusis patentibus persistentibus. Corollae petala 4 elliptico-oblonga obtusa erecta, imo calycis fundo inserta, albida vel rosea. Stamina 8, 4 exteriora paullulum longiora calycis laciniis, 4 interiora petalis opposita, imo calycis fundo inserta, germini per anthesin incumbentia. Germen globosum, medio depressum. Capsula globoso-depressa stylis persistentibus coronata quadrilocularis, medium usque quadrivalvis. Placentae lanceolatae. Semina in quovis loculo 15–20 cylindrica octangulata magis minusve circinnato-curvata, ita ut cruris brevioris extremitas rotundata vel cotyledonaris cruris longioris extremitati truncatae et hilo elevato mucronulatae magis minusve

approximetur vel eam attingat, inter utramque est membranula semilunaris. Testa lineis elevatis clathrata rufo-fusca. — *Hydropiper* Buxb. Centur. II. 30. t. 37. fig. 3. — *Elatine Schkuhriana* Hayne ex Rchb. Flor. excurs 639. — *E. nodosa* Arn. in Edinbrgh. journ. I. 431. — *E. siphonosperma* Dumort. Prodr. florul. Belgic. 111.

Formae. 1. *terrestris* Seubert, Nov. act. l. c. 47. t. 3. fig. 1. — Minima: caules ramosissimi repentes, ramulorum extremitatibus ascendentes; folia petiolo vix breviora subcarnosa, punctulis elevatis adspersa, in ultimis ramulis ad rosulas congesta; flores numerosi rarissime oppositi; petala rosea. — In locis hieme inundatis, aestate exsiccatis.

2. *intermedia vulgaris* Seubert l. c. fig. 2. — Praecedente major: caules ramosi repentes; folia pellucida, nervo medio conspicuo, petioli folio pluries longiores; flores numerosi alterni, petala alba. — In aqua parca.

3. *submersa* Seubert l. c. fig. 3. — Caules subsimplices elongati praecipue in aqua fluitante, inferne radicantes, erecti 1–2–unciales; folia 3–5–nervia; flores rari, petala alba. — Crescit per totam Europam locis inundatis ad fluviorum lacuumque margines.

6. E. CAMPYLOSPERMA Seubert in Wlprs. l. c. no. 6 et Nov. act. l. c. 49. ☥ — Foliis oblongo-spathulatis petiolatis; floribus pedunculatis, pedunculo folium superante, tetrameris octandris; seminibus in semicirculum involutis. ☉ — Caules prostrati, subinde ascendentes, basi radicantes 1–3-unciales. Folia opposita uninervia oblonga aut spathulata obtusa glabra, oculo armato verruculis asperula, inferiora longe petiolata, superiora subsessilia. Stipulae ovatae acutae membranaceae pellucidae exiguae. Pedunculi axillares filiformes solitarii uniflori alterni, inferiores foliis 1½ vel 2-plo longiores, superiores foliis vix longiores subindeve paullo breviores aut aequales. Calycis quadripartiti laciniae ovatae obtusae persistentes, petalis albis longiores. Capsula orbiculata depressa umbilicata verruculis asperula glabra quadrilocularis quadrivalvis. Semina cinereo-rufa subteretia instar ferri equini convoluta clathrata. — *E. Hydropiper β. pedunculata* Moris, Flor. Sard. I. 287. t. 20. fig. 2. — Crescit in udis maritimis insulae Sardiniae.

7. E. ORTHOSPERMA Düben in Lindblom, Botan. notiser. no. 7. — (Flora [B. Z.] 1841. p. 13.) — Seubert l. l. c. c. 284. 50. — Foliis oblongo-spathulatis petiolatis petiolo brevioribus; floribus subsessilibus tetrameris octandris; seminibus leviter sigmoideo-curvatis. ☉ — Differt a praecedentibus semine fere recto leviter tantum curvato et capsula elliptica, a sequentibus hac nota floribusque brevissime pedicellatis. — *E. spathulata* Gorski in Eichwld. Naturhistor. Skizze von Lithauen ex Linnaea VI. Literaturb. 128. — Crescit in Suecia in flumine Gotha-Elf et in Lithuaniae lacu Sporowske circa Slonim.

8. E. MACROPODA Gussone, Flor. Sicul. 475. et Icon. flor. Sicul. t. 204. fig. 1. — Seubert l. l. c. c. 284. 51. t. 3. fig. 9–15. — Foliis spathulatis petiolatis, petiolo brevioribus vel eum aequantibus; floribus pedunculatis; pedunculis folium superantibus, tetrameris octandris; seminibus subarcuatis. ☉ — Ab omnibus reliquis speciebus recedit petalis calyce duplo brevioribus et pedunculis longissimis. Tota planta gracilior, folia angustiora quam in *E. Hydropipere* cujus habitum prae se fert. Caules unciam fere longi gracillimi erecti, basi tantum radicantes, folia obovata vel elliptica in petiolum ipsa aequantem abeuntia, punctis elevatis scabriuscula. Flores 2–4, pedunculi gracillimi stricti axillares alterni, inferiores erecto-patuli, supremus pseudo-terminalis. Calyx et corolla horizontaliter expansa, petala calyce duplo breviora rosea. Stamina calycis laciniis opposita, longiora inter pollinis emissionem germini incumbentia, effoeta reflexa, tunc demum breviora petalis opposita pollen emittunt. Germen valde depressum fere discoideum.

β. erecta Seubert l. c. t 3. fig. 10. — Caule superne erecto gracillimo; pedunculis longissimis. — *E. Fabri* Grénier, Observ. bot. in Mémoires de la soc. des sc. de Besançon 1839. (c. ic.) ex Flora (B. Z.) XXII. 11. 573.

Crescit in aquis stagnantibus Europae australis, in Sicilia et circa Monspelium.

9. **E. BIROLIA** Bellardi, Memorie di Torino 1809. p. 403. c. ic. **PALUDOSA** Seubert in Wlprs. l. c. no. 9. et Nov. act. l. c. 52. † — Foliis oblongo-ellipticis petiolatis petiolo longioribus; floribus pedunculatis, pedunculo folium non superante, trimeris hexandris, interdum tetrameris octandris; seminibus subarcuatis. ☉ — Caules magis minusve ramosi ascendentes teretes succulenti, uti praecedentes omnes fasciculo vasorum solitario centrali percursi, quem cortex crassissimus e contextu celluloso laxo circumdat. Folia elliptico- vel ovato-lanceolata, petiolo pedunculo breviore. Stipulae ut *E. Hydropiperis*. Flores pedunculati alterni. Pedunculi petiolum superantes, plerumque folii dimidii longitudine, interdum folium aequantes sed numquam superantes, fructiferi non raro apice subhamati. Calycis tripartiti laciniae ovato-oblongae, interdum inaequales, fructum dimidium superantes. Petala erecto-incurvata in forma terrestri pulchre rosea, apice intensius colorata. Fructus calyce petalis staminibusque marcescentibus cinctus maxime depressus. Placentae lanceolatae. Semina in quovis loculo 15–20 cylindrica hexagona minus curvata, interdum rectiuscula. Testa elegantissime clathrata saturate fusca. —

α. Floribus trimeris hexandris. — *E. Hydropiper β.* Linn. Spec. pl. 527. — Engl. bot. t. 955. — *Tillaea hexandra* Lapierre in De Lamethrie, Journ. de phys. LVI. 358. —

Formae: 1. *terrestris* Seubert l. c. 53. t. 4. fig. 1. — Caules ramosissimi repentes, ultimis ramulis, quorum folia ad rosulam congesta sunt, ascendentes, folia internodio longiora crassiuscula, punctulis elevatis adspersa subspathulata; flores numerosi praesertim in ramulorum apice, pedunculi vix folium dimidium aequantes, petala pulchre rosea.

2. *intermedia vulgaris* Seubert l. c. t. 4. fig. 2. — Caules basi ramosi ascendentes erectiusculi, inferne radicantes, folia pellucida 1–3-nervia, internodium fere aequantia ovato-lanceolata obtusa; flores numerosi, pedunculi folium dimidium aequantes vel superantes, petala alba. — Aquae immersa.

3. *submersa fluitans* Seubert l. c. fig. 3. et 4. — Caules basi repentes ascendentes vel erectiusculi et fluitantes, folia 3–5-nervia lanceolato-ovata in petiolum brevem subito contracta, nervo medio in crenulam apicalem excurrente; flores rari, petala alba. — In aqua profunda.

β. octandra: Floribus tetrameris octandris. — Vaill. Bot. Paris. t. 2. fig. 2. — DC. Icon. pl. Gall. rar. t. 43. fig. 2. — Lam. Illustr. t. 520. fig. 2. — *E. Hydropiper* Schkuhr, Bot. Handbch. I. t. 109a. — *E. major* Al. Braun, Syllog. pl. nov. I. 84. — *E. majuscula* Dumort. Florul. Belgic. 111. —

Crescit ad paludum fossarum et piscinarum margines sub aqua in ripam egrediens per totam fere Europam.

Sectio III. POTAMOPITHYS Seubert. Nov. act. l. c. 56.

Folia verticillata; stamina petalorum numero dupla. (*Potamopiatus* Seubert in Wlprs. l. c. I. 284.)

10. **E. ALSINASTRUM** Linn. Spec. pl. 526. — Vaill. Bot. Paris. t. 1. fig. 6. — Seubert l. l. c. c. 284. 56. t. 5. — Floribus tetrameris octandris foliisque verticillatis sessilibus; seminibus leviter curvatis. ☉ — Caules basi ramosi ibique radicantes, cum ramis erecti crassi stricti teretes glaberrimi, sulcis 10–15 leviter impressis, in sectione transversa apparet fasciculus vasorum simplex medianus cellulis fibrosis circumdatus, quem cingit cortex crassissimus ex tela cellulosa laxa constans in qua ductus aëriferi magni in sectione transversa cuneati et in circulum dispositi parallele cum axi plantae decurrunt, separantur dissepimentis tenuissimis longitudinalibus et ad genicula transversis crassioribus. Caulis genicula ex quibus folia et flores verticillatim oriuntur, in infima caulis parte et itidem in summo ejus apice maxime approximata, in media ejus regione internodiis elongatis ab invicem remotiora sunt. Folia verticillata, infima et submersa duodena et plura linearia angustissima, apice truncata, interdum fere uncialia, vix lineam lata, verticillorum superiorum aquae superficiei proximorum breviora sensimque la-

tiora fiunt, omnia vero lata basi sessilia interdum unum alterumve florem in axilla foventia, verticillorum ex aqua emergentium folia lanceolata vel lanceolato-ovata, inferne quina, quaterna, superne plerumque terna in verticillos alternantes disposita, lata basi sessilia 5-9-nervia, nervis ex infima nervi mediani parte oriundis et fere parallele decurrentibus, integerrima vel nervis excurrentibus subdentata. Stipulae ovato-lanceolatae acutae inciso-dentatae scariosae. Flores in foliorum emersorum axillis sessiles ideoque terni vel quaterni ad singula geniculа, in verticillorum submersorum axillis solitarii vel omnino nulli. Floris projectio et positio ad axin omnino eadem ac in reliquis speciebus tetrameris. Calyx usque ad medium quadrifidus, laciniis lanceolato-oblongis persistentibus. Petala oblonga obtusa alba. Styli paullo longiores quam in reliquis speciebus filiformes, stigmata capitata. Capsula depresso-globosa, media depresso-umbilicata quadrilocularis quadrivalvis. Placentae crassiusculae hemisphaericae nec loculorum fundum attingentes. Semina 20-30 in quovis loculo, magnitudine fere eorum praecedentis speciei cylindrico-octogona subarcuata. Testa lineis elevatis notata fusca nitida. — *E. verticillata* Lam. Fl. Franc. III. p. 11. (non Wght. et Arn.) — Crescit in fossis, stagnis lacubusque Europae mediae, in Rumelia, Germania, Gallia, Belgio et in Alsatia.

Formae: 1. *terrestris pygmaea* Seubert l. c. 57. t. 5. fig. 2. — Caules subsimplices abbreviati ¼-1½ uncias longi repentes ascendentes; folia lanceolato-linearia terna ad sena internodio longiora; flores solitarii. — In solo exsiccato.

2. *aquatica* Seubert l. c. fig. 1. — Caules ramosi, ramis alternis ascendentibus subrectis, ex geniculis infimis radicantes; folia emersa terna ovato-lanceolata, in verticillis imis emersis quaterna, quina vel sena lanceolata, submersa sena ad quindena lanceolato-linearia vel lineari-subulata elongata uninervia, infima fere capillaria, omnia internodio longiora; flores verticillorum emersorum terni, submersorum paucissimi. — In aqua.

3. *fluitans* Seubert l. c. fig. 3. — Caules simplices elongati debiles fluitantes, folia ima linearia, media lineari-lanceolata, summa lanceolata, omnia internodio breviora; flores solitarii. — In aqua fluitante.

Ordo XXV. LINEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 423. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 287. II. 786. — Endl. Gener. plant. p. 1170. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 57. II. 41.)

6056. LINUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 423. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 287. II. 786.)

1. **L. CARIENSE** Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 86. — Perenne, basi suffrutescens, multicaule, totum sub lente parce puberulum glaucescens: caulibus humilibus simplicibus acute angulatis foliosis; foliis lineari-subspathulatis uninerviis carinatis obtusis breviter mucronulatis, margine ciliatulis, infimis minimis imbricato-approximatis, caeteris majoribus sparsis; floribus paucis ad apices caulium laxe corymbosis; sepalis glabris anguste lanceolatis acutis glabris ciliatulis, corolla lutea triplo brevioribus; staminibus longitudine calycis; stylis eo longioribus; capsula calyce paullo breviori. ♃ — Crescit in Caria.

2. **L. EMIRNENSE** Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 99. — Herbaceum glabrum: caule tenello erecto; foliis parvis suboppositis, superne confertis subimbricatis

linearibus vel lanceolatis sessilibus acutis uninerviis, basi glandulis minimis nigris; floribus terminalibus solitariis vel laxe paniculatis pallide luteis; petalis calycem duplo superantibus; staminibus fere liberis; capsulis globosis acutis. ⊙? — Crescit in Madagascariae provincia Emirnensi.

3. L. GUATEMALENSE Bth. Bot. of Belch voy. of the Sulphur 67. adnot. — Glabrum: caule angulato virgato, superne paniculato; foliis alternis lanceolatis vel lineari-lanceolatis acutis; floribus ad apices ramulorum paucis pedicellatis; sepalis lato-ovatis cuspidatis, apice glanduloso-ciliatis, capsula acutiuscula brevioribus; petalis luteis? calyce vix triplo longioribus; stylis liberis. ♃ — Caules sesquipedales. Folia iis *L. rigidi* latiora, minime pungentia; sepala latiora et inflorescentia parum diversa. — Crescit in Guatimala.

4. L. PALUSTRE Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 99. — Glabrum: caule suffruticoso ramoso; ramis oppositis angulatis; foliis oppositis vel ramulorum interdum alternis linearibus vel lineari-lanceolatis acutis; floribus terminalibus; sepalis ovatis acutis ciliatis pellucido-punctatis; petalis flavis; stylis ad basin usque liberis; capsula globosa, valvulis dorso planis. ♃ Suffrutex pedalis ascendens ramosissimus. Rami teretes angulati. Folia sessilia 2 circiter lin. longa, vix lineam lata. Capsula subglobosa quinquevalvis. Semen complanatum fulvum tenuissime punctulatum. Affine *L. junceo* St. Hil. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.

5. L. ORGANENSE Gardn. l. c. 100 — Glabrum: caule suffruticoso ramoso; foliis oppositis brevissime petiolatis exacte ellipticis; floribus axillaribus terminalibusque; petalis flavis; stylis ad basin usque liberis, stigmatibus capitatis; capsula ovata obtusa, valvulis dorso planis. ♃ — Suffrutex ascendens ramosissimus glaber. Rami teretes striati. Folia 5–6 lin. longa, 3 lin. lata. Foliola calycina ovato-lanceolata acuta trinervia glanduloso-ciliata. Petala 5 lin. longa integerrima. Stamina 5 basi monadelpha, pistillo breviora. Capsula quinquevalvis, valvis bifidis. Semina complanata fulva tenuissime punctulata. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.

Ordo XXVI. MALVACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 429. — Wlprs. Repert. bot. syst. I 290. II. 788. — Endl. Gener. plant. p. 978. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 26. II. 22.)

Tribus. I. *MALOPEAE* Endl.

5267. **MALOPE** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 429. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 290.)

1. *M. TRIFIDA Cav. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — *β. grandiflora* Paxton, Magaz. of bot. I. 177. (c. ic.)

Tribus II. *MALVEAE* Endl.

5271. **MALVA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 430. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 292. II. 788.)

1. M. PREISSIANA Miq. in Lehm. Plant. Preiss. I. 238. † — Tota pilis stellatis incano-tomentosa praeter foliorum paginam superiorem stellato-puberulam: foliis longe petiolatis subsemiorbicularibus obsolete trilobis vel integris, irregulariter

crenatis; floribus axillaribus glomeratis vel supra ramulos subspicatis; calyce exteriore diphyllo; petalis basi intus hirsutis. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae insula „Peguin island."

2. M. OBTUSIFOLIA Wlprs. Nov. act. acad. caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 303. — Caule erecto herbaceo parce ramoso stellato-piloso; foliis petiolatis orbiculari-3-angularibus obtuse crenato-septemlobatis, ad nervos subtus pubescentibus; floribus axillaribus glomeratis; calycibus profunde 5-partitis tomentoso-pubescentibus subinflatis; carpellis scabris. ♃ — Caulis herbaceus strictus stellato-pilosus, parce ramosus vel subsimplex. Folia petiolata, petiolis lamina brevioribus pubescentibus, orbiculato- 3-angularia, sub- 5-7-lobato-crenata, 5-7-nervia, vel cuneato-orbicularia. Flores axillares glomerati, brevissime pedicellati, 3-10 aggregati. Involucrum triphyllum, phyllis linearibus tomentosis. Calycis laciniae triangulari-acuminatae. Petala aurantiaco-purpurea. Crescit in Chili (Cordillera de S. Fernando).
3. M. HORNSCHUCHIANA Wlprs. l. c. 303. — Caule erecto herbaceo pyramidato-ramoso, ut tota planta molliter glauco-tomentoso; foliis subhastato-trilobis, lobo medio majore productiore ovato, lateralibus patentibus magis minusve productis obtusis (rarius sub- 5-lobis), margine dentato-crenatis undulatisque; spicis florum axillaribus densis; involucri foliolis 3 ovatis calyce brevioribus; carpellis ferrugineo-tomentosis. ♃ — Caulis herbaceus perennis, petioli pollicares, lamina petiolo triplo circiter longior, folia 5-nervia, 3- (rarius 5-) loba, lobo medio lateralibus duplo triplove longiore. Flores in spicas axillares congesti. Spicae erectae, folio plerumque longiores. Involucri foliola ovata, acuta. Calyx fere ad basin usque quinquepartitus, lobis ovatis acutis tomentosis. Petala speciosa lilacina, cuneato-obovata, apice emarginata, calyce 3-4-plo longiora. Carpella 20, calyce inclusa, ferrugineo-tomentosa. — Proxime accedit ad speciem praecedentem, a qua tomento molli petalisque triplo majoribus recedit. — Crescit in Peruvia (Arequipa).

† *Icones addendae.*

M. CREEANA Hort. — Paxton, Magaz. of bot. VI. 35. (c. ic.)
M. CAMPANULATA Hort. — Paxton l. c. IX. 173. (c. ic.)
M. MUNROANA Dougl. — Paxton l. c. VI. 269. (c. ic.)

5271/2. LAWRENCIA *Hook.*

(Hook. Icon. plant. t. 261. 262. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 296.)

1. L. SQUAMATA Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I 242. † — Fruticosa: ramis nudis; ramulis floriferis fasciculum foliorum exhibentibus unifloris; foliis crassis lanceolato-linearibus integerrimis squamatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad Southern river.
2. L. GLOMERATA Hook. l. c. — (Wlprs. l. c. et II. 789.) — Ramosissima: foliis spathulatis petiolatis, superioribus sessilibus; stipulis ovatis acutis adnatis; floribus binis ternisve glomeratis axillaribus; calyce plicato; carpellis reticulatim venosis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.

5274. URENA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 441. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 297.)

1. *U. MOLLIS R. Br. — DC. l. c. — Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 100. — *Pavonia (Lebretonia) crenata* Hochstett. *olim.*
2. *U. LOBATA Linn. — DC. l. c. — St. Hil. Pl. usuelles t. 56. — Hook. Bot. Magaz. t. 3043. — *β. tomentosa* Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 304. — Caule fulvo- foliisque subtus albo-tomentosis maximis, supra secus nervos piloso-tomentosis. — Num forte specie differt? — Manilla.
3. U. DIVERSIFOLIA Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 305 — Caule erecto simplici; foliis inferioribus rotundato-cordatis angulato- 3-7-lobulatis, superioribus ovato-trilobis ovatis ellipticis lanceolatisque, omnibus serrulato-dentatis 3-7-nerviis uniglandulosis, subtus pallide tomentoso-pilosis re-

ticulatis; floribus axillaribus solitariis subsessilibus; carpellis echinatis, aculeis glochidiatis. ♃ — Petioli 3–15 lineas longi, tomentosi. Folia 1–1½-pollicaria, 1–15 lineas lata, basi cordata ovata vel subcuneata. — Ab *U. viminea* Cav. Diss. VI. t. 188. fig. 1., cui admodum similis, recedit, praeter patriam, foliis omnibus obtusis nec acutis, subtus reticulatis tomentosis nec scabris floribusque solitariis nec ternis. — Crescit in China (Macao).

3275. **PAVONIA** *Cav.*

DC. Prodr. I. 442. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 297. II. 789.

1. P. DIVERSIFOLIA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 196. — Foliis cordatis, inferioribus subrotundis 7-lobis, lobis abbreviatis dentatis, caulinis magis minusve 5-fidis, lobo medio nunc elongato, summis nunc integerrimis subhastato-oblongis; floribus in capitulum breviter pedunculatum involueratum congestis; involucri foliolis magnis ovatis acutis 7-5-pli-nervosis; bractea foliacea involucri foliolis simili sed minore ad basin singuli floris una cum bracteolis lateralibus 4 filiformibus caule foliisque hirsutissimis; corolla parva rosea, petalis liberis; stigmatibus 10; carpellis indehiscentibus siccis muticis 5 solubilibus. ♃? — Colitur in horto Bogoriensi.

2. P. (ALTHAEA Buchinger mss., KRAUSSIANA Hochstett. Flora B. Z. XXVII. I. 293. — Caulis teres hirsutus, folia alterna longe petiolata, cordata subquinquangularia, diametro transversali longitudinem subaequante, grosse crenata, utrinque praesertim infra pilis stellatis brevissimis punctatim obsita, petioli et stipulae subulatae hirsutae; pedunculi axillares solitarii, petiolum subaequantes, hirsuto-pubescentes; involucellum quinquepartitum, segmentis rhombeo-ovatis, pubescentibus, calyce 5-fido longioribus; corolla calycem triplo superans glabra; carpella quinque subglobosa, venoso-rugosa, glabra, monosperma. ♃? — Crescit in Promontorio bonae spei ad fl. Umlaas.

3. P. MONATHERICA Casaretto, Novar. stirp. Brasil. decad. p. 37. no. 32. — Foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis, inaequilateris, subinaequaliter dentato-serratis scabriusculis; floribus terminalibus axillaribusque racemosis vel racemoso-subcorymbosis; involucelli foliolis 10 lincaribus ciliatis, basi inter se connatis, calyce 3-4-plo longioribus; coccis aristatis, arista e medio ad apicem retrorsum echinulata. ♃? — Caulis subsimplex erectus. Folia 3–5-pollicaria, 15–24 lin. lata, minutissime pellucido-punctata. Flores parvi albi. Tota planta pube stellata obducta est. — Crescit in Brasilia in montibus Serra dos Orgaõs.

4. P. LAPPACEA Casaretto l. c. no. 33. — Foliis ellipticis vel subovatis, inaequilateris dentatis scabris; floribus in apice ramulorum confertis glomeratis, breviter pedicellatis; involucelli foliolis 6–8 lineari-lanceolatis, basi inter se connatis, calyce duplo longioribus; coccis 3 aristatis, aristis undique retrorsum echinulatis, media lateralibus subduplo longiore. ♃? — Caulis subsimplex erectus. Folia 3–6-pollicaria, 1½–3 poll. lata, minutissime pellucido-punctulata. Flores albi parvi. Tota planta pube brevi stellata obsita est. — Crescit in Brasilia in insula Sti. Sebastiani.

5. P. GLOMERATA Casaretto l. c. p. 38. no. 34. — Foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis, inaequaliter dentatis scabris; floribus in apice ramulorum confertis glomeratis sessilibus vel subsessilibus; involucelli foliolis 5 late ovatis acuminatis subnervosis, basi inter se connatis, calyce paullo longioribus; coccis 3 aristatis, aristis undique retrorsum echinulatis, media lateralibus subduplo longiore. ♄? — Caulis subramosus erectus. Folia 3–4½-pollicaria, 1½–2 poll. lata, crebre et subdupliciter dentata, subtus pallida, minutissime pellucido-punctata. Flores albi parvi. Tota planta pube stellulata obsita est. — Valde affinis praecedenti. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi in collibus circa Cachoeira et St. Amaro.

6. P. MICROPHYLLA Casaretto l. c. no. 35. — Foliis parvis rotundis vel ovato-rotundis, basi cordatis, crenatis, subtus pilosis, supra pilis rarioribus aspersis; pedunculis axillaribus solitariis folio multo longioribus; involucelli foliolis 11–12

lineari-filiformibus, setoso-ciliatis, calyce subtriplo longioribus; coccis angulatis 3 cuspidatis puberulis, cuspidibus brevibus retrorsum echinulatis, divaricatis aequalibus. ♄ — Fruticulus 2–3-pedalis ramosissimus dumosus, amoenus, rami lignosi, una cum petiolis pedunculisque magis minusve pilosi. Folia tenera pellucido-punctata 2–4 lin. fere longa totidemque lata cum aliis paullo majoribus intermixta, saepe in ramulis lateralibus aborlu quammaxime abbreviatis contracta subfasciculata. Flores flavo-rubentes majusculi. — Crescit in Brasiliae insula Itaparica et circa Cachoeira.

7. P. PROCUMBENS Casaretto l. c. p. 39. no. 36. — Hirta: caule procumbente; foliis cordatis vel cordato-hastatis, obsolete 3–5-lobis, inaequilateris ac inaequaliter dentatis; pedunculis axillaribus solitariis folio modo brevioribus, modo longioribus; involucelli foliolis 13–17 lineari-filiformibus setoso-ciliatis, calyce longioribus; coccis muticis dehiscentibus ♃? — Caulis ramosus, folia pellucido-punctata, flores majusculi flavi. — Crescit in Brasiliae provincia Itaparica et circa Bahiam.

Tribus III. *HIBISCEAE* Endl.

5277. HIBISCUS *Linn.*

DC. Prodr. I. 446. — [excl. sect. 2. 3. 6. 10. 11.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 302. II. 790.)
Verosimiliter omnes infra enumeratae sectione BOMBICELLA? DC.

1. H. VRIESEANUS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 198. — Pruriens: foliis longe petiolatis, 7-lobis acutis serratis, subtus stellato-hispidis, nec puberulis; racemis terminalibus; involucro calycem spathaceum haud aequante; foliolis ovato-lanceolatis, nunc uno alterove connatis; petalis maximis; fructibus parvis ovoideo-pyramidatis hispidissimis. ♃? — Colitur in horto Bogoriensi.
2. H. GREWIAEFOLIUS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 197. — Foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis subtrinerviis, basi rotundatis subinaequilateris, apice acuminatis glaberrimis integerrimis; floribus ad apicem ramorum axillaribus; pedunculis petiolo paullo longioribus; involucello 9–10-phyllo, foliolis linearilanceolatis; calyce 5-fido; corolla (maxima aurea, intus atrosanguinea) expansa; stigmatibus 5 subcoadunatis; fructibus.....? ♃? — Colitur in horto Bogoriensi.
3. H. KRAUSSIANUS Buchinger, Flora B. Z., XXVII I. 203. — Caulis ramosus et rami teretes nec non omnes reliquae partes exceptis corolla et genitalibus pubescentia stellata tectae; folia triloba, lobis lateralibus ovatis, terminali obovato-oblongo subacuto, omnibus grosse crenatis; petiolus in foliis inferioribus folium subaequans, in superioribus brevior; pedunculi solitarii elongati, terminales et in axillis supremis suberecti; involucrum octophyllum, foliolis sublinearibus calycem profunde 5-fidum aequantibus; corolla calyce triplo vel quadruplo major, columna staminum valde elongata; capsula calycem aequans, ovata acuta. ♃? — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis prope fl. Knysna.
4. H. DENUDATUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 7. † t. 3. — Suffruticosus? dense stellato-tomentosus: foliis late ovatis vel orbiculatis crenatis; pedunculis axillaribus petiolo vix longioribus; involucello nullo vel ad bracteolas tuberculiformes reducto. ♃ — Crescit in California ad portum Magdalenae.
5. H. CORONOPIFOLIUS Miq. in Lehm. Plant. Preiss. I. 239. † — Caule fruticoso; foliis planis, linearibus integerrimis vel plerumque sursum dilatatis tridentatis et quinquefido-dentatis; involucris glabris; pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus clavatis angulato-sulcatis; calycis exterioris dentibus 6–7, interiore quinquepartito; capsula elliptica puberula quinqueloculari quinquevalvi. ♄ — *H. hackeaefolio* Giordano Repert. bot. syst. I. 306. no. 51. habitu capsulisque simillimus, sed foliis planis nec teretibus plerisque grosse dentatis involutis distinctissimus. — Crescit in Nova Hollandia in solo sublimoso ad fl. Avon.
6. H. MEISNERI Miq. l. c. 240. † — Caule fruticoso; ramis petiolis pedunculis calycibusque hirto-tomentosis; foliis petalisque extus hirtello-pubescentibus, illis tri- vel subquinquepartitis, lobis oblongis sinuato-pinnatifidis dentatis; floribus

axillaribus solitariis longe pedunculatis; calycis externi phyllis 10 angustissime linearibus, interno quinquefido; tubo staminco corolla ampla quater breviore?; capsula quinqueloculari quinquevalvi, loculis polyspermis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad marginem lacus Mathilde.

7. H. GROSSULARIAEFOLIUS Miq. l. c. † — Totus lutescenti-stellato-tomentosus: foliis brevius petiolatis coriaceis subrugosis cordato-rotundatis, tri- vel subquinquelobis, lobis obovatis obtusis incisis crenatis, marginibus subundulatis; floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis; calycis exterioris octofidi dentibus lineari-subulatis, interni quinquefidi laciniis lanceolatis; styli tubum stamineum longe superantis stigmate capitato, an semigloboso? ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad marginem lacus Mathilde.

† *Icones addendae.*

H. CAMERONI Knowl. et Westsc. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 3. (c. ic.) — *β. fulgens* Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 28.
H. MULTIFIDUS Hort. — Paxton l. c. VII. 103. (c. ic.)
H. SYRIACUS var. VARIEGATUS Paxton l. c. II. 3. (c. ic.)
H. LINDLEYI Wall. — Paxton l. c. I. 77. (c. ic.)
H. SPLENDENS Lodd. — Paxton l. c. III. 147. (c. ic.)

5278. **MALVAVISCUS** *Dill.*

(DC. Prodr. I. 445. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 307.)

1. M. BREVIPES Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 68. — Ramulis petiolisque tomentosis; foliis ovatis leviter cordatis obtusis vel obtuse acuminatis grosse crenato-dentatis, rarius obsolete lobatis, utrinque sparse stellato-pubescentibus; pedunculis calyce brevioribus subaggregatis; involucello 9–12-phyllo calycem superante. ♄ — Folia 3–5 poll. longa, 2–3 poll. lata, supra tuberculis minutis pilorumque stellulis siccitate canescentia et scabra. Pedunculi tenues pilosi, longiores vix semipollicares. Flores quam in *M. arboreo* et *M. molli* paullo majores. Involucelli foliola linearia acuta. Petala minute ciliata. — Nicoya.

5279. **FUGOSIA** *Juss.*

(DC. Prodr. I. 457. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 307.)

1. F. CUNEATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 68. — Procumbens glabra vel junior pilis minutis stellatis canescens: foliis obovatis vel oblongo-cuneatis obtusis integris bifidisve, supremis interdum lanceolatis acutis; pedunculis apice incrassatis; involucelli foliolis minutis setiformibus. ♄ — Crescit ad Guayaquil.

5281. **ABELMOSCHUS** *Medic.*

(*Hibisci* sect. DC. Prodr. I. 448. 449. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 308.)

1. A. TULIPAEFLORUS Hook. Icon. plant. t. 707. 708. — Arboreus: ramis pubescentibus; foliis amplis profunde cordatis angulato-5-lobis subseptemnerviis; stipulis amplis rotundatis deciduis; pedunculis solitariis axillaribus unifloris petioli longitudine; involucri 7–8-phylli foliolis ovatis patentibus undulatis; calyce profunde 5-lobo, lobis ovatis acutis 3-nerviis erectis; flore speciosо; petalis obovato-rotundatis striatis sericeo-pubescentibus; staminibus in tubum valde elongatum connatis; stigmate 5-lobo, lobis globosis velutinis. ♄ — Crescit in insula Dominica.

2. A. PANDURAEFORMIS Hasskarl, Tijdschrift voor naturl. Geschiedn. X. I. 134. — Caule, petiolis pedunculisque tomentosis et setis sparsis hispidis; foliis cordatis velutinis, subtus glaucescentibus, inferioribus 5-angulatis sub-5-lobis, summis ovatis oblongis, dein lanceolatis sinuato-dentatis, summis denticulatis; pedunculis axillaribus petiolo brevioribus, fructiferis longioribus, involucri foliolis 7–10 spathulato-linearibus; calycis 5-fidi laciniis 15-nerviis acutis; corolla expansa sulfurea, intus purpureo-maculata; capsula setis densis hispida ovoideo-globosa; seminibus glabris. ♄ — *Hibiscus panduraeformis* DC. Prodr. I. 455. no. 114. — Crescit in Java.

5286. **GOSSYPIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 456. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 312. II. 791.)

1. G. **SANGUINEUM** Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 200. — Caule 7-pedali gracili ramosissimo; ramis, petiolis, foliorum nervis pedunculisque atrosanguineis hirsuto-tomentosis; foliis 5-lobis, lobis oblongo-lanceolatis acuminatis, lobulis accessoriis inter majores, subtus eglandulosis, foliis junioribus et bracteis sanguinolentis; bracteis serratis; calyce et corolla magna sanguineis; petalis ad basin intensius maculatis; capsula subglobosa acutiuscula; seminibus viridi-vellutinis, lana longa candida. ☉? — Colitur in horto Bogoriensi.
2. G.....? Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 8. — Foliis omnibus integris late cordato-ovatis, subtus uniglandulosis. ♃ — In California „Bay of Magdalena".

Tribus IV. *SIDEAE* Endl.

5289. **SIDA** *Kth.*

(*Sidae* sect. I. DC. Prodr. I. 450. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 313. II. 792.)

1. S. **BORUSSICA** Meyen, Reise um die Erde II. 31. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 308. — Tota albo-tomentosa humilis: foliis radicalibus rosulatis in caespitem hemisphaericum congestis petiolatis tripartitis, laciniis 3-fidis, lacinulis brevibus rotundatis linearibus; floribus solitariis, in medio petiolo sessilibus; petalis maximis longitudinaliter dimidiatis nigro-coeruleis albisque; carpellis ferrugineo-tomentosis biaristatis. ♃ — Species *S. phyllanthae* Cav. Diss. V. t. 127. fig. 4., quam vidi in herbario Kunthiano, summopere affinis forteque varietas illius in summis Andium jugis lectae, sed differt tomento albo, quo omnes plantae partes, exceptis staminibus corollaque, dense vestitae sunt; caule omnino nullo, foliis minoribus petalisque discoloribus, colores Borussicos aemulantibus, apice vix emarginatis. *S. phyllanthos* Cav. contra semper caulescens ramosa araneoso-incana, foliis majusculis vix congestis nec rosulatis petalisque, ni fallor, *lilacinis* observatur. — *S. rosula* Meyen mss. — Crescit in Peruvia (Laguna de Titicaca).

2. S. **PEDICULARIFOLIA** Meyen l. c. I. 460. — Wlprs. l. c. — Acaulis, undique tomentosa: foliis petiolatis rosulatis; petiolis basi dilatatis digitato-5-7-lobatis, lobis subbipinnatim inciso-crenatis, lacinulis obtusis rotundatis angustis; floribus medio petiolo insidentibus speciosis violaceis; calyce campanulato; (carpellis ignotis). ♃ — Herba acaulis caespitosa, ramis nullis. Folia omnia radicalia rosulata petiolata, petiolo basi valde dilatato ad medium fere usque cum stipulis connato; stipulis lineari-subulatis, petioli fere longitudine. Folia digitato-lobata, utrinque tomentosa, lobi 5-7 digitati, subbipinnatim inciso-cuneati, lacinulis obtusis brevissimis rotundatis, lobis inferioribus minoribus simplicioribus, medio maximo. Flores solitarii in petiolo inter stipulas sessiles magni speciosi violacei. Calyx campanulatus 5-dentatus albo-tomentosus. Carpella matura non vidi, immatura 12 erostria, pilis niveis densissime obsita. Columna staminea petalis longior. Affinis *S. phyllanthae* Cav. et antecedenti speciei. — Crescit in Peruvia, in planitie circa Tissalomam, altitudine 15000 pedum.

3. S. **NUBIGENA** Wlprs. l. c. 307. — Acaulis: rhizomate crasso cylindrico descendente lignoso; foliis petiolatis crassiusculis ovatis obtusis septemlobatis, lobis indivisis vel crenato-trilobulatis; floribus solitariis radicalibus; pedunculis folio brevioribus; carpellis 8 muticis, margine superiori retrorsum dentatis. ♃ — Planta pusilla glabra succulenta? Folia cum petiolo pollicaria vel sesquipollicaria glabra septemnervia, infra brevissime setulosa, lobis sinuatis obovatis rotundatis. Petala ovali-elliptica pallide violacea, basi obscure coerulea. Habitu peculiari recedit ab omnibus hujus generis speciebus. — Crescit in Peruvia, in planitie circa Tissalomam.

4. S. **DIVERGENS** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 69. † — Fruticosa: ramis tomentosis; foliis amplis late cordato-ovatis acuminatis integerrimis, supra mi-

mate puberulis, subtus cano-tomentosis; panicula ampla laxa subnuda; carpellis quinque, rostris elongatis divergentibus. ♁ — Crescit in Guayaquil.

5. S. GLANDULIGERA Bth. l. c. † — Foliis petiolatis late cordato-ovatis acuminatis dentatis, supra minute stellato-puberulis, subtus ramulisque tenuiter canescenti-tomentellis; panicula terminali; floribus breviter pedicellatis confertis; calycibus glanduloso-hirtis; carpellis 5 muticis puberulis. ♁ — *S. dumosa* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 4. (nec Swrtz.) — Realejo.

6. S. DEPRESSA Bth. l. c. — Fruticosa? viscoso-tomentosa: foliis cordato-ovatis crenatis, subtus canescentibus; pedunculis brevissimis; calycibus viscoso-tomentosis; carpellis 10 pubescentibus, angulis exterioribus mucronatis. ♁ — Crescit in insula Puna prope Guayaquil.

7. S. RECLINANS Kuze. Linnaea XVII. 579. — Annua patenti-pilosa: caule herbaceo, apice reclinato; foliis cordatis subrotundis acuminatis crenato-dentatis; pedunculis solitariis binisve foliis longioribus strictis ad ⅓ articulatis; carpellis quinque marginatis, breviter obtuseque bidentatis. ☽ — *S. arens* Hort. Ultraject. — Crescit.....?

8. S. FALLAX Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 306. — Caule fruticoso ramoso tomentoso; foliis breviter petiolatis ovatis vel ovato-rotundis obtusissimis crenato-serratis, utrinque molliter tomentosis; pedunculus axillaribus solitariis unifloris folia subaequantibus; calycis laciniis tomentosis ovatis acutis, vix petalis brevioribus; carpellis 12 muticis, demum secedentibus. ♁ — Proxime accedit ad *S. grewioidem* Guill. et Perr., a qua recedit floribus pedunculatis nec sessilibus. Foliorum forma variabilis, occurrunt etenim suborbicularia, orbiculari-oblonga, ovato-oblonga vel elliptica, semper tamen obtusa 8-12 lin. longa, petiolo tertiam laminae partem aequante. — *Anoda ovata* Meyen, Reise um die Erde II. 139. — Crescit in insula Sandvicensi Oahu.

9. S. MEYENIANA Wlprs. l. c. 307. — Suffruticosa glabra: foliis petiolatis ovatis acutis, utrinque glabris serrato-crenatis; pedunculis axillaribus unifloris folium aequantibus; petalis obliquis calyce duplo longioribus; carpellis 5-8 longe birostratis. ♃ — Proxima praecedenti speciei, a qua differt foliis basi non cuneatis, longius petiolatis ovatis vel ovato-subrotundis, nec rhombeis, carpellis paucioribus longius birostratis. Folia pollicaria, petiolo semipollicari vel ultra, stipulis setaceis. — Crescit in insula Sandvicensi Oahu.

10. S. TRUNCATULA? Blanco, Flora de Filipinas 548. — Erecta fruticosa puberula: foliis brevissime petiolatis truncato-cuneatis, margine transversim serratis, subtus pallide puberulis; stipulis setaceis; floribus axillaribus, pedunculo folio longiore; calyce corollam fere includente; (carpellis ignotis). ♁ — In Manilla.

11. S. *(Malvinda)* LEIOPHLOIA Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 241. † — Radice fusiformi; caule herbaceo erecto parce ramoso laevissimo glabro; foliis longius petiolatis 5-6-lobatis, lobis oblongis incisis vel dentato-crenulatis, utrinque pilis plerumque simplicibus sparse puberulis; floribus axillaribus binis, ternis pluribusque ad ramulorum apices paniculatis, longe pedunculatis; calycis quinquefidi semiglobosi glabri lobis ovatis acutatis; carpellis 5-6 acuminato-rostratis. ♃ Crescit in Novae Hollandiae districtu Wellington.

12. S. RUPESTRIS Miquel l. c. † — Radice tenuiter fusiformi; caulibus pluribus prostratis herbaceis; foliis longe petiolatis cordato-rotundatis tri- vel quinque-lobo-partitis, lobis obovatis oblongisve subtridentato-incisis, junioribus utrinque stellato-pubescentibus, adultis subglabris, pilis simplicibus; floribus axillaribus solitariis; pedunculis petiolo brevioribus; calycis quinquefidi junioris hirtelli maturi glabri semiglobosi lobis late ovatis acutis trinerviis; carpellis 5-8 rostellatis. ☉? — Crescit in insulae Australasicae „Mistakenisland“ rupestribus.

13. S. HOOKERIANA Miquel l. c. 242. † — Herbacea erecta: caule glabro subtereti; foliis longe petiolatis cordato-rotundatis 5-7-pedatisectis, lobis oblongis incisis et serrato-dentatis, junioribus substellato-puberulis, adultis subglabris; floribus

brevius pedunculatis, axillaribus solitariis vel aggregatis, supra ramulos axillares subracemose confertis; pedunculis puberulis; petalis albis; carpellis octo (immaturis) subrostellatis. ⊙? — Crescit in insula Australasica Rotenest.

14. *S. GRAVEOLENS Rxb. — DC. Prodr. I. 473. — Hook. Bot. Magaz. t. 4134. — *S. tomentosa* Wall. Catal. 1852. — *S. hirta* Rchb. Flor. exotic. t. 152.

15. *S. TRILOBA Cavan. — DC. l. c. — Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 100. — *S. permutata* Hochstett. mss.

† *Species indescripta.*

S. LONGICUSPIS Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 100.

5291. **MALACHRA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 440. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 322.)

1. M. HUMILIS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 70. — Caule hispidissimo; foliis suborbiculatis integris 3–5-lobatisve dentatis, basi truncatis, supra glabris, subtus sparse hispidis; florum capitulis breviter pedunculatis 3–5-floris hispidissimis; foliis floralibus basi cuneatis, lobulis setaceis, utrinque auctis; laciniis calycinis breviter acuminatis, coccis dimidio longioribus. ♃ — Crescit in Guayaquil.

5292. **ABUTILON** *Gaertn.*

(*Sidae* sect. 2. DC. Prodr. I. 467. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 322. II. 793.)

1. A. CALIFORNICUM Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 8. — Undique stellato-tomentosum: foliis late cordato-ovatis crenatis subangulatisque concoloribus; pedunculis petiolo longioribus; capsulae calycem aequantis vel vix superantis stellato-tomentosae loculis 10, trispermis lanceolato-rostratis. ♁? — Affinis *A. communi*. — Crescit in California „Bay of Magdalena".

2. A. PAEONIAEFLORUM Hook. Bot. Magaz. t. 4170. † — Fruticosum: ramis teretibus pubescenti-hirsutis; foliis breviter petiolatis late ovatis acuminatis serratis pubescentibus, basi trinerviis; stipulis subulatis deciduis; pedunculis axillaribus binis ternisve unifloris folio brevioribus pubescenti-hirsutis; calyce ventricoso basi obtuso 5-fido, segmentis ovatis acutis reflexis; petalis valde concavis rotundatis venosis; germine globoso; stylis 12–13. ♁ — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaös.

† *Icones addendae.*

A. VITIFOLIUM DC. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 57.

A. STRIATUM Dicks. — Paxton, Magaz. of bot. VII. 53. (c. ic.)

Ordo XXVII. STERCULIACEAE *Venten.*

(Endl. Gener. plant. pag. 987. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 329. II. 793. — BOMBACEAE et BUETTNERIACEARUM tribus I. DC. Prodr. I. 475 et 481. — Endl. Gener. plant. suppl. I. 2. II. 24.

Tribus I. *BOMBACEAE* Schott et Endl.

5298. **PACHIRA** *Aubl.*

(*Carolinea* L. — DC. Prodr. I. 478. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 329. II. 793.)

1. P. SESSILIS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 70. † — Glabra: foliolis 5–7-nis ad apicem petioli sessilibus obovato-oblongis obtusis; calyce integro truncato; tubo stamineo dimidiam corollam aequante. ♁ — Crescit in insula Taboga in sinu Panamensi.

2. P. CYATHOPHORA Casaretto, Decad. nov. stirp. Brasil. II. 21. — Foliis digitatim 5–7-foliolatis glaberrimis, foliolis non articulatis petiolulatis oblongo-ellipticis, apice brevissime obtuseque acuminatis; calyce poculiformi truncato, margine subsinuato, extra glabro, intus sericeo-pubescente; petalis unipedalibus, utrinque sericeis; tubo staminum pollicari glabrato, filamentis statim supra tubum fere omnino distinctis, eodem 3-4-plo longioribus, antheris trochleari-circinnatis; stylo glabro, stigmate brevissime 5-fido. ♃ — Arbor 15–20-pedalis. Foliola 4-6-pollicaria, 1½–2 poll. lata, nervis parallelis lineata, utrinque nitida. Calyx cum pedunculo bipollicaris, capsula eodem parum brevior. Petala oblonga 7-9 lin. longa, apice angustata, extus pubescentia aspera rufo-virente, intus molli alba obtecta. Filamenta numerosissima rubentia, supra tubum libera vel pauca coalita. — Crescit in Brasilia in maritimis circa urbem Rio de Janeiro.

3. P. STENOPETALA Casaretto l. c. — Foliis digitatim 7–9-foliolatis glaberrimis, foliolis oblongo-lanceolatis articulatis; calyce infundibuliformi-poculiformi, margine sinuato, extra glabrato, intus sericeo-pubescente; petalis semipedalibus et ultra; tubo staminum 3-pollicari, pube alba brevissima subvelutina una cum petalis obtecto; filamentis longitudine tubi et supra eundem longiuscule polyadelphiis; antheris oblongo-reniformibus; stylo inferne pubescente, superne glabro, stigmate brevissime 5-lobo. ♃ — Arbor 20-pedalis, foliola 2–4-pollicaria, 7–11 lin. lata, supra nitida, subtus pallidiora. Calyx extus minutissime sparseque stellato-pubescens, tubo pedunculi longitudine. Flores albi, petala elongata angusta, 3–4 lin. lata. — Crescit in Brasilia circa Rio de Janeiro.

5305/1. **BOSCHIA** *Krthls.*

(Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 257. † t. 69.)

Calyx bractea integra caduca involutus quinquesepalus, aestivatione valvata. Corolla pentapetala hypogyna, aestivatione contorta. Stamina numerosa hypogyna pluriserialia, interiora sterilia antherae loculum unicum, exteriora locula pluria gerentia, loculis apice poro dehiscentibus. Ovarium sessile 4-5-loculare, ovula 4 biserialia in medio loculi axi affixa superimposita anatropa; stylus teres, stigma capitatum. Capsula lignosa muricato-tesselata quinquelocularis loculicide quinquevalvis, valvis septum crassissimum glabrum gerentibus. — Arbor Sumatrensis excelsa, partibus junioribus lepidotis, foliis ovalibus subtus albidis; floribus axillaribus solitariis vel alaribus albis.

1. B. EXCELSA Krthls. l. c. 258. † t. 69. — Arbor 30-metralis, cortice fusco, ligno rubescente, corona ramorum hemisphaerica. Rami fusci, ligno albido, ramuli alterni subteretes lepidoti, novelli angulati. Gemmae axillares semioblongae. Folia alterna ovalia obtuse acuminata, basi obtusa, supra nitida, subtus albida, coriacea, nervis pinnatis lepidotis, petioli subteretes lepidoti. Pedunculi axillares tetragoni lepidoti. Bractea demum subaequaliter bifida, extus lepidota, intus tomentosa. Sepala ovata acutiuscula, extus lepidota, intus tomentosa. Petala spathulata obtusiuscula, intus glabra, extus sparse lepidota. Capsula obovoidea lignosa 4-5-locularis, valvis fere ad basin secedentibus. ♃ — Crescit in insulis Sumatra in sylvis Melintang et in Borneo ad Balaran.

Tribus II. *HELICTEREAE* Schott et Endl.

§. 1. MYRODIEAE Schott et Endl.

5311/1. **ASTEROTRICHION** *Kltzsch.*

(Kltzsch. in Lnk. Kltzsch. et Otto, Icon. plant. rar. hort. Berol. I. 19. t. 8. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 331. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. 80. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 343.)

1. A. SIDOIDES Kltzsch. l. c. † t. 8. — Wlprs. l. c.* — Foliis petiolatis lanceolatis acuminatis serratis, supra rugulosis laete viridibus, pube stellato-furfuracea sor-

dide albida sparsim, subtus ramisque densissime obductis; calycibus quinquefidis campanulatis albido-viridibus, basi rubicundis; petalis albidis obovatis unguiculatis integris, basi inter se et cum tubo stamineo coalitis, parce pubescentibus; filamentis stylisque candidis; antheris luteis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

5312. **HOHERIA** *A. Cunn.*

(A. Cunn. Ann. of nat. hist. III. 319. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 331.)

1. H. POPULNEA A. Cunn. l. c. — Hook. Icon. plant. t. 565. 566. — Arbuscula biorgyalis spectabilis sempervirens: foliis alternis petiolatis ovatis valde acuminatis, grosse duplicato-serratis membranaceis penninerviis venosis (stipulatis?.; floribus albis magnitudine *Pruni pedunculati*, ex axilla foliorum fasciculatis umbellatisve, pedunculis plerumque unifloris subuncialibus, medio articulatis; calyce persistente corolla dimidio breviore; petalis concavis obovatis acuminatis nervosis, extus pube stellata villosis, intus glabris, basi incrassatis cinereo-puberulis. ♁ — *Sida Hoheri* Hook. mss. — Crescit in Nova Zeelandia.

5313. **MYRODIA** *Schreb.*

(DC. Prodr. I. 477. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 331. II. 794.)

1. M. MULTIFLORA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 755. — Foliis oblongis, apice acuminatis, basi subcordata rotundatis glabris, subtus pallidioribus; floribus in racemis axillaribus 2–8-floris; calycibus cylindraceis velutinis; columna staminea petalis multo longiore, antheris secus columnam sparsis. ♁ — A *M. longiflora* Swz. differt foliis basi rotundatis, racemis multifloris, an specie? — Crescit in Surinam.

Tribus III. *STERCULIEAE* Schott et Endl. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 226.

Flores polygamo-monoici. Calyx quinquefidus, aestivatione valvata. Corolla nulla. Genitalia stipitem terminantia. Antherae 15 congestae vel polyadelphae biloculares, loculis parallelis. Ovaria 5 pluriovulata, styli cohaerentes, stigma divisum vel lobatum. Folliculi ligneo-coriacei polyspermi. Embryo rectus longitudine albuminis bipartibilis. Cotyledones cum albumine cohaerentes. Radicula hilo contraria.

I. **STERCULIA** *Linn.*

(*Sterculiae* ex p. auctorum fere omnium. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 226.)

Calyx quinquefidus, raro quadrifidus. Antherae vel inordinatim congestae vel polyadelphae. Ovaria pluriovulata. Styli cohaerentes in unicum saepe arcte deflexum. Stigmata in unicum quinquelobum coalita, quandoque distincta. Folliculi lignei vel coriacei. Semina albuminosa, albumine bipartibili cum cotyledonibus magis minusve arcte cohaerente. Embryonis radicula hilo contraria. — Arbores tropicae Asiae et insularum adjacentium, Africae et Americae, foliis indivisis, lobatis vel in paucis digitatim compositis. Inflorescentia vel paniculata vel racemosa, in plerisque nutans, floribus terminalibus saepius praecocioribus et foemineis et in his stylus arcte deflexus.

* *Folia digitatim composita, foliolis cum petiolo articulatis et separatim solubilibus.*

α. Calycis laciniae patulae.

1. ST. FOETIDA Linn. Spec. plant. 1431. — (Cav. Dissert. V. t. 141. — Sonn. Voy. t. 132. — Wght. Icon. plant. Ind. or. I. t. 181. et II. t. 364. — DC. Prodr. I. 483. no. 27.) — Horsfield et Bennet l. c. 227. — Foliolis 5–7 elliptico-lanceolatis acuminatis petiolatis vix quadruplo longioribus quam latis, utrinque glabris. ♁

β. Foliolorum venae primariae subflexuosae et magis deliquescentes. Crescit in India orientali et in Moluccis insulis.

2. ST. POLYPHYLLA Horsfield et Bennet l. c. — Foliolis 9–11 lineari-lanceolatis elongatis sessilibus sexies longioribus quam latis glabris. ♂ — *Clompanum majus* Rmph. Herb. Amboin. III. t. 107. — Crescit in insula Sumatra ad fretum Sunda.

3. ST. MEXICANA Horsf. et Bennet l. c. — Foliolis 7 cuneato-oblongis, basi attenuatis petiolatis glaberrimis; floribus masculis paniculatis; calycibus intus barbatis. ♂ — Flores foeminei et pericarpia desiderantur ideoque genus subdubium. — Crescit in Mexico ad Chiapas.

β. Calycis laciniae conniventes, apicibus diu cohaerentibus.

4. ST. VERSICOLOR Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 48. t. 59. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 335. no. 6. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliolis oblongo-ellipticis acuminatis, subtus tomentosis. ♂ — *Shoutwellia versicolor* Wght. mss. — Crescit in India orientali ad ripas Irawaddi.

** *Folia simplicia, aliqua vel omnia lobata. Calycis laciniae patentes.*

5. ST. CAVALLIUM Schott et Endl.) URENS Rxb. Plant. Coromand. I. 25. t. 24. — (DC Prodr. I. 483. no. 23.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis 3–5-lobis, subtus tomentosis velutinis; paniculis compositis erectis; calycis laciniis basi lingula deflexa; floribus decandris; urceolo antherarum cylindraceo; stylo erecto. ♂ — Crescit in India orientali.

6. ST. VILLOSA Rxb. Flor. Indic. III. 153. — (DC. l. c. no. 24.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis 5–7-lobis acuminatis, subtus tomentosis velutinis; paniculis compositis pendulis; calycis aestivatione induplicata; stylo deflexo. ♂ — Crescit in India orientali.

7. ST. ABYSSINICA R. Br. in Salt, Trav. app. CXIV. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis 3–5-lobis, adultis supra glabris, subtus pubescentibus; racemis foemineis subsimplicibus nutantibus; calycibus glabriusculis, laciniis intus extra medium villosis; columna genitalium glaberrima calyce breviore; stylo recurvo; folliculis polyspermis, intus setosis. ♂ — Crescit in Abyssinia.

8. ST. TOMENTOSA Guill. et Perottet, Tentam. flor. Senegamb. I. 81. † t. 16. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 334. no. 3.) — Horsf. et Bennet l. c. 228. — Foliis cordatis, plerisque trilobis, adultis utrinque tomentosis velutinis; floribus racemosis pendulis; calycibus extus tomentosis; genitalium stipite piloso. ♂ — Praecedenti nimis affinis. — Crescit in Senegambia.

9. ST. TRIPHACA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis reniformibus acutis indivisis vel obsolete trilobis, adultis supra glaberrimis, subtus glabriusculis; ovariis 2–3; stylo recurvo, stigmate lobato-capitato. ♂ — *Triphaca Africana* Lour. Flor. Cochinch. II. 708. — DC. Prodr. I. 483. — Crescit in Africa orientali-australi (Mozambique).

10. ST. CARTHAGINENSIS Cav. Dissert. VI. 353. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis 3–5-lobis obtusis vel acutiusculis cordatis, adultis supra glabratis subnitentibus, subtus velutino-tomentosis cinereis, venulis immersis; calycibus extus furfuraceo-tomentosis, intus glabris; stylo recurvo. ♂ — *St. Helicteres* Pers. Enchirid. II. 242. — DC. Prodr. I. 483. no. 25. — *St. Chicha* St. Hil. Plant usuelles du Brésil t. 46. et Flor. Brasil. merid. I. 278. † — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 335. no. 15.) — *Helicteres apetala* Jcq. Americ. 238. t. 181. fig. 97. — *Chichaea aserifolia* Prsl. Reliq. Haenk. II. 141?? — *St. punctata* Moçiño et Sessé ex DC. Prodr. I. 483. no. 26?? — Crescit in Brasilia et in Mexico.

11. ST. STRIATA St. Hil. et Naudin, Annales des sc. natur. (2. Sér.) XVIII. 213. — (Wlprs. l. c. II. 795. no. 10.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis 3–5-lobis acutiusculis obtusisve cordatis, adultis supra glabris non nitentibus, subtus pubescentibus rugosis, venulis emersis; calycibus extus pilosis. ♂ — Crescit in Brasilia.

* * * *Folia simplicia, omnia indivisa.*

α. Calyx quinquepartitus patens, laciniis medio intus lingula (squamula abbreviata) auctis. Antherae decem sed subcongestae, nec aequidistantes.

12. ST. IVIRA Swrtz. Prodr. 98. et Flor. Ind. occid. II. 1160. — DC. l. c. 483. no. 16. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovato-oblongis acutis, basi obtusis nec cordatis, adultis supra glabris, subtus petiolisque tomentosis. ♃ — *Ivira perviens* Aubl. Guian. 695. t. 279. — Crescit in Guiana Gallica.

13. ST. CARIBAEA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovato-oblongis acutis, basi obtusis, adultis supra petiolisque glaberrimis, subtus glabriusculis. ♃ — Crescit in insulis Caribaeis.

14. ST. PROPINQUA Horsf. et Bennet l. c. 229. — Foliis oblongo-ovatis acutis, basi cordatis, subtus tomentosis. ♃ — A *St. Ivira* foliis basi cordatis vix tamen aliis notis differt. — Crescit in Surinam.

15. ST. FRONDOSA Rich. Act. soc. hist. natur. Paris. III. — DC. l. c. 482. no. 9. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ad apicem ramuli confertis oblongis obtusissimis, basi obtusiusculis laevibus, adultis supra glaberrimis nitidis, subtus glabris, venulis alte immersis; racemis axillaribus pedunculatis divisis. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.

16. ST. SURINAMENSIS Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ad apicem rami confertis oblongis obtusissimis, basi obtusiusculis, adultis utrinque pubescentibus, venulis subtus parum emersis; racemis axillaribus pedunculatis divisis. ♃ — In Surinam

17. ST. RUGOSA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongis obtusissimis, venis venulisque subtus prominentibus rugosis. ♃ — Crescit in Demarara.

β. Calyx patens, laciniis absque lingula.

18. ST. GUTTATA Rxb. Flor. Ind. oriental. III. 148. — DC. Prodr. I. 482. no. 13. — Wght. Icon. plant. II. t. 487. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-ovatis acutis acuminatisve, basi obtusis subcordatis, adultis subtus tomentosis; racemis axillaribus indivisis; floribus subternis subsessilibus; calycibus extus furfuraceo-tomentosis, intus villosis. ♃

α. foliis oblongo-ovatis acutis.

β. foliis obovatis acuminatis; racemis folio multoties brevioribus.

Crescit in India orientali.

19. ST. MADAGASCARIENSIS Horsf. et Bennet. l. c. — Foliis oblongis profunde cordatis obtusis, adultis utrinque glaberrimis; racemis compositis; pedunculis calycibusque extus pube stellata cinereis. ♃ — Crescit in Madagascaria.

20. ST ROXBURGHII Wall. Catal. 1124. et Pl. Asiat. rar. III. 39. † t. 262. — (Wlprs. l. c. I. 335. no. 8.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovalibus oblongisve acuminatis, basi obtusis, utrinque glabris; racemis axillaribus folio brevioribus; calycibus profunde quinquefidis, laciniis lanceolatis imberbibus. ♃ — *St. lanceaefolia* Rxb. Flor. Indic. III. 150. — Crescit in India orientali prope Sillet.

21. ST. LANCEOLATA Cav. Dissert. V. 287. t. 143. fig. 1. — Lindl. Bot. Regist. t. 1256. — Horsf. et Bennet l. c. — DC. l. c. 481. no. 1. — Foliis elliptico-lanceolatis acutis, basi acutiusculis, utrinque glabris; paniculis axillaribus folio brevioribus; calycibus quinquepartitis; petalis imberbibus glabriusculis. ♃ — Crescit in China.

22. ST. PARVIFOLIA Wall. Catal. 1123. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis lanceolatis, utrinque glaberrimis acutis subacuminatisve, basi acutis; racemis axillaribus simplicibus folio brevioribus. ♃ — Crescit in India orientali in insula Penang.

23. ST. JAVANICA Horsf. et Bennet l. c. 230. — Foliis obovatis brevissime acuminatis, basi obtusis subcordatis, subtus tomentosis; paniculis cernuis; calycibus patulis, utrinque tomentosis. ♃ — *St. cordata* Blume, Bijdragen 86? — Crescit in insula Java.

24. ST. MACROPHYLLA Vent. Jard. de Malmaison II. 91. adn. — DC. l. c. 483. no. 18. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis profunde cordatis obtusis indivisis, subtus tomentosis; paniculis lateralibus cernuis; calycibus quinquefidis patentibus. ♄ — Crescit in insula Java.

25. ST. COMOSA Wall. Pl. Asiat. rar. II. 25 † t. 127. — (Wlprs. l. c. I. 335. no. 7.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis cordatis acuminatis, subtus tomentosis; paniculis decompositis; calycibus patentibus. ♄ — Crescit in Amboina.

26. ST. LONGIFOLIA Venten. l. c. — DC. l. c. 482. no. 5. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongis acutiusculis glabris; racemis subsimplicibus; pedicellis subgeminis folio brevioribus; calycis laciniis patentibus, intus barbatis, tubum extus glabriusculum subaequantibus. ♄ — *St. lanceolata* Blume, Bijdr. huic similis, differt tamen calycis laciniis conniventibus apiceque connexis. — Crescit in insula Java.

27. ST. LAEVIS Wall. Catal. 1138. et in Hook. Bot. Miscell. III. 287. — (Wlprs. l. c. II. 795. no. 3.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-lanceolatis, acumine lineari obtuso terminatis, basi acutiusculis, utrinque glabris; racemis subsimplicibus, folio brevioribus; calyce extus glabro, laciniis patentibus tubo duplo longioribus e lata basi linearibus, intus barbatis. ♄ — *St. coccinea* Jack in Malay. Misc. I. (nec alior.) — Crescit in India orientali ad Pulo-Pinang.

28. ST. SPANGLERI Horsf. et Bennet l. c. — Foliis lanceolato-oblongis acutis subacuminatisve, utrinque glabris; racemis subcompositis; calycibus extus glabris, laciniis patentibus e latiore basi subulatis, intus barbatis, tubo duplo longioribus. ♄ — Proxima duabus praecedentibus, a priori foliorum latiorum et basi obtusiorum acumine breviore et ab apice folii sensim angustato nec subito constricto et lineari, a posteriore praesertim calycis laciniis duplo longioribus recedit. — Crescit in insula Java.

29. ST. COCCINEA Rxb. in Hook. Bot. Miscell. I. 286. et Flor. Indic. III. 151. — (Wlprs. l. c. I. 335. no. 9). — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis lanceolatis subacuminatis, basi obtusiusculis, adultis utrinque glabris; paniculis axillaribus cernuis; calyce extus glabro, laciniis e lata basi filiformibus, barbatis, tubo abbreviato quadruplo quintuplove longioribus. ♄

β. Foliis cuneato-lanceolatis; racemis subsimplicibus folio brevioribus. — Crescit in India orientali ad Sillet.

OBSERVATIO. Ad hanc sectionem forsan referendae *Helicteris undulata* et *paniculata* Lour. (DC. Prodr. I. 476. no. 16. et 17.) primo intuitu etiam *Sterculia Pundnana* Wall. Cat. 2701. huc pertinere videtur. quae autem est *Bevesia Walcotii* Horsf. et Bennet.

γ. Calycis laciniae conniventes, apice diu cohaerentes.

30. ST. (SOUTHWELLIA Salisb. Paradis. Londin. t. 69. [excl. syn.]) NOBILIS Sm. in Rees's Cyclop. no. 4. — DC. l. c. 482. no. 3. — Horsf. et Bennet l. c. 231. — Foliis ovali-oblongis breviter acuminatis, basi obtusis, utrinque glabris; paniculis pendulis calycibusque extus pube rara conspersis, stigmatibus subrotundis stylo deflexo multoties brevioribus. ♄ — *St. monosperma* Venten. Jard. de Malmais. 91. — *St. Balanghas* Rxb. Flor. Ind. III. 144. (nec Linn.) — Crescit in China.

31. ST. BALANGHAS Linn. Spec. pl. 1007. — [Cav. Dissert. V. 286. t. 143. — DC. l. c. 482. no. 2. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. t. 30.] — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-ovalibus obtusiusculis vel acumine brevissimo obtuso terminatis, basi obtusis nec cordatis, adultis supra glabris, subtus pubescentibus; paniculis calycibusque extus tomentosis, laciniis intus dense barbatis; folliculis polyspermis extus tomentosis, intus glabris. ♄ — *Cavalam* Rheede, Hort. Malab. I. 89. t. 49.

β. foliis acutis vel acutiusculis (nec unquam constricte acuminatis), petiolis adultis pubescentibus (Wght. Illustr. of Ind. bot. I. t. 30.)

Crescit in Zeylania et in peninsula Indiae orientalis.

32. ST. ANGUSTIFOLIA Rxb. Flor. Indic. III. 148. — (Wlprs. l. c. I. 335. no. 10.) — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-lanceolatis attenuato-acuminatis, basi

obtusis, adultis supra glabriusculis, subtus copiose pubescentibus; paniculis nutantibus folia superantibus; calycibus extus tomentosis, laciniis intus modice barbatis, tubo longioribus; stigmatibus distinctis recurvis stylum aequantibus. ♂ — Crescit in Nepalia.

33. ST. MOLLIS Wall. Catal. 1131. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis elliptico-oblongis acutis acuminatisve, basi obtusis, adultis supra pube rara scabriusculis, subtus velutino-tomentosis; paniculis laxis nutantibus, ramulis pedicellisque capillaribus, pilis patulis obsitis; calycibus extus tomentosis, laciniis intus barbatis, longitudine tubi hemisphaerici; stigmatibus distinctis stylum aequantibus; folliculis polyspermis extus velutinis, intus pilosulis. ♂ — Crescit in Martabania.

34. ST. RUBIGINOSA Venten. l. c. adnot. — DC. l. c. 482. no. 6. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis cuneato-oblongis acutis vel constricte acuminatis, basi obtusis, adultis supra glabris, subtus pubescentibus venoso-rugosis; stipulis longitudine petiolorum; paniculis folia vix aequantibus; calycibus extus tomentosis, laciniis intus dense barbatis tubum turbinatum superantibus. ♂ — *St. angustifolia* W. Jack, Mal. Misc. 1. — *St. Jackiana* Wall. Catal. 1134. — Crescit in Java.

35. ST. CUNEATA Horsf. et Bennet l. c. 232. — Foliis cuneato-obovatis vel ellipticis acutiusculis, basi obtusis, adultis supra glabris, subtus pubescentibus, petiolis stipulas subulatas vix aequantibus; racemis terminalibus subsimplicibus; calycis laciniis intus strigoso-barbatis tubo cyathiformi longioribus. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.

36. ST. FERRUGINEA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-lanceolatis attenuato-acuminatis, basi obtusiusculis, adultis supra glabris, subtus pubescentibus venoso-rugosis; ramulis petiolis calycibusque extus ferrugineo-tomentosis; racemis subcompositis; calycis laciniis tubo duplo longioribus, stigmatibus recurvis stylo arcte deflexo dimidio brevioribus. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.

37. ST. STIPULARIS Horsf. et Bennet l. c. — Foliis cuneato-oblongis acuminatis membranaceis, basi cordatis, adultis supra glabriusculis, subtus petiolisque undique tomentosis; stipulis petiolum aequantibus; racemis compositis elongatis pendulis furfuraceo-pubescentibus; calycis laciniis intus strigoso-barbatis, tubo turbinato paullo longioribus. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.

38. ST. OBLONGATA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongis acutiusculis, basi obtusissimis, adultis supra glaberrimis, subtus glabriusculis; panicula foliis (spithamaeis v. pedalibus) breviore; calycis laciniis tubum urceolatum glabriusculum vix aequantibus subulatis pubescentibus, demum solutis. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.

39. ST. GRANDIFOLIA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis cuneato-oblongis, basi (apiceque?) obtusis, adultis glabris; racemis simplicibus petiolo elongato brevioribus; calycis laciniis linearibus, utrinque tomentosis, tubo brevissimo. ♂ — Crescit in insula Java.

40. ST. CUSPIDATA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-ovatis, acumine lineari terminatis, basi obtusis, utrinque glaberrimis; racemis simplicibus; calycibus extus glabris, laciniis subulatis intus pilosiusculis, tubum turbinatum aequantibus. ♂ — Crescit in insula Sumatra.

41. ST. INSULARIS Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovali-oblongis acutis, basi obtusis, utrinque glabris; floribus paniculatis; calycis tubo turbinato glabro, laciniis intus barbatas demum distinctas et patentes aequante. ♂ — Crescit in insula Moluccana Honimoa.

42. ST. PARVIFLORA Rxb. Flor. Indic. III. 147. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis oblongo-ovatis acuminatis, basi transversis subcordatis, adultis subtus tenuissime pubescentibus; floribus quinquefidis paniculatis adpresse tomentosis; calycis tubo urceolato, laciniis adpresse tomentosis longiore. ♂ — Crescit in India orientali ad Sillet.

43. ST. QUADRIFIDA Horsf. et Bennet l. c. 233. — Foliis ovatis cordatis acutis vel obtusiusculis, adultis utrinque glabris; floribus subpaniculatis, plerisque quadrifidis, calycibus extus laciniisque tubum urceolatum aequantibus, intus tomentosis. ♃
α. foliis obtusiusculis; tomento paniculae et calycis non adpresso.
β. foliis acutis; tomento paniculae et calycis subadpresso.
Crescit in Novae Hollandiae oris septentrionali et orientali.

44. ST. URCEOLATA Sm. in Rees's Cyclop. no. 3. — DC. l. c. 482. no. 10. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis ellipticisve acutis, basi obtusis, adultis glabriusculis; floribus paniculatis; calyce tomentoso, laciniis tubum ovatum subaequantibus intus pilis strictis barbatis. ♃ — *St. Candollei* Wall. Pl. Asiat. rar. I. 4? *St. populifolia* var. *α.* DC. l. c. 483. no 19? — Crescit in insula Moluccana Honimoa.

45. ST. CERAMICA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis subcordatis acutiusculis, adultis utrinque paniculisque glabris; calycibus glaberrimis, alabastro obtuso. ♃ — An laciniae calycis apice connexae? — Crescit in insula Moluccana Ceram.

46. ST. TRAGACANTHAE Lindl. Introduct. 39. et Bot. Regist. t. 1353. — Wlprs. l. c. I. 335. no. 4. et II. 795. no. 2. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis acutis, basi obtusis, adultis supra pube rara conspersis, subtus tomentosis; calycis laciniis tubum turbinatum aequantibus. ♃ — *St. pubescens* G. Don, General syst. of gard and bot. I. 515. — Crescit in Sierra Leone.

47. ST. OBOVATA Horsf. et Bennet. l. c. — Foliis obovatis brevissime acuminatis, basi obtusis, adultis supra glabriusculis, subtus pubescentibus; folliculis tomentosis. ♃ — Crescit in Africa aequinoctiali ad. fl. Congo.

† *Species omissae vel non satis notae.*

48. ST. VILLIFERA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 755. — Foliis ovatis obtusissimis repando-subdentatis, basi rotundatis quandoque subcordatis, supra tomento secedente ferrugineo-fusco, subtus persistente albescente indutis, longe petiolatis, petiolis inter tomentum ferrugineum patentibus villosis, stipulis lanceolato-setosis; floribus inter petiolos versus apicem ramorum confertos pedunculatis paniculatis; calycibus villosis patentibus. — Crescit in Surinam.

49. *ST. IMBERBIS DC. Prodr. I. 483. no. 17.

50. *ST. PUNCTATA DC. l. c. no. 26.

51. *ST. SETIGERA Delile. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 334. no. 1.

52. *ST. SUBPELTATA Blume. — Wlprs. l. c. no. 12.

53. *ST. CORDATA Blume. — Wlprs. l. c. no. 13. (cf. supra p. 99. no. 23.)

54. *ST. BLUMEI G. Don. — Wlprs. l. c. II. 795. no. 1.

55. *ST. WALLICHII G. Don. — Wlprs. l. c. no. 4.

56. *ST. TRILOBA G. Don. — Wlprs. l. c. no. 5.

57. *ST. PELTATA G. Don. — Wlprs. l. c. no. 6.

58. *ST. CARICAEFOLIA G. Don. — Wlprs. l. c. no. 7.

59. *ST. EXCELSA Martius. — Wlprs. l. c. no. 9.

60. *ST. SCATIGERA G. Don. — Wlprs. l. c. no. 11.

† *E genere expellendae.*

ST. ALATA Rxb. = PTERYGOTA ROXBURGHII.
ST. ACUMINATA Palis. = COLA ACUMINATA.
ST. COLORATA Rxb. = FIRMIANA COLORATA.
ST. CORDIFOLIA Cav. = COLA CORDIFOLIA.
ST. FULGENS Wall. = FIRMIANA COLORATA var.
ST. GRANDIFLORA Vent. = COLA ACUMINATA.
ST. HETEROPHYLLA Palis. = COURTENIA HETEROPHYLLA.
ST. MACROCARPA Don. = COLA ACUMINATA.
ST. NITIDA Vent. = COLA ACUMINATA.
ST. OBLONGIFOLIA DC. = COLA ACUMINATA.
ST. POPULIFOLIA Rxb. = HILDEGARDIA POPULIFOLIA.
ST. PYRIFORMIS Bnge. = FIRMIANA PLATANIFOLIA.

ST. PLATANIFOLIA Linn. = FIRMIANA PLATANIFOLIA.
ST. SCAPHIFERA Wall. = SCAPHIUM WALLICHII.
ST. VERTICILLATA Schum. et Thonn. = COLA ACUMINATA.

II. **TETRADIA** *Horsfield et Bennet.*

(Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 233.)

Calyx quadri-nunc tripartitus. Antherae 8 simplici serie dispositae, loculis omnibus parallelis. Ovaria 4, ovulis numerosis. Stigmata recurva. Arbor Javanica foliis indivisis; racemis axillaribus monoicis, floribus hermaphrodito-foemineis columna nulla instructis, intermixtis hinc inde masculis, quibus columna manifesta gracilis et rudimenta minuta pistilli. — Pericarpia et semina ignota, ovula basi parum obliqua.

Obs. *Tetradium* Lour. Fl. Coch. 91. est *Fagarae* species. [cf. Endl. Gen. pl. 5982.]

1. *T. HORSFIELDII Bennet l. c. — ♃ — Crescit in insula Java.

III. **BRACHYCHITON** *Horsf. et Bennet.*

(Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rar. 234. — *Sterculiae* sect. c. d. e. Endl. Gener. plant. no. 5320. p. 994.)

Calyx quinquefidus. Antherae congestae. Styli cohaerentes. Stigmata distincta vel in unicum peltatum coalita. Folliculi coriaceo-lignei polyspermi. Semina albuminosa pube stellari tecta mutuo et fundo folliculi adhaerentia. Embryonis radicula hilo proxima. — Arbores Novae Hollandiae foliis indivisis lobatisque.

* *Calycis aestivatio induplicata, tubus squamis numerosis inflexis instructus. Brachychiton Endl. l. c.*

1. BR. RAMIFLORUM Horsf. et Bennet l. c. — Foliis cordatis circumscriptione subrotundis trilobis obtusis, utrinque folliculisque extus tomentosis. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali.

** *Calycis aestivatio valvata.*

2. BR. INCANUM Horsf. et Bennet l. c. — Foliis profunde quinquelobis tomentosis, subtus incanis, lobis acuminatis; folliculis extus tomentosis. ♃ — Aestivatio ignota. — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali.

3. BR. PLATANOIDES Horsf. et Bennet l. c. — Foliis profunde quinquelobis acutis glabris; racemis subsimplicibus; calyce infundibuliformi; stigmate peltato; folliculis extus glabris. ♃ — *Trichosiphon* Endl. l. c. — Crescit in Novae Hollandiae ora occidentali intra tropicum.

4. BR. POPULNEUM Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis acuminatis indivisis trilobisve, basi acutis vel obtusis glaberrimis; racemis axillaribus subsimplicibus; calycibus campanulatis; folliculis elongato-stipitatis. ♃ — *Poecilodermis* Endl. l. c. — Crescit in Hollandiae ora orientali extra tropicum.

5. BR. DIVERSIFOLIUM Horsf. et Bennet l. c. — Foliis ovatis elongato-acuminatis, basi obtusis vel cordatis glaberrimis, quandoque oblongis linearibusve; folliculis extus glabriusculis abbreviato-stipitatis. ♃ — Crescit in Novae Hollandiae ora septentrionali.

IV. **PTERYGOTA** *Endl.*

(Endl. Gener. pl. no. 5321. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 335. — Horsf. et Bennet Plant. Javanic. rar. 234.)

Calyx quinquepartitus. Antherae congestae vel polyadelphae. Stigmata distincta. Folliculi lignei polyspermi. Semina apice alata albuminosa. Radicula embryonis hilo proxima. — Arbor Indiae orientalis foliis indivisis.

1. *PT. ROXBURGHII Schott. et Endl. Meletem. 32. † — *Pterygota (Sterculia* Rxb. Pl. Coromand. III. 84. t. 287.) *alata* Horsf. et Bennet l. c. — ♃ — Crescit in India orientali ad Sillet et Chittagong.

V. **HILDEGARDIA** *Endl.*

Sterculiae sect. b. Endl. Gener. plant. no. 5321. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 235.

Calyx quinquepartitus. Antherae congestae. Folliculi membranacei venosi, apice alati, tardius dehiscentes. Semina albuminosa. Radicula embryonis hilo proxima. — Arbor Indiae orientalis foliis cordatis indivisis.

1. *H. (STERCULIA Rxb. Flor. Indic. III. 148. — Wall. Pl. Asiat. rar. I. 3. † t. 3. — DC. Prodr. I. 483. no. 19. var. ?.) POPULIFOLIA Wght. mss. ex Horsf. et Bennet l. c. 235. — *H. Candollei* Schott et Endl. Melet. bot. 33. — ♄ — In India orientali.

VI. **FIRMIANA** *Marsili.*

(Marsili, Act. Patav. I. 116. t. 1. 2. — *Sterculiae* sect. k. l. Endl. Gener. pl. no. 5321. — Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rar. 235.)

Calyx quinquepartitus, tubo brevissimo, vel tubulosus semiquinquefidus. Antherae 15 congestae vel polyadelphae. Styli coaliti, stigmate lobato. Pericarpia longe ante maturitatem aperientia membranacea foliiformia. Semina 2-4 albuminosa. Embryo transversus, radicula infera. — Arbores Asiae orientalis foliis lobatis.

* *Calyx quinquepartitus, tubus brevissimus fasciculis quinque pilorum intus barbatus. — Firmiana Schott et Endl.*

1. *F. STERCULIA Linn. fil. Suppl. 422 — DC. Prodr. I. 483. no. 21.) PLATANIFOLIA Schott et Endl. Meletem. bot. 33. — Horsf. et Bennet l. c. — ♄ — *St. pyriformis* Bnge. Mém. sav. étrang. de St. Pétrsbrg. II. 83. † — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 335. no. 5. — *St. tomentosa* Thnbrg. Icon. pl. Japon. dec. 4. — Crescit in China et in Japonia.

** *Calyx tubulosus quinquedentatus vel semiquinquefidus, tubus intus fasciculis 5 pilorum instructus. — Erythropsis Lindl.*

2. *F. (STERCULIA Rxb. Pl. Coromand. I. 28. t. 25. — DC. Prodr. I. 483. no. 22. — Hook. Icon. plantar. t. 143.) COLORATA Horsf. et Bennet l. c. — *Erythropsis Roxburghiana* Schott et Endl. Meletem. bot. 33. — ♄
   α. calyx extus furfuraceo-pubescens pube stellari, radiis abbreviatis rigidis, tubo dentibus fere quater longiore, foliis adultis subtus glabriusculis.
   β. calyx extus furfuraceo-pubescens pube stellari, radiis abbreviatis rigidis, tubo dentibus quater et ultra longiore, foliis adultis subtus pube copiosa scabris. — *Sterculia fulgens* Wall. Catal. 1135.
   γ. calyx extus pube stellari tectus, radiis laxis patentibus velutino, tubo dentibus vix ter longiore. — An species distincta?
   Crescit in India orientali.

VII. **SCAPHIUM** *Schott et Endl.*

Schott et Endl. Meletem. 33. — Horsf. et Bennet, Plant. Javan. rarior. 236 — *Sterculiae* sect. i. Endl. Gener. pl. no. 5321.

Flores monoici. Calyx quinquefidus. Antherae 15 congestae. Ovaria disperma. Styli coaliti; stigma quinquelobum. Pericarpia longe ante maturitatem aperientia foliacea navicularia. Semen unicum albuminosum? Embryonis radicula hilo proxima. — Arbor Indiae orientalis foliis indivisis.

1. *SC. WALLICHII Schott et Endl. l. c. — ♄ — *Sterculia scaphifera* Wall. Catal. 1130. ♄ — Crescit in Martabania.

VIII. **PTEROCYMBIUM** *Horsf. et Bennet.*

(Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 219. t. 45.)

Flores polygamo-monoici, fere hermaphroditi. Calyx quinquefidus patens. Antherae 10 simplici serie dispositae, loculis omnibus parallelis. Ovaria biovulata. Stigmata filiformia recurvata. Folliculi foliacei naviculares longe ante maturitatem aperientes. Semen unicum albuminosum. Embryonis ra-

dicula hilo proxima. — Arbor Javanica foliis lobatis indivisisve, paniculis subterminalibus.

1. PT. JAVANICUM Horsf. et Bennet l. c. † t. 45. — Arbor sylvestris 50–60-pedalis, trunco modice crasso, cortice laevi rufescenti-fusco, corona patente. Folia alterna 5–3-loba, passim indivisa, circumscriptione late ovata, basi cordata 5-nervia, lobis ellipticis breviter acuminatis, sinubus obtusis, demum indivisa, paullo altius cordata 3–5-nervia, brevissime acuminata, adulta supra omnino glabra praeter nervos venasque primarios tenuissime pubescentes pube simplici, subtus pube simili magis copiosa, praesertim in nervis venisque fere omnibus et insuper, rariore tamen et tenuiore per totam paginam, novella utrinque pube copiosa stellata tecta. Petioli teretiusculi undique pubescentes, antice sulco tenui exarati, basi apiceque paullulum incrassati quandoque folia subaequantes, saepius dimidio et ultra breviores. Stipulae laterales subulatae caducae. Panicula subterminalis e racemis alternis approximatis subcorymbosis composita. Pedicelli extra medium articulati, ipso articulo constricto inter dilatationes duas manifestas. Bracteae omnes deciduae vel caducae. Calyx monophyllus ad medium quinquefidus aequalis turbinato-campanulatus coriaceus glaber, laciniis late semilanceolatis tomento minutissimo cinereo marginatis, immerse nervosus venisque anastomosantibus, aestivatione valvata, alabastro pentagono turbinato, tubo intus basi corpusculis scobiformibus minutis densissime tecto. Corolla nulla. Flores hermaphroditi vel polygamo-monoici. Hermaphrodito-masculi: Columna genitalium (gynostemium) e basi parum dilatata cylindracea, dimidio inferiore breviore, pube tenuissima simplici patente, superiore glabro, staminibus occultato, in urceolum 10–8-dentatum antheriforum, apice parum dilatato. Antherae 8–10 simplici serie dispositae incumbentes, supra medium affixae, loculis oppositis contiguis linearibus, longitudinaliter dehiscentibus. Pollen laeve subovale. Pistilla omnibus punctis fere ut in foemineis. Hermaphrodito-foeminei: Columna quandoque brevissima. Antherae ut in masculis numero et dispositione, polline effoeto? Ovaria 5 (rarius 6) ipsi apici columnae insidentia sessilia arcte approximata distincta tamen, dorsi apice gibboso, ita ut stylus quasi lateralis evadat disperma, ovulis collateralibus erectis anatropis. Styli 5–6 arcte approximati leviter cohaerentes breves. Stigmata filiformia recurvata, intus longitudinaliter papillosa. Pericarpia 5–6, aliqua saepe abortientia follicularia, singula stipiti filiformi pubescenti insidentia, stipite communi pentagono vix longitudine calycis diu persistentis non mutati. Folliculi cito post foecundationem et longe ante seminis maturitatem aperientes foliacei reticulato-venosi naviculares, dimidio inferiore duplo profundiore ibique carina in lobulum obtusum producta, superiore planiusculo. Semen unicum maturescens exsertum basin folliculi occupans erectum, basi insertum, sphaericum laeve, tenuissima pube simplici obsitum, integumentum triplex, extimum crustaceo-membranaceum, latere interiore, respectu axeos communis folliculorum linea parum elevata ab hilo ad apicem ducta raphen indicante insignitum, superficie interiore praeter raphen venis per alterum latus recurrentibus ad basin tendentibus, ramo crassiori raphi opposito, inter hocce integumentum (vel epidermidem testae) et medium substantia adest parca subfloccosa; endospermium nucamentaceum, apice extus arcola circulari (chalaga) insignitum, integumentum interius membranaceum. Albumen nucleo conforme bipartibile amygdalinum album. Embryo erectus fere longitudine seminis albus. Cotyledones latitudine albuminis idque bipartientes foliaceae, radicula hilo proxima breviter subovata. — Crescit in insula Java.

IX. COURTENIA *Horsfield et Bennet.*

(Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rar. 236.)

Calyx 5- (raro 4-) fidus patens. Antherae 10 simplici serie aequidistantes, loculis omnibus parallelis. Ovaria 10 (nunc 11-12-5). Stigmata 10 recurva, stylo brevissimo. Folliculi crassi polyspermi. Semina exalbumi-

nosa. Radicula hilo proxima. — Arbores Africae aequinoctialis: foliis profunde lobatis; floribus saepius congestis.

1. C. AFZELII Horsf. et Bennet l. c. — Caudice simplicissimo; foliis palmato-5–3-lobis cordatis, lobi medii dimidio inferiore angustiore; floribus caulinis congestis. ♂ — Crescit in Sierra Leone et ad fl. Congo.

2. C. TRILOBA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis circumscriptione cuneatis, basi obtusis, palmato-trilobis, lobi medii dimidio inferiore non angustiore; floribus axillaribus congestis. ♂ — Crescit in Senegambia.

3. C.? STERCULIA Palis. Flor. Owar. I. t. 40. — DC. Prodr. I. 482. no. 15.) HETEROPHYLLA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis palmato-trilobis indivisisve, basi cuneatis; racemis laxis; ovariis quinque. ♂ — Fructus deest, quoad genus igitur dubia. — Crescit in regno Owarensi in Africa aequinoctiali.

X. COLA *Schott et Endl.*

(Schott et Endl. Meletemat. bot. 33. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 237. — *Sterculiae* sect. f. Endl. Gener. plantar. 5321.)

Calyx quinquefidus patens. Antherae 10 simplici serie dispositae, loculis valde divaricatis. Ovaria multiovulata. Stigmata sessilia distincta filiformia. Folliculi dehiscentes polyspermi, quandoque monospermi. Semina exalbuminosa. Radicula embryonis hilo proxima. — Arbores foliis indivisis glabris.

1. C. (STERCULIA Palis. Flor. Owar. I. 41. t. 24. — DC. Prodr. I. 482. no. 4.) ACUMINATA Horsf. et Bennet l. c. 237. — Foliis elliptico-oblongis acuminatis, basi acutiusculis, adultis utrinque glabris; calycibus profunde quinquefidis; genitalibus sessilibus. ♂ — *Sterculia grandiflora* Venten. Jard. de Malm. II. 91. adnot. DC. l. c. no. 7. — *St. nitida* Venten. l. c. — DC. l. c. no. 8. — *St. macrocarpa* Don, Dict. I. 515. — *St. verticillata* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. videnskab. Selsk. Afhandling. IV. 14. † — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 334. no. 2.) — *St. oblongifolia* DC. l. c. 482. no. 14? — *Lunania Bichy* DC. Prodr. II. 92. — Crescit in Africa aequinoctiali, Sierra Leone, Congo, in Antillis culta, in Brasilia, Mexico et in insula Mauritii culta?

2. C. (STERCULIA Cav. Dissert. V. 286. t. 143. fig. 2.) CORDIFOLIA Horsf. et Bennet l. c. — Foliis orbiculato-ovatis cordatis indivisis passimque semitrilobis, adultis subtus pubescentibus; calycibus urceolatis semiquinquefidis; genitalibus brevissime stipitatis. ♂ — Crescit in Senegambia.

XI. HERITIERA *Dryand.*

(Dryand. in Ait. hort. Kewens. [edit. I.] III. 546. — DC. Prodr. I. 484. — Horsfield et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 237.)

Calyx quinquefidus. Antherae 5. Ovaria uniovulata. Pericarpia folliculatia lignea clausa, dorso alata. Semen exalbuminosum. Radicula hilo proxima. — Arbores Asiaticae littoreae foliis indivisis subtus lepidotis squamulis incisis; floribus axillaribus subpaniculatis.

1. H. LITTORALIS Dryand. l. c. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis elliptico-oblongis ovatisve obtusiusculis. ♂ — Rheede, Hort. Malab. VI. t. 21. — Rmph. Herb. Amboin. III. t. 63. — *Balanopteris Tothila* Grtnr. De fructib. et seminib. pl. II. t. 99. — *Heritiera Fomes* Willd. Spec. pl. IV. 971. — DC. l. c. — *Heritiera minor* Lam. Dict. III. 229. — DC. l. c. — *Balanopteris minor* Grtnr. l. c. II. t. 98. fig. 2. — Crescit in littoribus Indiae orientalis, insularum Moluccarum, Philippinarum et Novae Hollandiae.

2. H. ATTENUATA Wall. Catal. 1140. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis lanceolatis acuminatis. ♂. — Crescit in Martabania et Tenasserim.

† **Genus dubiae tribus.**

XII. **MICRANDRA** *Horsf. et Bennet.*

(Horsf. et Bennet, Plant. Javan. rarior. 237.)

Calyx turbinatus quinquefidus patens aequalis, aestivatione valvata. Corolla nulla. Antherae 5-6 biloculares, loculis parallelis, duplici verticillo adnatae mediae columnae filiformi ultra productae indivisae. Flores foeminei ignoti. — Arbor Brasiliensis? floribus paniculatis, foliis ternatis, foliolis petiolatis, petiolis partialibus cum communi non articulatis nec apice teretibus vel incrassatis ideoque vix hujus ordinis.

1. M. TERNATA Horsf. et Bennet l. c. 238. — ♁ — Foliola elliptico-oblonga acuta, adulta supra glaberrima nitida, subtus pube tenui simplici conspersa, venis primariis parum eminentibus costata. — Crescit in Brasilia prope Para.

Ordo XXVIII. BÜTTNERIACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 481. excl. sect. I. — Wlprs. Repert. bot. syst I. 336. II. 795. — Endl. Gener. plant. pag. 995. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 32. II. 26.)

Tribus I. *LASIOPETALEAE* Gay. — Endl. l. c. p. 996.

5322/$_1$. **MACARTHURIA** *Endl.*

(Endl. Plant. Hügel. enumer. p. 10.*) — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 344.)

Calyx quinquesepalus ebracteatus. Petala 5 oblonga acuta unguiculata. Stamina 10 fertilia in cupulam filamentis aequilongam connata. Antherae rimis lateralibus dehiscentes. Ovarium 3-4-loculare, loculis 2-3-ovulatis. Ovula ad umbilicum strophiola crenata cincta. Styli loculorum numero a basi distincti. — Frutices Novae Hollandiae aphylli vel subaphylli: ramis elongatis simplicibus; cymis fasciculiformibus sessilibus 2-10-floris juxta totam ramorum longitudinem dispositis.

1. M. AUSTRALIS Hügel, Enumer. pl. p. 11. — Steudel in Lehm. Pl. Preiss. I. 229. — Ramis elongatis simplicibus, florentibus aphyllis, sterilibus remote alternatim foliatis; foliis subspathulato-linearibus obtusis; cymis fascicularibus sessilibus bi-decemfloris squamoso-bracteatis, juxta totam ramorum longitudinem dispositis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis circa oppidum Perth.

2. M. FOLIOSA Preiss l. c. 230. — Ramis elongatis simplicibus; foliis infimis lanceolatis, superioribus squamaeformibus; floribus ad basin ramorum vel in ramis brevissimis radicalibus cymosis confertis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia circa oppidulum Perth.

5324. **THOMASIA** *Gay.*

(DC. Prodr. I. 489. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 336. II. 795.)

1. *TH. STIPULACEA Lindl. Swan Riv. bot. XVIII. no. 79. — Wlprs. l. c. I. 336. no. 1. — Hook. Bot. Magaz. t. 4111. — *Th. macrocarpa* Hügel mss. in Endl. Nov. stirp. decad. 40. †? — Wlprs. l. c. no. 7?

---

*) *In Endl. Gener. pl. inter BUETTNERIACEAS hoc genus non commemoratur, in indice tamen no. 6880 insignitur, sed loco citato non reperiendum est.*

2. TH. MACROCALYX Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I 230. — Caule ramoso stellato-hispido; foliis petiolatis ovato-oblongis integris, margine subundulatis subreflexis, pilis simplicibus stellatisque utrinque obsitis; stipulis magnis foliaceis oblique ovatis; racemis oppositifoliis longissimis; pedicellis basi praeter bracteolas hypocalycinas reflexas) bracteola ovata caduca instructis; calycibus (lilacinis) demum tumidis magnis, utrinque pilosis; staminibus 5, sterilibus petalisque nullis; capsula profunde trisulcata nitida puncticulato-venosa glabra, loculis dispermis; seminibus puncticulatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis sylvae ad fluvium Preston.

3. TH. MONTANA Steudel l. c. † — Caule ramosissimo; ramis stellato-hispidis demum glabrescentibus; foliis petiolatis (petiolo saepe reflexo) utrinque sparsim stellato-hispidis ovatis undulatis, margine reflexis; stipulis ovatis oblongis cordatis obliquis foliaceis parvulis; racemis oppositifoliis folia multo superantibus 3-5-floris; calycibus utrinque stellato- et simpliciter pubescentibus; petalis 5 squamaeformibus; staminibus sterilibus nullis; ovario glabro. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in lapidosis montis Bakewel in ditione York.

4. TH. RUPESTRIS Steudel l. c. 231. † — Caule ramoso subherbaceo; ramis stellato-hispidis; foliis breviter petiolatis (quandoque petiolis reflexis, utrinque stellato-hispidis oblongis obtusis, margine subundulatis subreflexis; stipulis oblique ovatis petiolos superantibus foliaceis; racemis oppositifoliis folia superantibus, apice 3-5-floris; calycibus utrinque stellato-pubescentibus; petalis staminibusque sterilibus nullis; ovario verruculoso (purpureo). Flores parvi, fructus.....? ♄ — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus montis Elphistone.

5. TH. CYGNOPOTAMICA Steudel l. c. † — Fruticulosa: ramis herbaceis pilis stellatis mox evanidis hispidis; foliis (exceptis novellis stellato-hispidis) glabratis lineari- vel obovato-oblongis integris, vix una alterave undula notatis; stipulis foliaceis 2-3-fidis 3-nerviis; racemis terminalibus 2-4-floris; bracteis hypocalycinis oblongis coloratis; calycis lobis medio demum subinduratis, margine membranaceis; petalis staminibusque sterilibus nullis; stylo filiformi, basi piloso; capsula glanduloso-pubescente. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

6. TH. LUCIDA Steudel l. c. — Fruticulosa: ramis foliisque novellis stellato-pubescentibus; foliis mox glabratis breviter petiolatis oblongis vel obovatis vix undulatis lucidis; bracteis foliaceis ovatis integris vel subbilobis; racemis terminalibus paucifloris; calycibus membranaceis; capsula puncticulato-pubescente. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis ditionis York.

7. TH. RULINGIOIDES Steudel l. c. 232. † — Caule ramosissimo, stellato-hispido; foliis subsessilibus lineari-oblongis subsinuato-undulatis, utrinque stellato-hispidis; stipulis (relatione foliorum) magnis, basi subbilobo-auriculatis; racemis oppositifoliis 3-5-floris; calycibus dense stellato-hispidis; petalis squamaeformibus; filamentis sterilibus nullis; capsula sub-5-loculari glabra. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Perth prope Limenkilen.

8. TH. COGNATA Steudel l. c. † — Caule ramosissimo stellato-hispido; foliis breviter petiolatis oblongis subsinuato-undulatis, margine subreflexis, utrinque stellato-hispidis; stipulis foliaceis oblique ovatis, basi auriculatis; racemis oppositifoliis 3-5-floris folia multo superantibus; calycibus stellato-hispidis; filamentis sterilibus petalisque nullis; capsula dense villosa. ♄ — Crescit locis arenoso-conchyliosis in insula Rotenest Novae Hollandiae.

9. TH. ANGUSTIFOLIA Steudel l. c. — Fruticulosa: ramis stellato-pubescentibus; foliis breviter petiolatis sublineari-lanceolatis subrepando-crispulis; stipulis sessilibus oblongis quandoque auriculatis; racemis oppositifoliis folio multo longioribus 3-5-floris; pedicellis (praeter bracteam hypocalycinam) basi bracteola lineari instructis; filamentis sterilibus petalisque nullis; ovario piloso, stylo glabro. ♄ — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.

10. TH. SUBHASTATA Steudel l. c. † — Caule diffuso ramoso demum glabrescente; ramis tenuibus pubescentia stellata asperis; foliis lanceolatis, basi subcordato-hastatis, utrinque stellato-hispidis; stipulis oblique cordato-oblongis foliaceis petiolos subaequantibus; pedunculis hispidis, apice subtrifloris, foliorum longitudine; staminibus 5; petalis nullis; stylo basi incrassato germineque tomentoso. ♁ — (An *Th. pauciflora* Lindl. Swan Riv. bot. no. 81.? — (Wlprs. l. c. I. 336. no. 3.) — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.

11. TH. PUMILA Steudel l. c. 233. — Fruticulosa pumila (vix 4–6-uncialis), superne pubescens (pilis stellatis raris, pluribus simplicibus): foliis confertis suboppositis vel ternis linearibus reflexis, supra puncticulato-scabridis, subtus tomentosulis; stipulis foliiformibus; racemis paucifloris; filamentis sterilibus petalisque nullis; stylo basi ovarioque piloso. ♃ v. ♁ — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.

12. TH. AEMULA Steudel l. c. — Foliis cordatis oblongis, margine reflexis, supra glabris glauco-viridibus, subtus stellato-tomentosis; stipulis ovatis (saepe mox caducis); racemo oppositifolio folia suprema superante (ut terminalis videatur), apice 3-florifero; calycibus basi dense tomentosis, laciniis pilosis intus glabris, ovatis acuminatis; staminibus elongatis, apice (albo-rostrato) elongatis, basi subhastatis; stylo glabro, basi in ovarium pilosum abeunte; floribus magnis (rubellis, ½ pollicem in diametro). ♁ — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.

13. TH. LASIOPETALOIDES Steudel l. c. — Caule subherbaceo simplici vix stellato-piloso; foliis cordatis oblongis infra medium vix in lobum obscurum contractis, supra scabriusculis, subtus pilis intricatis (vix stellatis) tomentosulis; stipulis (an in omnibus?) plane nullis; racemo oppositifolio folia longissime superante (ut terminalis videatur), apice pauci-(3-)floro; staminibus apice (albo-rostrato) elongatis, basi subhastatis; calycis basi hirsuti laciniis pubescentibus ovatis obtusis breviter acutis. ♃ v. ♁ — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.

14. TH. DISCOLOR Steudel l. c. † — Ramis petiolisque dense pubescentibus; foliis grosse sinuato-dentatis vel obtuse 5–7–9-lobis, supra ad nervos pubescentibus, caeterum puncticulato-scabriusculis subglabris, subtus albo-tomentosis pilisque stellatis ferrugineis magis minusve dense conspersis; stipulis foliaceis pedicellatis ovatis vel subrotundis cordatis obtusissimis; sepalis (magnis rubro-lilacinis) extus ferrugineo-stellatis, intus nervo medio valido rubro striato notatis; staminibus sterilibus petalisque nullis; ovario dense villoso; stylo glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in ditione Plantagenet locis umbrosis ad clivulum William's-point.

15. TH. VIRIDIS Steudel l. c. 234. — Ramosissima: ramis adultis glabris, novellis stellato-pubescentibus; foliis petiolatis ovatis lobato-angulatis viridibus, utrinque pilis stellatis sparsim obsitis, caeterum glabris, subtus pallidioribus reticulato-venosis; stipulis herbaceis minutis lanceolato-ovatis; racemis oppositifoliis subpaniculatis; bracteis hypocalycinis linearibus; calycibus stellato-pilosis; staminibus sterilibus petalisque nullis; ovariis pilosis. ♁ — *Th. foliosae* Gay nimis affinis, sed folia vix sunt cordata, nec stellato-pubescentia, pilis vero stellatis sparsim obsita, caeterum glabra. Variat ramis hirsutioribus, stipulis vix ullis, foliis fusco-viridibus. — Crescit locis limoso-subumbrosis ad fluvium Cygnorum in Nova Hollandia.

16. TH. GLABRATA Steudel l. c. — Caule ramoso glabro; ramis novellis stellato-hispidis; foliis obtuse sinuato-5–7-lobis, utrinque glaucescentibus, praeter pilos paucos sparsos stellatos glabris; stipulis obovatis obtusis vel subtrilobis foliiformibus; sepalis glabris, basi tantum hispidulis; filamentis sterilibus petalisque nullis; capsula dense hispidula. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis ad fl. Cygnorum.

17. TH. HYPOLEUCA Steudel l. c. † — Caule ramosissimo; ramis stellato-asperis, demum glabrescentibus; foliis sinuato-3–5-lobis, utrinque pilis stellatis sparsim conspersis, supra caeterum glabris glaucescentibus, subtus dense albo-tomentosis; stipulis polymorphis ovatis subrotundis, cordatis integris vel sublobatis

subsessilibus; floribus in racemis brevibus paucifloris, praesertim versus apicem ramorum dispositis; staminibus sterilibus petalisque nullis; ovario villoso. ♁ — Crescit locis calcareis in tergo montis Baldhead in Novae Hollandiae ditione Plantagenet.

5325. **LASIOPETALUM** *Sm.*

(DC. Prodr. I. 489. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 336.)

1. L. INDUTUM Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 235. † — Caule ramuloso ramisque tomento piloso-intricato, demum secedente indutis; foliis linearibus (1–2-pollicaribus) sublanceolatis obtusiusculis, supra glabratis (novellis pilosis), subtus intricato-piloso-tomentosis, margine subrellexis; cymis oppositifoliis calycibusque pilis ramosis (vix stellatis) intricatis tomentosis, intus basi glabris striatis; capsula pilis stellatis asperula. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae ditione Kent locis fruticosis.

5326. **CORETHROSTYLIS** *Endl.*

(Endl. Nov. stirp. Mus. Vindob. decad. 1. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 337.)

1. C. MEMBRANACEA Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 236. — Foliis cordatis membranaceis subdiaphanis ciliatis, utrinque pilis stellatis conspersis, apice obtusis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope portum Leehenault in ditione Wellington.
2. C. CORIACEA Steudel l. c. — Foliis cordatis subcoriaceis opacis, utrinque pilis stellatis, in adultioribus supra evanidis conspersis, apice acutiusculis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia australi-occidentali.
3. C. BRACTEATA Endl. l. c. † — (Wlprs. l. c.) — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 47. — Foliis cordatis subcoriaceis, supra stellato-pubescentibus scabriusculis, infra pube molli pilisque stellatis fuscis in nervis confertioribus conspersis. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae austro-occidentalis interioribus.

5327/$_2$. **FLEISCHERIA** *Steudel.*

(Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 236.)

Inflorescentia axillaris, floribus solitariis. Bracteae hypocalycinae nullae. Calyx quinquepartitus, laciniis persistentibus tenuissime venosis. Corolla pentapetala, petala ovata, basi unguiculata. Stamina 5 libera, sterilia nulla. Styli 5 filiformes, apice capitati. Capsula depressa quinquelocularis, valvis apice in conum conniventibus, dorso rugoso-tuberculosa, loculis monospermis. Semina basi strophiola subintegra cincta. — Fruticulus Novae Hollandiae 2–3-pedalis: ramis erectis subvirgatis, uti tota planta pube stellata incanis, petiolis 3–4 lin. longis erecto-patentibus vel deflexis; foliis pollicaribus, 3 lin. latis obtusis oblongo-linearibus, integris vel subundulato-crenulatis, supra cinereo-, subtus pallide flavescenti-stellato-pubescentibus; floribus axillaribus pedunculatis (pedunculis 4–5 lineas longis); calycis laciniis ovatis; extus dense stellatim pubescentibus, intus glabriusculis venosis; petalis ovatis glabris calyce 3–4-plo brevioribus.

1. *FL. PUBENS Steudel l. c. 237. — ♁ — Crescit in Nova Hollandia in umbrosis saxosis montis Mathilde ditionis York.

Tribus II. *BUETTNERIEAE* DC.

5329. **COMMERSONIA** *Forst.*

(DC. Prodr. I. 486. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 795.)

1. C. PREISSII Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 237. † — Caule fruticuloso; foliis ovavis breviter petiolatis dentatis subsinuatis, supra hirsutis, subtus pilis simplicibus intermixtisque stellatis tomentosis; cymis axillaribus terminalibusque; stylis 5 distinctis filiformibus; filamentis sterilibus petala aequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in turfoso-arenosis ad marginem paludis inter montes Elphistone et Melville.

2. C. CYGNICUM Steudel l. c. — Foliis inciso-dentatis ovatis, supra sparsim hirsutis, subtus piloso-tomentellis; capsulis ovato-rotundis rigide setoso-echinatis, setis pubescentibus. ♁? ♃? — Crescit in Nova Hollandia ad caput fl. Cygnorum.
3. C. CINEREA Steudel l. c. 238. † — Fruticosa: ramis glabratis; foliis ovatis serrulatis, supra viridi-, subtus cinereo-tomentellis; capsulis rigide setoso-echinulatis, setis apice stellato-pilosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad promontorium Cape Riche.

5330. **ABROMA** *Jcq.*

(DC. Prodr. I. 485. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 337.)

1. A. NITIDA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 73. † — Ramulis, petiolis foliorumque nervis pubescentibus; foliolis senis, basi cuneatis obovatis, utrinque glaberrimis nitidis; floribus in caudice axillisque foliorum solitariis; pedunculis calycibusque hirtis; petalis linearibus longissimis pendulis. ♁ — Crescit in Peruvia orientali ad fluvium Tacache.

5330/$_1$. **HERRANIA** *Goudot.*

(Goudot, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 230. t. 5.)

Calyx tripartitus coloratus deciduus, laciniis aequalibus concavis, aestivatione valvatis. Corolla pentapetala hypogyna cucullato-concava, apice inflexo in ligulam linearem ante anthesin convolutam producto. Androphorum quinquefidum carnosum glabrum, laciniis sterilibus cum petalis alternantibus, superne in appendicem erectam vel reflexam dilatatis, laciniis fertilibus longitudinaliter adnatis, petalis oppositis brevioribus, singulis triandris, antheris ovatis didymis. Ovarium pentagnoum 5-loculare sessile, disco hypogyno destitutum. Ovula anatropa in singulo loculo anguloque centrali uniseriata horizontalia. Stylus cylindraceus simplex, stigmata 5 teretiuscula obtusa. Fructus ovato-oblongus costatus, basi apiceque subacuminatus coriaceo-lignosus indehiscens. Semina in pulpa nidulantia ovata angulata, testa pergamentacea venosa. Embryo cotyledonibus crassis hinc convexis, inde planis, radicula brevissima. — Arbores Americae tropicae excelsae: foliis digitatis, foliolis 5-7-nis lanceolatis obovalibusve glabris vel infra tomentosis; floribus speciosis fasciculatis e trunco superiore ortis.

1. H. ALBIFLORA Goudot l. c. 230. † et 233. t. 5. — Petalis albis; foliolis calycinis pube brevissima adspersis; coronae stamineae laciniis ovatis reflexis. ♁ — *Cacao montaras o Symarron* Hispanorum. — Crescit in sylvis humidis prope Muzo.
2. H. PULCHERRIMA Goudot l. c. 232. † et 233. — Petalis coccineis nigro-lineolatis; foliolis calycinis tomentosis; coronae stamineae laciniis ovato-lanceolatis acutis vel emarginatis cum mucrone brevi apice patulis. ♁ — *Cacao quadrado* Hispanorum. — Crescit in sylvis inter Rio Arrari et Guayabero, etiam in Andibus orientalibus prope Savane grande et Payme in Peruvia.
3. H. (ABROMA Mart. Dnkschrft. der Rgnsbrgr. bot. Ges. III. 297. † t. 8. 9. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 338. no. 3.) MARIAE Goudot l. c. 233. — Petalis citrinis purpureo-lineolatis; coronae stamineae laciniis ovatis acutiusculis, apice patulis. ♁ — Crescit in Brasilia (Rio Negro).

5331. **BUETTNERIA** *Loeffl.*

(DC. Prodr. I. 486. excl. spec. Australas. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 339. II. 796.)

1. B. ANGULATA Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 204. — Frutex scandens inermis: ramis 5-angularibus glabris, junioribus minutissime rubenti-puberulis; foliis petiolatis longis patentibus obsolete angulatis, utrinque incrassatis, lamina subrotundo-cordata acuta, apice retusa mucronulata integerrima, juniorum rubentia minutissime puberula, adultorum subcoriacea glaberrima, supra nitida; pedunculis subternis petiolo brevioribus erecto-patentibus cymoso-paniculatis; floribus parvis. — Petalorum unguis et ligula sanguinei, cucullus flavescens, sepala rubentia. ♁◡ — Colitur in horto Bogoriensi.

2. B. FULVA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III 73. † — Inermis, scandens: ramis teretibus, superne quinquesulcis; foliis longe petiolatis integerrimis quinquenerviis, supra glaberrimis, subtus adpresse stellatis fulvis obovatis acutis, floralibus ellipticis obtusis; paniculis axillaribus simplicibus foliosis; pedunculis subdenis umbelliferis paucifloris calycibusque ferrugineo-tomentosis. ♄☋ — Crescit in Brasilia boreali in praeruptis ad lacum Egensem.

3. B. GLABRESCENS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 71. † — Caule aculeato foliisque novellis puberulis mox glabratis; foliis longiuscule petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis serratis, basi rotundatis vel rarius subcordatis hirtellis glabratisve; pedunculis axillaribus fasciculatis multifloris; calycis laciniis anguste lanceolatis; petalorum appendicibus filiformibus. ♄ — Folia pleraque 2–3-pollicaria. Pedunculi 6–12 lin. longi 6–10-flori. Alabastra longe acuminata. Calycis laciniae $1^1/_2$ lin. vel paullo longiores. Petala basi angustata, auriculis acutis, appendice longa filiformi, apice non incrassata. Fructus aculei longiusculi. Species *B. cordatae* affinis, sed glabritie et forma foliorum satis distincta videtur. ♄ — Crescit in Guayaquil.

† *Icon addenda.*

B. HERBACEA Rxb. — Wght. Icon. pl. t. 488.

$5331/_1$? **PENTACEROS** *F. W. Meyer.*

(F. W. Meyer, Primit. fl. Essequib. 136. — Endl. Gener. plant. no. 6870. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. p. 344.)

1. P. ACULEATUS F. W. Meyer l. c. — Scandens aculeatus: foliis alternis ovato-oblongis subserratis, glandula mellifera in costa notatis; floribus minutis in umbellis axillaribus glomeratis. ♄☋ — Crescit in Guiana.

5334. **GUAZUMA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 486. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 340.)

1 G. ROSEA Poepp. et Endl Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 72. † t. 283. — Foliis subcordato-ovatis, rarius inaequilateris, obtuse duplicato-dentatis, subtus tomentoso-pubescentibus; paniculis ramosis, petiolum multoties superantibus ramulisque pulvereo-tomentosis; capsulis hirsutis. ♄ — Crescit in sylvis provinciae Maynas ad Yurimaguos.

2. G. UTILIS Poepp. et Endl. l. c. † — Foliis oblongis, basi acutiuscula inaequalibus acuminatis serrulatis trinerviis, utrinque sparse stellato-puberulis; cymis petiolo aequalibus calycibusque ferrugineo-tomentosis; capsulis.....? ♄ — Crescit in sylvis ad ripam fluminis Huallaga prope Yurimaguas.

Tribus III. *HERMANNIEAE* DC.

5338. **RIDLEIA** *Venten.*

(DC. Prodr. I. 490. excl. spec. nonnull. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 343. II. 797.)

1. R. LITTORALIS Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 73. † — Suffrutricosa procumbens incana, molliter adpresse sericea: foliis ovalibus acutis, argute serratis, subtus argenteo-nitidis; pedunculis axillaribus, petiolum parvum excedentibus, tri-quadrifloris; carpellis hirto-pubescentibus. ♃ — Crescit in littore arenoso lacus Egensis in Brasilia boreali.

5341. **MAHERNIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 496. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 347.)

1. M. GRANDISTIPULA Buchinger, Flora (B Z.) XXVII. I. 295. — Caulis diffusus ramosus, pilis stellatis tectus ut fere tota planta; folia elliptico-lanceolata grosse serrata sessilia, inferiora obtusa, superiora acuta et subintegerrima; stipulae 2–3-fidae, laciniis lineari-lanceolatis; bractea 5-fido-palmata 1–2-flora pedicellum aequans; calyx inflatus globosus dense stellato-tomentosus breviter 5-fidus. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei.

Tribus IV. *DOMBEYACEAE* Kth.

$5342/_1$. **ASTIRIA** *Lindl.*

(Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVII. t. 49.)

Involucellum 3-phyllum deciduum. Petala 5 contorta. Stamina 20 inaequalia, in urceolum connata, sterilibus intermixtis nullis. Ovarium 5-loculare, stylis totidem liberis spathulatis. Ovula in quovis loculo bina, ascendentia. — Arbor tomentosa Borbonica, *Dombeyae* vel *Ruiziae* habitu.

1. A. ROSEA Lindl. l. c. — Arbor stellato-tomentosa. Folia longe petiolata subrotunda, cordata obsolete serrulata. Pedunculi axillares, apice cymosi, petiolo breviores, 10–12-flori. Involucelli foliola subrotunda, calyce paullo broviora, denique reflexa et decidua. Calyx 5-fidus valvatus. Petala rosea valde obliqua, calyce paullo longiora. Antherae lineares erectae extrorsae. — Crescit in insula Mauritius.

$5344/_1$? **VIALIA** *Visiani.*

(Visiani, Linnaea XV. Literaturb. 103. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 341. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 80. hanc ad *Broteram* Cav. pertinere suspicatur.)

Involucrum laterale tripartitum, calyce majus. Calyx quinquepartitus, lobis conniventibus. Petala 5 rhomboidea convoluta. Stamina 10 inferne coalita, nonnulla libera, alterna sterilia ligulata emarginata, petalis opposita, antherae cordato-oblongae biloculares. Stylus apice quinquefidus. Capsula quinquelocularis quinquevalvis, loculis 4-5-spermis. Semina angulato-subrotunda rugosa. — Suffrutex albo-lanatus: foliis ovatis serratis; stipulis setaceis; floribus axillaribus terminalibusque flavescentibus.

1. V. (HERMANNIA Hortor.) MACROPHYLLA Visiani l. c. — ♃ Crescit.....?

? **HILSENBERGIA** *Bojer (nec Tausch).*

(Bojer, Ann. des sc. natur. [2. Sér.] XVIII. 189. — Endl. Gener plant. Suppl. III. 93.)

Calyx campanulatus quinquepartitus persistens, extrorsum pilis stellatis dense obsitus, intus glaber, involucello triphyllo tarde deciduo unilateraliter cinctus, foliolis lineari-lanceolatis acutis, utrinque hispidis, calycem longitudine aequantibus, medio majori. Petala 5 convoluta sensim obcuneata, calyce paullo longiora reticulata persistentia. Tubus staminеus petala quadruplo superans, basi incrassata persistens. Stamina fertilia 12-14 ad apicem tubi disposita, appendicibus 5 lamelliformibus intermixtis. Antherae filamentis brevibus biloculares, rimis membranaceis lateraliter dehiscentes. Stylus filiformis basi pilosus longitudine tubi, stigmata 5 exserta, lobis patentibus, intus planis puberulis. Ovarium globosum stellato-setosum quinqueloculare, ovulis 4 in quovis loculo. Capsula obtuse pentagona dehiscens, carpellis 5 arcte coalitis tetraspermis vel abortu monospermis. Semina conica in fundo loculi affixa. Embryo et cotyledones ut in *Dombeya*. — Arbor Madagascariensis sylvicola: ramis alternis patentibus glabris; foliis late cordatis acuminatis serratis, subtus pubescentibus, basi 7-9-nerviis; pedunculis axillaribus bi- trifidis petiolo longioribus. Flores penduli in corymbum globosum dense aggregati, bracteis lanceolatis glabris intermixtis.

1. H. (DOMBEYA Hilsenbrg. et Boj. in Hook. Bot. Magaz. t. 3619. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 349. no. 3.) CANNABINA Bojer l. c. † — ♂ — Crescit in sylvis vastis montium Angovensium in interiore insula Madagascar.

5347. **XEROPETALUM** *Delile.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 349.)

1. X. QUINQUESETUM Delile in Caillaud, Voy. à Moeroë 84. — Arbor aut frutex foliis ignotis; floribus paniculato-racemosis in umbellas 2–4 radiatas digestis. ♂ vel ♁ — Calyx quinquefidus subrotatus, basi campanulatus. Petala 5 cuneata oblonga, apice oblique truncata emarginata persistentia nervosa. Staminum fila-

menta 20, basi coalita, horum quinque longiora castrata filiformia, apice incurva, e margine longiori petali cujusque orta. Antherae 12–15 lineari–angustae filamentis breviusculis insertae terminales, filamenta ista bina ternave sterilibus interposita. Germen globosum tomentosum superum triloculare, loculis biovulatis. Stigmata 2–3 filiformia pubescentia, apice spiraliter reflexa, basi in stylum brevem coeuntia. Capsula (immatura) valvulis tribus medio septiferis dehiscens, ovula plurima abortiva, duobus tantum intumescentibus foecundatis, inde capsula disperma interdum bilocularis, loculo tertio obliterato more stigmatis tertii saepe deficientis. Flores diametro pollicari pedicellati umbellati racemosi, dispositi in paniculas 2–3–pollicares, ramis primariis paucis alternis glabris, secundariis umbellatis 2–3–fidis in pedicellos 2–4 umbellatos desinentibus. — Crescit in Aegypto.

2. X. ROTUNDIFOLIUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 295. — Rami teretes cortice sanguineo fusco instructi; folia orbicularia cordata repando–crenata vel subintegerrima, breviter petiolata 5–7–nervia, subtus eximie reticulato–venosa et pubescentia stellata tomentosula, supra punctis stellatis minutissimis scabriuscula; florum umbellae vel cymae in pedunculis pollicaribus solitariis vel binis stellato–tomentosis ad ramos alternatim dispositae; bracteolae deciduae; pedicelli 3–5 lin. longi; flores mediocres; calycis segmenta anguste lanceolata stellato–tomentosa; petala valde inaequilatera scariosa, praeclare venosa persistentia; stamina quinque longiora sterilia et quindecim breviora fertilia (antheris lineari–oblongis bilocellatis praedita); ovarium pilis stellatis hispidum, stylus longiusculus apice trifidus, ramis incurvis superne stigmatosis. ♁ — In collibus doleriticis prope Moritzburg in Promontorio bonae spei.

5351. **TROCHETIA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 499. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 350.*)

1. TR. GRANDIFLORA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 21. — Foliis ovalibus acutis subdentatis; pedunculis 3–4–floris; petalis calyce longioribus. ♁ — Crescit in insula Mauritius.

5352. **PTEROSPERMUM** *Schreb.*

(DC. Prodr. I. 500. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 350.)

1. PT. SUBERIFOLIUM Lam. Illustr. gener. t. 576. fig. 1. (nec DC. Prodr.) — Wbgt. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 68. — Foliis cuneato–oblongis breviter acuminatis grosse dentatis vel apicem versus sublobatis, basi obliquis quadrinerviis, subtus pubescentia brevi dense vestitis, venis vix infra prominentibus; pedunculis subtrifloris petiolo parum longioribus; foliis involucri circiter 3 linearibus integris a flore parum distantibus caducissimis; petalis lineari–oblongis patentibus; filamentis sterilibus filiformibus; ovulis 4 in ovarii loculo quovis; capsula obovoidea acutiuscula, pubescentia densa furfuracea obsita; seminibus in loculis plerumque binis. ♁ — Wght. in Hook. Bot. Misc. III. Suppl. t. 26. — (Wlprs l. c. no. 2.) — Rchb. Flor. exotic. t. 166. — *Pt. canescens* Rxb. Hort. Benghal. 50. — *Pentapetes suberifolia* Linn. — Cav. Dissert. III. t. 43. fig. 2. — Amm. Act. Petropolit. VIII. t. 14. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

2. PT. HEYNEANUM Wall. Catal. 1169. — Wght. et Arn. l. c. 69. — Wght. Icon. pl. flor. Ind. orient. II. t. 489. — Foliis cuneato–oblongis acuminatis, basi subcordatis 4–5–nerviis, interdum paullo obliquis, apicem versus grosse dentatis vel lobatis, infra tomento aspero vestitis, venis prominulis, petiolis brevibus parum intra marginem insertis; pedunculis axillaribus brevissimis; involucri foliolis sepalisque imbricatis, circa basin glomeruli floriferi palmatifidis laciniatisque deciduis; petalis obovatis patentibus; filamentis sterilibus linearibus; capsula oblonga acuta, extus furfuraceo–pubescente, loculis octospermis. ♁ — *Pt. suberifolium* Willd. Spec. pl. III. 728. — Sims, Bot. Magaz. t. 1526. — DC. l. c. 500. — *Velago xylocarpa* Grtnr. De fructib. I. t. 133. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

† *Icon addenda.*

PT. ACERIFOLIUM Willd. — Wght. Icon. plant. II. t. 631.

5353. **KYDIA** *Rxb.*

(DC. Prodr. I. 500. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 351.*)

1. K. ANGUSTIFOLIA Arn. Nov. act. XVIII. 322. — Foliis anguste oblongo-lanceolatis acuminatis, basi trinerviis; involucello tetraphyllo, primo calycem superante. ♁ — Crescit in Zeylania.

Genera dubia.

5356. **VISENIA** *Houttuyn.*

(Houttuyn, Syst. veget. VI. 287. t. 43. fig. 3. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 351.)

1. V. UMBELLATA Houttuyn l. c. — Blume, Bijdragen 88. — Wght. Icon. plant. Ind. orient. II. t. 509. — Foliis cordatis acuminatis obtuse serratis albido-canescentibus; corymbis axillaribus pedunculatis; floribus subumbellatis. ♁ — *Glossospermum velutinum* Wall. Cat. 1153. — Crescit in insula Java et in India orientali.
2. V. ALBA Endl. mss. ex Wlprs. l. c. — Arborea: foliis canescenti-tomentosis. ♁ — [Calyx simplex quinquefidus; corolla pentapetala; stamina 5 monadelpha; styli 5, discus glandulosus quinquelobus; capsulae 5 connatae bivalves, margine interiore debiscentes. Semina solitaria alata. — Planta nonnisi verbis redditis nota.] — *Aleurodendron album* Reinwardt, Syllog. plant. Ratisbon. II. p. 12. — Crescit in insula Java.

5357. **EXITELIA** *Blume.*

(Blume, Flor. Jav. praefat. VII. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 351.)

1. E. (MARANTHUS Korthals, Verhandlingen over de natuurl. Geschiedenis. 259. † t. 70.) MULTIFLORA Wlprs. mss. — Arbor: foliis alternis ovali-oblongis acuminatis, basi attenuata biglandulosis, glandulis cupuliformibus, saepe undulatis, supra glabris, subtus glabriusculis, in nervis venisque adpresse puberulis, coriaceis; stipulis nullis; paniculis axillaribus terminalibusque tomentosis; pedunculis 2-3-fidis, pedicellis compressis; bracteis ovatis acutiusculis dorso carinatis, extus tomentosis. ♁ — Crescit in insula Borneo prope Martapoera.

Ordo XXIX. TILIACEAE *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p. 1004. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 352. II. 798 — TILIACEAE Juss. et ELAEOCARPEAE Juss. — DC. Prodr. I. 503. 519. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 26. II. 28.)

Subordo I. *TILIACEAE VERAE* Endl.

Tribus I. *SLOANEAE* Endl.

5362. **DASYNEMA** *Schott.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 352. II. 798.)

1. D. (ADENOBASIUM Prsl. Symbol. bot. I. 40. t. 27.) SALICIFOLIUM Endl. in Wlprs. l. c. — Arbuscula orgyalis vel major: rami alterni, oppositi et subverticillati teretes, ligno duro tenaci, cortice longitudinaliter interrupte tenuiter rimuloso et lenticellis instructo sat magnis. Stipulae 3 lin. longae brevioresque, caulinae setaceae teretes adpressae durae, cito deciduae. Petioli 2-3 lin. longi teretiusculi, supra leviter canaliculati. Folia bipollicaria, 8-12 lin. lata, petiolata alterna subopposita et opposita, oblongo-lanceolata acuminata integerrima glaberrima

coriacea penninervia, venis secundariis reticulatis, margine extimo undulata, basi anguste et aequaliter cordata. Pedunculi 1–2 lin. longi axillares solitarii teretes glabri, flores bini octonive racemoso-fasciculati. Pedicelli 1–2 lin. longi patentes teretes glabri, basi bractea setacea minuta solitaria duabusve oppositis suffulti. Calyx 3 lin. in diametro aequans patens, extus viridis glaber. Ovarium albo-velutinum. ♀ — *Pittosporum Japonicum* Hortor. — In America meridionali.

2. **D. PUBESCENS** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 74. † t. 284. — Foliis ovatis ellipticisve, longe acuminatis, basi acutis obtusisve, sinuato-dentatis, subtus cum cymis axillaribus divaricatis calycibusque hirto-pubescentibus; capsulis ovatis, rigide setosis. ♁ — Crescit in Brasilia boreali circa Egam.

5363. **SLOANEA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 575. excl. sect. 3. et 5.)

1. **SL. JAMAICENSIS** Hook. Icon. plant. I. 693. 694. 695. 696. — Foliis (amplis) ovatis acuminatis, apicem versus obscure sinuato-dentatis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris pendulis; sepalis 4 petalisque 4 minoribus incisis, extus subpubescentibus, intus velutinis; capsula maxima ex apice profunde 4-valvi lignosa, 4-loculari, extus setis rigidis longis echinata. ♁ — Arbor excelsa. Ramuli rugosi fusci glabri. Folia alterna petiolata 6–8 uncias longa ovata, rigide submembranacea acuminata integerrima vel apicem versus sinuato-dentata penninervia, reticulatim venosa, nervis venisque subtus prominentibus, utrinque glaberrima. Petioli 1–1½ unciam longi teretes, stipulae parvae ovato-acuminatae valde caducae. Pedunculi biunciales axillares solitarii uniflori penduli, medio bibracteolati, bracteis deciduis. Flos majusculus, unciam latus. Calyx profunde 4-partitus seu 4-sepalus. Sepala late ovata subanguste acuminata coriacea, extus puberula, intus cinereo-velutina. Petala 4, cum sepalis alternantia, iis minora, ovata subacuminata, parce incisa, sub discum hypogynum inserta, textura et pubescentia calycis. — Crescit in Jamaica insula.

Tribus II. *GREWIEAE* Endl.

5364. **APEIBA** *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 544. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 352. II. 798.)

1. **A. HYPOLEUCA** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 755. — Foliis ovato-oblongis (4–8-pollicaribus) integris vel vix conspicue obtuseque denticulatis, supra opacis glabris, subtus adpresse albo-velutinis, venis rubicundis, axillis basi fasciculo pilorum globoso munitis; racemis paniculatis oppositifoliis; calyce extus ferrugineo-sericeo; antherarum interiorum appendice receptaculoque setosis. ♁ — Simillima quoad descriptionem *Aubletiae discolori* Spr. N. Entd. II. p. 166. sed certe distincta. — Crescit in Surinam.

5365. **LUEHEA** *Willd.*

(DC. Prodr. I. 517. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 352. II. 798. — *Allegria* Moç. et Sess. ex DC. l. c. 517.)

1. **L. PLATYPETALA** A. Rich. Flor. Cubens. 212. t. 23. — Foliis elliptico-acuminatis, basi rotundatis, vix emarginato-cordatis, margine serratis, superne glabriusculis asperis, subtus flavido-tomentosis, petiolis brevissimis; stipulis latis acutis subcordiformibus, subtus flavido-tomentosis deciduis; floribus albis maximis cymosis; petalis latis obtusis ovalibus, squamis hypogynis profunde multifidis, laciniis filiformibus villosis; fructu oblongo pentagono tomentoso. ♁ — Ramuli teretes fulvo-tomentosi. Folia basi trinervia, nervis lateralibus parallele transversis reticulata 6–8-pollicaria, 3–4 poll. lata. Petiolus teres rufo-tomentosus 4–6 lin. longus. Pedunculi teretes ramosi fulvo-tomentosi bracteati, flores in racemum terminalem digesti. Calyculi 9-phylli foliola lanceolata acutissima, calyce breviora, utrinque tomentosa. Petala extus basi tomentosa. Fructus subolivaeformis coriaceus 1½–2-uncialis utrinque obtusus obsolete obtuseque penta-

gonus fulvido-tomentosus quinquelocularis, ad medium usque quinquevalvis, valvis coriaceis medio septiferis. Semina crebra ovoideo-compressa glabra, apice in alam membranaceam obtusam desinentia. — Crescit in montibus insulae Cubae occidentalibus circa Guanabo.

5366. **MOLLIA** *Mart. et Zucc.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 353.)

1. M. SPECIOSA Mart. et Zucc. Nov. gen. et spec. pl. Brasil. I. 97. † t. 60. — Foliis ovatis, apice repando-dentatis glabris, subtus lepidoto-testaceis; floribus axillaribus subcorymbosis. ♄ — Arbor facie *Tiliae minoris* cortice cinereo laevigato. Ramuli ultimi teretes glabri, novelli aeque ac foliorum pagina inferior, petioli, pedunculi, calycis sepala et ovarium squamulis minutissimis peltatis radiatim fimbriatis colore subtestaceo lepidoto-vestiti. Folia alterna breviter petiolata ovato-oblonga breviter et obtuse acuminata, basi rotundata, ad medium usque integerrima, supra glabra et laete viridia, juniora lepidoto-punctata, subtus lepidoto-pubescentia indeque discoloria, 4-6-pollicaria, 2-3 poll. lata, petioli semipollicares teretiusculi. Stipulae parvae deciduae. Pedunculi versus apicem ramulorum axillares simplices uniflori vel subcorymbosi pollicares teretes sulcati. Petala alba calyce parum breviora; calycis sepala lineari-lanceolata acutiuscula integerrima coriacea, sub anthesi patentia, extus lepidota virescenti-alba, intus alba, pilis stellatis pubescentia decidua pollicaria vel longiora, 3 lin. lata. — Crescit in Brasilia prope Barra do Rio Negro.

5368. **ENTELEA** *R. Br.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 353.)

1. E. (APEIBA A. Rich. Fl. Nov. Zeel. 301. † t. 34. ex Voy. de l'Astrolabe.) AUSTRALIS R. Br. in Hook. Bot. Magaz. t. 2480. — Wlprs. l. c.* — Foliis longe petiolatis cordatis palmato-3-5-lobis, lobis acutis eroso-dentatis stellato-pubescentibus; pedunculis oppositifoliis multifloris; fructibus longe echinatis 8-locularibus. ♄ — Rami teretes pubescentes. Folia alterna palmaria subcordata, lobo medio lateralibus multo longiore, omnes praesertim subtus pilis densis stellatis pubescentes, petiolus pubescens teres, longitudine folii. Stipulae lanceolato-lineares acutae membranaceae caducae. Racemi breves pauciflori pedunculati foliis breviores oppositifolii; flores.....?; fructus pedunculati globosi capsulares e carpidiis octo polyspermis conflati. Semina ovoidea in loculis biseriata. — Crescit in Nova Zeelandia.
2. E. PALMATA Lindl. Bot. Regist. (New ser.) XI. Pl. misc. p. 66. no. 126. — Foliis palmatis cordatis cum caule tomentosis, laciniis oblongo-rhombeis crenatis obtusis subtrilobis; umbellis pedunculatis folio brevioribus; petalis lineari-oblongis obtusis ♄ — Crescit.....?

5371. **CORCHORUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 504. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 354. II. 798.)

1. C. TRIFLORUS Bojer, Hort. Maur. 43. ex Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 100. † — Annuus: caule erecto herbaceo hispido; foliis oblongis, longe lanceolatis acutis, basi obtusis crenato-dentatis, nervis utrinque pilosis, dentibus infimis latioribus reflexis setaceis; floribus 3 fasciculatis oppositifoliis; pedunculo proprio brevissimo, post anthesin elongato; staminibus circiter 30; ovario elongato angulato viridi; stylo filiformi luteo, stigmate fibrilloso; siliquis linearibus acutis pilosis scabris 4-6-valvibus, angulis subalatis denticulatis; seminibus 2-seriatis nigris. ☉ — Crescit in insula Zanzibar.
2. C. PROCUMBENS Bojer l. l. c. c. † — Perennis: caule elongato procumbente vel sarmentoso pilosiusculo; foliis oblongo-lanceolatis acutis vel rotundatis, basi subobliquis, inaequaliter crenato-dentatis, dentibus infimis linearibus, setis petiolo piloso aequilongis, interdum rotundatis muticis, basi obtusis trinerviis, marginibus, nervis venisque utrinque pilosis; capsulis petiolo duplo longioribus in cornua 3-4-fida desinentibus trialatis, valvis 4 dehiscentibus; seminibus 2-serialibus angulatis fuscis. ♃ — Crescit in insula Zanzibar.

5371/1. **CORCHOROPSIS** *Siebold et Zucc.*

(Sieb. et Zucc. Abhandlngn. der Münchener Acad. II. Classe III. 737. t. 4. fig. 1. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 93.)

Calyx pentaphyllus, foliolis lanceolatis aestivatione valvatis. Corollae petala 5 hypogyna obovato-orbiculata subinaequilatera, aestivatione valvato-convoluta. Stamina fertilia 10 vel rarius 15, toro affixa, filamentis liberis vel ima basi coalitis compressiusculis, alterna exteriora paullo breviora, antherae lineari-oblongae adnatae biloculares, longitudinaliter dehiscentes, stamina sterilia 5 germen cingentia, calycis foliolis opposita, e basi lineari sursum latiora cymbiformi concava, dorso convexo papillis seriatis echinulata. Discus nullus. Germen sessile cylindricum triloculare. Ovula plurima in loculorum angulo centrali alternatim biseriata ascendentia anatropa. Stylus subclavatus, stigma truncato-tridentatum. Capsula elongata cylindrica siliquaeformis trilocularis, a basi loculicide trivalvis, valvis medio oblique pro singulis seminibus oblique flexuoso-septulatis columnam centralem filiformem flexuosam nudantibus. Semina erecta compressa, integumento reticulato-venoso. — Fruticulus Japonicus ramosissimus: ramis ascendentibus, junioribus pilis stellatis cinerascentibus; foliis alternis petiolatis ovatis vel ovato-oblongis, basi rotundatis subinaequilateris acutiusculis grosse crenato-dentatis, utrinque pilis stellatis canescentibus; stipulis subulatis fugacibus; pedunculis axillaribus solitariis unifloris, supra medium verticillatim tribracteolatis; floribus aureis.

1. *C. CRENATA Sieb. et Zucc. l. c. 738. t. 4. fig. 1. — ♄ — In Japonia australi.

5372. **TRIUMFETTA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 506. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 355. II. 799.)

1. TR. SURINAMENSIS Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 755. — Fruticosa: ramis, petiolis foliisque subtus pilis ferrugineis dense pubescentibus; foliis inferioribus late ovatis, superioribus ovato-oblongis acuminatis inaequaliter acute serrato-dentatis, serraturis infimis (2–4) glandulosis; pedunculis infraaxillaribus vel oppositifoliis subgeminis uni- vel multifloris; fructibus sphaericis 2-4-locularibus longe setosis, setis rigidis pilosis. ♄ — Crescit in Surinam.

2. TR. HISPIDA A. Rich. Flor. Cubens. 204. — Caule ramoso; ramis hispidis; foliis late ovalibus acutis, saepius integris, rarius subtrilobis, margine inaequaliter serratis glandulosis, superne pilosis, subtus pallidioribus subhispidis 5–7-nerviis, supremis elliptico-lanceolatis; stipulis lanceolatis acutissimis, externe pilosis; pedunculis oppositifoliis solitariis aut binis, apice saepius trifurcatis; sepalis sub apice apiculatis simplicibus hispido-tomentosis albidis; fructibus tomentosis. ♄ — Affinis *Tr. ovatae* DC. l. c. 507. et *Tr. hirta* Vahl, Symb. bot. III. 63., differt tamen foliis magnis plerumque integris piloso-hispidis, nec tomentosis, basi 5–7-nerviis, calycibus tomentosis hispidis albis fructibusque tomentosis. — In insula Cuba crescit.

3. TR. GROSSULARIAEFOLIA A. Rich. l. c. 205. † t. 21. — Caule ramoso; ramulis hispidis; foliis parvulis ovalibus subtrilobisve serratis, praesertim subtus piloso-hispidulis glandulosis; stipulis linearibus piloso-ciliatis; pedunculis axillaribus solitariis, saepius apice quadrifidis quadrifloris; sepalis linearibus, sub apice cucullato apiculatis, externe piloso-hispidulis; fructibus ovoideis glabris echinatis. ♄ — Ramuli herbacei teretes fulvi, folia pollicaria vel vix sesquipollicaria, lobis lateralibus obsoletis, petiolus pilosissimus foliorum longitudine; pedunculi axillares saepius solitarii, apice sertulato-3–4-partiti, pedicelli piloso-hispidi. Sepala linearia, intus glabra subtrinervia, extus stellato-pilosa, hispidula. Petala 5 subspathulato-linearia tomentoso-ciliata. Fructus ovoideus glaber setis rigidis, apice uncinatis pilisque retrorsum scabris echinatus, 2–3-locularis, loculis abortu saepe monospermis. — Crescit in insula Cuba.

4. TR. GUAZUMAEFOLIA Bojer, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 101. † — Suffruticosa: ramis elongatis purpurascentibus, infra glabris; foliis oblongis acuminatis, basi obtusis emarginatis, utrinque stellato-pilosis, serratis 3-5-nerviis eglandulosis; calycibus elongatis apiculatis, extus stellato-pilosis; staminibus 10; ovario stipitato, basi hispido annulato; fructibus echinatis basi setis rubris uncinatis stipatis. ♃ — Crescit in Madagascariae provincia Emirnensi.
5. TR. CHRYSOTRICHA Bojer l. c. † — Suffruticosa, tota pilis longis aureis fasciculatis obducta: foliis rotundatis, breviter acuminatis, subcordatis distincte 5-nerviis, inaequaliter dentatis; floribus luteis; pedunculis fasciculatis oppositifoliis trifloris bracteolatis vel ramulis axillaribus, apice floriferis; calycibus elongatis apiculatis; sepalis linearibus corollam superantibus, apice glanduloso-furcatis; stylo staminibus longiore; fructibus parvis globosis echinatis pilosis. ♃ — Crescit in Madagascaria in ripa fluminis Ranoumadiou.
6. TR. TOMENTOSA Bojer l. c. 103. † — Fruticosa: caule inferne glabro; foliis late oblongis ovatisve acuminatis, basi retusis 5-nerviis, inaequaliter serrulatis, rarius obtuse trilobis, superioribus minoribus oblongo-lanceolatis, omnibus utrinque tomento brevi mollissimo, pilis fasciculatis intermixtis vestitis; floribus parvis glomeratis oppositifoliis croceis; pedunculis pedicellisque abbreviatis; calycibus apiculatis, extus pilis stellatis hispidis; staminibus 10 liberis; fructibus parvis globosis echinatis, setis nigris mucroneque albo erecto terminatis. ♄ — Crescit in planitiebus aridis insulae Mombose ad oram Africae aequinoctialis orientalem.
7. TR. RADICANS Bojer l. c. † — Perennis heterophylla: ramis elongatis carnosis prostratis radicantibus; foliis variis, longe petiolatis carnosis ovalibus oblongis vel rotundatis integris vel obtuse trilobis crenatis, supra verrucosis viridibus, subtus glauco-purpurascentibus, utrinque stellato-pubescentibus, 5-nerviis; stipulis rubris persistentibus; floribus oppositifoliis 2-4-andris; pedunculis petiolo brevioribus 3-floris bracteolatis; fructibus globosis nigris indehiscentibus verrucoso-echinatis, setis brevibus rigidis pilosis conspersis. ♃ — *Tr. procumbens* Hort. Maurit. — Crescit in insulis archipelagi Sechellensis.
8. TR. RIPARIA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 295. — Fruticosa: ramis teretibus fusco-rubellis, tomento levi subviridi-incanis. Folia leviter triloba vel integra subovata vel lanceolata subdupliciter crenato-serrata trinervia et venosa, utrinque pilis brevibus simplicibus stellatisque magis minusve conspersa; flores superiores masculi subsolitarii calyce ventricoso instructi, flores foeminei inferiores subterni; fructus globosi stellato-tomentosi, setis parce glandulosis hamatis horridi. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei.

5374. **BROWNLOWIA** *Rxb.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 360.)

1. BR. (HUMEA Rxb Flor. Indic. II. 640.) ELATA Rxb. Pl. of the coast of Coromand. II. 61. t. 265. — Wall. in Lindl. Bot. Regist. t. 1472. — Rchb. Flor. exotic. t. 346. — Wlprs. l. c. — Arbor excelsa, trunco saepe 15 pedes circuitu metiente, rami numerosi coronam umbrosam efficientes, cortice cinereo glabro tecti, juniores piloso-puberuli. Folia alterna petiolata 3-7-nervia cordata, basin usque lobata, lacinia una reliquis majori, subtus pilosa, supra glabra 4-12-pollicaria, 3-8 poll. lata. Petioli basi apiceque subincrassati, teretes pilosuli, folio triplo quadruplove breviores. Panicula terminalis magna ovata ramosissima, ramis pilosulis. Flores numerosi pedicellati subfasciculati pallide lutei non odorati magni speciosi. — *Pterospermum paniculatum* Rxb. mss. — Crescit in India orientali.

5376. **GREWIA** *Juss.*

(DC. Prodr. I. 508. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 360. II. 799.)

1. GR. (*Damine* Endl. Gener. l. c. [VINCENTIA Bojer in Hook. Bot. Miscell. I. 293. t. 62.]) TRIFLORA Wlprs. mss. — Arbor procera non raro 30-pedalis et ultra, facie *Ulmi campestris*. Truncus brevis cortice crasso donatus valde ramosus. Rami alterni elongati patentes vel penduli, versus apicem flexuosi et virides gla-

bri. Stipulae subulatae deciduae. Folia alterna petiolata ovali-oblonga, juniora longe acuminata grosse serrata, basi obtusa, adultiora magis cordata undulata 4-pollicaria, 2 uncias lata glaberrima nitida, basi trinervia venisque minutis transversalibus instructa, supra viridia, subtus pallidiora venaeque magis prominentes. Petioli breviusculi graciles. Pedunculi axillares solitarii vel bini apice triflori. Flores pedicellati terni, ante florescentiam bractea late ovata membranacea nitida inclusi. Alabastrum oblongum fere cylindricum glabrum. Sepala 5, linearia, extus fasciculato-pilosa, intus flava glabra. Petala oblongo flava apice bifida, ad basin squama concava margine pilosa aucta. Stamina petalis longiora. Capsula globosa magnitudine fere *Cerasi* minoris setoso-verrucosa, intus succo gelatinoso elastico farcta non pulposa tetrapyrena. ♃ — Crescit in insula Mauritius.

2. GR. *(Mallococca)* MANILLENSIS Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 310. — Foliis oblique ovato-lanceolatis acuminatis remote serratis, supra pilis stellatis scabridis, subtus argenteo-pubescentibus; stipulis semicordato-sagittatis; floribus racemoso-subpaniculatis; calycibus enerviis. ♄ — Caulis fruticosus ramosus, ramulis pilis rufo-ferrugineis dense vestitis, cortice cinerascente. Folia exacte obliqua inaequilatera ovato-lanceolata vel elliptica acuminata, remote acuteque serrata, basi profunde oblique cordata, 3-pollicaria et ultra, 1–1½ poll. lata, penninervia basique trinervia, supra lucida, pilis brevissimis stellatis scabrida, infra cinereo-argentea pubescenti-pilosa reticulata. Petioli brevissimi, vix 2 lin. longi. Stipulae deciduae semicordato-sagittatae, medio affixae acuminatae, supra lucidae, subtus cinereae. Flores paniculato-racemosi, paniculis terminalibus. Bracteae pedicellis paullo longiores ovato-acuminatae sessiles pilosae. Pedicelli brevissimi, calycis enervis longitudine, ferrugineo-pilosi. Calycis sepala extus argenteo-tomentosa, petala obovata obtusa aequantia. Fructus quadrialatus tomentosus. (Habitu exacte refert *Muntingiam Calaburam* L.) Crescit in Manilla (Hali-hali).

3. GR. MEYENIANA Wlprs. l. c. 311. — Fruticosa: foliis longe petiolatis orbiculato-cordatis acuminatis 7-nerviis subintegerrimis, utrinque glabris; floribus in paniculam laxam terminalem dispositis; calycibus pedicellisque tomentosis. ♄ — Petioli 3½-4-pollicares, lamina 4-5 poll. longa totidemque fere lata. — In Manilla.

4. GR.? *spec. nov.*? — Foliis longe petiolatis cordatis acuminatis serrato-dentatis 7-nerviis, subtus villoso-tomentosis, supra pilosis; floribus.....? ♄ — In Manilla.

† Genera ex ordine excludenda.

5381. **TRILIX** *Linn.*

Linn. Mantiss. II. 153. et 247. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 363. *)

TR. LUTEA Linn. l. c. 247. = PROCKIA CRUCIS Linn. Spec. pl. 745. — DC. Prodr. I. 260. ex A. Rich. Flor. Cubens. 216. †

5382. **BANCROFTIA** *(nec Baucroftia) Mcfd.*

(Mcfd. Flor. Jamaic. I. 112. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 363.)

B. DIFFUSA Mcfd. l. c. — Wlprs. l. c. = TOVARIA PENDULA Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. III. 73. t. 309. — Wlprs. l. c. I. 202. ex Hook. Icon. pl. t. 664. (cf. supra pag. 55)

VAVAEA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 212. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 801. ad *Cedrelacearum* castra referenda erit.

Subordo II. *ELAEOCARPEAE* Endl.

5384. **ELAEOCARPUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 519. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 363. II. 800.)

1. E. HINAU A. Cunn. Ann. of nat. hist. IV. 23. — Hook. Icon. plantar. t. 602. — Foliis alternis petiolatis oblongis, basi attenuatis coriaceis, superne serratis,

subtus adpresse sericeis, nervis prominentibus, nervorum in axillis saepe foveolatis, superne bullatis; racemis axillaribus simplicibus; petalis trilobis; antheris apice inaequaliter bilabiatim bifidis; ovario biloculari, loculis biovulatis; drupa ovali monopyrena. ♁ — *E. dentatus* Vahl, Symb. bot. III. 67. — *Dicera dentata* Forst. Prodr. no. 226. — DC. Prodr. I. 520. — A. Rich. Fl. Nov. Zeel. 503. — Crescit in Nova Zeelandia.

5386. BEUTHEA *Endl.*

(Endl. mss. in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 365.)

1. B. BIFIDA Endl. l. c. — Foliis ovato-acuminatis remote serratis longe petiolatis; racemis axillaribus laxifloris; petalis apice bifidis. ♃ — Rami intense fusci subrugosi, junioribus apice gemmiferis. Folia digitalia ovato-acuminata subcoriacea, utrinque glaberrima penninervia remoteque serrata, serraturis appressis, longe petiolata. Racemi axillares petiolo longiores 5–6-flori. Calyx pentasepalus, sepalis acutiusculis intus pubescentibus. Petala calycem aequantia oblongo-ovata extus pubescentia, margine revoluta, apice bifida, integerrima, sinu segmentisque obtusis. Torus discoideus glandulosus. Stamina 14–16, filamenta brevia pubescentia, antherae lineari-oblongae, apice emarginatae, ultra medium bipartibiles muticae. Germen ovatum in stylum utrinque sulcatum sensim attenuatum. Stigma obtusum. Drupa magnitudine nucis *Myristicae*. Semen solitarium. — *E. bifida* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 110. t. 24. — Crescit in insulis Sandwicensibus.

5387. FRIESIA *DC.*

(DC. Prodr. I. 520. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 365.*)

1. FR. RACEMOSA A. Cunn. Ann. of nat. hist. IV. 24. — Hook. Icon. plant. t. 601. — Dioica: foliis cordato-ovatis acuminatis, longe petiolatis serratis; racemis compositis axillaribus; ramulis foliisque junioribus pubescenti-hirtis; stigmate quadrilobo. ♁ — *Dicera? serrata* Forst. Prodr. no. 227. — DC. l. c. 520. — *E. Dicera* Vahl, Symb. bot. III. 67. — Crescit in Novae Zeelandiae sylvis umbrosis.

Ordo XXX^a. DIPTEROCARPEAE *Blume.*

(Blume, Bijdragen 222. et Flor. Jav. fasc. VII. p. 8. — Endl. Gener. plant. p. 1012 — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 35. II. 27.)

5392. DIPTEROCARPUS *Gaertn. fil.*

(Gaertn. fil. De fructib. et seminib. pl. III. 50. t. 187. 188. fig. 1. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 35. II. 27.)

1. D. LAEVIS Hamilt. Transact. of the Wernerian soc. VI. 299. — Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. oriental. I. 85. — Ramis junioribus compressis ancipitibus; foliis ovatis vel oblongo-ovatis, basi retusis, acutis, utrinque nitidis, nervis numerosis prominentibus, petiolis glabris; calycis dilatati tubo subventricoso, infra limbum constricto, non angulato; capsula ovata exsulca. ♃ — *D. turbinatus* Rxb. Coromand. III. t. 213. et Fl. Ind. occid. II. 612. — G. Don, General. syst. of gard. and bot. I. 813. no. 6. fig. 125. — Crescit in India orientali.
2. D. TURBINATUS Grtnr. fil. l. c. 51. t. 188. — Wght. et Arn. l. c. — Ramis junioribus teretibus; foliis ovatis acutis, utrinque pubescentibus sed praesertim marginem versus, venis numerosissimis prominulis, petiolis pubescentibus; calycis dilatati tubo turbinato infra limbum valde contracto non angulato; capsulis ovatis sulcis 6–8 notatis. ♃ — *Caryolobis Indica* Grtnr. De fructib. et seminib. pl. t. 45? — Crescit in India orientali.

3. **D. TRINERVIS** Blume, Catal. pl. hort. Buitenzorg. 78., Bijdragen 223., Dipterocarp. 11. † t. 1. — Foliis ovalibus acutiusculis, basi subrotundatis gemmisque linearibus attenuatis glabris; calycis fructiferi lacinias majoribus oblongo-lanceolatis obtusis. ♂ — Arbor 150–200 ped. alta, cortice helvolo verruculoso. Ramuli juniores teretes glabri, gemmae terminales plerumque unciam longae resinoso-glutinosae. Folia alterna, petioli semiteretes glabri 2–2½-pollicares, lamina 7-pollicaris vel ultrapedalis, 4–7 poll. lata, elliptica, basi subrotundata, integerrima vel sursum repanda, grosse crenata, apice breviter acuminata subplicata coriacea glabra, supra nitida, subtus pallidiora, costa media pube minuta stellata obsita. Pedunculi in foliis superioribus axillares petiolorum fere longitudinae et crassitie, demum cernui vel divaricati racemose 3–5-flori vel rarius abortu uniflori, pedicelli incano-puberuli vel glabriusculi. Calyx cylindraceo-campanulatus subventricosus coriaceus, pube stellata densissime incano-tomentosus, irregulariter quinquepartitus, laciniis majoribus lanceolato-oblongis subfalcatis 6–8-pollicaribus, 1¼ unciam latis, obtusis. Petala ochroleuca, vitta mediana rosea notata, 2½ uncialia, ⅔ unc. lata subdimidiato-oblonga.

β. elegans: foliis basi subcordatis, gemmis longioribus.

γ. canescens: foliis minoribus ad costam subtus incano-subpubescentibus; racemis elongatis.

Crescit in insula Java.

4. **D. RETUSUS** Blume l. l. l. c. c. c. 77., 223. et 14. † t. 2. — Foliis ovalibus acutis, basi rotundatis, ad costam subtus petiolis ramulisque pubescentibus, gemmis conico-subulatis villosis; calycis fructiferi laciniis majoribus oblongis retusis. ♂ — Arbor proceritate praecedentis, ramulis cylindraceis sordide canis, ramuli extremi cinerascentes longitudinaliter striati excurrentes in gemmas oblongo-conicas pallide ochraceo-villosas. Folia alterna petiolata stipulis recenter exuta conduplicata et villosissima 7–10-pollicaria, 3½–6½ uncias lata ovalia acuta, basi subrotundata, apicem usque leviter repanda, sensim integerrima, modice plicata, supra glabra nitidula, subtus in costis venisque elevatis subpubescentia, petioli 1½–2-unciales teretes. Racemi simplices petiolo quamplurimum longiores in foliis superioribus axillares vel iisdem lapsis laterales arcuato-deflexi cinerei pubescentes 3–5-flori. Flores brevissime pedicellati, figura, magnitudine et colore illis *D. trinervis* simillimi odoratissimi. Calycis laciniae 2 oppositae majores 8–9-pollicares, superne fere 2 uncias latae oblongae retusae longitudinalites quinquenerves. — Crescit in insula Java.

5. **D. SPANOGHEI** Blume, Dipterocarp. 16. † t. 3. — Foliis ovalibus obtusiusculis, basi rotundatis, ad costam subtus petiolis ramulisque pubescentibus, gemmis conico-attenuatis villosis; calycis fructiferi laciniis duabus majoribus oblongis obtusis. ♂ — Arbor ingens circiter 100 ped. alta trunco 9–11 ped. crasso, superne in coronam crassam expanso. Ramuli cylindracei fusco-cinerei verruculosi, pilis longis adpressis flavido-canescentibus pubescentes. Folia 7–10-pollicaria, 5–7 uncias lata, ovalia breviter et obtuse acuminata, sursum perexigue repanda subplicata coriacea, supra glaberrima nitida, subtus opaca, in costa venisque adpresse puberula. Racemi in foliorum axillis superioribus longitudine petioli puberuli simplices reflexi. Calyx ventricosus subgibbosus incano-pubescens, intus ochraceo-sericeus, laciniis limbi duabus oppositis majoribus lineari-oblongis planiusculis obtusis. — Crescit in insulae Javae provincia Bantam.

6. **D. LITTORALIS** Blume, Bijdragen 224. et Dipterocarp. 17. † t. 4. — Foliis ovalibus acutis, basi subcordatis, ad costam utrinque pubescentibus, gemmis oblongo-conicis sericeo-villosis; calycis fructiferi laciniis majoribus elongato-lanceolatis obtusis. ♂ — Arbor 80-pedalis pulcherrima, cortice cinerascenti-laevigato, vulnerata undique balsamum stillans oleosum pellucidum acerrime olentem. Ramuli cylindrici glabri e fusco cinerei. Folia patentia, petiolis sesquipollicaribus teretibus parce puberulis, ovalia acutiuscula, basi rotundato-subcordata, apicem versus subrepanda, 7–9-uncialia, 4–5 uncias lata, plicata rigida coriacea,

supra nitida, infra resinoso-punctículata, costa utrinque venisque subtus puberulis. Inflorescentia forte eadem ac praecedentium. Calyx fructifer obturbinato-globosus lignosus laevigatus, creberrime verruculosus, laciniae 2 majores oppositae dodrantales subinaequales, medio fere sesquiunciam latae lanceolatae obtuse acuminatae. — Crescit in littore saxoso Javae insulae australis.

7. **D. GRACILIS** Blume l. l. c. c. 224. et 20. † t. 5. — Foliis ovali-oblongis acutis, basi obtusis, subtus stellato-pubescentibus, gemmis linearibus tomentosis; calycis fructiferi laciniis majoribus obtusis. ♁ — Arbor 100–150-pedalis, trunco 9 ped. crasso, ligno laevi duro, minus quam congenerum resinoso. Ramuli teretes e fusco cinerei, ultimis modice compressis substriatis dense brevissimeque pubescentibus. Folia 3–4-pollicaria, 1½–2 uncias lata, ovalia vel ovali-oblonga acutiuscula, basi obtusa obsolete repanda vel integerrima, supra glabra nitida, subtus pallide virescentia, sub lente pilis stellatis puberula, petioli vix pollicares tereti-usculi. Racemi simplices axillares pauciflori. Calycis laciniae 4 majores lineares obtusae subinaequales. Petala alba roseo-fasciata lineari-spathulata obliqua. — Crescit in sylvis depressis insulae Javae occidentalis interioris.

8. **D. HASSELTII** Blume l. c. 22. † t. 6. — Foliis ovalibus acutiusculis, basi subcuneatis, utrinque gemmisque lineari-attenuatis glabris; calycis fructiferi laciniis majoribus oblongis obtusis. ♁ — Ramuli cinereo-fuscescentes verruculoso-punctati, novelli compressiusculi stricti laevigati parce punctati. Folia petiolo sesquipollicari tereti glabro instructa, 4½–7-pollicaria, 2½–4 poll. lata ovalia, a medio ad apicem repando-erenata coriacea, utrinque glabra. Racemi petiolo duplo triplove longiores, in ramorum novellorum axillis solitarii cernui glabri 4–5-flori. Calyx campanulatus e glauco-virenti puniceus coriaceus glaber, intus versus faucem sericeo-nitens, laciniis 2 majoribus aequalibus oblongis obtusis emarginatis integerrimis coriaceis, utrinque stellato-puberulis. Corolla.....? — Crescit in montosis insulae Javae circa Bantam.

9. **D. BAUDII** Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 59. † t. 5. — Foliis obovatis acuminatis, basi subcordatis, supra in nervo mediano, subtus in nervo venisque stellatim pilosis, gemmis lineari-oblongis obtusis compressis pilosis; calycis fructiferi laciniis duabus majoribus oblongo-linearibus obtusis sparsim pilosis. ♁ — Arbor saepe 36-metralis ligno flavescente, demum fusco valde resinoso, corona hemisphaerica, ramuli subteretes annulati fusci flavo-hirsuti, setis fasciculatis obsiti, novelli compressi densissime flavescenti-hirsuti. Folia ovalia vel obovata breviter acuminata, basi obtusa vel subcordata undulata, juniora etiam supra sparse, subtus dense pilosa, 21 cm. longa, 12 cm. lata, petioli semiteretes 3 cm. longi. Gemmae lineari-oblongae obtusae subcompressae pilosae. Racemi axillares 5–8-flori flexuosi, pedicelli subdistichi breves pilosi. Calyx campanulatus extus dense stellatim tomentosus, laciniae majores saepius medio subcarinatae. Petala oblonga obtusa carnosa rosea, extus pilis stellatis obsita. — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Melintang.

10. **D. ELONGATUS** Krthls. l. c. 62. † — Ramulis dense hirsutis; foliis ovalibus acutis, basi obtusis, gemmis lineari-oblongis hirsutis vel pilosis. ♁ — Arbor adulta speciosa, corona expansa, junior corona oblonga. Rami arboris junioris teretes glabri fusci, ramuli novelli dense fusco-pilosi, adultiores fasciculatim pilosi. Folia arboris junioris ovalia vel ovali-oblonga breviter acuminata, basi rotundata vel subcordata undulata, supra glabra, subtus praesertim in nervo mediano et primariis prominentibus dense pilosa, pilis adpressis, coriacea, 60 cm. longa, 18 cm. lata, petioli semiteretes supra plani, dense pilosi 2–6 cm. longi, folia arboris adultioris latiora rigidiora. Gemmae lineari-oblongae compressae fusco-pilosae. Stipulae lineari-oblongae obtusiusculae, intus glabrae, saepe 30 cm. longae admodum deciduae. — Crescit in insula Borneo ad fl. Baritto et in monte Sakoembang. — Affinis *D. littorali* Bl.

11. **D. TAMPURAU** Krthls. l. c. 63. † — Foliis oblongo-ovalibus breviter acuminatis subcordatis, supra subtusque praesertim in margine pilosis, gemmis dense pilo-

sis; calycis fructiferi laciniis duabus majoribus oblongo-linearibus, minoribus subrotundis obtusis. ♃ — Arbor excelsa 30–35-metralis, truncus rectus cylindricus, cortice sat crasso fusco-griseo laevi, raro rimoso tectus, corona ampla hemisphaerica, basi truncata, rami patentes. Folia oblonga vel oblongo-ovalia breviter acuminata, basi obtusa vel subcordata, margine integerrima vel subcrenulata, supra nitida sparsim pilosa, in nervo mediano et subtus in eodem et in nervis primariis stellatim pilosa, 20 cm. longa, 9 cm. lata coriacea. Stipulae oblongo-lineares obtusiusculae, intus glabrae, extus dense fusco-pilosae subcoriaceae, 11 cm. longae, 1,5 cm. latae, 8–10-nerviae. Calycis fructiferi tubus subglobosus, basi rotundatus vel depressus glaber, laciniae majores obtusae vel retusae glabrae coriaceae trinerviae, 13 cm. longae, 3 cm. latae. — Crescit in insula Borneo ad fl. Baritto.

12. D. MARGINATUS Krthls. l. c. 64. † — Foliis oblongo-ovatis acuminatis, basi obtusiusculis, margine pilosis, gemmis teretibus obtusis dense pilosis. ♃ — Arbor speciosa ampla, trunco griseo, corona expansa. Rami teretes angulati glabri griseo-fusci, ramuli teretes annulati dense fusco-pilosi, pilis caducis fasciculatis longis obsiti. Folia oblongo-ovata acuminata, basi obtusiuscula vel cordatim emarginata coriacea, 30 cm. longa, 8 cm. lata, nervis primariis et mediano prominulis, juniora margine, supra in nervo mediano, subtus praesertim in nervis dense pilosa, adultiora fere glabra, petioli subteretes, prope foliorum basin incrassati et articulati dense pilosi, 3 cm. longi. Gemmae teretes obtusae fusco-pilosae. Stipulae lineares obtusiusculae, intus glabrae, extus pilis fasciculatis vestitae, 8 cm. longae, 7 millim. latae, 3–4-nerves deciduae. — Crescit in insulae Borneo monticulo Bahai.

13. D. ALATUS Rxb. Hort. Benghal. 42. ex G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 813. — Foliis ovato-ellipticis, utrinque attenuatis; ramis petiolis foliisque utraque pagina pubescentibus; laciniis calycis fructiferi duabus majoribus lanceolatis obtusis. ♄ — Crescit in Pegu.

14. D. COSTATUS Grtnr. De fructib. et semin. pl. III. 50. t. 187. — Rxb. Fl. Indic. II. 613. — Partibus junioribus pilosis; foliis lineari-oblongis, basi rotundatis acuminatis, infra pilosis; stipulis parvis hirsutis; calycis tubo quinquecostato pilosulo. ♃ — *D. angustifolius* Wght. et Arn. mss. — Crescit in India orientali ad Chittagong.

15. D. INCANUS Rxb. l. c. 614. — Partibus omnibus junioribus pilosis; foliis ovatis, basi subattenuatis obtusis mollibus villosis; spicis axillaribus folio dimidio brevioribus; calycis tubo simpliciter quinquealato. ♃ — Crescit in India orientali ad Chittagong.

16. D. TUBERCULATUS Rxb. l. c. — Calycis tubo sphaerico infra fissuras extus quinquetuberculato; foliis.....? ♃ — Crescit in India orientali ad Chittagong.

17. D. PILOSUS Rxb. l. c. 615. — Partibus junioribus pilosissimis; foliis petiolatis oblongis acuminatis, basi rotundatis, infra pilosis; stipulis longiusculis pilosissimis. ♃ — Crescit in Indiae orientalis insula Mascal.

† *Species indescriptae.*

D. VESTITUS Wall.

D. GRANDIFLORUS Wall.

†† *E genere expellendus.*

D. DRYOBALANOPS Steudel = DYOBALANOPS CAMPHORAE.

5392/1. ANISOPTERA *Krthls.*

(Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis. 65. t. 6. — Endl. Gener. plant. supplem. II. p. 80. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 344.)

1. A. MARGINATA Krthls. l. c. 66. † t. 6a. — Foliis oblongo-ovalibus acutiusculis, basi obtusis glabris, nervis distantibus. ♃ — Arbor speciosa, rami teretes fusci glabri, ramuli compressiusculi fusco-lepidoti. Folia ovalia vel oblongo-ovalia acutiuscula, basi obtusa, truncata vel subcordata, utrinque glabra, — juniora

subtus pubescentia, — coriacea 8,5 cm. longa, 4,5 cm. lata, nervis primariis prominentibus distantibus, secundariis reticulatis, petioli 1,5 cm. longi subtetragoni glabriusculi. Gemmae ovatae acutae pubescentes. Inflorescentia axillaris paniculata, pedunculus communis compressus fusco-pubescens, pedicelli subdistichi alterni obscure trigoni vel tetragoni, dense pilosi. Calyx profunde quinquepartitus, laciniis triangularibus acutis, extus dense pilosis, intus glabris, 3,5 millim. longis. Corolla pentapetala aestivatione convoluta, petala obovata obtusiuscula integerrima, intus glabra, extus partim pubescentia, membranacea, nervis palmatis. Stamina 25 biserialia, saepe in serie exteriore 10, in serie interiore 15, filamenta oblongo-linearia, basi coalita glabra brevia, antherae oblongo-ovatae pubescentes biloculares, locellis inaequalibus, exterioribus longioribus, connectivo acuminatissimo, pollen sphaericum. Ovarium hemisphaericum quinquesulcatum pubescens triloculare, ovula geminata descendentia subcollateralia, infra verticem affixa. Stylus crassus teres pubescens, stigmata 3 filiformia patentia. — Crescit in insula Borneo in monte Pamatton.

2. **A. COSTATA** Krthls. l. c. 67. † t. 6. — Foliis ovalibus breviter acuminatis, basi obtusis, subtus pubescentibus, nervis approximatis. ♂ — Arbor speciosa, corona conica aperta, truncus rectus cylindricus cortice griseo tectus, rami patentes subteretes glabri, ramuli compressi angulati pubescentes. Folia ovalia vel obovalia, breviter acuminata, basi obtusa vel subcordata, supra nitida, subtus pubescentia coriacea 7 cm. lata, 13 cm. longa, nervis primariis patentibus parallelis prominentibus, petioli subteretes pubescentes 2,5 cm. longi. Inflorescentia axillaris paniculata, pedunculus communis et pedunculi partiales compressi dense pilosi, pedicelli teretes pilosi breves. Calyx profunde quinquepartitus, partibus ovatis acutiusculis, extus dense pubescentibus, intus glabris. Corolla deest. Stamina 25 biserialia, filamenta linearia basi latiora connata glabra, antherae ovato-oblongae pubescentes, locellis inaequalibus, exterioribus longioribus, connectivo acuminatissimo. Ovarium ad dimidiam partem cum calyce concretum hemisphaericum pubescens triloculare, ovula geminata subcollateralia descendentia, stylus subteres glaber, stigmata 3 filiformia patentia. Calycis excreti tubus hemisphaericus et limbus inaequaliter partitus, laciniae 2 majores lineari-oblongae obtusae, tres minores oblongae acutiusculae, omnes trinerves pubescentes. Fructus cum calycis tubo concretus stylo coronatus hemisphaericus pubescens, abortu unilocularis monospermus. Semen immaturum cavitatem fructus explens subglobosum, testa subcoriacea, tegmen membranaceum. Embryo erectus, radicula teres acuminata, cotyledones inaequales reniformes. — Crescit in insula Borneo ad montem Sakoembang.

5393. **DRYOBALANOPS** *Grtnr.*

(Grtnr. fil. De fructib. et seminib. pl. III. 49. t. 186. fig. 2. — W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 264. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 80. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 35. II. 27.)

1. **DR. CAMPHORAE** Colebr. Asiat. research. XII. 535. (c. ic.) — G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 813. † — Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Gesch. 68. † — Hayne, Arzneigew. XII. t. 18. — W. Jack l. c. † — Foliis ovatis obtuse acuminatis, basi obtusis, subtus glabriusculis; stipulis ovatis acutis. ♂ — *Dipterocarpus Dryobalanops* Steudel, Nomencl. Arbor camphorifera officinalis. — — Crescit in insula Sumatra.

2. **DR.? SERICEA** Krthls. l. c. 72. — Foliis ovatis obtuse acuminatis, basi obtusiusculis, subtus in nervorum axillis pubescentibus. ♂ — Rami teretes pubescentes fusci. Folia basi cuneata vel obtusiuscula, utrinque glabra, subtus in nervorum axillis et in nervo mediano dense pubescentia, nervis prominulis, 9 cm. longa, 4,5 cm. lata, petioli 10 millim. longi teretes pubescentes. Gemmae oblongae obtusae pubescentes minutae. — Crescit in insula Borneo ad montem Balaran.

3394. VATERIA *Linn.*

(Linn. Gener. pl. 668. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 55. II. 27. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 88. t. 36. — *Retinodendron* Krthls. Verhandl. over de natuurlijke Geschiednis 55. t. 8. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. 89.

Sectio I. EUVATERIA Arnott, Annales of nat. hist. III. 155.

Calycis laciniae obtusae, fructiferae non mutatae. Petala ovalia calycem vix superantia. Stamina 40–50, antherarum loculis linearibus. Stylus elongatus. Stigma acutum.

1. V. INDICA Linn. Spec. pl. 734. — Rxb. Pl. Coromand. t. 288. — Gärtn. De fructib. et seminib. pl. t. 189. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. t. 36. — G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 814. † — Foliis oblongis; floribus in paniculae ramificationibus subremotis; stipulis oblongis. ♁ — *Elaeocarpus copallifer* Retz, Observ. IV. 27. — *Paenoë* Rheede, Hort. Malab. IV. 33. t. 15. — Crescit in Malabaria.

Sectio II. ISAUXIS Arnott l. c.

Calycis laciniae ovatae, fructiferae acutatae elongatae. Petala falcata calyce triplo longiora. Stamina 15, antherarum loculis oblongis. Stylus brevis, stigma clavatum 3–6-dentatum.

2. V. LANCEAEFOLIA Rxb. ex Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 88. — Foliis lanceolatis, basi acutis; paniculis axillaribus folio brevioribus. ♁ — Crescit in India orientali.

3. V. ROXBURGHIANA Wght. l. c. et Icon. pl. Ind. or. I. t. 26. — Foliis ovatis oblongisve, basi retusis vel obtusis; floribus paniculatis, paniculis axillaribus folio brevioribus. ♁ — Crescit in India orientali.

4. V.? ZEYLANICA Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 88. — Foliis obovatis obtusissimis, apice retusis, basi angustatis; paniculis axillaribus folio brevioribus; antheris pilosis; stigmate acuto. ♁ — Crescit in India orientali.

5. V. (RETINODENDRON Krthls. Verhandl. over de natuurl. Gesch. 56. † t. 8.) RASSAK Wlprs. mss. — Foliis ovali-oblongis obtuse acuminatis, basi obtusis; stipulis oblongis; paniculis divaricatis; stigmate truncato denticulato. ♁ — Arbor speciosa 20–25-metralis, truncus cylindricus, cortice griseo-fusco tectus, lignum laete fuscum, corona conoidea vel aperta, rami patentes subteretes fusci glabri, ramuli compressiusculi griseo-fusci lepidoti, novelli compressi dense fusco-lepidoti. Folia basi obtusa vel acutiuscula integerrima, supra glabra, subtus tenuissime lepidota pilis stellatis, coriacea, 3 centimetr. longa, 6 lata, nervis primariis patentibus prominentibus, secundariis subparallelis, venis reticulatis, petioli 3 cm. longi subteretes lepidoti vel glabriusculi. Stipulae sessiles oblongae obtusae, intus glabrae carinatae, extus lepidotae coriaceae deciduae, 20 millim. longae, 5 millim. latae. Gemmae compressae ovatae acutae, stipulis tectae. Inflorescentia densa lepidota axillaris vel terminalis paniculata, pedunculus communis basi compressus, versus apicem subtetragonus, pedunculi alternantes compressi, ad apicem subtetragoni, pedicelli tetragoni, ima basi articulati. Bracteae ovatae acutiusculae, intus glabrae, extus lepidotae minutae, admodum deciduae. Flores odorati flavescentes. Calyx aestivatione valvata, tubo subpentagono, basi attenuato, limbo 5-partito, laciniis rectis triangularibus acutiusculis, intus glabris, extus lepidotis carnosis persistentibus excrescentibus. Corolla pentapetala, aestivatione convoluta, petala oblonga, saepe subfalcata obtusa, intus glabra, basi bituberculata, extus sublepidota carnosa, 14 millim. longa, 6 millim. lata. Stamina 15 basi subcoalita biseriata, filamenta basi dilatata linearia glabra antherae oblongae basi affixae, loculis inaequalibus, exterioribus majoribus, connectivo glandula terminato, basi subdilatato. Stylus trigonus glaber, stigma truncatum denticulatum. Fructus carnosus abortu unilocularis monospermus calyci insidens. — Crescit in insula Borneo ad flumina Baritto, Kapolas etc.

6. V. PAUCIFLORA Wlprs. mss. — Foliis oblongo-ovalibus obtuse acuminatis, basi acutis; inflorescentia racemoso-paniculata; stigmate capitato. ♁ — Rami tuberculati, ramuli fusci subcompressi sparsim lepidoti. Folia supra nitida,

subtus sparsim lepidota coriacea 5 cm. lata, 13 cm. longa, petioli semiteretes sparsim lepidoti 1,5 cm. longi. Inflorescentiae pedunculus communis saepe anceps, pedicelli breves 2 millim. longi, compressi vel tetragoni. Bracteae minutae ovatae obtusiusculae extus lepidotae. — *Retinodendron pauciflorum* Krthls. l. c. 58. † — Crescit in insula Sumatra justa Intrapoera.

5395. VATICA *Linn.*

(Linn. Mantiss. plant. II. 152. — DC. Prodr. I. 517. — Wght. et Arn. Prodr. flor. penins. Ind. oriental. I. 84. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 35. II. 27.)

1. V. LACCIFERA Wght. et Arn. l. c. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 164. — Glabra: foliis coriaceis oblongis obtusis, saepe basi emarginatis; paniculis numerosis ex axillis foliorum jam lapsorum ortis; ramis pedicellisque glabris; calyce florifero glabro; staminibus 15, antherarum connectivo in setam longissimam producto. ♁ — *Shorea Talura* Rxb. Hort. Benghal. 95. — *Shorea laccifera* Heyne in Wall. Catal. 967. — *Sh. Roxburghii* G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 813. — *Sh. robusta* Rth. Nov. plant. spec. 221. — *Saul Illarea* Rxb. Ic. inedit. t. 1567. — *V. Chinensis* L.? — DC. l. c. ab hac non differre videtur. — Crescit in peninsula Indiae orientalis (Naikeneri, upon the Ghauls, Nundidrog, Paulghaut-mountains).

2. V. (SHOREA Rxb. Flor. Indic. II. 617. — SAUL Rxb. Ic. inedit. t. 1566.) TUMBUGAIA Wght. et Arn. l. c. — Wght. Icon. pl. Ind. orient. I. t. 27. — Foliis ovato-cordatis longe petiolatis; paniculis terminalibus; staminibus circiter 100, antheris barbatis. ♁ — Crescit in peninsula Indiae orientalis („Balaghat or Paulghaut-mountains").

3. V. LEPIDOTA Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 73. † — Foliis ovatis acutis leprosis; stipulis falcato-ovatis; floribus paniculatis; calycibus subtomentosis. ♁ — Cortex trunci fuscus vel nigrescens, rami patentes teretes nigrescentes, ramuli compressi fusci, dense leprosi. Folia alterna ovata acuta, basi obtusa vel subtruncata, supra glabra, subtus leprosa coriacea, 5,5 cm. lata, 10 cm. longa, nervis primariis prominentibus, secundariis parallelis approximatis, petioli 2 cm. longi subteretes, supra planiusculi leprosi. Gemmae compressae falcato-ovatae. Stipulae falcato-ovatae acutiusculae, extus leprosae, intus glabriusculae subcoriaceae, 5–7-nerves admodum deciduae. Inflorescentia axillaris paniculata leprosa, pedunculus et pedicelli compressi. Bracteae minutae subrotundae obtusae membranaceae. Flores subsessiles. Calyx pentasepalus, aestivatione imbricata, sepala ovata acutiuscula extus tomentosa, intus pubescentia inaequalia in alas excrescentia. Ovarium hemisphaericum pubescens triloculare, loculis 2–4-ovulatis. Ovula collateralia vel per paria superposita, apici loculi affixa, stylus brevissimus subteres, stigma obtuse tridentatum. — Crescit in insula Sumatra in sylvis Melintang.

4. V. OVALIS Krthls. l. c. † — Foliis ovalibus acuminatis in nervis pilosis; stipulis ovatis obtusis. ♁ — Folia oblongo-ovalia vel ovalia acuminata, basi obtusa, emarginata vel cuneata obtusiuscula glabra, utrinque in nervis pilosa, secundariis et primariis prominentibus subparallelis, 31 cm. longa, 12 cm. lata, petioli 2 cm. longi subteretes sulcati, superne incrassati dense fasciculato-pilosi. Gemmae compressae ovatae obtusae. Stipulae ovatae obtusae basi truncatae, extus fasciculato-pilosae, intus glabrae 7-nerves, 10 millim. latae, 15–20 millim. longae. — Crescit in insula Borneo in monte Prarawin.

5396. HOPEA *Rxb. (nec Hoppea).*

(Rxb. Pl. Coromand. III. 9. t. 210. — Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. oriental. I. 85. — Meisn. Gener. pl. vascular. I. 35. II. 27.)

1. H. WIGHTIANA Wall. Catal. 6295. — Wght. et Arn. l. c. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. t. 38. — Foliis ovato-oblongis obtusis glabris; ramis paniculae calycibusque glabris; calycis fructiferi laciniis duabus in alas expansis oblongis obtusis; capsula oblongo-ovata acuta. ♁ — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

2. H. GLABRA Wght. et Arn. l. c. — Ramis junioribus petiolisque glabris; foliis oblongis acuminatis, in axillis nervorum (in foliis infra) non glanduligeris; paniculis axillaribus terminalibusque pluribus aggregatis folio longioribus glabris; pedunculis compressis. ♃ — Crescit in peninsula Indiae orientalis.
3. H. DAMMARA Rmph. Hb. Amboin. II. 168. t. 56. — UNONA? DC. Prodr. I. 92) SELANICA Wght. et Arn. l. c. adnot. — Foliis ovatis acutis, superne glabris, subtus rugosis; racemis paucifloris terminalibus pendulis. ♃ — Crescit in insulis Moluccis.
4. H. ODORATA Rxb. Flor. Indic. II. 610. — Foliis breviter petiolatis ovato-oblongis nitidis bifariis undulatis glabris obscure viridibus; floribus ad paniculae ramificationes secundis. ♃ — Crescit in India orientali ad Chittagong.
5. H. BALANGERAN Krthls. Verhandlingen over de natuurijlke Geschiedenis 74. † t. 7. — Foliis ovato-oblongis breviter acuminatis, subtus dense pubescentibus, in axillis nervorum glandulosis; floribus paniculatis. ♃ — Cortex rimosus griseus vel griseo-fuscus, rami patentes teretes glabriusculi novelli compressiusculi pubescentes saepe sulcati. Folia supra nitida, subtus laete viridia dense pubescentia coriacea, 7 cm. lata, 16 cm. longa, petioli teretes pubescentes supra sulcati 2,5 cm. longi. Stipulae oblongae acutiusculae dense pubescentes. Inflorescentia axillaris paniculata pilosa, pedunculi et pedicelli compressiusculi. Bracteae subrotundae acutae, intus glabrae, extus pubescentes membranaceae flavescentes 4 millim. longae, 3 millim. latae. Flores subsecundi sessiles vel brevissime pedicellati. Calyx pentasepalus, sepalis biserialibus, 3 exteriora majora, ovata acuta extus tomentosa, intus glabra coriacea. Petala 5 basi cum filamentorum annulo in tubum urceolatum coalita oblonga subfalcata extus pubescentia, alba. Stamina 15 biserialia, filamenta basi dilatata. Ovarium hemisphaericum pubescens trilobulare, loculis biovulatis. Stylus teretiusculus glaber, stigma truncatum denticulatum. — Crescit in insula Borneo ad ripam fluminis Pattai.
6. H. SANGAL Krthls. l. c. 75. † — Foliis oblongo-ovatis obtuse acuminatis inaequilateralibus glabris, in nervorum axillis glandulosis; stipulis ovatis. ♃ — Cortex trunci laete fuscus rimosus, rami patentes, ramuli subteretes glabri fusci, novelli compressiusculi vel trigoni. Folia basi latere uno rotundata, altero angustata, utrinque glabriuscula vel subtus subpuberula, 11 cm. longa, 5 cm. lata, petioli teretiusculi 15 cm. longi. Stipulae minutae ovatae admodum caducae. — Crescit in insula Borneo ad lacum Kambat et ad ripas fluminis Baritto.

† *Species non satis notae.*

7. H. EGLANDULOSA Rxb. Hort. Benghal. 93. et Flor. Indic. II. 611. — Foliis ovatis oblongis obtuse acuminatis in axillis venarum eglandulosis. ♃ — Rami ramulique rotundati cortice cinerascente tecti. — Crescit in India orientali ad Tipperah.
8. H. SCAPHULA Rxb. l. l. c. c. 42. et 611. — Foliis ellipticis integris glabris; paniculis terminalibus; staminibus margini receptaculi expansi insertis in quo germen situm est. ♃ — Crescit in Indiae orientalis insula Mascal.

† *LOPHIRACEAE* Endl. Gener. pl. p. 1014.

5397. **LOPHIRA** *Bnks.*

(Bnks apud Grtnr. fil. De fructib. et seminib. plant. III. 52. t. 188. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 35. II. 27.)

1. L. ALATA Bnks. l. c. — Guill. et Perr. Pent. flor. Senegamb. I. 109. t. 24. — Foliis longe lanceolatis emarginatis. ♃ — Arbor 25–30-pedalis fere pyramidalis, trunco ramoso cruris humani crassitie, ramis ascendentibus glabris cicatrisatis, infra nudis, apice folia gerentibus. Folia alterna approximata breviter petiolata elongata subelliptica, margine integra, basi attenuata, apice obtusa aut emarginata, 6–8-pollicaria, 1–2 poll. circiter lata, nervo medio prominente nervisque secundariis lateralibus subparallelis approximatis, inter se venulis anastomosantibus eleganter notata, juniora apice praesertim membranacea flavescentia, paullulum

rubescentia, adulta coriacea viridia, utrinque glaberrima lucida, petiolo ½–1-pollicari subcompresso, basi articulato. Stipulae minimae acutae, ad basin petioli utrinque sitae caducae. Paniculae simplices vel compositae terminales aut axillares, flores speciosi flavi mox decidui, axi paniculae incrassato ramum terminante, pedicellis divaricatis basi stipulatis articulatisque. Calyx pentasepalus persistens inaequalis, sepalis basi breviter coalitis, 3 interioribus minoribus subrotundis concavis glabris coriaceis, margine membranaceis, 2 exterioribus majoribus oblongis, altero longiore, demum in alas maximas inaequales expansis. Corolla pentapetala hypogyna, petalis per aestivationem apice convolutivis, post explicationem stellatim dispositis obcordatis, 6 lin. longis concavis sessilibus luteis deciduis. Stamina creberrima libera hypogyna, filamentis multiserialibus capillaribus lineam longis, antheris basi affixis erectis linearibus vix incurvatis quadrisulcatis quam filamenta duplo longioribus bilocularibus, loculis rima laterali apice dehiscentibus. Ovarium conicum stamina vix superans *uniloculare multiovulatum* stigmatibus 2 minimis fertilibus reflexis coronatum, ovulis placentae centrali crassae brevi e fundo ovarii assurgenti adnatis elongatis, recurvis, unciformibus in capitulum dispositis. Nux coriacea fusiformis unilocularis, abortu *monosperma*, evalvis indehiscens, in stipitem brevem basi coarctata ibique calycis ampliati sepalis (2 maximis alaeformibus) cincta. Semen nuci conforme ejusque basi affixum, cavitatem replens rufescens exalbuminosum, cotyledonibus carnosis plano-convexis, apice acuminatis, radicula infera minima. — *L. Africana* Loudon mss. ex G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 814. — Crescit in Sierra Leone et in Senegambia secus fl. Gambiam et Casamamiam.

2. L. SIMPLEX G. Don l. c. — Foliis longe lanceolatis obtusis. ♁ — A praecedente non satis differt! — Crescit in Sierra Leone.

Ordo XXXI. TERNSTROEMIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 523. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 367. II. 801. — Endl. Gener. plant. p. 1017. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 39. II. 29.)

Tribus II. *TERNSTROEMIEAE* Endl.

5408/1. REINWARDTIA *Krthls.*

(Krthls. Verhandling. over de natuurlijke Geschieden. 101. t. 12. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 81. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 344. [nec alior.])

1. R. PATENS Krthls. l. c. 102. † t. 12. — Foliis obovatis; stimate radiato. ♁ — Arbuscula pseudo-parasitica tripedalis diffusa: rami subteretes verrucosi vel laeves grisei, ramuli ultimi subtetragoni fusci glabri. Folia subopposita saepe subverticillata versus apicem ramorum conferta obovata acutiuscula integerrima, utrinque glabra coriacea, 7 centim. longa, 4 centim. lata, petioli in ramis articulati semiteretes, supra sulcati, 7 millim. longi. Flores alares axillares vel foliorum abortu racemosi, pedunculi bibracteolati subteretes glabri, bracteolae alternae oblongae obtusae, admodum caducae. Alabastrum subglobosum. Calycis sepala 5 aestivatione imbricata, subrotunda obtusa ciliata, coriacea persistentia. Corolla pentapetala aestivatione imbricata, petala basi cohaerentia subrotunda obtusa breviter unguiculata crenulata carnosa decidua. Stamina numerosa biserialia, filamenta basi inter se et cum corolla coalita brevia linearia, antherae basifixae lineares ab apice dehiscentes. Ovarium ovoideum pubescens (abortu?) biloculare, ovula solitaria ternave pendula. Stylus brevissimus, stigma disciforme

10-sulcatum. Bacca oblonga glabriuscula monosperma. — Crescit in insula Sumatra juxta Doekoe.

2. R. ELONGATA Krthls. l. c. 103. † t. 12. fig. 2. — Foliis oblongis; stigmate trilobo. ♂ Arbuscula pseudo-parasitica diffusa, rami recti teretes glabri fusci, ramuli subcompressi vel subtetragoni cinereo-fusci. Folia opposita et versus ramorum apicem fasciculatim approximata oblonga, utrinque acuta integerrima glabra coriacea subavenia, 9 centim. longa, 4 centim. lata, petioli semiteretes supra sulcati 2 centim. longi glabri. Flores axillares vel racemosi, pedunculi alterni compressi saepe ancipites glabri. Alabastrum sphaericum. Calycis sepala inaequalia subrotunda obtusissima coriacea. Petala subrotunda obtusa crenulata. Stamina numerosa, basi corollae adhaerentia, antherae oblongae muticae. Ovarium glabrum 3-2-loculare, loculis 3-5-ovulatis, ovulis pendulis. Stylus subcylindricus glaber, stigma trilobum. — Crescit in insula Sumatra juxta Doekoe.

5409. **TERNSTROEMIA** *Mutis.*

(DC. Prodr. I. 523. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 368. II. 801.)

1. T. OBOVALIS A. Rich. Flor. Cubens. 221. t. 25. — Foliis obovalibus coriaceis obtusissimis integerrimis aveniis, basi sensim angustatis et subcuneatis, brevissime petiolatis glaberrimis; pedunculis axillaribus solitariis foliorum fere longitudine; fructibus subglobosis glabris vix lucidis, apice acutis nec tamen stylo persistente terminatis. ♂ — Rami teretes grisei glabri. Folia integra subavenia glaberrima nec lucida 2-2½-pollicaria, pollicem lata, petioli 2 lin. longi. Pedunculi axillares foliorum fere longitudine biunciales glabri subcompressi. Calyx bibracteatus, bracteis brevibus acutis appressis. Flores non visi. — Crescit in insula Cuba in Vuelta de Abajo.

2. T. CUNEIFOLIA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 100. — Foliis petiolatis coriaceis cuneato-obovatis indistincte glanduloso-dentatis, apice emarginatis, margine revolutis uninerviis, supra nitidis, subtus punctato-scabriusculis; pedunculis axillaribus solitariis; foliolis calycinis valde inaequalibus rotundatis, margine glanduloso-ciliatis; petalis rotundatis integris. ♂ — Frutex 2-3-pedalis ramosus. Rami teretes cortice cinereo vestiti, folia 12-16 lin. longa, 6 lin. lata. Petioli 3½ lin. longi. Pedunculi folio breviores. Petala alba. — Affinis *T. carnosae* St. Hil. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.

5409/1. **SAROSANTHERA** *Krthls.*

(Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 103. t. 16. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 81. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 344.)

1. S. EXCELSA Krthls. l. c. 104. t. 16. — Foliis ellipticis; petalis obovatis hirsusis. ♂ — Arbor excelsa saepe 20 metrorum, truncus rectus cylindricus cortice cinerascente tectus, ligno rubicundo valido, fibris tenuibus, corona oblonga dense foliata, rami alterni subpatentes teretes laeves cinerei, ramuli compressiusculi glabri. Folia alterna elliptica vel oblongo-ovalia, basi angustata, apice acuta vel obtuse acuminata integerrima vel obsolete crenulato-dentata, utrinque glabra coriacea 0,15 longa, 0,05 lata, petioli 0,01-0,005 longi semiteretes supra plani glabri. Flores axillares solitarii vel geminati speciosi albidi, pedunculi teretes utrinque incrassati glabri subcarnosi albi. Bracteae 2 inaequales subrotundae obtusae glabrae minutae. Bacca sicca subglobosa stylo persistente mucronata glabra, abortu 1-2-locularis, 4-10-sperma. — Crescit in insula Borneo ad ripam fluminis Doesson et ad montem Pamatton.

5409/2. (et 4528.) **ADINANDRA** *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Compan. bot. magaz. I. 153. — Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 105. t. 18. — Endl. Gener. plant. p. 1023. no. 5428. et Suppl. II. p. 81. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 344. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 375.)

1. A. DUMOSA W. Jack l. c. — Foliis elliptico-oblongis, utrinque acutis, interdum apice obtuse acuminatis integris vel obsolete serratis glabris; pedunculis axilla-

ribus subsolitariis unifloris folio brevioribus. ♁ — Planta arborescens habitu *Diospyri* cortice obscure fusco, ramuli glabri. Folia alterna breviter petiolata, interdum apice obtusa, infra glaucescentia, evenia, 3–4-pollicaria, stipulae nullae. Pedunculi recurvati. Calyx basi bibracteatus quinquepartitus, segmentis crassis subrotundis imbricantibus. Corolla alba calyce duplo longior erecta vel connivens pentapetala, petalis ovato-oblongis, basi latis, acutis. Stamina circiter 30 pluriserialia, interioribus brevioribus, filamenta basi subdistincta sed arcte adpressa sericeo-pilosa, praesertim latere exteriore. Antherae biloculares, loculis filamento utrinque adnatis, connectivo supra loculos in mucronem producto. Ovarium superum glabrum quinqueloculare multigemmulatum, loculis plerumque placenta ex angulo interiore oriunda margineque gemmulifera bipartitis. Stylus simplex subulatus. Bacca globosa basi calyce cincta styloque persistente acuminata quinquelocularis polysperma. — Crescit copiose in insulae Sumatrae sylvis.

Tribus III. *SAURAUJEAE* Endl.

5414. **SAURAUJA** *Willd.*

(DC. Prodr. I. 525. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 370. II. 801.)

1. S. MOLLIS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 210. — Foliis oblongis aut obovato-oblongis acutis subacuminatis, basi cordatis, utrinque mollissime hirsutis, junioribus sanguineis. ♁ — Colitur in horto Bogoriensi.

5415/1. **TROCHOSTIGMA** *Sieb. et Zuccar.*

(Sieb. et Zuccar. Abhandl. der München. Akad. 2. Classe III. 726. t. 2. fig. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. 94.)

Flores perfecti vel rarius polygami. Calyx quinquepartitus persistens, laciniis inaequalibus coriaceis horizontaliter patentibus, aestivatione imbricatis. Corollae petala 5 hypogyna decidua sessilia inaequilatera obovato-suborbicularia horizontaliter patentia, aestivatione imbricata. Stamina hypogyna indefinita pluriseriata, filamenta filiformia libera glabra, antherae introrsae biloculares supra basin affixae sagittato-cordatae ovatae vel deltoideae longitudinaliter dehiscentes. Germen in floribus polygamis rudimentarium sessile subglobosum 30-40-loculare. Ovula in loculo plura, angulo centrali inserta pluriseriata horizontalia anatropa. Stylus brevis cylindricus crassus, stigmata loculorum numero radiatim expansa linearia obtusa, superne canaliculata, apice et utroque margine dense papillosa persistentia. Bacca globosa vel elliptica coriaceo-carnosa subcorticata multilocularis, septis membranaceis in centro fructus confluentibus, columna nulla. Semina in loculis plura uniseriata juxta angulum centralem horizontalem suspensa obovato-elliptica anatropa, epidermide cartilagineo-pellucida sicca reticulato-scrobiculata, integumento exteriore crustaceo nitido, interiori tenui membranaceo. Embryo in axi albuminis carnosi orthotropus, cotyledonibus incumbentibus, radicula hilum spectante. — Frutices Japonici volubiles vel erecti: ramis teretibus saepe elongatis tenuibus; foliis alternis petiolatis simplicibus serratis acutis penninerviis, glabris vel subtus pubescentibus deciduis exstipulatis; floribus axillaribus solitariis vel corymbosis albis.

1. TR. RUFUM Siebold et Zuccar. l. c. 727. — Foliis e basi rotundata ovato-ellipticis argute cuspidatis, repando-serrulatis, serraturis distantibus falcatis adpressis penninerviis, supra glabris, subtus ad nervos ferrugineo-pubescentibus, petiolis laminam subaequantibus; floribus corymboso-cymosis; pedunculis calycibusque dense ferrugineo-tomentosis. ♁ — Crescit in insulae Japonicae Kiusiu montibus altioribus.

2. TR. ARGUTUM Siebold et Zuccar. l. c. — Foliis e basi rotundata vel cordata obovatis vel obovato-oblongis, longe cuspidatis, a basi ad apicem usque serraturis

accumbentibus setacco-cuspidatis dense et acute serratis, penninerviis, utrinque glabris, petiolis lamina brevioribus; floribus in corymbum pauciflorum dispositis vel subsolitariis; pedunculis calycibusque pubescentibus. ♁ — Crescit in Japonia meridionali.

3. TR. REPANDUM Siebold et Zuccar. l. c. 728. — Foliis e basi rotundata ovatis acutis, basi acumineque obtuso integerrimis, caeterum remote repando-crenatis, crenis rotundatis glandula mucronatis, utrinque glabris, petiolis laminam subaequantibus; pedunculis axillaribus filiformibus unifloris aeque ac calycibus glabris. ♁ — Crescit in Japonia meridionali.

4. TR. POLYGAMUM Siebold et Zuccar. l. c. t. 2. fig. 2. — Polygamum: foliis alternis e basi rotundata late ovatis vel obovatis acuminatis, in toto margine serraturis mucronatis accumbentibus acute serrulatis, petiolis lamina brevioribus; pedunculis 1–2-floris calycibusque glabris. ♁ — Crescit in montibus saxosis prope Nangasaki in Japonia.

5. TR. VOLUBILE Siebold et Zuccar. l. c. — Ramis volubilibus elongatis gracilibus; foliis e basi rotundata lanceolatis acuminatis argute serratis, utrinque glabris, novellis linearibus, subtus pubescentibus; pedunculis axillaribus longis unifloris. ♁∪∩ — Crescit in Japonia ad urbem Oosaka.

Tribus IV. *LAPLACEAE* Endl.

5416. LAPLACEA *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. I. 527. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 372. II. 801.)

1. *L. (HAEMOCHARIS Mart. et Zucc. Nov. gener. et. spec. pl. Brasil. I. 107. t. 67.) SEMISERRATA St. Hil. Flor. Brasil. merid. I. 300. — Wlprs. l. c. I. 372. no. 3. — Hook. Bot. Magaz. t. 4129. — *Lindleya* Nees ab Esenb. Flora (B. Z.) 1821. p. 299. — *Wickstroemia fruticosa* Schrad. in Gött. Gelehrt. Anz. 1821. p. 710.

2. L. COURTYANA A. Rich. Flor. Cubens. 225. † t. 26. — Foliis ellipticis, apice subobtusis, basi angustatis et in petiolum brevem desinentibus, margine obsolete denticulatis, superne glabris nitidisque, inferne piloso-sericeis; floribus solitariis subterminalibus brevissime pedunculatis bibracteatis; sepalis 4–5 sericeis; petalis 5 obcordatis subinaequalibus. ♁ — Arbor speciosa 10–12-metralis, ramuli virgati teretes glabri cortice griseo tecti. Folia alterna in summitate ramorum approximata epunctata coriacea, margine subintegra. Flores albi grate odori ex axilla folii supremi orti. Pedunculus vix lineam longus crassus pilosus teres. — Crescit in parte occidentali insulae Cubae.

5416/$_1$. PLOIARUM *Krthls.*

(Krthls. Verhandlingen over de natuurl. Geschieden. 135. t. 25. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 376. no. 5432/$_1$.* — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 94. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. p. 345. absque diagnosi.)

Calyx 5-sepalus, aestivatione imbricata. Corolla pentapetala, aestivatione convoluta, petalis subbilobis. Stamina numerosa, filamenta pentadelpha apicem versus libera, antherae cordiformes, rimis longitudinalibus dehiscentes. Ovarium ovoideum quinquesulcatum quinqueloculare, ovula numerosa affixa placentis subcylindricis. Styli 5, stigmata capitellata. Capsula quinquesulcata septicida, valvulis cymbiformibus a basi dehiscentibus. Semina numerosa multiserialia ascendentia linearia, utrinque membranacea, testa et tegmen membranaceum sinuato-costatum, albumen carnosum, embryo rectus cylindricus utrinque obtusus. — Arbor Borneensis foliis alternis versus apicem ramulorum approximatis coriaceis; pedunculis axillaribus unifloris.

1. PL. ELEGANS Krthls. l. c. — Arbor 6–8-metralis, truncus erectus cylindricus cortice cinereo tectus, corona rotundata vel pyramidalis, rami patentes vel diffusi

subteretes cicatrisati glabri cinerei, ramuli compressi saepe angulati glabri rubri. Gemmae teretes acutae vel acuminatae glabrae involutae, partibus junioribus involutis. Folia versus apicem ramorum conferta alterna oblonga vel obovato-oblonga acuta, basi truncata vel subcordata, margine recurva et rubra, basi integerrima, apice serrulata, utrinque glabra coriacea 0,095 longa, 0,025 lata, nervo medio costatim prominente rubro, petioli compressi glabri brevissimi. Flores axillares solitarii longe pedunculati, pedunculi compressi saepe ancipites, versus apicem subteretes bibracteati glabri rubri. Bracteae oblongae acutae, apice serrulatae. Calyx pentasepalus campanulatus deciduus, sepala subaequalia rotundato-ovata acuta vel emarginata, saepe crenulata, utrinque glabra coriacea, rubro-marginata. Petala unguiculata obliqua obovata, apice emarginata crenulata, basi integerrima glabra subcoriacea. Filamentorum fasciculi petalis oppositi et cum glandulis pyramidalibus acutis alternantes. — Crescit in insula Borneo juxta Poeloe-lampei.

5418. **ARCHYTAEA** *Mart. et Zucc.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 373.* II. 801.)

1. A. TRIFLORA Mart. et Zucc. Nov. gener. et spec. plant. Brasil. I. 117. † t. 73. — Foliis fasciculatis subsessilibus obovato-lanceolatis acutiusculis; pedunculis terminalibus, apice trifloris. ♁ — Rami valde ramulosi alterni vel subverticillati cinereo-grisei glabri. Folia in apice ramulorum vel ad eorum innovationes 6–10 fasciculatim congesta in brevissimum petiolum decurrentia integerrima firma, utrinque glabra, supra nitida glaucescentia, circiter tripollicaria, 1–1½ poll. lata. Stipulae non visae. Pedunculi bini quaternive inter foliorum fasciculos provenientes illaque aequantes nudi glabri, semper triflori. Flores non visi sunt. — Crescit in Brasilia occidentali ad fl. Japura prope Arara-Coara.

5419. **KIELMEYERA** *Mart. et Zucc.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 373.)

1. K. MEMBRANACEA Casaretto, Decad. stirp. novar. Brasil. (IV.) 39. — Caule arboreo; foliis petiolatis ellipticis obovatisve glaberrimis, subtus nitidioribus; floribus paniculato-corymbosis; foliolis calycinis ovato-rotundis glabris subaequalibus; staminibus monadelphis. ♁ — Folia sparsa 4½–7-pollicaria, 2–3 poll. lata membranacea pinnatim venosa lineolisque transversis minimis numerosis opacis praedita, petiolus 6–7 lineas longus, flores albi. — Crescit in Brasilia in arenosis maritimis prope Rio de Janeiro.

5421. **MARILA** *Swrtz.*

(DC. Prodr. I. 558. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 374.)

1. M. MACROPHYLLA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 72. — Foliis oblongis brevissime acuminatis glabris; racemis folio brevioribus ferrugineo-tomentellis; stylo ovario vix breviore. ♁ — Affinis *M. tomentosae* Poepp. — Crescit in insula Gorgona.

5422/1. **CATOSTEMMA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 365. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 802.*)

Calyx cupuliformis, limbo bilobo, laciniis aestivatione imbricatis. Petala 5 perigyna; stamina basi breviter pentadelpha, filamentis filiformibus, antheris erectis, longitudinaliter bilocularibus dehiscentibus. Ovarium liberum sessile triloculare. Ovula in quovis loculo 2 collateralia, ex angulo interno ascendentia. Stylus filiformis, apice breviter trifidus, laciniis acutis, apice breviter et oblique stigmatiferis. Fructus desideratur. — Arbor Guianensis.

1. C. FRAGRANS Bth. l. c. † — Arbor 50-pedalis, ramulis subcanescentibus. Folia alterna obovato-oblonga obtusa vel retusa, mucrone subtus recurvo, 2–4-pollicaria, 1–2 poll. lata integerrima, basi parum et in petiolum angustata coriacea

glabra, nervo medio leviter canescente, penninervia, nervis subtus valde prominentibus, petiolo 3–5 lin. longo furfuraceo-canescente. Pedicelli in axillis supremis numerosi fasciculati sesquipollicares furfuracei, basi bracteis minutis squamaeformibus, supra squamis 3 inter se distantibus instructi. Calycis tubus extus furfuraceus late cupuliformis 2 lin. longus, limbus reflexus, laciniis 2 late ovatis concavis membranaceis 4–5 lin. longis, aestivatio leviter imbricata videtur. Petala sub apice tubi calycis inserta eoque longiora oblonga, valde imbricata glabra, per anthesin reflexa, post anthesin cum calycis tubi parte superiore circumscissa decidua. Stamina calyci infra petala inserta numerosissima, petalis breviora glabra. Ovarium tenuiter tomentosum subcarnosum. Stylus glaber staminibus longior. — Crescit in Guiana Britannica.

Tribus V. *GORDONIEAE* Endl.

5424. **GORDONIA** *Ell.*

(DC. Prodr. I. 523. excl. sect. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 374. II. 802. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 94.)

Sectio I. LASIANTHUS DC. — Calyx pentaphyllus ebracteolatus. Corolla pentapetala. Stamina pentadelpha, phalangibus petala nectentibus. Capsula quinquelocularis. — Species boreali-Americanae.

Sectio II. ANTHEEISCHIMA Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 137. t. 27. (Wlprs. l. c. II. 802.) — Calyx triphyllus vel tripartitus, bracteolis duabus a calyce remotis. Corolla hexapetala. Stamina in annulum brevissimum petala nectentem coalita. Capsula quinquelocularis. — Species Indicae.

Sectio III. CLOSASCHIMA Korthls. l. c. 139. t. 28. — Calyx pentaphyllus bibracteolatus. Corolla pentapetala. Stamina monadelpha petala connectentia. Capsula quinquelocularis. — Species Indicae *(Glossoschima* Wlprs. Repert. bot. syst. I. 375.)

1. G. (CLOSASCHIMA Krthls. l. c. 140. t. 28.) OVALIS Krthls. mss. — Ramulis subpubescentibus; foliis oblongo-ovalibus acutiusculis serrulatis, foliorum nervis approximatis; sepalis subaequalibus; petalis obovatis. ♂ — Arbor 10–15 metrorum, cortice fusco vel fusco-cinereo tectus, corona aperta, rami patentes distantes teretes cinerei, ramuli subcompressi puberuli. Gemmae lineares acutae dense sericeo-pubescentes. Folia serrulata vel crenulata, basi integerrima, supra glabra, subtus glabrata, juniora subtus pubescentia, coriacea, 0,07 longa, 0,02 lata, petiolis 0,002 longis. Flores axillares solitarii, pedunculi breves subteretes pubescentes. Bracteae calyci approximatae sublunares, intus glabrae, extus sericeae minutae deciduae. Petala carnosa, extus sericea. — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Melintang.

2. G. (CLOSASCHIMA Krthls. l. c. 141.) MARGINATA Endl. mss. — Ramulis glabris; foliis oblongo-ovalibus obtusiusculis, obsolete serrulatis, foliorum nervis distantibus; sepalis subaequalibus; petalis subrotundis. ♂ — Rami patentes subteretes fusci rimosi, ramuli compressi glabri. Gemmae elongato-conicae glabrae. Folia alterna versus ramulorum apicem congesta oblongo-ovalia vel obovata saepe emarginata, supra basin integerrima, margine recurva rubra, glabra coriacea, 0,08 longa, 0,03 lata, petioli semiteretes glabri 0,005 longi. Flores axillares saepe ad ramorum apices positi solitarii, pedunculi subteretes pubescentes breves. Bracteae calyci approximatae lunatae, intus glabrae, extus pubescentes. Petala subrotunda obtusa integerrima, extus pubescentia. — Crescit in insula Borneo in monte Tirin et juxta Martapoera.

5424/1. **SCHIMA** *Reinwardt.*

(Reinwardt in Blume, Bijdragen 129. — Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 142. t. 29. — Meisn. Gener. plant. vascular. I 41. II. 31.)

Calyx pentasepalus persistens, aestivatione imbricata, sepalis aequalibus. Corolla pentapetala, aestivatione imbricata, petalis inaequalibus, unum majus caetera ante explicationem calyptratim tegens. Stamina numerosa pluriserialia, filamenta basi inter se et cum petalis connata, antherae basi affixae longitudinaliter dehiscentes. Ovarium quinqueloculare, ovula 2-4 in singulo loculo descendentia, stylus quinquesulcatus, stigma quinquelobum. Capsula lignosa subglobosa quinquelocularis loculicida, valvulis ad medium usque dehiscentibus circum columellam dispositis. Semina 2-4 in sinu ventris columellae affixa reniformia, testa in alam chartaceam peripheriam expansa, tegmen membranaceum. Albumen tenue. Embryo subplanus, radicula in cotyledonum marginem inflexa, cotyledonibus contiguis planiusculis. — Arbores insularum Indicarum: foliis alternis coriaceis; floribus axillaribus foliorum abortu racemosis.

1. SCH. NORONHAE Reinwardt l. c. 130. — Krthls. l. c. 144. † t. 29. fig. 21. sq. — Foliis oblongo-lanceolatis acuminatissimis integris; pedunculis ad extremitatem ramulorum axillaribus solitariis unifloris; columellae apice stellaeformi; seminibus reniformibus. ♃ — Variat foliis undulatis. — Crescit in montibus insulae Javae occidentalis.
2. SCH. CRENATA Krthls. l. c. 143. † t. 29. — Foliis oblongo-ovalibus serrato-crenatis; columellae apice truncata quinquangulari; seminibus oblongo-reniformibus. ♃ — Crescit in insula Borneo.
3. SCH. ANTHERISOSA Krthls. l. c. 145. — Foliis lanceolatis acuminatis seratis; columellae apice ovoidea truncata. ♃ — Crescit in insula Sumatra.

† *Species excludenda.*

SCH. EXCELSA Blume, Catal. pl. hort. Buitenzorg. 80. = GORDONIA EXCELSA.

Tribus VI. *CAMELLIEAE* Endl.

5425. **CAMELLIA** *Linn.*)*

(DC. Prodr. I. 529. — Wlprs. Repert. bot syst. I. 375. — Camelliografia ossia tentativo di una nuova disposizione naturale delle varietà della Camellia del Giappone e loro descrizione di **Luigi Colla.** [— Torino. Presso Giuseppe Pomba 1843. 8vo. p. 150. c. tabb. 2.])

† Genus Ternstroemiaceis affine.

5432/1. **OCHTOCOSMUS** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 366. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 802.*)

Calyx persistens quinquepartitus, laciniis aestivatione imbricatis. Petala 5 persistentia, aestivatione imbricata leviter perigyna. Stamina 5 petalis alterna, disco tenui intra petala inserta. Antherae non visae. Ovarium sessile liberum ovato-conicum quinqueloculare dissepimentisque incompletis inter ovula semidecemloculare. Ovula in quovis loculo 2 ex angulo centrali pendula. Stylus filiformis. Stigma capitatum absoletissime quinquelobum. Fructus capsularis? — Frutex Guianensis.

1. C. RORAIMAE Bth. l. c. — Frutex 12–16-pedalis glaberrimus; ramis erectis subpyramidatis ungulatis. Stipulae parvae erectae coriaceae. Folia approximata brevissime petiolata late ovalia vel obovata, obtusissima vel emarginata, basi pa-

*) *Innumeras varietatum hortensium icones adferre nolui, praestantiores omnes in libro citato reperies.*

rum angustata, margine remote et breviter crenato-dentata, crenarum sinubus saepe glanduliferis, coriacea, supra nitidissima pennincrvia et reticulato-venosa, subtus opaca et pallida, 2–4-pollicaria, 1½–2 poll. lata. Pedunculi in axillis superioribus fasciculati foliis paullo longiores vel rarius breviores angulati, fasciculatim racemosi 6–10-flori, paniculam parvam ad apicem ramorum foliosam efformantes. Pedicelli vix linea longiores, singuli ex axilla bracteae minutae orti. Flores odorati parvi. Sepala vix lineam longa ovalia glabra. Petala alba 3 lineas longa obovato-oblonga, basi angustata obtusa. Filamenta petalis subaequilonga. Ovarium glaberrimum. Stylus petalis paullo brevior. — Crescit in Guiana ad ripas fluviorum prope montem Roraima.

5424/1. **GLOSSOSCHIMA** *Wlprs. Repert. bot. syst.* I. *p.* 375. omnino deleatur, errore typographico hoc genus ortum est pro **CLOSASCHIMA**. (cf. supra p. 134. no. 5424. sect. 3.)

Adnotatio.

5428. ADINANDRA W. Jack (Repert. I. 375.) hoc loco deleatur; cf. supra p. 130. no. 5409/2.

5429. PYRENARIA Blume (Repert. I. 376.) hoc loco deleatur et ponatur supra ad calcem GODONIEARUM no. 5424/1.

5432/1. PLOIARUM Krthls. (Repert. I. 376.) hoc loco deleatur; cf. supra p. 132. no. 5416/1.

Ordo XXXII. OLACINEAE *Herit.*

(DC. Prodr. I. 531. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 377. II. 802. — Endl. Gener. plant. p. 1041. et Suppl. II. p. 82. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 45. II. 33. — Bth. in Ann. of natur. hist. VII. 214.)

Tribus I. *ICACINEAE* Bth. l. c. 215. — (Endl. Gener. pl. Suppl. II. 82.)

Ovarium a basi uniloculare vel excentrice et complete triloculare. Ovula in quovis loculo duo, ab apice placentae hinc ovario adnatae collateraliter affixa pendula, in loculo superposita, placenta altera elongata. Stylus excentricus. Semen pendulum. Inflorescentia cymosa axillaris vel terminalis.

5488/1. **APODYTES** *E. Meyer.*

E. Meyer, ex Bth. Transact. of the Linn. soc. XVIII. 683. t. 41. — Endl. Gener. plant. Supplem. II. p. 82. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 345. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 802.*)

1. A. DIMIDIATA E. Meyer ex Bth. l. c. 684. t. 41. — Arbor vel frutex, cortice griseo tectus; ramulis angulatis pubescentibus. Folia exstipulata alterna petiolata ovali-elliptica vel oblonga 1½–2-pollicaria obtusa integerrima, basi rotundata vel cuneata perennantia, supra glabra nitida, subtus pube rara conspersa. Paniculae terminales laxe racemosae folia subaequantes. Bracteae minimae ovatae vel lanceolatae. Flores vix ultra lineam longi. Calyces minute puberuli. Corolla glabra. Fructus (a calyce ad styli basin) 2 lin. longus, cum appendice carnosa 4 lin. latus. — Crescit in Africa australi ad Port Natal.

?5488/3. **EMMOTUM** *Dsvx.*

(Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 29.)

Calyx minutus quinquefidus, laciniis obtusis. Corolla subcampanulata. Petala acuta, intus lanugine tomentosa, extus rufescenti-sericea. Stamina cum petalis alterna, filamentis basi latiusculis compressis, antheris ovatis. Ovarium lanuginosum. Stylus capillaris. — Arbor Guianensis alternifolia: floribus subumbellatis, fructu ignoto.

1. E. FAGIFOLIUM Dsvx. l. c. — Ramis junioribus pubescentibus; foliis ovatis oblongis acuminatis subglabris, supra nitentibus, subtus nervosis, nervis subalternis incurvo-parallelis simplicibus; floribus axillaribus lateralibusque subumbellato-fastigiatis; pedunculis pubescentibus. ♁ — Crescit in Guiana.

Tribus II. *OPILIEAE* Bth. l. c. — (Endl. l. c. p. 83.)

Ovarium a basi uniloculare. Ovulum saltem per anthesin unicum minimum, ab apice placentae liberae centralis pendulum. Stylus centralis. Semen erectum. Inflorescentia axillaris racemosa.

5489/1. **CANSJERA** *Juss.*

(Juss. Gener. plant. 448. — Rxb. Pl. Coromand. II. 1. t. 103. — Endl. Gener. plant. no. 2103. et Suppl. II. p. 83. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 803.)

1. C. SCANDENS Rxb. l. c. — Spr. Syst. veget. I. 453. — Roem. et Schult. Syst. veget. III. 331. — (Wlprs. l. c. 803.) — Ramis scandentibus; foliis breviter petiolatis late lanceolatis integerrimis glabris; spicis axillaribus solitariis vel pluribus densis; floribus flavescentibus parvis; bracteis ovatis adpressis perigonio dimidio brevioribus. ♁ — *C. Malabarica* Lam. — *C. Martabanica* Wall. ex Meisn. Denkschriften der Königl. bayersch. bot. Gsllschft. zu Rgnsbrg. III. 290. † — *C. Rheedei* Gmel. Syst. I. 280. — *Scheru-valli Caniram* Rheede, Hort. Malabaric. VII. 7. t. 4. — *Tsjeru-Caniram* Rheede l. c. 3. t. 2. — Crescit in India orientali (Malabaria).

2. C. LANCEOLATA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 491. — Foliis brevissime petiolatis late lanceolatis acuminatis, margine undulato-crispis; staminodiis anguste lanceolatis. ♁ — Crescit in China ad Hong-kong.

3. C. LEPTOSTACHYA Bth. l. c. II. 231. — Foliis ovato-lanceolatis longe acuminatis, basi angustatis; floribus glabriusculis parvis; staminodiis late obovatis truncatis. ♁ — Folia fere praecedentis, at longius acuminata, basi longius angustata, vix margine undulata. Ramuli glabri. Spicae graciles breves vix minute puberulae. Flores multo minores quam in *C. scandente* subglobosi. Staminodia fere orbicularia, apice truncata et obscure tridentata. — In insula Nova Hibernia.

† *E genere excludenda.*

C. MADAGASCARIENSIS Spr. Syst. veget. I. 453. = POTAMEJA MADAGASCARIENSIS.

Tribus III. *OLACEAE* Bth. l. c. — (Endl. l. c.)

Ovarium a basi dissepimentis spuriis (rarius evanidis) 3-4-loculare, apice uniloculare, placenta centrali dissepimentis spuriis basi adhaerente, superne libera. Ovula tot quot loculi spurii, ex apice placentae pendula. Semen erectum. Inflorescentia axillaris racemosa, racemis rarius ad florem unicum reductis.

5490. **XIMENIA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 533. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 377.)

1. X. LAURINA Delile, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 89. — Ramulorum vetustiorum cortice albescente; foliis ovatis glabris; floribus aggregatis umbellatis; petalis intus dense barbatis. ♁ — *X. Americana* var. *inermis* Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 97. — Crescit in Abyssinia prope Tschellatschekermé.

5492. **OLAX** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 531. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 377. II. 803.)

1. O. BENTHAMIANA Miquel in Lehm. Pl. Preiss. I. 228. † — Foliis sessilibus linearibus, apice uncinato-mucronatis, floralibus densis ovalibus vel obovatis, apice postice mucronulatis, carinato-complicatis, flores solitarios amplectentibus; corolla quinquefida; filamentis sterilibus bifidis, interne pilorum seriem juxta corollam demittentibus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia inter saxa calcarea ad oram marinam prope Perth.

5492½. **PTYCHOPETALUM** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 376. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 803. sub no. 5488½.*)

Calyx minimus obsolete quinquedentatus. Petala 5 linearia, aestivatione valvata, marginibus supra medium inflexis crispis, infra medium intus barbatis. Stamina 10, filamentis liberis, basi cum petalis subcohaerentibus. Ovarium oblongum liberum uniloculare. Ovula (3?) minuta ab apice placentae erectae, ovario lateraliter adhaerentia pendula. Stylus filiformis, stigma capitato-trilobum. Fructus.....? — Frutex Cayennensis habitu *Olacis* glaberrimus.

1. PT. OLACOIDES Bth. l. c. 377. — Folia alterna ovato- vel oblongo-lanceolata acuminata breviter petiolata exstipulata 3–4-pollicaria. Racemi axillares breves ramosi pauciflori. Pedicelli 2–3 lin. longi, singuli ad axillam bracteae minutae squamaeformis, bracteis infimis paullo majoribus sterilibus approximatis. Corollae petala 3 lin. longa, extus glaberrima. ♁ — Crescit in Cayenne.

5492½. **LIRIOSMA** *Poepp. et Endl.*

(Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 33. t. 239. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 804. sub no. 5497½.* — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 68. III. 95. no. 5497½. — *Hypocarpus* Alph. DC. Prodr. syst. veget. VIII. 245. adnot.)

Calyx obconicus, apice truncatus. Corolla hexapetala, petalis geminatim ex filamentis 3 staminum, facie interna subconnatis, aestivatione valvari. Stamina 3, petalis 2 alternantia. Filamenta ovato-acuta plana, basi barbata, petalis inferne connata. Antherae oblongo-tetragonae retrorsae biloculares, utrinque emarginatae, filamenti parte libera longiores, hujus apice attenuata medio dorso affixae. Appendices seu potius (ex situ et forma) stamina sterilia 6 cum fertilibus verticillata, corollae basi adnata ibique barbata, supra longe linearia bipartita glabra, staminibus sublongiora, petalis breviora, cuique petalo subopposita ad marginem stamine orbatum approximantia. Ovarium inferum vertice breviter liberum hispidum et intus planum, intra calycem triloculare, ovulis 3 ex apice cujusque loculi pendentibus oblongis, parietibus centro connatis, apice extremo supra ovula interruptis. Stylus 1, stigma capitatum subtrilobum. Fructus totus inferus carnosulus? monospermus. Semen albuminosum, embryo semine brevior superus, cotyledonibus.....? — Frutices? Brasilienses foliis alternis breviter petiolatis ovato-ellipticis integris, utrinque obtusis membranaceis; racemis axillaribus paucis 3-5-floris folio multo brevioribus, pedicellis alternis flore subbrevioribus.

1. L. CANDIDA Poepp. et Endl. l. c. — Foliis ellipticis, utrinque acutis obiter remoteque serratis vel integerrimis, utrinque glaberrimis; pedunculis axillaribus corymboso-multipartitis cinereis; calycibus glabris; petalis lineari-lanceolatis glabris, extus virenti-cinereis. ♁ — Arbor triorgyalis ramosissima, truncus 4 poll. crassus, ligno molli odorato flavescente, cortice cinereo glabro. Folia 5–pollicaria, 2 poll. lata. Pedunculi folio breviores corymboso-multiflori. Flores bracteolis duabus oppositis fulti parvi. Calycis limbus angustissimus truncatus vel absolete denticulatus Petala apice acuto incrassata tumida glabra trinervia coriacea. — Crescit in sylvis primaevis ripas fluminis Teffé in Brasilia boreali obumbrantibus.

2. L. (OLAX Bth. Ann. of natur. hist. VII. 217. — Wlprs. l. c. I. 378. no. 7.) PAUCIFLORA Wlprs. mss. — Foliis ovatis, junioribus cum ramulis pedicellisque puberulis; pedunculis axillaribus 1–3-floris; calycibus molliter pubescentibus ovarii basi adnatis, margine libero brevissime truncato. ♁ — *Hypocarpus pauciflorus* Alph. DC. l. c. 246. (adnot.) — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

3. L. GARDNERIANA Wlprs. mss. — Foliis ramulisque glabris; pedicellis calycibusque pulverulento-subpuberulis; floribus racemosis; corollis extus glabris. ♁ — Fructus elongato-pyriformis 5 lin. longus. — *Hypocarpus Gardnerianus* Alph. DC. l. c. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

OBSERVATIO. *Dulacia singularis* Vell. Flor. Flumin. I. t. 78. et *Olax macrophylla* Bth. l. c. (Wlprs. l. c. no. 6.) forsan ad hoc genus revocandae erunt.

† Genera dubia.

5497. TRIPETALEIA *Siebold et Zucc.*

(Siebold et Zucc. in Abhandl. der München. Akad. II. Classe III. 731. t. 3. fig. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 95.)

Calyx cupuliformis quinquedentatus, sub fructu stipitato persistens. Petala 3 hypogyna exunguiculata lineari-oblonga, aestivatione subvalvata. Stamina 6 hypogyna libera, omnia fertilia, filamenta compresso-plana uninervia erecto-conniventia, antherae introrsae biloculares, basi affixae obovato-oblongae longitudinaliter dehiscentes. Germen in stipite cylindrico calycem superante globoso-subtrilobum triloculare, trophospermio in quovis loculo ex angulo centrali pendulo plurigemmulato. Ovula circiter 10 horizontaliter patentia orthotropa. Stylus terminalis persistens cylindrico-subclavatus elongatus pervius, apice in annulum vel discum incrassatus cui stigma insidet trilobum, lobis subdeltoideis, primum conniventibus, demum patentibus et apicem versus subflexis. Capsula stipitata stylo coronata globoso-triloba trilocularis trivalvis, valvis septicidis a columna centrali coccorum in modum una cum trophospermiis solvendis. Semina in loculis 8–10 biserialia horizontalia muco exsiccato crustaceo inter se conglobata elliptica compressiuscula, hilo prominulo, integumento membranaceo reticulato-celluloso. Embryo in albumine carnoso aequabili infra verticem seminis inclusus rectus orthotropus, radicula brevissima conica verticem, cotyledonibus carnosis ultra medium coalitis hilum spectantibus. — Frutex Japonicus.

1. TR. PANICULATA Siebold et Zucc. l. c. 732. t. 3. fig. 2. — Ramis alternis, junioribus angulato-trigonis cortice fuscescente vestitis, gemmis perulatis; foliis alternis simplicibus, basi cuneata in petiolum decurrentibus obovato-subrhombeis acutis, mucronulatis integerrimis penninerviis membranaceis glabris deciduis exstipulatis; floribus in paniculam terminalem laxam erectam dispositis; pedunculis basi bractea lineari suffultis, infra medium bibracteolatis, ante anthesin nutantibus, fructiferis erectis. ♁ — Crescit in Japonia.

5497/$_2$. PARASTEMON *Alph. DC.*

(Alph. DC. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XVIII. 208. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 95.)

Flores dioici, foemineis fructibusque ignotis. Calyx gamosepalus in alabastro clavaeformis externe subgibbosus, profunde quinquefidus, lobis ovatis obtusis, aestivatione quincunciali, duobus exterioribus. Petala 5 vel rarius 6, apice tubi calycis inserta ovato-rotundata libera caduca, aestivatione dubia, non valvari, lobis calycinis alterna et breviora. Stamina 5 cum petalis alternantia libera, apice tubi calycinis inserta, quorum 2 antherifera latere floris externo lobis duobus calycis opposita, 3 sterilia latere floris altero lobis calycis reliquis opposita. Filamenta in omnibus pilis albidis basi obsita, superne glabra filiformia, petalis breviora. Antherae incurvae rotun-

datae biloculares, loculis oppositis longitudinaliter dehiscentibus. Pollen ellipsoideum. Ovarium nullum. Tubus calycis interne pilosus. — Frutex Indicus.

1. P. UROPHYLLUS Alph. DC. l. c. — Frutex glaberrimus. Folia alterna ovato-lanceolata, basi acuta, in petiolum brevem sensim angustata, apice abrupte in acumen obtusiusculum attenuata integra 2–3-pollicaria, petiolo bilineari, 10–15 lineas lata nitida non punctata nec pellucida, nervis parum distinctis. Racemi axillares spiciformes graciles folia longitudine subaequantes simplices vel a basi ramosi. Flores alterni approximati ¾ lin. longi. Bracteae concavae ovato-acuminatae subciliatae linea breviores. Pedicelli bractea breviores a tubo calycis vix distincti. — *Embelia urophylla* Wall. Catal. 2309. ex Alph. DC. Transact. of the Linn. soc. XVII. 131. — Crescit in India orientali ad Singapore.

Ordo XXXIII. AURANTIACEAE *Correa.*

(DC. Prodr. I. 535. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 379. II. 804. — Endl. Gener. plant. p. 1043. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 46. II. 34.)

5509. **MICROMELUM** *Blume (nec Micromelium).*

(Blume, Bijdragen 137. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 382.)

1. M. PUBESCENS Blume l. c. 138. — Foliolis 7-9 ovatis obtuse acuminatis, subtus cum ramulis corymbisque puberulis. ♃ — Folia imparipinnata, foliolis alternis obliquis; corymbi terminales. — Crescit in insulae Javae montosis calcareis.
2. M. GLABRESCENS Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 212. — Foliolis 10–12 oblique ovatis acuminatis, minute crenulatis, acultis glabris, junioribus inflorescentiaque tomentellis; calyce brevissime quinquedentato; fructu oblongo obtusissimo. ♃ — Crescit in insulis Philippinis.

5510. **PARAMIGNYA** *Wight.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 382.)

1. *P. BLUMEI Hasskarl, Tijdschrift voor natuurlijke Geschieden. X. I. 137. — *Limonia? dubia* Blume, Bijdragen 133. — (Wlprs. l. c. I. 379. no. 2.)

5512. **FERONIA** *Correa (nec Teconia Wlprs. Repert. I.* 382.)

5514. **CITRUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 539. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 582. II. 804.)

1. C. CRASSA Hsskrl. Catal. pl. in horto Bogoriensi cult. 216. — Petiolis subnudis; foliis (majusculis) ovato- vel obovato-oblongis obtusis aut retusis crenulato-serratis; floribus 40-andris; petalis albidis oblongis; fructibus citrinis oblongis, cortice crassissimo, pulpa parca, succo acido. ♃ — Colitur in horto Bogoriensi.
2. C. MACRACANTHA Hsskrl. l. c. 218. — Petiolis obcordatis, foliis ovalibus ovatisve, apice rotundatis aut acutiusculis crenulatis petiolos plus sexies superantibus, axillis omnibus spina longissima (2 poll.) tereti armatis; floribus.....?; fructibus globosis magnis citrinis, cortice crassiusculo, pulpa pallida, succo suavissimo dulci copioso. ♃ — Colitur in horto Bogoriensi.
3. C. OBVERSA Hsskrl. l. c. — Petiolis (in eodem ramo) nunc obcordatis, nunc linearibus vix alatis; foliis ovalibus obovatis vel ellipticis, basi rotundatis vel subattenuatis, apice acutis, plerumque rotundatis, magis minusve retusis, margine vix repandis, crenatis; floribus racemosis grandibus 36-andris; fructibus oblon-

gis obtusis, basi parum attenuatis, cortice aurantiaco verrucoso, succo acido, carne rubra. ♃ — Colitur in horto Bogoriensi.

4. C. PAPAYA Hsskrl. l. c. — Petiolis subnudis; foliis oblongis vel elliptico-oblongis submembranaceis, basi acutis vel rotundatis, apice acutis, nunc subretusis, margine cartilagineo repando-crenatis; spinis axillaribus rectis brevibus; fructibus oblongis umbonatis (forma *Caricae Papayae*), cortice laevi luteo-viridi, carne albida, succo acido. ♃ — Colitur in horto Bogoriensi.

5514½. **PAPEDA** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 216.)

Differt a *Citro* calyce quadridentato plano, petalis 4, staminibus 24, filamentis omnibus liberis.

1. P. RUMPHII Hsskrl. l. c. — Petiolis maximis alatis; foliis ovatis obtusis crenatis diaphano-punctatis; floribus racemosis terminalibus; fructibus subglobosis, cortice crasso verrucoso, pulpa viridi amara acidissima. ♃ — Petala extus luridorosea, flores inter minores. — *Lemon Papeda* Rmph. Herb. Amboin. II. 104. t. 27. — Crescit in India orientali.

5515. **CHIONOTRIA** *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 155. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 382.*)

1. CH. RIGIDA W. Jack l. c. — Frutex, cortice cinerascente corrugato instructus. Folia opposita brevissime petiolata ovato-lanceolata acuminata, basi angustata integerrima glaberrima pellucido-punctata. Stipulae subulatae acutae. Racemi axillares erecti rigidi ramosi stricti foliis breviores, pedicellis brevibus rigidis multifloris. Flores virentes inconspicui. Bracteae minimae. Calyx minimus quinquepartitus. Corolla calyce parum longior pentapetala. Stamina 10 exserta erecta, antherae incumbentes. Ovarium superum biloculare biovulatum, ovulis pendulis. Stylus crassiusculus staminum longitudine, stigma capitatum obtusum. Bacca cerasi magnitudine, niveo-alba globosa umbilicata, pulpa spongiosa farinacea repleta, semen singulum magnum rotundum continens. Semen globosum suspensum umbilicatum, integumentum coriaceum venosum, venis ex umbilico divergentibus. Albumen nullum. Embryo inversus semini conformis, cotyledones plano-convexae obscure virides, facie externa corrugatae, interna punctatae. Radicula supera, umbilico obversa, brevis recta cylindrica obtusa ferruginoso-puberula. Plumula brevis conica. — Crescit in India orientali ad Pulo-Penang.

Ordo XXXIV. HYPERICEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 541. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 383. II. 805. — Endl. Gener. plant. p. 1031. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 44. II. 33.)

5464. **HYPERICUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 543. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 383. II. 805.)

1. H. DECIPIENS Watson in Hook. Lond.journ. of bot. III. 588. — Herbaceum nigro-punctatum: caule erecto tetraptero ramoso; foliis pellucido-punctatis oblongis obtusis retusisve; floribus laxe paniculatis; sepalis lanceolatis acutis; stylis tribus divaricatis ovario longioribus; corolla lutea (minime citrina), extrinsecus rubicunda. ♃ — Folia caulina saepius reflexa, margine undulata. Caulis, folia, calyx, corolla et antherae nigro-punctata. — Crescit in insula Azorica Fayal.

2. H. AMBLYSEPALUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. I. 31. — Glaberrimum: caule ascendente tereti; foliis lineari-spathulatis obtusissimis, margine subrevolutis glaucescentibus pellucido- et nigro-punctatis; paniculis terminalibus; calyce quinquepartito, partitionibus obovato-suborbicularibus glandulis nigris toto ambitu ciliatis, pellucido-punctatis lineolatisque; petalis flavis calyce triplo longioribus, basi valde attenuatis, margine superiore glandulis nigris pedicellatis ciliatis; stylis 3 subsquarrosis ovario longioribus. ♃ — Valde affine forteque idem ac *H. retusum* Auch. — Crescit in Oriente.

3. H. CYMOSUM Hochstett. l. c. — Caule erecto tereti, tuberculis glandulaeformibus asperulo; foliis lineari-lanceolatis trinerviis pellucido-punctatis; floribus parvis in corymbum densum coarctatis; calyce campanulato vix ad medium quinquefido, laciniis lineis 2 pellucidis instructis, margine versus apicem membranaceis glandulisque nigris paucis ciliatis; petalis flavis apice obtuso glandulis nigris ciliatis; ovario acuminato, stylis tribus erectis. ♃ — Valde affine est *H. scabro* L. sed jam calyce satis diversum. — Crescit in Oriente.

4. H. LEPTOPHYLLUM Hochstett. l. c. — Glabrum: caule ascendente tereti glanduloso-punctato; foliis anguste linearibus margine revolutis glanduloso-punctatis; paniculae ramulis trifloris; calycibus quinquepartitis, laciniis lanceolatis acutis pellucido-lineolatis pectinato-serratis, glandula nigra apiculatis; petalis flavis rotundatis pellucido-punctatis, apice nigro glandulosis. ♃ — Crescit in Oriente.

5. H. LORENTII Hochstett. l. c. — Glaberrimum: caule ascendente tereti glandulisque flavis parce consperso; foliis linearibus vel lineari-lanceolatis obtusis glaucescenti-viridibus, supra glanduloso-granulosis glandulisque paucis (jam oculo nudo visibilibus) flavis instructis, ideoque pellucido-punctatis, margine cartilagineo-membranaceis scabriusculis; ramulis axillaribus foliis angustissimis margine revolutis instructis; floribus magnis paniculatis; calycis quinquepartiti laciniis rotundato-ovalibus fusco-virentibus lineolis nigris glandulosis percursis margineque nigro-glanduloso-ciliatis; petalis latis unguiculatis flavis glandulis paucis pellucidis margineque superiore glandulis parvis nigris instructis. ♃ — Crescit in Oriente.

6. H. RUBRUM Hochstett. l. c. — Glabrum: caule tereti simplici vel ramoso, apicem versus subancipiti; foliis linearibus margine revolutis coerulescenti-viridibus pellucido-punctatis; floribus parvis ad apicem caulis ramorumque corymboso-paniculatis; pedicellis purpureis; calycis quinquefidi laciniis ovalibus acutis pellucido-punctatis margine nigro-glanduloso-ciliatis; petalis coccineis pellucido-punctatis margine superiore glandulis parvis nigrescentibus instructis; filamentis stylisque ternis squarrosis purpurascentibus. ♃ — Crescit in Oriente inter Biredschik et Carragoran.

5464/1. **THYMOPSIS** *Jaub. et Spach.*

(Jaub. et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 72. t. 37.)

Calyx campanulatus quinquefidus persistens parum accrescens, segmenta inaequalia erecta obsolete glanduloso-serrata. Petala 5 marcescentia exappendiculata obliqua, sub anthesi patentia plana, dein convoluta reflexa. Discus obsoletus. Stamina marcescentia triadelpha, androphoris brevissimis 6-10-andris. Filamenta capillaria. Antherae cordato-subrotundae dorso glandula subpellucida adnata instructae. Glandulae vel squamulae hypogynae nullae. Ovarium ovoideum tricephalum trisulcum tristylum triloculare, loculis 4-6-ovulatis, placenta brevi pyramidata triquetra stipitata, apice tricuspidata. Ovula anatropa inversa in quovis loculo biseriata. Styli filiformes divergentes subrecti. Stigmata truncata papillulosa. Capsula chartacea vittulata trisulca trilocularis, ab apice ad medium septicide trivalvis, valvis navicularibus divergentibus dorso convexis placentaque persistentibus. Semina.....? — Suffrutex Cappadocicus ramosissimus, caudicibus lignosis demum radicantibus. Rami floriferi simplices erecti caespitosi, basi frutes-

cente excepta annui, setulis brevissimis rigidis crassiusculis, apice ramosis vel papillosis asperi. Folia opposita coriacea integerrima uninervia revoluta sublinearia impresso-punctulata (sub lente quasi papillulosa) vesiculis opacis albicantibus conspersa exarticulata marcescentia subsessilia. Pedunculi 1-3-flori erecti, modo terminales terni, modo subterminales corymbosi, centrales nudi, laterales et axillares infra apicem vel ad pedicellorum originem bibracteati. Bracteae foliaceae minutae persistentes subnaviculares, obsolete glanduloso-denticulatae.

1. *TH. ASPERA Jaub. et Spach l. c. † t. 37. — ♃ — Crescit in Cappadocia ad ripam Euphratis.

5464/2. **ADENOTRIAS** *Jaub. et Spach.*

(Jaub. et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 76. t. 39.)

Calyx persistens subcoriaceus campanaeformis quinquepartitus, sepala striato-nervosa integerrima impunctata eglandulosa, tenerrime pellucido-vittulata erecta imbricata, duo exteriora interioribus tribus latiora. Petala 5 decidua obliqua spathulata, superne patentia marginibusque imbricata, inferne erecta, basi antice squamula carnosa subcuculliformi ultra medium adnata aucta, aestivatione et post anthesin convoluta et imbricata. Stamina triadelpha decidua. Androphora elongata lineari-liguliformia 9-15-andra, ovarii dissepimentis opposita, filamentis brevibus capillaribus pluriseriatis. Antherae reniformes dithecae, dorso supra medium affixae introrsae versatiles, apice emarginatae et glandula minuta subpellucida coronatae, thecis antice sulco profundo excentrico inaequaliter didymis. Discus obsoletus. Glandulae hypogynae 3 carnosae ovoideae persistentes, androphoris interpositae. Ovarium ovoideum triloculare tricephalum tristylum profundeque trisulcum, loculis biovulatis. Ovula axi centrali filiformi tripartibili affixa anatropa, in quovis loculo uniseriata, verticaliter fereque immediatim superposita, inferiora appensa (micropyle supera), superiora inversa (micropyle infera). Styli filiformes erecti subrecti. Stigmata capitellata papillosa. Fructus desideratur. — Fruticuli erecti orientales glaberrimi ramosissimi: caulibus ramisque vetustioribus aphyllis teretibus exarticulatis immarginatis, ramis recentibus ramulisque articulatis dichotomis obsolete tetragonis. Folia parva opposita decussata integerrima carnosula crassiuscula glauca impresso-punctulata avenia, in pagina superiore enervia et plana, in pagina inferiore convexa et nervo medio tenui carinulata spathulata, in petiolum brevem tandem basi articulatum angustata, verosimiliter biennia. Flores minuti aurantiaci in cymas aphyllas pedunculatas (evolutione centrifuga) dispositi. Pedunculi solitarii terminales (post anthesin saepissime ramulorum elongatione ulteriori alares vel laterales) elongati graciles erecti tetragono-ancipites dichotome vel rarius trichotome 7- vel pluriflori, hebatione nonnumquam 3-5-flori, ad ramificationes articulati et bibracteati. Pedicelli alares solitarii et terminales plerumque terni filiformes pentagoni subfastigiati, basi articulati, alares et centrales nudi laterales, sub apice bibracteoati. Bracteae et bracteolae submembranaceae minutae deciduae concavae uninerviae integerrimae.

1. A. PHRYGIA Jaub. et Spach l. c. † t. 39. — (Wlprs. Repert.-bot. syst. II. 810.) — Calyce staminibus longiore; stylis ovario duplo longioribus exsertis. ♁ — Crescit in Phrygia.

2. A. KOTSCHYI Jaub. et Spach l. c. 77. — (Wlprs. l. c.) — Calyce staminibus subdimidio breviore; stylis inclusis ovario duplo brevioribus. ♁ — *Hypericum empetrifolium* Kotschy Herb. no. 101. — Crescit in Tauro. — A praecedente cujus forte varietas nulla alia, quam indicatis notis differt.

5466. **VISMIA** *Vellozo.*

(DC. Prodr. I. 542. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 391.)

1. V. ANGUSTA Miquel, Linnaea XVIII. 27. † — Ramulis tetragonis; petiolis pedunculisque rufo-tomentoso-hirtis; foliis lanceolato-oblongis vel sublanceolatis breviter acuminatis, basi leviter inaequali rotundata emarginatis, patentim multicostatis coriaceis, supra glabris, subtus ochraceo-fulvis hirtellis, glandulis resinosis luteis et nigris obscuris inspersis; calyce hirtello glanduloso obtuso. ♁ — Crescit in Surinam ad Osembo.

Ordo XXXV. CLUSIACEAE *Lindl.*

(GUTTIFERAE Juss. ex p. — DC Prodr. I. 557. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 392. II. 810. — Endl. Gener. plant. p. 1024. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 42. II. 31.)

5438. **CLUSIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 558. [excl. §. 2.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 393. II. 811.)

1. CL. MAMMOSA Casaretto, Nov. stirp. Brasil. decad. 60. no. 62. — Foliis longiuscule petiolatis obovatis vel obovato-ellipticis, apice rotundatis integris vel subemarginatis, basi acutiusculis subinaequalibus ac in petiolum subdecurrentibus, parallele venosis, venis paullulo magis supra quam subtus conspicuis, nervo medio utrinque prominente; pedunculis terminalibus (unifloris); calyce tetraphyllo calyculato; corolla.....?; capsula sphaeroidea; stigmatibus 8-10 ovato-oblongis erectis arcte simul coeuntibus, singulis in medio longitudinaliter subexcavatis. ♁ — Folia 3-5-pollicaria, 1¾-2½ poll. lata coriacea, petioli 7-14 lin. longi. Pedunculi paullo infra florem bracteolati, bracteolae concavae horizontales vel erectiusculae. — Crescit in Brasilia in sylvis primaevis prope Passagem prope Bahiam.
2. CL. GANABARICA Casaretto l. c. no. 63. — Foliis suboblique obovatis vel obovato-rhombeis, apice obtusissimis, basi in petiolum brevem cuneato-attenuatis, tenuiter ac parallele venosis, venis inter se proximis ac in nervulum submarginalem confluentibus, nervo medio supra planiusculo, subtus prominente; floribus terminalibus cymosis; calyce tetraphyllo calyculato; corolla.....?; capsula depresse ellipsoidea; stigmatibus 5 ovatis distinctis peltatis, supra planis ac in medio subumbilicatis. ♁ v. ♁ — Folia (cum petiolo 2-5-lineari) 2½-4½-pollicaria, 1¼-2 poll. lata carnosula coriacea. Pedicelli paullo infra florem bracteolati, bracteolae concavae horizontales vel erectiusculae. — Crescit in Brasilia ad sinum Fluminensem prope Rio de Janeiro.
3. CL. RUPICOLA Casaretto l. c. 61. no. 64. — Foliis sessilibus late obovato-subrotundis, basi breviter obtuseque cuneatis, margine revolutis, tenuiter ac parallele venosis, venis valde approximatis ac in nervulum submarginalem confluentibus, nervo medio supra plano, subtus crasso prominente ac basin versus latissimo; floribus terminalibus pedunculorum apice ternis approximatis; calyce tetraphyllo calyculato; corolla hexapetala; capsula.....? stigmatibus.....? ♁ — Folia 3-4-pollicaria, 2-3 poll. lata, subcarnosa coriacea, basi subamplexicaulia. Pedunculi late compressi immediate sub florum fasciculo bracteolati, bracteolae concavae reflexae. Flores albi. — Crescit in Brasiliae montibus dos Orgaõs.
4. CL. SUBSESSILIS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 72. — Foliis sessilibus obovatis obtusissimis, basi angustato-rotundatis, venis valde obliquis crebris, utrinque leviter prominulis; pedunculo terminali brevi trichotomo plurifloro; floribus foemineis bibracteatis tetrasepalis, pentapetalis anandris; stigmate (5-?) 6-radiato. ♁ — Crescit in Columbia.

5438/1.? **TRIPLANDRON** *Bth.*

(Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 73. t. 28.)

Flores dioici. Masculi: calyx bibracteatus 4-sepalus. Corolla 4-petala. Stamina numerosa triseriata, in massam tetragonam convexam connata, seriei interioris majora, filamenta crassa angulato-concreta, antherae terminales, connectivo immersae, loculis rima oblonga dehiscentibus. Flores foeminei: calyx et corolla maris. Stamina sterilia in cupulam carnosam tetragonam ovarium cingentem connata. Ovarium tetragono-globosum, stigmata plurima (circa 9) sessilia radiantia, ovarii loculi totidem (pluriovulati?).

1. TR. LINEATUM Bth. l. c. † t. 28. — Arbor 20-pedalis. Folia petiolata, opposita, 3–5-pollicaria, ovali-oblonga, utrinque acuta vel rarius apice obtusiuscula coriacea, percursa venulis crebris parallele divergentibus, utrinque prominulis et lineolis tenuibus in sicco purpurascentibus nervo medio subparallelis, a basi ad apicem folii extensis. Petiolus 3–8 lin. longus, basi subdilatatus et intus (in glandulam?) incrassatus. Pedunculi ad apices ramorum vel ramulorum brevium axillarium, brevissimi terni recurvi. Bracteae orbiculatae, 2 lin. longae. Sepala orbiculata concava, coriacea, 4 lin. longa. Petala 8–9 lin. longa patentia obovato-rotundata rubra, marginibus reflexis crispis. Stamina marium in serie exteriore circa 20, in intermedia 15–18, in interiore 5–9 duplo fere majora, omnia in massam coalita ovarium abortivum saepius minimum circumdantem at ab hoc liberam. Staminum sterilium urceolus in flore foemineo acute tetragonus, ovario brevior. Stigmata inter se distincta et a centro distantia fere *Clusiae crivae.* — Crescit ad Tumaco et San Pedro in Columbia.

5446/1.? **DISCOSTIGMA** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 212. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 95.)

Flores dioici, masculi.....? foeminei: calyx 4-sepalus deciduus, sepala alterna minora; corolla 4-petala decidua; rudimenta staminum nulla. Ovarium ovatum biloculare, loculi uniovulati, stylus nullus, stigma peltato-discoideum integerrimum; fructus.....? — An *Garcinieis?* an *Calophylleis* adjungendum genus?

1. D. ROSTRATUM Hsskrl. l. c. — Foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis rostratis glaberrimis integerrimis; racemis lateralibus rarius axillaribus abbreviatis. ♂ — Planta foeminea semper sterilis in horto. — Crescit..... (in insula Java)??

5448/1. **CALYSACCION** *Wght.*

(Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 130. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. Addend. 108. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 345.)

1. C. (CALOPHYLLUM Wall. Catal. 5632.) LONGIFOLIUM Wght. l. c. — Ramis teretibus, ramulis quadrangularibus; foliis glabris breviter petiolatis lineari-lanceolatis obtusis duris crassis coriaceis oppositis, costa prominente, venis parallelis; floribus numerosis in tuberculis lateralibus congestis capitula lateralia densissima formantibus; pedicellis brevissimis unifloris. ♂ — Crescit in Malabaria.

Ordo XXXVI. MARCGRAVIACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 565. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 398. II. 811. — Endl. Gener. plant. p. 1029. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 44. II. 32.)

5459. **RUYSCHIA** *Jcq.*

(DC. Prodr. I. 566. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 398. II. 811.)

1. R. BICOLOR Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 73. t. 29. — Foliis oblongo- vel ovali-ellipticis obtusis aristula decidua mucronatis, basi rotundato-cuneatis;

bracteae tripartitae cruribus oblongo-linearibus obtusis, calcare apice discolore clavato brevioribus. ♁ — Folia 3–4-pollicaria, margine minime revoluta. Pedicelli pollicares. Bracteae, pedicelli et calyces kermesini. Calcar pollicare, apice tumidum flavidum. Petala intus rubra, extus flavida. — Crescit in insula Gorgona.

2. R. SUBSESSILIS Bth. l. c. 73. — Foliis subsessilibus oblongo-ellipticis obtusis, margine recurvis, basi truncato-cordatis; racemo abbreviato. ♁ — Ramulus crassus, cortice laxo laeviusculo. Folia 3–4 poll. longa, 15–18 lin. lata. Pedicelli approximati, fere 2 poll. longi, prope basin cicatrice notati, bracteae delapsae. Sepala 5 brevia rotundata. — Crescit in isthmo Dariensi.

5461. **MARCGRAVIA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 565. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 399. II. 811.)

1. M. ACUMINATA Miquel, Ann. sc. natur. (3 Sér.) I. 37. † — Foliis breviter petiolulatis lanceolatis anguste acuminatis, basi rotundatis, subaveniis; pedicellis umbellatim contracto-spicatis clavatis tuberculatis; calycis tetraphylli sepalis latis truncatis, postico et antico e pedicello immediate continuatis inaequalibus; stylo brevissimo. ♁ — Affinis *M. spiciflorae* et *umbellatae*. — Crescit in Surinam in sylvis juxta fluminum ripas Borer-Cottica.

Ordo XXXVII. HIPPOCRATEACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 567. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 400. II. 812. — Endl. Gener. plant. p. 1090. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 56. II. 40.)

5700. **HIPPOCRATEA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 567. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 400. II. 812.)

1. H. FLORIBUNDA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 78. — Foliis ovali-ellipticis oblongisve breviter et obtuse acuminatis integerrimis, utrinque cum ramulis paniculisque glabris; paniculis folio brevioribus repetite trichotome vel umbellatim ramosis, infimis corymbosis; floribus canescentibus. ♁ — Folia fere *H. excelsae*, sed constanter integerrima, 2–3½ poll. longa, basi cuneata, petiolo 3 lin. longo. Pedunculi et paniculae rami acute angulati, glaberrimi. Flores numerosissimi. Sepala brevissima orbiculata integra, extus canescentia. Petala oblonga, obtusa, calyce triplo longiora, vix tamen semilinea longiora, extus canescentia. Stamina tria, intus prope basin disci inserta. — Crescit in insula Gorgona.

5700/1. **TRIGONOTHECA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXV. II. 662. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 86. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 347.)

1. TR. SERRATA Hochstett. l. c. — Frutex foliis oppositis simplicibus lanceolatis in petiolum brevem attenuatis obtuse serratis glaberrimis lucidis discoloribus; pedunculi foliis breviores axillares terminalesque, pedicellis bibracteolatis dichotome cymosis; floribus parvis luteolis (ut videtur in planta sicca); capsulae coriaceae vel sublignosae vix semipollicares, valvis apice dehiscentibus, glabrae; semina dilute brunnea compressiuscula albo-alata, ala semine fere duplo longior tenuissime membranacea fragilis. — Colitur ad pagum Abba Gerima prope Adam et in provincia Schire in Abyssinia.

5702. **SALACIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 570. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 401.)

1. S. DUCIS WUERTEMBERGIAE Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 307. — Rami subteretes, cortice cinereo tecti; folia opposita obovata obtuse serrata, basi in

petiolum brevem angustata coriacea, utrinque glaberrima et venis venulisque copiosis, praesertim in pagina inferiori prominulis et reticulatim conjunctis percursa; florum paniculae axillares dichotomae, folio sextuplo breviores, paniculae ramuli et pedicelli basi bibracteolati; flores minimi. ♄ — Crescit in Nubia.

2. S. KRAUSSII Hochstett. l. c. 306. — Fruticulus 1–2-pedalis. Rami floriferi angulosi cinerei vel subfusci; folia alterna coriacea sessilia vel brevissime petiolata, late obovata bipollicaria, obtusissima, remote et obtuse serrulata, glaberrima, subtus pallida et reticulate venosa; flores axillares umbellati; umbellae sessiles 3–8-florae, superiores plerumque foliis destitutae; pedicelli brevissimi scilicet 1–3 lineas longi; calyx 5-partitus brevis alabastro globoso duplo minor, segmentis valde inaequalibus late subrotundis obtusis, summo maximo saepe petaloideo et petala subaequante; corolla pentapetala, petala rotundata, calycem superantia, discus plicatus quasi duplex; stamina 3, antheris bilocularibus reniformi-cordatis, loculis divergentibus, filamentis brevibus basi dilatatis; stylus triangularis, stigmate obtuso subtrilobo. — *Diplesthes Kraussii* Harvey in Hook. Lond. journ. of bot. I. 19*)? — Crescit in Promontorio bonae spei prope Umlaas river ad sylvarum margines.

Ordo XXXIX. MALPIGHIACEAE *Juss.*

(Monographie des Malpighiacées ou exposition des caractères de cette famille des plantes, des genres et espèces qui la composent, accompagnée de 23 planches. Par **M. Adrien de Jussieu.** [Paris, 1843. 4to.] et in Archives du Museum d'hist. natur. III. 255—614. t. 1—23. — Endl. Gener. plant. p. 1057. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 54. II. 39)

Flores hermaphroditi, rarissime abortu polygami. Calyx 5-partitus, laciniis omnibus, saepissime 4, rarius paucioribus, basi extrorsum biglandulosis, rarissime uniglandulosis, non raro eglandulosus, praefloratio quincuncialis, rarius valvata. Petala 5 cum laciniis calycinis alternantia, vulgo ipsis longiora et unguiculata, ungue tenui reflexaque, limbo dilatato integro denticulatove vel fimbriato, praefloratio convolutiva. Stamina in plerisque numero petalorum dupla, in paucis oppositipetalorum omnia aut quaedam deficientia, filamenta plerumque basi dilatata coalita in an-

---

*) **Diplesthes** Harv. genus a **Salacia** diversum dicitur. En character ab auctore datus (cf. Hook. Lond. journ. of bot. I. 18. et Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 97.):

Calyx hexaphyllus: foliolis biseriatis, tribus exterioribus minoribus squamaeformibus, tribus interioribus inaequalibus, uno multo majore petaloideo. Corollae petala 6 sub disco extus inserta persistentia biseriata, tria exteriora majora simplicia, tria interiora inaequalia, uno minore, breviter unguiculata utroque latere saccata. Discus carnosus expansus duplicatus. Stamina 3 hypogyna distincta, filamenta subulata plana, demum reflexa, antherae extrorsae adnatae biloculares ovatae, loculis basi divergentibus longitudinaliter dehiscentibus. Germen trigonum triloculare. Gemmulae in quovis loculo 2 superpositae, stylus simplex brevis. — Frutex Natalensis glaber: foliis alternis ellipticis obtusis denticulatis vel subintegerrimis, supra nitidis, subtus reticulatis; floribus flavo-viridibus axillaribus fasciculatis; pedicellis unifloris.

1. *D. KRAUSSII Harvey l. c. 19. † — ♄ — Crescit ad Port Natal.

nulum saepe cum imo calyce (vel potius pedicelli sursum incrassati, concavo apice) concretum et sic quasi perigyna, alioquin hypogyna, rarissime plane libera; antherae nunc quaedam effoetae vel difformes, nunc omnes polliniferae et normales, biloculares introrsae glabrae vel villosae, connectivo plerumque incrassato et sursum etiam producto. Ovaria vulgo 3, rarius 2, rarissime 4, plane aut partim inter se coalita, rarius omnino distincta, gibbis cristulisve alas jam praenuntiantibus instructa, singula uniovulata; ovulum orthotropum, e funiculo lato pendente ascendens, cum ipso quasi unciforme; styli nunc totidem distincti vel rarius inter se connati, nunc (uno aut duplici abortiente) pauciores; stigmata totidem nunc terminalia acuta capitata vel truncata, nunc sublateralia in styli apice interdum etiam ultra producti. Carpella totidem aut abortu pauciora nunc in unum carnosum drupaceum vel lignosum connata, nunc distincta aut tantum demum solubilia, rarius bivalvim dehiscentia, plerumque varie nervosa angulosave, angulis saepius in cristas aut etiam alas laterales dorsalesque, magis minusve et his illas aut has illis magis expansas productis. Semen funiculo brevi infra apicem oblique appensum ibidemque sulco chalazave vulgo notatum, integumento duplici, utroque fere semper membranaceo; perispermum nullum; embryonis radicula recta supera, plerumque brevissima, cotyledonibus longioribus rectis et aequalibus vel plerumque inaequalibus curvis aut plicatis aut etiam circinnatis crassissimis vel foliaceis; plumula minima bilobulata. — Arbores vel frutices saepe scandentes, rarius suffruticuli: foliis oppositis, rarissime 3-4-verticillatis aut alternis simplicibus, plerumque integris, in genere unico lobatis, vulgo petiolatis, in petiolo vel pagina inferiore non raro glanduliferis, pilis (dum adsunt) adpressis medioque affixis sessilibus stipitatisve, nunc tenuibus mollibusque, nunc crassioribus rigidis; stipulae saepius brevissimae et deciduae, interdum majores, aut duae ejusdem folii in unam axillarem, aut quatuor foliorum oppositorum geminatim in duas interpetiolares connatae. Inflorescentia indefinita axillaris aut saepius terminalis racemosa corymbosa vel saepius umbelliformis, umbellis vulgo 4-floris, saepe supremorum foliorum abortu in paniculas magis minusve amplas digestis; pedicelli sursum incrassati articulati cum pedunculis basi bracteatis, superne (vulgo apice) bibracteolatis, interdum brevissimis vel subnullis. Flores rubri vel saepissime lutei, rarius albi vel rarissime coerulei, in paucis dimorphi, cum praeter normales corollatos coloratos staminiferos styliferosque, existant abnormes minimi virentes incompleti anandri astyli. — Malpighiaceae crescunt in Americae vel multo rarius veteris continentis parte intratropica, pauciores extra tropicos, sed ab ipsis semper parum remotae proveniunt.



MALPIGHIACEARUM GENERA SECUNDUM affinitates naturales disposita.

Tribus I. *MALPIGHIACEAE DIPLOSTEMONES* Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 258.

Stamina semper petalorum numero dupla, plerumque omnia antherifera, rarius quaedam ananthera. Styli 2-3 vulgo distincti, rarissime partim aut omnino connati vel unius aut duplicis abortu quasi unicus. Ovaria in unum coalita. Carpella nunc alata, ala marginante (pleuropterygieae), aut dorsali (notopterygieae), nunc aptera (apterygieae) lignosa coriacea vel carnosa. — Flores omnes perfecti.

§. 1. APTERYGIEAE seu MALPIGHIEAE Juss. l. c.

Stamina omnia fertilia, rarissime 1-2 deficientia; antherae in quibusdam cristato-appendiculatae. Styli 2-3 liberi aut rarius coaliti. Fructus toro complanato insidens, carnosus vel lignosus, carpellis nunc in unum coalitis, nunc ab invicem solubilibus, saepius indehiscens, rarius 2-3-coccus, cristis aut echinis longitrorsum in paucis instructus. — Caulis vulgo (semper in-sarcocarpicis) arborescens vel frutescens, in paucissimis scandens. Stipulae in multis in unam axillarem confluentes.

I. **MALPIGHIA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 577. — Adr. Juss. Archives du mus. d'hist. natur. III. 258.)

Calyx alte 5-fidus 10-8-6-glandulosus. Petala longiora unguiculata, limbo denticulato, interdum carinato glabro. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis inferne in tubum coalitis, glabra, interdum inaequalia. Styli 3, apice truncati introrsum stigmatiferi. Ovarium glaberrimum 3-loculare. Fructus carnosus drupaeformis, endocarpio osseo in tria partito putamina juxta axin tantum et vix cohaerentia, dorso 3-5-alata cristatave. — Arbusculae vel frutices Americani foliis oppositis integerrimis vel spinoso-dentatis glabris vel tomentosis aut quibusdam adpressae setae urentes, utroque fine pungentes, medio incrassatae et incudum instar affixae, breviter petiolatis; stipulis geminis minutis deciduis. Flores rubri, rosei aut albidi, rarius solitarii, vulgo fasciculati, fasciculis terminalibus aut plerisque axillaribus sessilibus aut stipitatis, umbellatim corymbosimve bi-multi-floris; pedunculi floriferi basi bracteati, apice bibracteolati et cum pedicello articulati. Laciniae calycinae omnes aut 4 biglandulosae aut etiam 3, dum glandulae 6 tantum adsunt, tunc saepius tamen laciniae duae biglandulosae, duae utrinque sequentes 1-glandulosae, quinta eglandulosa. — Vulgo in praefloratione petalum interius caeteris majus, lege communiori inversa. — Embryo in speciebus duabus observatus cotyledonibus oblongo-ovatis, basi replicatis subaequalibus.

* *Folia pilis urentibus inspersa vel marginata.*

1. **M. FUCATA** Ker, Bot. Regist. t. 189. — DC. Prodr. I. 577. no. I. — Adr. Juss. l. c. 259. — Ramis glabris; foliis ellipticis nitidis, subtus decumbenti-hispidis, superne nudiusculis; pedicellis axillaribus umbellatim corymbosis folio quadruplo brevioribus; petalo summo submajore, margine sublacinulato. ♁ — *M. macrophylla* Dsf. Cat. hort. Paris. 232. — Crescit in India occidentali.
2. **M. URENS** Linn. Spec. pl. 1019. — Mill. Dict. t. 181. fig. 1. — Cav. Dissert. VIII. t. 235. fig. 1. — Lam. Illustr. t. 381. fig. 1. — DC. l. c. no. 2. — Adr. Juss. l. c. 260. — Ramis glabris; foliis oblongo-ovatis, subtus decumbenti-hispidis, superne glabris; pedunculis unifloris vel corymbiferis folio duplo brevioribus; petalis aequalibus. ♁ — Species varians foliis, quae vulgo oblonga et ovato-lanceolata, alias utroque fine acuta aut angustantur et forma fere lineari angustifoliae acce-

dunt aut abbreviantur *M. glabrae* similiora et tunc probabiliter nihil aliud sunt nisi *M. Martinicensis* Jacq., quae ab auctore hac similitudine tantum definitur. Sed praecipue distinguendae formae tres, forsan olim specifice, cum melius innotuerint, disjungendae.

α. foliis oblongis lanceolatis vel ovato-lanceolatis coriaceis; umbellis axillaribus subsessilibus. — Haec in hortis colitur; hanc Cavanilles pinxit l. c. et Mill. fig. plant. tab. 181. fig. 1.

β. infestissima: (*M. infestissima* Rich. Herb.) foliis latioribus ovatis acutis vel obtusis, copia majori pilorum subtus obsitis mollioribus; umbellis axillaribus pedunculo communi elongato longe stipitatis et vulgo ternis. — Frutex 3–15-pedalis, ramis erectis, floribus albidis paullo ac in *α.* majoribus nec petalis ut in eadem carinatis, putaminibus (ex fructu juniori) dorso 3–4–5-cristatis. Haec videtur *M. latifolia folio subtus piloso* Plum. Nov. gen. depicta in Burm. tab. 167., quam in insula Sanctae Crucis Plumerius legerat.

γ. megacantha: foliis minoribus lanceolato-acuminatis, intensius virentibus, supra glabris et lucidis, subtus pilos spiniformes rariores et maximos gerentibus; umbellis axillaribus breviter stipitatis. · · Habitu magis distincta videtur, calyceque 8-(non 10-)glanduloso, sed ex unico specimine paucis floribus et peracta jam anthesi instructo, quod nomine generico tantum absque ullo patriae indicio a Vaillantio (in cujus herbario servabatur) inscribitur, nondum satis nota.

Crescit in Antillis et in Guiana.

3. **M. POLYTRICHA** Adr. Juss. l. c. 261. — Foliis obovatis, basi acutis, apice subtruncatis et mucronulatis integerrimis, subtus copia setarum flaventibus; floribus geminatis; calyce 10-glanduloso; fructu.....? ♄ — Ramulus tantum suppetit, in novellis pilis quibusdam parvis adpressis puberulus, in parte adultiori glabratus, cum foliis 6, quae obovata (lin. 15–10 longa, 7–5 lata), basi acuta, apice subtruncata et mucronulata integerrima, supra nervis prominulis reticulata, pilis urentibus rarioribus inspersa, caeterum glabra, subtus copia eorumdem dense obtecta et pallide flaventia aut iis excussis partim aut omnino glabrata et virentia, nervis vix prominulis, brevissime petiolata, stipulis minutis setaceis. Inflorescentiae axillares foliis longiores 2-florae, in quibus pedunculi diversorum ordinum pilis adpressis albicantes, communis vix lin. 2 longus, floriferi duplo longiores cum pedicellis semipollicaribus et ultra, articulati, breviter basi bracteati et ad articulum bibracteolati. Calyx 10-glandulosus glaber, laciniis ovatis (sesquilin. longis) ciliolatis. Petala triplo longiora unguiculata, limbo cordato-orbiculari, denticulis ciliata inaequalia glabra. Stamina extra calycem exserta, filamentis glabris, superne filiformibus, inferne dilatatis et coalitis, antheris glabris cordatis. Ovaria 3, inferne coalita, superne distincta et apice stylifera, dorso regulariter costata glabra (praeter paucos pilos malpighiaceos). Styli stamina paullulum superantes erecti glabri, apice truncata et dilatata papilla lutea stigmatosa introrsum instructi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Bahama.

4. **M. CNIDA** Spr. Neue Entdeck. III. 51. — DC. l. c. 577. no. 3. — Adr. Juss. l. c. 261. — Ramis hirsutis; foliis elliptico-oblongis acutis, superne hirsutis, margine et subtus decumbenti-hispidis; pedunculis unifloris aggregatis folio duplo brevioribus. ♄ — Crescit in insula Hispaniola.

5. **M. GALEOTTIANA** Adr. Juss. l. c. 261. — Foliis brevibus ovatis vel suborbicularibus integerrimis, supra parce pubescentibus, subtus setigeris; umbellis 3–4-floris; calyce 9–10-glanduloso; fructu.....? ♄ — Rami retorti, juniores pilis rigidis adpressis conspersi, adulti glabrati. Folia brevia, ovata vel suborbiculata (lin. 9–3 longa, 4–3 lata), apice acuta mucronulataque vel obtusa, setis adpressis biacerosis (malpighiaceis), supra brevioribus mollioribusque, infra rigidis majoribusque densius conspersa, quaedam iisdem excussis fere demum glabrata rigida, juxta basin glandulis 2 scutelliformibus impressa, petiolo lineam longo, stipulis minimis setaceis. Umbellae axillares 3–4-florae, pedunculis diversorum ordinum ad-

presso-puberulis rigidis, communi brevi crassiusculo stipitatae, floriferis lineas 3 longis, rigidis cum pedicello paullo longiori geniculatim articulatis, brevissime basi bracteatis et apice bibracteolatis. Calycinae laciniae ovato-acutae, sesquilineam longae, extrorsum tomentosae, basi singulae 2-glandulosae aut interdum duae aut tres tantum 1-glandulosae. Petala duplo longiora, unguiculata suborbicularia, quatuor juxta basin, quintum toto ambitu dentato-lacera glabra rosea. Stamina calycem paullulum superantia, filamentis glabris, basi coalitis, antheris glabris cordatis, loculis connectivum glandulifórme marginantibus. Ovaria in unum 3-lobum glabrum connata, singula dorso 3-costata. Styli breves glabri, apice truncato triquetroque stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

6. M. RETUSA Bth. Bot. of Belch. voy. of Sulphur 74. † — Foliis brevibus ovatis ellipticisve obtusis vel emarginatis integerrimis, utrinque pilis malpighiaceis pubescentibus; umbellis pauciforis; calyce 7-8-glanduloso. ♄ — Species paucis notis differt a *M. Galeottiana*. Rami juniores pilis adpressis sericeis obtecti, subflavicantes, adulti glabrati. Folia majora 9–10 lin. longa, 5–7 lin. lata, omnia obtusa et saepius emarginata, pilis utrinque sparsis tenuibus medifixis, raro simplicibus, in pagina superiore densioribus, quam in inferiore; glandulae nullae; petiolus 1 lin. longus, dense pubescens; stipulae minutae setaceae. Umbellae 2–4-florae. — Crescit in insula Puna prope Guayaquil.

7. M. CUBENSIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. V. 145. — DC. Prodr. I. 578. no. 5. — (Adr. Juss. l. c. 562.) — Ramulis pilosiusculis; foliis oblongo-lanceolatis submucronatis, basi rotundatis integerrimis, supra nitidis glabris, subtus adpresse setosis. ♄ — Flores et fructus ignoti. — Crescit in insula Cuba ad Havanam.

8. M. ANGUSTIFOLIA Linn. Spec. pl. 610. — Cav. Dissert. VIII. 408. t. 236. fig. 1. — DC. l. c. no. 6. — (Adr. Juss. l. c.) — Ramis glabris; foliis lineari-lanceolatis acutis, utrinque decumbenti-hispidis; pedunculis axillaribus umbellatis. ♄ — *Malpighia folio subtus piloso* Plum. (Nov. gen. 46.) ad hanc (quam non noverat Plumerius) falso ab omnibus auctoribus refertur et est revera *M. urens* L. — Descriptionibus auctorum addantur: Calyx 6-glandulosus, laciniis duabus 2-glandulosis, duabus uniglandulosis, quinta eglandulosa. Drupae putaminibus 3 foetae, lateribus angulatim introrsum coëuntibus planis, dorso cristato-trigonis et inter cristas serie cristularum transversarum superpositarum muricatis (ut in *M. punicifolia*). — Crescit in insulis Antillis et in Guiana.

9. M. AQUIFOLIA Linn. Spec. plant. 611. — Plum. Nov. gen. ed. Burm. t. 168. fig. 1. — Cav. Dissert. VIII. 409. t. 236. fig. 2. — DC. l. c. — (Adr. Juss. l. c. 263.) — Ramis glabris; foliis lanceolatis dentato-spinosis, subtus decumbenti-hispidis. ♄ — *M. ilicifolia* Mill. Dict. — Crescit in insulis Antillanis.

10. M. SETOSA Bertero et Spr. Neue Entdeck. III. 50. — DC. l. c. 577. — (Adr. Juss. l. c.) — Ramis glabris; foliis elliptico-oblongis obtusis, subtus decumbenti-hispidis, superne glabris; pedicellis axillaribus unifloris folii fere longitudine, supra medium bracteolatis. ♄ — *M. Martinicensis* Jcq. Americ. 136. — Crescit in insula Hispaniola.

11. M. COCCIFERA Linn. Spec. pl. (ed. Rchb.) II. 371. — Cav. Diss. VIII. t. 255. fig. 2. — Jcq. Ic. pl. rar. III. t. 470. — Loisel. Herb. Amat. t. 215. — DC. Prodr. I. 578. — (Adr. Juss. l. c.) — Foliis subovatis dentato-spinosis glabris. ♄ — *M. coccigera* Linn. Spec. pl. 611. — Lam. Illustr. t. 381. fig. 2. — Plum. edit. Burm. 161. t. 168. — *M. microphylla* Auctor. — *M. heteranthera* Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 138. t. 49? — Crescit in America calida.

** *Folia glaberrima.*

12. M. BIFLORA Poir. Dict. IV. 326. — DC. l. c. — (Adr. Juss. l. c. 264.) — Foliis ovato-lanceolatis acutis glabris; pedunculis axillaribus bifloris. ♄ — *M. punicifolia* Cav. Dissert. VIII. 406. t. 234. fig. 2. — A *M. punicifolia* jure quidem disjuncta, sed diagnosis male instituta. Flores enim in utraque geminati, sed in *M. biflora* pedunculo communi stipitati (non in axilla sessiles) praeterea folia paullis-

branacea; pedunculi ad axillas sessiles geminati et forsan tantum alterius abortu solitarii (quales ab omnibus dicuntur et figurantur, ut in Plum. ed. Burm. t. 166.). Calyx 6-glandulosus, laciniis duabus 2-glandulosis, duabus 1-glandulosis, quintae eglandulosae vicinis. Petalum interius in praefloratione et tria stamina ipsi opposita caeteris minora. Drupa foeta putaminibus 3 latere planis nec contiguis, dorso 3-cristatis et inter cristas serie cristularum transverse muricatis. — Crescit in America intratropica.

13. M. INCANA Mill. Dict. no. 3. — DC. l. c. — (Adr. Juss. l. c. 265.) — Foliis lanceolatis subtus incanis; pedunculis axillaribus umbellatis. ♄ — *M. Campechiensis* Poir. Dict. IV. 333. — Crescit in agro Campechiensi.

14. M. GLABRA Linn. Spec. pl. 609. — DC. l. c. — Mill. Dict. t. 181. fig. 2. — Cav. Dissert. VIII. 406. t. 234. — (Adr. Juss. l. c.) — Foliis ovatis integerrimis glabris; pedunculis axillaribus umbellatis. ♄ — Specimina omnia aut hortensia (e quibus icones optimae expressae, ut quas offert Mill. Ic. tab. 181. et Bot. Mag. t.813.) aut Mexicana. Species tamen dicitur ab auctoribus et in America meridionali diffusa, quam Aublet e Guiana, Cavanilles e Brasilia memorant, an recte? An speciei alius vicinae confusione? Certe apud multos hujus nomen usurpavit *M. punicifolia*, a qua *M. glabra* non tantum foliis (quae juniora pilis malpighiaceis inspersa), et inflorescentia dignoscitur, sed et petalo interiori caeteris majori, staminibus subaequalibus cum imo calyce concretis ideoque perigynis, forsan et putamine fructus. — *β. acuminata:* foliis oblongatis acute acuminatis. — Habitat in Antillis et in Mexico.

15. M. LUCIDA Pav. mss. (non Swrtz.) ex Adr. Juss. l. c. 265. — Species *M. glabrae* proxima, sed folia longiora inque acumen desinentia; flores corymboso-umbellati, umbellis axillaribus nec folium aequantibus 6-8-floris; calyx 10-glandulosus; petala fimbriato-dentata. ♄ — An eadem cum *M. nitida* Mill. (non L.) an utraque potius cum *M. glabra β. acuminata* confundenda? — *M. Peruviana* Moric. Pl. Americ. 109. t. 67. (Liber a me non visus.) — Crescit in Peruvia.

16. M. UNDULATA Adr. Juss. l. c. 266. — Foliis ovatis, basi acutis acuminatis glaberrimis crispo-undulatis membranaceis; umbellis 6-7-floris stipitatis; calyce 7-glanduloso.....? ♄ — Partes novellae sericeo-candicantes; ramis mox glabratis, junioribus alterne compressis, adultis teretibus. Folia ovato-lanceolata (poll. 3½-2 longa, 1¾-1 lata), plerumque basi acuta, apice acuminata glaberrima, supra lucida nervulisque in sicco prominentibus reticulata, subtus laeviora et fere concoloria, maculis nonnullis parvis glandulosis juxta basin impressa membranacea, ad ambitum crispo-undulata, breviter petiolata; stipulae breves setaceae. Umbellae vel potius racemi contracti axillares, pedunculo communi puberulo lineas 3 longo, ad apicem 6-7-floro, floriferis sesquilineam longis, cum pedicello duplo longiori articulatis, basi bracteatis et apice bibracteolatis, bracteis brevibus patentibus, bracteolis brevissimis. Calyx glaber 7-glandulosus, laciniis ovatis sesquilineam longis. Petala 2-3-plo longiora unguiculata, limbo cuneato-obovato undulato-dentato concavo (quintum majus idemque longius unguiculatum et dentato-ciliatum), rosea. Stamina exserta, filamentis glabris inferne in tubum coalitis, caeterum filiformibus, antheris cordatis glabris. Ovarium ovatum glaberrimum, apice 3-rostre et 3-stylum, stylis ipsum aequantibus nec stamina superantibus triquetris, apice truncato stigmatiferis. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

17. M. SEMERUCO Adr. Juss. l. c. — Foliis ovatis, basi acutis, longe et oblique acuminatis glaberrimis, supra lucidis membranaceis; umbellis 5-floris brevibus et brevissime stipitatis; calyce 6-glanduloso; putamine dorso cristato et costis transversis lateralibus muricato. ♄ — Rami glabri, juniores compressi, adulti teretes lenticellis tuberculati. Folia ovato-acuminata (poll. 3-1½ longa, 1½-¾ lata), basi acuta, acumine oblongo acutissimo, saepius obliquo, subundulata, utrinque glabra, supra lucida, nervis vix prominulis reticulata membranacea, petiolo bre-

vissimo, stipulis brevibus subulatis. Umbellae axillares 4-5-florae, pedunculo communi lineam longo stipitatae, pedunculi floriferi vix longiores cum pedicello triplo longiori articulati, omnes glabri ut bracteae bracteolaeque brevissimae. Calyx 6-glandulosus, laciniis duabus uniglandulosis et quinta eglandulosa, lineam longis, ovatis glabris. Petala longiora, limbo concavo denticulato, glaberrima. Stamina supra calycem exserta glaberrima, filamentis inferne dilatato-complanatis inque tubum coalitis, antheris subrotundis, loculis connectivum flavens et prominulum marginantibus. Ovarium ovoideum rubens. Styli 3, stamina vix superantes, complanati, apice truncati. Drupa parva (4 lin. vix alta lataque); putamen (vid. tab. IV. 1.) dorso breviter carinatum, lateribus transverse costatum (nec Persicae putamini absimile) et costis medio prominentibus muricatum, inde dorso quasi 3-cristatum, crista media integra, lateralibus crenatis. Semen ovatum, integumento duplici, utroque membranaceo, exteriori rubente, chalaza atra latus alterum fere totum maculante. Embryo (unicus observatus), radicula brevi conoidea exserta, cotyledonibus multo longioribus, basi replicatis, altera praeterea longitrorsum plicata, plumula bilobula. — Crescit in Marac ybo.

*** *Folia pilis mollibus canescentia.*

18. M. MEXICANA Adr. Juss. l. c. 267. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-ovatis, pube molli albidis, subtus densiori tomentosis mollibus; umbellis 4–6-floris stipitatis; calyce 10-glanduloso; fructu.....? ♁ — Arbuscula 10-12-pedalis, ramis junioribus tomentoso-incanis, adultis glabratis. Folia lanceolata vel lanceolato-ovata (poll. 2–1½ longa, 1-¾ lata), pilis mollibus albidis furcatis, supra pubentia, subtus densius tomentosa et glandula duplici scutelliformi parum conspicue notata mollia, petiolo brevi, stipulis setaceis tomentosis. Inflorescentiae axillares, foliis triplo breviores, pedunculis diversorum ordinum tomentoso-incanis, communibus lin. 5 longis umbellatim 4-6-floris, interdum geminatis, floriferis brevibus cum pedicello 2-3-plo longiori articulatis, basi bracteatis et apice articulatis, bracteis bracteolisque tomentosis filiformibus. Calyx 10-glandulosus, laciniis ellipticis (lineas 2 longis) extrorsum hirsutis, glandulis triente brevioribus. Petala duplo longiora, unguibus lin. 2 longis, arcuatim reflexis, limbo roseo subrotundo, fimbriis ciliato concavo, nervo medio carinatim prominente. Staminum filamenta glabra, basi coalita, antherae glabrae, loculis connectivum marginantibus. Ovarium glabrum truncato-conoideum, sulcis longitrorsum exaratum regularibus, carnosum. Fructus non suppetebat, qui, teste Galeotti, edulis. — Crescit in Mexico.

19. M. TOMENTOSA Pav. mss. ex Moricand, Plant. Amer. III. t. 68. — (Liber a me non visus.) — Adr. Juss. l. c. 268. — Species inter plantas novas Americanas a cl. Moricand descripta, ipsi a Pavonio missa, nomine supra dicto et e Peruvia inscripta (an recte? nam plantae Pavonianae Novo-Hispanienses cum Peruvianis et vice versa frequenter confusae). — Folia parva ovata vel suborbiculata acuta vel obtusa vel etiam emarginata, subtus dense pubentia et quasi tomentosa membranacea, petiolo brevi, basi bistipulato. Umbellae axillares, foliis breviores, stipitatae, pedunculis tomentosis, floriferis brevibus, 4-florae, alabastris nondum evolutis praeterea interpositis glomeratisque. Calyx 10-glandulosus. Petala fimbriata. Stamina inferne coalita glabra, antheris subrotundis. Fructus (nondum maturus) glaber ovoideus. ♁ — Crescit in Peruvia.

20. M. PARVIFOLIA Adr. Juss. l. c. — Foliis remotis parvulis ovatis, utrinque tomentosis subsessilibus; floribus geminatis; calyce 8-glanduloso; ovariis hirsutis, dorso marginatis; fructu.....? ♁ — Rami juniores tomento incano obducti, serius eodem laxiori quasi pulverulenti, demum glabrati. Folia remota ovata parva (lin. 5-3 longa, 3-2 lata) mucronata, tomento denso supra velutina, subtus incana, nervis praecipuis prominentibus et margine revoluto, juxta basin glandulis 2 scutelliformibus parvis instructo, breviter petiolata. Pedunculi axillares, diversorum ordinum tomentoso-incani, graciles, communis lin. 2-3 longus, bifidus biflorus,

floriferi breviores, cum pedicello lin. 4–3 longo articulati, basi bracteati et infra apicem bibracteolati, bractea bracteolisque brevibus sericeis tomentosis. Calycinae laciniae ovatae, lineam longae, extrorsum tomentosae et 4 basi biglandulosae. Petala duplo longiora, unguibus calycem subaequantibus oblique erectis, limbis (quinto excepto) hastato-cordatis, margine subsinuatis, glabra rosea. Stamina exserta, filamentis basi dilatatis et coalitis glabris, antheris cordatis glabris, connectivo prominente graniformi. Ovaria 3 introrsum coalita, caeterum distincta, lateribus plana, dorso margine fasciae instar prominente cincta villosa. Styli glabri stamina vix superantes, apice truncato compresso subdilatatoque introrsum papilla stigmatica flavescenti instructi. Fructus non suppetit. — An vere hujus generis, cui accedit habitu, inflorescentia diversisque floris partibus, pistillo excepto cujus ovaria partim distincta, dorso marginata villosa, a caeterarum *Malpighiarum* fabrica recedunt, *Hiraeae* inde similiora. Fructus ergo inquirendus. — Crescit in Mexico.

† *Species exclusae.*

M. ALTERNIFOLIA Schum. et Thonn. = ACRIDOCARPUS GUINEENSIS.
M. ALTISSIMA Aubl. = BYRSONIMA ALTISSIMA.
M. ALTISSIMA Jacq. = B. SPICATA.
M. AMBIGUA Salzm. = B. SALZMANNIANA.
M. ARGENTEA Jacq. = BUNCHOSIA ARGENTEA.
M. ARMENIACA Cav. = B. ARMENIACA.
M. BIGLANDULOSA Poir. = GALPHIMIA GLANDULOSA.
M. BRACHYSTACHYA Spr. = BYRSONIMA BRACHYSTACHYA.
M. CANESCENS Ait. = BUNCHOSIA CANESCENS.
M. CAUCANTHUS Poir. = CAUCANTHUS EDULIS.
M. COCCOLOBAEFOLIA Spr. = BYRSONIMA COCCOLOBAEFOLIA.
M. CINEREA Poir. = B. CINEREA.
M. COTINIFOLIA Spreng. = B. COTINIFOLIA.
M. CORIACEA L. = B. SPICATA.
M. CRASSIFOLIA Aubl. = B. CRASSIFOLIA.
M. CRASSIFOLIA Arrabida. = B. VERBASCIFOLIA.
M. DENSA Poir. = B. DENSA.
M. DIPHYLLA Jacq. = B. DIPHYLLA.
M. DUBIA Cav. = HETEROPTERYS LAURIFOLIA.
M. ELEGANS F. W. Mey. = SPACHEA ELEGANS.
M. ELLIPTICA Desvx. = HETEROPTERYS PURPUREA.
M. FRUTICOSA Arrabida. = H. SALIGNA.
M. FAGINEA Sw. = HIRAEA SWARTZIANA.
M. FASCICULATA Arrabida. = BYRSONIMA VARIABILIS.
M. GLANDULIFERA Jacq. = BUNCHOSIA GLANDULIFERA.
M. GLANDULOSA Cav. = B. GLANDULOSA.
M. GLAUCA Poir. = GALPHIMIA GLAUCA.
M. GRANDIFLORA Racusch. = BUNCHOSIA GRANDIFOLIA.
M. GRANDIFOLIA Jacq. = B. GRANDIFOLIA.
M. GUADALUPENSIS Spr. = BYRSONIMA SPICATA.
M. HIRSUTA Poir. = GALPHIMIA HIRSUTA.
M. HIRSUTA Arrabida. = BYRSONIMA PACHYPHYLLA.
M. LAEVIGATA Poir. = B. LAEVIGATA.
M. LANCEOLATA Poir. = B. CRASSIFOLIA.
M. LANCEOLATA Dietr. = BUNCHOSIA GLANDULOSA.
M. LAURIFOLIA Spreng. = BYRSONIMA LAURIFOLIA.
M. LATIFOLIA Pav. = BUNCHOSIA BIOCELLATA.
M. LUCIDA Sw. = BYRSONIMA LUCIDA.
M. MACROPHYLLA Pers. = B. NERVOSA.
M. MALIFOLIA Nees et Mart. = BANISTERIA CROTONIFOLIA.
M. MARITIMA Arrabida. = BUNCHOSIA MARTIANA.

M. MEDIA Ait. = B. NITIDA.
M. MITIS Reich. in Sieb. Fl. Trinit. no. 56. (v. s. typ.) est alius ordinis, scilicet CLUSIACEARUM.
M. MOLLIS Poir. = alius ordinis.
M. MONTANA Spreng. = BYRSONIMA CRASSIFOLIA.
M. MOUREILA Aubl. = B. CRASSIFOLIA.
M. MYRTIFOLIA Desf. = FORESTIERAE Poir. seu ADELIAE W. Spec.
M. NITIDA Jacq. non Mill. = BUNCHOSIA NITIDA.
M. OBOVATA Kunth. = HIRAEA KUNTHIANA.
M. ODORATA Jcq. = BUNCHOSIA ODORATA.
M. PALLIDA Poir. = alius ordinis.
M. PANICULATA Mill. = TRIOPTERYS OVATA.
M. POLYSTACHIA Andr. = BUNCHOSIA NITIDA.
M. PLATYPHYLLA Sw. = B. GLANDULIFERA.
M. PHLOMOIDES Spr. = TETRAPTERYS ROTUNDIFOLIA.
M. PRUINOSA Spreng. = BYRSONIMA ANGUSTIFOLIA.
M. PULCHRA DC. = B. PULCHRA.
M. RECLINATA Colla = HIRAEA SIMSIANA.
M. RETICULATA Poir. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
M. RETICULATA Spreng. = BYRSONIMA SPICATA.
M. RHOPALAEFOLIA Spr. = B. CRASSIFOLIA.
M. RUFA Poir. = B. CRASSIFOLIA.
M. RUTILANS Salzm. = B. SERICEA.
M. SACCHARINA G. Don = alius ordinis.
M. SINGULARIS Arrabida. = CAMAREA AFFINIS.
M. SPICATA Cav. = BYRSONIMA SPICATA.
M. TERNIFOLIA Kunth. = HIRAEA TERNIFOLIA.
M. TINIFOLIA Hamilt. = HIPPOCRATEA ASPERA Lam.
M. TUBERCULATA Jacq. = BUNCHOSIA TUBERCULATA.
M. VERBASCIFOLIA L. = BYRSONIMA VERBASCIFOLIA.
M. VOLUBILIS Curt. = HIRAEA SIMSIANA.

II. BYRSONIMA *Rich.*

(Rich. Ann. Mus. XVIII. 481. — Adr. Juss. Archiv. du Mus. d'hist. nat. III. 271. t. 5.)

Calyx 5-partitus, laciniis omnibus basi biglandulosis, rarissime eglandulosis. Petala 2-3-plo longiora unguiculata, ungue reflexo, limbo basi emarginato, integro vel denticulato concavo, glabra. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis brevibus, basi coalitis in annulum pilis longis demum deciduis barbatum, antheris oblongis, pilosis vel glabris. Ovarium 3-loculare, pilosum vel glabrum. Styli 3 oblongi, apice in stigma acutum attenuati. Fructus drupaceus, endocarpio osseo 3-loculari. — Arbores vel frutices intratropici Americani, foliis oppositis integerrimis eglandulosis, ut et petiolis, stipulis petiolo subinterioribus, rarius partim aut etiam omnino distinctis, vulgo in unam sic axillarem nec raro imo petiolo adnatam connatis oppositis, basi confluentibus et lapsu cicatricem annularem in ramo relinquentibus. Racemi terminales, interdum inferne subcompositi, pedicellis basi articulatis in axe sessilibus vel rarius pedunculo brevi suffultis, infra articulum bracteatis et interius bibracteolatis. Flores flavi, rubri, crocei vel rarius albi, nonnunquam diversicolores.

* *Folia adulta dense pilosa.*

† Folia subtus pube sericea metallicum renitente vestita.

1. B. (GALPHIMIA Spr.) CHRYSOPHYLLA H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. V. 150. — DC. Prodr. I. 579. no. 9. — (Adr. Juss. l. c. 273.) — Foliis oblongis breviter acuminatis, basi acutis, margine subundulatis et revolutis, supra glabris, subtus

sericeo-tomentosis et aureo-ferrugineis; racemis simplicibus; calycibus eglandulosis. ♄ — Crescit ad S. Carlos del Rio Negro in Missionibus Orinocensibus.

2. B. EGLANDULOSA Adr. Juss. l. c. — Foliis lanceolatis obtusiusculis, supra lucidis, subtus sericeo-tomentosis et aurato-ferrugineis, breviter petiolatis; calyce eglanduloso; petalis.....? antheris glabris, connectivo loculos aequante; ovario ad apicem villoso. ♄ — Species distinguenda nunc videtur a *B. chrysophylla* Kth., quacum primum confusa erat sed cujus folia duplo majora, minus nostris aurata et potius ferrugineo-rubentia, antherae hirsutae et ovaria omnino glabra. — *B. chrysophylla* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 81. † (nec alior.) — Crescit in Brasilia.

3. B. SERICEA DC. l. c. 580. — Adr. Juss. l. c. III. 80. et Archives du Mus. III. 273. — Foliis lanceolato-obovatis lanceolatisve, supra lucidis, subtus rufo-sericeis, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris glabris, connectivo loculos aequante; ovario hirsuto. ♄ — In Flora Bras. mer. sphalmate typographico, pro flore *B. sericeae*, descriptio floris *B. eglandulosae (chrysophyllae* Fl. Br.) fere tantum calycinarum glandularum defectu discrepantis substituta fuit et vice versa: unde necessaria synonimiae in auctoribus posterioribus confusio nunc facile errore indicato vitanda. — Speciem utramque conjungit *Malpighia rutilans* Salzm. — *B. Brasiliensis* Grisebach, Linnaea XV. 255. — *B. chrysophylla* Mart. Herb. fl. Bras. exs. 1177. — Crescit in Brasilia.

4. B. (MALPIGHIA Mart. Herb.) PIAUHIENSIS Adr. Juss. l. c. 274. — Foliis lanceolato-obovatis, obtusiuscule acuminatis, supra lucidis, subtus pube sericea aeneo-renitentibus, in petiolum decurrentibus; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris glabris, connectivo loculos aequante; ovario apice villoso; drupae depresso-globosae pallentis putamine inferne longitrorsum angulato, superne areolato. ♃ — Arbor 12–25-pedalis, ramis expansis, junioribus pube sericea nitentibus, adultis glabratis cinereis. Folia lanceolata vel potius cum acumine obtusiusculo lanceolato-obovata (poll. 4–3 longa, 2–¾ lata) supra glaberrima et lucida, subtus pube sericea brevissima adpressa aeneo-renitentia, nervo medio prominente, caeteris prominulis reticulatis, margine revoluto, petiolo limbo decurrente quasi anguste bialato, lin. 3–4 longo, stipula triplo breviori ipsi adpressa. Racemi poll. 2 longi, sericeo-puberuli, pedunculis floriferis semilineam longis, cum pedicello sextuplo longiori arcuatim reflexo articulatis, bracteis bracteolisque brevibus subulatis. Drupa stipata calyce 10-glanduloso, pilis ferrugineis puberulo, filamentisque inferne in annulum coalitis, introrsum ferrugineo-hirsutum et basi cum calyce concretum, depresso-globosa, pisi majoris magnitudine (diametro circiter lin. 4) pallens, putamine angulis acutis cristaeformibus inferne longitrorsum costato, superne areolato. Semen globuloso-apiculatum, infra apiculum terminalem appensum et chalaza parva orbiculari fusca notatum, caeterum album, integumento duplici membranaceo, embryonis radicula tereti longa cotyledonibusque longioribus vittaeformibus circinnatis. — In Brasilia.

5. B. LANCIFOLIA Adr. Juss. l. c. 275. — Foliis lanceolatis, supra glabratis, subtus pube sericea metallicum renitentibus, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris vix puberulis, connectivo loculos aequante; ovario glabro vel ad apicem puberulo; drupa globosa flavescente. ♄ — Frutex densus vel arbor parva, ramis patentibus, valde divisis, junioribus striato-canaliculatis, pube brevi aenea sericeis, adultis teretibus glabratis cinereis. Folia lanceolata (poll. 4–2 longa, 1½–¾ lata), supra juniora puberula et adulta glabrata lucidaque, subtus pube sericea brevi densa, incana vel pallide flavente, metallice nitentia, nervo medio prominente; petiolo sesquilineam longo; stipulis subaequalibus paulloque latioribus oppositis, inter se margine annulari conjunctis. Racemi poll. 2–3 longi, axi pedicellisque pube rufa sericeis, his lin. 3–4 longis, plerumque reflexis, bracteis lineam longis subulatis, bracteolis brevioribus obtusis. Calyx 10-glandulosus, glandulis lineam longis, laciniis triente longioribus, semiellipticis ferru-

gineo-puberulis. Petala duplo longiora, limbo cordato-orbiculari concavo, ungue tenui reflexo, flava inaequalia, (quintum caeteris multo minus). Staminum filamenta calycem vix aequantia, in annulum intus dense barbatum inferne coalita, antherae oblongae, connectivo rubente, loculos aequante flavos, introrsum pilis nonnullis adpressis hispidos, caeterum glabros. Ovarium trilobo-ovoideum, glaberrimum aut tantum apice parce puberulum. Drupa glabra flavescens globosa. — *B. varialibis γ. lancifolia* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 79. — Crescit in Brasilia.

6. **B. DEALBATA** Griseb. Linnaea XIII. 253. † — Ramulis incano-puberulis; foliis lanceolato-oblongis obovatisque obtusis brevissime petiolatis, supra glabratis, subtus incano-sericeis; racemorum axi ferrugineo-sericeo; bracteis breviter lanceolatis acutis; sepalis glanduligeris; antherae glabrae connectivo loculos aequante; ovario hirsuto. ♁ — Ramuli teretes, pube albida vel pallide ferruginea obducti in racemos folia subexcedentes abeuntes, vetustiores crassi, cortice rimoso obducti. Folia 1½–4-pollicaria, 10–22 lin. lata obtusa et vix apiculata integerrima eglandulosa, juniora supra pilis adpressis adspersa, mox glabra nigricantia lucida, subtus pube densa sericea obducta, coriacea, stipula axillaris late ovata obtusa concava petiolum longitudine aequans. Racemi simplices plerumque bipollicares, pedicelli 2 lin. longi, sub anthesi cernui duplo longiores, fructiferi semiunciales nutantes crassiusculi ferrugineo-sericei. — Crescit in Brasilia prope Valle fundo.

7. **B. GUILLEMINIANA** Adr. Juss. Archiv. du Mus. III. 276. — Foliis oblongo-obovatis, saepius apice acutatis, subtus tomento brevi sericeis coriaceis subsessilibus; calyce 10-glanduloso; petalis flavis vel demum miniatis; antheris glabris, connectivo ultra loculos breviter apiculato; ovario toto villoso. ♁ — Frutex 2–4-pedalis, ramis ascendentibus, parte inferiore curvis et superiore rectis, junioribus cinereo-tomentosis. Folia opposita vel rarius subalterna oblongo-obovata (poll. 5–4 longa, 2½–1½ lata), apice saepius acutata, supra cinereo-pubentia vel serius nervo medio excepto glabrata lucidaque, subtus tomento brevi sericeo-incana vel cinerea, nervis prominentibus reticulata et marginata coriacea subsessilia et cum stipula axillari semiamplexicaulia, stipulis triangularibus, lin. 2. longis et ultra latis oppositis, basi confluentibus. Racemi 4–6-pollicares, inferne subcompositi, stricti tamen, axi angulato striato ramorum instar tomentoso, pedicellis lin. 3 longis ferrugineis; bracteis vix triente brevioribus lineari-lanceolatis, bracteolas conformes duplo superantibus, ovatis canescentibus revolutis. Petala duplo longiora, ungue arcuato, limbo reniformi crenulato concavo, flava, primum et serius miniata. Staminum filamenta calyce breviora, in annulum pilis longis intus barbatum basi coalita, antherae oblongae glabrae, connectivo ultra loculos in brevem apiculum soluto. Styli stamina superantes. Ovarium ovoideo-trilobum, totum pilis longis adpressis villosum. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia.

8. **B. SALZMANNIANA** Adr. Juss. l. c. 277. — Foliis lanceolato-obovatis, breviter et obtuse acuminatis, supra glabratis, subtus aeneo-tomentosis subsessilibus; calyce 10-glanduloso; petalis lutescentibus; antheris unifariam pilosis, connectivo loculis subaequali; ovario trifariam sericeo. ♁ — Arbor 20–30-pedalis, ramis rufo-tomentosis. Folia lanceolata obovata (poll. 5–6 longa, 2½–3 lata), saepius apice in acumen breve obtusum angustata, supra puberula vel glabrata, subtus aeneo-tomentosa, nervis prominulis saturatius coloratis, vix aut non petiolata, stipula brevi lata concava. Racemi semipedales, infra medium dense floriferi, axi rufo-tomentoso, pedicellis concoloribus semipollicaribus sessilibus reflexis, bractea bracteolisque brevibus setaceis. Calyx 10-glandulosus, glandulis obovatis albidis, laciniis vix lineam longis ovatis, extrorsum revolutis et rufo-pubescentibus. Petala triplo longiora, ungue gracili reflexo, limbo cordato-orbiculari concavo, lutescentia (sicca). Staminum filamenta calycem vix aequantia crassa, introrsum villis subaequalibus dense barbata, antherae lineari-oblongae, loculis connectivo subaequalibus, secundum lineam suturae parallelam et exteriorem adpresso-pi-

losis. Ovarium conoideum, pilis adpressis trifariam digestis sericeum, caeterum glabrum. Styli longiusculi, stamina superantes. Fructus non suppetebat. — *Malpighia ambigua* Slzm. mss. — Crescit in Brasilia.

9. B. BASILOBA Adr. Juss. l. c. 279. — Foliis obovatis, basi cordato-bilobis, supra glabratis, subtus tomento brevi renitentibus coriaceis sessilibus; calyce 10-glanduloso; petalis luteis; antheris glabris, connectivo ultra loculos breviter producto; ovario trifariam sericeo. ♄ — Rami angulato-striati (angulis vulgo 6, tribus sub cujusque folii insertione), juniores hispidi, adulti glabrati. Folia obovata (poll. 5–3½ longa, 3½–2 lata), basi cordato-biloba, apice obtusa aut subacutata, supra juniora pulverulenta et adulta glabrata, subtus marginata, nervis (praesertim medio primariisque) prominentibus, inter se et cum marginali reticulatis, tomento pallide rufescente renitente brevi obducta coriacea sessilia, stipulis lin. 2 longis, oppositis, basi dilatata in annulum amplexicaulem confluentibus hirsutis. Racemi 3–6-pollicares, axi anguloso tomentoso, pedicellis semipollicaribus ferrugineis sessilibus; bracteae triplo ipsis et bracteolae quintuplo breviores, latiusculae ovato-acutae. Calycinae laciniae ovatae, lin. 2 longae, hirsutae, singulae biglandulosae, glandulis ipsas subaequantibus cuneatis, epidermide flavente laxe vestitis. Petala longiora, ungue reflexo, limbo reniformi subintegro concavo, glaberrima lutea. Antherae oblongae glabrae, connectivo rubente in apiculum ultra loculos paullulum producto. Pili longi ferruginei densi inter filamenta caeterum glabra et pistillum erecti. Ovarium 3-lobum, secundum lineas 3 in lobis medias loculisque respondentes glabrum, caeterum pilis adpressis auratis sericeum. Fructus (immaturus adhuc suppetens) globosus plane glabratus. — In Brasilia.

10. B. VIMINIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 83. † et Archives du Mus. III. 279. — Foliis longis lineari-lanceolatis, subtus sericeo-pubentibus; antheris glabris; ovario hirsuto. ♄ — Frutex caulibus 2–3 simplicibus 1–1½-pedalibus; rami juniores tomento brevi pallide rufescentes albicantesve, serius eodem excusso glabrati. Folia poll. 5–3 longa, lin. 8–3 lata, lineari-lanceolata integerrima, pube brevi albida supra adspersa, subtus densiori tomentosa (seniora fere glabrata) rigida coriacea subsessilia stipulata, stipula brevissima axillari, extrorsum pubescente, introrsum glabra concavaque. Racemi terminales 3–1-pollicares, in quibus axis ferrugineo-tomentosus; pedicelli subsessiles, similiter tomentosi, lin. 3 longi, patentes, bractea subulata dimidio breviori singuli stipati, basi articulati et infra articulum bibracteolati, bracteolis bracteaque concoloribus tomentosis. Calyx alte 5-fidus, laciniis lin. 2 longis ovatis, introrsum glaberrimis, extrorsum hirsutis et apice revolutis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue arcuatim reflexo, supra canaliculato, limbo cordato-orbiculari reniformive concavo subintegro vel denticulato, inter se dissimilia et inaequalia. Stamina 10 subinaequalia (3 quae petalo interiori respondent paullo caeteris minora), 5 petalis opposita alternis exteriora, filamenta calyce breviora, crassiuscula, basibus imis coalita in annulum pilis longissimis erectis introrsum villosum, antherae oblongae glabrae, loculis linearibus flavescentibus, connectivo rubro adnatis et subaequalibus. Ovarium ovoideum hirsutum 3-loculare, loculis 1-ovulatis, ovula acuminata, infra acumen funiculo pendulo adnexa. Styli 3, staminibus subaequales glabri, apice in stigma acutum attenuati. Fructus non suppetebat. — In campis prope „aldea Maria“ haud longe ab urbe Villa Boa provinciae Goyaz in Brasilia.

†† Folia subtus tomentosa vel velutina.

11. B. LINEARIFOLIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 279. — Foliis lineari-lanceolatis, supra glabris, subtus dense rufo-tomentosis coriaceis, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis lutescentibus; antheris unifariam pilosis, connectivo ultra breviter producto; ovario villoso. ♄ — Rami juniores tomento denso grisei. Folia lineari-lanceolata (poll. 5–4 longa, ¼ lata), supra glabra, subtus tomento denso rufo obducta, nervo medio tantum prominente, margine subrevoluto, coriacea, basi sensim in petiolum lin. 2 longum tomentosum angus-

tata, stipulis paullo brevioribus oppositis, basi inter se contiguis. Racemus 3-pollicaris, axi anguloso tomentoso, pedicellis fere semipollicaribus rufo-tomentosis crassiusculis sessilibus; bracteae quadruplo ipsis et bracteolae bractea breviores, semilanceolatae. Calycinae laciniae ovatae, lin. 2 longae, extrorsum sericeo-villosae, basi singulae 2-glandulosae et apice revolutae, introrsum glabrae. Petala fere triplo longiora, unguibus longiusculis reflexis (quinto duplo crassiori erecto), limbo cordiformi subintegro concavo, glaberrima (sicca) lutescentia. Antherae oblongae, introrsum inter loculos pilis adpressis instructae, caeterum glabrae, connectivo crasso, apice breviter libero obtusoque. Pili longi ferruginei erecti inter filamenta et pistillum. Ovarium iisdem villosum. — Crescit in Brasilia.

12. **B. PSILANDRA** Griseb. Linnaea XIII. 251. † — Ramulis incano-puberulis; foliis elliptico-oblongis, basi cuneatis late sessilibus, apice acutis, supra puberulis, subtus sericeo-incanis; antherae glabrae connectivo oblongo loculos aequante; ovario glabriusculo. ♁ — Rami hispiduli in racemum folia vix excedentem abeuntes. Folia 8–4‴ longa, 3–2″ (??) lata, basi semiamplexicaulia, supra viridia puberula, demum glabrata lucida, subtus incana subsericea eglandulosa integerrima penninervia, nervis subtus prominulis, subcoriacea, stipula axillaris ovata 3-4 lin. longa, 2 lin. lata membranacea, tota libera. Racemi 1–2-pollicares, pedicellis inferioribus remotiusculis cernuis, demum recurvis, 5 lin. longis crassiusculis hirsutis, basi articulatis tribracteatis. — Crescit in Brasilia meridionali.

13. **B. PACHYPHYLLA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 77. et Archives du Mus. III. 280. — Foliis lanceolato-obovatis, oblique acuminatis subinaequilateris, supra lucidis, subtus tomentosis, coriaceis brevissime petiolatis; antheris villosis; ovario glaberrimo. ♁ — Arbuscula tortuosa, ramis capitulato-approximatis, ramuli breves crassi, juniores tomentosi, tomento ferrugineo vel serius et diutius cinereo, demum glabrati cortice atro-rubente, ad nodos articulati, fragiles. Folia poll. 6-4 longa, 4–1½ lata, basi lanceolata, apice acuminata, acumine magis minusve longo, vulgo plicato, rarius omnino deficiente, tunc obovata integerrima subinaequilatera, supra glaberrima et lucida, praeter nervi medii basin tomento cinereo obductam, subtus reticulato-venosa tomentosaque, tomento brevi pallide rufescente vel cinerascente, coriacea petiolata, petiolo lin. 2 longo tomentoso, stipulata, stipula petiolo subaequali eidemque partim adnata. Racemi poll. 9-3 longi, densiflori, in quibus axis dense ferrugineo-tomentosus; pedicelli crassi, lin. 3 longi, subsessiles concolores, bractea stipati subaequali semilanceolata inque acumen filiforme desinente, ferrugineo-lanuginosa, infra articulum bibracteolati, bracteolis paullo brevioribus caeterum similibus. Flores *B. verbascifoliae* flavi, ovario glaberrimo. Fructus succulentus. — In campis haud procul ab urbe provinciae Goyaz principe Villa-Boa in Brasilia.

14. **B. ERIOPODA** DC. Prodr. I. 579. — Foliis ovalibus obtusis attenuatis coriaceis, superne demum lucidis, subtus et superne in nervis hirsutis; pedunculis hirsutissimis. ♁ — *Malpighia rufa* Poir. Dict. IV. 332. (cf. *B. crassifoliam.*) — Crescit in America calida.

15. **B. VERBASCIFOLIA** A. Rich. Ann. Mus. XVIII. 481. — DC. l. c. — Foliis lanceolato-obovatis integerrimis, utrinque tomentosis; racemis terminalibus; trunco crasso nodoso humili. ♁ — *Malpighia verbascifolia* Linn. Spec. pl. 610. — Aubl. Guian. I. 460. t. 184. — Cav. Dissert. VIII. 411. t. 240. — *Malpighia crassifolia* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 170. (nec. Linn.) — (Adr. Juss. l. c. 280) — Crescit in Brasilia et in Guiana.

16. **B. (MALPIGHIA** Poir. Suppl. IV. 7) **CINEREA** DC. l. c. 580. — Foliis anguste lanceolatis, superne lucidis, junioribus utrinque subrufo-velutinis, adultis subtus ramisque cinereo-tomentosis; racemis spicatis simplicibus. ♁ — Crescit in Guiana Gallica.

17. **B. LAURIFOLIA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 147. † — DC. l. c. 579. — Foliis ovato-oblongis, apice angustatis, basi cuneatis subcomplicatis, supra

per diversa, drupa cerasi vulgaris fere magnitudine (semipollicem alta lataque), putamen (vid. tab. IV. 1.) dorso 5-cristatum, cristis intermediis parallelis brevioribus minoribusque (non 3-cristatum et inter cristas transverse muricatum). — Crescit in Antillis.

18. B. CYDONIAEFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 77. — Foliis lanceolato-obovatis, supra pubentibus, subtus tomentosis molliusculis; antheris villosis; ovario glaberrimo. ♁ — Rami juniores tomentoso-incani, adulti glabrati cortice rubente, ad nodos quasi circumscisso. Folia poll. 4–3 longa, 2–1¼ lata, lanceolato-obovata integerrima, plerumque subinaequilatera, tomento brevi supra puberula, subtus densissimo albida molliuscula, vix petiolata stipulata, stipula libera, lin. 2. longa, extrorsum lanuginosa. Racemi terminales 3–1-pollicares, in quibus axis tomentoso-albidus, pedicelli lin. 4 longi, concolores gracillimi erecti vel patentes, singuli bractea stipati paullo breviori subulata villosa, infra articulum bibracteolati, bracteolis conformibus brevioribus. Calyx alte 5-fidus, laciniis lin. 2 longis, ovatis, introrsum glabris, extrorsum tomentosis, apice revolutis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneato-obovatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi supra canaliculato, arcuatim reflexo, limbo cordato-orbiculari integro vel eroso-denticulato, inter se inaequalia dissimiliaque. Stamina 10, 5 petalis opposita, exteriora cum illis alterna paulloque breviora, filamenta calyce breviora, basi inter se coalita et introrsum pilis erectis longis villosa complanata, antherae oblongae lineari-obovatae, loculis villosis flavescentibus, connectivo rubenti adnatis. Ovarium conoideo-3-lobum glaberrimum 3-loculare, loculis 1-ovulatis, ovula acuminata, funiculo pendulo infra acumen et circa medium adnexa, ideo quasi uncinata. Styli 3 glabri stamina superantes, apice in stigma acutum attenuati. Fructus non suppetebat. — *β. Chiquitensis* Adr. Juss. Archives du Mus. III. 281. — Foliis brevioribus crassioribusque, demum supra glabratis et lucidis, bracteis bracteolisque multo brevioribus, fere arborescens et floribus, teste viatore, luteis rubrisve inodoris. — Prope pagum Contendas in parte deserta occidentalique provinciae Minas Geraës in Brasilia.

19. B. CLAUSSENIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 281. — Foliis oblongis lanceolato-obovatis acuminatis, supra glabratis lucidisque, subtus tomentoso-velutinis molliusculis, brevissime petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris villosis, connectivo loculos non excedente; ovario glaberrimo. ♁ — Rami teretes, cinereo-tomentosi, serius glabrati. Folia oblonga lanceolato-obovata (poll. 6–2½ longa, 2–1 lata), cum acumine non raro incurvo, supra juniora puberula et adulta partim (pube in nervo medio persistente) glabrata lucidaque, subtus tomento pallide fulvo velutina, nervis tantum praecipuis sub ipso conspicuis, molliuscula, brevissime petiolata, stipula petiolum excedente, extrorsum tomentosa. Racemi vulgo 3-pollicares, axi pedicellisque ramulorum instar tomentosis, his sessilibus, floriferis lin. 3 et fructiferis lin. 6 longis, bracteae bracteolaeque subulato-filiformes longiusculae hirsutae, cito deciduae. Calycinae laciniae ovatae, lin. 1½ longae, extrorsum puberulae et ciliatae, omnes biglandulosae, glandulis epidermide flavente laxe vestitis. Petala duplo longiora unguiculata, limbo reniformi concavo integro vel lacerato, glaberrima flava. Antherae oblongo-lineares villosae. Ovarium pilis receptaculi densis filamenta superantibus occultum, ipsum glaberrimum 3-lobum. Fructus (unior) conoideus, pallidus. — Crescit in Brasilia.

20. B. CUMINGIANA Adr. Juss. l. c. 282. — Foliis lanceolato-obovatis, breviter et acute acuminatis, supra partim glabratis, subtus incano-tomentosis petiolatis; racemis subcompositis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antherae connectivo loculos introrsum sericeo-pubentes aequante; ovario glabro. ♁ — Rami juniores tomento denso rufescenti-albidi, adulti glabrati. Folia lanceolato-obovata (poll. 3–2½ longa, 1½–1¼ lata) breviter et acute acuminata, juniora supra pube brevi tomentella, adulta eadem detersa partim glabrata et lucida, subtus tomento densiori rufo-incana, praesertim in nervis et margine subrevoluto; petiolo lin. 5–4 longo tomentoso, stipulam concolorem triplo superante. Racemi 3–5-pollicares sub-

compositi, pedunculis diversorum ordinum incano-, rufo- vel ferrugineo-tomentosis, pedicellis lin. 2–4 longis patentibus, bracteis dimidium ipsorum aequantibus vel superantibus, lineari-setaceis tomentosis, bracteolis conformibus sed minoribus. Calyx 10-glandulosus, laciniis ovato-acutis, extrorsum hirsutis. Petala fere triplo longiora, limbo cordato-orbiculari concavo, (in sicco) flava. Staminum filamenta calyci subaequalia, in annulum pilis longioribus intus barbatum basi coalita, antherae loculis introrsum sericeo-puberulis, caeterum glabris, connectivo ipsos subaequante et apice ab illis soluto obtuso. Ovarium ovato-conoideum trisulcum glaberrimum. Fructus non suppetit. — Crescit in Columbia.

21. B. OAXACANA Adr. Juss. l. c. 283. — Foliis lanceolato-obovatis, supra pubescentibus vel glabratis, subtus tomento sericeo albido-flaventibus, petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis luteis; antheris villosis, connectivo ultra loculos in conum producto; ovario pubente; drupae virentis putamine foveolato. ♁ — Rami juniores tomento denso rufescenti-albidi, adulti glabrati grisei, ad nodos approximatos post foliorum lapsum cicatrice annulari notati. Folia lanceolato-obovata (poll. 3–2 longa, 2–1 lata), supra pubescentia vel demum glabrata lucidaque, subtus tomento sericeo albido-flaventia, nervis medio primariisque prominulis, petiolo lin. 3 longo complanato, stipulis triente brevioribus, latioribus et oppositis, basi dilatata inter se confluentibus tomentosis. Racemi 2-pollicares, axi tomentoso rufescente vel serius canescente, pedicellis concoloribus, lin. 4 longis gracilibus subsessilibus, bracteis dimidio brevioribus lineari-acutis, bracteolas conformes superantibus. Calyx 10-glandulosus, glandulis lineam longis, laciniis duplo longioribus ovatis rufo-hirsutis. Petala duplo longiora, limbo orbiculari, profunde cordato concavo, inaequalia lutea. Staminum filamenta calyci subaequalia, inferne in annulum coalita pilis longis rufis barbatum, antherae exsertae oblongae, basi cordatae connectivo crasso, in apiculum liberum conoideum desinente, glandulaeformi, loculis linearibus villosis. Styli glabri, stamina vix superantes. Ovarium ovoideo-trilobum, pilis longis adpressis pubescens. Drupa globulosa glabra virens, diametro lin. 5 lato, putamine foveolis irregularibus profunde rugoso. Semen globuloso-compressum et acumine incurvo brevi superatum, integumento duplici membranaceo coalito, embryonis radicula longa, cotyledonibus longioribus lineari-vittatis circinnatis. — *B. cotinifolia* Bth. Plant. Hartweg. 277. — Crescit in Mexico ad montem ignivomum Oaxaca.

22. B. ORBIGNYANA Adr. Juss. l. c. 284. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-ovatis, supra pube molli albidis glabratisve, subtus dense tomentosis mollibus, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris villosis, connectivo loculis angustiori breviorique; ovario villoso. ♁ — Rami juniores angulati et primum dense rufo-, postea brevius albo-tomentosi, adulti teretes et glabrati. Folia lanceolata vel lanceolato-ovata (poll. 2–1 longa, lin. 8–4 lata), supra pilis mollibus adpressis albida vel demum partim glabrata, subtus tomento denso albido vel rufescente velutina mollia, breviter petiolata, petiolo concolori, stipula simplici aut bifida. Racemi circiter pollicares, axi cum pedicellis (qui lin. 3 longi), bracteis bracteolisque (quae lineari-subulatae) tomentosis. Calyx 10-glandulosus, laciniis semi-ellipticis, extrorsum tomentoso-albidis. Petala flava. Antherae loculis villosis, connectivo latioribus longioribusque. Ovaria et receptaculum dense villosa. Fructus non suppetebat. — Crescit in Bolivia.

23. B. BICORNICULATA Adr. Juss. l. c. — Foliis obovatis, basi acutis, supra puberulis vel glabratis, subtus fulvo-pubescentibus coriaceis, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis albis, serius roseis; antheris glabris, loculis apice a connectivo longe in clavum ultra producto liberis et corniculatim introflexis; ovario superne puberulo. ♁ — Arbuscula 6–8-pedalis, ramis tortis, junioribus fulvo-tomentosis, adultis glabratis, cortice cinereo-nigricante. Folia obovata (poll. 2½–1½ longa, 1–¾ lata), basi acuta, pilis furcatis, juniora supra puberula et subtus tomentosa, adulta supra pilis rarioribus conspersa vel fere glabrata, subtus pallide fulvo-pubentia, nervo medio tantum prominulo, margine subrevoluta, co-

riacea, petiolo lin. 2 longo, tomentoso vel pubente, bractea concolori paulloque breviori. Racemi 2–3-pollicares, inferne subcompositi, pedunculis diversorum ordinum fulvo-tomentosis, pedicellis subsessilibus, lin. 3 longis, bracteis bracteolisque multo brevioribus, late ovatis. Calyx 10-glandulosus, laciniis extrorsum fulvo-hirsutis. Petala duplo longiora (lin. 2 longa) unguiculata, limbo orbiculari cordato, primum alba, tandem rosea. Staminum filamenta calyce breviora, inferne pilis rufis dense hispida inque annulum coalita, antherae (vid. Tab. V. 2.) oblongae, connectivo duplo loculis longiori et ultra in appendicem clavatam producto, loculis linearibus, ipsis apice in apiculum liberum introflexum filiformem productis glabris. Styli rosei. Ovarium viride ovato-conoideum, pilis nonnullis adpressis fulvis, superne inspersum, caeterum glabrum. Drupa globosa. — Crescit in Brasilia.

24. B. VARIABILIS Adr. Juss. in St. Hil. Flor Brasil. merid. III. 78 et Archives du Mus. III. 285. — Foliis ovatis, subtus ferrugineo- vel cinereo-tomentosis, interdum glabratis coriaceis, brevissime petiolatis; antheris ovarioque glabris. ♁ — Rami juniores tomentosi, adulti tomento ferrugineo vel rarius cinerascente glabrati. Folia poll. 3–1½ longa, 2–¾ lata, ovata integerrima, supra pube brevi (quasi pulvere) conspersa aut eadem excussa glabrata, subtus tomento ferrugineo vel cinerescente velutina nervoque medio crasso et prominente instructa coriacea petiolata, petiolo brevissime lato crasso, stipulata; stipula (e geminis coalita) petioli faciei superiori basi adnata et inde quasi axillaris, ipso latior, extrorsum tomentosa, introrsum glabra laevis concavaque, apice subtruncata coriacea. Racemi terminales 2–3-pollicares, in quibus pedunculi ferrugineo-tomentosi, secundarii brevissimi, bractea ipsis longiori lineari acuta stipati, singuli cum pedicello articulati et infra articulum bibracteolati, bracteolis bracteam aemulantibus cumque ipsa quasi fasciculatis, pedicelli primo brevissimi, serius elongati et fere semipollicares nutantesque. Calyx alte 5-fidus, laciniis ovatis, apice extrorsum revolutis, basi biglandulosis, glandulis obovatis prominulis geminatim approximatis, lin. 1½ longus (post anthesin persistens et paulisper ampliatus extrorsum tomentosus. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi calycem subaequante, limbo suborbiculari, basi cordato integro concavo, reflexa, inter se dissimilia (quinti in praefl. interioris, in anthesi erecti unguiculus crassior longiorque, limbus minor corrugatus). Stamina 10, 5 petalis opposita alternis breviora; filamenta calyce breviora crassa, basi coalita in annulum introrsum pilis longissimis simplicibus villosum; antherae introrsae biloculares, loculis connectivo oblongo filamentum terminanti adnatis linearibus, pollen globosum 3-papillosum pellucidum. Ovarium conicum trisulcum glaberrimum, dense carnosum triloculare, loculis 1-ovulatis; ovula infra apicem in acumen longiusculum productum suspensa. Styli 3 glabri, stamina superantes, fasciculatim approximati, apice in stigma acutum desinentes. Fructus *Pisi* majoris magnitudine globulosus, stylis acuminatis, sarcocarpio carnoso tenui, endocarpio in putamen incrassato dense osseum, extus rugosum et trisulcum, intus 3-loculare. Semen funiculo ex apice loculi sublateraliter pendenti brevique appensum, supra in acumen incurvum productum, chalaza fusca juxta et infra hilum notatum, integumento membranaceo; embryo (nondum perfectus) curvus, cotyledonibus angustis oblongis complicatis, radicula ipsis breviori tereti, acuta, acumen seminis occupante. — Crescit in Brasilia.

25. B. CORREAEFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 78. — Foliis ovatis, basi subcordatis, subtus ferrugineo-tomentosis, coriaceis subsessilibus; antheris villosis; ovario glaberrimo. ♁ — Frutex 3–4-pedalis multicaulis dumosus. Rami juniores ferrugineo-tomentosi, adulti glabrati. Folia poll. 2–1 longa, 1½–¾ lata, ovata, basi subcordata, margine subtus (in siccis) revoluto integerrimo, supra pube brevi quasi pulverulenta conspersa vel demum nervis exceptis glabrata, subtus tomento ferrugineo dense velutina, nervo medio prominente, coriacea vix petiolata stipulata, stipula (e geminis coalita) petioli basi adnata, ipso multo longiori latiorique, extrorsum tomentosa, introrsum glabra et concava. Racemi terminales,

circiter pollicares, in quibus pedunculus communis ferrugineo-tomentosus, secundarii subnulli, pedicelli similiter tomentosi, ante anthesin brevissimi, postea lin. 3–4 longi patentesque, basi articulati, infra articulum bracteola duplex bracteaque exterior, omnes breves suborbiculatae concavae. Calyx alte 5-fidus, laciniis ovatis, apice extrorsum revolutis, basi biglandulosis, glandulis cuneatis facie extrorsa subconcavis contiguis prominentibus roseis, lin. 1½ longus, ferrugineo-hirsutus. Petala calyce duplo et ultra longiora unguiculata, ungue filiformi arcuatim reflexo, limbo suborbiculari, basi profunde cordato integro concavo, reflexa, inter se dissimilia, rosea et serius rubra. Stamina 10, 5 petalis opposita et breviora; filamenta calyce breviora crassa, basi coalita in annulum introrsum pilis longissimis villosum, antherae introrsae biloculares, loculis connectivo ipsos superanti, filamentum terminanti oblongo adnatis linearibus villosis. Ovarium trilobo-ovoideum glaberrimum carnosum 3-loculare, loculis 1-ovulatis, ovula apice in longum acumen producta, infra ipsum funiculo lato appensa. Styli 3 stamina superantes glabri, apice in stigma acutum desinentes. Fructus *Pisi* majoris magnitudine, sarcocarpio carnoso, endocarpio osseo 3-loculari. Semen (nondum perfectum) subglobosum apiculatum, infra apiculum suspensum ibidemque chalaza juxta hilum notatum, integumento membranaceo, embryo radicula longiuscula apiculo respondente, cotyledonibus longissimis linearibus circinnatis. — In campis prope Formigas in Brasilia.

26. B. MARTIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 286. — Foliis ovatis obovatisve, subtus dense tomentosis et venoso-reticulatis, breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris villosis, connectivo loculis subaequali; ovario villoso. ♁ — Rami juniores rubiginoso-tomentosi striati, adulti glabrati teretes. Folia ovata vel obovata (poll. 3–2 longa, 2–1½ lata), juniora supra pubentia, pube brevi diu partim persistente, adulta tandem omnino glabrata lucidaque, subtus tomento denso, juniora rufa et vetustiora candicantia, nervis prominulis, petiolo lin. 1–2 longo, stipula paullo longiori et latiori. Racemi longi, a basi ad apicem incrassati ferruginei, bracteis trientem ipsorum attingentibus acutis, bracteolis dimidio brevioribus. Calyx 10-glandulosus, extrorsum ferrugineo-tomentosus. Petala triplo longiora, unguibus arcuatim reflexis, limbis cordato-orbiculatis, inaequalia flava. Staminum filamenta calyce paullo breviora, in annulum basi cum calyce concretum et ibidem pilis longis ferrugineis barbatum inferne coalita; antherae oblongae, connectivo loculos villosos vix superante. Ovarium globosum, dense villosum. Fructus.....? — In Brasiliae provincia Minas Geraës.

27. B. NERVOSA DC. Prodr. I. 579. — Foliis ovalibus, utrinque obtusis, superne lucidis rugosis, subtus rufo-tomentosis penninerviis, nervis nervulisque prominulis; racemo confertiflloro rufo-tomentoso. ♁ — Folia magnitudine admodum varia, nam in speciminibus autographis poll. usque 8 longa et 4 lata, in aliis vix 3-pollicaria, inter haec et illa diversae mensurae transitum praebent. Pedicelli subsessiles, vulgo reflexi, lin. 3–4 longi; petala praeclare rubentia; antherae glabrae, connectivo ultra loculos producto; ovarium glabrum; drupa globosa Cerasi magnitudine (diametro semipollicari et ultra), putamine crassissimo, ad ambitum angulis acutis costato, intus abortu 1-loculari (loculorum 2 vestigiis conspicuis), embryone generis sive radicula longiuscula cotyledonibusque longissimis circinnatis. — *Malpighia macrophylla* Juss. in Pers. Enchirid. II. 506. — In Brasilia.

28. B. STIPULACEA Adr. Juss. l. c. 287. — Foliis ovatis vel obovatis, basi subacutis, supra glabratis vel laxe pulverulentis, subtus rufo-tomentosis coriaceis petiolatis, stipula petiolum duplo superante; calyce eglanduloso; petalis aurantiacis; antheris hispidis, connectivo ultra loculos producto; ovario hirsuto. ♁ — Rami scandentes, juniores pilis rufis dense hispidi, adulti glabrati. Folia ovata vel obovata (poll. 5–3 longa, 3–2 lata) basi in petiolum decurrentia et inde subacuta, supra glabrata vel pilis adpressis laxe pulverulenta virentia, subtus pube in nervis prominentibus et reticulatis densiori rufo-tomentosa, in areolis puberula, margine revoluta coriacea, petiolo lin. 4–5 longo fulvo hispido, stipulis fere du-

plo longioribus oblongo-ovatis, extrorsum pubentibus et introrsum glabris tenuibus oppositis, ramum vaginantibus. Racemi 5-pollicares, axi pedicellisque ferrugineo-tomentosis, bis sessilibus semipollicaribus, bracteis bracteolisque lin. 2 longis oblongo-ovatis. Calyx eglandulosus, campanulato-5-partitus, laciniis semiellipticis, extrorsum revolutis, ferrugineo-tomentosus, lin. 2 longus. Petala 2-3-plo longiora unguiculata, unguibus tenuibus reflexis, limbo orbiculari, alte cordato concavo, valde inaequalia (quintum seu interius ungue longiori et crassiori limboque multo minori denticulato crispulo), aurantiaca. Staminum filamenta brevissima, introrsum hirsuta et inferne inter se cumque calyce coalita, antherae oblongae fuscae, loculis hirsutis, connectivo ultra ipsos producto appendiculam in oppositipetalis conoideam, in alternis obtusam exserente. Ovarium conoideum, dense hirsutum et pallide fulvum. Fructus.....? — *B. longibracteata* Martius, Flora XXIV. Beibl. 61. — Crescit in Brasilia.

29. B. KARWINSKIANA Adr. Juss. l. c. 288. — Foliis late ovatis, breviter et obtuse acuminatis, supra lucidis, subtus laxe tomentosis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris hispidis, connectivo loculos aequante; ovario glaberrimo. ♁ — Rami juniores ferrugineo-tomentosi, serius cinerei, demum glabrati. Folia juniora lanceolata vel lanceolato-obovata, circiter sesquipollicaria, utrinque ferrugineo-tomentosa, adulta ovata (poll. 4-3 longa, 2½-2 lata) brevissime et obtuse acuminata, supra nervo medio excepto glabra lucidaque, subtus laxe et breviter tomentosa, nervis prominulis, petiolo lin. 3-4 longo tomentoso vel glabrato, stipula triplo breviori. Racemi bipollicares, inferne subcompositi, axi pedicellisque ferrugineo-tomentosis, his sessilibus, lin. 4 longis; bracteis oblongis, lineari-acutis, alabastrum nondum explicatum superantibus, pedicellum evolutum ultra medium attingentibus, extrorsum ferrugineis, bracteolis brevioribus. Calyx lin. 1½ longus, laciniis ovatis, extrorsum ferrugineo-hirsutis, 10-glandulosus, glandulis magnis. Petala triplo longiora unguiculata, limbo orbiculari basi profunde cordato, inaequalia (quinti in praefl. interioris unguis longior crassiorque, limbus multo minor ac in caeteris) flava. Staminum filamenta calyce breviora, in annulum coalita cum imo calyce concretum pilisque longissimis rufis intus barbatum, caeterum glabra, antherae oblongae cordato-obovatae, loculis connectivum aequantibus hispidis. Ovarium ovoideo-trilobum glaberrimum. Fructus.....? — Crescit in Mexico.

30. B. PULCHRA DC. Prodr. I. 580. — Foliis ovali-oblongis, utrinque acutis, subtus rufo-velutinis; racemis erectis simplicibus; drupis nucleisque ovatis, apice umbonato mucronatis. ♁ — Drupae coccineae, petala cordata flava, deinde rubentia. — Crescit in Mexico.

31. B. BUMELIAEFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 79. t. 180. — Foliis lanceolato-ovatis, supra lucidis et reticulato-venosis, subtus ferrugineo-vel cinereo-tomentosis; antheris ovarioque glabris. ♁ — Frutex 3-4-pedalis multicaulis, rami juniores tomento brevi ferruginei vel spurie cinerascentes, adulti glabrati. Folia poll. 3-2 longa, 1-½ lata, lanceolato-ovata integerrima, supra glabra lucidaque (juniora tamen pube brevi quasi pulverulenta), subtus tomento brevi ferrugineo vel cinereo velutina reticulato-venosa coriacea, breviter petiolata stipulata, stipula axillaris, petioli basi adnata, eodem brevior latiorque, tomentosa. Racemi terminales, 2-3-pollicares, in quibus axis ramulorum juniorum instar tomentosus, pedicelli concolores, fere semipollicares, arcuatim reflexi, singuli cum pedunculo articulati brevissimo, ad basin bracteato praetereaque infra articulum bibracteolato; bractea lin. 2 longa bracteolaeque breviores lineares obtusiusculae. Calyx alte 5-fidus, laciniis lin. 1½ longis ovatis, introrsum glabris, extrorsum ferrugineo-tomentosis, apice revolutis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneato-obovatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi, arcuatim reflexo, supra canaliculato, limbo cordato-orbiculari reniformive eroso-denticulato, inter se inaequalia dissimiliaque, alba vel dilute rosea. Stamina 10, 5 petalis opposita alternis exteriora, inaequalia (tria

scilicet quae petalo interiori respon ent paullo caeteris minora), filamenta calyci subaequalia complanata crassiuscula, basibus coalita in annulum introrsum pilis longissimis erectis ferrugineis villosum; antherae oblongae glabrae. Ovarium conoideo-trilobum glabrum triloculare, loculis uniovulatis; ovula ovato-acuminata, infra acumen et circa medium funiculo pendulo adnexa, inde quasi uncinata. Styli 3 glabri, stamina paullulum superantes, apice in stigma acutum attenuati. Fructus pisi mediocris magnitudine ovato-acutus, drupaeformis, carnis granulosae strato modico putamen triloculare trispermum includente. Semen ovatum, apice breviter acuminatum, infra acumen pendulum ibidemque chalaza fusca suborbiculari notatum, integumentum duplex, utrumque membranaceum; embryo circinnalis, lineas 4 longus, radicula tereti seminis acumen marginemque exteriorem occupante, cotyledonibus linearibus, radicula triplo longioribus incumbentibus, marginem seminis interiorem centrumque occupantibus. — Crescit in Brasilia in parte prov. Minas Geraës dicta Districto dos Diamantes.

32. B. PERUVIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 289. — Foliis lanceolato-acuminatis, supra glabratis, subtus ferrugineo-tomentosis, margine revolutis, coriaceis breviter petiolatis; calyce 10-glanduloso vel eglanduloso; petalis flavis; antheris introrsum hirsutis, connectivo loculos vix aequante; ovario glaberrimo. ♁ — Frutex ramis junioribus tomentoso-ferrugineis angulatis, adultis glabratis teretibus. Folia lanceolato-acuminata (poll. 3½–2 longa, 1–¾ lata), juniora supra tomento brevi obducta, adulta eodem deterso glabra lucidaque, reticulo nervorum prominulo, subtus ferrugineo-tomentosa, nervo medio prominente, margine revoluto, coriacea; petiolo lineas 3 longo tomentoso glabratove, stipula triplo breviori, cum opposita basi confluente. Racemi 2–3-pollicares, axi pedicellisque ferrugineo-tomentosis, his sessilibus, lineas 4 longis, bracteis bracteolisque quadruplo brevioribus ovato-acutis concoloribus. Calyx 10-glandulosus, laciniis extrorsum ferrugineis, glandulis albis. Petala triplo longiora (lineas 4 longa) limbo orbiculari, basi emarginato concavo, flava. Staminum filamenta calyce paullo longiora, apice truncata, basi in annulum coalita pilis rufis barbatum, antherae oblongo-ovatae, connectivo loculos vix aequante, introrsum inter ipsos pilis adpressis hirsutae. Ovarium trisulco-ovatum glaberrimum. — Crescit in Peruvia.

33. B. RHOMBIFOLIA Adr. Juss. l. c. 290. — Foliis rhomboideo-lanceolatis inque acumen desinentibus, pube brevi supra pulverulentis, subtus densiori pubentibus et pallide ferrugineis, brevissime petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antheris hispidis, connectivo loculos subaequante; ovario villoso. ♁ — Rami juniores tomento brevi pallide ferruginei. Folia rhomboideo-lanceolata (poll. 3–2 longa, 1½–1 lata), in acumen saepe obliquum desinentia, supra pube brevi albida quasi pulverulenta aut eadem detersa nec nisi in nervis praecipuis glabrata, subtus eadem densiori, juniora velutina et adulta pubentia, pallide ferruginea, basi cuneata in petiolum lin. 2–1 longum angustata, stipula subaequali. Racemi tripollicares laxiflori, axi pedicellisque ramorum instar ferrugineis, his sessilibus lin. 4 longis gracilibus, bracteis triplo brevioribus patentibus subulatis, bracteolas excedentibus. Calyx 10-glandulosus, laciniis extrorsum hirsutis revolutis. Petala triplo longiora (lin. 3–4 longa), limbo orbiculari, basi cordato, in sicco flava. Staminum filamenta calycem paullulum superantia, basi in annulum intus pilis rufis breviusculis barbatum coalita, antherae loculis undique hispidis connectivum subaequantibus. Ovarium ovoideo-trilobum, pilis sparsis villosum. Fructus.....? — Crescit in Brasilia boreali.

34. B. FERRUGINEA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. V. 149. — DC. Prodr. I. 579. — Foliis ovato-subrotundis brevissime acuminatis, basi cuneatis, supra molliter pubescenti-hirtellis, subtus ramulis calycibusque ferrugineo-tomentosis; racemis simplicibus; glandulis calycinis 10 distinctis. ♁ — Crescit in sylvis Orinocensibus.

35. B. CRASSIFOLIA H. B. Kth. l. c. — Adr. Juss. l. c. 291. — DC. Prodr. I. 579. — Foliis ovatis, superne demum glabris, subtus rufo-velutinis, obtusis; racemo

erecto elongato rufo velutino. ♃ — *Malpighia crassifolia* Linn. Spec. plant. 610. — Aubl. Guian. I. 457. t. 182. — *B. rhopalaefolia* H. B. Kth. l. c. 149. — DC. l. c. 580. no. 15. — *B. montana* H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. no. 10. — *B. lanceolata* DC. l. c. — *B. rufa* et *lanceolata* Poir. Encycl. Suppl. — *B. Moureila* Aubl. l. c. t. 183. — Cav. Dissert. VIII. 412. t. 241. — Species variabilis (unde tot synonyma) colore et pube foliorum ferruginea rufa vel cinerea nec nunquam in adultis inde glabris fere omnino detersa, forma eorundem quae nunc elliptica, nunc basi acuta et apice obtusa *(M. rufa)*, nunc ovata utroque fine attenuato *(B. montana* et *M. Moureila* Cav.), nunc lanceolata *(M. lanceolata)*. In omnibus antherae villosae, connectivo ultra loculos producto, ovarium glaberrimum, bacca tamen villosa, teste Aublet, in suis *M. crassifolia* et *Moureila*, huc igitur dubie tantum relatis. — An tamen nullius momenti character e pube in ovario existente aut deficiente, et tunc praecedentibus etiam addenda? — *B. ferruginea* Kth. ovario villoso tantum discrepat? — Crescit in Americae australis partibus septentrionalibus.

36. B. (MALPIGHIA Aubl. Guian. I. 455. t. 181.) ALTISSIMA H. B. Kth. l. c. 147. adnot. — DC. Prodr. I. 579. — Foliis ovato-oblongis obtusis, subtus rufo-tomentosis, superne pilis centro affixis bisetosis hispidis; racemo rufo-hirsuto. ♃ — Arbor 60-80-pedalis, flores albi, drupa rubescens subexsucca. — Crescit in Guianae sylvis.

** *Folia adulta glabra aut rarius parcissime pubentia.*

† Folia utrinque virentia.

37. B. CUBENSIS Adr. Juss. Archives du Mus. III. 292 — Foliis lanceolatis vel lanceolato-obovatis obtusis vel acuminatis glabris, supra lucidis venoso-reticulatis coriaceis, longiuscule petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antherarum connectivis ultra loculos villosulos productis; ovario glaberrimo. ♃ — Rami juniores tomento brevi ferruginei, adulti glabrati. Folia lanceolata vel lanceolato-obovata (poll. $3\frac{1}{2}-2\frac{1}{2}$ longa, $1\frac{3}{4}-1$ lata), apice obtusa aut acuminata opposita, figura et magnitudine dissimilia, utrinque (si pilos nervo medio subtus adspersos excipias) glaberrima, supra lucida, nervis prominulis tenuiter reticulata coriacea; petiolo lin. 4-6 longo tenui; stipulis triplo brevioribus latioribus, oppositis basi per fasciolam brevem conjunctis. Racemi 5-pollicares, inferne subcompositi, axi pedicellisque ferrugineo-tomentosis, his lin. 4 longis sessilibus; bracteis dimidium illorum superantibus lineari-acutis, bracteolis dimidio brevioribus. Calyx 10-glandulosus, laciniis ovatis obtusis, extrorsum hirsutis et apice revolutis. Petala triplo longiora (lin. 4 longa), limbo cordato orbiculari concavo (in sicco) flava. Staminum filamenta calyce breviora, basi in annulum coalita, introrsum pilis rubentibus dense barbatum, antherae connectivo crasso, ultra loculos lineares villosulos in conum producto. Ovarium ovatum glaberrimum. Fructus.....? — Crescit in insula Cuba.

38. B. BERTEROANA Adr. Juss. l. c. 293. — Foliis ovatis, basi acutis, apice obtusis vel acutis aut breviter acuminatis glabris tenuibus petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis flavis; antherae loculis introrsum sericeo-puberulis, caeterum glabris, connectivum subaequantibus; ovario ad apicem parce et trifariam piloso, caeterum glabro. ♃ — Arbor 8-12-pedalis, ramis junioribus ferrugineo-sericeis, mox glabratis. Folia ovata (poll. $5\frac{1}{2}-3$ longa, $2\frac{2}{3}-1\frac{1}{2}$ lata), basi acuta, apice nunc obtusa et etiam emarginata, nunc abrupte et breviter acuminata aut sensim acutata, si pilos rarissimos in nervis praecipuis et subtus adpressos excipias glabra, subtus pallidiora, nervis medio primariisque prominulis, tenuia, petiolo lin. 3-4 longo tomentello, stipula triplo brevior obtusa. Racemi tripollicares, axi pedicellisque sericeo-ferrugineis, his lineas 5 longis sessilibus, bracteis bracteolisque lineari-acutis 4-5-plo brevioribus. Calyx 10-glandulosus, laciniis ovato-obtusis, medio extrorsum hirsutis ciliatis revolutis. Petala triplo longiora (lineas 4 longa), limbo cordato orbiculari concavo (in sicco), flava. Staminum filamenta exserta, basi coalita in annulum pilis rubentibus dense barbatum, antherae oblongo-cordatae, loculis introrsum sericeo-puberulis, caeterum

glabris, connectivo ipsos vix aequante. Ovarium, si pilos paucos apice trifariam adpressos exceperis, glabrum. Fructus.....? — Crescit in insulis Antillis.

39. B. MALPIGHIA Cav. Dissert. VIII. 409. t. 237. SPICATA DC. Prodr. I. 580. no. 17. — Adr. Juss. l. c. 294. — Foliis lanceolatis glabris, subtus ferrugineis; racemis spicatis erectis confertis subvelutinis; petalis hastatis obtusissimis. ♁ — *B. (Malpighia* Swtz. Flor. Ind. occid. II. 854. — Sloane, Hist. Jâmaic. II. 20. t. 163. fig. 2.) *coriacea* DC. l. c. 580. no. 24. — *Malpighia reticulata* Spr. (nec Poir.) — *Banisteria laurifolia* Sieb. Herb. fl. Martinic. 123. — Nonne eadem (praeter synonyma supra memorata) ac *Malpighia Guadelupensis* Spreng.? — Affinis quoque videtur *Banisteria terminalis* Arrabida, Fl. Flumin. IV. t. 166., floribus majoribus tamen dissimilis, certe habitu, calycibus, antheris *Byrsonimae* species, folia subtus pleraque glabrata et copia punctulorum squamuloideorum inspersa. Pedicelli sessiles aut brevi pedunculo suffulti. Antherae facie interna inter loculos pilis adpressis hispidae, caeterum et exterius glabrae, connectivo loculos non excedente, sed apice tamen libero. Ovarium glaberrimum. Embryo (vid. tab. V. 2.) radicula longa tereti alba, cotyledonibus multo longioribus circinnatis virentibus. — Crescit in insulis Antillis et in America meridionali.

40. B. (MALPIGHIA Swrtz. Flor. Ind. occident. II. 852.) LUCIDA DC. l. c. no. 18. — Adr. Juss. l. c. — Foliis obovato-cuneiformibus glabris aveniis nitidis; racemis spicatis erectis abbreviatis glabris; petalis hastato-reniformibus. ♁ v. ♃ — Bacca globosa pallide virescens, petalis primum carneo-albidis, demum uti calyx rubro-purpureis. De mutabili florum colore consentiunt *Houstoun*, qui ipsos discolores dicit, et *Bredemeyer*, qui racemos tricolores notat, floribus aliis roseis, aliis luteis, aliis albis. — Folia (vel in novellis) glaberrima, subtus pallidiora, venis discoloribus minutissime reticulata et in areolis punctulis squamuloideis crebris obsita. Antherae glabrae, connectivo ultra loculos producto et ampliato. Ovarium villosum descripsit *Swartzius*, an propter pilos in receptaculo dense circumstantes? — Crescit in insulis Antillis.

41. B. NITIDIFOLIA Adr. Juss. l. c. 295. — Foliis lanceolato-obovatis, breviter et obtuse acuminatis glabris coriaceis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis albis roseisque; antherae connectivo loculos apice hirsutos breviter superante; ovario glaberrimo. ♃ — Arbor circiter 20 pedes alta, ramis junioribus puberulis, mox glabratis. Folia lanceolato-obovata (poll. 2–1½ longa, 1–¾ lata) saepius in acumen breve obtusum nec raro subemarginatum attenuata, supra lucida, subtus pallidiora, nervo medio prominente pilisque raris adsperso, caeterum glaberrima coriacea petiolata, petiolo lin. 3 longo, supra canaliculato, stipula triplo breviori paulloque latiori, cum opposita in annulum basi confluente. Racemi 3–2-pollicares, axi pedicellisque ferrugineo-tomentosis, his lin. 3–2 longis, crassiusculis rigidis, bractea bracteolisque longis ovatis. Calycinae laciniae semiellipticae lin. 2½ longae, utrinque hirtellae, extrorsum basi biglandulosae et superne revolutae. Petala duplo longiora, unguibus calycem subaequantibus reflexis, limbis cordato-orbicularibus, alba et rosea. Filamenta calyce vix breviora, basi in annulum intus barbatum coalita, antherae oblongae, connectivo rubente glabro, ultra loculos pilis adpressis rufis pilosos, in acumen breve obtusum producto. Ovarium trisulco-conoideum glaberrimum. Fructus.....? — Crescit in Brasilia.

42. B. TRINITENSIS Adr. Juss. l. c. 296. — Foliis late obovatis glaberrimis, subtus ferrugineis coriaceis, brevissime petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antherae connectivo loculos, apice hirsutos duplo superante et reflexo; ovario glaberrimo. ♁ — Rami glabri, juniores angulati, adulti teretes. Folia obovata (poll. 2–¾ longa, 1¼–½ lata) glaberrima, supra virentia, subtus pallide ferruginea, nervis (medio excepto) vix prominulis, margine revoluto, coriacea, petiolo lineam longo et stipula subaequali. Racemi poll. 1–1½ longi simplices, pedicellis in axi sessilibus, sed in eodem inde acute multiangulo quasi decurrentibus, ipsius instar pube brevissima ferruginea inspersis, singulis lin. 3 longis reflexis, ad basin bractea bracteolaque duplici brevissima involucratis. Calyx 10-glandulosus, la-

ciniis lin. longis semiellipticis, extrorsum apice revolutis, pube ferruginea conspersis et ciliatis. Petala 2–3–plo longiora unguibus canaliculatis, 4 arcuatim reflexis, quinto crassiori erecto, limbo reniformi concavo. Staminum filamenta calyci subaequalia, inferne et introrsum pilis longis ferrugineis barbata basique coalita, antherae exsertae oblongae, loculis apice hirsutis, connectivo crasso et discolori, fere duplo ipsis longiori inque appendicem conoideam subreflexam ultra producto. Ovarium ovoideum trisulcum glaberrimum. — *Banisteria umbellata* Sieb. Herb. flor. Trinit. 51. — Crescit in insula Trinitatis.

43. B. GARDNERIANA Adr. Juss. l. c. — Foliis cuneato–obovatis, apice subemarginatis glaberrimis, brevissime petiolatis; calyce 10–glanduloso; petalis.....?; antherae connectivo loculos apice hirsutos superante; ovario glaberrimo. ♄ — Rami glabri, juniores angulati, adulti teretes grisei. Folia cuneato–obovata (poll. 2–1 longa, lineas 14–8 lata), apice breviter emarginata glaberrima, supra lucida, subtus venulis subdiscoloribus, sed praeter nervum medium vix prominulis eleganter reticulata, petiolo lineam longo, stipula subaequali. Racemi bipollicares densiflori, axi pedicellisque ferrugineo–tomentellis, his lineas 2 longis, bracteis bracteolisque brevibus ovatis hirtellis. Calycinae laciniae ovatae, lineam longae, extrorsum hirtellae vel glabratae ciliatae, singulae basi biglandulosae. Petala duplo longiora, unguibus supra canaliculatis, 4 arcuatim reflexis, quinto crassiori erecto, limbis subreniformibus integris concavis. Filamenta calycem subaequantia, basi coalita in annulum intus pilis longis rufis barbatum, caeterum glaberrima, antherae oblongae exsertae, connectivo glandulaeformi rubente glabro, ultra loculos hispidos in acumen oblique conoideum producto. Ovarium trilobo–ovatum glaberrimum. Fructus.....? — Crescit in Brasilia.

44. B. VACCINIIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 84. et Archives du Mus. III. 297. — Foliis parvis suborbiculatis vel obovatis, apice emarginatis reticulatis glabris; antheris villosis; ovario glabro. ♄ — Rami novelli ferrugineo–tomentosi, adulti glabrati. Folia lin. 11–9 longa, 9–7 lata, obovata, apice emarginata nec raro brevissime apiculata integerrima, supra glabra et lucida, subtus puberula, pilis secundum nervum medium prominulum densius sparsis demumve glabrata reticulato–venosa coriacea, brevissime petiolata stipulata, stipula axillari petioli basi adnata ipsoque longiori latiorique. Racemi terminales 2–3–pollicares, in quibus axis ferrugineo–tomentosus, pedicelli concolores, lin. 2–3 longi, post anthesin reflexi subsessiles, singuli bractea stipati, basi articulati et infra articulum bibracteolati, bractea bracteolisque brevibus ovatis. Calyx alte 5–fidus, laciniis lin. 2 longis, ovatis sericeo–puberulis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce paullo longiora unguiculata, ungue lineam longo, arcuatim reflexo, limbo suborbiculari, basi sagittato–cordato subintegro concavo, inter se inaequalia dissimiliaque. Stamina 10, petalis opposita alternis exteriora, subinaequalia (tria scilicet quae petalo in praefl. interiori respondent paullo caeteris minora), filamenta calyci subaequalia, basibus subcoalita complanata crassiuscula, introrsum pilis longis erectis, inferne densioribus villosa, antherae oblongae, loculis linearibus flavis villosis, connectivo adnatis rubro, duplo ipsis longiori et ultra producto. Ovarium ovoideum glabrum triloculare, loculis 1–ovulatis; ovula acuminata, infra acumen funiculo brev pendulo aduexa. Styli 3 stigmata superantes glabri, ad apicem sensim attenuat inque stigma acutum desinentes. Fructus.....? — In parte occidentali desertaque provinciae Minas Geraës vulgo Sertaõ in Brasilia.

45. B. NITIDISSIMA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 152. t. 448. — DC Prodr. I. 580. — Foliis subsessilibus ellipticis, utrinque rotundatis, supra puberulis nitidissimis, subtus ramulisque rufo–pubescentibus; racemis simplicibus; calycibus 10–glandulosis rufo–tomentosis. ♄ — Crescit in insula Panumana miss. Orinocensium.

46. B. (MALPIGHIA Spr. Syst. veget.) COTINIFOLIA H. B. Kth. l. c. 152. t. 447. — DC. l. c. 579. — Foliis obovatis obtusis, basi attenuatis submembranaceis, junio–

ribus tomento rufo subdeciduo utrinque velutinis, adultis superne glabris, subtus subvelutinis; racemo simplici confertifloro subvelutino; glandulis calycinis continuis. ♁ — Crescit in Mexico ad Acapulco.

47. B. MICROPHYLLA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 298. — Foliis parvis ovatis, supra glabratis et glauco-virentibus, subtus pube brevi cinereis rigidis, brevissime petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis roseis; antheris glabris, connectivo loculis breviori; ovario glaberrimo; drupa subglobosa. ♁ — Rami juniores tomento ferrugineo vel fulvo obducti, mox glabrati et lucido-rubentes, adulti cinerei. Folia parva (lin. 15–6 longa, 9–5 lata) ovata, novella utrinque pubentia, adulta supra glabrata et glauco-virentia, subtus pube brevi fulva cinereave obducta, nervis medio primariisque prominulis rubellis, margine revoluta rigida, stipula petiolum brevissimum superante similiterque hirsuta Racemi vix pollicares pauciflori, axi pedicellisque pube ferruginea vel fulva hirtellis, his sessilibus, lin. 2 longis, bracteis dimidio brevioribus et ultra, semilanceolatis, bracteolis subaequalibus sed angustioribus. Calyx 10-glandulosus, glandulis brevibus, laciniis ellipticis, lin. 2 longis, extrorsum fulvo-hirtellis. Petala paullo longiora, limbo orbiculari, profunde cordato concavo, inaequalia, (sicca) intense rosea. Staminum filamenta calyce breviora, introrsum pilis ferrugineis longissimis et intertextis dense lanata basique in annulum coalita, antherae vix exsertae cordatae glabrae, connectivo loculis breviori. Styli stamina superantes rosei. Ovarium pallide virens globulosum glaberrimum. Drupa (nondum matura) pisi minimi magnitudine subglobosa. — Crescit in Brasilia.

48. B. TRIOPTERIFOLIA Adr. Juss. l. c. — Foliis parvis ellipticis obovatisve glaberrimis et vernicoso-lucidis crassis, brevissime petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis roseis; antheris glabris, connectivo loculis breviori; ovario glaberrimo; drupa atro-rubente. ♁ — Rami novelli pilis ferrugineis raris conspersi, mox glaberrimi, juniores 4-canaliculati, adulti teretes. Folia elliptica obovatave (lin. 18–10 longa, 15–6 lata) glaberrima et praesertim supra vernicoso-lucida, subtus paullo pallidiora et (lentis ope) punctulis squamuloideis obsita, crassa fragiliaque, petiolo lineam longo, stipula paullo breviori basique ejus adnata. Racemi vix ultra semipollicares, axi rubente pilisque ferrugineis consperso tetragono; pedicellis concoloribus sessilibus, lin. 2–3 longis, bracteis bracteolisque ovatis glabris rubro-virentibus. Calyx 10-glandulosus, glandulis albidis, laciniis late ellipticis (lin. 1½ longis) rubris glaberrimis. Petala duplo longiora unguiculata, ungue canaliculato reflexo, limbo reniformi, denticulis crenulato concavo, rosea. Staminum filamenta calyce longiora crassa, introrsum et inferne pilis adpressis hirsuta basique in annulum cum calyce partim concretum coalita; antherae cordato-lineares glaberrimae, connectivo loculis paullo breviori. Styli rubentes. Ovarium globosum trisulcum glaberrimum. Drupa (nondum perfecte matura) globosa, pisi minoris magnitudine atro-rubens, putamine crassissimo. — In Brasilia.

49. B. RIGIDA Adr. Juss. l. c. 299. — Foliis ovatis acutis, subtus pallidioribus reticulato-venosis glaberrimis coriaceis, brevissime petiolatis; stipulis distinctis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris glabris, connectivo loculis subaequali; ovario glaberrimo. ♁ — Rami pilis adpressis conspersi glabrative. Folia ovata (poll. 2–1 longa, lin. 10–5 lata), apice acuta, quaedam obliqua et inaequilatera glabra, subtus pallidiora punctulisque creberrimis minutissimis albidis squamuloideis sub lente facilius conspicuis obsita, nervis prominulis reticulata coriacea, brevissime aut vix petiolata, stipulis petiolum aequantibus distinctis acutis. Racemi sesquipollicares, dense supra medium floriferi, axi puberulo, pedicellis brevibus sessilibus, bractea ovata, bracteolis multo minoribus. Calyx 10-glandulosus, laciniis lineam longis semiellipticis membranaceis, dorso medio tantum puberulis. Petala triplo longiora, ungue gracili reflexo, limbo late reniformi undulato. Staminum filamenta fere libera, antherae oblongo-lineares glabrae, connectivo loculos subaequante. Ovarium glaberrimum, receptaculo inter ipsum et stamina pilis longis ferrugineis barbato. Fructus.....? — Crescit in Brasilia.

50. B. OBLONGIFOLIA Adr. Juss. l. c. 300. — Foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis glaberrimis coriaceis subsessilibus; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris adpresso-hirsutis connectivo ultra loculos producto; ovario glaberrimo. ♁ — Rami juniores pilis adpressis conspersi, mox glabrati angulati. Folia oblonga, juniora pilosula moxque glabrata, adulta oblongo-lanceolata (5—4 poll. longa, 1—¾ lata), apice obtusiuscula glaberrima, supra lucida, subtus laevia, nervo medio tantum prominulo, basi sensim angustata subsessiliaque coriacea, stipula sesquilineam longa nec lateribus folii basin excedente. Racemi tripollicares pauciflori, floribus remote suboppositis, axi angulato pilisque adpressis primum vestito moxque glabrato, pedicellis fere semipollicaribus gracilibus erectis puberulis sessilibus; bracteae bracteolaeque ovato-acutae, lineam longae. Calycinae laciniae ovatae, lin. 2½ longae, utrinque glabrae, extrorsum basi biglandulosae, (glandulis lineam longis) et apice revolutae. Petala duplo longiora, unguiculis calycem aequantibus, 4 reflexis, quinto suberecto eodemque crassiori, limbis cordato-orbiculatis concavis, ambitu integro subundulatis. Stamina filamentis calyce brevioribus, basi coalitis in annulum intus pilis longis erectis vestitum, antheris oblongis (lin. 2 fere longis), loculis adpresso-hirtis, connectivo ultra in massulam conoideo-deflexam producto glabro rubente triente brevioribus. Ovarium trisulco-conoideum glaberrimum. Fructus.....? — Crescit in Brasilia.

51. B. OXYPHYLLA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 84. et Archives du Mus. III. 300. — Foliis (interdum ternatis) lineari-lanceolatis glabris; antheris ovarioque glabris. ♁ — Rami e caudice, postquam stirpis pars supraterrannea, ut videtur combusta est, redivivi, suffruticem diffusum vix 1-pedalem efficientes. Partes novellae tomento ferrugineo conspersae, serius spurco minusque denso, demum fere omnino excusso. Folia geminatim opposita, rariusve ternatim verticillata, poll. 2½-1½ longa, lin. 6-3 lata, oblongo-lanceolata integerrima, supra lucida reticulato-venosa glabra coriacea, basi in petiolum brevem angustata stipulata, stipula brevi axillari adnata. Racemi terminales, circiter pollicares, in quibus flores quasi semiverticillati; pedicelli fere semipollicares, arcuatim reflexi ferrugineo-tomentosi, singuli bractea stipati lineari acuta triplo ipsis breviori, basi articulati et infra articulum bibracteolati. Calyx alte 5-fidus, laciniis lin. 1½ longis, semirhomboideis, introrsum glabris, extrorsum hirsutis et apice revolutis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi, calycem subaequante, arcuatim reflexo, limbo cordato-orbiculari reniformive concavo subintegro vel denticulato. Stamina 10, filamenta calycem aequantia, complanata crassiuscula, basi ima coalita in annulum pilis rufis longiusculis erectis villosum; antherae lineari-obovatae glabrae, loculis flavescentibus connectivo rubro adnatis et subaequalibus. Ovarium conoideo-trilobum glabrum triloculare, loculis 1-ovulatis; ovula acuminata, infra acumen funiculo brevi pendulo adnexa. Styli 3 stamina superantes glabri crassiusculi, apice in stigma acutum attenuati. Fructus.....? — In monte Serra da Curaçao in Brasilia.

52. B. LIGUSTRIFOLIA Adr. Juss. l. l. c. c. 82. et 301. — Foliis lanceolatis glabris reticulatis; calycibus sericeo-tomentosis; petalis rubris; antheris glabris, connectivo ultra loculos producto; ovario glabro. ♁ — Ramosissima: ramuli in corymbum aggregati, juniores sericeo-pubentes, adulti glabrati lenticellisque crebris scabri. Folia poll. 2½-1½ longa, lin. 10-6 lata, oblonga lanceolata vel potius cum acumine brevi lanceolato-obovata integerrima, juniora puberula, adulta glabrata, supra lucida, subtus pallidiora marginataque reticulato-venosa coriacea, basi in petiolum lin. 2 longum attenuata stipulata, stipula axillari, petiolo basi adnata, ipso latiori breviorique, extrorsum pubescente. Racemi terminales bipollicares, in quibus axis tomento sericeo ferrugineus; pedicelli concolores, lin. 3-4 longi, arcuatim reflexi, singuli bractea brevi subulata concolori stipati, basi articulati et infra articulum bibracteolati. Calyx alte 5-fidus, laciniis lin. 1½ longis, ovatis tomentoso-sericeis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi lon-

giusculo arcuatim reflexo, limbo cordato-orbiculari reniformive concavo subintegro vel denticulato, dissimilia inter se et inaequalia, primo rosea, demum pulchre rubentia. Stamina 10, filamenta calyci subaequalia, basi ima coalita in annulum introrsum pilis erectis longiusculis ferrugineo-rubentibus villosum, caeterum glabra, subulata; antherae oblongae, loculis glabris flavescentibus, connectivo adnatis rubro, ultra in massulam conoideam producto. Ovarium conoideo-trisulcum glabrum triloculare, loculis triovulatis. Styli 3 staminibus paullo breviores glabri, in stigma acutum apice attenuati. Fructus.....? — In monte Serra Negra provinciae Minas Geraës in Brasilia.

53. B. UMBELLATA Martius mss. ex Juss. Archives du Mus. III. 301. — Foliis ellipticis vel obovatis, basi cordatis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis, brevissime petiolatis; racemis apice umbellatim confertifloris; calyce 10-glanduloso; petalis pallide flavescentibus; antheris glabris, connectivo ultra loculos longe producto; ovario glabro; drupa atro-rubente. ♁ — Rami glabri, juniores compressi, adulti teretes. Folia elliptica vel obovata (poll. 3–1 longa, 1½–¾ lata), basi cordata obtusa, apice vel brevissime apiculata, utrinque glaberrima et glaucovirentia, nervis reticulatis, iisdem subtus prominulis, margine revoluto, arcolis copia punctulorum squamuloideorum pallidioribus, coriacea, petiolo lin. 1–2 longo, intus stipulam partim adnatam longiorem latioremque ciliatam ferente. Racemi bipollicares, floribus umbellatim confertis ad apicem axis caeterum nudi vel tantum infra opposite biflori compresso-angulati glabri rubro-virentes; pedicellis sessilibus, lin. 6-8 longis, gracilibus puberulis; bracteis bracteolisque brevibus latis obtusis ciliatis. Calyx 10-glandulosus, laciniis ellipticis ciliatis, caeterum glabris, lin. 2 longis. Petala vix duplo longiora, unguibus arcuatim reflexis, limbo suborbiculari, profunde cordato, valde inaequalia, pallide flavescentia. Staminum filamenta exserta, basi ima in annulum brevem partim cum calyce concretum et introrsum pilis brevibus hirsutum coalita, caeterum libera et glabra; antherae clavatae, connectivo loculis multo crassiori et ultra ipsos longe producto, glabrae. Ovarium ovoideum glabrum. Drupa atro-rubens, pisi minoris magnitudine (an perfecte matura?). — Crescit in Brasilia.

54. B. (MALPIGHIA Spr. Syst.) COCCOLOBAEFOLIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 148. — DC. l. c. 580. — Foliis ramulisque glabris sessilibus subrotundo-ovatis retusis obsolete cordatis; racemis simplicibus; calycibus glabriusculis. ♁ — Crescit in aridis Carracasanis prope Villa de Cura.

55. B. PAULISTA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 85. — Foliis magnis obovatis glabris subsessilibus; antheris glabris; ovario sericeo. ♁ — Frutex 2–3-pedalis, a basi ramosus; rami juniores pube brevissima conspersi striati, adulti glabrati teretes. Folia poll. 5–3 longa, 2½–1½ lata, obovata integerrima, juniora pilis rariusculis brevissimis conspersa, adulta fere glabrata, supra lucida, nervis prominulis reticulata coriacea, vix petiolata stipulata, stipula lin. 2 longa, fere tota adnata. Racemi terminales 2-3-pollicares densiflori, in quibus axis ferrugineo-sericeus angulatus; pedicelli concolores, lin. 2 longi, primo erecti, demum reflexi, singuli bractea stipati subulata, vix triente breviori, basi articulati et infra articulum brevius bibracteolati. Calyx profunde 5-fidus, laciniis lin. 1½ longis ovatis puberulis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue lineam longo, arcuatim reflexo, limbo suborbiculari concavo, basi sagittato-emarginato subintegro denticulatove, inter se inaequalia dissimiliaque. Stamina 10, petalis opposita alternis paullo breviora exterioraque, filamenta calyci subaequalia, basibus coalita in annulum pilis longis ferrugineis erectis villosum, caeterum glabra complanata crassiuscula; antherae oblongae biloculares, loculis flavis glabris, connectivo rubenti neque ultra producto adnatis, linearibus. Ovarium trisulco-ovoideum sericeo-pubescens triloculare, loculis uniovulatis; ovula acuminata, infra acumen funiculo brevi pendulo adnexa. Styli 3 stamina vix superantes glabri, a basi ad apicem sensim attenuati et in stigma acutum desinentes. Fructus succulentus. — In campis prope S. José (prov. S. Pauli) in Brasilia.

56. B. INTERMEDIA Adr. Juss. l. c. 86. — Foliis lanceolato-obovatis vel obtuse lanceolatis glabris, supra lucidis reticulatis; calycibus puberulis; petalis flavis; antheris glabris, connectivo loculos antherae non superante; ovario glabro. ♄ — Frutex 1–2-pedalis, a basi ramosus. Rami juniores sericeo-pubentes, mox glabrati. Folia poll. 4–½ longa, 1¼–½ lata, lanceolata vel lanceolato-obovata integerrima glaberrima (juniora tamen puberula) lucida, subtus pallidiora marginataque et reticulato-venosa nervo medio prominente petiolata, petiolo brevissimo crasso stipulata, stipula (e geminis coalita ideoque nonnunquam bifida) axillari, petiolo basi adnata ipsumque subaequante, extrorsum pubescente ciliata, introrsum glabra concavaque. Racemi terminales bipollicares, in quibus axis sericeo-pubescens angulatus; pedicelli lin. 4 longi, arcuatim reflexi sericeo-pubentes, bractea lin. 2–1 longa subulata glabella stipati, basi articulati et infra articulum bibracteolati, bracteolis bractea dimidia brevioribus. Calyx profunde 5-fidus, laciniis lin. 1½ longis ovatis puberulis, apice extrorsum revolutis, basi biglandulosis, glandulis prominentibus cuneatis contiguis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue calycem aequante, arcuatim reflexo, supra canaliculato, limbo cordiformi vel reniformi-fornicato subdenticulato, inter se inaequalia dissimiliaque lutea. Stamina 10, petalis opposita alternis exteriora; filamenta calyci subaequalia, basi inter se coalita in annulum introrsum pilis longiusculis erectis rufis villosum, caeterum fere glabra complanata crassa; antherae oblongae, loculis linearibus flavescentibus connectivo adnatis rubenti crassiori. Ovarium trilobo-conoideum glabrum triloculare, loculis uniovulatis; ovula acuminata, infra acumen et circa medium filo pendulo adnexa. Styli 3 stamina vix superantes glabri crassiusculi, apice in stigma acutum attenuati. Fructus pisi mediocris magnitudine drupaeformis, carne granulosa putamen 3-loculare 3-spermum includente. Semen ovato-acuminatum, infra acumen per funiculum brevem pendens ibidemque chalaza cum hilo confusa fusca notatum; integumentum membranaceum duplex, interius cavitatem seminis inde complicatam semisepto dividens; principium embryonis jam in acumine perspiciens. — *B. ligustrifolia* Mart. Herb. fl. Brasil. 1176. — *B. Cubajensis* Mart. l. c. 657. — Crescit in Brasiliae campis argillosis montis excelsi Ibitipoca (prov. Minas Geraës), in collibus prope urbem Barbacena, in campis prope Taubate (prov. S. Pauli).

57. B. (MALPIGHIA Poir. Dict. IV. 332.) LAEVIGATA DC. Prodr. I. 580. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. 302. — Foliis ovatis obtusis laevibus; racemis spicatis confertifloris elongatis. ♄ — Petala albo-flavida. — *B. fastigiata* Mart. Flora (B. Z.) 1841. II. 62. (Beibl.) — Crescit in Brasilia et in Guiana.

58. B. (MALPIGHIA Poir. l. c. 7.) DENSA DC. l. c. — Adr. Juss. l. c. 303. — Foliis ovato-lanceolatis coriaceis, utrinque lucidis; racemis dense spicatis; pedicellis pilosis. ♄ — Crescit in Guiana.

59. B. FRONDOSA Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. — Foliis lanceolato-obovatis, breviter acuminatis glaberrimis coriaceis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris glabris, connectivo clavatim dilatato et loculos triplo superante; ovario glaberrimo. ♄ — Rami glabrati. Folia lanceolato-obovata, (poll. 4–3 longa, 2–1½ lata), breviter acuminata glaberrima, supra lucida, subtus vix pallidiora (sub lente punctulis minutissimis albidis creberrimis obsita), nervis (medio excepto) vix prominulis, sicca nigrescentia coriacea, petiolo lin. 3–4 longo, supra canaliculato, stipula brevi lata acuta ferrugineo-villosa. Racemi 3-pollicares, a medio dense floriferi, axi striato ferrugineo glabratove, pedicellis concoloribus, lin. 3–2 longis, bracteis bracteolisque longiusculis lineari-lanceolatis deciduis. Calyx 10-glandulosus, glandulis lutescentibus, laciniis semiovatis, extrorsum puberulis. Petala lin. 2½ longa, limbo reniformi-orbiculato. Antherae glabrae, connectivo clavatim dilatato, lineam longo, loculos ipso triplo breviores introrsum adnatos gerente. Ovaria glaberrima. — Crescit in Brasilia boreali.

60. B. (MALPIGHIA Jcq. Americ. 136.) DIPHYLLA DC. Prodr. I. 581. — Foliis ovalibus glabris integerrimis; racemis simplicibus in ramusculis diphyllis. ♄ — Flores flavi, fructus rubri. — Crescit in sylvaticis maritimis prope Carthagenam.

61. **B. GYMNOCALYCINA** Adr. Juss. l. c. 304. — Foliis oblongis lanceolato-obovatis, breviter et obtuse acuminatis, subtus parce puberulis reticulato-nervosis coriaceis, longe petiolatis; calyce eglanduloso; petalis.....?; drupae magnae depresso-globosae putamine crassissimo, angulis acutis longitrorsum cristato. ♁ — Rami juniores pilis cinereis villosi, adulti glabrati. Folia oblonga, lanceolato-obovata (poll. 5–4 longa, 2¼–1¾ lata), breviter et obtuse acuminata, supra glabra et lucida, subtus pilis in nervo medio longioribus frequentioribusque parce conspersa et demum fere glabra, nervis prominentibus reticulata subrevoluto-marginata coriacea, petiolo lin. 8–6 longo crasso villoso, supra (cum parte nervi medii inferiore) canaliculato, stipulis lin. 2 longis acutis villosis, oppositis basi inter se confluentibus. Racemi 3-4-pollicares, axi angulato, pube brevi ferrugineo, pedicellis in ipso subsessilibus, basi bractea geminaque bracteola ovata brevi involucratis, lin. 4 longis, demum glabratis. Persistunt circa fructum (tab. 5. fig. 2.) calyx eglandulosus glabratus, ad medium 5-fidus, lin. 4 longus et filamenta 10, e margine cupulae exserta cum calycis tubo concreta et inde perigyna, receptaculo omnino glabrato. Drupa depresso-globosa, diametro semipollicari et ultra, putamine crassissimo durissimoque in ambitu cristis acutis longitrorsum pluribus angulato (quarum tres longiores cum loculis alternant, caeterae incompletae circa vel supra medium putamen desinunt) triloculari, loculorum pariete laevissimo nitente, trispermo, seminibus 2 interdum abortivis. Semen ex apice loculi appensum et fere transversum ovatum, chalaza orbiculari atra superne notatum, integumento duplici membranaceo. Embryo circinnatus, radicula cylindrica longa sursum desinente alba, cotyledonibus multo longioribus paulloque latioribus vittaeformibus pallide virentibus, plumula bilobulata. — Crescit in Guiana.

62. **B. (MALPIGHIA** Mart. mss.) **JAPURENSIS** Adr. Juss. l. c. 305. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-obovatis, oblique acuminatis subinaequilateris glaberrimis tenuibus, longiuscule petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antherae connectivo loculos hirsutos duplo superante et reflexo; ovario parce pubente. ♁ — Rami juniores compressi, mox teretes glabri. Folia lanceolata vel lanceolato-obovata (poll. 6–3 longa, 2¾–1¼ lata) oblique acuminata subinaequilatera, utrinque virentia glabraque, nervis subtus vix prominulis albicantibus et striatellis reticulatis, tenuia, petiolo semipollicari supra plano, subtus convexo, basi incrassato intusque stipulam multo breviorem adnatam gerente. Racemi 2-pollicares, axi striato pedicellisque pube brevi adpressa rufescentibus, his cum pedunculo vix semilineam longo et apice bibracteolato articulatis, lin. 3–4 longis, gracilibus, bracteis bracteolisque minutissimis. Calyx 10-glandulosus, glandulis albidis, laciniis paullo longioribus, pube brevi rufescentibus. Petala paullo longiora. Staminum filamenta calyci subaequalia, inferne in annulum coalita, intus pilis rufis erectis dense hispidum; antherae oblongae loculi pilulis ferrugineis adpressis obsiti, connectivum glabrum, ultra in uncum extroflexum ipsisque fere dimidio longiorem productum. Ovarium conoideum, pilis rufis magnisque adpressis parce conspersum. Fructus.....? — Crescit in Brasilia boreali.

63. **B. PERSEAEFOLIA** Griseb. Linnaea XIII. 257. — Ramulis glabris; foliis elliptico-oblongis, utrinque breviter attenuatis petiolatis glabris, venis subinaequalibus parum prominulis; antherae glabrae connectivo ultra loculos producto; ovario glabro. ♁ — Rami juniores glaberrimi compressi striati atri, vetustiores cylindrici, cortice laeviusculo fusco tecti. Folia 4–6-pollicaria, 2–3 poll. lata obtusiuscula, basi in petiolum 4–6 lin. longum attenuata integerrima tenuiter marginata ac vix margine revoluta eglandulosa glaberrima lucida nigrescentia, subtus brunnea penninervia, nervo subtus prominente, venis nonnullis amplioribus arcuatis, juxta marginem anastomosantibus, caeteris tenuissimis laxeque reticulatis, coriacea, stipula axillaris brevis libera lineam longa. Racemi terminales tripollicares, inferne hinc subcompositi, axis vix rufo-puberulus, pedicelli juniores cernui, demum patentes vel subarcuati 4 lin. longi, infra medium articulati bracteolisque binis brevibus acutis instructi, bractea minutissima. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro alibique.

64. B. LAXIFLORA Griseb. l. c. 256. — Ramulis rufo-pubescentibus; foliis lanceolato-oblongis, utrinque attenuatis petiolatis glabris, venis subaequalibus, subtus prominulis; antherae glabrae connectivo loculos aequante; ovario glabro. ♁ — Rami juniores rufo-puberuli cylindrici, vetustiores cortice griseo ruguloso tecti. Folia 3-4-pollicaria, 10-18 lin. lata, in apicem obtusum, basi in petiolum semiuncialem attenuata integerrima coriacea eglandulosa glaberrima concoloria obscure viridia penninervia, venis subaequalibus, plerisque subtus prominulis, quarta fere quaque eminentiori apice arcuata, caeteris rectiusculis, stipula axillaris ovata acutiuscula seu bifida 2 lin. longa, apice libera. Racemi terminales bipollicares, inferne hinc subcompositi, axis rufo-sericeus, pedicelli juniores et fructiferi cernui sub anthesi erecto-patentes 4-6 lin. longi, articulo lineam a basi remoto, bractea brevi decidua, bracteolis ovatis acutis intus glabris patentibus persistentibus. — Crescit in Brasilia meridionali.

65. B. (MALPIGHIA Spr. Syst.) BRACHYSTACHYA DC. Prodr. I. 581. no. 25. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. 306. — Foliis ovalibus, utrinque acutis integerrimis glabris; racemo spicato erecto rufo-velutino, foliis duplo breviore. ♁ — Folia poll. 6-5 longa, 1½ lata, subtus secundum nervum medium primariosque prominentes pube adpressa parce conspersa, caeterum glabra reticulato-venosa, venulis atro-rubentibus, in areolis minutis copia punctulorum squamuloideorum (ope lentis conspicuorum) pallidiora; petiolo semipollicari; stipula sesquilineam longa semielliptica, partim libera. Calyx extrorsum hirsutus basique 10-glandulosus. Antherae oblongae, inter loculos connectivo vix longiori adnatos pilis adpressis instructae. Ovarium oblongum trisulcum glaberrimum. — In Brasilia boreali.

66. B. CRISPA Adr. Juss. l. c. — Foliis oblongis lanceolato-acuminatis glabris, longiuscule petiolatis; racemi axi bracteis longiusculis reflexis crispo; calyce 10-glanduloso; petalis flavescentibus; antherae connectivo introrsum hirsuto, ultra loculos producto; ovario superne villoso. ♁ — Rami juniores puberuli, mox glabrati. Folia oblonga (poll. 6-3½ longa, 2-1¼ lata) lanceolato-acuminata, utrinque (praeter pilos subtus parce adspersos) glabra, supra lucida, subtus fere concoloria venoso-reticulata, prominentibus nervis medio secundariisque quorum praecipui arcuati, petiolo semipollicari et ultra, stipulis sextuplo brevioribus paulloque latioribus oppositis basi inter se confluentibus. Racemi 2-3-pollicares, basi foliis 2 abortivis adque stipulas fere reductis involucrati, axi angulato, pube brevi ferrugineo, pedicellorum instar qui lin. 4-5 longi, patentes aut reflexi, cum pedunculo vix semilineam longo et apice brevissime bibracteolato articulati; bracteae lin. 2-1½ longae lineares, extrorsum revolutae approximatae et persistentes in axi inde quasi foliolis crispis vestito. Calycinae laciniae lineam longae extrorsum puberulae et singulae biglandulosae. Petala triplo longiora, ungue tenui reflexo, limbo subreniformi integro, (in sicco) flavida. Staminum filamenta vix calycem aequantia, in tubum pilis longis hirsutum inferne coalita, antherae oblongae, connectivo crassissimo rubente, basi emarginato, apice obtuso et producto ultra loculos flavescentes lineares, praesertim apice distinctos, introrsum hirsuto. Ovarium hemisphaericum, pilis adpressis aureis superne obtectum. — *B. brachystachya* Poepp. Herb. 3003. — Crescit in insula Colares ad ostia fluvii Amazonici.

67. B. ARTHROPODA Adr. Juss. l. c. 307. — Foliis oblongis lanceolato-obovatis, oblique acuminatis glabris venoso-reticulatis coriaceis petiolatis; pedicellis pedunculo brevi juxta medium bibracteolato suffultis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antherae connectivo loculos vix excedente, inter ipsos sericeo; ovario glaberrimo. ♁ — Rami in novellis sericeo-pubescentes, mox glabrati. Folia oblonga (poll. 6-5 longa, 2-1¼ lata) lanceolato-obovata, oblique acuminata, utrinque (praeter pilos subtus, praesertim in junioribus rarissime adspersos) glabra, supra lucida, subtus fere concoloria, nervis (medio excepto) vix prominulis reticulata, sicca nigrescentia coriacea, petiolo lin. 4 longo puberulo aut glabrato, stipulis dimidio brevioribus, extrorsum sericeo-pubentibus oppositis inter se

basi confluentibus. Racemi tripollicares et ultra, pedunculis diversorum ordinum pube brevi fulvis, floriferis lin. 2 longis, bractea subaequali acuta stipatis, juxta medium brevius bibracteolatis, apice cum pedicello vix longiori articulatis. Calyx 10-fidus, 10-glandulosus puberulus. Petala unguiculata, limbo concavo, profunde cordato, valde inaequalia duo tribus multo majora. Staminum filamenta calycem paullulum superantia, in tubum introrsum pilis rufis dense hirsutum inferne coalita; antherae oblongae, connectivo apice obtuso sed vix ultra loculos lineares producto, introrsum utrinque et inter loculos pilis adpressis sericeo. Ovarium trilobo-conoideum glaberrimum. — Crescit in Peruvia.

68. **B. POEPPIGIANA** Adr. Juss. l. c. 308. — Foliis lanceolatis, supra fere glabris, subtus pallide ferrugineis et puberulis reticulato-venosis coriaceis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris.....?; ovario.....?; drupa conoideo-globosa rubescente glaberrima. ♁ — Rami juniores tomento brevi ferrugineo, adulti glabrati. Folia lanceolata (poll. 5–4 longa, 2–1½ lata) supra medium latiora, supra in nervis medio primariisque pube brevi cinerescentia, caeterum glabra lucidaque (in sicco fuscescentia), subtus pallide ferruginea, ubique pilis furcatis puberula, nervis reticulatis praecipuisque prominentibus, margine revoluto, coriacea, petiolo lin. 3–4 longo, densius puberulo, stipula paullo breviori latiori concolori, maxima parte libera. Racemus tripollicaris, axi tomento brevi rufescente, pedicellis concoloribus arcuatim reflexis, lin. 3 longis, cum pedunculi sextuplo brevioris apice bibracteolato articulatis, bracteis bracteolisque brevissimis. Drupa (nondum perfecte matura) stipata, calyce 10-glanduloso extrorsum pube brevi cinereo, reliquiisque filamentorum inferne in tubum coalitis cum calyce concretum et introrsum ferrugineo-hirsutum, conoideo-globosa, pisi mediocris magnitudine (diametro circiter lin. 3 lato) rubescens glaberrima. — Crescit in Brasilia boreali.

†† Folia subtus quasi strato cretaceo obducta.

69. **B. PUNCTULATA** Adr. Juss. l. c. 309. — Foliis ovatis, apice subacutis glaberrimis, supra virentibus et foveolato-reticulatis, subtus cinereis et nigro-punctulatis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris glabris, connectivo clavatim ultra loculos producto; ovario glaberrimo. ♁ — Rami novelli villis longiusculis dense confertis ferrugineo-rubentes, serius tomentosi, demum glabrati. Folia ovata (poll. 4–2 longa, 2–1 lata) apice subacuta, supra glaberrima lucidaque et reticuli nervorum tenuissimi intricati areolis quasi foveolato-punctata, subtus strato tenui cinerascentia, punctulis nigris frequentibus conspersa, nervis (medio praesertim) prominentibus, margine revoluto, petiolo lin. 6–3 longo ferrugineo, stipulis 2 e basi petioli introrsum enatis eodem 2–3-plo brevioribus, inter se fere distinctis acutis et ferrugineo-villosis. Racemi fere semipedales, axi ferrugineo-tomentoso, pedunculis floriferis brevissimis, basi bracteatis et apice bibracteolatis, cum pedicello brevi similiter ferrugineo articulatis, rarius bifloris, bracteolis ovatis. Calyx 10-glandulosus, glandulis lineam longis, laciniis ovatis (lin. 1½ longis) ferrugineo-tomentosis. Petala duplo longiora reflexa, ungue gracili arcuato, limbo cordato eroso-denticulato, (in sicco) rubentia aut juniora pallidiora. Staminum filamenta calycem aequantia linearia crassa, fere libera, basi introrsum villosa, caeterum glaberrima; antherae glabrae, connectivo in massam claviformem excrescente loculosque lineares triente aut dimidio ipso breviores adnatos gerente. Ovarium conoideum glaberrimum. Styli breves, stamina vix superantes. — Crescit in Brasilia boreali.

70. **B. CONIOPHYLLA** Adr. Juss. l. c. 310. — Foliis ellipticis, basi acutis, apice obtusis, supra virescentibus, subtus cretaceo-albidis petiolatis; calyce 10-glanduloso; petalis.....?; antheris glabris, connectivo in acumen ultra loculos producto; ovario glaberrimo; drupa atro-rubente. ♁ — Rami novelli ferrugineo-hispiduli, mox glabrati. Folia elliptica (poll. 4–2 longa, 1¼–¾ lata), basi acuta, apice obtusa glabra, supra virentia, subtus strato albido quasi cretaceo obducta (non desunt punctula nigra, sed rariora), sub eodem rubentia, nervo medio solo promi-

nente, petiolo lineas 6–4 longo, vix puberulo, stipulis 2 axillaribus inter se fere distinctis, lineam longis, acutis puberulis. Racemi 3–4 pollicares, axi striato puberulo glabratove, pedicellis lin. 3–5 longis sessilibus gracilibus patentibus vel cernuis ferrugineo-hispidulis: bracteae lin. 1½, bracteolae 1 longae ovatae obtusae glabrae. Calyx 10-glandulosus, laciniis ovatis, medio extrorsum vix puberulis. Petala lin. 3 longa, longe unguiculata, limbo reniformi. Antherae oblongae glabrae, connectivo ultra loculos in acumen producto. Ovaria glaberrima. Fructus pisi minoris magnitudine atro-rubens. — Crescit in Brasilia.

71. B. ANGUSTIFOLIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. V. 153. t. 449. — DC. Prodr. I. 580. — Foliis lineari-oblongis, apice retusis, basi acutiusculis glabris, subtus cretaceo-pruinosis; stipulis inferne connatis; racemis ramosis; calycibus sericeo-pubescentibus 10-glandulosis. ♁ — Ad confluentia flumina Atabapi et Orinoco.

† *Species exclusae.*

B. ELEGANS DC. = SPACHEA ELEGANS.
B. MOLLIS DC. = alius ordinis vel sub MALPIGHIA.
B. PALLIDA DC. = alius ordinis vel sub MALPIGHIA.
B. RETICULATA DC. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. STIGMATOPHORA Schlchtd. = H. FLORIBUNDA.
B.? VOLUBILIS DC. = HIRAEA SIMSIANA.

III. BURDACHIA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. in Archives du Mus. d'hist. natur. III. 311. t. 4.)

Calyx 5-fidus, laciniis omnibus biglandulosis. Petala unguiculata, calyce triplo longiora inaequalia dissimiliaque. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis brevibus, basi coalitis in annulum glabrum, antheris oblongis glabris. Styli 3, apice attenuati. Ovarium triloculare. Fructus lignosus, abortu unilocularis monospermus. — Arbores? Brasilienses, foliis oppositis magnis coriaceis marginatis, stipulis petiolo imo subinterioribus et in unam sic axillarem connatis. Flores racemosi, racemis terminalibus 3-partitis; pedunculi floriferi breves, basi bracteati et bibracteolati bracteola alterna glandulosa, apice cum pedicellis longioribus articulati.

An genus dividendum ratione fructus? Flos alterius speciei notus dubium solvet. Ovarii trilocularis loculi duo cito abortivi, quorum vestigia adhuc in fructu immaturo deprehenduntur, in maturo apex sublateralis lateris ejusdem incrementum abortivum indicat. Seminis ovati, infra apicem funiculo lato brevique appensi, integumentum crassum molle, cotyledones inaequales, altera latior basique biauriculata alteram hinc vel utrinque amplectens, radiculae brevi et conicae inter ipsas partim retractae peltatim adnectuntur.

* *Burdachia Martius mss. — Fructus 9-gono-pyramidati, trivalvim solubiles.*

1. B. PRISMATOCARPA Adr. Juss. l. c. † t. 4. fig. 3. — Foliis ovatis vel obovatis; fructibus 9-gono-pyramidatis. ♁? — Rami juniores tomentoso-ferruginei, mox glabrati teretes cinerei. Folia ovata magna (poll. 7–4 longa, 4½–2½ lata) glabra, supra lucida, subtus revoluto-marginata, granulis minutissimis tota adspersa et discoloria, nervis, medio basi biglanduloso primariisque pinnatis prominentibus, caeteris tenuibus reticulatis, coriacea; petiolo semipollicari et ultra crasso; stipula axillari, lin. 3–5 longa, sublanceolata crassissima, inferne et introrsum dense villosa. Racemi terminales tripartiti, laterales medio vulgo longiores (circiter tripollicares), pedunculi communes ferruginei, floriferi lineas 2 longi, basi bractea bracteolisque duabus ovatis, altera dorso glandulifera involucrati, apice articulati cum pedicello duplo longiori. Calyx 5-fidus 10-glandulosus, glandulis magnis cum summo pedicello concretis, laciniis brevibus ovatis. Petala lin. 2 longa longe unguiculata, unguibus arcuatim reflexis, limbo orbiculato aut transversim subelliptico, inter se admodum inaequalia et dissimilia, quintum (interius) suberectum, crassius unguiculatum glanduloso-ciliatum. Stamina 10 petalis breviora,

filamentis glabris brevibus, basi in annulum coalitis, alternis calyci oppositis brevioribus; antherae glabrae oblongae cuneatae, connectivo crassissimo, a basi dilatato et apice in acumen extrorsum producto, loculis linearibus adnatis. Ovarium hexagono-pyramidatum, angulis alternis magis prominentibus, alternis canaliculatis, hirsutum triloculare, loculis uniovulatis, ovulo infra apicem oblique pendulo. Styli 3 stamina superantes glabri, a basi ad apicem acutum attenuati striati. Fructus irregulariter pyramidato-9-gonus poll. ⅔ altus et ½ latus), angulis hebetibus, inferne magis prominentibus inque totidem gibbos desinentibus, basi subconvexus, apice trilobus, pericarpio dense lignoso an demum in valvas 3, quae facile divelluntur, sponte solubili?) abortu unilocularis monospermus. Semen ovatum, infra apicem funiculo lato brevique pendulum, integumento crassiusculo ruguloso; embryo (nondum perfecte maturus) radicula supera conica, cotyledonibus radiculam basi partim occultantibus, ipsi peltatim adnexis, inaequalibus, altera breviori latiorique ovata, altera longiori, apice priorem amplectente. — *Bunchosia palustris* Poepp. Coll. plant. exsicc. 2911. — Crescit in Brasilia boreali.

** *Carusia Martius mss. — Fructus sphaeroidei indehiscentes.*

2. B. (CARUSIA Martius mss.) SPHAEROCARPA Adr. Juss. l. c. 313. † — Foliis lanceolatis vel lanceolato-ovatis; fructibus sphaeroideo-conicis. ♃ — Rami juniores compressi, adulti teretes glabrati. Folia lanceolata vel lanceolato-ovata magna (poll. 8–4 longa, 3½–2 lata) glaberrima, supra lucida, subtus punctulis minutissimis (sub lente tantum conspicuis) squamuloideis discoloria reticulato-venosa, nervo marginali instructa, medio admodum prominente, basi obscure biglanduloso, petiolo semipollicari crasso, stipula axillari dimidium petiolum aequante, canaliculata acuta crassissima glabra. Racemi terminales tripartiti, laterales vulgo centrali (6–4 poll. longo) paullo breviores; pedunculi communes angulosi glabrati, floriferi lin. 1–2 longi, basi bracteati et supra basin bibracteolati, bracteola altera dorso glandulifera, apice articulati cum pedicello triplo longiori. Fructus basi calyce persistente 10-glanduloso suffultus, junior olivaeformis, adultus sphaeroideo-conicus (lin. 9 altus, 7–8 latus) glaberrimus nitidus, pericarpio dense lignoso, unilocularis monospermus; semen late ovatum, infra apicem in funiculo brevi pendulum, integumento crassiusculo carnoso; embryo radicula supera conica, cotyledonibus carnosis inaequalibus, altera triplo latiore alteri partim circumvoluta, basi biauriculata, utraque radiculam cui peltatim adnectuntur partim occultante. — Crescit in Brasilia in provincia Rio Negro ad Barra di R. N. et prope Coari.

IV. COLEOSTACHYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 313. t. 5.)

Calyx 5-partitus eglandulosus, post anthesin ampliatus. Petala 5. Stamina 10, filamentis glabris, basi in annulum pilis longis dense barbatum coalitis, antheris exappendiculatis. Ovaria 3 fere distincta glabra, introrsum juxta medium stylifera, stylis oblongis gracilibus, apice attenuatis et acutis. Fructus conflatus e carpellis 3-1, indehiscentibus? — Arbor? Guianensis, foliis oppositis maximis oblongis integerrimis; stipulis axillaribus longissimis oppositis, basi inter se connatis. Spicae axillares inferne stipulis 2 absque folio concretis vaginatae; floribus subsessilibus, singulis bracteatis et bibracteolatis.

1. C. GENIPAEFOLIA Adr. Juss. l. c. 314. t. 5. fig. 4. — Foliis longissimis lanceolato-obovatis, brevissime acuminatis glabris subsessilibus. ♃ — Rami summi rufo-tomentosi. Folia oblonga lanceolato-obovata (1–1½-pedalia, pollic. 4–4½ lata) sive a basi angustissima ad apicem breviter acuminatum sensim dilatata (si nervos praesertim supra puberulos excipias) glabra, subtus nervis prominulis reticulata, breviter aut vix petiolata. Stipula e geminis coalita axillaris, circiter pollicaris lineari-lanceolata, extrorsum tomentoso-pubescens, cum opposita basi

connata, ramo ad ipsarum axillam dense barbato. Spicae ex axillis summorum foliorum 3–6-plo iis breviores, stipulis 2 connatis inferne stipatae iisdemque valvatim conniventibus quasi spatha bivalvi primum inclusae (id est in ramulis lateralibus diphyllis, quorum foliis abortientibus stipulae perstiterunt terminales), duplici ut videtur tempore evolutae (cum in omnibus speciminibus suppetentibus spicae pars inferior flores gerat corolla staminibusque lapsis fructum jam maturantes, superior alabastris tenerrimis glomeratis, inter bracteas adhuc occultis terminetur, pedunculus communis compresso-angulatus subflexuosus rufo-tomentosus; flores subopposili subsessiles, singuli extrorsum bractea late ovata extus tomentosa stipati, lateribus et supra bracteola duplice breviori et angustiori. Calyx profunde 5-fidus eglandulosus crassus, laciniis ovatis, in praefloratione quincunciatim convolutis, post anthesin persistens et ampliatus. Petala breviter unguiculata limbo reniformi-orbiculato in alabastro tantum juniori observari potuerunt, ut et stamina, quae numero ipsorum dupla, calyci oppsita interiora. Filamenta (persistentia) brevia complanata crassiuscula glabra; antherae tum in alabastro, tum in flore (ubi persistere videbantur abortivae, fertiles videbantur 4-loculares in statu juniori) oblongae lineares apiculatae glabrae: receptaculum ad basin filamentorum pilis rufis longioribus densissime obsitum genitalia occultantibus, in primo alabastri stadio in squamulas (ut videtur) coalitis. Ovaria nisi introrsum et ad basin infraque styli ortum distincta oblongo-ovata glabra, introrsum juxta medium stylifera, stylis oblongis gracilibus, arcuatim reflexis, in stigma acutum desinentibus; ovulum lineari-ovatum infra apicem funiculo inseritur, qui ex angulo interno primum ascendens dein reflectitur et pendet, serius cum summo semine coalescere videtur. In carpellis junioribus nullum dehiscentiae adhuc indicium. — Crescit in Brasilia.

V. **LOPHANTHERA** *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 315. t. 6.)

Calyx alte 5-fidus 10-glandulosus. Petala duplo longiora unguiculata subintegra. Stamina 10, antherae loculis latere exteriori appendicula cristaeformi parallela auctis, filamentis basi in annulum hirsutum coalitis. Ovaria 3 in unum trilobum coalita glabra, juxta apicem introrsum stylifera stylis longiusculis. Fructus tricoccus, coccis extus bivalvibus, in stipitem crassum ipsis continuum infra elongatis. — Arbor? Americana: foliis oppositis, oblongis integerrimis, stipulis in unam axillarem longiusculam connatis. Paniculae terminales racemiformes, pedunculis partialibus 1-3-floris, basi bracteatis, apice sub flore quolibet et infra articulum bibracteolatis, bracteola altera vel utraque glandulifera. Flores flavi.

1. L. KUNTHIANA Adr. Juss. l. c. 316. — Paniculae racemiformes fere pedales, pedunculi partiales 1–3-flori bracteati, bractea laterali longiuscula acuta, basi cum ipsis concreta, sub flore quolibet bibracteolati, bracteola altera aut rarius utraque in glandulam scutelliformem desinente, ultra bracteolas producti et cum pedicello longiori articulati. Calyx lin. 2 longus, laciniis acutiusculis extrorsum puberulis 10-glandulosus, glandulis cum parte inferiori calycis in cupulam confluentibus. Petala calyce duplo longiora, late unguiculata carinata subintegra glabra flava (teste Martio). Stamina calycem parum superantia, filamentis basi coalitis in annulum hirsutum, antherarum connectivo ultra loculos non producto, appendiculis lateralibus crassis glanduloso-cristaeformibus, a basi ad apicem dilatatis, transverse striatis. Ovaria glabra obovoidea, in unicum trilobum coalita, juxta apicem introrsum stylifera, ovulis pendulis. ♁ — *Galphimia? longifolia* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 173. — Crescit in missionibus Orinocensibus.

VI. PTERANDRA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Brasil. merid. III. 72. et in Archives du Mus. d'hist. natur. III. 316. t. 6.)

Calyx alte 5-fidus 10-glandulosus vel eglandulosus. Petala longiora, breviter unguiculata, limbo subintegro extrorsum pubente. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis fere distinctis, antheris glabris bivalvibus, valva externa vel utraque in appendiculam cristaeformem parallelam extensa. Ovaria 3 receptaculo villoso imposita fere distincta, basi tantum coalita et supra ipsam introrsum stylifera. Styli filiformes, in stigma acutum desinentes. Carpella 3 aut obortu pauciora pisiformia, crasse stipitata indehiscentia. — Frutices Brasilienses: foliis oppositis integerrimis; stipulae petiolo subinteriores et in unicam sic axillarem connatae (in *Acmanthera* deficientes). Flores ad supremorum foliorum axillas umbellato-fasciculati roscі, (in *Acmanthera* racemosi et coloris ignoti); pedicelli basi articulati, ibidem bibracteolati et exterius bractea (non semper) stipati.

Sectio I. PTERANDRA.

Antherae apice exappendiculatae. Flores umbellato-fasciculati. Stipulae axillares.

1. PT. PSIDIAEFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 73. t. 179A. et Archives du Mus. d'hist. natur. III. t. 6. fig. 3. — Foliis ovatis subcordatis, apice acutiusculo mucronulatis; calyce eglanduloso. ♁ — Rami superne molli tomento cinerei subhexagoni. Folia poll. 3–2 longa, 2–1⅓ lata, ovata vel obovata, basi subcordata, apice acutiusculo brevissime mucronulata integerrima, superne viridia et laeviuscula, juniora pube cinerea pulverulenta, serius in nervis tantum persistente, subtus nervis valde prominentibus reticulata marginataque et pube densiori cinerea coriacea subsessilia stipulata, stipula axillari semiamplexicauli (lin. 2 longa) triangulari pubescente, interdum (utpote e geminis coalita) bidentata. Flores infra gemmam terminalem inque axillis supremi foliorum paris interdum bracteaeformium nec evolutorum umbellato-fasciculati; fasciculo 4-floro; pedicelli lin. 4-5 longi sericeo-albidi sessiles, basi articulati bracteati et praeterea infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque squamuloideis acuminatis. Calyx lin. 2 longus 5-fidus, laciniis ovatis, basi subquincunciatis, introrsum glaber, extrorsum tomentoso-sericeus eglandulosus. Petala calyce vix duplo longiora, basi cuneata in unguem brevem angustata, caeterum orbicularia, medio extrorsum sericeo-pubentia subintegra, inter se inaequalia dissimiliaque (quintum in praefloratione involutiva interius caeteris majus denticulatum crispumque). Stamina 10 calyci subaequalia; filamenta distincta linearia glabra; antherae sagittato-cordatae glaberrimae, connectivo rubente prominente verruculoso, in apiculum ultra loculos ipsi adnatos producto, loculis introrsis bivalvibus, valva externa (interdum et interna) in appendiculam cristaeformem introrsum reflexam connectivo concolorem consubstantialemque extensa. Ovaria 3 fere distincta brevia semiovoidea, dense villosa, introrsum juxta basin stylifera, uniovulata, ovulo globuloso, transverse pendulo. Styli stamina longe superantes divergentes, basi hirsuti, caeterum glabri graciles acutissimi. Fructus.....? — In monte Serra da Canastra provinciae Minas Geraës in Brasilia.
2. PT. PYROIDEA Adr. Juss. l. l. c. c. 74. t. 179B. et t. 6. fig. 2. — Foliis obovatis; calyce 10-glanduloso. ♁ — Frutex ½–1½-pedalis, rami adulti glabrati, lapsu foliorum florumque nudati cicatricibusque oblique semiamplexicaulibus et semicircularibus impressi, juniores abbreviati sericeo-tomentosi, infra apicem floriferi aphylli aut infra gemmam terminalem foliorum oppositorum paribus uno vel duobus instructi. Folia adulta poll. 5–4 longa, 3–2½ lata obovata integerrima, supra (nervis puberulis exceptis) glabra, subtus pube pallide rufescente, in nervis prominentibus reticulatisque densiori sparsa, juniora multo angustiora et inde oblonga, saepius brevissime acuminata, densius pubescentia aut etiam tomentosa, vix petiolata stipulata, stipula axillari brevi lata acuta sericeo-tomentosa. Flores ad axillas foliorum rami junioris abbreviati inferiorum umbellato-fasciculati, fas-

ciculis eorundem occasu quasi ramealibus multifloris; pedicelli lin. 6–9 longi sericeo-albidi graciles decumbentesque subsessiles, basi articulati, breviter infra articulum tribracteolati et exterius bracteati, bracteis bracteolisque squamuloideis deciduis. Calyx profunde 5-fidus, laciniis lin. 2 longis ovatis, introrsum glabris, extrorsum sericeo-albidis basique biglandulosis, glandulis mediocribus peltatis suborbicularibus prominulis discretis, praefloratio quincunciali. Petala calyce fere duplo longiora, breviter unguiculata, limbo basi in cuneum angustato, caeterum suborbiculato subintegro, medio extrorsum sericeo-pubentia, secus nervum medium pellucido-punctata, inter se inaequalia dissimiliaque (quintum in praefloratione involutiva interius, caeteris majus, crispum et denticulatum) rosea. Stamina 10, 5 petalis opposita alternis longiora et exteriora; filamenta calyce breviora distincta linearia glabra; antherae cordatae glaberrimae, connectivo rubello prominulo verruculoso in apiculum ultra loculos illi adnatos producto, loculis introrsis bivalvibus, valva externa in appendiculam cristaeformem introrsum reflexam connectivo concolorem consubstantiale mque extensa; pollen (aquae immersum) minutissimum globosum pellucidum, addito ac. sulf. ampullas in ambitu 4 emittens. Ovaria 3 fere distincta brevia depressaque hemisphaerica, dense villosa, introrsum juxta basin stylifera uniovulata; ovulum subhorizontale subrotundum, funiculo brevi medio affixum, hinc gibbosum, inde breviter acuminatum, in ovario maturiori et tunc obovato, funiculo lineari ascendente appensum. Styli stamina longe superantes graciles, inferne pubescentes, superne glabri, apice acutissimi divergentes. Fructus.....? — In campis provinciae Minas Geraës borealibus in Brasilia.

Sectio II. ACMANTHERA.

Antherae apice appendiculatae. Flores racemosi. Stipulae nullae.

3. PT. LATIFOLIA Adr. Juss. in Deless. Icon. III. 19. t. 30. et Archives du Mus. III. 318. t. 6. fig. 4. — Foliis magnis ovatis, breviter et acute acuminatis, subtus aurato-puberulis petiolatis exstipulatis?; racemis axillaribus; calyce 10-glanduloso; receptaculo densissime villoso. ♃ — Arbuscula circiter biorgyalis, ramulis longitrorsum striatis adpresse pubescentibus, novellis aurato-sericeis. Folia ovata (poll. 9–8 longa, 4½–4 lata) breviter et acute acuminata integerrima, supra glabra (si nervos impressos pubentes excipias), subtus pube brevi adpressa aurata, nervis primariis et praesertim medio prominentibus, caeteris tenuioribus reticulatis, petiolo fere pollicari, ad insertionem supra canaliculato adpresse pubente. Stipulae nullae obviae. Racemi ad foliorum supremorum axillas oppositi, semipedales et ultra, pedunculis, pedicellis, bracteis calycibusque extrorsum pube densa adpressa sericeo-auratis; pedunculus communis striatus; pedicelli oppositi, lin. 5–6 longi sessiles basique bractea et bracteolis duabus involucrati sesquilineam longis suborbicularibus. Calycinae laciniae ovatae (lin. 3 longae) singulae biglandulosae, glandulis sesquilinearibus. Petala calycem parum superantia unguiculata, limbo obovato argute denticulato, dorso medio sericeo-pubentia. Stamina filamentis planis, cum calyce basi concretis, antheris, praeter appendiculas laterales cristaeformes a basi ad apicem dilatatas, apice massula ovoidea connectivum terminante appendiculatis. Pistillum et receptaculum pilis obsita densissimis longiusculis rufis, quae stamina ipsa occultant. Styli 3 filiformes. Fructus desideratur. — Crescit in Brasilia boreali.

VII. VERRUCULARIA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 319. t. 7.)

Calyx alte 5-fidus 10-glandulosus. Petala duplo longiora unguiculata, limbo subcarinato denticulato, inaequalia. Stamina 10, omnia fertilia glaberrima, filamentis dilatatis distinctis, antherae loculis juxta apicem singulis appendicula laterali verrucaeformi auctis. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, apice introrsum stylifera, stylis in stigma acutum desinentibus. Fructus tricoccus, coccis secundum suturam dorsalem dehiscentibus. — Frutex

Brasiliensis: foliis integerrimis glaucescentibus, stipulis 2, basi inter se in unam axillarem bipartitam et cum oppositis in vaginulam intrapetiolarem confluentibus. Paniculae terminales, pedunculis partialibus, basi bracteatis 2-3-floris, floribus in quolibet unilateralibus, pedicello articulato insidentibus, bracteolis 2 infra singulos articulos oppositis. Flores lutei.

1. V. (BANISTERIA Mart. mss.) GLAUCOPHYLLA Adr. Juss. l. c. — Foliis lanceolato-obovatis, subtus glauco-albidis et minutissime punctulatis; paniculis terminalibus cymosis. ♁ — Frutex 6–8-pedalis, ramis confertis erectis, novellis pube brevissima ferrugineis, serius fere glabratis sed adhuc sub insertione foliorum acutangulatis, adultis glaberrimis et teretibus. Folia lanceolato-obovata 2 poll. 1¾–1 longa, ¾–½ lata), apice obtusa aut rarius emarginata medioque brevissime mucronulata, supra virentia (epidermide tenuiori laevissima), subtus glauco-albida (epidermide densiori punctulisque crebris excavata, utpote cellulis conoideis, basi tantum cohaerentibus et apice liberis composita (ope microscopii inspicienda) junioraque pilis ferrugineis raris conspersa, margine revoluto, nervo medio prominente, caeteris vix conspicuis, (sicca) rigida, in petiolum brevem basi angustata, stipulis 2 ipso brevioribus acutis, basi dilatata inter se in unam axillarem et cum opposita in vaginam intrapetiolarem confluentibus. Paniculae terminales cymosae 2–3-pollicares confertiflorae, pedunculis diversorum ordinum angulatis, junioribus pube brevi ferruginea adspersis, demum glabratis, partialibus definite (id est latere tantum altero) 2–3-floris, flore in singulis supremo non evoluto inque axilla) bracteolae alterius occulto, evolutis pedicellatis; pedicelli cum pedunculis articulati, iis duplo fere longiores (lin. 4–5 longi) paulloque crassiores; bracteae ad basin pedunculi partialis bracteolaeque oppositae geminae paullulum infra quemlibet articulum semilanceolatae, argutissime denticulatae glabrae, lineam longae. Calyx flavescens, basi 10-glandulosus, glandulis lineam longis, laciniis duplo et ultra longioribus, oblongo-ovatis, extrorsum nervo medio costatis, pube ferruginea adspersis glabratisve. Petala duplo longiora lanceolato-obovata basique in unguem brevem attenuata, argutissime denticulata carinato-concava, quatuor quinto (in praefl. interiori) fere dimidio minora, glabra, ungue coccineo, limbo flavo. Staminum filamenta coccinea, 5 oppositipetala calyci subaequalia latiora, 5 alterna longiora, omnia basi dilatata, fere libera glaberrima; antherae pallide flavae parvae ovatae glaberrimae, loculis connectivo longioribus, singulis paullulum infra apicem massulam verrucaeformem cellulosam albam, valvulae externae oppositam, exserentibus. Ovarium disco brevi 3-lobo, vix ipso latiori impositum ovoideo-trilobum, pilis brevissimis puberulum, intus endocarpio solubili inter tres loculos totidem laciniis excavatum; ovulum uncinatim plicatum, e funiculo ascendens ad summum loculum appenso, supra incrassato. Styli 3 a basi ad apicem acutum attenuati, stamina vix superantes flavescentes. Capsula pisi minoris magnitudine 3-cocca. — Crescit in Brasilia.

VIII. GALPHIMIA *Cav.*

(Cavan. Icon. plant. rar. V. 61. — DC. Prodr. I. 582. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 321. t. 7. fig. 8.)

Calyx 5-partitus, laciniis vulgo eglandulosis. Petala calyce longiora, unguiculata, limbo saepius extrorsum carinato-costato denticulato. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis distinctis vel ima basi coalitis, antheris glabris. Ovarium triloculare. Styli 3 filiformes, in stigma acutum desinentes. Fructus tricoccus, coccis secundum suturam dorsalem in valvas duas dehiscencentibus. — Frutices Americani (plerumque Mexicani). Folia integerrima, vulgo glaucescentia, in margine juxta basin vel in petiolo glandulifera, bistipulata, stipulis vulgo basi inter se in unicam bipartitam axillarem et cum oppositis in vaginulam intrapetiolarem confluentibus. Racemi terminales; pedunculi breves cum pedicellis articulati, basi bracteati, infra articulum bibracteolati, interdum subnulli, bractea bracteolisque in caule tunc contiguis. Flores lutei vel aurantiaci, saepe rubro-maculati.

1. G. (THRYALLIS Linn. Spec. pl. 554. — DC. Prodr. I. 583.) **BRASILIENSIS** Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Bras. merid. III. 71. t. 178. et Archiv. du Mus. t. 7. fig. 8. — Foliis ovatis lanceolatisve, margine interdum glanduliferis glaberrimis, subtus glaucis, breviter petiolatis, petiolo eglanduloso; petalis calycem vix superantibus. ♁ — Caules ascendentes. Rami juniores herbacei glaberrimi laevesque. Folia opposita vel rarius ternatim verticillata ovata vel lanceolata, magis minusve angusta, margine, juxta et supra basin utrinque glandulifera, glandula minuta nunc impressa, nunc denti lineari imposita, folio tunc sagittatim supra basin bidentato, caeterum integerrima glaberrima, supra virentia, subtus glauca petiolata, petiolo 1–3 lin. longo, bistipulata, stipulis petiolo brevioribus vel aequalibus, non raro inter se basi dilatata confluentibus ideoque quasi axillaribus linearibus acutissimis glabris. Summi rami simplices racemose floriferi glabri aut juniores vix sericeo-pubescentes. Racemi sesquipedales brevioresque, pedicelli alterni vel rarissime subopposite, 3–4 lin. longi arcuatim subreflexi glaberrimi, basi articulati, singuli bractea brevissima acuta rubra instructi praetereaque infra articulum bibracteolati, bracteolis minoribus conformibus. Calyx 5-partitus, laciniis 2 lin. longis linearibus, apice acutiusculo in anthesi revolutis rubellis, caeterum virentibus glaberrimis, vulgo eglandulosis, rarius quibusdam ad basin margine altero aut utroque minute glanduliferis, praefloratio superne valvata, inferne subquincuncialis. Petala calyce triente longiora breviter unguiculata, limbo ovato tenuissime denticulato, nervo medio extrorsum carinatim prominente, glaberrima reflexa, primum flava, demum aurantiaco-rubentia. Stamina 10, 5 petalis opposita alternis breviora et exteriora, filamenta subulata, basi coalita in cupulam brevem fundum calycis vestientem pistilloque subpositam, glaberrima, demum pellucida, nervo medio opaco, 5 longiora calyce subaequalia, antherae introrsae ovatae apice et altius basi emarginatae glaberrimae. Ovarium trigono-globosum glaberrimum triloculare, loculis uniovulatis, ovula acuminata, infra acumen funiculo lato brevi pendulo adnexa. Styli 3 staminibus longiores filiformes glabri, stigmata acuta. Fructus pisi magnitudine capsularis acute trigonus tricoccus, coccis extrorsum carinatis suturaque dorsali valvis 2 dehiscentibus postea ab invicem solubilibus, sarcocarpium tenuissimum herbaceum, endocarpium crustaceum venosum. Semen in loculis solitarium globosum.

   β. pubescens: Ramis praesertim ad apicem floriferum sericeo-pubescentibus: foliis angustioribus; calyce glandulifero; fructibus paullo minoribus.

   Crescit in Brasiliae provinciis Goyaz et Sti. Paulli.

2. G. **MULTICAULIS** Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 322. — Caulibus pluribus humilibus simplicibus; foliis ovatis, basi acutis glabris, subtus glaucis, petiolis apice biglandulosis, pedicellis sessilibus; petalis calyce multo longioribus, valde carinatis. ♃ — Suffrutex a radice multicaulis, caulibus simplicibus, circiter pedalibus, inferne glabratis, superne ferrugineo-puberulis. Folia per paria (circiter 10) opposita, ovata (poll. 2–1½ longa, lin. 10–9 lata), basi acuta et ubi margo in petiolum decurrit biglandulosa, glandulis subpedicellatis, glabra, subtus (ut e sicco videtur) glaucescentia, nervis subprominulis, petiolata, petiolo vix lin. 2 longo, supra canaliculato, bistipulata, stipulis petiolo vix brevioribus acutis membranaceis, vaginula angusta. Racemus semipedalis dense multiflorus, pedicelli, caulis instar unde oriuntur, ferrugineo-hispiduli, lin. 3–4 longi, basi extrorsum bracteati, bractea semilanceolata lineam longa, lateribus bibracteolati, bracteolis paullo brevioribus setaceis. Calyx eglandulosus glaber, laciniis lineam longis ovatis, dorso medio costatis. Petala triplo longiora unguiculata, limbo luteo sublanceolato, argutissime serrulato costato-carinato, quintum ungue longiori crassiorique, carina magis prominente, limbo minori. Stamina 10 petalis subaequalia, filamentis fere distinctis rigidulis glaberrimis, antheris oblongo-ovatis, connectivo concolori longitrorsum sulcato. Styli 3 stamina vix superantes, subdivergentes glaberrimi acutissimi. Ovarium ovoideo-trilobum triloculare glaberrimum. Ovula prorsus ut in *G. Brasiliensi.* Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

3. G. (MALPIGHIA Poir.) **GLAUCA** Cavan. Icon. V. 61. t. 489. — Bartl. Linnaea XIII. 550. — Adr. Juss. l. c. 323. — Foliis brevissime petiolatis ovatis vel ovato-oblongis obtusis glabris, subtus glaucis, supra basin utrinque uniglandulosis; racemis densis. ♁ — Rami laeviusculi, dense foliati, inferne glabri, superne rufo-hirsutiusculi. Folia opposita, summa sparsa, internodiis longiora patentia crassiuscula, brevissime petiolata ovata vel ovato-oblonga, basi subcordata, in petiolum brevissime angustata obtusa, summa acutiuscula plana penninervia reticulato-venosa, venis primariis patulis marginem versus adscendenti-incurvis, supra obscure viridia, glaucedine vaga suffusa, subtus pallide viridi-glauca, circa sesquipollicem longa, supra basin 8–14 lin. lata. Glandula laminae margini inserta utrinque solitaria, a petiolo 1–2 lin. remota, persistens, e stipite brevissimo subturbinata, disco orbiculari concavo. Petioli (1–3 lin. longi) crassi, extus convexi, vagina stipulari membranacea brevissima juncti, juniores pilis aliquot rufis adspersi, adulti glabri. Stipulae basi adnatae subulato-setaceae, petiolum aequantes, persistentes. Flores numerosi, in racemos densos collecti. Racemus primarius terminalis rectus sesquidigitalis, secundarii aliquot ex axillis foliorum summorum erectiusculi, primario duplo triplove breviores, omnes breviter et vix distincte pedunculati. Rhachides obtuse angulatae rufo-hirsutae. Pedicelli sparsi divergentes filiformes rufo-hirsutiusculi, supra basin nodoso-articulati, infra articulationem bracteolis duabus minutis subulatis instructi. Bracteae subulatae 1–2 lin. longae. Alabastra ovata, apice purpurea. Calyx glaber viridis, segmentis lineari-oblongis obtusis integerrimis, margine submembranaceis, lineam longis. Petala patentissima aurea, unguibus calyce paullo brevioribus linearibus canaliculatis, saepe purpureis, laminis ungue triplo longioribus ovatis obtusis, basi in unguem brevissime angustatis planis, margine denticulatis, supremum reliquis parum latius et paullo longius unguiculatum. Stamina erecta, calyce vix triplo longiora, alterna paullo breviora. Filamenta glabra purpurea, basi vix cohaerentia persistentia. Antherae flavae deciduae. Germen globoso-triquetrum glaberrimum triloculare. Styli 3 subulati glabri divaricati, staminibus paullo longiores, stigmati aequali obtuso. — Crescit in Mexico.

4. G. **GRACILIS** Bartl. l. c. 552. — Foliis oblongis, utrinque acutis glabris, subtus glaucescentibus, supra basin utrinque uniglandulosis; racemis laxis; pedicellis medio articulatis. ♁ — Frutex elatus in horto 6–8-pedalis, ramis gracilibus glabris, ramulis superne appresse furfuraceo-pubescentibus. Folia omnia opposita patentia tenuia plana oblonga, utrinque attenuata acuta glaberrima, supra obscure viridia, subtus viridi-glaucescentia 1½–2-pollicaria, medio 6–8 lin. lata. Glandula laminae margini inserta, utrinque solitaria, a petiolo 1–2 lin. distans, minuta cylindracea truncata persistens. Petioli lamina circiter triplo breviores tenues angustissimi purpurascentes, linea transversa stipulari juncti, juniores rufo-hirsutiusculi. Stipulae minutae setaceae rufae deciduae. Racemi terminales simplices digitales recti laxi, breviter pedunculati. Rhachis irregulariter angulata rufo-hirsutiuscula. Pedicelli sparsi, infimi oppositi recti patuli hirsutiusculi filiformes 8–10 lin. longi, bractea lineari-setacea sesquilineam suffulti, medio articulati, sub articulatione bracteolis duabus setaceis instructi. Calyx glaber viridis, segmentis aequalibus lineari-oblongis acutiusculis, margine angustissime membranaceo. Petala calyce quadruplo longiora patentissima flava, quatuor inferiora ungue calycem subaequante anguste lineari, lamina elliptico-oblonga, tenuissime denticulato-ciliata, basi in unguem angustata, apice rotundato-obtusa, supremum ungue paullo longiori et latiori, lamina ovato-oblonga. Filamenta glaberrima, 5 breviora petalorum ungues aequantia. — *G. glauca* Hortor. — *G. splendens* Mackoy mss. — Crescit in Mexico.

5. G. **GRANDIFLORA** Bartl. l. c. 554. — Foliis ovato-oblongis obtusis, subtus glaucescentibus; petiolis elongatis, apice biglandulosis; racemis laxis, rhachi pedicellisque infra medium articulatis rufo-hirsutis; petalis ovatis. ♁ — Rami glabri rufescentes. Folia omnia opposita patentia ovato-oblonga, apice rotundato-ob-

tusa vel retusa, plerumque mucronata, basi breviter attenuata plana integerrima reticulato-venosa, supra laete viridia, subtus glaucescentia, 1½–2 poll. longa, 8–10 lin. lata. Petioli lamina vix duplo breviores angusti teretiusculi, supra anguste canaliculati purpurascentes glabri, glandulis binis approximatis deciduis cylindraceo-turbinatis, disco truncato concavo ad apicem instructi, basi membrana stipulari angustissima juncti. Stipulae minutae, basi adnatae subulato-setaceae, lineam longae, subpersistentes. Flores speciosi, majores quam in reliquis speciebus. Racemi terminales laxi, primarii simplices sesquidigitales, secundarii pauci minores ramulos supremos terminantes, pro ramorum directione erecti vel incurvo-adscendentes. Rhachis angulata cum pedicellis eximie rufo-furfuraceo-hirsuta. Pedicelli sparsi, sub anthesi basi erectiusculi, dein deflexi, apice adscendenti-incurvi filiformes, 7–8 lin. longi, 2 lin. supra basin nodoso-articulati, sub articulatione bracteolis duabus suboppositis subulatis lineam longis instructi, demum calvescentes. Bracteae e lanceolata basi subulatae patulae, 1–1½ lin. longae. Alabastra ovata flava, apice concolora, carinis virescentibus. Calyx ima basi rufo-hirsutiusculus, segmentis oblongis acutiusculis, margine angusto membranaceo, lineam longis. Petala calyce quintuplo longiora patentissima aurea, minutissime denticulata ovata rotundato-obtusissima, basi in unguem brevissime angustata, quatuor inferiora ungue calyce parum breviore angusto canaliculato, supremum ungue paullo longiori et crassiore laminaque parum latiori. Filamenta petalorum ungues paullo superantia. Antherae ut in congeneribus. Germen globoso-triquetrum, filamentis paullo brevius. Styli divaricati 2½ lin. longi, glaberrimi sanguinei. — Crescit in Mexico.

6. G. LATIFOLIA Bartl. l. c. 553. — Foliis ovalibus obtusissimis, basi cuneato-angustatis, subtus glaucescentibus; petiolis mediocribus biglandulosis, glandulis oblongis depressis; pedicellis infra medium articulatis; petalis oblongis, ungue supremo concolori. ♁ — Planta 2–3-pedalis erecta, superne parce ramosa, habitu *G. gracili* similis, sed omnibus partibus robustior. Rami glabri, ramuli juniores sericeo-pubescentes. Folia omnia opposita patentissima planiuscula glabra, supra opaca viridia, subtus glaucescentia, laxe reticulato-venosa obtusissima, interdum retusa submucronata, basi breviter in petiolum cuneato-angustata, pleraque late ovalia, nonnulla ovato-subrotunda vel late ovata, interdum *Cotini* foliis simillima, 1–2 poll. longa. Petioli lamina plerumque triplo breviores crassiusculi teretiusculi, supra anguste canaliculati, obsolete puberuli biglandulosi. Glandulae medio petiolo, saepius eidem apicem versus vel etiam ad basin laminae insertae, approximatae vel distantes sessiles oblongae patellaeformes, guttulam limpidam secernentes. Stipulae vix semilineam longae semiovatae acutae adpressae. Racemi terminales solitarii erecti laxi, breviter pedunculati digitales. Rhachis teretiuscula, superne irregulariter angulata, pilis minutis subfasciculatis rufis adpressis adspersa. Pedicelli sparsi, inferiores oppositi, 8–10 lin. longi, filiformes rufo-subhirsuti, infra medium articulati, articulo inferiore erecto-patulo bracteolas duas remotiusculas oblongo-lanceolatas semilineam longas gerente, superiore duplo longiore divergente. Bracteae oblongo-lanceolatae appressae, 1–1½ lin. longae. Calycis segmenta glabra patula, apice recurva lineari-oblonga acutiuscula, margine vix membranacea, lineam longa. Petala patentissima, calyce 3–4-plo longiora, pallide flava, carina venulisque viridibus, minutissime denticulato-ciliata oblonga obtusa, basi in unguem calyce duplo breviorem attenuata, supremum reliquis paullo latius, ovato-oblongum, ungue parum latiore profundius canaliculato. Filamenta filiformia glabra persistentia, 5 longiora calycem aequantia. Antherae lineam longae. Styli flavi divaricati stamina paullo superantes. Germen subglobosum viride glabrum. — Crescit in Mexico.

7. G. GLANDULOSA Cavan. Icon. plant. rar. VI. 43. t. 563. — Foliis ovato-lanceolatis acuminatis; petiolis elongatis medio biglandulosis; racemis laxis, pedicellis medio articulatis; petalo supremo discolore. ♁ — *G. glandulosa* γ. DC. Prodr. I. 582. — *G. biglandulosa* Poir. Encycl. méth. Suppl. IV. 7. — Crescit in Mexico.

8. G. HUMBOLDTIANA Bartl. Linnaea XIII. 555. — Foliis oblongis obtusis, basi attenuatis; petiolis mediocribus medio biglandulosis; pedicellis infra medium articulatis; petalis aequalibus, supremi unque concolore. ♃ — *G. glandulosa* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 172. t. 452. nec Cav.) — Crescit in Mexico.

9. G. PANICULATA Bartl. l. c. 551. — Foliis oblongis obtusis, basi attenuatis glaucis; petiolis mediocribus, medio biglandulosis; racemis paniculatis; pedicellis infra medium articulatis, articulo superiori demum glabriusculo; petalis inaequalibus, supremi ungue discolore. ♃ — Rami recti glabri rufescentes, pro inflorescentia ramulosi. Ramuli ultimi patuli subpuberuli. Folia omnia opposita patentia vel flaccida crassiuscula oblonga vel ovalia obtusa, basi cuneato-attenuata glaberrima, pleraque complicata opaca, utrinque glauca, subtus autem pallidiora reticulato-venosa circiter sesquipollicaria, medio 6–10 lin. lata. Petioli lamina duplo triplove breviores teretiusculi, supra canaliculati glabri glauci, linea transversa stipulari juncti, medio glandulis binis approximatis, raro parum remotis, sessilibus patellaeformibus persistentibus instructi. Stipulae exiguae semiovatae acutae purpurascentes persistentes. Flores numerosi paullo majores quam *G. glaucae*, in racemos laxos collecti. Racemi ramos ramulosque superiores omnes terminantes, paniculam amplam efficientes, nonnumquam basi compositi 1–2-digitales recti, primarius erectus, secundarii patuli. Rhachides pilis rufescentibus minutis subfasciculatis hirsutiusculae, demum calvescentes, irregulariter angulatae. Pedicelli sparsi, 8–10 lin. longi, e basi patula divergentes, apice adscendentes filiformes rufo-hirsutiusculi, demum superne glabrescentes, infra medium articulati, sub articulatione bracteolis duabus minutis oblongis adpressis instructi. Bracteae lanceolato-subulatae, pedicelli articulo inferiore duplo circiter breviores erecto-adpressae. Alabastra ovalia, carinis virescentibus, apice non purpurea. Calyx glaber viridis, segmentis elliptico-oblongis rotundato-obtusis, margine membranaceo. Petala calyce quadruplo longiora patentissima flava persistentia ovato-oblonga rotundato-obtusa, basi in unguem attenuata, minutissime denticulata, quatuor inferiora ungue concolore recto, calycis segmento duplo breviore, supremum ungue validiore, calycem subaequante, purpureo subincurvo laminaque paullo latiori fere ovali. Stamina, germen et styli omnino *G. glaucae*. Capsula magnitudine semen *Viciae* vix aequans subdepresso-globosa tricarinata tricocca, angulis acutis laevibus, faciebus convexis, transverse rugosis. Cocci demum sejuncti, intus clausi, basi perforati, dorso dehiscentes. Semina laevissima nitida lutescenti-spadicea. — A *G. glandulosa* Cav. recedit foliis brevioribus oblongis obtusis nec lanceolatis acuminatis, petiolis brevioribus, pedunculis infra medium articulatis, articulo superiori inferiorem 3–4-plo superante et petali supremi lamina macula centrali rubente destitua. — A *G. Humboldtiana* (*G. glandulosa* H. B. Kth.) differre videtur foliis glaucis, petalis inaequalibus, supremi ungue purpureo, filamentis petalorum ungues paullo excedentibus etc. — Crescit in Mexico.

10. G. (MALPIGHIA Poir. Encycl. méth Suppl. IV. 7.) HIRSUTA Cavan. Icon. plant. rar. V. 62. — Foliis ovato-oblongis acutis, utrinque calycibusque rufo-hirsutis; petiolis biglandulosis; petalorum laminis subcordato-ovatis. — Ramuli, folia juniora utrinque, racemorum rhachides, pedicelli calycesque hirsuti pilis demum rufis. Petioli lamina 3–4-plo breviores, glandulis apicem versus cylindraceis brevibus truncatis instructi. Flores parvi. Calycis segmenta lineari-oblonga obtusa. Petala flava, 2½–3 lin. longa, lamina subcordato-ovata rotundato-obtusissima. Germen triquetrum, faciebus profunde unisulcatis. Haud raro germen quadrangulare cum stylis quatuor. — *G. mollis* Hort. (non H. B. Kth.) — Crescit in Mexico.

11. G. ANGUSTIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 9. † t. 5. — Suffruticosa humilis: ramis erectis sericeo-pilosis; foliis petiolatis oblongis lineari-busve, prope basin 1–2-glandulosis glabris (subtus glaucis); racemis paucifloris; petalis calyce subdimidio longioribus. ♃ — In California ad „Cape San Lucas".

† *Species exclusae.*

G. CAUCA Spr. = CAUCANTHUS EDULIS.
G. CHRYSOPHYLLA Spr. = BYRSONIMA CHRYSOPHYLLA.
G.? LONGIFOLIA Kth. = LOPHANTERA KUNTHIANA.
G.? MOLLIS Kth. = TETRAPTERYS COTONEASTER.

IX. SPACHEA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 325. t. 8.)

Calyx 5-partitus 8-10-glandulosus. Petala calyce duplo longiora unguiculata subintegra vel argutissime denticulata. Stamina 10, e quibus 1-4 nonnumquam partim aut omnino abortiva glabra, filamentis liberis, basi cum imo calyce concretis in annulum pilis longiusculis hispidum. Styli 2 breves in stigma truncatum bilobumve desinentes. Ovarium biloculare. Fructus didymus conflatus e carpellis 2 osseis indehiscentibus, rarissime styli et ovaria terna. — Arbores aut frutices? Americani: foliis integerrimis tenuibus, subtus saepius albo-punctulatis, interdum pellucido-punctatis petiolatis; stipulae petiolo subinteriores et in unam sic axillarem imoque petiolo adnatam connatae. Racemi terminales simplices; pedunculi floriferi brevissimi patentes vel etiam retorti bracteati, bractea sublateraliter vel etiam sursum inserta, infra apicem bibracteolati, bracteola inferiori longiori et in glandulam desinente, cum pedicello apice articulati. Flores parvi carnei vel rosei.

§. 1. *Spachea: Styli et carpella duo.*

1. SP. (MALPIGHIA F. W. Meyer, Primit. flor. Essequib. 178. — BYRSONIMA DC. Prodr. I. 580. no. 21.) ELEGANS Adr. Juss. in Deless. Icon. plant. rar. III. 19. t. 31. — Foliis oblongis vel oblongo-lanceolatis membranaceis glaberrimis; racemis elongatis nutantibus; pedicellis glandulosis. ♁ — Folia majora et praesertim latiora, flores duplo saltem majores, petala denticulato-fimbriata, stamina omnia fertilia et stigmata introrsum biloba banc a sequente specie distinguunt. — Calyx plerumque 8-glandulosus, petala carnea. — Crescit in littore insulae Guianensis Arowabisch.

2. SP. PARVIFLORA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 326. t. 8. — Foliis lanceolatis, subtus albo-punctulatis; bracteola altera in glandulam desinente; floribus parvulis, abortu 9-6-andris; stigmatibus truncatis concavis. ♁ — Rami juniores ferruginei, adulti glabrati. Folia suboblique lanceolata vel cum acumine lanceolato-obovata (poll. 6-3 longa, 1½-¾ lata) integerrima, (si nervum medium pilosiusculum excipias) glaberrima reticulata et (ut e sicco videtur) variegata, subtus (lentis ope) punctulis albidis minutissimis creberrimisque obsita et juxta medium glandulis 2-3 impressa petiolata, petiolo semipollicari ferrugineo; stipula axillaris semilanceolata acuta ferrugineo-villosa. Racemi 4-pollicares ferruginei, pedunculi partiales reflexi vix semilineam longi, bractea brevi stipati sursum vel lateraliter sita, infra apicem bibracteolati, bracteola inferiori descendente, eadem duplo longiori in glandulam scutelliformem desinente et sic glandulam stipitatam mentiente, apice articulati cum pedicello longiori pendente. Calyx 5-partitus, laciniis lineam longis semiovatis, dorso puberulis et inferne biglandulosis, quinta tamen non raro uniglandulosa vel eglandulosa. Petala calyce paullo longiora, breviter unguiculata, limbo obovato argutissime subdenticulato, reflexa. Stamina subinaequalia, e quinque oppositipetalis unum fere semper, nonnumquam duo, tria vel etiam quatuor plane aut partim abortiva, filamenta glabra, basi concreta cum calycis basi infra annulatim hispida; antherae cordatae biloculares, loculis connectivo dorsali discolori conjunctis, post anthesin transversae vel extrorsum reflexae glabrae. Ovarium didymum glabrum. Styli 2 divergentes, stamina subaequantes glabri, stigmate truncato concavo terminati. Fructus.....? — Crescit in insula Cuba prope urbem Havannam.

3. SP. OSSANA Adr. Juss. l. c. 327. — Foliis.....?; bracteola altera in glandulam desinente; floribus 9-10-andris; stigmatibus subbilobis. ♁ — Specimina fructifera

tantum cum folio unico deformi, stipula axillari instructo, suppetebant. Racemi 3–pollicares tomentoso-ferruginei; pedunculi partiales lineam longi patentes, superne incrassati, bractea stipati brevi sursum vel lateraliter sita, infra apicem bibracteolati, bracteola inferiori longiori glandulam scutelliformem terminalem gerente, apice articulati cum pedicello similiter horizontali lin. 3 longo. Fructus tantum adsunt, sed calyce, corolla staminibusque persistentibus stipati. Calyx 5-partitus, laciniis ovatis coriaceis reflexis, 8-glandulosus. Petala lin. 2 longa unguiculata, limbo obovato vix denticulato, patentia. Stamina 10 vel tantum 9, petalis breviora, filamentis basi cum calyce concretis infra annulatim hispido, antheris cordatis versatilibus. Fructus didymus, carpella 2 apice et introrsum stylifera, stylis glabris divergentibus, apice subincrassato et introrsum bilobo stigmatiferis, ovata, dorso convexa, planiuscula facie interna cujus zona angusta discolori inter se coalescunt, facile ab invicem solubilia, granum Coffeae subreferentia (minora tamen lin. 2 scilicet longa et 1½ lata) glaberrima, siccatione nervosa, sub sarcocarpio tenui pelliculae crassitiem vix excedente ossea, indehiscentia. Semen ovato-acuminatum, infra acumen pendulum funiculo brevi, infra hilum chalaza fusca notatum quam sulcus utrinque circumscribit, ibidem revera peritropo-plicatum. Integumentum duplex, exterius membranaceum, interius carnosum lamina perispermica auctum, inaequaliter densum et praesertim circa plicam chalazae conterminam incrassatum, cavitate embryonis inde sigmoidea. Embryo in σ curvatus vermiformis, cotyledonibus incumbentibus linearibus, radicula seminis acumen occupante 2–3-plo longioribus. — Crescit in insulis Antillis.

4. SP. LITTORALIS Adr. Juss. l. c. 328. — Foliis lanceolatis, subtus albo-punctulatis; bracteolis eglandulosis; floribus parvulis 10-andris; stigmatibus introrsum bilobis. ♁ — Arbuscula, ramis novellis ferrugineo-tomentosis, adultis glabratis. Folia lanceolato-obovata (poll. 3–2 longa, 1–¾ lata), acute acuminata, utrinque (si nervum medium prominentem subtus pilosiusculum excipias) glaberrima, subtus punctulis albidis minutissimis creberrimisque obsita basique glandulis 2 scutelliformibus impressa, coriacea petiolata, petiolo lin. 4 longo reflexo; stipula axillaris, basi cum petiolo concreta, caeterum libera, ipso latior vixque brevior, semilanceolata, extrorsum hirsuta, introrsum glabra. Racemi 3–5-pollicares, toti tomentoso-ferruginei; pedunculi floriferi patentes, lineam longi, brevissime basi bracteati, bractea laterali, juxta apicem bibracteolati, bracteola utraque eglandulosa, cum pedicello duplo longiori facile deciduo articulati. Flores rosei, quales in *Sp. parviflora*, sed calyx semper 10-glandulosus, stamina 10 antherifera, stigmata introrsum biloba. Fructus.....? — Crescit ad littora maris insulae Sti. Thomae.

5. SP. PERFORATA Adr. Juss. l. c. 329. — Foliis lanceolatis pellucido-punctatis; bracteola altera in glandulam desinente; floribus parvulis 10-andris; stigmatibus introrsum bilobis. ♁ — Rami juniores ferrugineo-hispiduli angulati, adulti glabrati. Folia lanceolata (poll. 3–2 longa, 1–½ lata), absque vel cum acumine acutissimo integerrima, (si nervum medium pilosiusculum excipias) glaberrima, nervis reticulatis neque (praeter medium) prominulis, punctulis creberrimis pellucidis notata, supra foveolis his respondentibus scrobiculata, subtus glandulis 2 impressa, petiolata, petiolo lin. 3–4 longo ferrugineo, ad apicem biglanduloso; stipula axillaris semilanceolata, petiolo partim adnata, ipso latior vixque brevior, ferruginea. Inflorescentia fere ut in *Sp. parviflora* floresque subaequales similioresque, sed calycis laciniam quintam semper eglandulosam, stamina nulla abortiva sed decem antheris subaequalibus polliniferisque instructa et stigmata introrsum biloba in omnibus floribus observata sunt. — Crescit in insulis Antillis.

§. 2. *Meckelia Mart. — Styli et carpella tria.*

6. SP. TRICARPA Adr. Juss. l. c. — Foliis oblongis lanceolato-obovatis, breviter et obtuse acuminatis tenuibus; bracteola altera aut utraque in glandulam desinente; floribus decandris; stylis et carpellis ternis. ♁ — Rami glabri, juniores

compressi, adulti teretes. Folia oblonga lanceolato-obovata (poll. 9–3 longa, 2¾–1½ lata), basi acuta, limbo in petiolum decurrente, apice breviter et obtuse acuminata, subtus punctulis albidis adspersa marginataque, nervo medio prominente, tenuia, petiolo lin. 3–2 longo, stipula axillari huic adnata vixque breviori, non raro bifida. Racemi ramos ramulosque laterales brevissimos terminantes, semipedales, pedunculo communi pube ferruginea hirtello, floriferis lin. 3 longis, iisdem plerumque bifidis et bifloris subcompositi; bracteae his basi adnatae laterales, bracteolae infra apicem cum pedicello breviori articulatum sitae, altera aut utraque (utraque vulgo sub flore superiori) in glandulam scutelliformem longiuscule stipitatam desinens. Calycinae laciniae ovatae 4 biglandulosae, glandulis ipsas superantibus (lineam longis) crassis prominentibus. Petala duplo longiora unguiculata, limbo unguem aequante, basi sagittato ovato, dentibus angustissimis ciliolato, glabra flava. Stamina 10 exserta, omnia antherifera, antheris complanato-ellipticis, basi emarginatis glabris, filamentis inferne dilatatis et planis basique coalitis in annulum pilis longis ferrugineis erectis hirsutum, caeterum glabris. Ovaria 3 (nisi ad axin inferne) distincta glabra, ovulo vix infra apicem pendulo. Styli totidem breves rigidi, apice truncati. Carpella fere distincta ovata, dorso convexo, ventre planiusculo, laevia, pericarpio tenui (nondum omnino matura). Semen ovatum, ex apice pendulum. — *Meckelia multiflora* Mart. Herb. — Crescit in Brasilia boreali.

X. BUNCHOSIA *Rich.*

(Rich. Ann. du Mus. XVIII. 481. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 330. t. 8.)

Calyx 5-partitus, laciniis omnibus aut 4 basi biglandulosis. Petala longiora unguiculata, limbo denticulato, glabra reflexa. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis basi in tubum coalitis, antheris glabris. Styli 2, rarius 3, in unum partim aut omnino (vel cum stigmatibus) coaliti, rarius distincti. Ovarium apice sensim in stylum attenuatum 2-3-loculare. Fructus drupaceus, endocarpio in putamina totidem solubili. — Arbores fruticesve intratropici Americani: ramis lenticellarum copia saepe scabris; foliis oppositis, in axilla interdum pluri-gemmiferis; stipulis brevibus ad basin petioli subinterioribus nonnunquam quasi in unam axillarem conniventibus. Racemi axillares, pedunculis basi bracteatis, apice cum pedicello articulatis, infra articulum bibracteolatis, bracteola utraque vel saepissime tantum altera basi et latere glandulifera; flores fere semper flavi, rarissime albi.

§. 1. *Styli* 2 *vel saepius* 3 *fere distincti.*

(*Malacmaea* Griseb. — Genus non servandum, cum in eadem inflorescentia styli quorundam florum connati, aliorum distincti observentur, imo in eodem flore progrediens aetas stylos primum cohaerentes solvat.)

1. B. ANGUSTIFOLIA Adr. Juss. l. c. 331. — Foliis oblongis, angustis lanceolatis; ovario biloculari; stylis distinctis. ♂ vel ♀ — Hanc Jos. de Jussieu in Peruvia observatam, ut distinctam a sequente ibidem observata notaverat et utramque (sub *Ciruelae* nomine) icone illustraverat, quae in manuscriptis ipsius servatur. Hujus fide, folia oblongo-lanceolata (poll. 4–3 longa, 1½ lata) intense absque pilis virentia, petiolo crasso lin. 3–5 longo; racemi paullo ipsis breviores, simplices aut geminati. Flores dimidio minores ac in sequente, calyce viridi, glandulis ejusdem flavis; petalis duplo longioribus patentibus unguiculatis denticulatis flavis; staminum exsertorum antheris rubentibus; stylis 2 partim distinctis stigmate capitellato terminatis; drupis ovoideis, fere pollicaribus viridi-rubentibus. An tantum varietas sequentis, ut opinatur Cavanilles apud quem (Dissert. VIII. 410.) de ipsa mentio fit. — Crescit in Peruvia.
2. B. (MALPIGHIA Cav. Dissert. VIII. 410. t. 238.) ARMENIACA DC. Prodr. I. 582. no. 11. — Foliis ovato-oblongis acutis coriaceis; racemis elongatis folii fere longitudine; stylis subdistinctis. ♀ — Folia nonnumquam subopposita, poll. 6–3 longa, 3–1 lata, glabra, utrinque nitida venoso-reticulata, nervo medio subtus promi-

nente, subtus marginata nec raro macula glandulosa duplici notata; petioli basi breviter stipulati, stipulis subinterioribus conniventibus callosis. Racemorum pedunculi communes saepe geminati, pilis adpressis (novellarum et fructuum juniorum instar) sericei, floriferi brevissimi, basi bractea subaequali acuta stipati, apice bibracteolati, bracteola altera ad dorsi basin glandulam lateraliter adnatam orbicularem gerente, cum pedicello vix longiori articulati. Drupa refert *Prunum Armeniacam*, nucleus dicitur venenosus. — Crescit in Peruvia prope Chauca.

3. **B. BONPLANDIANA** Adr. Juss. l. c. 332. — Foliis late lanceolatis, in acumen desinentibus glabris; calyce 10-glanduloso; ovario 3-loculari glabro; stylis distinctis. ♂ vel ♀ — Rami subcomplanati glabri, lenticellis brevibus linearibus notati. Folia late lanceolata (poll. 6–4 longa, 2¼–1¼ lata) in acumen desinentia, glabra (si pilos parvos raros paginae inferiori adpressos nec nisi lentis ope conspiciendos excipias), subtus pallidiora, nervis medio primariisque prominentibus, juxta basin maculis 2 glandulosis impressa, petiolo semipollicari glabro, supra canaliculato supraque basin bistipulato, stipulis interioribus crassis, quasi in unam axillarem conniventibus. Rami axillares, interdum geminati, circiter 2-pollicares et 8-flori; pedunculi diversorum ordinum pilis adpressis puberuli, floriferi lin. 2–3 longi, cum pedicello subaequali articulati, basi bracteati et apice bibracteolati, bracteolis basi glanduloso-incrassatis. Calycinae laciniae omnes biglandulosae, glandula adjecta lin. 2 longae, glabrae ciliatae. Petala paullo longiora unguiculata glabra. Stamina glabra, filamentis in tubum calyci subaequalem coalitis, supra vix exsertis, antheris subrotundis. Ovarium ovoideum glabrum. Styli 3 distincti breves, singuli stigmate discoideo terminati. Fructus non suppetit. — Crescit in America intratropica.

4. **B. GAUDICHAUDIANA** Adr. Juss. l. c. 333. — Foliis magnis ovatis, breviter acuminatis, puberulis glabratisve, tenuibus; calyce 5-glanduloso; ovario triloculari glabro; stylis distinctis vel cohaerentibus. ♂ vel ♀ — Rami juniores compressi, pilis adpressis conspersi, adulti glabrati, lenticellarum tuberculis scabriusculi. Folia ovata cum acumine brevi (poll. 6–4 longa, 3–2 lata), pilis adpressis remote conspersa vel seniora glabrata, subtus nervis prominulis reticulata et secus inferiores maculis glandulosis 2–4 parvis et parum conspicuis notata, tenuia, petiolo lin. 3 longo, stipulis minutis in unam axillarem confluentibus. Racemi ad summa folia axillares, multo ipsis breviores; pedunculi communes compressi, pilis adpressis albicantes, floriferi oppositi breves, basi bractea stipati latere glandulosa, apice bibracteolati, bracteolis glanduliferis (glandulae scutelliformes), inaequales nunc in utraque bracteola duae, nunc simplex tantum in altera. Flores nondum evoluti suppetunt, quibus: calyx 5-partitus ciliatus, basi 5-glandulosus, glandulae obovatae cum laciniis alternantes, quae petalo in praefl. interiori opponitur saepius duplex. Petala inaequalia concava. Stamina filamentis glabris, basi inter se et cum calyce imo concretis et inde subperigynis, antheris glabris, connectivo vix ullo. Styli 3 cum ovario glabro subpyramidato continui, nunc fere distincti et singuli cum stigmate planiusculo vel concavo proboscidei, nunc coaliti in unum trigonum, stigmate trilobo terminatum. Drupae pedicello incrassato tuberculato stipitatae globulosae, *Pruni sylvestris* magnitudine, verruculosae, parce carnosae, endocarpio introrsum attenuato. — Crescit in Brasilia.

5. **B. MARTIANA** Adr. Juss. l. c. 334. — Foliis oblongis lanceolatis vel subovatis, breviter acuminatis puberulis glabratisve tenuibus; calyce 8-glanduloso; ovario triloculari glabro; stylis subdistinctis. ♂ vel ♀ — Rami juniores compressi subque foliorum insertione fere ancipites, pilis albidis adpressis conspersi, adulti glabrati, lenticellis linearibus impressi, teretes. Folia lanceolata vel ovato-lanceolata, breviter acuminata (poll. 6–4 longa, 2¼–1¼ lata), pilis adpressis brevibus remote adspersa, supra iisdem rarioribus et ocius detersis glabrata, subtus nervis prominulis reticulata et secus inferiores maculis glandulosis 2–4 parum conspicuis impressa, tenuia, petiolo semipollicari adpresso piloso, stipulis 2 brevibus acutis in axilla petioli occultis. Racemi axillares foliis multo breviores; pedunculi communes alternatim compressi, pilis adpressis albicantes, floriferi oppositi bre-

ves, basi bractea brevi acuta pilosa stipati, apice bibracteolati, glandulis scutelliformibus in bracteola utraque vel binis vel unica laterali. Calycinae laciniae ciliatae 4 biglandulosae, glandulis ovoideis. Petala reflexa, unguibus filiformibus calycem superantibus, limbis orbiculatis glanduloso-ciliatis. Stamina glabra, filamentis partim in tubum basi cum calyce concretum coalitis. Pistillum non raro effoetum et subabortivum, tunc fertile glabrum ovoideum, apice attenuato continuum cum stylis 3 brevibus stigmate capitato umbilicato terminatis. Fructus non suppetit. — *Malacmaea Fluminensis* Griseb. Linnaea XIII. 248. — *Malpighia maritima* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 173. — Crescit in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

6. B. (MALPIGHIA Jcq. Hort. Schoenbr. I. 54. t. 104.) TUBERCULATA DC. Prodr. I. 581. no. 7. — Ramis tuberculatis; foliis ovato-lanceolatis subpubescentibus; racemis folio triplo brevioribus; pedicellis supra basin uniglandulosis. ♁ — Species vicinis certe affinis, etsi de stylo simplici aut multiplici tacet auctor. Calycem 5-glandulosum, glandulis 3 ad basin usque bifidis, 2 latioribus et integris (id est revera 8-glandulosum), ovarium nitidum, drupam trispermam, folia primo aspectu glaberrima, lentis ope hirsutula describit. Petioli ex icone bistipulati. Flores flavi. Fructus rubri. — Crescit in America centrali ad Caracas.

§. 2. *Styli saepius bini in unum partim aut omnino coaliti.*

7. B. LINDENIANA Adr. Juss. l. c. 335. — Foliis ovatis, basi acutis, apice acuminatis glaberrimis undulato-crispis; calyce 10-glanduloso; ovario hirsuto biloculari; stylo simplici. ♁ — Arbor 30–40-pedalis, ramis glabris, junioribus compressis. Folia ovata (poll. 5–4 longa, 2½–2 lata), basi acuta, apice acuminata glaberrima, juxta marginem undulato-crispa, supra lucida, subtus secus nervum medium prominentem supra basin maculis 2 glandulosis impressa petiolata, petiolo lin. 4–3 longo glabro, supra canaliculato, stipulae breves membranaceae, imo petiolo intus adnatae distinctae. Racemi axillares 2–3-pollicares, axi pedunculisque pube adpressa conspersis, floriferis lineam longis, basi bracteatis, bractea subaequali subulata, apice brevius bibracteolatis, bracteola altera basi glandulifera, singulis cum pedicello 2–3-plo longiori articulatis. Calyx summo pedicello admodum oblique insertus 10-glandulosus, glandulis geminatis, hinc longioribus (lin. 2 longis) inque pedicello decurrentibus, lacinias ovatas ciliatas fere obtegentibus. Petala duplo longiora unguiculata, limbo concavo, basi dentato, inaequalia, pallide flava. Stamina supra calycem paullisper exserta, filamentis glabris inferne in tubum coalitis, antheris glabris, loculis medium usque distinctis, superne connectivo prominente glanduliformi conjunctis. Stylus stamina subaequans, stigmate discoideo terminatus, e duobus conflatus. Ovarium cum stylo lagenaeforme, pilis adpressis candicans biloculare. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

8. B. ACUTIFOLIA Adr. Juss. l. c. 336. — Foliis lanceolatis angustis, acute acuminatis, fere glabris; calyce 10-glanduloso; ovario glabro 2-loculari; stylo simplici. ♁ — In caldariis horti Parisiensis sub falso nomine *Triopteris Jamaicensis* colitur, ramis patentibus, novellis pube brevi rufis, mox eadem laxe inspersis et virentibus, adultis glabratis griseis, copia lenticellarum scabris. Folia lanceolata (poll. 3–2 longa, 1–½ lata) in acumen acutum desinentia, pilis brevibus vixque conspicuis laxe inspersa vel plane glabrata, subtus punctulis albidis squamuloideis crebris minimis (lentis ope conspiciendis) obsita adque basin maculis 2 glandulosis circularibus notata, petiolo lin. 3–2 longo, basi 2-stipulato, stipulis brevibus mucroniformibus subinterioribus. Racemi axillares, foliis breviores pedunculis diversorum ordinum pube brevi adpressa aurata conspersis, floriferis lineam longis, cum pedicello 2–3-plo longiori articulatis, bractea bracteolisque brevibus acutis, harum altera paullo inferius infra articulum sita eademque dorso glandulifera. Calyx 10-glandulosus, laciniis ovatis, lineam longis, extrorsum puberulis ciliatis, petala 2–3-plo longiora, limbo denticulato flavo. Stamina calyce duplo longiora glabra, filamentis in tubum membranaceum supra medium coalitis, antherarum loculis maxima parte adnatis connectivo, praesertim in in-

terioribus calyci oppositis prominenti granuloso. Ovarium ovatum glabrum. Styli 2 in unum ovario summo continuum stamina vix superantem omnino coaliti, singuli in stigma discoideum apice dilatati. Nondum fructus maturuere. — Crescit.....?

9. B. (MALPIGHIA Jcq. Americ. 136. — Cav. Dissert. VIII. 411. t. 239. fig. 1.) NITIDA DC. Prodr. I. 582. no. 10. — Adr. Juss. l. c. 336. t. 8. — Foliis oblongis acuminatis glabris eglandulosis; racemis simplicibus folio subbrevioribus. ♃ — *Bunchosia* (*Malpighia* Ait. Hort. Kew. [edit 2.] III. 103. *media* DC. l. c. 581. no. 5. — *Bunchosia* (*Malpighia* Andrws. Bot. Reposit. t. 604. *polystachya* DC. l. c. no. 4.

α. grandifolia: (huc pertinet Cavan. l. c. foliis majoribus longiusque acuminatis; racemis longioribus; calyce vulgo 8-glanduloso; antherarum connectivo non ultra loculos producto; stylis apice distinctis.

β. parvifolia Adr. Juss. l. c. t. 8. fig. 10. — Foliis brevioribus interdum lanceolato-obovatis; calyce vulgo 10-glanduloso; antherarum connectivo in gibbum producto; stylis omnino connatis.

γ. latifolia: foliis latioribus breviter obtuseque mucronatis membranaceis; calyce 10-glanduloso; stylis in unicum stigmate peltato terminatum connatis.

Crescit in Mexico, Antillis et in Americae australis regionibus septentrionalibus.

10. B. (MALPIGHIA Cav. Dissert. VIII. 411. t. 239. fig. 2.) GLANDULOSA DC. l. c. no 1. — Foliis ovato-ellipticis acuminatis glabris; petiolis apice biglandulosis; racemis simplicibus folio brevioribus. ♃ — Crescit in Antillis insulis.

11. B. STRIGOSA Schlchtd. Linnaea X. 242. (adnot.) — Adr. Juss. l. c. 337. — Foliis petiolatis oblongis seu anguste ellipticis, utrinque acutis, supra strigoso-pilosis, pilis medio affixis, subtus glabriusculis eglandulosis; racemis axillaribus laxis simplicibus strigoso-pilosis; pedicellis inferne ad articulum biglandulosis. ♃ — Pili simili modo ut in *Malpighiis* dispositi; folia 2–3½ poll. longa, 10–14 lin. lata, utrinque sensim acutata, petiolo insidentia 4 circiter lin. longo. Racemi ex axillis inferioribus deorsum curvati 12–16-flori. Calycis laciniae obtusissimae ciliatae, basis calycis 2 lin. longi 10-glandulosa, petalis 4 lin. longis. Stylus compressus summo apice trilobus. — Crescit in Mexico.

12. B. HOOKERIANA Adr. Juss. l. c. 337. — Foliis ovatis, basi abrupte acutis, apice breviter acuminatis, subtus pube adpressa adglutinata et epidermide squamulifera metallice renitentibus, coriaceis; calyce 8–10-glanduloso; ovario sericeo biloculari; stylo simplici. ♃ — Rami adulti glabrati, lenticellis discoloribus prominulis notati. Folia magna late ovata (poll. 6 et ultra longa, 4 et ultra lata, basi abrupte acuta, apice breviter acuminata, acumine interdum evanido, supra virentia et utrinque quasi glabra (sed ope lentis pilis minutissimis mollibus sparse puberula), subtus metallice renitentia, nervorum prominentium anastomosi reticulata, maculis 2 glandulosis latis juxta nervi medii originem impressa et paucis aliis multo minoribus secus marginem, coriacea, petiolo semipollicari, supra canaliculato et basi bistipulato, stipulis brevissimis crassiusculis. Gemmae in axilla qualibet plures (usque 6) duae laterales, aliae superpositae. Racemi axillares, dimidio foliis breviores, pedunculus communis angulatus adpresse pubens, floriferi lineam longi, bractea subaequali subulata, basi stipati, apice bibracteolati, bracteola altera glandulam multo ipsa majorem gerente, cum pedicellis vix longioribus articulati. Calyx laciniis ovatis, semilineam longis, extrorsum vix puberulus 8–10-glandulosus, glandulis duplo majoribus fere occultus. Petala longiora glabra. Stamina 10, filamentis glabris inferne in tubum coalitis, superne liberis et exsertis, antheris glabris, connectivo subgloboso glandulaeformi rubente. Ovarium ovatum, pilis adpressis sericeum, in stylum sensim desinens e duobus concretis conflatum, stigmate subbilobo discolori terminatum. Fructus non suppetit. — Crescit in Peruvia.

13. B. (MALPIGHIA Jcq. Collect. IV. 207. V. 5. fig. 3. GLANDULIFERA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 154. — DC. Prodr. I. 581. no. 2. — Foliis ellipticoovatis brevissime petiolatis undulatis, utrinque pubescentibus, basi subtus qua-

driglandulosis; racemis simplicibus; pedicellis uniglandulosis. ♃ — Flores flavi, fructus rubri. — *Malpighia glandulosa* Jcq. Ic. pl. rar. t. 469. — *Malp. polyphylla* Swrtz. Act. Holm. 1827. p. 66. (Adnot. bot. posth. 31.) — Crescit in sylvis prope Carracas et in insula Guadeloupe.

14. B. CORNIFOLIA H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. no. 3. — Foliis ellipticis acuminatis, basi acutis, utrinque ramulisque pilis adpressis argenteis conspersis, basin versus biglandulosis; racemis simplicibus, pedicellis uniglandulosis. ♃ — Petala alba, drupa flava. — Crescit inter Turbaco et Carthagenam in America australi.

15. B. (MALPIGHIA Jcq. Fragment. 186. t. 83.) ARGENTEA DC. l. c. 582. no. 8. — Ramis puberulis; foliis lanceolatis, subtus sericeo-argenteis; racemis oppositis simplicibus pubescentibus; pedicellis uniglandulosis. ♃ — Flores flavi, glandulae calycinae elongatae. — Crescit in Carracas.

16. B. GLAUCA H. B. Kth. l. c. 155. — DC. l. c. no. 9. — Foliis elliptico-oblongis acuminatis, basi acutis, supra glabriusculis, subtus adpresse pilosiusculis et glaucescentibus, marginem versus 4–11-glandulosis; ramulis verruculosis; racemis oppositis pubescentibus; pedicellis uniglandulosis. ♃ — Affinis *B. nitidae.* — Petala flava. — Crescit prope Hondam Novo-Granatensium.

17. B. (MALPIGHIA Ait. Hort. Kew. II. 105.) CANESCENS DC. l. c. no. 14. — Foliis oblongis obtusis pubescentibus; racemis axillaribus compositis. ♁ — Folia obovata (poll. 3–2 longa, 1½–1 lata), basi acuta, glauco-virentia, subtus tomento laxo brevi incana, petiolis lin. 3 longis, tomentoso-incanis, basi stipulatis. Racemi terminales et axillares, saepe geminati ramosi (quo caractere a congeneribus facile distinguitur). Pedicelli lin. 2–3 longi, sessiles, bracteolis glanduliferis. Styli in unum coaliti. — Crescit in India occidentali.

18. B. BIOCELLATA Schlchtd. Linnaea X. 241. — Adr. Juss. l. c. 340. — Foliis petiolatis late ellipticis, utrinque acutiusculis, supra subglabris, subtus tenuiter tomentosis imaque basi biglandulosis; racemis axillaribus simplicibus latis tenuiter tomentosis, pedicellis inferne ad articulum biglandulosis. ♃ — Rami teretes brunneo-cinerei lenticellis crebris elevatis tecti, adulti glabri, novelli tomento adpresso lutescente tecti. Folia breviter petiolata latius angustiusve elliptica 2½–4-pollicaria, 11–22 lin. lata, supra glabriuscula pilisve paucis adspersa, subtus tomento sordide lutescente vestita. Racemi digiti minimi longitudine, vix 14–18-flori. Petioli basi bistipulati, stipulis lineam fere longis, interius conniventibus. Calyx 10-glandulosus, glandulis oblongo-ovatis, pedicello partim adnatis ipsis adjectis lin. 2 longus, extrorsum tomentosus. Petala duplo longiora unguiculata, ungue reflexo, limbo ovato concavo lacerato-dentato glabro. Stamina supra calycem exserta glabra, filamentis inferne membranaceo-dilatatis basique coalitis. Ovarium hirsutum triloculare lagenaeforme cum stylo simplici, staminibus brevior, apice breviter trifido. Stigmata totidem truncato-peltata. Fructus non suppetit. — Crescit prope Jalapam Mexicanorum.

19. B. MONTANA Adr. Juss. l. c. 340. — Foliis anguste ovatis subacutis, utrinque tomentosis mollibus; calyce 10-glanduloso obliquo; ovario hirsuto biloculari; stylo simplici, apice bifido. ♃ — Arbuscula ramis novellis tomentoso-velutinis angulosisque, serius pulverulentis, adultis glabratis teretibus. Folia anguste ovata (quae in specimine unico suppetente pauca adsunt, poll. 1½–¾ longa, ½–¼ lata), apice et basi interdum subacuta, tomento supra velutino virentia, subtus densiori potius albicantia, mollia, petiolo lin. 2 longo tomentoso; stipulae dimidio breviores, ipsi intus basi utrinque adnatae et sic quasi axillares, lineares acutae, introrsum glabrae. Racemi axillares breves (non pollicares), axi pedicellisque tomentosis, his subsessilibus, lin. 2 longis, crassis, basi bracteatis, bractea ipsos aequante vel paullo breviori subulata, latere utroque bracteolatis, bracteolis conformibus vixque brevioribus, altera basi et latere glandulifera. Calyx 10-glandulosus, glandulis latis et prominentibus, lacinias lineam longas semiellipticas, extrorsum hirsutas fere obtegentibus. Petala 2–3plo longiora, breviter unguiculata, limbo basi emarginato dentatoque, caeterum suborbiculari integro concavo,

valde inaequalia (2 majora, 2 intermedia, quintum minus), glabra lutea. Stamina supra calycem paullisper exserta, filamentis glabris supra medium in tubum ventricosum coalitis, antheris glabris, exterioribus opositipetalis latis, basi et apice emarginatis, interioribus magis elongatis angustatisque. Ovarium conoideum hirsutum biloculare. Stylus ipsum continuans crassus, e duobus connatis, apice tamen distinctis et in stigma discoideum dilatatis. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

20. B. (MALPIGHIA Jcq. Americ. 136. t. 177. fig. 41.) ODORATA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. V. 153. — DC. l. c. 582. no. 12. — Foliis ovatis emarginatis, utrinque tomentosis; racemis oppositis; stigmate 2–3-fido. ♄ — Flores flavi suaveolentes. — Crescit in fruticetis Carthagenae.

21. B. PILOSA H. B. Kth. l. c. 154. — DC. l. c. 581. no. 6. — Foliis subsessilibus oblongis acutis, basi rotundatis, supra pilosis, subtus ramulisque hispido-pilosis et canescentibus, marginem versus 7–9-glandulosis; racemis simplicibus; pedicellis uniglandulosis. ♄ — Crescit prope Turbaco Novo-Granatensium.

† *Species vix notae.*

22. B. CUMANENSIS Don in Loudon, Hort. Brit. ex Adr. Juss. l. c. 341. — Frutex sempervirens decempedalis flaviflorus. — Crescit.....?

23. B. (MALPIGHIA Jcq. Americ. 137.) GRANDIFOLIA Adr. Juss. l. c. — Foliis lanceolato-oblongis integris; pedunculis axillaribus racemoso-corymbosis. ♄ — Folia pedalia; flores lutei. — Crescit in sylvis insulae Martinicae.

24. B.? LAXIFLORA Gardn. in Hook. Lond. Journ. of bot. I. 168. — Erecta glaberrima: foliis ovatis acutiusculis membranaceis nervosis reticulatis eglandulosis; racemis lateralibus terminalibusque laxis aphyllis folio duplo fere longioribus; pedicellis infra medium bibracteolatis. ♄ — Prope Rio de Janeiro.

†† *Species exclusae.*

B. BRACTEATA Adr. Juss. = DICELLA OVATIFOLIA.
B. EGLANDULOSA Adr. Juss. = ECHINOPTERYS LAPPULA.
B. MULTIFLORA Hook. et Arn. = HELADENA AUSTRALIS.
B. PALUSTRIS Poepp. = BURDACHIA PRISMATOCARPA.
B.? PANICULATA DC. = TRIOPTERYS OVATA.

XI. ECHINOPTERYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. nat. III. 342. t. 9.)

Calyx 5-partitus eglandulosus. Petala longiora unguiculata, limbo subintegro pubescente, inaequalia. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis basi in tubum coalitis, antheris hirsutis. Styli 3, in unum triquetrum coaliti, singuli apice in stigma ovatum inflati. Ovarium dense villosum trilobum verruculosum triloculare. Fructus solubilis in carpella 3 indehiscentia, dorso pluriseriatim lappulaceo-echinata. — Frutex Mexicanus foliis suboppositis aut alternis brevibus, stipulis setaceis. Racemi terminales, pedunculis basi bracteatis, apice cum pedicello articulatis ibidemque bibracteolatis. Flores flavi.

1. E. LAPPULA Adr. Juss. l. c. — Foliis suboppositis aut alternis parvis, basi acutis acuminatis. ♄ ∽ — Frutex dumiformis 4–5-pedalis, ramis volubilibus, junioribus puberulo-incanis, adultis glabratis, cortice lenticellis minutis notato. Folia subopposita vel pleraque alterna ovata parva (poll. 1–½ longa, ⅔–⅓ lata), basi acute ut et apice vel etiam saepius acuminata, pilis adpressis puberula, subtus frequentioribus, tenuia fragiliaque, petiolo lin. 2–1½ longo, stipulis brevibus acutis. Racemi in ramis vel frequentius ramis lateralibus terminales, pedunculis incano-puberulis, floriferis lineam longis, basi bracteatis, apice cum pedicello duplo longiori gracili articulatis et bibracteolatis; bracteolae ovato-lanceolatae, basi (altera praesertim) glanduloso-incrassatae (vix tamen glanduliferae dicendae). Calyx eglandulosus 5-partitus, laciniis ovatis (semilineam longis) sericeo-pubescentibus. Petala duplo longiora unguiculata, limbo subrotundo concavo integro, intense

flava et extrorsum sericeo-pubentia inaequalia, quintum majus erectum. Stamina 10, filamentis calyce brevioribus, inferne in tubum coalitis, superne latis et hirsutis, antheris dense hirsutis, loculis subdistinctis connectivo compresso longioribus. Ovaria 3 in unum sericeo-villosum coalita, villis superne circum styli basin elongatis, singula oblongo-ovata, dorso verruculosa et apice papillis paullo longioribus hirta. Styli 3 in unum coaliti, glabrum, triquetrum, apice tridentatum, dentibus reflexis, singulis in stigma ovatum desinentibus, demum facile solubiles et complanato-cuneiformes. Fructus (immaturus suppetens) lappulaceo-echinatus, echinis mollibus hispidis, in dorso cujuslibet carpelli per series (ut videtur 5) obscure digestis. — *Bunchosia eglandulosa* Adr. Juss. mss. — Crescit in Mexico.

XII. DICELLA *Griseb.*

(Griseb. Linnaea XIII. 249. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 343. t. 9.)

Calyx profunde 5-fidus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala longiora unguiculata inaequalia extrorsum sericea. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis basi in tubum hirsutum coalitis, antheris villosis. Styli 2 breves, apice uncinato hinc stigmatiferi. Ovarium biloculare. Fructus calyce persistente et ampliato stipatus, pericarpio lignoso drupaeformis, angulo prominente longitrorsum costatus, abortu vulgo unilocularis. — Frutices Brasilienses scandentes, foliis oppositis integerrimis, petiolo basi dilatato, minutissime bistipulato. Racemi plerumque trichotomi ramosi et inde potius cymaeformes, terminales vel axillares (ramulos laterales plerumque aphyllos terminantes), pedunculis floriferis basi bracteatis et apice bibracteolato cum pedicello articulatis, bractea bracteolisque magnis folioliformibus, his primo valvatim circa alabastrum occlusum conniventibus. Flores flavi (an semper?).

1. D. (BUNCHOSIA Mart. Herb.) HOLOSERICEA Adr. Juss. l. c. 344. — Foliis lanceolato-acuminatis, subtus sericeo-argenteis tenuibus; fructu.....? ♄ ∪ — Rami summi, pube brevissima sericea albicantes vel pallide flavidi. Folia oblonga lanceolato-acuminata (poll. 5–4 longa, 1¾–1⅓ lata), acumine acutissimo, adulta supra omnino glabrata, subtus pube adpressa brevi sericea argenteo-renitentia, petiolo semipollicari, similiter sericeo, basi dilatata cum opposito in annulum confluente, unde stipulae brevissimae squamuloideae oriuntur. Inflorescentia generis, in qua ramuli laterales floriferi vulgo foliis 2 oppositis abbreviatis tantum (nec bracteaeformibus) instructi, folio breviores; bracteae bracteolaeque late ovatae, apice acutae. Flores omnino ut in *D. ovatifolia*, sed paullo majores, pallide flavi. Fructus non suppetit.

   β. argentea: Foliis pube densiori subtus argenteis brevioribus latioribusque et inde potius cum acumine breviori ovatis.

   Crescit in Brasilia australi in sylvaticis prope Parapitinga prov. Sti. Paulli.

2. D. OVATIFOLIA Adr. Juss. l. c. 345. t. 9. — Foliis ovatis acuminatis glabris petiolatis, subtus adpresse puberulis tenuibus; racemis saepius corymbiformibus; bracteis ovatis magnis; stylis apice distinctis. ♄ ∪ — Frutex scandens, ramis pube brevi albida sericeis. Folia poll. 4–2 longa, 2–1 lata, ovata acuminata integerrima, supra glabra et lucida, subtus pilis adpressis conspersa in folio juniore inde sericeo-nitente approximatis, in adulto inde quasi glabrato, inter se distantibus, petiolata, petiolo semipollicari sericeo-pubescente, ad basin bistipulato, stipulis minutissimis vixque conspicuis et deciduis. Inflorescentiae terminales et axillares, circiter pollicares oppositi- et pauciflorae racemosae vel pedunculis inaequaliter elongatis corymbiformes; pedunculi pube densa sericei, floriferi lin. 3 longi, singuli basi bracteati, apice cum pedicello subaequali articulati et infra articulum bibracteolati, bractea pedunculo aequalis longiorve ovata acuta, extrorsum sericea, introrsum glabra et discolor, in primo praefloritionis stadio cum bractea opposita valvatim contigua floresque duos oppositos involvens, bracteolae conformes concoloresque sed multo minores, similiter in praefloratione contiguae floremque involventes. Calyx lin. 2 longus, profunde 5-fidus, laciniis conniventibus

ovato-acutis, introrsum glabris, extrorsum sericeo-hirsutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis lineam longis crassis prominentibus ellipsoideis, ad latera anfractuosis, praefloratio valvata. Petala calyce duplo longiora reflexa, brevissime unguiculata, anguste et oblique ovata vel obovata subinaequilatera, tenuissime denticulata, extrorsum sericeo-hirsuta nervoque medio prominente subcarinata, inter se inaequalia dissimiliaque (in praefloratione interius idemque axin inflorescentiae spectans caeteris longius profundiusque denticulatum, intermedia autem paullo latiora). Stamina 10, 5 petalis opposita alternis exteriora, inter se subinaequalia, filamenta calycem superantia subulata, inferne coalita in annulum extrorsum hirsutum, caeterum glabra, antherae breves lineari-obovatae, basi pilosiusculae, loculis flavescentibus connectivo rubro glanduliformi adnatis, pollen (aquae immersum) globosum, laeve, addito acido, ampullas in ambitu plures emittens. Ovarium ovatum hirsutum biloculare, loculis uniovulatis, ovulo uncinato pendulo. Styli 2 breves, basi inter se confluentes, apice subdilatato complanatoque hinc (quoad inflorescentiae axin extrorsum) in unicum brevem porrecti, inde puncto flavo glanduloso notati. Fructus non suppetebat. — *Bunchosia* (*Dicella* Griseb. Linnaea XIII. 250.) *bracteosa* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. meridion. III. 69. t. 177. — Crescit in Brasilia in sylvis juxta Contendas in parte occidentali desertaque provinciae Minas Geraës (vulgo Sertaõ).

3. **D. LANCIFOLIA** Adr. Juss. Archiv. du Mus. d'hist. nat. III. 345. t. 9. — Foliis lanceolatis, subtus adpresse puberulis tenuibus; fructu ovato putaminiformi, lacinias calycinas triplo superante. ♁◡ — Frutex scandens, ramis junioribus adpresse puberulis, adultis glabratis. Folia lanceolata (poll. 3–2 longa, 1–⅔ lata), apice subacuminato acutiora quam basi, supra glabra, subtus pallidiora, pilis minutissimis adpressis puberula et reticulato-venosa, petiolo semipollicari gracili puberulo, minutissime juxta apicem biglanduloso. Specimina fructifera tantum suppetunt, in quibus fructus ramulos axillares terminant, pedicellis insidentes dispositis, ut videtur, in racemum pauciflorum et abortu tantum 1–3-carpum, cum pedunculo subaequali articulatis, bracteis bracteolisque jam lapsis, stipati calyce 5-partito, laciniis oblongo-ovatis (lin. 4–5 longis) rigidiusculis reticulato-venosis puberulis, 4 basi biglandulosis, pisi mediocris magnitudine (diametro et altitudine ultrapollicari??) sicci putaminiformes ovati, superne angulo acuto crista formi utrinque elevati, pube sericea brevi adpressa conspersi hinc inde detersa, apice duplicis styli originem servantes, intus biloculares, loculi alterius et seminis inclusi abortientium vestigiis tantum remanentibus. Pericarpium fibroso-lignosum lin. 1½ crassum pellicula (endocarpio) vestitum intus spongiosa laevi nitente, quae loculis interponitur. Semen ex apice loculi pendens subglobosum, apice in mamillam attenuato, integumento duplici conglutinato membranaceo, cotyledonibus subinaequalibus, juxtapositis, carnosis crassissimis, basi in lobulum brevem reflexis, apice crasse biauriculato (unde mamilla) radiculam amplectentibus brevem conicam superam. — Crescit in Brasiliae provincia Goyaz in ripa fluvii Piloens et circa Cubaja in prov. Matto grosso.

4. **D. (THRYALLIS** Mart. Herb.) **MACROPTERA** Adr. Juss. l. c. 346. — Foliis ovas acutis glabratis reticulato-venosis coriaceis; fructu nuciformi, laciniis calycinis ipso longioribus quasi 5-alato. ♁ — Rami juniores, pube adpressa sericea brevi cinerascentes, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 2½–1¾ longa, 1¼–⅘ lata), apice sensim in acumen acutum angustata et quasi lanceolata, juniora subtus pube adpressa cinerea serius secus nervum medium persistente, sericea, adulta glabrata, tenuissime reticulato-venosa, reticulo subtus prominulo cumque nervo marginali confluente, coriacea, petiolo arcuatim reflexo semipollicari sericeo, ad basin dilatato inque novellis cum opposito confluente, stipulis vix conspicuis. Racemi terminales et ad summa folia magis ac magis imminuta et demum bracteaeformia axillares, inde quasi compositi et cymaeformes, pedunculi diversorum ordinum cinereo-sericei, communes angulati vel compressi, floríferi lin. 2 longi, bractea ad basin bracteolisque 2 apice instructi triente vel duplo longioribus obovatis,

extrorsum cinereo-puberulis, introrsum glabris, cum pedicello duplo longiori et post anthesin elongato articulati. Calycinae laciniae sericeo-pubentes, 3 biglandulosae, post anthesin glabratae et ampliatae. Petala jam lapsa deerant. Staminum filamenta in tubum inferne coalita et extrorsum hirsuta, antherae connectivo atrato, supra clavatim producto, loculis flavis hirsutis. Ovarium conoideum, pilis longissimis adpressis sericeo-villosum biloculare. Styli 2 breves, a basi ad apicem oblique truncatum incrassati, introrsum canaliculati, pilis adpressis magnis pubentes. Fructus stipatus calyce admodum elongato cujus laciniae oblongo-obovatae (poll. 1¼–⅔ longae, lin. 5–3 latae) glabrae reticulato-venosae inaequales (eglandulosa brevior, duae oppositae maximae), inde quasi 5-alatus, junior pube cinerea sericeus, adultior glabratus nuciformis globosus, angulo prominente longitudinali in hemisphaeras duas divisus, praeter angulos nonnullos similiter longitrorsum a styli basi excurrentes sed magis obsoletos. In quibusdam tertii styli rudimentum existere videtur. — Crescit in Brasilia.

XIII. HELADENA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 347. t. 10.)

Calyx 5-partitus, laciniis 4 biglandulosis, glandulis peltatis stipitatis. Petala longiora unguiculata fimbriata, extrorsum pubescentia. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis inferne dilatatis et coalitis. Styli 3, primum in unum adglutinati, serius distincti, inaequales (duo breviores), in stigma truncatum apice incrassati. Ovario 3 in unum trigonum sericeo-pubens connata. Fructus conflatus e carpellis 3 cohaerentibus, dorso medio longitrorsum et brevissime cristatis indehiscentibus? — Frutices Brasilienses: foliis oppositis, vulgo ad basin obsolete 2-4-glanduloso-dentatis, caeterum integerrimis glabris coriaceis, petiolo brevi basi bistipulato, stipulis subinterioribus subulatis. Rami laterales diphylli racemosim floriferi, pedunculis basi bracteatis, apice aut infra apicem cum pedicello articulatum bibracteolatis. Fores lutei aut albi.

1. H. AUSTRALIS Adr. Juss. l. c. 348. — Erecta glaberrima: foliis ovatis acutiusculis membranaceis nervosis reticulatis, ad basin utrinque uniglandulosis; racemis elongatis multifloris diphyllis folio duplo longioribus; pedicellis medio bibracteatis. ♁ — *Bunchosia multiflora* Hook. et Arn. Bot. Miscell. III. 157. — Crescit ad Corrientes.
2. H. (HIRAEA Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Bras. merid. III. 13.) BUNCHOSIOIDES Adr. Juss. Archives du Mus. III. 348. t. 10. — Foliis ovatis acutis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis subsessilibus; racemis strictis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis lacerato-fimbriatis; fructu.....? ♁ — Rami juniores pilis raris adpressis puberuli, adulti teretes glabrati. Folia (poll. 3 longa, 1½–2½ lata) ovata acuta integerrima (praeter dentes 2–4 obsoletos glandulosos), supra lucida reticulato-nervosa, nervis subtus prominulis, coriacea, brevissime petiolata, petiolo ad basin bistipulato, stipulis brevissimis setaceis. Racemi in ramulis lateralibus terminales, 1–2-pollicares stricti, pedunculo rami, quem continuat instar puberulo, pedicellis lin. 2–3 longis, sericeo-puberulis, basi unibracteatis et praeterea circa medium opposite bibracteolatis. Calyx 5-partitus, laciniis erectis, basi extrorsum utrinque glandulosis, glandula compresso-obconica, epidermide albicante vestita, lin. 2 longis, ellipticis ciliolatis. Petala calyce duplo longiora, inter ipsius lacinias reflexa (quintum erectum) inaequalia unguiculata, limbo obovata totoque margine lacerato-fimbriata tenuia lutea, praefloratio convolutiva vel contorto-convolutiva. Stamina 10, calyce longiora, filamenta basi ima coalita in urceolum brevem hypogynum extus cum calyce concretum, complanata petalis alterna oppositis paullo longiora et latiora, antherae parvae subrotundae bilobulares, loculis introrsum longitrorsum dehiscentibus inter se connexis ope connectivi dorsalis glanduliformis, cujus basi filamenti apex attenuatus adnectitur, pollen globosum laeve, poris pluribus dehiscens. Ovaria 3, inter se in unicum trilobum facie interna coalita, extrorsum convexa et demum angulata villosa,

singula uniovulata, ovulo pendulo, longitrorsum plicato. Styli totidem breviusculi, fasciculatim erecti glabri, introrsum canaliculati, singuli in stigma glandulosum apice incrassati. Fructus.....? — Prope vicum Formigas in parte deserta prov. Minas Geraës vulgo Sertaõ in Brasilia.

3. **H. ALBIFLORA** Adr. Juss. l. c. 349. — Foliis ovatis, in acumen acutum desinentibus, basi 2–4-glanduloso-denticulatis glabris, brevissime petiolatis; pedunculis floriferis longiusculis, infra apicem bibracteolatis; floribus albis. ♁ — Rami juniores pilis mollibus albis parce conspersi, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 3½–2 longa, 2–1 lata), apice gradatim aut abrupte in acumen breve acutissimum desinentia integerrima, praeter denticulos 2–4 ad basin marginis glandulosos utrinque glabra, supra lucida, subtus nervis prominulis reticulata et punctulis albidis minutissimis obsita coriacea, petiolo lin. 2–1 longo, stipulis 2 setaceis vix brevioribus instructo. Racemi in ramulis lateralibus diphyllis, folio longiores, pedunculi diversorum ordinum pilis mollibus albidis adpressis conspersi, communes angulati dellexi, floriferi lin. 3–4 longi, basi bracteati et juxta vel supra medium bibracteolati, bracteolis alternis bracteisque brevibus ovato-acutis ciliatis glabellis, cum pedicellis triplo brevioribus articulati. Calycinae laciniae ellipticae sesquilineam longae, superne ciliatae, caeterum glabrae 4 biglandulosae, glandulis breviter stipitatis peltatis. Petala triplo longiora, unguibus filiformibus reflexis, limbo inferne fimbriato, extrorsum puberulo, alba. Stamina calyce longiora, filamentis complanatis, basi inter se coalitis, extrorsum puberulis, antheris suborbiculatis, quarum loculi pilis paucissimis conspersi connectivum ipsis minus et intensius flavidum marginant. Ovaria 3 in unum trisulcum et trigonum albido-pilosum coalita. Styli 3 inaequales (duo breviores) primo in stigma luteum obtusum obliquum apice incrassati, serius truncati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

4. **H. BIGLANDULOSA** Adr. Juss. l. c. — Foliis late lanceolatis, in acumen mucronulatum desinentibus glabris; petiolo longiori biglanduloso; pedunculis floriferis brevibus apice bibracteolatis; floribus.....? ♁ — Rami juniores angulati, pube brevissima albidi, adulti teretes glabrati. Folia late lanceolata (poll. 5–3 longa, 2–1½ lata), in acumen mucronulatum desinentia integerrima, utrinque glabra, supra lucida, subtus nervis vix prominulis reticulata pallidiora punctulisque albidis minutissimis (lentis ope tantum conspicuis) obsita coriacea, petiolo lin. 6–3 longo, ad apicem biglanduloso basique bistipulato, stipulis acutis subinterioribus. Ramuli racemosim floriferi axillares, folio breviores, foliis 2 abbreviatis vulgo instructi, ibidem interdum bipartiti, non raro geminati, pedunculi diversorum ordinum pube brevi adpressa albicantes, floriferi lineam longi, basi bracteati et apice bibracteolati, bracteis bracteolisque subulatis, basi glanduloso-incrassatis glabellis et in sicco nigricantibus, cum pedicellis subaequalibus articulati. Calycinae laciniae oblongo-ovatae (lineam longae) ciliatae 4 biglandulosae, glandulis stipitatis deflexis. Petala duplo longiora, ungue filiformi, limbo inferne fimbriato (quintum paullo longius, totum fimbriatum), medio extrorsum puberula. Stamina calyce longiora, filamentis dilatato-complanatis, inferne coalitis, extrorsum vix puberulis, antheris cordatis. Ovarium trilobum, lobis carinatis, parce puberulum. Styli 3, primo inter se conglutinati, serius distincti glabri, stigmate capitellato terminati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia.

XIV. **THRYALLIS** *Martius.*

(Martius, Nov. gener. et spec. plant. Brasil. III. 77. t. 230. 231. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 350. t. 10.)

Calyx 5-partitus eglandulosus. Petala calyce breviora aut paullo longiora. Stamina 10, omnia fertilia glabra, filamentis brevibus, basi ima coalitis, antheris oblongo-subquadratis. Styli 3 stigmate oblique capitato terminati. Ovaria totidem in unum trigonum coalita. Fructus calyce persistente ampliato et longiore stipatus, conflatus e carpellis tribus angulatis, dorso

medio superne breviter cristatis et latere varicoso-nervosis, demum inter se solubilibus, indehiscentibus. — Frutices Brasilienses scandentes, in partibus novellis, foliis, inflorescentiis floribusque pilis stellatis farinosi. Folia opposita integra, petiolo ad apicem glandulis 2 tomentosis instructo basique bistipulato. Racemi terminales et ad foliorum summorum axillas interdum abortientium, inde quasi paniculati, pedunculi floriferi breves bracteati et apice bibracteolato cum pedicello longiori articulati. Flores flavi.

1. **THR. LONGIFOLIA** Martius l. c. 78. t. 230. — Foliis oblongo-lanceolatis acutiusculis, basi rotundatis, subtus canescenti-tomentosis, petiolis versus basin biglandulosis, glandulis oblongis. ♄☋ — Planta 8–10-pedalis. Rami suboppositi et opposite ramulosi. Ramuli teretes ad divisiones nonnihil intumidi rigiduli teretes tecti epidermide castanea, tandem longitudinaliter rimosa et detractili, juniores laxe adspersi pilis stellatis indeque scabrelli. Folia decussato-opposita 2–6 poll. distantia petiolata oblongo-lanceolata acutiuscula, subtus nervo venisque intra marginem anastomosi combinatis paullo prominentibus notata ibique tomento cano-virescenti obducta, superne glabra et saturate viridia. Petioli semipollicares et breviores teretiusculi, superne tenui sulco exarati, uti foliorum pagina inferior stellato-tomentosi indeque canescentes, apice utrinque aucti appendicula lineari-oblonga glandulosa stellato-tomentosa. Pubes omnium harum partium conformata e squamulis albis semipellucidis in radios quinque sex pluresve patentes sectis. Racemi in apice ramulorum et ex alis foliorum indeque subterni, inferiores folia aequantes, superioribus longioribus. Pedunculus strictiusculus stellato-pubescens, pedicelli subopposito patentes vel cernui unguiculares filiformes stellato-pubescentes, ad basin articulati ibique bibracteolati, bracteolis subulatis. Calyx extus tenerrime stellato-pilosus in alabastro globosus arcteque imbricatus, laciniis parum inaequalibus ovato-lanceolatis obtusis, ad basin usque discretis oblongis, dorso nervosis, fructifer tandem horizontaliter patens et exarescens. Corolla pulchre flavida. Petala patentissima, lamina concava crenulata, intimum longiore et carnosiore ungue praeditum. Stamina 3 lin. longa, filamentis subulatis, antheris obtusis subquadratis, dorso extus versus apicem glandulosis pallidis. Ovarium trilobum pubescens. Styli tres filiformes, sursum nonnihil incrassati atque in stigmata simplicia capitata abeuntes. Fructus calyce ampliato involutus, saepe adstantibus adhucdum intra illum petalo supremo longius unguiculato staminibusque; drupa trigona tricocca canescens 3–4 lin. lata, $1\frac{1}{2}$–2 lin. alta, tandem solubilis in coccos 3 duriusculos inaequaliter rhombeos, faciebus duabus commissuralibus minoribus, exterioribus nonnihil rugulosis atque dorso crista obtusa perpendiculari carinatis. Semina saepe abortiva. — Crescit in Brasiliae sylvis „Cattingas“ in vicinia montis Sancti provinciae Babiensis.

2. **THR. LATIFOLIA** Mart. l. c. 79. t. 231. — Adr. Juss. l. c. t. 10. fig. 14. — Foliis late ovalibus obtusis vel emarginatis, basi subcordatis, subtus albo-tomentosis, petiolis apice intra foliorum basin biglandulosis, glandulis hemisphaericis. ♄☋ — Praecedente robustior, 8–10-pedalis, ramis oppositis ramulisque teretibus albo-tomentosis. Folia opposita, paribus 2–5 poll. distantibus, quam in praecedente majora 4–5-uncialia, 3–4 uncias lata, late ovata obtusa, apice saepe emarginata, superne obscure viridia, subtus, ubi nervi et venae valde prominent, densissime albo-tomentosa. Petioli fere unciales semiteretes, superne sulco lato exarati albo-tomentosi, ubi in folia intrant utrinque glandula minuta hemisphaerica instructi pariter ac illa tomentosi, in axillis gemmulas nudas foventes. Flores simpliciter vel composite racemosi, racemis in ramulis terminalibus vel ex axillis foliorum superiorum. Pedunculi, pedicelli bracteolaeque uti in praecedente. Calyx fructifer dilatatus horizontaliter patens sesquiunciam fere latus, ad basin usque divisus in lacinias oblongas obtusiusculas dorso nervosas stellato- et sublepidoto-tomentellas. Corolla non visa est. Stamina praecedentis. Drupa tricocca, coccis ad latera evidentius rugulosis et in dorso carina prominente munitis. Semen non visum est,

sed cavitas repleta erat substantia spongiosa alba transversim striata inter quam passim cavum hiat irregulare. — Crescit in Brasilia prope Soteropolin ad canalem „Dique" dictum.

3. THR. BRACHYSTACHYS Lindl. Bot. Regist. t. 1162. — Foliis ovato-lanceolatis subtus albidis; racemis subpaniculatis folia subaequantibus. ♂ ♡? — Rami scandentes teretes cinerei dense pubescentes. Folia opposita acuminata, basi subcordata, dorso utrinque glandulosa, undique pilis stellatis velutina, supra glauca, inferne albida. Stipulae nullae. Racemi paniculati axillares terminalesque foliis non multum longiores, undique dense velutini. Bracteae subulatae deciduae. Calyx irregulariter quinquepartitus corollae fere longitudine persistens, limbo sub anthesi revoluto. Petala 5 longe unguiculata subrotundo-cordata erosa luteo-aurantiaca. Stamina 10. Ovarium triloculare tristylum. Pericarpicum siccum inappendiculatum calyce persistente inclusum triloculare, placentis tribus magnis fungosis. Semina.....? — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

† *E genere excludendae.*

THR. BRASILIENSIS Linn. = GALPHIMIA BRASILIENSIS.
THR. MACROPTERA Mart. = DICELLA MACROPTERA.

§. II. NOTOPTERYGIEAE seu BANISTERIEAE Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 353.

Stamina omnia fertilia, rarius quaedam sterilia. Styli 3 liberi, rarius unius aut alterius abortu 2-1. Fructus solubilis in samaras toro brevi pyramidali oblique accumbentes, in quibus alae laterales aut breviores aut nullae, dorsalis interdum ipsa brevis et cristaeformis, vulgo elongata, margine altero (saepius postico) tenuiori. — Caulis arborescens aut frutescens, plerumque scandens.

XV. LOPHOPTERYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 353. t. 11.)

Calyx quinquefidus, laciniis 4 medio extrorsum uniglandulosis. Petala.....? Stamina 10, filamentis basi dilatata inaequaliter coalitis, antheris.....? Ovaria 3 subdistincta, dorso tricostata, sub apice introrsum stylifera. Stigmata.....? Carpella 3 (1-2 saepe abortiva) indehiscentia, crista lineam mediam marginante superata, latere costata. — Arbor? Guianensis: foliis magnis integerrimis petiolatis, eglandulosis. Racemi axillares et terminales, abortu supremorum foliorum compositi, pedicelli basi cum pedunculo communi articulati, sub articulo extrorsum bracteati et interius lateribus bibracteolati.

1. L. SPLENDENS Adr. Juss. in Deless. Icon. pl. rar. III. 18. t. 29. et Archives du Mus. d'hist. natur. III. 354. t. 11. fig. 15. — Foliis obovatis acuminatis, supra lucidis, subtus aurato-sericeis, petiolatis. ♂ — Rami crassi tomento rufo-sericei. Folia magis minusve anguste obovata, acuminata (poll. 8-5 longa, 3½-1¾ lata), supra glabra et lucida, subtus pube tenui densa aureo-sericea nervisque prominentibus reticulata coriacea, petiolo lin. 6-9 longo crasso, limbo decurrente angulato, supra canaliculato, sericeo-pubente. Racemi foliis paullo breviores, pedunculus communis crassus sericeo-pubens, sub insertione pedicellorum costato-angulosus ibidem bracteatus, bracteis lin. 2-3 longis subulatis, pedicelli paullo longiores crassi, similiter sericeo-pubentes subsessiles, bracteolis bractea triplo brevioribus ovato-acutis. In speciminibus suppetentibus fructificatio magis minusve provecta petalis antherisque lapsis. Calyx cupulaeformis, laciniis lineam longis eaque paullo latioribus acutis, tomentoso-sericeus, basi quadriglandulosus; glandulae magnae laciniis oppositae (lacinia eglandulosa extrorsum quoad axin inflorescentiae spectante) et adnatae, sursum dilatatae striatae. Filamenta 10, basi

(quae sola inter exuvias perstitit) dilatata et inaequaliter coalita glabra. Ovaria 3, fere (dum maturescunt) distincta, dorso tricristata, cristis lateralibus hebetibus, media acutiori longiori usque ad styli ortum producta, tomento brevi rufo sericea. Stylus infra apicem introrsum enatus, basi dilatatus et villosus. Stigma cum parte styli superiori jam ceciderat. Fructus (nondum perfecte maturus) compositus e carpellis 3 (quorum 1–2 saepe abortiva) divergentibus ovato-angulosis, semipollicem latis paulloque longioribus, ala angusta seu potius crista (vix lin. 2 lata) superatis, (quae circa medium dorsum incipiens circa medium ventrem desinit ad styli partim persistentis et subhorizontalis ortum), latere utroque costa prominente obliqua e qua costulae subverticales deorsum excurrunt, instructis, incrassatis, tomento brevi denso rufescentibus, pericarpio fere omnino lignoso indehiscente. Semen (immaturum) appensum, hilo lato affixum, saccis duobus constans, quorum interior membranaceus tenuior, in uncum inferne desinens interiori crassiori intus replicato vestitus eidemque ad apicem tantum adhaerens, embryonem incurvum cotyledonibus replicatis praenotat. — Crescit in Guiana.

XVI. BRACHYPTERYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 355. t. 11. fig. 16.)

Calyx 5-partitus, laciniis 4 basi glandulosis. Petala calyce longiora, unguiculata inaequlia. Stamina 10, nunc subaequalia, nunc (fere ut in *Stigmaphyllo*) inaequalia, filamentis basi connatis, antherarum connectivo glanduliformi magis minusve ampliato. Styli 3 divaricati, apice extrorsum in appendiculam majusculam foliaceo-dilatatam vel unciformi-compressam producti, introrsum papilla stigmatica discolori instructi. Ovaria 3 inter se introrsum coalita, dorso gibbosa. Fructus conflatus e carpellis 3 aut abortu paucioribus, apice in cristam brevem compressis. — Frutices Americani littoris marini incolae: ramulis planis ancipitibus sarmentosis, volubiles. Folia opposita, integerrima (an semper?) petiolata, minutissime bistipulata. Inflorescentiae umbelliformes, umbellis 3-8-floris, nunc ramos, nunc ramulos laterales foliis tantum duobus parvis involucrantibus apice instructos, terminantibus, pedunculi floriferi subnulli, pedicelli longiusculi, basi articulati, sub articulo bractea extrorsum, ad latus utrumque bracteola stipati. Flores lutei, croceo interdum maculati.

1. BR. AUSTRALIS Adr. Juss. in Deless. Icon. select. pl. rar. III. 20. t. 34. et in Archives du Mus. d'hist. natur. III. 356. — Ramulis ancipitibus; foliis ovatis subcordatis integerrimis glaberrimis glaucescentibus, breviter petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris breviter cristatis. ♁⌒ — Radix horizontalis. Caules 1–1½-pedales, rami juniores compresso-ancipites et pilis brevissimis sericeo-albidi, adulti fere teretes et glabrati. Folia poll. 2½–2 longa, 1½–1 lata ovata, saepe subcordata integerrima, supra viridia, subtus discoloria et incano-glaucescentia (praeter nervum medium subtus ramulorum et petiolorum instar sericeo-pubentem) glaberrima, breviter petiolata, petiolo supra canaliculato et apice biglanduloso, glandulis impressis discoloribus, bistipulata, stipulis foliorum oppositorum in intrapetiolarem acutam brevem conniventibus. Inflorescentia umbelliformis, umbella terminali 4–8-flora, in qua flores revera geminatim oppositi inferioresque citius superioribus evoluti, pedicelli semipollicares sericeo-pubentes angulati, basi articulati et infra articulum extrorsum bractea brevi, lateribus bracteola duplici stipati. Calyx 5-partitus, laciniis lin. 1½ longis, obtuse ovatis, extrorsum puberulis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus. Petala fere semipollicaria unguiculata, ungue calycem paullulum superante, limbo orbiculari vel ovato inaequilatero lacero-dentato, reflexa, inter se inaequalia dissimiliaque, lutea. Stamina 10, calycem pleraque superantia, 5 petalis opposita breviora, 5 alterna subinteriora, omnia valde inaequalia dissimiliaque, 3 scilicet petalo interiori respondentia multo minora eaque effoeta, filamenta glabra, inferne inter se in tubum oblique coalita, tria caeteris crassiora, e quibus duo staminibus obortivis vicina laciniisque calycinis alterna, tertium oppositum, antherae

connectivo glanduliformi, in abortivis parvo, in caeteris magis minusve ampliato et interdum difformi, loculosque oblongos disjunctos nunquamne abortivos?) introrsum adnatos gerente. Ovaria 3 brevia, staminibus majoribus opposita, facie interna in unicum trilobum coalita hirsuta, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes glabri, apice extrorsum in appendiculam foliaceam acutam concavam staminisque oppositi antherae incumbentem dilatati, introrsum stigmatiferi, stigmate glanduliformi lutescente. Fructus non suppetit. — *Stigmaphyllon Paralias* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 59. — In arenosis maritimis a lacu Pacuarema usque ad Cabo Frio, in prov. Rio de Janeiro in Brasilia.

2. B. BOREALIS Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 356. t. 11. fig. 16. — Foliis ovato-lanceolatis acutis, subtus pubescentibus, petiolis apice biglandulosis; umbellis terminalibus; fructibus hemisphaericis, alis brevissimis. ♁ — Frutex 1-2-pedalis erectus aut in sarmenta debilia hinc inde propendentia effusus et occasione data scandens. Ramuli in novellis plani nitido-sericei, ut et folia, quae serius glabrata, crasso-carnosa, magis minusve elongata ab ovato fere usque ad lineari-lanceolatum variantia. Umbellae 3-4-florae, ramulos axillares foliis vix aequales terminantes, foliis duobus cordiformibus minoribus involucratae ipsis interdum ex axilla ramulum bifolium et umbellato-quadriflorum emittentibus, pedicelli pollicares gradatim incrassati, basi articulati bracteatique et interius bibracteolati. Stamina non valde inaequalia, antheris omnibus fertilibus, filamentis basi complanatis inter se et cum calyce coalitis. Ovaria ovoidea puberula. Styli stamina superantes, apice introrsum stigmatiferi, stigmate luteo hemisphaerico, extrorsum in appendiculam longiusculam unciformem compressam producti. Carpella duplo triplove ac in praecedente majora, transverse acuteque costata, apice in cristam brevem compressa, pericarpio lignoso crasso. Semen subglobosum, hilo infra apicem laterali, e quo utrinque sulcus descendit cum macula chalazae circumfusa, integumentum duplex membranaceum in chalaza crasssius, radicula brevissima supera cotyledones admodum inaequales, altera scilicet fere totam embryonis massam constituente crassa carnosa, conduplicata, altera minima vix conspicua, orbiculari, priori incumbente inque ejus plica latitante, plumula cotyledone minore paullo minor compresso-conica, apice bilobulata. — *Banisteria ovata* Cav. Dissert. VIII. 429. t. 257. — DC. Prodr. I. 590. no 39. — Vent. Choix des pl. t. 51. A. — *B.? maritima* Rich. in Act. soc. Linn. Par. — *B. picta* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. V. 160. — DC. l. c. no. 33. — *B. Calcitrapa* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 40. — *B.? brachyptera* DC. l. c. 591. no. 43. — *B. brachiata* Willd. — *B. umbellulata* Sieb. Herb. fl. Trinit. 51. — *B. allophila* Sieb. l. c. 52. — Crescit in Guiana, Brasilia boreali, Columbia et in insulis Antillis.

XVII. STIGMAPHYLLON *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 48. et in Archives du Mus. d'hist. naturelle III. 357. t. 12.)

Calyx 5-partitus, laciniis quatuor biglandulosis. Petala 3-4 longiora, unguiculata, plerumque denticulato-ciliata inaequalia glabra. Stamina 10, dissimilia inaequaliaque, 4 subinteriora, laciniis calycinis glandulosis opposita, sterilia aut minora 6, subexteriora, semper fertilia, alterna crassiora et majora eademque stylis opposita, filamenta basi connata, antherae glabrae aut introrsum villosae, connectivo crasso glanduliformi, loculos in 4 subinterioribus aut nullos aut subabortivos gerente. Styli 3 divaricati, apice introrsum papilla stigmatica instructi, extrorsum in appendiculam foliiformem vel rarius unciformem expansi, rarissime tantum compressodilatati. Ovaria tria in unum inter se coalita, dorso gibbosa. Samarae tres aut abortu pauciores, saepe latere cristatae, supra in alam expansae margine antico superiori crassiorem nec raro appendiculatam. — Frutices Americani scandentes, radicibus saepius tuberosis. Folia opposita (nonnumquam in

summis ramis alterna) integerrima dentata vel varie lobata, forma saepe ludentia, interdum ciliata petiolata, petiolo magis minusve elongato biglanduloso, bistipulata, stipulis minutis deciduis. Umbellae in ramis terminales vel saepius in ramulis axillaribus foliorum abortu quasi nudis et pedunculos communes mentientibus, iis ramosis paniculatae, aut saepius semel dichotomis ternae, laterales tunc stipitatae mediaque sessilis et eadem nonnumquam axi elongato racemiformes; pedicelli cum pedunculis subaequalibus basi bracteatis et apice bibracteolatis articulati, plerumque apicem versus incrassati et ante anthesin recurvi. Flores lutei.

§. 1. *Styli apice ultra papillam stigmaticam in appendiculam foliaceam dilatati (exceptis solis St. urenaefolio et angustilobo).*

† Folia lobata aut varie sinuata angulatave aut tantum dentato-ciliata, plerumque forma ludentia.

1. **ST. VITIFOLIUM** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 50. — Griseb. Linnaea XIII. 204. — Foliis pinnato-quinquelobis, lobis acutis dentato-ciliatis cordatis (lobis baseos discretis) glabris, longissime petiolatis, petiolo infra apicem biglanduloso; samarae nudae laeviusculae ala obliqua pollicari pubescente. ♃ ᴗ — Rami flexiles, pilis parvis adpressis puberuli, demum glabrati, atro-rubentes. Folia poll. 3–4 longa, totidem lata, pinnato-quinqueloba, lobis circiter bipollicaribus, basi angustatis, apice acutis, lateralibus valde inaequilateris (latere superiori breviori) et inde obliquis, baseos cordatae lobi discreti, serrato-dentata, dentibus magnis inaequalibus in setas totidem longiusculas deciduas desinentibus, glabra reticulato-nervosa petiolata, petiolo bipollicari, patente puberulo glabratove, infra apicem biglanduloso, glandulis prominentibus supra concavis, bistipulata, stipulis foliorum oppositorum in unam intrapetiolarem brevem bifidam conflatis deciduis. Pedunculi communes (ramuli) axillares, petiolis subaequales subsimilesque, apice floriferi, floribus in umbellas 3 digestis, 8-floras, foliis 2 abortivis involucratas, mediam terminalem sessilem, laterales stipitatas tardius evolutas, pedunculi partiales lin. 1–2 longi, tomentoso-sericei, singuli articulati cum pedicello subaequali obconico, breviter basi bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Fructus tantum suppetunt calyce stipati persistente glabrato 8-glanduloso, glandulis magnis prominentibus, conflati e samaris 3 aut abortu paucioribus, pubescentibus, latere laevibus aut vix rugosis, supra et dorso productis in alam obliquam, pollicarem plus quam dimidio angustiorem, apice obtusam, margine utroque curvilineam, antico infra medium subsinuato crassiorem, tenuissimam undulatamque postico, cavitas loculi laevis oblongo-ovata acuminata, includens semen conforme pendulum, membrana duplici vestitum. — Circa Sebastianopolin in Brasilia.

2. **ST. JATROPHAEFOLIUM** Adr. Juss. l. c. 51. t. 170. — Griseb. Linnaea XIII. 203. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 7. — Foliis palmatim 5–7-fidis partitisve acutis serrato-ciliatis cordatis (lobis baseos divergentibus), glabris petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samarae nudae venosae ala oblonga glabra, pericarpio ter longiori. ♃ ᴗ — Caules humifusi, rami sarmentosi graciles flexuosi, glabri vel pube brevi adpressa rara circa nodos conspersi. Folia opposita palmatim 5–7-partita-fidave, lobis acutis serrato-dentatis (dentibus magnis inaequalibus, in setas totidem longiusculas desinentibus), basi cordata (poll. 2–1 longo, 3–2 lata) glabra reticulato-nervosa membranacea petiolata, petiolo lin. 8–6 longa, pube brevi argentea (quae et in nervis paginae inferioris parcior) adsperso, ad apicem biglanduloso. Pedunculi communes (ramuli) axillares, foliis duplo aut ultra longiores et crassiores petiolis similiter puberuli compressi, apice tantum floriferi, floribus in umbellas tres digestis 6–12-floras, mediam terminalem sessilem, vulgo densiorem, laterales stipitatas tardiusque evolutas (quae non raro deficere videntur, quando ramulus florifer ultra evolutus pedunculi faciem exhibet), folia sub umbella terminali gemina in involucri modum opposita minuta, simpliciter den-

tata (nec palmati-lobata) sessilia, basi subtus biglandulosa, ex axillis stipites emittentia umbellarum lateralium quas subtendunt duo quoque foliola minora, limbo fere subnullo, glandulis tamen magnis, pedunculi partiales breves puberuli, singuli cum pedicello paullo breviori obconico articulati, breviter basi bracteati et praeterea infra articulum bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis lineam longis, obtuse ovatis, dorso medio puberulis, basi (una excepta) biglandulosis, glandulis ovatis complanatis striatis contiguis. Petala calyce triplo et ultra longiora, reflexa, unguc breviori, limbo supra concavo ciliato, inter se dissimilia et inaequalia lutea. Stamina 10 calyce longiora, inaequalia et dissimilia, 3 scilicet majora stylis opposita, 3 cum prioribus alternantia intermedia, 4 minora deformiaque subinteriora, filamenta glabra, inferne in tubum coalita, antherae loculis oblongo-ovatis, connectivo crasso adnatis, valde inaequalibus, nullis tamen sterilibus. Ovaria 3 conoidea, facie interna inter se coalita, dorso puberula et in gibbum brevissimum ultra styli ortum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem compressi latiusculi, stamina paullisper superantes, apice extrorsum in cucullum foliaceum expansi, introrsum stigmatiferi, stigmate glanduliformi parvo, in praefloratione antherae majores cucullis oppositis obtectae. — In lapidosis juxta castrum do Salto non procul a ripis Uruguay, prov. Rio Grande do Sul Brasiliae.

3. **ST. GAUDICHAUDIANUM** Adr. Juss. l. c. 50. — Foliis cordatis (lobis basi discretis) acutis, profunde dentato-ciliatis glabris, longe petiolatis, petiolo infra apicem biglanduloso; samaris pubescentibus, in alam triangularem supra transverse productis. ♁ — Rami flexiles, pilis parvis adpressis puberuli glabrative atro-rubentes. Folia poll. 3–4 longa totidemque lata, profunde cordata, baseos lobi inter se discreti, apice acuta, biserrato-dentata, dentibus magnis acutissimis inque cilium filiforme tandem deciduum productis, utrinque glabra (juniora tamen pilis nonnullis albidis conspersa) reticulato-nervosa, nervis subtus prominulis, petiolata, petiolo 2–3-pollicari patente puberulo vel serius glabrato, infra apicem biglanduloso, glandulis substipitatis truncatis, bistipulata, stipulis brevibus deciduis. Pedunculi communes (ramuli) axillares, petiolis subaequales similesque, apice floriferi, floribus digestis in umbellas 6–12-floras, mediam sessilem citius evolutam, laterales stipitatas, pedunculi partiales lin. 3 longi, pubentes, singuli articulati cum pedicello subaequali crassiori, breviter basi bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis lin. 2 longis, suborbiculatis, extrorsum pubescentibus, basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis magnis crassis prominentibus. Petala semipollicaria unguiculata, unguc inter lacinias calycis reflexo ipsisque longiore crasso, limbo basi subsagittato orbiculato concavo, inaequalia inter se dissimiliaque. Stamina 10 calycem vix superantia, sex subexteriora alternaque crassiora et longiora, quatuor subinteriora minora, filamenta basi coalita, antherae connectivo crasso glanduliformi globoso loculos adnatos introrsum, et in staminibus interioribus minores, gerente. Ovaria 3, introrsum inter se coalita hirsuta, supra styli ortum in gibbum dorso producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem, stamina superantes crassi striati glabri, apice in cucullum foliaceum inaequaliter dilatati, hinc puncto stigmatico discolori notati. — Fructus (immaturus suppetens) conflatus e samaris 3 pubescentibus (junioribus sericeis), latere subrugosis, dorso et apice expansis in alam obtuse triangularem, alis inter se subdivaricatis, margine antico verticali stylis parallelo adpressoque, superiori subhorizontali, inferiori eodemque postico obliquo tenuiori. — *Banisteria cordata* Leandro do Sacramento mss. — Circa Sebastianopolin in Brasilia.

4. **ST. ARISTATUM** Lindl. Bot. Regist. t. 1659. — Foliis glabris sagittato-hastatis angulatis acutis, lobis posticis truncatis margineque passim aristatis, petiolis apice biglandulosis; samaris.....? ♁⌒ — Caulis glaber. Folia ramealia caulinis saepe minora oblonga integerrima. Umbellae pedunculatae pauciflorae. Glandulae calycis carnosae flavae semipellucidae. Petala fimbriata vitellina. — Crescit in America australi intratropica.

5. ST. AURICULATUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 48. t. 171. fig. B. — Foliis sagittato-cordatis vix acuminatis integerrimis glaberrimis tenuibus petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris glabris in alam longam supra oblique productis. ♁ — Stipulae parvae deciduae et fructus conflati e samaris 3 receptaculo acute trigono oblique affixis puberulis glabratisve, latere utroque, praesertim altero inflatis et transverse venosis, supra oblique productis in alam vix pollicarem dimidio minusve latam, apice obtusiusculam, margine antico rectam atque incrassatam, curvilineam tenuissimamque, monospermis. Semen irregulariter ovatum facie centrali planum, dorsali carinato-convexum, apice acuminatum et infra acumen hilo laterali notatum, pendulum, integumentum duplex arcteque nucleo adhaerens, utrumque membranaceum, externum rubens, interius album, radicula brevis supera, acumini respondens, cotyledones crassae inaequales, altera breviorem semiincludens. — *Banisteria auriculata* Cav. Dissert. IX. 428. t. 255. — DC. Prodr. I. 588. — Crescit in Brasilia.
6. ST. REPANDUM Griseb. Linnaea XIII. 202. — Foliis cordato-sagittatis, apice obtusis mucronatis, margine repandis sparse glanduliferis, auriculis rotundatis; samarae nudae venosae ala triangulari glabra pericarpium subaequante, margine exteriore arcuato. ♁☾ — Rami laeviusculi, internodia 2–4-pollicaria inaequalia, folia 15‴ longa, ab apice ad basin auricularum 20–18″ longa, medio fere unciam lata, excisura basilari triangulari-reniformi, auriculis posticis subsemirotundis, margine glandulis minutissimis paucis instructa, integra nec undulato-repanda, coriacea glaberrima, subtus pallidiora, petiolo 4–6‴ longo apice biglanduloso. Pedunculi biunciales axillares umbellas 1–3 trichotome dispositas gerentes, pedicelli pauci 4–6‴ longi. Sepala subrotunda glabra, quatuor binis glandulis fere tota obducta. Flores desunt. Samarae 10″ longae, 6‴ latae glabrae, tertia abortiva. — Crescit in Brasiliae meridionalis sylvis.
7. ST. CILIATUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 49. — Foliis cordatis, lobis baseos incumbentibus, integris ciliatis glabris longe petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris glabris, ala brevi triangulari marginatis. ♁ — Ramuli flexiles, juniores adpresse puberuli, adulti glabri, lenticellis prominulis verruculosi. Folia 2½–1½-pollicaria totidem lata vel angustiora, profunde cordata, lobis baseos auriculaeformibus rotundatis, plerumque incumbentibus, reniformia vel orbiculata vel cordiformi-acuta, dentibus ciliaeformibus marginata, caeterum integerrima glaberrima, nervis vix prominulis subtus reticulata, petiolata, petiolo 1–1½-pollicari patente puberulo vel serius glabrato, apice biglanduloso, glandulis sessilibus scutelliformibus, stipulis utrinque brevissimis deciduis. Ramuli axillares foliorum abortu pedunculiformes, apice umbellatim 4–6-flori bipollicares puberuli vel glabrati, sub umbella bifoliati, foliis abortivis minimis latius tamen glanduliferis longiusque ciliatis, pedunculi partiales breves puberuli, singuli cum pedicello longiori obconico articulati, basi bracteati et apice infra articulum praeterea bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis 2 lin. longis obtuse ovatis glabellis, basi extrorsum praeter unam biglandulosis, glandulis duplo brevioribus ovatis prominentibus. Petala calyce quadruplo circiter longiora, ungue ipsum subaequante, limbo magno ovato tenuissime denticulato-ciliato, reflexa inaequalia et inter se dissimilia lutea. Stamina 10 calycem vix superantia inaequalia dissimiliaque, 4 scilicet sterilia subinteriora minoraque, 6 fertilia eademque alterna majora, filamenta basi coalita, in sterilibus filiformia, in reliquis crassiora, antherae connectivo subrotundo glanduliformi loculos in sterilibus nullos, in fertilibus marginales adnatos gerentes. Ovaria 3 facie interna coalita hirsuta, dorso gibbosa uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes rigidi glabri, apice hinc in cucullum foliaceum dilatati, inde cristula stigmatica flavescente instructi. Fructus conflatus e samaris tribus aut abortu paucioribus glaberrimis rugosisque, marginatis ala semipollicem longa lataque triangulari, margine antico recta, superiori obliqua et sinuata, utroque crassiori, attenuata autem postico eodemque inferiori longiori curvilinea. Semen oblique compresso-ovatum acuminatum, infra acumen hilo laterali notatum, in-

tegumentum duplex, utrumque membranaceum, exterius rubens, interius album, radicula brevis supera, acumini respondens, cotyledones compresso-ovatae accumbentes inaequales, altera scilicet duplo fere brevior multoque tenuior. — *Banisteria ciliata* Lam. Dict. I. 369. — Cav. Dissert. IX. 427. t. 254. — DC. Prodr. I. 588. — Crescit in Brasilia circa Sebastianopolim.

8. ST. ADENODON Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 360. — Foliis cordatis, breviter acuminatis glanduloso-dentatis, subtus pubescentibus; antheris villosis; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♄☋ — Rami volubiles, juniores puberuli rufuli, adulti fere glabrati rubentes. Folia cordata (poll. 2½–1½ longa, 2–1 lata) acute et breviter acuminata subsinuato-dentata, dentibus glanduliferis, glandulis stipitatis minutis, supra glabra scabriuscula, intensius virentia (in sicco nigrescentia), subtus pallidiora, pilis adpressis pubescentia, petiolo gracili poll. 1¾–1 longo, ad apicem subtus biglanduloso, glandulis scutelliformibus, bistipulata, stipulis brevibus latiusculis. Ramuli floriferi axillares, foliis longiores, nudi, apice tantum bifoliati, foliis parvis subsessilibus, umbellatim multiflori, pedunculi lin. 3 longi graciles cum pedicellis brevioribus crassioribusque articulati. Calycinae laciniae sesquilineares suborbiculares ciliolatae, basi extrorsum hirsutae, 4 biglandulosae. Petala calyce 3–4-plo longiora unguiculata, limbo obovato denticulato undulato. Stamina inaequalia generis, filamentis basi coalitis, tribus multo majoribus et calycem duplo superantibus, antheris hispidulis, connectivo crassissimo. Ovaria in unicum hirsutum superne trilobum coalita. Styli apice in folium obcordatum dilatati. Fructus non suppetebat. — Crescit in insula Trinitatis.

9. ST. SAGITTATUM Adr. Juss. l. c. 361. — Foliis hastato-sagittatis, subtus tomentosis acuteque subangulatis, petiolis apice biglandulosis, auriculis truncatis; floribus.....? ♄ — *Banisteria sagittata* Cav. Dissert. IX. 430. t. 257. fig. 3. — DC. l. c. 588. — Crescit in insula Sti. Dominici.

10. ST. SINUATUM Adr. Juss. l. c. 361. — Foliis cordatis ovato-rotundis obtusissime sinuatis, superne glabris, subtus vix pubescentibus, petiolis apice biglandulosis. ♃☋ — Caulis herbaceus sarmentosus scandens et dextrorsum volubilis gracilis cylindraceus. Folia poll. 6–2 longa et 4–1½ lata, cordata (suprema floralia minora et basi acuta) angulata nec nunquam sinubus altius incisis lobata, angulis lobisve mucronulatis, lobo medio longiori acuminato, supra glabra, subtus tomentoso-pubescentia, nervis rubentibus, petiolis sesquipollicaribus, saepe caule ipso crassioribus, apice subtus biglandulosis, glandulis scutatis. Inflorescentia generis, pedunculis floriferis semipollicaribus, post anthesin revolutis, pedicellis brevioribus, utrinque rufo-tomentosis. Calycinae laciniae ovatae tomentosae, 4 biglandulosae. Petala lin. 4 longa, breviter unguiculata, limbo subrotundo fimbriato subconcavo luteo, patentissima. Stamina basi inter se et cum calyce concreta pistillumque generis. Fructus deest. — *Banisteria angulosa* Aubl. Guian. (non Linn.) — *B. sinuata* DC. Prodr. I. 588. no. 3? (cujus diagnosis data est.) — Crescit in Guiana in sylvula orae marinae proxima.

11. ST. PALMATUM Adr. Juss. l. c. 362. — Foliis palmatifidis, subtus tomentosis, lobis acuminatis, petiolis apice biglandulosis. ♄☋ — *Banisteria palmata* Cavan. Dissert. IX. 430. t. 257. fig. 2. — DC. l. c. 588. no. 1. — Crescit in insula Domingo et in Cayenne.

12. ST. ANGULOSUM Adr. Juss. l. c. — Foliis cordatis obtuse angulosis subpandu-raeformibus, subtus tomentosis aut sericeo-pubescentibus, petiolis apice biglandulosis. ♄☋ — Styli apice foliacei, samarae glabratae, facie interna concavae et lateralibus cristatae, cristae late et oblique extensae in alam fere pollicarem, 5 lin. latam, margine antico fere rectilineam basique obtuse appendiculatam. Semen integumento membranaceo duplici, cotyledonibus oblongo-ovatis, basi emarginatis, circa radiculam brevem conoideam complicatis, plumula bifida. — *Banisteria angulosa* Linn. Spec. plant. 611. — DC. l. c. no. 2. — Cavan. Dissert. IX. 426. t. 252. — *Clematis folio anguloso*, *Aceris fructu* Plum. Pl. Amer. edit. Burm. 77. t. 92. — *Banisteria deformis* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 40. — Crescit in insulis Antillis.

13. ST. URENAEFOLIUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 52. — Foliis pinnato-quinquelobatis obtusis integris cordatis (lobis baseos discretis), subtus pubescentibus, longe petiolatis, petiolo infra apicem biglanduloso; samaris glabratis, in alam longam supra oblique productis. ♄ ∪ — Rami sarmentosi glabri atro-rubentes. Folia alterna vel subopposita pinnato-quinquelobata, lobis superioribus obovatis, inferioribus inaequi- et dissimililateris iisdemque brevioribus, sinubus inferioribus acutis, basi cordata, poll. 2–3 longalataque, nervis in apiculum brevem ultra paginam excurrentibus, vix manifeste ciliata, supra glabra, subtus pubescentia petiolata, petiolo poll. 1½–1 longo pubescente, infra apicem biglanduloso. Pedunculi communes (ramuli) axillares, foliis subaequales, angulati, tomento brevi conspersi, apice tantum dense multiflori, floribus in umbellas tres digestis, mediam terminalem densiorem sessilem, laterales in axillis foliorum 2 oppositorum caeteris multo minorum et manifestius ciliatorum, stipitatas tardiusque evolutas, pedunculi partiales lin. 3–4 longi tomentosi, singuli articulati cum pedicello subaequali similique obconico, basi bracteati, bractea brevi ovato-lanceolata praetereaque infra articulum brevius bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis lin. 1½ longis, obtuse ovatis, extrorsum hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus. Petala calyce quadruplo longiora, breviter unguiculata, limbo obovato sinuato ciliato-denticulato, inaequalia dissimiliaque reflexa. Stamina 10 calycem paullisper superantia, quinque petalis opposita breviora, quinque alterna subinteriora magis minusve difformia, omnia inaequalia dissimiliaque, 3 scilicet petalo in praefloratione interiori respondentia multo caeteris minora, filamenta glabra inter se inferne coalita, antherae connectivo crasso, in tribus majoribus staminum interiorum in massam difformem ampliato, loculos oblongos disjunctos, in diversis staminibus valde inaequales, in omnibus tamen fertiles, adnatos gerente. Ovaria 3 brevia, facie interna inter se in unum coalita villosa, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes glabri compressi, apice dilatati, extrorsum in appendiculam acutiusculam producti, introrsum stigmatiferi, stigmate glanduliformi. Samarae 3 receptaculo prominenti acute trigono-pyramidali per faciem internam concavam oblique affixae glabratae, lateribus laeves, supra et extrorsum productae in alam pollicarem et semipollicem latam, inaequilatero-obovatam, margine scilicet antico eodemque crassiori fere rectilineam, curvilineam postico, loculus ovato-acuminatus planiusculus introrsum laevis glaberque. Semen (immaturum suppetens) loculo conforme, infra apicem acuminatum suspensum glabrum. — Prope pagum Sucuriú, in parte prov. Minas Geraës vulgo Minas Novas dicta in Brasilia.

14. ST. LINDENIANUM Adr. Juss. Archives dú Mus. d'hist. nat. III. 362. — Foliis profunde 3-5-lobis apiculatis puberulis glabratisve tenuibus, petiolo longiusculo, apice biglanduloso; floribus parvis; antheris glabris, connectivo maximo glanduliformi; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♄ ∪ — Ramuli juniores angulati puberuli. Folia lobata (poll. 3½–2½ longa, 2–1 lata), lobis ad medium folium excisis, folia superiora triloba, basi cuneata, inferiora quinqueloba, lobo medio majore, lateralibus duplo minoribus, inferioribus angulo recto patentibus brevissimis et inter se dissimilibus, omnibus apiculatis, sinubus parabolicis, utrinque minutissime puberula vel partim glabrata, supra virentia, subtus pallidiora nervisque prominulis vel discoloribus reticulata tenuia, petiolo 1½–¾-pollicari gracili puberulo, ad apicem biglanduloso, stipulis brevissimis latiusculis squamuloideis deciduis. Inflorescentia generis foliis subaequalis breviorve, umbellis multifloris ternatis, pedunculis diversorum ordinum cinereo-puberulis, communibus superne complanatis, floriferis post anthesin reflexis, lin. 2 longis, cum pedicello paullo longiori articulatis, similiter gracilibus, bracteis bracteolisque brevissimis. Calycinae laciniae late ovatae (lineam longae), extrorsum puberulae et 4 biglandulosae, glandulis ipsas fere aequantibus, prominentibus obovatis. Petala calyce triplo longiora, limbo subrotundo concavo, vix denticulato undulato, lutea. Staminum filamenta supra calycem exserta, inferne in tubum coalita, valde

inaequalia glabra, antherae glabrae, omnes loculiferae sed loculis quarundam minimis et quasi abortivis, connectivo contra maximo iisdem quasi bialato, in omnibus glanduliformi. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, singula dorso supra styli ortum in gibbum producta. Styli staminibus subaequales, apice in cucullum foliaceum dilatati. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico.

15. ST. ANOMALUM Adr. Juss. l. c. 363. t. 12. — Foliis oblique ovatis, basi cuneatis, apice emarginatis et mucronulatis, repandis glanduloso-ciliatis, subtus pubescentibus, petiolo circa medium biglanduloso; antheris glabris; stylis apice truncatis et compressis; samarae glabratae lateribus brevibus, ala longa exappendiculata. ♄∪ — Rami dichotomi compressi et acute angulati rubentes et pilis minimis squamuloideis punctulati, in dichotomiis et apicibus umbellatim multiflori. Folia (pauca suppetentia) irregulariter et oblique ovata (poll. 2–1 longa, 1½–1 lata), basi cuneata, apice emarginata et mucronulata, mucrone brevissimo reflexo, inaequilatera, obscure repanda dentataque, dentibus in cilium glandulosum elongatis, supra glabra, subtus juniora tomentosa et serius laxius pubentia tenuia, petiolo lineas 3–6 longo, circa vel infra medium biglanduloso, glandulis magnis cupuliformibus, bistipulata, stipulis triangularibus. Pedunculi diversorum ordinum tomentoso-rubiginosi (floriferi lineas 3–4 longi), cum pedicellis subaequalibus, a basi ad apicem dilatatis articulati, bracteae imbricatae, semilanceolatae, bracteolae conformes paullo breviores. Calycinae laciniae ovatae (lin. 2 longae), medio exstrorsum hirsutae, 4 biglandulosae, glandulis dimidium calycem aequantibus subrotundis lutescentibus. Petala semipollicaria, breviter unguiculata (quintum longius), limbo suborbiculari vel obovato fimbriato, inaequalia. Stamina inaequalia, filamentis calycem vix superantibus, supra medium oblique coalitis, antheris glabris, majorum connectivo crassissimo loculisque brevioribus superne discretis. Ovaria compressa, introrsum coalita, dorso supra styli ortum gibbosa hirsuta. Styli divaricati breves, inferne hirsuti, a basi ad apicem dilatati complanati, apice truncati et introrsum papilla stigmatica instructi. Samarae glabratae, facie interna planiuscula receptaculo pyramidali accumbentes, latere inermes laevesque, ala ultra pollicem longa et semipollicem lata, basi angustata, margine antico rectilinea nec appendiculata, postico curvilinea. Semen ovatum, apice acutum, infra apicem funiculo lato appensum, infra hilum chalaza lata notatum ibique sulcatum sulco soleaeformi, integumento duplici membranaceo, exteriori rubente. Embryo ovatus (lin. 3 longus), radicula brevi conica, cotyledonibus basi emarginatis inaequalibus, altera circa alteram dimidio breviorem vixque apice plicatam replicata, plumula conica compressa bifida. — Crescit in Brasilia.

16. ST. ANGUSTILOBUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 53. — Foliis pinnato-septempartitis, lobis longis angustis obtusis apiculatis integris, cordato-sagittatis, subtus tomentoso-pubescentibus, petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris.....? ♄∪ — Rami sarmentosi, tomento brevi conspersi. Folia opposita vel subalterna, ternatim saepius verticillata, pinnatim septempartita, lobis circiter sesquipollicaribus et semipollicem latis (infimis 2 multo minoribus nonnumquam deficientibus) subfalcatis obtusis, brevissime apiculatis, sinubus profundis et obtusangulis, basi cordato-sagittata (circiter tripollicaria et latiora) supra glabra, subtus tomentoso-pubescentia petiolata, petiolo 1-½-pollicari tomentoso, ad apicem biglanduloso, reflexa. Pedunculi communes (ramuli) axillares reflexi, foliis longiores petiolisque crassiores compressi, tomento brevi conspersi, ad apicem tantum dense multiflori, floribus in umbellas tres digestis, mediam terminalem densiorem et prius lateralibus duabus (quibus interdum praeterea adduntur nonnullae inferiores ad axillas foliorum abortivorum) evolutam, pedunculi partiales semipollicares tomentoso-puberuli, singuli articulati cum pedicello breviori, breviter basi bracteati et praeterea infra articulum bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis sesquilinearibus, late et obtuse ovatis, extrorsum hirsutis, basi praeter unam biglandulosis, glandulis oblongo-ellipsoideis prominentibus. Petala calyce

triplo et ultra longiora, breviter unguiculata, limbo obovato subconcavo ciliato-denticulato, inaequalia (quintum in praefloratione interius multo crassius longiusque unguiculatum, limbo minori) reflexa lutea. Stamina 10 calycem paullisper superantia, inaequalia et dissimilia, 6 fertilia, quorum tria majora stylis opposita triaque cum prioribus alternantia minora, 4 sterilia subinteriora, filamenta glabra, inferne in tubum coalita, antherae connectivo crasso, in fertilibus loculos introrsum adnatos gerente, in sterilibus nullos. Ovaria 3 brevia, facie interna inter se in unum coalita villosa, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes, basi villosi, caeterum glabri et compressi, apice extrorsum in cuculum foliaceum expansi, introrsum stigmatiferi, stigmate cristaeformi glanduloso. Fructus non suppetebat. — In sylvis primaevis prov. St. Pauli in Brasilia.

17. ST. GAYANUM Adr. Juss. l. c. 56. — Foliis orbiculatis, interdum obsolete cordatis integerrimis, supra pube sparsa punctato-scabris, subtus pubescentibus, coriaceis breviuscule petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris pubescentibus, crista laterali utrinque auctis, supra in alam longam productis. ♁ ∪ — Rami flexiles tomento spurco rufescente vestiti, demum glabrati. Folia poll. 1½–2½ longa, totidem circiter lata, orbiculata vel obsolete cordata integerrima, pilis rufescentibus supra punctato-scabra ad nervos densioribus, subtus pubescentia inque nervis et margine tomentosa coriacea petiolata, petiolo lin. 6–9 longo tomentoso, ad apicem biglanduloso, glandulis sessilibus, bistipulata, stipulis brevissimis coriaceis deciduis. Pedunculi communes (ramuli) axillares vel foliorum supremorum abortu paniculam terminalem magnam mentientes bipollicares, spurce tomentosi, apice floriferi, floribus digestis in tres umbellas 8– vel plurifloras, mediam sessilem citius evolutam, laterales stipitatas, pedunculi partiales lin. 2–6 longi tomentosi, singuli articulati cum pedicello breviori simili obconico, breviter basi bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis lin. 2 longis, obtuse ovatis, extrorsum hirsutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis parvis subrotundis prominentibus albidis (in sicco). Petala circiter semipollicaria unguiculata, ungue gracili, limbo obovato breviter ciliato. Stamina 10 calycem vix superantia, inter se inaequalia dissimiliaque, 4 laciniis glandulosis opposita substerilia, 6 fertilia alterna (quae stylis opponuntur) majora, filamenta in annulum basi coalita, tria staminum majorum caeteris gracilibus multo crasiora, antherae connectivo crasso glanduliformi loculos introrsum adnatos flaventes, in substerilibus minimos (polliniferos tamen) gerente. Ovaria 3 facie interna in unum coalita, praesertim apice longe villosa, dorso gibbosa, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes, basi villosi, apice in appendiculam foliaceam concavam inque praefloratione antheras appositas cucullatim obtegentem hinc dilatati, inde puncto stigmatico discolori notati. Fructus conflatus e samaris 3 aut plerumque abortu paucioribus, receptaculo acute trigono affixis, pube inferne densa conspersis, crista oblonga brevique recta, utroque latere auctis, dorso et apice expansis in alam marginantem sesquipollicarem, semipollicem latam, margine antico incrassatam rectilineamque, excepta basi in appendiculam introrsum procurrente, postico longiorem tenuioremque curvilineam undulatam, loculi cavitas ovata laevis. Semen conforme, loculi lateri affixum, acutissime acuminatum, infra acumen hilo lineari obliquo notatum sulcoque ad utrumque latus longitudinali, integumento vestitum duplici, exteriori rubente, interiori albo, utroque membranaceo, intra sulcos immisso ibique arctius adhaerente, radicula brevis acuta supera seminisque acumini respondens, cotyledones inaequales, major fere semipollicaris, oblongo-ovata crassa plicata sicque sulcum supra dictum efficiens, altera multo minor, in plica prioris occulta recta tenuis. — Circa Sebastianopolin in Brasilia crescit.

18. ST. SALZMANNI Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. nat. III. 365. — Foliis ovatis acuminatis vel tantum mucronatis subsinuatis, subtus margine glanduliferis, glabris tenuibus; antheris hispidis; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♁ ⌒ — Rami

juniores pilis sparsis instructi et scabriusculi, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 4–3 longa, 2½–2 lata), basi nunc subacuta, nunc subcordata, apice acuminata, acumine interdum ad mucronem reducto, margine subsinuata et inferne pilosula subtusque glandulis brevibus nervulos terminantibus subciliata, glabra tenuia, petiolo 1–½–pollicari patente vel reflexo, juxta apicem subtus biglanduloso pilosulo. Ramuli floriferi axillares, petiolo crassiores subaequales longioresve, similiter reflexi et pilosuli, apice saepius dichotome 1–3–umbelliferi, pedunculi lin. 2 longi, pedicellis subaequales. Flores generis, calyce vix puberulo 8–glanduloso, petalis fimbriatis, antheris hispidis. Fructus deerant. — *Banisteria polymorpha* var. *glabra* Slzm. Pl. exsicc. Brasil. 95. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

19. ST. AFFINE Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 57. — Foliis ovato-lanceolatis integerrimis, brevissime apiculatis, subtus pubescentibus tenuibus, breviter petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris.....? ♁ — Rami flexiles, tomento brevi spurco sparsi glabrative. Folia opposita vel ternatim verticillata (poll. 2½–3½ longa, 1¼–¾ lata) ovato-lanceolata, brevissime apiculata integerrima, supra glabra et rugoso-scabra, subtus pallidiora et pube brevi molli instructa tenuia petiolata, petiolo vix semipollicari pubescente, ad apicem biglanguloso, glandulis sessilibus, bistipulata, stipulis brevissimis deciduis. Pedunculi communes axillares (ramuli) foliis multo longiores, spurce et laxe tomentosi, foliis 2 magis minusve complete abortivis infra apicem instructi, apice umbellatim 5–15–flori, partiales lin. 3–4 longi, sericeo-tomentosi, singuli articulati cum pedicello simili paullo crassiori breviorique, basi breviter bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 1½ longis, acutiusculе ovatis, extrorsum hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis laciniam fere aequantibus ellipsoideis prominentibus. Petala calyce triplo et ultra longiora breviter unguiculata, limbo obovato subconcavo ciliato-denticulato, dissimilia et inaequalia (quintum praesertim, in praefloratione interius, caeteris crassius longiusque unguiculatum, limbo minori) reflexa. Stamina 10 calycem vix superantia, inaequalia et dissimilia, 6 scilicet fertilia (quorum 5 petalis opposita), e quibus tria majora stylis opposita triaque cum prioribus alternantia minora, 4 sterilia subinteriora eademque laciniis calycinis glanduliferis opposita, filamenta glabra, inferne in tubum coalita, antherae connectivo crasso, in fertilibus loculos introrsum adnatos disjunctos gerente, in sterilibus nullos abortivosve et difformi. Ovaria 3 brevia, facie interna inter se in unum coalita villosa, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes, basi lata villosi, caeterum glabri, apice extrorsum in cucullum foliaceum expansi, introrsum stigmatiferi, stigmate cristaeformi glanduloso. Fructus non suppetebat. — Circa Sebastianopolin in Brasilia crescit.

20. ST. HASTATUM Griseb. Linnaea XIII. 208. — Foliis hastatis, apice acutiusculis, supra glabris, subtus villoso-tomentosis, auriculis semiovatis; samara.....? ♁ ⌒ — *Banisteria angulata* Arrabida, Flor. Flum. IV. t. 160. (vix umquam!)

Iconi citatae addatur floris analysis. Pedunculi simplices pubescentes, apice foliis binis oblongis vel subrotundis et umbella multiflora (hinc tribus approximatis) instructi; pedicelli aggregati 6–8 lin. longi, apice recurvati, medio articulati et bibracteolati pubescentes. Sepala oblonga extus pube pallide ferruginea hispida, intus glabra, quatuor glandulis binis marginalibus orbiculatis instructa. Petala limbo orbiculato lacero ciliato unguem subaequante. Stamina decem, 3–4 anthera rudimentaria instructa, caetera inaequalia, plerumque alterna majora, unicum connectivo difformi terminatum, filamenta linearia glabra, basi in tubum dilatata, sterilia longiora, connectivum ovale, antherae loculis linearibus adnatis glabris. Ovarium ovoideum hispidum, ex tribus carpophyllis connexis formatum, stigmata 3 dilatata, apice cucullato-foliacea. — Crescit in Brasilia meridionali.

Obs. *Banisteria sagittata* Cav., nimis parum nota, propinqua esse videtur: differt auricula folii subquadrata patula nec sursum spectante.

21. ST. IRREGULARE Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 366. — Foliis polymorphis ovatis vel obtuse 2–3-lobis, subtus puberulis; antheris glabris; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♄ — Rami juniores compressi puberulique, adulti glabrati cylindracei. Folia non raro subalterna polymorpha, late ovata (poll. 5–3 longa, 3–2 lata), basi acuta vel subcordata, apice obtusa vel acuminata mucronata, ambitu nunc integra, nunc parte inferiori dilatata subtriloba, lobis obtusissimis inaequalibus, hinc inde magis minusve obsoletis, supra glabra et virentia, subtus pallidiora pube brevi adpressa in nervis prominulis densiori conspersa, petiolo poll. 1–2 longo puberulo, apice biglanduloso, bistipulata, stipulis brevibus acutis deciduis. Rami floriferi terminales et axillares, foliis subaequales vel longiores, geminati complanati, apice dichotomi, in dichotomia foliis minoribus 2 instructa et apice umbellatim multiflori, pedunculi lin. 2–3 longi, cum pedicellis gracilibus longioribus articulati. Calycinae laciniae ovatae, extrorsum rufo-pubescentes, 4 basi biglandulosae. Petala lin. 4–6 longa, limbo late obovato fimbriato. Stamina generis, antheris glabris stylique apice foliacei. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

22. ST. HUMBOLDTIANUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 56. et Archives du Mus. III. 267. — Foliis subrotundo-ovatis cordatis subacuminatis integerrimis, subtus molliter incano-tomentosis longiuscule petiolatis, petiolo ad apicem biglanduloso; samaris glabratis, latere muricato-auriculatis, supra in alam longam productis. ♄ — *Banisteria tiliaefolia* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 162. — *Banisteria Humboldtiana* DC. Prodr. I. 588. — *B. variifolia* DC. l. c. no. 4.? — *B. diversifolia* Bertero mss. — *B. vitifolia* Moç. et Sess. mss.? — *B. tomentosa* Pav. mss. forte huic adjungenda habet samaras paullo majores cristatas, crista lata fere basin alae aequante, folia subtus subtomentosa glandulisque minutis in margine denticulata. — Crescit in Columbia et in Mexico. (?)

23. ST. STRIGOSUM Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. nat. III. 368. t. 12. — Foliis ovatis, breviter acuminatis et mucronatis subsinuatis glanduloso-ciliatis, subtus pubescentibus membranaceis; antheris glabris; stylis apice foliaceis; samarae pubentis lateribus latissime bicristatis, ala basi introrsum appendiculata. ♄∽ — Rami volubiles, praeter pubem pulveriformem parce conspersam glabrati, internodiis longis. Folia ovata (poll. 3–2 longa, 2–1¾ lata), basi truncata, apice breviter acuminata, acumine mucronulato, margine subsinuata (interdum etiam 3-loba?) glandulisque minutis nervulos terminantibus ciliata membranacea, supra nervo medio excepto glabra, subtus breviter et molliter pubentia, petiolo poll. 1½–1 longo, ad apicem biglanduloso, glandulis subtus adnatis, ad insertionem distincte canaliculato. Rami floriferi foliis longiores dichotomi, pedunculi lin. 6–3 longi, pedicellis paullo graciliores longioresque. Flores generis, petalis fimbriato-ciliatis, antheris glabris, stylis apice foliaceo-dilatatis. Samarae pubentes, facie utraque laterali oblique bicristatae, cristis imbricatis, exteriori superiorique latiori et supra replicata, ala angustiori, ad basin introrsum appendiculata et cristis involucrata. — Crescit in Maynas parte superiori.

†† Folia integra. — [Quinque species priores habitu antecedentibus affiniores his subjungendae quando altera foliorum figura innotuerit, unica hucusque nota hic collocantur.]

24. ST. MEGACARPON Griseb. Linnaea XIII. 209. — Foliis subrotundis, basi cordatis, apice retusis mucronulatis, petiolo infra apicem biglandulifero; pedunculis folio subbrevioribus petiolum duplo superantibus; samarae muricatae ala trapeziformi, basi superne gibba pericarpium aequante. ♄∽ — *Banisteria megacarpos* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 150. habitum et figuram foliorum exacte refert; analysis floris uti saepius haud exacta. Rami volubiles laeves, pube brevi adspersi. Folia supra laevia glabra exceptis nervis pube albida notatis, subtus pube brevi cinereo-albida tomentosa; glandulae petioli oblongae laterales, lineam a folii origine remotae. Sepala dorso pubescentia, intus glabra, orbiculata 1½‴ longa et lata. Petala inaequalia 6–4‴ longa, diu conniventia, limbus orbiculatus,

unguem superans, venis deorsum arcuatis. Stamina 10 inaequalia et dissimilia, in tubum obliquum connata, 4 sterilia connectivo difformi vario, loculis destituto instructa, 3 maxima, anthera quoque ampliori, 3 minora anthera parvula subrotunda terminata, filamenta glabra, versus basin dilatata, sterilium linearia, connectivum in staminibus maximis ovoideum, antherae glabrae loculi lineares adnati. Ovarium subglobosum, pube albida hispidum, ex tribus carpophyllis intus connexis constitutum, stigmata 3 linearia glabra, apice in foliolum orbiculatum deflexum dilatata subaequans; ovulum ex apice axeos cujusque carpophylli pendulum, lycotropum, parte ascendente oblonga obtusiuscula descendentem aequante. — Crescit in Brasilia meridionali.

25. ST. TOMENTOSUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 53. t. 171 A. — Foliis ovatis integerrimis, subtus dense albido-tomentosis petiolatis, petiolo infra apicem biglanduloso; samaris.....? ♁ — Rami flexiles, juniores ad apicem compresso-ancipites, tomento brevi quasi pulverulenti, adulti eodem excusso fere glabrati teretes. Folia ad ramulorum apicem opposita, inferne alterna, poll. 4–6 longa, 3–4 lata, ovata integra, brevissime apiculata, supra juniora pubentia, adulta (nervis et margine exceptis) glabrata, subtus dense albido-tomentosa petiolata, petiolo sesquipollicari, tomento brevi consperso, infra apicem biglanduloso angulato patente, ad basin vix conspicue bistipulato. Inflorescentia umbelliformis definita, umbellae multiflorae ad apicem tum caulis tum ramulorum lateralium, qui petiolis axillares subsimiles duploque longiores, apice dense et umbellatim floriferi, sub inflorescentia foliis 2 oppositis ad axillam ramulos breviores similiter floriferos proferentibus instructi, caeterum nudi, unde saepius flores videntur ad pedunculi apicem floriferum foliiferumque in umbellam triplicem, mediam sessilem lateralesque stipitatas, digesti, pedunculi partiales lin. 3 longi tomentoso-albicantes, basi breviter bracteati, apice articulati cum pedicello simili paulloque breviori crassiori, ante anthesin subrecurvo infra articulum bibracteolati. Calyx 5-partitus, laciniis sesquilineariibus, late ovatis, extrorsum hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, dorso inter glandulas magnas prominentes ellipsoideas carinatim excurrente. Petala calyce quadruplo longiora unguiculata, ungue calycem subaequante et inter lacinias ejus reflexo, limbo orbiculari ciliato-denticulato, ad basin breviter biauriculato, inter se inaequalia dissimiliaque lutea. Stamina 10, calycem vix superantia, 6 fertilia (quorum 3 caeteris multo crassiora), 4 (quae laciniis calycinis biglandulosis opposita) sterilia eadem graciliora atque interiora, filamenta valde inaequalia dissimiliaque, inferne in tubum irregulariter coalita, antherae similiter dissimiles et inaequales, connectivo in massam incrassato globosam, loculos in staminibus fertilibus oblongos disjunctos gerente, in sterilibus nullos. Ovaria 3, staminibus crassioribus subopposita, facie interna in unicum trilobum subcoalita, pilis longis hirsuta, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes glabri, apice extrorsum in appendiculam foliaceam orbicularem concavam antherisque oppositis in praefloratione incumbentem dilatati, introrsum stigmatiferi, stigmate parvo cristulaeformi discolori. Fructus non suppetit. — Prope Itajurú praedium non procul a vico S. Miguel de Mato dentro, in prov. Minas Geraës in Brasilia.

26. ST. LITTORALE Adr. Juss. l. c. 55. — Foliis cordiformibus integerrimis, subtus pubescentibus vel subtomentosis, longe petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris.....? ♁ — Caules longissimi humifusi, ramis sarmentosis, pube brevi albida conspersis. Folia opposita vel subopposita, poll. 4–2½ longa, 3–2 lata, cordiformia, brevissime apiculata integerrima vel interdum sublobato-sinuata, supra glabra, subtus pube magis minusve densa albicantia, petiolata, petiolo poll. 2–1 longo, tomentoso-albicante, ad apicem biglanduloso. Pedunculi communes (ramuli) axillares petiolis triplo longiores et similiter (minus tamen dense) pubescentes, superne ancipites, apice bifolii et floriferi, floribus in tres umbellas digestis multifloras, mediam sessilem, laterales singulas ad axillam folii

abortivi pedunculo 1½ pollicari stipitatas, nonnumquam deficientes, pedunculi partiales fere pollicares graciles tomentoso-albicantes, cum pedicello concolori duplo breviori crassiorique articulati, infra articulum bibracteolati, basi bracteati, bractea brevi acuta, pedicelli ante anthesin breviores et introrsum recurvi, postea elongati rectique. Calyx 5-partitus, laciniis sesquilinearibus obtuse ovatis, extrorsum pubescentibus basique (praeter quintam in umbella extrorsum spectantem) biglandulosis, dorso inter glandulas magnas prominentes ellipsoideas carinatim excurrente. Petala calyce quadruplo longiora unguiculata, ungue gracili, calycem superante reflexo, limbo orbiculari vel obovato denticulato, inter se inaequalia dissimiliaque. Stamina 10 calycem vix superantia, inter se inaequalia dissimiliaque, quinque scilicet laciniis calycinis glandulosis et petalo interiori opposita caeteris minora, tria (laciniae eglandulosae oppositum et duo ab alternis remotiora) majora, filamenta inferne in annulum obliquum coalita, antherae connectivo crasso loculos in staminibus majoribus oblongos, in minoribus breves et fere abortivos (polliniferos tamen) gerente. Ovaria 3 staminibus majoribus subopposita, in unicum trilobum facie interna coalita hirsuta, ultra styli ortum in gibbum (serius, maturitate magis provecta, in alam) producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes glabri, apice extrorsum in appendiculam foliaceam suborbicularem concavam dilatati, introrsum stigmatiferi, stigmate parvo discolori cristulaeformi. Fructus non suppetit. — *Banisteria Bonariensis* Hook. et Arn. in Hook. Bot. Misc. III. 157. — Ad littora fluminis Rio de la Plata, prope urbem Colonia del Sacramento, in parte australi prov. Cisplatinae.

27. **ST. HYPOLEUCUM** Miquel, Linnaea XVIII. 51. † — Ramulis, petiolis, pedunculis foliisque supra in nervis adpresse puberulis, sensim glabratis, his oppositis modice petiolatis late ovatis, apice obtusiusculo cuspidato-mucronatis, versus basin profunde cordatam repando-angulatis, lobis divergentibus subrectangulis, subseptuplinerviis, subtus argenteo-sericeo-tomentosis; pedunculis axillaribus folio fere longioribus tri- vel quadrifidis; ramis in umbellas 1–3 (mediam sessilem laterales pedunculatas) partitis; umbellis 5-plurifloris; calyce octoglanduloso, petalis inaequalibus lacerato-dentatis; antheris glandulosis glabris; stylis filiformibus, stigmatibus foliaceo-appendiculatis. ♄∽ — Crescit Surinami juxta flumina Boven-Cottica.

28. **ST. ALTERNIFOLIUM** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 54. — Foliis alternis subcordiformibus integerrimis apiculatis, subtus dense pubescentibus, breviter petiolatis, petiolo apice biglanduloso; samaris.....? ♄◡ — Rami flexiles pube brevi spurca demum excussa conspersi. Folia alterna (poll. 2–1½ longa, 1¼–1 lata) subcordiformia integerrima apiculata, supra pube juniora teguntur qua excussa glabrata, subtus dense pubescentia petiolata, petiolo similiter pubescente, lin. 4 longo, supra canaliculato, ad apicem biglanduloso, glandulis discoideis, bistipulata, stipulis minimis rigidis acutis. Pedunculi communes (ramuli) axillares, petiolis duplo longiores crassioresque, bracteis oppositis biglandulosis instructi, apice umbellatim floriferi, umbella 7–5-flora (in qua flores revera geminatim oppositi inferioresque citius superioribus evoluti) tomentosi, partiales similiter tomentosi, lin. 3 longi, singuli cum pedicello articulati et infra articulum bibracteolati, basi bracteati, bractea biglandulosa, pedicelli concolores crassiores obconici, ante anthesin recurvi, postea elongati et erecti. Calyx 5-partitus, laciniis sesquilinearibus, acute ovatis, medio extrorsum hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus, dorso infra carinatim inter glandulas excurrente. Petala calyce quadruplo longiora, breviter unguiculata, limbo suborbiculari, basi biauriculato ciliato-dentato, inaequalia dissimiliaque reflexa lutea. Stamina 10 calycem vix superantia, quinque petalis opposita breviora, quinque alterna subinteriora, omnia inaequalia dissimiliaque, quaedam fere aut omnino effoeta, filamenta glabra, inferne in tubum coalita, 3 caeteris crassiora, antherae connectivo glanduliformi crasso loculos, in tribus staminibus

petalo interiori respondentibus aliisque duobus abortivos, in quinque caeteris (quorum 4 cum calycinis laciniis alternantia, quintum laciniae eglandulosae opponitur) fertiles gerente. Ovaria 3 staminibus tribus majoribus opposita, facie interna in unum coalita hirsuta, ultra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes glabri, apice extrorsum in appendiculam foliaceam orbicularem concavam dilatati, introrsum stigmatiferi, stigmate punctiformi glanduloso discolori. Fructus non suppetit. — Crescit in sepibus prope Sebastianopolin in Brasilia.

29. ST. MACROPODUM Adr. Juss. Archives du Mus. III. 369. — Foliis integerrimis subcordatis obtusis, supra glabris, subtus tomentoso-sericeis, longissime petiolatis; antheris villosulis; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♂◡ — Species media inter *St. fulgens* et *St. tomentosum*, affinior priori tomento folii paginae inferioris sericeo metallicum refulgente (quod et in ramis junioribus complanatis, petiolis pedunculisque exstat), discrepans foliis majoribus, basi tantum subcordatis, longius (3 poll. et ultra) petiolatis, pedicellis crassioribus, floribus majoribus, pilis inter antherarum loculos inspersis, notis scilicet levioris forsan momenti, quas tamen, fructu ignoto, admisimus. Plura specimina, et ea praesertim fructifera, dubium solvant. — Crescit in Brasilia.

30. ST. (BANISTERIA Lam. Dict. I. 368. [nec DC.] — Cav. Dissert. IX. 426. t. 253.) FULGENS Adr. Juss. l. c. 370. — Foliis cordatis reniformi-orbiculatis, subtus tomentoso-sericeis, petiolis apice biglandulosis; racemis axillaribus dichotomis divaricatis. ♂◠ — Folia floralia orbiculata subsessilia. Antherae glaberrimae. Samarae latere utrinque oblique cristatae, ala oblonga ad basin introrsum appendiculata. Embryonis cotyledones crassae inaequales, altera subincurva major, alteram basi amplectens, radicula brevis conica, plumula conoidea bidentata. — *Banisteria heterophylla* Willd. Spec. plant. II. 742. — *B. splendens* DC. l. c. 588. no. 8. — *Acer scandens minus Apocyni facie, folio subrotundo* Sloane, Hist. Jamaic. II. 27. t. 162. fig. 2. — Crescit in Antillis et in Guiana.

31. ST. LACUNOSUM Adr. Juss. l. c. t. 12. — Foliis cordiformibus acuminatis, breviter glanduloso-ciliatis, subtus pube brevi nitentibus; antheris introrsum barbatis; stylis apice foliaceis; samarae magnae pericarpio inflato circa loculum lacunis amplis excavato, ala antice et superne praemorsa. ♂◡ — Rami juniores compressi, pube spurca brevissimaque obducti, adulti cylindracei vel sulcato-angulati, fere glabrati atro-rubentes. Folia opposita vel superiora subalterna cordiformia (poll. 4–2 longa et fere lata), apice acuta et vulgo longe acuminata, in ambitu obsolete repanda et glandulis exsertis nervulosque terminantibus paucis dentato-ciliata, supra in nervis praecipuis puberulo-albida, caeterum glabra et intense virentia, subtus pallidiora, pube brevissima praesertim in nervis prominulis renitentia, petiolo reflexo, poll. 2–1 longo, subcomplanato, pube brevi cinerascente, ad apicem subtus biglanduloso, glandulis prominulis scutelliformibus. Ramuli floriferi axillares, foliis longiores patentes nudi, apice bifoliati, foliis parvis et umbellatim multiflori, aut per dichotomiam triumbellati, umbellis lateralibus stipitatis, media sessili, saepius in racemum elongata, bracteis persistentibus unciformibus, pedunculi lineas 2–3 longi cum pedicellis longioribus crassioribusque articulati. Calycinae laciniae glabellae 4 biglandulosae. Petala longiora, limbo subintegro. Staminum filamenta basi coalita, antheris barbatis, connectivo crasso loculos superante instructis, styli apice foliaceo-dilatati. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita. Samarae juniores pube brevissima cinereae, lateribus varicoso-rugosae, pericarpio crasso carnoso pleno, adultae partim glabratae, supra extensae in alam sursum et extrorsum vergentem, margine postico curvilineam, antico inferne rectam et superne praemorsam lineas 14 circiter longam, 9 inferne et 6 superne latam, pericarpio circa loculum inflato et undique lacunoso, lacunis subseriatis. Semen (immaturum suppetens) oblongo-ovatum, apice acutum, infra ipsum funiculo lato oblique appensum, integumento duplici externo colorato, interno albo membranaceo. — Crescit in Brasilia.

32. **ST. MARTIANUM** Adr. Juss. l. c. 371. — Foliis ovato-acuminatis integerrimis, subtus pube brevi pulverulentis; antheris glabris; stylis apice foliaceis; samarae glabratae lateribus cristatis, ala oblonga basi introrsum appendiculata. ♄ ∪ ∩ — Rami volubiles glabrati atro-rubentes, ramulis patentibus, pube adpressa conspersis dichotomis, dichotomiis et apicibus umbellatim multifloris. Folia ovato-acuminata (poll. 2½–2 longa, 1¾–1¼ lata), basi integra vel cordata integerrima, supra glabra maculisque punctiformibus in sicco variegata, subtus pilis adpressis minimis quasi pulverulenta, petiolo lineas 10–4 longo, apice subtus biglanduloso, glandulis scutelliformibus. Pedunculi floriferi lineas 2–3 longi cum pedicellis subaequalibus crassioribusque articulati. Calycinae laciniae ovatae, lineam longae extrorsum puberulae ciliolatae, 4 biglandulosae. Petala quadruplo longiora breviter unguiculata, limbo denticulato, inaequalia. Stamina generis, antheris glabris, styli apice foliacei et ovaria in unum hirsutum trilobum coalita. Samarae inferne puberulo-cinereae, caeterum glabratae, facie interna receptaculo affixa concavae, lateralibus alula cristaeformi lineam longa lataque muricatae, supra in alam expansae rectam ascendentem sesquipollicarem, a basi (lineas 4 lata) usque infra apicem (lin. 7 lata) sensim dilatatam, parenchymate inter nervos subparallelos et extrorsum arcuatos cellulis pellucidis quasi punctato, margine antico ad basin late appendiculatam, multo crassiorem et vix curvam, magis autem postico et sinuatam. Semen (immaturum suppetens) oblongo-ovatum acuminatum. — Crescit in Brasilia boreali.

33. **ST. RICHARDIANUM** Adr. Juss. l. c. 372. — Foliis cordiformibus obtusis mucronulatis, subtus pube brevi nitentibus, breviter petiolatis; antheris glabris; stylis apice foliaceis; fructu.....? ♄ ∪ — Rami adulti glabrati, teretes, cortice lenticellis oblongis scabro, juniores puberuli compressi. Folia cordiformia (poll. 3–2 longa, 3–1½ lata) obtusa mucronulata, supra glabra et lucida, subtus pube brevi adpressa nitentia, siccatione nigrescentia, petiolo ¾–¼–pollicari puberulo, supra canaliculato, apice subtus biglanduloso, bistipulata, stipulis brevibus latis nigricantibus deciduis. Rami floriferi axillares, foliis vulgo longiores, plerumque ipsi foliiferi, apice in tres ramulos dichotomos et triumbelliferos divisi, umbellis multifloris, pedunculi lin. 2–3 longi, cum pedicello vix longiori articulati. Flores calyce 8-glanduloso, petalis lin. 4 longis, orbiculatis, concavis denticulato-ciliatis luteis, staminibus inaequalibus stylisque, apice foliaceis generis. Fructus non suppetit. — Crescit in Guiana juxta Cayennam.

34. **ST. PUBERULUM** Griseb. Linnaea XIII. 205. — Foliis cordatis, supra glabris, subtus pube sparsa adpressa conspersis, margine glandulis minutis distantibus obsoletisve notatis, lobis baseos discretis; petiolo infra apicem eglandulifero; samarae nudae ala triangulari obtusa glabrata pericarpium subaequante, margine superiori gibbo, ♄ ∪? — Rami tenues laeves vel juniores striati glabri, cum folii pagina superiori nigrescentes. Internodia inferiora pedalia, superiorum aliqua 6–4-uncialia, foliis tamen quandoque subalternis. Folia 4–2″ longa et fere lata, sinu basilari aperte reniformi (hinc in minoribus foliis nullo ob basin folii truncatam), apice late triangulari obtusa et apiculo saepius oblique aucta, margine aequali vel subrepando, glandulis minutis brevissime cylindricis sessilibus sparsis, membranacea penninervia, nervo venisque distantibus subtus prominulis, supra glabra, subtus pilis sparsis adpressis hinc evanidis vix pubescentia asperula cinerea, longe petiolata, petiolo ¾–2″ longo patente glabro, basi per vaginam stipularem cum altero confluente, glandulis binis orbicularibus lineam a folii origine dissitis. Pedunculi axillares, folio breviores, petiolum duplo excedentes patentissimi, juniores puberuli, simplices vel apice trichotome compositi, umbellae pedicelli indefiniti 6-8‴ longi recurvati, infra medium articulati. Sepala oblonga utrinque glabra, glandulis oblongis confluentibus sepalo demum paullo minoribus. Petalorum limbus orbicularis ciliatus unguem subaequans. Stamina 10 inaequalia, 4 minora anthera carentia, 3 media normalia, 3 majora connectivo in massam difformem ampliato instructa, filamenta linearia glabra, basi in tubum

irregularem connata, antherae loculi lineares, intus connectivo adnati glabri. Ovarium ex carpophyllis tribus intus connexis constitutum ovoideum hispidum, stigmata tria linearia superne in cucullum dilatata subaequans, ovulum in apice funiculi penduli erectum atropum, apice acutiusculum. Samarae (juniores) 3 vel 2 subtrapezoideae 4‴ longae et latae, pericarpium ovale 2‴ longum 1½ lin. latum pubescens laeve nudum, vallecula centrali plana, extra insertionem ab ala circumdatum, alae margo superior repandus, per gibbositatem super pericarpium sitam ad insertionem stigmatis descendens, margo inferior rotundatus ascendens, apex obtuse triangularis. Semen oblongum, funiculo brevi subapicali insertum, raphe lineari instructum, embryo rectus, radicula brevi supera, cotyledonibus oblongis aequalibus foliaceis. — In Brasilia meridionali crescit.

35. ST. ROTUNDIFOLIUM Adr. Juss. l. c. 373. t. 12. — Foliis subrotundis apiculatis subsinuatis, subtus pube tenui conspersis; antheris glabris; stylis apice foliaceis; samarae inferne puberulae lateribus crista dentata obliqua instructis, ala oblonga, basi introrsum dilatata. ♁⌒ — Rami sericeo-puberuli vel glabrati. Folia subrotunda (poll. 2½–2 longa, 1¾–1 lata) apiculata, saepe subsinuata, supra glabra, subtus pallidiora et pube tenui adpressa in nervis prominulis densiori conspersa, petiolo circiter pollicari similiter puberulo, bistipulata, stipulis minutis deciduis et cicatricem albam relinquentibus. Ramuli floriferi axillares, foliis subaequales brevioresve nonnumquam geminati vel terminales et paniculam foliis summis fere abortivis efficientes, umbellatim multiflori dichotomi, umbella inde triplici, pedunculi lin. 2½ longi, pedicellis subaequales. Calycinae laciniae puberulae, 4 biglandulosae. Petala lin. 4–5 longa, limbo subrotundo denticulis ciliato. Stamina generis, antheris glabris. Styli apice foliacei. Samarae inferne puberulae caeterum glabratae, facie interna receptaculo incumbente concavae, lateralibus oblique cristatae, crista rigida dentata vel lobata, alae circiter poll. 1 longae et ½ latae, basi introrsum obtuse dilatatae potius quam appendiculatae. — *Banisteria tomentosa* Slzm. Pl. exsicc. Bras. 98. (nec Dsf.) — Crescit in Brasilia.

36. ST. CARDIOPHYLLUM Adr. Juss. l. c. 374. — Foliis cordiformibus acuminatis glabris membranaceis; antheris introrsum villosulis; stylis apice foliaceis; samarae glabratae lateribus rugosis, ala oblonga, basi introrsum breviter appendiculata. ♁⌣ — Rami glabrati atro-rubentes laeves. Folia cordiformia (poll. 3 longa, 2½ lata) acuminata, utrinque glabra, subtus pallidiora, nervis rubentibus vix prominulis reticulata, secundariis inter primarios pinnatos transversis, extremis in cilium breve nonnumquam e margine excurrentibus, membranacea, petiolo 1–1½-pollicari puberulo, apice biglanduloso, bistipulata, stipulis parvis acutis. Rami floriferi axillares, foliis vix breviores compressi puberuli, superne bis aut semel dichotomi, foliis minoribus lanceolatis ad dichotomiam instructi, in dichotomiis et apice umbellatim multiflori, pedunculi graciles, lin. 2 longi, cum pedicellis paullo longioribus articulati. Calycinae laciniae ovatae, extrorsum puberulae et 4 basi biglandulosae. Petala lin. 3 longa. Stamina generis, antherae loculi pilis paucis introrsum villosuli. Styli apice foliacei. Samara (nondum plane perfecta) fere glabrata, lateribus rugosa (nec cristata), ala pollicaris, apice basique angustata, latere superiori antico rectilineo ad basin late et breviter appendiculato, inferiori postico curvilineo. — Crescit in Brasilia boreali.

37. ST. CONVOLVULIFOLIUM Adr. Juss. l. c. 372. — Foliis cordatis subovatisve acuminatis, utrinque glabris; petiolis apice biglandulosis; racemis axillaribus folio longioribus dichotomis subdivaricatis. ♁⌣ — Folia ambitu magis minusve repanda et glanduloso-ciliata integerrima glaberrima tenuia. Samarae viridi-rubentes glabrae, lateribus oblique cristatae, alis suberectis pollicaribus, semipollicem latis, margine postico et basi ad apicem curvis, antico rectilineis et basi introrsum appendicula obtusa dilatatis. — *Banisteria foliis ovatis, ramis brachiatis* Plum. Pl. Amer. 7. t. 13. — *B. dichotoma* (Linn. Spec. pl. 612?) DC. Prodr. I. 588. no. 10. — *B. convolvulifolia* Cavan. Dissert. IX. 428. t. 256. — Crescit in Guiana et in Antillis.

38. **ST. FINLAYANUM** Adr. Juss. l. c. 373. — Foliis cordiformibus, obscure angulatis et ciliatis, breviter et sensim acuminatis, subtus parcissime puberulis tenuibus, longe petiolatis; antheris.....?; stylis.....?; samarae glabratae, lateribus varicosae vel submuricatae ala oblonga, basi introrsum appendiculata, superne dilatata. ♄∪ — Caulis diameter fere bipollicaris, extus anguloso-canaliculatus glaber, lenticellis incrassatis verrucosus, ramis junioribus compressis puberulis, adultis teretibus glabratis atro-rubentibus. Folia cordiformia (poll. 4½–2½ longa, 3½–2½ lata) in ambitu obscure angulata, angulis nervulo extus procurrente brevissime mucronulatis, breviter et acute acuminata, supra virentia glabraque, subtus pallidiora parcissime puberula nervisque prominulis vel discoloribus reticulata tenuia, petiolo poll. 2–1 longo, apice biglanduloso, stipulis squamuloideis, basi latis brevibus, cito lapsis et cicatricem transversam discolorem relinquentibus. Inflorescentia generis, fructifera tantum suppetens, pedunculis floriferis lin. 2 longis, cum pedicello triente longiori articulatis, calyce 8-glanduloso. Samarae abortu 2–1 glabratae, latere nervis prominulis varicosae aut etiam fere muricatae, ala oblique ascendente fere sesquipollicari, superne dilatata (semipollicem lata) flabellato-venosa, margine antico crassiori rectilineo, basi in appendiculam brevem obtusam extenso, postico tenuissimo, inferne parallelo, superne arcuatim incurvato, loculus oblongo-ovatus, facie interna planiusculus. Semen (immaturum suppetens) conforme, latere infra apicem acuminatum appensum, extus rubens. — Crescit in Antillis.

39. **ST. TERNATUM** Adr. Juss. l. c. 376. — Foliis ternatim verticillatis ovatis, basi subcordatis, mucronato-acuminatis glabris, petiolo triplo longioribus; umbellis axillaribus trichotomis. ♄∪ — *Banisteria ternata* Moç. et Sess. ex DC. Prodr. I. 591. no. 47. — Crescit in Mexico.

40. **ST. PUBERUM** Adr. Juss. l. c. — Foliis ovatis acuminatis, basi inferne biglandulosis, supra glabris, subtus petiolisque sericeo-pubescentibus; ramis dichotomis; floribus corymboso-umbellatis; fructuum pubescentium alis intus lacinula auctis. ♄∪ — Rami pube sericea nitentes vel partim eadem excussa glabrati. Folia oblongo-ovata (poll. 5-4 longa, 2½–1½ lata), basi interdum subcordata, in acumen longiusculum sensim angustata integerrima, supra glabra et lucida, subtus pallidiora, pilis adpressis magis minusve dense pubentia nonnumquam renitentia, iisdem densioribus in nervis medio primariisque prominulis et in margine sericea, basi biglandulosa tenuia, petiolo poll. 1–¾ longo sericeo, minutissime et vix conspicue bistipulata. Ramuli floriferi axillares, foliis breviores, dichotomi ibidemque foliis 2 abbreviatis lanceolatis vel fere abortivis instructi, umbellatim floriferi (umbellis ternis 4-plurifloris, lateralibus stipitatis, media in dichotomia sessili) compressi sericei, pedunculi floriferi lin. 2 longi cum pedicellis subaequalibus articulati. Calycinae laciniae sesquilineam longae ellipticae rufescentes 4 biglandulosae, glandulis parvis. Petala triplo longiora unguiculata, limbo subrotundo ciliato concavo. Stamina generis, antheris glabris, stylique apice folioliformes, sed stamen et stylus, laciniae eglandulosae opposita, caeteris majora. Samarae 3 (saepius abortu 2–1) pollicares et ultra, puberulae, facie interna concava, receptaculo accumbentes, latere inermes, ala inferne semipollicem lata loculumque ipsa angustiorem extrorsum marginans, ibidem recta assurgens, superne autem extrorsum divergens et sensim angustata. Semen (immaturum suppetens) oblique ovato-acuminatum. — *Banisteria pubera* Rich. in Act. soc. Linn. Paris. — *B. convolvulifolia* Cavan. mss. — *B. Sinemariensis* Aubl. Guian. I. 462. t. 185. — Cav. Dissert. t. 251. — DC. Prodr. I. 589. no. 20. — *B. fulgens* DC. l. c. 590. no. 28. (non Linn.) — Crescit in insulis Antillis, in Guiana et in Brasilia boreali.

41. **ST. ELLIPTICUM** Adr. Juss. l. c. 377. — Foliis ellipticis, utrinque rotundatis cuspidatis membranaceis, supra glabris, subtus ramulisque adpresse puberulis, basi biglandulosis, glandulis sessilibus; umbellis axillaribus quadrifloris; fructuum alae appendicula obtusa. ♄∪ — *Banisteria elliptica* H. B. Kth. Nov. Gener. et spec. pl. V. 161. — DC. l. c. 590. no. 30. — Crescit prope Loxam in Nova Granata.

§. 2. *Styli omnes aut nonnulli apice ultra papillam stigmaticam in appendiculam linearem plerumque uncinatam producti. — Folia integra.*

42. ST. MUCRONATUM Adr. Juss. l. c. 377. — Foliis ovalibus acuminato-mucronatis, utrinque glabris submembranaceis, petiolo brevi apice biglanduloso nervisque adpressissime pubescentibus; corymbis axillaribus paucifloris. ♄ ∪ — Similius praecedenti, forsan olim, si fructus nunc ignoti identitas inveniatur, iterum confundendum, nunc tamen distinctum videtur floribus majoribus (petala semipollicaria) et tertio stylorum in rostrum oblongum angustumque producto nec in folium dilatato. Caulis scandens. Foliorum figura aetate mire mutatur, adulta elliptica glaberrima coriacea, juniora oblongo-ovata vel lanceolata sericeo-puberula, omnia mucrone nunc abrupte, nunc sensim terminata, petioli semipollicares graciles. Umbellae 4-florae, in ramulis axillaribus terminales, iisdem aphyllis quasi axillares, vulgo ternatae, pedunculis floriferis semipollicaribus et ultra sericeo-puberulis, cum pedicello 2-3-plo breviori crassiori glabro articulatis. Flores lutei. Antherae glabrae. Stamina 4 sterilia, duo longiora, filamentis gracilibus, connectivo in massam claviformem ampliato. — *Banisteria mucronata* DC. Prodr. I. 589. no. 31. — Crescit in Mexico.

43. ST. RETICULATUM Adr. Juss. l. c. 378. — Foliis oblongo-ovatis mucronulatis glaberrimis, supra laevibus et lucidis, subtus nervoso-reticulatis marginatisque coriaceis; petiolo infra apicem biglanduloso; antheris glabris; stylis apice in appendiculam truncatam vel unciformem productis; samarae parvae glabratae rubentis lateribus inermibus, ala acute basi introrsum appendiculata. ♄ ∪ — Rami lenticellis prominulis scabri glabrati. Folia oblongo-ovata (poll. 4-1½ longa, 1⅓-½ lata), apice mucronulata glaberrima, supra laevia et lucida, subtus nervis prominentibus intricate reticulata marginataque, coriacea petiolata, petiolo lineas 6-3 longo rigido canaliculato, infra apicem biglanduloso, glandulis stipitem crassum terminantibus. Flores in apice ramulorum axillarium vel terminalium racemosi, racemis interdum foliorum supremorum bracteaeformium abortu compositis brevibus et confertifloris, saepius etiam in umbellam contractis, pedicelli graciles, poll. 1-½ longi, cum pedicello vix lineam longo articulati, bracteae et bracteolae brevissimae subulatae. Calycinae laciniae lineam longae subrotundae glabellae, 4 basi biglandulosae (saepe duae juxta eglandulosam ipsae uniglandulosae), glandulis subrotundis. Petala triplo longiora, limbo suborbiculato concavo denticulato undulato, lutea. Stamina calycem superantia, inaequalia generis, antheris glabris. Styli apice introrsum stigmatiferi et introrsum appendiculati, appendicula in duobus latiore truncata, in tertio (qui laciniae eglandulosae opponitur) unciformi brevi. Samarae juniores puberulae, adultae glabratae rubentes, sursum et extrorsum productae in alam a basi ad apicem dilatatam, lin. 6-8 longam, 3-4 latam, ad marginis antici subrectilinei basin et supra styli ortum appendicula acuta auctam, postico magis incurvato, loculus endocarpio intra (hic ubi receptaculo affigitur) prominente oblique incurvatus. Embryo conformis ideoque introrsum cavatus, integumento duplici tenuissimo cum chalaza latissima vestitus, commissura cotyledonum axin oblique spectante, radicula brevissima. — Crescit in insula Cuba.

44. ST. SAGRAEANUM Adr. Juss. l. c. 379. t. 12. — Foliis polymorphis ellipticis vel ovatis vel obovatis vel lineari-oblongis linguiformibusve glaberrimis, utrinque nervoso-reticulatis coriaceis; antheris glabris; samarae parvae glabratae virentis lateribus inermibus, ala ad basin introrsum acute appendiculata. ♄ ∪ — Racemi juniores pilis adpressis puberuli, adulti glabrati, lenticellis verrucosi grisei. Folia polymorpha, nunc elliptica ovatave vel obovata, longitudine (poll. 2-1) latitudinem (lineas 15-10) dimidio aut triente aut etiam minus excedente, nunc lineari-oblonga (poll. 3-1 longa, lineas 4-3 lata) aut sensim a basi ad apicem, aut basi et apice latioribus, circa medium angustata, a forma mensurisque prioribus ad posteriores per omnes intermedias transeuntia, apice mucronulata nec raro emarginata glaberrima, utrinque sed praesertim subtus nervis admodum prominentibus

intricate reticulata marginataque, margine ad fines nervorum obsolete crenulato, coriacea petiolata, petiolo lineas 2–3 longo canaliculato, ad apicem biglanduloso, glandulis stipitem crassum terminantibus. Umbellae (vel potius racemi contracti) 6–15-florae, ramulos terminantes, aut simul ad folia suprema axillares et inde ternatae, pedunculis semilineam longis, pedicellis lin. 8–9 longis gracilibus vix puberulis, bracteis bracteolisque brevissimis. Calycinae laciniae lineam longae subrotundae, fere glabrae, 4 basi biglandulosae, glandulis subrotundis. Petala calyce triplo longiora. Stamina calycem superantia, inaequalia, antheris glabris. Ovaria dorso alata, inter alas villosa. Styli apice hinc stigmatiferi, stigmate glanduliformi lutescente, inde producti in appendiculam in duobus foliiformem, in tertio (qui laciniae eglandulosae opponitur) uniformem. Samarae virentes glabrae striatae, sursum et extrorsum productae in alam lineas 6 longam et 2 latam, ad marginis antici curvilinei basin appendicula acuta auctam, endocarpium introrsum intra loculum prominens, semen ipsum amplectens et inde antice concavum (caeterum ovato-acuminatum, integumento duplici membranaceo tenuissimo) cotyledonibus inaequalibus commissura subflexuosa axin spectantibus, in radiculam superam conicam brevem sensim attenuatis. — Crescit in insula Cuba.

45. ST. PERIPLOCAEFOLIUM Adr. Juss. l. c. 380. — Foliis ovatis oblongisve mucronatis subcoriaceis, utrinque glabris; petiolo apice biglanduloso; corymbis terminalibus; carpellis basi cristatis pilosisque. ♄ ∪ — *β. subovatum:* foliis ovato-oblongis. — *Banisteria periplocaefolia* Dsf. Cat. pl. hort. Paris. (edit. 2.) 160? — DC. Prodr. I. 589. no. 27. — *B. laurifolia* Rich. (non Linn.) — *B. microphylla* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 40. — *B. umbellulata* DC. l. c. 588. no. 14. — *Triopteris lingulata* Poir. Encycl. — *Acer scandens minus Apocyni folio* Sloane, Hist. Jamaic. II. 27. t. 162. fig. 2? (synonymum vulgo ad *St. fulgens* relatum, cf. p. 214. no. 30.) — Crescit in Antillis et in Guiana.

46. ST. DIVERSIFOLIUM Adr. Juss. l. c. 381. — Foliis oblongo-linearibus, ellipticis, oblongis, ovato-lanceolatis lanceolatisve submucronatis, basi rotundatis coriaceis, supra glabris nitidis, subtus puberulis, basi biglandulosis, glandulis sessilibus; pedunculis geminis terminalibus multifloris. ♄ ∪ — Proximum praecedenti, dignoscitur foliis basi rotundatis nec cordatis, crassioribus, vix reticulatis saepeque pubescentibus. Antherarum loculi introrsum pilosi, stylorum duo apice truncati vix ultra producti. — *Banisteria fulgens* Linn. Spec. plant. 612. (non Cav.) — *B. diversifolia* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. V. 159. — *B. ledifolia* H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. 590. no. 35. et 37. — *B. emarginata* DC. l. c. 588. no. 12. (nec Cavanilles). — Crescit in Antillis.

47. ST. LALANDIANUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 58. et Archives du Mus. III. 381. t. 12. — Foliis ovatis, basi subacutis, apice subemarginatis apiculatis integerrimis, subtus sericeo-pubescentibus tenuibus longe petiolatis, petiolo gracili, apice biglanduloso; samaris.....? ♄ ∪ — Rami flexiles, juniores pube brevi adpressa pulverulenti, adulti glabrati. Folia opposita, poll. 1–2 longa, paullo minus lata ovata, basi subcuneata, apice subemarginata et brevissime apiculata integerrima, supra (nervis exceptis) glabrata (siccaque rubescentia), subtus pallidiora et pube sericea brevissima conspersa tenuia petiolata, petiolo $^3/_4$–1-pollicari gracili sericeo-pubente, juxta apicem biglanduloso, glandulis impressis, bistipulata, stipulis brevibus deciduis. Pedunculi communes (ramuli) foliis longiores petiolisque crassiores pulverulenti, apice floriferi, floribus in unam aut saepius tres umbellas multifloras digestis, foliis 2 oppositis aut omnino abortivis stipitatas, mediam terminalem citius evolutam, laterales longius stipitatas, pedunculi partiales lin. 3 longi graciles sericeo-puberuli, singuli articulati cum pedicello subaequali, breviter basi bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis, semiellipticis, extrorsum hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis laciniam fere aequantibus ellipsoideis prominentibus. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo basi sagittato subrotundo concavo undulato, dissimilia inter se et inaequalia reflexa. Stamina 10 ca-

lycem paullisper superantia inaequalia dissimiliaque, 4 scilicet laciniis glandulosis oppositis filamentis longioribus gracilioribusque, antheris minoribus, 6 caetera paullo breviora normalia, alterna crassiora longioraque, filamenta glabra inferne in tubum coalita, antherae connectivo crasso glanduliformi loculos introrsum adnatos gerente. Ovaria 3 brevia, facie interna inter se in unum trilobum coalita, hirsuta, dorso carinata, apice stylifera, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes glabri, apice in uncum compressum dilatati punctum glanduliforme flavum (stigma) hinc ostendens. Fructus non suppetebat. — Circa Sebastianopolin in Brasilia.

48. ST. ACUMINATUM Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 58. — Foliis ovatis, basi subacutis acuminatis integerrimis, subtus pubescentibus tenuibus longe petiolatis, petiolo gracili, apice biglanduloso; samaris puberulis, in alam longam cultriformem supra productis. ♁ ◡ — Rami flexiles, juniores tomento brevi conspersi, adulti glabrati. Folia (poll. 2–3 longa, 1½–2 lata) ovata, basi subacuta, acuminata integerrima, supra glabra, subtus pallidiora et pubescentia tenuia petiolata, petiolo pollicari et ultra gracili pubescente glabratove, juxta apicem biglanduloso, glandulis impressis, bistipulata, stipulis brevibus deciduis. Pedunculi communes (ramuli) terminales vel plerique axillares et petiolis triplo circiter longiores, foliis 2 vix aut omnino abortivis instructi, apice umbellatim 6–10–flori, umbella interdum triplici (duabus scilicet ex axilla foliorum pedunculi emissis ipsisque pedunculatis), pedunculi partiales lineas 3–4 longi graciles puberuli, singuli articulati cum pedicello subaequali crassiori, basi bracteati et apice infra articulum bibracteolati. Fructus (nondum plane maturus suppetens) stipatus calyce persistente 5-partito pubente 8-glanduloso, conflatus e samaris 3 receptaculo trigono pyramidali oblique affixis puberulis, ad latera rugosis, supra expansis in alam fere pollicarem angustam, margine antico rectilineam concavamve et incrassatam, postico curvilineo superne emarginatam. Semen ovato-acuminatum oblongum, infra acumen funiculo brevi latoque suspensum, loculo conforme. — In sylvis caeduis prope villam Uba in Brasiliae prov. Rio de Janeiro.

49. ST. EMARGINATUM Adr. Juss. Archives du Mus. III. 382. t. 12. — Foliis ellipticis, basi cordatis, apice mucronatis aut emarginatis, subtus tomentosis, petiolis brevibus apice biglandulosis; racemis axillaribus terminalibusque. ♁ ◡ — Styli apice truncati hinc stigmatiferi et inde vix producti, interdum tamen appendiculam in tertio laciniae eglandulosae opposito exhibent. Folia nonnumquam perfecte ovata nec emarginata. — *Banisteria tomentosa* Juss. Herb. — *B. emarginata* Cavan. Dissert. IX. 425. t. 249. — Crescit in Antillis insulis.

XVIII. RYSSOPTERYS *Blume.*

(Blume mss. in Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 383. t. 11.)

Calyx quinquepartitus, eglandulosus. Petala calyce longiora, vix unguiculata subintegra. Stamina 10, omnia fertilia, vix inaequalia, filamentis gracilibus filiformibus, basi incrassatis et in urceolum sinuato-pentagonum connatis, antheris ovatis glabris aut saepius pilosis. Styli 3 graciles incurvi, stigmate capitellato terminati. Ovaria 3 introrsum inter se in unum dense villosum coalita, dorso compresso-gibbosa. Samarae 3 aut abortu paucio-res, apice in alam expansae margine antico superiori crassiorem, latere tuberculatae. — Frutices Oceanici scandentes: foliis oppositis vel suboppositis integerrimis, vulgo cordatis, margine subtus glandulifero, petiolo longo, apice biglanduloso, basi bistipulato, stipulis majusculis. Inflorescentiae in apice ramorum terminales, saepius, ramulis axillaribus pedunculos communes mentientibus, quasi axillares et, iisdem apice semel aut pluries dichotomis, quasi ternatae racemosae, racemis brevibus densifloris, supremis in umbellas contractis; pedicelli breves, a basi ad apicem dilatati, cum pedunculis longioribus inaequalibus basi bracteatis et apice bibracteolatis articulati; bracteae squamuloideae imbricatae. Flores albidi, plerumque abortu

masculi, pistillo sterili aut ad rudimentum tuberculis 1-3 villosis constans reducto, iidem nonnumquam hendecandri.

1. R. (BANISTERIA Venten. Choix des pl. t. 50. — DC. Prodr. I. 589. no. 18.) TILIAEFOLIA Adr. Juss. l. c. 384. — Foliis orbiculatis acuminatis, subtus tomentosis, petiolis elongatis apice biglandulosis; umbellis axillaribus pedunculatis compositis; petalis (purpureis) subsessilibus. ♄ ∪ — Crescit in insula Java.

2. R. MICROSTEMA Adr. Juss. l. c. 384. — Foliis late ovatis subcordatis mucronatis, margine subsinuato glanduliferis, subtus cinereo-pubentibus tenuibus; antheris minutis glabris. ♄ ∪ ∩ — Rami volubiles, juniores tomento denso fusco-rufescentes, serius eodem laxiori cinerei, demum glabrati. Folia late ovata (poll. 5-3 longa, 3-2¼ lata), quaedam basi subcordata, omnia apice mucronata et pleraque praeterea in acumen attenuata, margine obscure sinuata inque sinu quolibet imo glandulosa, supra glabra, subtus pube brevi in nervis prominulis densiori cinerea, tenuia molliaque, petiolo similiter cinereo, poll. 1¼ longo, supra canaliculato, apice biglanduloso, basi bistipulato, stipulis singulis aut plerisque in lacinias 2 semiellipticas inaequales partitis. Inflorescentia foliis subaequalis iisdem longiorve semel dichotoma aut pluries et tunc foliis minutis intermixta, pedunculis tomento brevi cinereis aut inferioribus glabratis, floriferis lin. 6-3 longis, cum pedicello breviori articulatis, bracteae bracteolaeque breves acutae. Calyx extrorsum tomentoso-cinereus, laciniis suborbiculatis linearibus quincunciatis. Petala calyce 3-4-plo longiora inaequalia dissimiliaque, in ambitu crispa. Stamina filamentis filiformibus calyce duplo longioribus, antheris minutis glabris. Ovarium pilis densissime congestis hirsutum, sub iisdem trilobum. Styli 3 breves glabri, filamentis crassiores, in stigma obconicum apice dilatati. Fructus non suppetebat. — *R. tiliaefolia* Blume mss. — *Heteropteris albida* Blume, Bijdragen 226. — Crescit in insulis Philippinis et in Java.

3. R. ABUTILIFOLIA Adr. Juss. l. c. 385. — Foliis cordiformibus acutis, subtus renitentibus tenuibus; antheris pilosiusculis. ♄ ∪ — Fragmentum hujus tantum suppetit: ramus scilicet florifer ex axilla folii (unici superstitis) erumpens sarmentosus, in parte juniori pube brevissima adpressa cinerascens, in adulta glabratus. Folia (e cicatricibus) opposita, suppetens cordiforme (poll. 5 longum, 3 latum) acutum, supra glabrum, subtus pube brevi renitens, nervo medio lateralibusque prominulis, caeteris discoloribus reticulatis, ad marginem glandulis paucis remotis minutis vixque conspicuis instructum, tenue, petiolo pollicari cinereo-pubente, bistipulatum (stipula unica superstes in foliolum obovatum lin. 4 longum excrevit, ad folia floralia multo minores suppetunt). Ramus florifer folio longior, ipse foliis oppositis minoribus nec conformibus (acuminatis basique acutis) instructus ex ipsorum axillis ramulos emittens apice dichotome 3 racemiferos. Racemi (laterales saepe in umbellas fere contracti) densiflori, axi puberulo bracteis squamulosis acutis glabris imbricatis toto vestito, ex axillis ipsarum pedunculos emittente graciles (inferiores superioribus umbellatim persistentibus deciduos) lin. 3 longos, cum pedicello breviori articulatos subque articulo brevissime bibracteolatos. Calyx laciniis lineam longis semiellipticis, basi pubescens, caeterum glaber; petala illis triplo longiora, late obovata concava subintegra undulataque. Stamina calyce duplo et ultra longiora, antheris cordatis pilosulis. In floribus observatis ovarii tantum rudimentum parvum conicum villosum, stylis 2 filamenta aemulantibus et stigmate capitellato terminatis superatum. Fructus non suppetit. — Crescit in Nova Hibernia.

4. R. DEALBATA Adr. Juss. l. c. 386. — Foliis cordato-acuminatis glabris cretaceo-dealbatis tenuibus; antheris pilosiusculis. ♄ ∪ — Rami juniores pilis adpressis conspersi, adulti glabrati. Folia cordato-acuminata (poll. 3-2 longa, 2¼-1½ lata), acumine brevi acutissimo, glabra, subtus quasi strato pulverulento cinerascentia, nervis praecipuis prominulis, diu puberulis, in margine glandulis paucis remotis vixque conspicuis instructa, tenuia, petiolo 1-½-pollicari subtomentoso, apice subtus biglanduloso, basi bistipulato, stipulis latis, oppositis fere contiguis. In-

florescentia generis, foliis brevior, semel aut bis dichotoma, pedunculis diversorum ordinum cinereo-pubescentibus, floriferis lin. 4-3 longis gracilibus, cum pedicello breviori a basi ad apicem incrassato-articulatis, bracteae bracteolaeque breves. Calyx laciniis lineam longis ovatis, basi et margine pubentibus, petala quadruplo illis longiora in margine crispo-undulata, valde inaequalia. Stamina filamentis basi in annulum coalitis caeterum filiformibus flexuoso-elongatis, antheris ellipticis introrsum pilosulis. Ovarium pilis longis albidis villosum, in plerisque floribus abortivum et saepe etiam tunc stylis superatum tribus stamina superantibus, similiter filiformibus et flexuosis. Fructus non suppetit. — Crescit in insulis Philippinis.

5. R. CUMINGIANA Adr. Juss. l. c. — Foliis cordato-orbiculatis mucronatis glabris virentibus; antheris hispidulis. ♄◡ — Rami juniores spurce tomentosi, adulti glabrati. Folia cordato-orbiculata (poll. 3-2 longa, totidem aut amplius lata) mucronata, margine glandulis paucis parvis remotis obscure impressa, in nervis praecipuis subtus prominulis pubentia, caeterum glabra, petiolo poll. 1-¾ longo tomentoso, apice biglanduloso, basi bistipulato, stipulis subspathulatis sesquilineam longis. Inflorescentia generis, foliis saepe longior et tunc pluries dichotoma, foliis imminutis ad dichotomias inferiores instructa, racemis confertifloris aut supremis fere umbelliformibus, pedunculis puberulis aut glabratis, summis et floriferis cinereo-tomentosis, lin. 4-3 longis, cum pedicello paullo breviori concolori, a basi ad apicem dilatato articulatis, bracteae bracteolaeque breves acutae. Calyx extrorsum pubescens, laciniis subrotundis lineam longis. Petala quadruplo longiora undulata fornicata. Filamenta longa, antherae hispidulae. Ovarium villosum, stylis elongatis. Fructus non suppetebat. — Crescit in insulis Philippinis.

6. R. (BANISTERIA DC. Prodr. I. 588. no. 11. — Dene. Nouvell. ann. du Mus. III. 442. †) TIMORENSIS Adr. Juss. in Deless. Icon. pl. rar. III. 21. t. 350. et Archives du Mus. d'hist. nat. III. 387. t. 11. — Foliis cordatis, rarius subovatis acuminatis, utrinque glabris; petiolis apice biglandulosis; racemis axillaribus folio brevioribus dichotomo-subumbellatis. ♄◡ — Ovarii rudimentum dense et longe villosum pilis excussis, triplex inaequale et diversiforme, in fertili ovulum ascendens, e filo pendulo quod summo loculo placenta incrassata mammaeformi adnectit, carpelli dorsum infra alam canaliculo exaratum longitudinali quem implet fasciola, primo cum epicarpio continua, serius ab eodem solubilis et samaram caeterum solutam cum basi receptaculi pyramidalis connectens; semen oblongo-ovoideum, integumento membranaceo duplici, exteriori colorato, interiori albo, infra apicem appensum; embryo conformis, gracilis igitur vixque incurvus, cotyledonibus subinaequalibus. — *Hiraea ovata* Blume, Bijdragen 226. — *Hiraea obscura* Blume l. c. — Crescit in insulis Philippinis et in Java.

XIX. BANISTERIA *H. B. Kth.*

(H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. Americ. V. 161. — Adr. Juss. in Archives du Mus. d'hist. natur. III. 388. t. 13.)

Calyx quinquepartitus, laciniis 4 (rarissime omnibus) basi biglandulosis, interdum eglandulosus. Petala longiora unguiculata, limbo fimbriato dentatove glabro vel pubescente, inaequalia. Stamina 10, omnia fertilia, inaequalia (alterna calycinis laciniis opposita alternis longiora praetereaque postica in inflorescentia caeteris vulgo minora), filamenta basi coalita; antherae loculis introrsum connectivo crasso glanduliformi, non raro excrescenti adnatis glabris aut pilosis. Styli 3 stigmate capitellato terminati, serius truncati. Ovaria 3 inter se coalita, singula dorso gibbosa, hirsuta. Samarae 3 aut abortu pauciores, apice expansae in alam, margine antico superiori crassiorem, lateribus interdum cristatae vel muricatae. — Frutices intratropici Americani, plerumque scandentes. Folia opposita, rarissime ternata verticillata integerrima, breviter aut vix petiolata, subtus ad basin saepius glandulifera bistipulata, stipulis minutis deciduis, rarius basi dilatata in annulum intra-

petiolarem connatis. Umbellae plerumque quadriflorae, abbreviatione foliorum summorum bracteaeformium paniculas magis minusve amplas terminales lateralesque componentes, rarissime racemi similiter ipsi compositi, pedunculi floriferi rarius breves, vulgo subnulli, pedicellis tunc basi articulatis et ibidem bractea extrorsum, bracteola duplici ad latera involucratis. Flores rosei aut lutei, rarius albi.

§. 1. *Umbellae quadriflorae.*

† Pedicelli pedunculis brevibus apice bibracteolatis suffulti. Petala glabra saepius rubentia. Folia pube metallicum renitente subtus obducta. Calyx plerumque glandulosus, antherae stylique glabri, alae oblongae.

1. B. ATROSANGUINEA Adr. Juss. l. c. 389. — Foliis late ovatis vel ovato-lanceolatis, basi subacutis mucronulatis, subtus pube brevi renitentibus petiolatis; calyce 8-9-glanduloso; petalis glabris ciliato-dentatis atrosanguineis; antheris glabris, connectivo in duobus excrescente; stylis glabris; fructu.....? ♄◡ — Arbuscula scandens, ramulis junioribus subcompressis rufo-tomentosis, adultis teretibus tantum pulverulentis aut demum glabratis. Folia late ovata vel ovato-lanceolata (poll. 3-2 longa, 1½ et ultra lata), basi subacuta mucronulata, supra puberula vel glabrata, subtus pube brevi adpressa in nervis medio primariisque prominulis densiori, renitentia discoloriaque, petiolo lin. 6-3 longo canaliculato pubente, bistipulata, stipulis minimis. Paniculae terminales aut axillares ad summa folia, iisdem fere abortientibus inque bracteas transeuntibus magis minusve amplificatae, ramis subdivaricatis in corymbulos desinentes, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, lineam longi, apice breviter bibracteolato cum pedicello duplo longiori articulati. Calycinae laciniae breves ovato-acutae rufae 4 biglandulosae. Petala calyce triplo longiora, limbo concavo ciliato, unguiculata reflexa atrosanguinea. Stamina glabra, filamentis inferne coalitis, inaequalia, connectivo glanduliformi, in duobus longe excrescente. Ovaria in unum trilobum coalita rufo-hirsuta, dorso gibbosa. Styli longiusculi glabri, basi patentes, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — *Heteropteris bignoniacea* Poepp. Pl. exs. 1752. — Crescit in Bolivia et in Peruvia.

2. B. BENTHAMIANA Adr. Juss. l. c. 390. — Foliis ovatis longe et acute acuminatis sericeo-puberulis, subtus discoloribus et 6-4-glandulosis petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; antheris glabris, connectivo in duobus excrescente; stylis glabris; fructu.....? ♄◠ — Caules juniores tomento brevi velutino-rufescentes, adulti glabrati cortice laevi rubente. Folia ovata, longe et acute acuminata (poll. 6-3 longa, 3-1½ lata), juniora utrinque sericeo-puberula, adulta saepe glabrata, subtus discoloria glandulisque 6-4 parvis scutelliformibus adspersa, petiolo lin. 8-4 longo supra canaliculato. Umbellae axillares foliis breviores et terminales summorum foliorum imminutione vel mutatione in paniculas amplificatae, umbellis vulgo quadrifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, floriferi sesquilineam longi cum pedicello duplo longiori articulati, bracteae bracteolaeque adpressae concolores breves. Calycinae laciniae lineam longae ovato-acutae tomentoso-sericeae 4 biglandulosae. Petala calyce triplo longiora, breviter unguiculata, limbo magno obovato fimbriato-ciliato glabro. Stamina glabra, filamentis basi coalitis, valde inaequalia, tria scilicet quae petalo et praefloratione interiori et ipsa tunc amplectenti respondent caeteris multo minora ex alternipetalis duo quae laciniis calycinis eglandulosae utrinque vicinis opponuntur contra multo crassiora, connectivo ultra loculos in massam ipsis multo crassiorem incurvato-obovatam glanduliformem producto. Ovaria in unum trilobum villosum coalita, singula dorso gibbosa. Styli longiusculi stamina superantes, a basi ad apicem stigmate capitellato terminatum attenuati. Fructus non suppetit. — Crescit in Peruvia.

3. B. METALLICOLOR Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 46. — Foliis ovatis, supra glabris, subtus pube brevissima adpressa metallice renitentibus jux-

taque basin biglandulosis membranaceis petiolatis; floribus roseis paniculatis, pedicello supra basin articulato; antheris glabris inaequalibus; fructu.....? ♁ ◡ — Rami teretes glabrati rubentes, lenticellis minutissimis discoloribus conspersi, ramuli patentes ancipites, pube brevissima argentei vel aenei. Folia (poll. 2½–1½ longa, 1½–1 lata) ovata, interdum acuta, pilis brevissimis sparsis juniora, quasi pulverulenta, mox glabrata, subtus iisdem adproximatis et adpressis fulgorem metallicum argenteum vel saepius aeneum reflectentia, ad vel juxta basin biglandulosa, glandulis parvis scutelliformi–orbiculatis rubris, penninervia, nervis prominulis, tenuia petiolata, petiolo lin. 3–4 longo supra canaliculato, bistipulata, stipulis brevissimis lignosis. Inflorescentiae in ramis ramulisque (supremis aphyllis) terminales paniculaeformes, paniculis magnis multifloris, pedicellis vulgo in umbellulas quadrifloras demum digestis, pedunculi ramulis quos terminant similes concoloresque, floriferi vix lineam longi, basi bracteati, apice cum pedicello articulati et infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque brevissimis acutis, pedicelli concolores, lin. 3 longi, superne incrassati et striati. Calyx profunde quinquefidus, laciniis inferne quincunciatis lineam longis ovato–acutis sericeis, dorso biglandulosis, glandulis linearibus (in lacinia quinta quoad praefloration interiori, quoad inflorescentiam externa, multo minoribus nonnumquam deficientibus orbiculatis), adnatis et etiam calyci juniori quasi impressis. Petala calyce triplo longiora unguiculata, ungue reflexo calycem subaequante, limbo cuneato–obovato, eleganter fimbriato–ciliato glabro, in exterioribus latiori concavo, rosea. Stamina 10, inaequalia inter se et dissimilia, 2 scilicet caeteris majora quae laciniis in praefloratione exterioribus opponuntur, 3 minora quae petalo interiori respondent, 5 petalis opposita alternis breviora et exteriora, filamenta subulata, basi inter se coalita glabra, longiora calycem superantia, antherae introrsae, loculis glabris connectivo glanduliformi discolori adnatis, connectivum in staminibus majoribus valde ampliatum inque massam difformem loculis multo crassiorem et ultra productam excrescens. Ovaria 3 in unum trilobum dense hirsutum inter se coalita, singula dorso superne in gibbum producta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes, divergentes rigiduli glabri, stigmate discolori capitellato, mox truncato, terminati. Fructus non suppetit. — Inter rupes prope praedium Itajuru non procul a vico St. Miguel de Mato dentro, in Brasiliae prov. Minas Geraës.

4. **B. PAUCIFLORA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 160. — DC. Prodr. I. 590. no. 38. — Foliis elliptico–oblongis subcuspidato–mucronatis, basi rotundatis coriaceis, supra puberulis, subtus pubescentibus, basin versus biglandulosis, glandulis sipitatis; umbellis terminalibus quadrifloris. ♁ — Umbellae terminales et ex axillis foliorum supremorum hisque abortientibus, pedunculi sesquilineares, pedicelli quintuplo longiores. Laciniae calycinae breves ovatae sericeo–incanae, 4 basi biglandulosae, glandulis ovatis dimidium calycem vix attingentibus. Petala ciliato–fimbriata unguiculata reflexa. Ovaria incano–hirsuta, dorso gibbosa. — Crescit in insula Cuba circa Havannam.

5. **B. NUMMIFERA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 391. — Foliis ovatis obovatisve, obtuse acuminatis, supra glabris et lucidis, subtus pube brevi plumbeo–argenteis coriaceis, petiolo apice biglanduloso; calyce 8–glanduloso; petalis glabris denticulatis.....?; antheris glabris, connectivo crassiori; stylis glabris; samaris latere inermibus. ♁ — Ramuli juniores albido–puberuli compressi, adulti teretes glabrati. Folia ovata vel obovata (poll. 2½–2 longa, 1½ lata) obtuse acuminata, supra glabra lucidaque, subtus pube brevissima sericea plumbeo–argentea, nervis vix prominulis reticulata coriacea, petiolo lin. 4 longo glabro, supra canaliculato et apice biglanduloso, stipulis brevissimis rigidis. Inflorescentiae foliis summis fere abortientibus paniculaeformes terminales, pedicellis in corymbulos digestis, cum pedunculo subnullo brevissime bracteato et apice bibracteolato articulatis, lin. 3 longis, sericeis. Calycinae laciniae ovatae (lin. 1½ longae) puberulae ciliataeque, 4 basi biglandulosae. Petala calyce triplo longiora, limbo obovato, basi acuto ciliolato–denticulato glabro, inaequalia reflexa. Stamina caly–

cem superantia, omnia valde inter se inaequalia (quae petalo interiori collateralia caeteris minora) filamenta glabra, basi inaequaliter coalita, antherae glabrae, connectivo ampliori obovato, praesertim in alternipetalis incrassato. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum introrsum coalita, dorso gibbosa. Styli stamina superantes glabri, apice truncato stigmatiferi. Fructus (junior adhuc suppetens) calyce elongato stipatus inermis, alis sursum et extrorsum vergentibus. — *Triopteris argentea* Slzm. Pl. exs. Brasil. 92. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

6. B. PRUINOSA Mart. mss. ex Adr. Juss. l. c. 392. — Foliis ovatis vel ovato-acuminatis mucronatis obliquis, subtus pruinoso-argenteis tenuibus, petiolo minute biglanduloso; calyce 8-glanduloso; petalis glabris denticulatis; antheris glabris, connectivo in tribus excrescente; stylis glabris; samarae pruinosae lateribus rugosis, ala oblonga angusta, ad apicem dilatata, basi introrsum appendiculata. ♄◡ — Rami argenteo-pruinosi, juniores compressi, adulti teretes subglabrati. Folia ovata vel ovato-acuminata (poll. 3–2 longa, 2½–1¼ lata) mucronata, saepe inaequilatera et obliqua, supra juniora argenteo-puberula, adulta glabrata et minutissimis tuberculis (pilorum basi) scabriuscula, subtus pube brevissima sericea argentea reticulato-venosa tenuia, petiolo (lin. 4–5 longo) similiter argenteo, lenticellis scabro, infra vel ad apicem minutissime biglanduloso. Inflorescentiae foliis summis abbreviatis aut abortivis paniculaeformes terminales, pedicellis quaternis umbellatis fere semipollicaribus, cum pedunculo vix lineam longo articulatis, bractea illum aequante, bracteolis ovato-acutis, medio tantum sericeis. Calycinae laciniae ovato-acutae (lin. 1½ longae), apice introflexae sericeo-argenteae, 4 biglandulosae, glandulis ovato-linearibus. Petala duplo et ultra longiora, limbo suborbiculari vel ovato lacerato-denticulato glabro, inaequalia reflexa. Stamina calycem superantia inaequalia, filamentis glabris, basi inaequaliter coalitis, antherarum glabrarum dissimilium connectivo glanduliformi, in tribus alternipetalis et laciniae eglandulosae collateralibus ultra loculos excrescente. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, dorso gibbosa. Styli stamina superantes glabri, apice capitellato-stigmatiferi. Samarae (vulgo abortu 1–2) circa loculum argenteo-pubentes et rugosae, supra extensae in alam verticaliter ascendentem (poll. 1½ longam et 2½ latam) pruinoso-puberulam, margine antico crassiori superne curvilineam et subdilatatam, inferne rectam et appendiculatam, appendicula adnata et paullulum infra medium in denticulum desinente, postico tenuiori subrectilineam. Semen (immaturum suppetens) reniformi-acuminatum, infra acumen appensum. — Crescit in Brasiliae provinciis Bahiensi, Piauhiensi et Cearaënsi.

7. B. (HETEROPTERIS H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. V. 164. t. 450. — DC. Prodr. I. 591. no. 5.) ARGENTEA Spr. ex Adr. Juss. l. c. 393. — Foliis elliptico-oblongis acuminatis, basi acutis membranaceis, supra pubescentibus, subtus calycibusque argenteo-sericeis; petiolis eglandulosis; paniculis axillaribus terminalibusque; floribus fasciculato-congestis. ♄ — [Samarae puberulae, facie antica concava, receptaculo trigono-pyramidali incumbentes, lateribus costatae, costis nonnumquam aculeatim prominentibus, extrorsum basi quasi calcaratae, ala 1¼–1-pollicaris, inferne 4, superne 5 lin. lata, obtusa.] — *Banisteria bicolor* Poepp. Pl. exs. Americ. 1879. — Crescit in Nova Granata.

8. B. MURICATA Cavan. Dissert. IX. 423. t. 246. fig. 2. — DC. l. c. 589. no. 22. — Foliis ovatis subtus tomentosis breviter petiolatis; racemis paniculatis terminalibus; carpellis intus aculeo auctis. ♄◡ — Crescit in Peruvia.

9. B. CALOCARPA Miquel, Linnaea XVIII. 53. † — Ramis glabratis; foliis modice petiolatis ovato-ellipticis acuminatis, acumine lineari obtusiusculo, inferioribus basi leviter inaequali subcordatis, summis ellipticis acutiusculis, supra nitidis glabris, subtus discoloribus punctulato-conspersis petiolisque tenerrime pilosulis cito glabratis costulato-venosis; pedunculis axillaribus 2–3 medio bibracteatis ex apice bibracteato pedicellos 2–4 ipsis multo longiores exserentibus; calyce octoglanduloso puberulo; samarae globosae spinuloso-muricatae alis ex angusta basi oblongo-obovatis, antice fere rectilineis basique lobulo breviter lanceolato

appendiculatis, postice inferne concavis, superne rectiusculis repandis, demum plicato-cristatis pubescentibus. ♁ ∪ — Crescit in Surinam.

10. **B. ACANTHOCARPA** Adr. Juss. l. c. 394. t. 13. — Foliis ovatis longe acuminatis, subtus pube brevissima argenteis et 4–6-glandulosis membranaceis, petiolo 4-glanduloso; calyce eglanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; stylis glabris; samarae latere processubus spinaeformibus muricatae ala oblonga, basi introrsum obtuse appendiculata. ♁ ∪ ∩ — Caulis volubilis arbores altissimas scandens, ramis junioribus compressis pube brevi adpressa argenteis, adultis teretibus glabratis. Folia ovata poll. 4–3 longa, 2½–1½ lata, basi abrupte acuta, apice longe acuminata, supra glabra, subtus pube brevi densa sericea (juniora utrinque argentea glandulis parvis scutelliformibus rubentibus 4–6 notata membranacea, petiolo semipollicari argenteo, juxta apicem quadriglanduloso, bistipulata, stipulis minutissimis setaceis. Umbellae quadrilorae (fructiferae tantum suppetentes et inde saepius incompletae), in paniculas amplas terminales foliorum summorum rudimentariorum bracteaeformiumve abbreviatione digestae, bracteis 4 brevibus involucratae, pedunculi floriferi lineam longi, cum pedicello quadruplo longiori, apice bibracteolato articulati. Calycinae laciniae sesquilineam longae ovato-acutae glabellae scabrae eglandulosae, petala illis duplo longiora glabra unguiculata, ungue reflexo, limbo subrotundo concavo fimbriato-ciliato, inter se dissimilia. Ovaria in unum trilobum dense villosum coalita, singula acuminata. Styli glabri. Samarae (saepius abortu unica) circa loculum argenteo-pubentes et utrinque processubus cristae- vel spinaeformibus lin. 2 longis muricatae, supra in alam extensae sursum vergentem, 1–1½-pollicarem, a basi ad apicem dilatatam, margine antico subrectilineam basique late et breviter appendiculatam, postico curvilineam, loculi oblongo-ovati, semen conforme acuminatum (nondum maturum) includentes, endocarpio lignoso crassissimo. — *Banisteria sericea* Dombey mss. — Crescit in Peruvia.

†† Pedicelli, pedunculis subnullis, sessiles, bractea bracteolisque contiguis basi involucrati. Petala glabra plerumque rosea. Folia vulgo sericea et tomentosa.

(Calyx plerumque glandulosus. Antherae glabrae aut villosae. Styli plerumque glabri. Carpelorum alae latae breviusculae.)

11. **B. LEIOCARPA** Adr. Juss. l. c. 395. — Foliis late ovatis mucronatis, margine basi biglandulosis, supra puberulis, subtus tomentoso-sericeis, longiuscule petiolatis; calyce eglanduloso; petalis glabris denticulatis.....?; stylis inferne hirsutis; samarae sericeo-pubescentis latere inermis ala subhorizontali, basi introrsum obtuse appendiculata. ♁ ∪ — Rami sericeo-tomentosi teretes. Folia late ovata (poll. 2–1¾ longa, 1¾–1½ lata) mucronulata, margine ad basin minute biglanduloso, supra pilis adpressis ad nervos marginesque spissioribus puberula, subtus tomentoso-sericea, nervis medio primariisque prominulis, petiolo lin. 4–6 longo sericeo, stipulis brevibus basi dilatata oppositis confluentibus. Umbellae quadriflorae, foliorum summorum abortu aut contractione paniculas amplas terminales componentes, pedunculi diversorum ordinum sericeo-tomentosi, pedicelli lin. 4 longi sessiles, bracteae bracteolaeque semilineam longae ovato-acutae, hae angustiores. Calycinae laciniae ovatae (lineam longae) sericeo-tomentosae eglandulosae. Petala calyce triplo longiora, omnino reflexa, limbo ovato concavo, dentibus minutis ciliato. Stamina calyce duplo longiora, filamentis glabris, inferne coalitis, antheris glabris obovatis, connectivo crassiusculo glanduliformi loculis linearibus breviori. Ovaria 3, pilis longis hirsuta, inter se in unum trilobum coalita, singula dorso gibbosa. Styli stamina aequantes, superne inflexi et glabri, inferne incrassati et hirsuti. Samarae basi inflatae et inermes, pilis adpressis sericeae, ala glabrata, loculo latiori subhorizontali (lin. 7–8 longa et 5–4 lata), margine antico et superiori ad basin breviter et obtuse lobato, utroque curvilineo. Semen oblongo-ovatum (lin. 3 longum) acuminatum, integumento duplici membranaceo, chalaza longa antice et latere notatum. Embryo (nondum perfecte matu-

rus) conformis, cotyledonibus inferne plicatis, basi brevissime biauriculatis. — Crescit in Peruvia.

12. B. OXYCLADA Adr. Juss. l. c. 396. — Ramulis ancipitibus; foliis late ovatis breviter acuminatis, subtus sericeo-tomentosis biglandulosis et nervoso-reticulatis coriaceis, petiolo decurrente biglanduloso; stipulis inter petiolos basi confluentibus; calyce 6–8-glanduloso; petalis glabris denticulatis violaceis; antheris glabris; stylis basi villosis; samarae pubescentis latere inermis ala latiuscula exappendiculata. ♄∪∩ — Rami volubiles ancipites (praesertim dum juniores) iidemque tomentoso-albicantes. Folia ovata (poll. 4–2 longa, 3–1½ lata), apice breviter et acute acuminata, supra puberula vel glabrata, subtus sericeo-tomentosa, nervis prominulis reticulata, glandulis 2 scutelliformibus prominulis notata (quae in junioribus magis, in adultis vix conspicuae) coriacea, petiolo lin. 5–3 longo triedro, in internodium subpositum inde anceps decurrente, tomentoso, ad apicem biglanduloso, stipulis setaceis, basi dilatata oppositis in annulum confluentibus. Umbellae quadriflorae, tum apicem ramorum terminantes, tum ramulos laterales foliis 2 rudimentariis vel bracteaeformibus instructos, foliorum summorum abortu saepe paniculatim confertae, pedicelli semipollicares tomentosi, cum pedunculis subnullis articulati, bracteae bracteolaeque vix lineam longae ovato-acutae tomentosae deciduae. Calycinae laciniae ovato-acutae (lin. 2 longae) introrsum convolutae et conniventes, extrorsum tomentosae, dorso medio longitrorsum costatae basique biglandulosae, glandulis cum pube minus conspicuis, in quinta omnino deficientibus, in utraque vicina saepius unilateralibus. Petala calyce triplo longiora, limbo late obovato ciliato-dentato carinato-concavo, inaequalia dissimiliaque glabra violacea. Stamina calycem vix superantia, filamentis glabris, basi coalitis inaequalibus (duo praesertim longiora caeteris), antheris glabris ovatis, connectivo subrotundo glanduliformi loculis breviori. Ovaria in unum trilobum, dense villosum coalita, singula dorso gibbosa. Styli stamina superantes, basi villosi, caeterum glabri, apice truncato stigmatiferi. Samarae (saepius abortu solitariae) basi ad loculum inflatae et inermes pulverulento-pubentes, ala sursum et extrorsum divergente (pollicem longa et ½ lata), margine antico incrassata rectilineaque, postico tenui et curvilinea. Semen lin. 3 longum ovato-acuminatum, infra acumen appensum. — In Peruviae provincia de Chiquitos inter Chaparales de Santa Anna, etiam in Brasiliae provincia Minas Geraës.

13. B. ARGYROPHYLLA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 45. — Foliis oblique ovatis cuspidatis, supra glabris, subtus argenteo-sericeis mollibus, breviter petiolatis; floribus albis composite racemosis; antheris hirsutis; fructu.....? ♄∪ — Rami tomento brevi pallide rufescentes. Folia (poll. 4–2 longa, 2–1 lata) oblique ovata cuspidata inaequilatera, integerrima, supra glabrata laeviaque, subtus pube densa argentea pallide in nervis rubescente sericea, nervis reticulatis, supra impressis, subtus prominentibus et nonnullis ad medium glanduliferis, glandula parva scutelliformi rubra pedicellata, petiolo lin. 3 longo tomentoso, bistipulata, stipulis minutissimis subque pube occultis. Inflorescentiae terminales et ad folia suprema minora axillares racemosae, racemis opposite paucifloris, in corymbos quasi digestis, pedunculi (ramulorum instar quos continuant) tomentosi, pedicelli concolores semipollicares crassi sessiles, basi bracteati praetereaque lateribus bibracteolati, bracteis bracteolisque brevibus subulatis tomentosis. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lin. 2 longis late ovatis, apice introrsum revolutis et conniventibus, extrorsum tomentosis basique valde incrassata (praeter quintam in inflorescentia extrorsam) biglanduliferis, glandulis crassissimis prominentibus ovatis anfractuosis flavicantibus. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue inter calycis lacinias reflexo ipsisque breviori, limbo suborbiculari, dentibus glandulosis eleganter fimbriato-ciliato glaberrimo, inter se inaequalia (quintum in praefloratione et sub anthesi interius caeteris minus) alba. Stamina 10, petalis opposita alternis exteriora, filamenta linearia, basi dilatata inter se coalita crassiuscula glabra subinaequalia, calyce breviora, antherae obovato-

lineares, loculis flavis hirsutis connectivo rubenti granuloso prominulo adnatis, pollen (aquae immersum) globosum punctisque pellucidis sparsis notatum, totidem ampullis diaphanis (addito acido) emissis tuberculatum. Ovaria 3 in unum trigonum dense hirsutum coalita, singula dorso in gibbum brevem compressum producta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem breves divergentes compressi glabri, inaequales tertius laciniam calycis eglandulosam spectans caeteris fere duplo latior), singuli apice truncato discolori stigmatiferi. Fructus non suppetit. — *B. nitens* Griseb. Linnaea XIII. 198. In sylvis caeduis prope vicum Nossa Sennora de Conceção in Brasiliae prov. Minas Geraës.

14. **B. LAEVIFOLIA** Adr. Juss. l. c. 38. — Foliis ovato-lanceolatis, basi subcordatis, supra lucidis et laevibus, subtus tomento albo sericeis subsessilibus; floribus flavis; antheris glabris; samaris sericeo-pubescentibus, dorso in alam longiusculam productis, latere muricatis. ♄ — Frutex 2–4-pedalis, caules virgati, rami teretes, juniores tomentosi, adulti glabrati. Folia (poll. 3–2 longa, 1½–1 lata, summa gradatim abbreviata) ovato-lanceolata, basi subcordata integerrima, supra glabrata lucidaque, subtus tomento denso albida junioraque plerumque glandula duplici glabra orbiculari scutelliformi pedicellata circa vel infra medium instructa in adultis evanida, brevissime petiolata, bistipulata, stipulis minutissimis et inter pilos non conspicuis. Inflorescentiae terminales umbelliformes, umbella quadriflora vel racemoso-corymbiformis, corymbo 5–8-floro, pedicelli lin. 4–6 longi tomentosi, basi articulati cum extremitate ramuli pedunculum mentientis infraque articulum extrorsum bractea, lateribus duplici bracteola stipati, bractea bracteolisque ovatis brevibus, quasi in involucrum verticillatis. Pili omnes bipartiti, ramis divaricatis. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis ovato-acutis crassis, extrorsum hirsutis, apice revolutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandula fere calycem aequante prominente ovata, lateribus anfractuosa. Petala triplo calyce longiora unguiculata, ungue eundem aequante et inter ipsius lacinias reflexo, limbo obovato concavo lacerato-ciliato, in quibusdam basi emarginato, glabra flava. Stamina 10, vix calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, basi dilatata coalita, antherae introrsae, loculis oblongis flavis glabris, connectivo dorsali breviori rubenti glanduliformi adnatis. Ovaria 3, inter se coalita in unicum trilobum dense hirsutum, singula apice breviter gibbosa uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem glabri breves, apice truncato stigmatiferi rubri, stigmate flavente. Fructus conflatus e samaris tribus (quarum duae saepe abortivae) receptaculo oblique accumbentibus pubescentibus, ala margine postico curvo, antico recto, 8–10 lin. longa, 5 lin. lata, lateribus breviter tuberculato-rugosis. — Crescit in Brasilia locis humidis prope vicum Rio das Mortes in Brasiliae prov. Minas Geraës inque campis herbosis juxta Cachoeira haud longe ab urbe Villa Rica.

15. **B. SALICIFOLIA** DC. Prodr. I. 590. no. 36. — Foliis oblongis, utrinque acutis, subtus sericeo-tomentosis, ad apicem petioli biglandulosis; racemis axillaribus subcompositis folia aequantibus. ♄∽ — Folia irregulariter opposita vel hinc inde alterna. — Crescit in Brasilia.

16. **B. ANGUSTIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 38. — Foliis oblongis linearibus acutis, subtus sericeo-lanatis basique biglandulosis; floribus roseis; antheris glabris, connectivo gibbiformi; samaris.....? ♃? — Suffrutex 1–3-pedalis, rami juniores pube brevissima sericei, adulti glabrati. Folia (poll. 3–2 longa, lin. 4–2 lata) linearia acuta integerrima, supra virentia, pilis minutissimis puberula glabratave, subtus pube densa albida vel pallide rufescente sericeo-lanata et margine (in siccis) revoluto nervoque medio prominente quasi bicanaliculata, brevissime petiolata, petiolo sericeo apice biglanduloso. Inflorescentiae tum in apice ramorum tum in ramulis summis lateralibus terminales umbelliformes, umbella quadriflora, pedicelli lin. 9–6 longi, pube densa brevique sericei, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati, bracteis bracteolisque brevibus ovato-acutis sericeis, quasi in involucrum

biseriatim verticillatis. Calyx quinquepartitus, laciniis 1½ lin. longis ovatis, extrorsum sericeo-tomentosis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis brevibus prominentibus. Petala calyce triplo longiora, inter lacinias ejus imbricatim conniventes reflexa, breviter unguiculata, limbo orbiculari, basi sagittato-cordato fimbriato-ciliato, subinaequalia, pallide rosea. Stamina 10, quinque calyci opposita alternis fere duplo majora, caeterum inaequalia (nempe quae axin umbellae, id est latus laciniae eglandulosae contrarium, spectant caeteris minora), filamenta subulata glabra, basi in annulum oblique coalita, antherae connectivo crassissimo, introrsum loculos lineares glabros adnatos gerente, extrorsum in massam gibbiformem (in staminibus majoribus maximam) producto. Ovaria 3, in unicum alte trilobum facie interna coalita, dorso gibbosa, dense hirsuta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem filamenta superantes rigidi crassi glabri, stigmate discolori capitellato, serius truncato, terminati. Samarae illis sequentis similes sed minores rugosae. — Crescit in Brasilia inter rupes prope praedium vulgo S. Quiteria non procul a vico S. Barbara in prov. Minas Geraës.

17. B. VERNONIAEFOLIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 398. — Foliis oblongis anguste lanceolatis, subtus lanatis et biglandulosis, breviter petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; staminibus.....?; samarae latere utroque rugoso et bialulato, ala lata obtusa. ♁ — Rami glabrati. Folia oblonga (poll. 4-3 longa, ⅔ lata), apice acuta et in mucronem desinentia, basi inaequilatera, marginibus (in sicco) subtus revolutis, supra reticulato-impressa, praeter pilos adpressos minutos rarosque glabra, subtus lanata pilis mollibus medio affixis, nervis prominulis pinnatis, medio ad basin biglanduloso, glandulis scutelliformibus, petiolo brevi (lineas 2 longo), stipulis brevissimis sublignosis. Inflorescentia terminalis, ex umbellis quadrifloris composita, foliorum supremorum abbreviatione vel abortu paniculaeformis, ramulis pluries trichotome partitis et ad divisiones bibracteatis, pedicelli (fructiferi tantum suppetentes) pollicares et ultra quaternati, basi articulati et sub articulo breviter extrorsum bracteati lateribusque bibracteolati, spurce hispiduli. Calycinae laciniae ovatae introflexae 4 biglandulosae. Samarae receptaculo sesquilineam longo trigono, facie interna concava accumbentes, lateralibus alte rugosae et utrinque inter rugas superiores bialulatae, supra et extrorsum extensae in alam lin. 8-9 longam et 6 latam, margine antico crassiori rectilineam, curvilineam postico tenuiori, pube brevi infra densiori conspersae, 1-2 saepe abortivae, loculus infra pericarpium dense lignosum oblongus subarcuatus, apice attenuatus. Semen conforme, lineas 3½ longum, infra medium funiculo brevi crassoque appensum, integumentum duplex, utrumque membranaceum, exterius rubens, ad chalazam nigrescens, apice pallidiori in filum attenuato, interius album, radicula brevis compresso-conoidea, plumula diphylla, cotyledones oblongae accumbentes, infra oblique plicatae. — Crescit in Brasilia in summo monte Itambe prov. Minas Geraës.

18. B. MONTANA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 37. — Foliis oblongo-ovatis, basi subcordatis, longiuscule mucronatis, subtus lanatis basique 2-4-glandulosis; floribus roseis; antheris glabris, connectivo extrorsum producto; samaris pubescentibus, dorso in alam brevem productis, latere rugosis. ♁ — Frutex 2-3-pedalis, rami juniores tomento brevi cinereo suffusi, adulti glabrati. Folia opposita vel saepius, praesertim ad partem caulis infimam ternatim verticillata (poll. 2-3 longa, 1-½ lata) oblongo-ovata, basi subcordata, apice subacuta inque mucronem longiusculum desinentia integerrima, supra virentia rugosa et puberula, subtus rufo-albida lanata reticulato-venosa, juxta basin et secus nervum medium glandulis 2-4 scutelliformibus substipitatis instructa, breviter petiolata bistipulata, stipulis minutissimis subque pube vix conspicuis. Inflorescentiae tum in apice ramorum, tum in ramulis summis lateralibus terminales umbellaeformes, umbellis quadrifloris, abbreviatione foliorum supremorum bracteaeformium in paniculam terminalem quasi digestis, pedicelli lin. 3-5 longi sericeo-lanati, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati,

bracteis bracteolisque brevibus ovato-acutis concavis lanatis. Flores fere sequentis, petalis magis fimbriatis, connectivo brevius appendiculato. Fructus fere *B. angustifoliae*. — Crescit in Brasilia ad apicem montis vulgo Morro do Mondo Velho in parti orientali prov. Minas Geraës dicta Minas Novas.

19. B. CAMPESTRIS Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 36. t. 108. et Archives du Mus. III. t. 13. — Foliis ovatis vel obovatis apiculatis rugosis, subtus tomentoso-albidis et reticulato-nervosis, basi biglandulosis; floribus roseis; antheris glabris; samaris pubescentibus, dorso in alam brevem productis, latere rugosis. ♃ v. ♁? — Caulis 1½–2½-pedalis simplex vel parce ramosus. Rami juniores tomento denso spurce albidi, sub ipso serius excusso rubentes. Folia opposita, interdum ternatim verticillata poll. 2½–1½ longa, 1½–¾ lata) ovata vel saepius obovata apiculata integerrima, supra pilis crispis pubescentia, subtus iisdem densissimis tomentoso-albida et nervis prominentibus reticulata, medio ad basin biglanduloso, glandulis orbicularibus scuteiliformibus prominulis, subsessilia bistipulata, stipulis brevissimis et sub tomento occultis apiculiformibus, suprema sensim mire abbreviata bracteasque mentientia. Inflorescentiae foliorum supremorum abbreviatione in paniculas terminales subterminalesque magnas quasi dispositae, singulae revera in ramulis terminalibus lateralibusque umbelliformes, umbella quadriflora, pedicelli lin. 4 longi, ramulis similes, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati, bracteis bracteolisque ovatis villosis ad involucrum verticillatis. Calyx quinquepartitus, laciniis conniventibus, lin. 2 longis ovatis, extrorsum pube brevi albicantibus adque basin biglandulosis, glandulis discretis, vix prominulis, brevibus linearibus, praefloratio quincunciata. Petala calyce duplo et amplius longiora reflexa unguiculata, ungue brevi, limbo orbiculari lacerato-ciliato concavo, inter se dissimilia (quintum suberectum, crassius et longius unguiculatum) rosea. Stamina 10, calycem paullulum superantia, quinque petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, inferne inter se coalita, antherae glabrae, connectivo dorsali glanduliformi. Ovaria 3, in unicum profunde trilobum, facie interna coalita, dorso gibbosa, dense hirsuta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli tres filamenta superantes, ab apice ad basin incrassati glabri, stigmate discolori capitellato terminati. Samarae 3 (e quibus una aut altera non raro abortiva) receptaculo centrali brevi trigono-pyramidali facie interna concava oblique accumbentes, lateribus rugosae, supra et extrorsum productae in alam lin. 4–6 longam et 4–5 latam, margine antico incrassato-rectilineam, curvilineam subsinuatamque postico tenui, pube brevi infra densiori albicantes, loculus pericarpio dense lignoso, oblongus glaber orbiculatus, introrsum planus, convexus extrorsum. Semen loculo conforme, medio appensum per funiculum brevem crassumque acuminatum, acumine in filum attenuato, integumentum duplex, utrumque membranaceum, externum coloratum, internum album, chalaza atra, hilo continua et inferior, embryonis radicula brevi conica supera, cotyledonis oblongae infra plicatae, plica membranae internae interposita. — Crescit in Brasilia in campis siccis lapidosisque prope Barbacena provinciae Minas Geraës locis.

20. B. MEGAPHYLLA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 399. — Foliis magnis ovatis vel subcordato-orbiculatis, supra velutinis, subtus albido-lanatis et reticulato-venosis, petiolo biglanduloso; stipulis basi dilatatis; calyce 8-glanduloso; antheris glabris vel parcissime pilosis, connectivo in alternis excrescente; stylis glabris; samarae puberulae latere transverse costatae ala lata. ♁ — Rami juniores sericeo-tomentosi, primum compressi et etiam decurrentibus petiolis ancipites, serius teretes. Folia magnitudine et forma varia, nunc ovata et apice acutiuscula nunc subcordato-orbiculata (poll. 6–3 longa, 6–2½ lata), supra virentia et velutina, subtus densius albido-lanata, nervis prominentibus reticulata, margine revoluto, petiolo poll. 9–4 longo crasso, supra canaliculato tomentoso, ad apicem subtus biglanduloso, stipulis brevibus, apice subulatis glabris fuscis, basi dilatata tomentosis et fere in annulum intrapetiolarem confluentibus. Rami summi floriferi conferti ramosi, foliis minutis aut ad bracteas reductis instructi, ad axillas saepe ramulos 2–3-natos emittentibus, unde paniculae terminales amplissimae et prae-

sertim latissimae crebriflorae, umbellis quadrifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum tomentosi, pedicelli lin. 4–3 longi, bracteae et bracteolae breves ovato–acutae. Calycinae laciniae ovatae (lin. 1½ longae) crassissimae, 4 biglandulosae, glandulis prominentibus fere omnino obtectae. Petala calyce duplo longiora reflexa, limbo orbiculari concavo, fimbriis (inferioribus glandulosis) ciliato glabro. Filamenta glabra, basi coalita, antherae supra calycem exsertae, connectivo glanduliformi ultra loculos in alternipetalis producto, ad apicem piliferae (pilis paucissimis, saepius unico) vel glabratae. Ovaria in unum pilis longissimis lanatum coalita. Styli ovaria terminantes breves glabri striati, stigmate terminati primum capitellato, serius truncato. Samarae (nondum perfecte maturae) puberulae, receptaculo oblongo trigono–pyramidali adnexae, facie interna planiuscula oblongo–ovata, lateribus transverse nervoso–costatae, ala basi dilatata (lin. 5 lata) et loculum extrorsum marginante, ad apicem angustata, lin. 8–9 longa, margine antico rectilinea, curvilinea postico, loculus intus in omnibus observatis semine abortivo, pilis vestitus. — Crescit in Brasilia in campis ad Curvello in provincia Minas Geraës.

21. **B. CROTONIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 36. — Foliis brevibus ovatis, brevissime apiculatis, subtus lanato–albidis basique biglandulosis; floribus roseis; antheris glabris, connectivo gibbiformi; samaris.....? ♃ — Suffrutex 2–2½–pedalis, rami tomento denso rufo–virente velutini. Folia (poll. 1–1½ longa, lin. 10 circiter lata) ovata vel rarius suborbiculata, basi vix cordata, plerumque brevissime apiculata, supra pube in nervis densiori puberula, subtus lanato–albida, nervis prominulis basique biglandulosa, glandulis scutelliformibus, brevissime petiolata bistipulata, stipulis minutis lanatis. Inflorescentiae in apice ramorum summisque ramulis lateralibus saepius pedunculiformibus terminales umbellaeformes, umbellis quadrifloris, abbreviatione foliorum supremorum bracteaeformium in paniculam longam strictam quasi digestis, pedicelli circiter semipollicares tomentosi crassiusculi, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati, bractea bracteolisque brevibus ovatis pubescentibus, in involucrum biseriale quasi dispositis, cito deciduis. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis ovatis, extrorsum tomentoso–sericeis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis duplo brevioribus lineari–ovatis prominentibus. Petala calyce duplo aut ultra longiora unguiculata, unguibus inter lacinias calycinas ipsis longiores reflexis, limbo basi sensim angustato orbiculato vel obovato, fimbriis eleganter ciliato roseo. Stamina 10, calycem vix superantia, 5 calyci opposita alternis majora, caeterum inaequalia (exteriora scilicet in umbella minora), filamenta subulata glabra, basi inter se in tubum inferiusque cum calyce concreta, antherae loculi glabri, connectivum glanduliforme crassum, in staminibus majoribus gibbosum. Ovaria 3, in unicum trilobum dense hirsutum facie interna coalita, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina vix superantes rigidi glabri, stigmate capitellato truncato discolori terminati. Fructus non suppetebat (sed cf. Griseb. Linnaea XIII 196.). — *Malpighia malifolia* Nees et Mart. Nov. act. acad. Leop. Carol. XII. 21. — In monte vulgo Morro d'Andaia, in parte orientali prov. Minas Geraës dicta Minas Novas in Brasilia.

22. **B. VELUTINA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 401. — Foliis ovato–lanceolatis, supra puberulis, subtus densius pubescentibus et biglandulosis, breviter petiolatis; calyce 8–glanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; antheris villosis, connectivo in alternipetalis excrescente.....?; stylis grabris; fructu.....? ♁ — Rami volubiles ramulique velutino–tomentosi. Folia summa magis ac magis abbreviata eademque densius sericeo–velutina, adulta ovato–lanceolata (poll. 4–3 longa, 1¾–1½ lata), supra puberula vel fere glabrata, subtus densius pubescentia, praesertim in nervis, medio juxta basin biglanduloso primariisque prominulis, petiolo lin. 2–3 longo tomentoso, stipulis brevissimis squamuloideis deciduis. Umbellae 3–4–florae, vulgo ternatae et etiam foliorum supremorum abortu in paniculas magnas terminales foliosas digestae, pedicelli ¾–½–pollicares albido–tomentosi.

Bracteae bracteolaeque lineam longae ovatae concavae deciduae. Calycinae laciniae ovatae (lin. 2½ longae) extrorsum sericeo-pubentes, 4 basi biglandulosae, glandulis oblongis ellipticis. Petala calyce duplo longiora, limbo suborbiculari, basi acuto, fimbriis ciliato concavo subcarinatoque glabro. Stamina calycem superantia subaequantiave, filamentis glabris complanatis, basi inter se coalitis, antherae loculis pilosis, connectivo magno obovato atro-rubente, ipsos in oppositipetalis subaequante, in alternipetalis duplo crassioribus superante. Ovaria in unum profunde trilobum dense hirsutum coalita, apice gibbosa et (cum matures-cere incipiunt) alata, ala erecta, antice rectilinea. Styli staminibus breviores glabri crassi, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetit. — [Conferatur cum *B. triflora* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 156.] — Crescit in Brasilia.

23. B. **MULTIFOLIOLATA** Adr. Juss. l. c. 402. — Foliis ovatis, subtus sericeo-pubescentibus petiolatis, multis minoribus inflorescentiae paniculatae intermixtis et subtus glandularum serie marginatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; antheris hirsutis, connectivo in tribus majoribus excrescente; stylis glabris; fructu.....? ♄∽ — Rami primum pube brevi fere tomentosi, serius glabrati. Folia ovata (poll. 1¾-1 longa, lin. 15-8 lata), pube supra parciori conspersa, subtus densiori sericea, nervis, medio primariisque praesertim, prominulis, revoluto-marginata, petiolo sericeo (lin. 4-2 longo) patente, stipulis minimis vixque conspicuis. Umbellae quadriflorae axillares et terminales, summorum bracteaeformium decremento amplas componentes paniculas, quibus intermiscentur folia plurima magis ac magis imminuta, majoribus conformia similiterque puberula, subtus serie glandularum marginata serius partim aut omnino evanidarum, pedicelli sessiles lin. 3 longi graciles albido-pubentes. Calycinae laciniae ovatae (lin. 1½ longae), utrinque, sed extrorsum densius pubentes, 4 biglandulosae. Petala calyce duplo longiora, limbo orbiculari, fimbriis ciliato, glabra. Staminum quinque calyci opposita alternis et quinque laciniae eglandulosae collateralia caeteris majora, filamenta calyce breviora crassiuscula glabra, basi coalita, antherae subrotundae, connectivo glandulaeformi, in tribus majoribus ultra loculos hispidos extenso. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Styli stamina vix superantes glabri, inferne incrassati, stigmate capitellato, serius truncato terminati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia in sylvis editis ad Stm. Theresam.

24. B. **MEMBRANIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 39. — Foliis ovatis acuminatis puberulis, subtus discoloribus membranaceis biglandulosis, longiuscule petiolatis, petiolo biglanduloso; floribus luteis albisve; antheris hirsutis; samaris.....? ♄ — Rami pube brevissima pulverulenti, sub ipsa atro-rubentes, ramuli summi horizontaliter patentes. Folia (poll. 2-3 longa, 1-1½ lata, summa gradatim magis ac magis abbreviata) ovata acuminata integerrima, pilis brevissimis utrinque puberula, supra lucida, subtus discoloria et metallice renitentia membranacea petiolata, petiolo semipollicari breviter tomentoso, quadriglandulosa, glandulis orbicularibus scutelliformibus prominentibus glabris, 2 petiolaribus, 2 in pagina inferiori irregulariter sitis, bistipulata, stipulis minutissimis. Inflorescentiae in paniculas terminales lateralesque multifloras, foliis supremis mire abbreviatis bracteasque mentientibus, mutatae, pedunculi (revera ramuli) terminales vel ad summa folia bracteaeformia axillares et nonnumquam geminati, pube brevissima pulverulento-albidi, pedicelli umbellati, umbella quadriflora, quidam praeterea infra umbellam solitarii oppositi, semipollicares, pube brevissima sericeo-albidi, basi cum pedunculo articulati, infra articulum extrorsum bracteati lateribusque utrinque bracteolati, bracteis bracteolisque lineari-ovatis, quasi in involucrum verticillatis. Calyx quinquepartitus, laciniis (lin. 1½ longis) ovatis introflexis et conniventibus, extrorsum pubescentibus basique biglandulosis, glandula lineam longa ellipsoidea prominente, praefloratio subvalvata. Petala calyce triplo longiora unguiculata, ungue eundem subaequante, limbo orbiculari concavo lacerato-ciliato glabro, reflexa, inter se inaequalia lutea vel, si in um-

brosis creverint, alba. Stamina 10 calycem paullulum superantia, quinque petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, basi dilatata inter se coalita, antherae loculis hirsutis, connectivo dorsali magno discolori glanduliformi adnatis. Ovaria 3, facie interna in unicum trilobum coalita, conoidea, supra styli ortum in acumen breve gibbosum producta, dense hirsuta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes glabri, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — In sepibus prope praedium vulgo As Bicas haud procul a vico Itabira de Mato dentro in provincia Minas Geraës.

25. B. ADENOPODA Adr. Juss. l. c. 40. — Foliis ovatis breviter et acutissime acuminatis, supra glabris, subtus puberulis reticulatis glanduliferisque (glandulis pedicellatis), longiuscule petiolatis; floribus.....?; antheris hirsutis; samaris.....? ♄∪ — Frutex arbores altissimas scandens ramosissimus, ramis pendulis, junioribus pube brevi cinerea pulverulentis, adultis glabratis atro-rubentibus. Folia (poll. 4–2 longa, 2½–1½ lata) ovata acuminata, acumine brevi angusto acutissimo vulgo obliquo, integerrima, supra glabra lucidaque, subtus paullo pallidiora puberula nervisque prominulis reticulata, quibus vulgo insident glandulae 2–6 pedicellatae et inde funguliformes parvae rubrae, petiolata, petiolo semipollicari, supra canaliculato puberulo, bistipulata, stipulis brevissimis setaceis. Inflorescentiae terminales umbelliformes, umbellis 3–4-floris, in paniculas terminales lateralesque opposite multifloras (cum folia summa magis ac magis imminuta in bracteas demum transeant) digestis, pedunculi (summi ramuli) pube densa hispiduli, pedicelli concolores semipollicares graciles, basi articulati, infra articulum extrorsum bracteati lateribusque bibracteolati, bracteis bracteolisque linearibus deciduis. Flores odorem *Convallariae majalis* spargunt. Calyx profunde quinquefidus, laciniis (lin. 2 longis) ovatis pubescentibus, pube brevi extrorsum densiore et albicante, basi (praeter quintam extrorsum in inflorescentia spectantem) biglandulosis, glandulis prominentibus ovatis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue calycem dimidium aequante, reflexa, limbo obovato, dentibus glandulosis longiusculis eleganter ciliato, glabra, inter se inaequalia dissimiliaque (quintum in praefloratione et sub anthesi interius erectum, longius latiusque unguiculatum, limbo angustiori altius fimbriato). Stamina 10, inter se valde inaequalia dissimiliaque, quinque scilicet petalis opposita alternis breviora et exteriora, quinque lateri floris externo respondentia caeteris majora (praesertim tribus interiori respondentibus iisdemque brevissimis), filamenta subulata, basi inter se coalita glabra, pleraque calyce breviora, antherae introrsae, loculis hirsutis, connectivo crassissimo glanduliformi discolori adnatis, connectivum in staminibus majoribus majus inque massam difformi-obovatam et duplo ultra loculos productam excrescens, in minoribus loculis subaequale. Ovaria 3, inter se coalita in unum trilobum dense hirsutum, singula dorso sursum in gibbum producta, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli stamina superantes divergentes rigiduli glabri, singuli stigmate virente, in praefloratione capitellato, serius truncato, terminati. Fructus non suppetit. (Cf. Griseb. Linnaea XIII. 197.) — Crescit in Brasilia ad margines sylvarum prope pagum Freguesia de N. S. da Escadenha in provincia Sancti Pauli.

26. B. LATIFOLIA Adr. Juss. l. c. 40. — Foliis magnis obovatis, supra glabris, subtus lanigeris vel glabratis et reticulato-nervosis, basi biglandulosis subsessilibus; floribus roseis; antheris villosis; samaris sericeo-lanatis, dorso in alam cultriformem productis. ♄ — Cortex suberosus, rami teretes, adulti glabrati cortice fusco-rubente inaequali iidemque foliiferi, juniores terminales lateralesve, dense tomentosi albidi, folia tantum minuta bracteaeformia gerentes et floriferi. Folia (poll. 5–3 longa, 3–2 lata) obovata, brevissime et obtuse acuminata, acumine subapiculato integerrima, supra glabra, subtus lana parca sparsa pubescentia et demum omnino excussa glabrata nervisque prominulis reticulata, medio ad basin biglanduloso, glandulis orbicularibus fuscis, brevissime petiolata bistipulata, stipulis minutissimis vix conspicuis deciduis fuscis. Inflorescentiae in ramulis ter-

minalibus lateralibusque folia vix semipollicaria et lanuginosa bracteasque simulantia gerentibus quasi in paniculas dispositae, in quibus pedunculi (ramuli) lanuginosi, communes 2–3-pollicares, secundarii semipollicares umbellatim 4–5-flori, pedicelli subaequales concolores, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati, bractea bracteolisque subaequalibus ovatis, quasi in involucrum verticillatis. Pili profunde bifurcati, ramis divaricatis. Flores suaveolentes. Calyx quinquepartitus, laciniis (lin. 2 longis) obovatis obtusis, extrorsum hirsutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandula lineam longa ellipsoidea prominente, lateribus anfractuosa. Petala calyce duplo et amplius longiora unguiculata, ungue longo reflexo, limbo obovato concavo lacerato-ciliato glabro, inter se dissimilia (quintum scilicet in praefloratione interius suberectum, ungue duplo majori, limbo dimidio breviori) rosea. Stamina 10 calyci subaequalia, quinque petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, basi dilatata et inter se coalita, antherae loculis oblongis, connectivo dorsali discolori glanduliformi adnatis villosis. Ovaria 3 facie in unicum trilobum coalita conoidea, supra styli ortum in brevem gibbum producta, dense hirsuta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina paullulum superantes glabri, basi crassi, apice truncato stigmatiferi. Fructus (immaturus tantum suppetens) conflatus e samaris tribus receptaculo trigono-pyramidali oblique et sublateraliter affixis, sericeo-lanatis praesertim ad basin, latere (insertioni opposito) appendicula cristaeformi auctis, supra productis in alam sursum et extrorsum vergentem cultriformem, margine antico superiori incrassato subrectam, postico inferiori tenui subundulato curvilineam, loculus intus lana densa alba vestitus subreniformis, hinc cum cavitate minore inani similiter lanata et appendiculae laterali samarae respondente pervius. Semen immaturum suppetens. — Crescit in Brasilia in campis prope Riberão Frio, in parte australi prov. Goyaz.

††† Pedicelli pedunculis subnullis sessiles, bractea bracteolisque contigui basi involucrati. Petala glabra rosea vel saepius alba. Folia glabra aut pilis adpressis rigidis subtus pubescentia, vulgo obliqua et subsessilia.

(Antherae hispidae, styli glabri. Diversae partes siccando plerumque fuscescentes.)

27. B. MINARUM Martius mss. ex Adr. Juss. Archives du Mus. III. 403. — Foliis oblongis, basi subcordatis lanceolatis inaequilateris glabris, subtus biglandulosis subsessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis albis; antheris hispidis; stylis glabris; fructu.....? ♄ — Frutex 4–5-pedalis. Folia oblonga (poll. 3–2 longa, lin. 7–5 lata), basi subcordata, superne lanceolata inaequilatera, utrinque glabra, supra lucida, subtus discoloria, punctulis albidis crebris conspersa nonnunquam cinerascentia, in sicco ferruginea venisque pallidioribus parum prominulis reticulata et glandulis minimis duabus scutelliformibus secus nervum medium aut in primariis instructa, petiolo lineam longo, stipulis minutis squamuloideis. Umbellae ramulos laterales foliorum abortivorum paribus 1–2 instructos terminantes, quadriflorae, pedicellis semipollicaribus aurato-sericeis, bracteis bracteolisque brevissimis. Calycinae laciniae sesquilineam longae ovatae aurato-sericeae, quatuor glandulis duabus crassis partim obtectae. Petala calyce triplo longiora, unguibus calycem aequantibus aut superantibus, fimbriato-ciliata glabra alba. Stamina filamentis calyce brevioribus glabris, basi coalitis, antherarum connectivo glandulaeformi glabro, loculis hispidis. Ovaria in unum sericeo-villosum coalita. Styli breves glabri rubentes, stigmate flavido truncato terminati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia ad Serro Frio provinciae Minas Geraës.

28. B. SCHIZOPTERA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 43. — Foliis ovato-lanceolatis apiculatis, basi subcordatis, supra laevibus lucidisque, subtus sparse pubescentibus et secus nervum medium bi- vel pluriglandulosis, breviter petiolatis; floribus rubris; antheris villosis; samaris pubescentibus dorso in alam postice bilobam productis, latere cristato-muricatis. ♄ — Frutex 5–6-pedalis humiliorve ramosus, rami patuli, juniores tomento brevi rufescentes, adulti

glabrati atro-rubentes. Folia (poll. 2–1 longa, lin. 9–5 lata) ovato-lanceolata, basi subcordata apiculata integerrima, plerumque inaequilatera et obliqua, supra laevia glabra vel pilis raris secus nervos conspersa, subtus discoloria pilisque rufescentibus sparsis pubescentia et secundum nervum medium prominulum 4–8-glandulosa, glandulis orbicularibus scutelliformibus, breviter petiolata, petiolo tomentoso, bistipulata, stipulis minutissimis vix conspicuis apiculiformibus deciduis, suprema sensim abbreviata et in bracteas quasi transeuntia. Inflorescentiae in ramulis terminalibus lateralibusque umbelliformes, umbella quadriflora, pedicelli circiter semipollicares, tomento brevi instructi, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati. Calyx quinque-partitus, laciniis (semilinem longis) ovatis hirsutis, apice introflexis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula lineam longa ellipsoidea prominente, lateribus anfractuosa. Petala calyce triplo longiora unguiculata, ungue lineam longo, limbo reflexo obovato lacerato-ciliato glabro concavo, inter se dissimilia (quintum in praefloratione involutiva interius), in anthesi erectum, ungue duplo majori, limbo dimidio breviori, rubra, ad ambitum pallidiora. Stamina 10, calyce paullo longiora, quinque petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, basi ima inter se coalita, antherae loculis oblongis, connectivo dorsali discolori glanduliformi magno adnatis villosis. Ovaria 3 in unicum profunde trilobum facie interna coalita, dorso subcarinata hirsuta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem filamentis subaequales glabri, apice truncato stigmatiferi. Samarae 3 (e quibus una aut altera saepe abortiva) receptaculo trigono-pyramidali (lin. 3 alto) oblique affixae, pilis rufis pubescentes, supra et extrorsum productae in alam poll. 1 longam et ½ latam, margine antico incrassato subrectam, postico tenui subsinuato curvilineam et infra fissam in partes duas (inferiorem multo minorem appendiculaeformem), lateribus processubus inaequalibus brevibus muricatae, loculus oblongus laevis, semen loculo conforme, infra apicem acutissime acuminatum suspensum, vestitum tegumentis duobus discoloribus membranaceis, radicula supera conoidea, cotyledonibus oblongis, infra recurvis. — Variat foliis magis minusve elongatis. — Crescit in Brasilia inter pagum Alto dos Bois et urbem Villa de Fanado, nec non in monte Morro d'Andaia in prov. Minas Geraës.

29. B. INTERMEDIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 404. — Foliis cordato-ovatis, apice mucronulatis, subtus pubentibus et biglandulosis subsessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; antheris hirsutis; stylis glabris; samarae auratae, lateribus cristato-muricatae ala ad basin marginis postici curvi denticulata. ♂⌒ — Rami juniores tomentosi, adulti glabrati. Folia oblique cordato-ovata (lin. 14–10 longa, 7–5 lata), lobis basi contiguis, apice mucronata inaequilatera, supra glabra et lucida, subtus pallidiora (in sicco ferruginea) pilisque adpressis pubentia et glandulis 2 parvis scutelliformibus secus nervum medium inferne instructa, petiolo brevissimo, subsessilia, stipulis inconspicuis. Umbellae 3–4-florae in ramulis lateralibus terminales et axillares, foliis inflorescentiae abbreviatis vel partim abortivis paniculas foliosas componentes, pedicelli semipollicares tomentosi, bracteae et bracteolae ovato-acutae breves. Calycinae laciniae ovatae (sesquilineares), basi patentes et crassissimae, apice introflexae, extrorsum hirsutae et quatuor glandulis 2 magnis prominentibus flavidis semiobtectae. Petala calyce triplo longiora, unguibus reflexis, limbo glabro suborbiculari concavo fimbriato-ciliato (ciliis in quinto interiori glandulosis). Staminum filamenta calyce breviora glabra, basi coalita, antherae connectivum glabrum glandulaeforme, loculis linearibus hirsutis. Ovaria 3 in unum hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Styli breves, supra stamina vix exserti crassiusculi glabri rubentes, stigmate flavido truncato terminati. Samarae pilis adpressis aureis pubentes, receptaculo trigono-pyramidali facie interna vix concava accumbentes, juniores laeves, adultae transverse et oblique costatae, costis acutis vel etiam magis prominentibus fere muricatae, dorsali plerumque in denticulum *(B. schizopterae* lobo alae inferiori analogum) desinente, ala extrorsum ascendente (lin. 9 longa et 6–5 lata), margine antico fere rectilinea, curvilinea postico.

Semen irregulariter ovato-acuminatum simulque incurvum, funiculo lato supra medium oblique appensum, paullo inferius chalaza fusca notatum, caeterum rubens, integumento duplici membranaceo. Embryo cotyledonibus oblongis subaequalibus, basi replicatis, juxta radiculam sensim cum ipsis continuam brevissime biauriculatis, plumula compressa biloba. — In Brasiliae provincia Bahiensi.

30. B. ADAMANTIUM Adr. Juss. l. c. 406. - Foliis basi subcordatis ovatis vel ovato-lanceolatis, subtus pubentibus et biglandulosis, breviter petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris albidis vel roseis; antheris hispidulis; samarae puberulae lateribus sublaevis ala margine utroque curva. ♁ — Frutex 10-pedalis, ramis gracilibus, adultis glabratis, copia lenticellarum discolorium notatis. Folia ovata vel ovato-lanceolata (poll. 2-1 longa, 1-½ lata), basi leviter cordata, lobis approximatis vel etiam incumbentibus, apice acuta vel apiculata, supra glabra et lucida, subtus pallidiora (in sicco ferruginea) pilis adpressis pubentia glandulisque 2 parvis scutelliformibus secus nervum medium inferne instructa, petiolis brevibus tomentosis, stipulis minutissimis vix conspicuis. Umbellae in ramulis lateralibus terminales quadriflorae, pedicellis lin. 4 longis. Calyx 8-glandulosus, glandulis crassis. Petala albida vel rosea glabra. Filamenta glabra basi coalita, antherae hispidulae. Samarae puberulae, receptaculo trigono-pyramidali facie interna ovato-acuta vix concava accumbentes, lateralibus laeves aut nervis vix prominulis costatae, ala obovata, lin. 6-8 longa et 4 lata, integra, margine utroque sed magis postico curvilinea. Semen irregulariter oblongo-ovatum simulque incurvum, apice sensim attenuatum, infra ipsum funiculo lato oblique appensum, integumento duplici membranaceo, exteriori rubente tantumque ad chalazam atrato. Embryonis cotyledones oblongae subincurvae, (altera paullo brevior) cum radicula sensim continuae. — Crescit in Brasilia in campis ad Tejuco districtus Adamantium in provincia Minas Geraës.

31. B. COMANS Adr. Juss. l. c. — Foliis brevibus cordato-lanceolatis glaberrimis, subtus bi- vel eglandulosis, breviter petiolatis; calyce 10-8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis.....?; antheris hispidis; stylis glabris; fructu.....? ♁⌒ — Rami glabri. Folia cordato-lanceolata (poll. 1½-½ longa, ½-¼ lata), lobis basi conniventibus, apiculata glaberrima, utrinque venis prominulis reticulata, supra lucida, subtus discoloria (in sicco ferruginea) punctulisque crebris albidis conspersa aut etiam interdum subcinerea et glandulis 2 minutis cyathiformibus instructa non tamen raro deficientibus, petiolo lineam longo, stipulis minimis vixque conspicuis. Umbellae 3-4-florae, in ramulis lateralibus terminales et axillares, pedunculo brevi insidentes foliis imminutis subtenso, pedicelli (lin. 3-4 longi) graciles sericeo-pubentes, bracteis bracteolisque brevibus lineari-ovatis. Calycinae laciniae ovatae, vix lineam longae, omnes aut 4 biglandulosae, glandulis prominentibus partemque majorem calycis obtegentibus, pubentes ciliatae. Petala calyce triplo longiora reflexa unguiculata fimbriato-ciliata, limbo subrotundo concavo, glaberrima. Staminum supra calycem exsertorum filamenta crassiuscula glabra, loculis hispidis. Ovaria in unum hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Styli crassi rubentes, stigmate flavido truncato terminati. Fructus non suppetit.

β. stellaris: foliis coriaceis, magis oblongatis, subtus 4-2-glandulosis, nervis nonnullis e parte glandulifera nervi medii stellatim radiantibus. — Nonne eadem ac *B. stellaris* Griseb. in Linnaea XIII. p. 191. ex descriptione simillima, nisi antheris glabris (non pilosis)?

γ. latifolia: foliis majoribus cordato-ovatis glaberrimis eglandulosis. — In provinciae Bahiensis Serra Açurua.

δ. pubifolia: foliis majoribus cordato-ovatis, subtus parce puberulis, vulgo biglandulosis. Flores albi. — In monte Sancto provinciae Bahiensis.

†††† Pedicelli pedunculis subnullis sessiles, bractea bracteolisque contiguis basi involucrati. Petala sericeo-pubescentia, vulgo lutea. Folia rigida glabra aut rarius parce pubescentia.

(Calyx non raro eglandulosus. Antherae glabrae aut hispidae. Styli saepius villosi. Alae vulgo oblongae non raro introrsum basi appendiculatae. Diversae partes siccando nigrescentes.)

32. B. HETEROSTYLA Adr. Juss. Archiv. du Mus. III. 408. t. 13. — Foliis ovatis vel lanceolatis, subtus pubescentibus, petiolo biglanduloso; calyce eglanduloso; petalis sericeo-pubescentibus denticulatis.....? filamentis exsertis; antheris glabris; stylis divaricatis, duobus glabris, tertio hirsuto; samarae latere utroque cristis 3 parallelis imbricato, ala longiuscula margine antico appendiculata. ♁⌒ — Rami juniores pube albida pulverulenti, adulti glabrati. Folia ovata, basi acuta vel saepius lanceolata (poll. 2–1 longa, ¾–½ lata), vulgo apice mucronulata, supra glabra luciadaque, subtus pallidiora pubentia, petiolo lineas 5–2 longo tomentoso, glandulis 2 minutis apice et supra notato, stipulis filiformibus brevissimis fuscis deciduis. Umbellae quadriflorae ramulos breves foliis duobus parvis, plerumque omnino bracteaeformibus instructos terminantes, saepe praeterea duae ex axillis foliorum eorundem, tunc ternatae, singulae bracteis 4 exterius et interius bracteolis 8 brevibus tomentosis involucratae, pedicelli semipollicares, pube albida pulverulenti. Calycinae laciniae sesquilineares subrotundae fulvo-pubentes, basi quinconciatae eglandulosae. Petala calyce quadruplo longiora unguiculata, unguibus calycem subaequantibus, limbo late ovato, denticulis ciliato, extrorsum sericeo-pubente. Stamina calyce fere duplo longiora inaequalia (oppositum petalo interiori minimum), filamentis gracilibus basi dilatata et ima coalitis glabris, antheris glabris, connectivo crasso glandulaeformi granuloso-tuberculato. Ovaria axi in unum coalita trilobum, inter lobos hirsutum, caeterum glabra subglobosa, dorso septemcristata, cristis a basi media radiantibus discoloribus. Styli a basi incrassata divaricati, mox erecti graciles longi, duo glabri, tertius (petalo interiori contrarius) usque ad medium hirsutus, omnes superne acuti et apice primum capitellato, serius truncato stigmatiferi. Samarae inferne villosae, facie interna parva concava receptaculo affixae, laterali utraque tricristatae, cristis oblique ascendentibus imbricatis latis, margine sinuatis lacerisve, ala lineas 10 longa et 4 lata, juxta medium dilatata, margine postico curvilinea, antico rectilinea, basi in appendiculam magnam alulaeformem cristis parallelam procurrente. Semen funiculo lato, infra apicem oblique appensum ovato-acutum cum sulco hippocrepidiformi chalazae respondente, integumento duplici membranaceo, cotyledonibus inaequalibus, infra replicatis, altera alteram breviorem amplectente, cum radicula brevi conica sensim continuis, plumula majuscula. — Crescit in Columbia ad Stam. Martham.

33. B. JASMINELLUM Adr. Juss. l. c. 409. — Foliis parvis ovatis mucronulatis, margine infra biglandulosis, subtus cinereo-tomentosis, breviter petiolatis, calyce eglanduloso; petalis sericeo-pubescentibus denticulatis.....?; filamentis exsertis; antheris glabris; stylis divaricatis consimilibus glabris; fructu.....? ♁⌒ — Rami juniores tomentoso-incani, adulti glabrati. Folia ovata (lin. 8–6 longa, 5–4 lata) mucronulata integerrima, in margine ad basin biglandulosa, supra pilis paucis mollibus pubentia vel glabrata, subtus iisdem densioribus cinereo-tomentosa, petiolo lin. 2–1 longo incano, bistipulata, stipulis setaceis brevissimis fuscis deciduis. Inflorescentia floresque fere ut in *B. heterostyla*, sed petala dimidio circiter minora tresque styli inter se similes glabri. Fructus non suppetebat. — Crescit in Columbia.

34. B. EGLANDULOSA Adr. Juss. l. c. 410. — Foliis ovatis acutissime acuminatis, subtus puberulis tenuibus longiuscule petiolatis; calyce eglanduloso; petalis sericeo-pubentibus denticulatis.....? antheris glabris; stylis hirsutis; fructu.....? ♁ — Ramuli juniores adpresse puberuli, adulti glabri lucidi. Folia ovata (poll. 3 longa, 1¾–1½ lata), basi acuta, apice acutissime acuminata, subtus pilis adpressis puberula, margine revoluto, tenuia, siccando nigrescentia, petiolo semipolli-

cari puberulo, stipulis minutissimis. Inflorescentia foliis supremis fere abortientibus terminalis paniculaeformis, umbellis quadrifloris composita, pedunculi diversorum ordinum sericeo-pubescentes compressi, pedicelli semipollicares graciles, bracteae bracteolaeque breves. Calycinae laciniae lineam longae suborbiculares, extrorsum sericeo-pubentes eglandulosae. Petala calyce multo longiora, ungue gracili reflexo, limbo magno subrotundo denticulato, extrorsum sericeo-pubente. Stamina supra calycem exserta, valde inaequalia (alterna alternis, exteriora sub anthesi interioribus majora), filamentis glabris, basi coalitis, antheris glabris, connectivo prominente granuloso. Ovaria 3 in unum longe hirsutum trilobum coalita, apice singula gibbosa. Styli arcuati, toti hirsuti, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

35. B. NIGRESCENS Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 44. — Foliis lanceolatis acuminatis glanduloso-marginatis, supra lucidis, subtus puberulis glabratisve petiolatis, petiolo eglanduloso; petalis luteis fimbriato-ciliatis; antheris puberulis; samaris.....? ♁ — Caulis sarmentosus, rami juniores compressi, pube brevi adpressa ad nodos densiori conspersi, adulti teretes et glabrati. Folia (poll. 4–2 longa, lineas 15–7 lata) lanceolata acuminata, margine subtus revoluto glandulisque nonnullis minutis impresso integerrima, supra lucida, subtus pilis adpressis parce puberula vel glabrata nervisque prominulis reticulata, tota siccatione nigrescentia petiolata, petiolo lin. 3–4 longo, supra canaliculato puberulo. Inflorescentiae terminales vel pleraeque laterales umbelliformes, umbella quadriflora, pedunculi (ramuli axillares aphylli) solitarii vel interdum geminati (poll. 1½–1 longi) compressi puberuli vel glabrati, plerumque supra vel circa medium bibracteati, bracteis oppositis lanceolato-linearibus nec raro ad axillam floriferis, pedicelli lineas 8–9 longi compressi, pilis adpressis pubescentes, basi articulati, infra articulum bractea extrorsum, lateribus bracteola duplici stipati, bracteis bracteolisque minutis ovatis pubescentibus. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis, obtusissime ovatis, extrorsum pubescentibus, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus confluentibus. Petala calyce quadruplo longiora unguiculata, ungue calycem paullulum superante, limbo suborbiculari lacerato-ciliato, medio extrorsum pubescente, reflexa subinaequalia lutea. Stamina 10 calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora, filamenta basi in annulum oblique coalita glabra inaequalia, quae breviora eadem latiora, antherae introrsae, loculis linearibus discretis puberulis, connectivo crasso adnatis. Ovaria 3, basi et introrsum tantum inter se coalita, caeterum libera conoidea hirsuta, introrsum circa medium stylifera et supra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli staminibus subaequales glabri, apice stigmatiferi, stigmate truncato discolori. Fructus non suppetebat. Diversae partes, praesertim glandulae calycinae, siccando nigrescunt. — *B. fimbriata* Griseb. Linnaea XIII. 191. — In sylvis caeduis prope urbem Sancti Pauli.

36. B. ERIANTHERA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 411. — Ramis ad nodos annulatis; foliis late ovatis, oblique acuminatis, utrinque puberulis, subtus reticulato-venosis, longiuscule petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis rubiginoso-sericeis fimbriatis.....?; antheris dense lanatis; stylis villosis; fructu.....? ♁ — Rami juniores compressi, pube brevissima rubiginosi, adulti teretes glabrati. Folia ovata (poll. 5–3 longa, 3–2 lata) oblique et longiuscule acuminata, utrinque sed praesertim in nervo medio puberula, supra laevia, subtus venis prominentibus reticulata pallidiora, petiolo semipollicari puberulo, supra canaliculato, stipulis brevibus, basi lata cum opposita transverse confluentibus ita ut ad nodos ramus annulo prominente cingatur. Umbellae axillares foliis multo breviores 3–4-natae, singulae pedunculo unifloro brevi vulgo bibracteato nonnumquam ad axillas bractearum insidentes, pedunculis interdum ramulo breviori stipitatis, saepius subsessilibus, pedicelli (lin. 10 longi) pedunculorum instar rubiginoso-sericei. Calycinae laciniae subrotundae lineam longae rubiginoso-sericeae 4 bi-

glandulosae, glandulis crassis ipsasque subaequantibus. Petala calyce quadruplo longiora fimbriato-ciliata, extrorsum tota rubiginoso-sericea. Staminum filamenta glabra, basi coalita inaequalia (laciniae eglandulosae oppositum caeteris majus) antherae pilis longis dense lanatae. Ovaria introrsum coalita, pilis longis villosa, sub ipsis latere utroque bicristata dorsoque alata. Styli longi inaequales, fere toti villosi, apice subuncinato truncati et stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Diversae partes, folia praesertim et glandulae calycinae siccando nigrescunt. — Crescit in Brasiliae sylvis ad fl. Japura in provincia Rio Negro.

37. B. LUCIDA A. Rich. Act. soc. hist. nat. Paris. ex Adr. Juss. l. c. 411. — Folia ut in *B. divaricata* pilis parvis subtusque granulis albidis conspersa, rami ad nodos linea prominente annulati. Ovaria stylique similia antheraeque hispidae, sed flores ampliores sericeo-aurati umbellati, umbellis 2-3-natis pluri-(6-8-)floris. Samarae (nimium immaturae) ala erecta antice crassior et rectilinea, latere altero tuberculoso-lobulata. — Crescit in Guiana.

38. B. LOBULATA E. Mey. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XII. II. 813. — Foliis ellipticis acuminatis coriaceis glabris, superne lucidis, petiolis eglandulosis brevibus; pedunculis axillaribus trifloris subpaniculatis; carpellis pubescentibus tuberculatis, intus lobulo auctis. ♁ — Rami erecto-patentes stricti, cortice laevi. Folia quadripollicaria elliptica in acumen longum obtusum protracta, basi acuta integerrima coriacea glaberrima venoso-reticulata, supra nitida, subtus non glaucescentia. Petioli breves eglandulosi. Pedunculi in foliorum superiorum axillis petiolo duplo longiores stricti triflori, pedicelli pedunculo longiores subpollicares, apice incrassati puberuli, fructiferi nutantes. Flores.....? Carpella magnitudine pisi minoris pubescentia reticulato-tuberculosa, interdum submuricata, alis sesquipollicaribus oblique obovatis, dorso pubescentibus, appendiculis accessoriis vix bilinearibus intra majores iisque parallelis, basi styli adnatis. — In Surinam.

39. B. (TRIOPTERIS A. Rich. Herb.) DIVARICATA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 412. — Ramis ad nodos annulatis; foliis lanceolatis acuminatis, supra lucidis, subtus ferrugineo-rubentibus, breviter petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis ferrugineo-sericeis cymbiformibus.....?; antheris stylisque hirsutis; fructu.....? ♁ — Rami divaricati, juniores compressi, adulti teretes glabri. Folia lanceolata (poll. 4-3 longa, 1½-1¼ lata) acuminata, supra lucida, subtus ferrugineo-rubentia (granulis crebris albidis lentis ope tantum conspicuis obsita), pilis minutissimis adpressis raris conspersa et reticulato-venosa, punctulis glandulosis venulas terminantibus, siccando nigrescentia, breviter petiolata, stipulis setaceis minutissimis, basi dilatata cum opposita in lineam intrapetiolarem confluentibus. Umbellae axillares foliis multoties breviores quadriflorae geminatae stipitatae, stipite bibracteato, tomento ferrugineo sericeae, pedicelli lin. 4 longi, bracteae bracteolaeque breves ovatae. Calycinae laciniae sericeo-ferrugineae subrotundae 4 biglandulosae. Petala (lin. 2-3 longa) obovata, basi acuta cymbiformia ferrugineo-sericea. Stamina inaequalia, antherarum connectivo prominente, loculis pilosis. Ovaria fere distincta, apice gibbosa, longe hirsuta ut et styli. Fructus non suppetit. — Crescit in sylvis redivivis Guianensibus.

40. B. (HETEROPTERIS DC. Prodr. I. 592. no. 10.) APPENDICULATA Adr. Juss. l. c. 413. t. 13. — Foliis ovalibus in acumen obtusum acuminatis subcoriaceis, superne glabris, subtus pallidis, in nervis adpresse puberulis, petiolis brevissimis eglandulosis; corymbis axillaribus; carpellis intus ad basin ala appendiculatis. ♁ — Crescit in insula Sti. Vincentii (forsan culta).

41. B. PUBIPETALA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 41. tab. 169. — Foliis late obovatis, basi acutis, apice quasi truncato abrupte acuminatis glaberrimis, subtus secus marginem glandulosis, breviter petiolatis; petalis luteis, extrorsum pubescentibus; antheris pubescentibus; samaris glabris, dorso in alam longam, latere in breviores cristaeformes, productis. ♁ — Arbuscula 4-5-pedalis, caule debili, ramis subancipitibus glabris. Folia (poll. 3-2 longa, 2-1½ lata) late

obovata, basi acuta, apice plerumque quasi truncato abrupte acuminata glaberrima, subtus glandulis minutis marginata et brevissime subsinuata, nervis prominulis reticulata coriacea petiolata, petiolo (lin. 3 longo) supra canaliculato, bistipulata, stipulis dentiformibus vix conspicuis. Umbellae quadriflorae, plures in corymbos paniculasve congestae, tum ad ramorum apicem, tum crebrius in ramulis lateralibus brevibus foliorum in bracteas transeuntium abortu tantum floriferis pedunculosque mentientibus, solitariis geminatisve aut etiam ternatis, pedicelli semipollicares nutantes, pilis adpressis puberuli, basi articulati, infra articulum extrorsum bractea, lateribus bracteola duplici stipati, bracteolis ovatis bractea triangulari acuta paullo brevioribus puberulis in involucrum verticillatis. Calyx quinquepartitus, laciniis sesquilinearibus suborbicularibus puberulis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis rotundis confluentibus. Petala fere semipollicaria unguiculata, ungue calycem subaequante, limbo suborbiculari vel obovato lacerato-ciliato, medio extrorsum pubescente, reflexa inaequalia lutea. Stamina 10 calyce duplo longiora, 5 petalis opposita alternis minora, filamenta basi inter se coalita glabra, antherae introrsae, loculis linearibus discretis pubescentibus, connectivo magno discolori adnatis. Ovaria 3 basi tantum inter se connata, caeterum libera, dense et longe hirsuta, circa medium introrsum stylifera, supra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli stamina vix superantes, inferne hirsuti, superne glabri, apice truncato discolori stigmatiferi. Samarae 3 glabrae, receptaculo trigono-pyramidali (lineam alto) facie antica parva triangulari affixae, supra et extrorsum productae in alam rubram, fere sesquipollicarem, sensim a basi ad apicem (lin. 6-8 latum) dilatatum, margine postico tenui subsinuato curvilineam, fere rectilineam antico crassiori, praeterea processubus brevioribus alae- vel cristaeformibus instructae, uno medio alamque introrsum basi terminante, caeteris lateralibus, utrinque 2-3-seriatis, omnibus lin. 2-3 altis, loculus ovatus laevis. Semen (immaturum suppetens) infra apicem acutissime acuminatum pendens. — Variat paullisper foliis floribusque. Folia enim in speciminibus fructiferis ovata et magis oblonga, flores nonnumquam majores. — In campis prope Villa Boa, urbem principem prov. Goyaz, nec non juxta Formiga in prov. Minas Geraës (Sertão), et in sylvis caeduis prope vicum Chapada, in Minas Novas.

42. **B. MARTINIANA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 413. — Foliis ovatis oblique acuminatis glabris, supra lucidis, subtus discoloribus coriaceis; petiolo biglanduloso; calyce eglanduloso; antheris glabris, connectivo excrescente; stylis glabris; samarae latere bicostatae ala antico rectilinea. ♁ — Rami juniores compressi angulati, tomento brevi ferruginei, adulti teretes glabrati. Folia ovata (poll. 3-2 longa, 1¾-1 lata) brevissime et oblique acuminata, supra glabra lucidaque, subtus discoloria (granulis albidis ope lentis conspicuis punctata), nervis prominulis reticulata, medio ferrugineo-pubente, coriacea, petiolo (lin. 4-3 longo) ferrugineo apice biglanduloso, glandulis cupuliformibus, stipulis minutissimis setaceis. Inflorescentiae terminales et axillares, foliis vix breviores paniculaeformes, panicula composita umbellis 3-5 quadrifloris, ex axi communi (ramulo foliorum par unum aut duplex abortivum proferente) ferrugineo complanato enatis, bractea quadrudruplici bracteolaque octuplici brevissime involucratis, pedicelli semipollicares graciles glabelli. Calycinae laciniae sesquilineares ovatae vix puberulae eglandulosae. Petala calyce duplo aut ultra longiora unguiculata, limbo concavo denticulato glabro. Stamina glabra, basi coalita, valde inaequalia (fere ut in *Stigmaphyllo*), tria praesertim crassiora antherarum connectivo ultra modum excrescente. Ovaria apice compresso-gibbosa, cum maturescunt in alam producta stylo parallelam, basi et apice angustatam, margine antico crassiorem et rectilineam, curvilineam postico sericeo-pubentem, lateribus longitrorsum bicostata, costis prominentibus. Styli longiusculi graciles, apice truncato stigmatiferi glabri. Fructus non suppetit. — Crescit in Guiana.

43. **B. SEPIUM** Adr. Juss. l. c. 414. — Foliis lanceolato-obovatis breviter acuminatis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis; petiolo biglanduloso; calyce eglandu-

loso; petalis sericeo-pubentibus fimbriatis.....?; antheris glabris; stylis inferne hirsutis; fructu.....? ♁ — Rami juniores compressi sericeo-pubentes, adulti teretes glabrati rugulosi. Folia lanceolato-obovata (poll. 3–2½ longa, 1½–1 lata) late et breviter acuminata, utrinque glaberrima et (in sicco) reticulato-venosa, subtus venis prominentibus cumque nervo marginali demum confluentibus, praeterea punctulis creberrimis albidis (lente conspicuis) obsita coriacea rigidaque, petiolo lin. 3 longo sericeo-pubente, ad apicem biglanduloso, stipulis minimis setaceis deciduis. Umbellae 3–4-florae, in ramulis lateralibus folio brevioribus vel subaequalibus, ipsis folia imminuta vel bracteaeformia 2–6 gerentibus, terminales et axillares, pedunculis diversorum ordinum sericeo-pubentibus, pedicellis fere pollicaribus, a basi ad apicem incrassatis, brateis bracteolisque lineam longis ovatis, similiter pubentibus. Calycinae laciniae lineam longae subrotundae, extrorsum sericeo-pubentes eglandulosae. Petala calyce 4–5-plo longiora reflexa, unguibus calycem superantibus, limbo suborbiculari, fimbriis ciliato, medio extrorsum sericeo-pubente. Staminum supra calycem exsertorum filamenta glabra, basi coalita, antherae magnae glabrae. Ovaria coalita in unum pilis longis fuscescentibus hirsutum, singula sub pilis dorso gibbosa et latere utroque bicostata, Styli stamina superantes, inferne subdivaricati et dense hirsuti, superne glabri, stigmate flavido truncato terminati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae sepibus in prov. Piauhiensi.

44. **B. VIRGULTOSA** Adr. Juss. l. c. — Foliis ovatis, basi obtusis aut subcordatis, breviter acuminatis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis, brevissime petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis aurato-pubentibus fimbriatis flavis; antheris villosulis; stylis inferne hirsutis; fructu.....? ♁ — Frutex erectus dense ramosus foliosus, rami novelli sericeo-pubentes, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 2½–1½ longa, lin. 22–18 lata), basi obtusa aut subcordata, apice breviter et obtuse acuminata glaberrima, subtus nervis prominulis reticulata paulloque pallidiora (punctulis albidis lentis ope conspicuis obsita) et revoluto-marginata coriacea rigidaque, petiolo brevissimo sericeo-pubente, stipulis minutissimis subque pube inconspicuis. Umbellae 3–4-florae terminales et axillares pedunculo communi lin. 4 longo stipitatae, foliis breviores, pedicellis semipollicaribus et ultra, pedunculi instar sericeo-pubentibus. Calycinae laciniae sesquilineares ovatae, extrorsum aurato-pubentes, 4 basi biglandulosae, glandulis lineam longis. Petala calyce triplo longiora patentia, unguibus limboque extrorsum aurato-pubentibus, fimbriato-ciliata flava. Staminum filamenta calyce breviora, ima tantum basi coalita, antherae extra calycem exsertae villosulae. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum coalita, singula apice gibbosa, latere utroque sub pilis costata. Styli breves inferne hirsuti, stigmate truncato terminati. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës ad Rio Hermoso.

45. **B. HYPERICIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 42. — Foliis cordatis orbiculatis ovatisve; brevissime acuminatis, obsolete glanduloso-dentatis glaberrimis, supra lucidis, subtus reticulato-venosis sessilibus; petalis luteis, extrorsum rubentibus pubentibusque; antheris glabris; samaris.....? ♃? — Suffrutex 1½–2-pedalis, caule recto, ramis teretibus glabris laevibus. Folia poll. 2–1 longa, fere totidem lata, cordato-orbiculata ovatave, brevissime et obtuse acuminata, obsolete glanduloso-dentata glaberrima, supra lucida reticulato-nervosa subglaucescentia subsessilia bistipulata, stipulis brevissimis acutis coriaceis. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares, pedunculus semipollicaris aut brevior glaber, saepe bracteas gerens 2–4 geminatim oppositas gemmam axillarem foventes breves (ramulus et folia mutata), pedicelli 4 e pedunculo umbellatim orti, stipati bracteis totidem in involucrum verticillatis praetereaque basi singuli bibracteolati, bracteolis brevissimis introrsum glanduliferis, pedunculo longiores glabri striati. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis ovatis extrorsum pubescentibus, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus contiguis. Petala semipollicaria unguiculata, ungue calycem aequante

vel superante et inter ejus lacinias reflexo, limbo suborbiculari concavo lacerato-ciliato undulato nec raro sinuato, basi subauriculato, extrorsum pubescente, lutea et extrorsum rubro suffusa. Stamina 10 calycem paullulum superantia, 5 petalis opposita alternis breviora, filamenta glabra, ima basi dilatata coalita, antherae introrsae, loculis glabris oblongis, connectivo adnatis obovato magno. Ovaria 3, basi et inter se introrsum coalita, caeterum distincta conoidea, supra styli ortum in acumen gibbosum producta, pilis longissimis hispida, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem longiusculi glabri, apice truncato stigmatiferi. Fructus (immaturus suppetens, e samaris 3 basi tantum et introrsum cohaerentibus, supra basin styliferis, oblique et acute ovatis, supra in alam productis, ala extrorsum et sursum vergens, margine antico crassiore subrectilinea, curvilinea postico. — Crescit in Brasiliae campis prope praedium Sobrado, in parte prov. Minas Geraës dicta Minas Novas.

46. B. RIGIDA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 416. — Foliis confertis obovatis, breviter acuminatis, margine glanduloso-subdenticulatis glabris coriaceis subsessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis pubescentibus fimbriatis flavis; antheris glabris; stylis inferne hirsutis; fructu.....? ♄ — Rami juniores compressi puberuli, adulti teretes glabrati. Folia conferta obovata (lineas 18–9 longa, 9–4 lata), breviter acuminata, margine subtus revoluto glanduloso-subdenticulato, glabra, nervis vix prominulis reticulata, supra lucida, subtus paullo pallidiora (punctulis albidis lentis ope conspicuis obsita) coriacea rigidaque, vix petiolata, stipulis setaceis brevissimis. Umbellae quadriflorae terminales stipitatae, solitariae vel ternatae, pedicellis (lin. 6–8 longis) rigidis glabris, bracteis bracteolisque brevibus acutis. Calycinae laciniae sesquilineares ovatae, extrorsum pubescentes 4 biglandulosae, glandulis subrotundis prominentibus. Petala calyce triplo et ultra longiora reflexa, limbo magno suborbiculari ciliato-fimbriato, extrorsum medio pubescente (ut et ungue) concavo, flava. Stamina vix calycem superantia, filamentis glabris complanatis, basi coalitis, antheris glabris connectivo carnoso prominente. Ovaria in unum trilobum pilis longissimis spurce fuscis hispidum coalita, singula apice gibbosa. Styli stamina superantes, basi hirsuti, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia haud procul a Tejuco in prov. Minas Geraës.

47. B. PARVIFLORA Adr. Juss. l. c. 416. — Foliis ternatis verticillatis ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, basi vulgo biglandulosis petiolatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris dentato-ciliatis.....?; antheris stylisque glabris; fructu.....? ♄⌒ — Rami angulati glabri. Folia ternatim verticillata, ovato-lanceolata (poll. 2–3 longa, 1–¼ lata), basi acuta, apice acuminata, utrinque glabra reticulato-venosa, margine juxta basin saepius biglandulifera, petiolo lin. 4 longo glabro, supra canaliculato, stipulis lineari-setaceis deciduis. Inflorescentiae axillares, foliis breviores paniculaeformes, panicula umbellis composita quadrifloris, singulis stipitatis, in axi communi oppositis, inferioribus serius evolutis, pedunculi diversorum ordinum glabri, pedicelli graciles (lineas 4 longi) sessiles, bracteae bracteolaeque brevissimae glabrae. Calycinae laciniae semiorbiculatae (lin. ¾ longae) glabrae 4 biglandulosae, glandulis globulosis. Petala calyce vix triplo longiora glabra patentia, limbo concavo dentato-ciliato, inter se dissimilia et inaequalia. Stamina glabra, filamentis basi inter se et cum calyce dilatato concretis, antheris inaequalibus, connectivo carnoso praesertim in alternipetalis prominente. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Styli stamina superantes glabri, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia.

§. 2. *Racemi paniculatim compositi multiflori.*

48. B. FERRUGINEA Cavan. Dissert. IX. 424. t. 248. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 41. et Archives du Mus. III. 417. — (DC. Prodr. I. 589.) — Foliis ovato-acuminatis glabratis, supra lucidis et reticulato-venosis, subtus ferrugineis,

breviter petiolatis; floribus sulphureo-rubentibus racemosis; antheris hispidulis; samaris puberulis dorso in alam longiusculam productis, latere cristato-appendiculatis. ♁ — Rami juniores remote pilosi, adulti glabrescentes, sub epidermide tenui grisea atro-rubentes, lenticellis scabriusculi. Folia (2–3½ poll. longa, 1–1½ lata) integerrima, margine supra basin glandulosa, primo puberula, mox glabrata, supra lucida nervisque prominulis reticulata, subtus laeviora et ferrugineo-fusca petiolata (petiolo 3 lineas longo) bistipulata, stipulis remotis minutissimis vixque conspicuis et deciduis squamuloideis acutis. Inflorescentia in ramulis terminalis et in supremis foliis axillaris racemiformis, racemis densifloris brevibus paniculas terminales et subterminales efficientibus. Pedunculi pilis albidis sericeo-pubescentes, floriferi vix semilineam longi crassi, basi bracteati, apice cum pedicello articulati et infra apicem bibracteolati, bracteolis minutissimis. Pedicelli sub anthesi 3, fructiferi 6 lin. longi reflexi. Calyx profunde quinquefidus, laciniis sesquilinearibus, praeter quintam basi biglandulosis, glandulis lineari-obovatis. Petala calyce paullo longiora breviter unguiculata, limbo obovato subintegro, glabra reflexa sulphureo-rubentia. Stamina 10 more generis disposita glabra. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, singula dorso sursum gibbosa. Samarae 3 acute trigono-pyramidales pubescentes, supra in alam fere pollicarem productae. — *Triopteris Brasiliensis* Poir. Encycl. — *Tetrapterys acutifolia β. ferruginea* Griseb. Linnaea XIII. 236. — *Banisteria unialata* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 157? — Crescit in Brasilia.

49. B. MACROPHYLLA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 418. — Foliis magnis oblongo-obovatis, breviter et abrupte acuminatis glaberrimis longiuscule petiolatis. ♁ ∪ — Caulis sulcis latis spiraliter columnae tortilis instar exaratus, ramis glabris, novellis compressis, adultis angulatis, copia lenticellarum discolorium scutelliformium scabris. Folia magna oblongo-obovata (poll. 9–7 longa, 4½–3 lata), abrupte et breviter acuminata glaberrima, supra intensius virentia, subtus pallidiora et nervis prominentibus reticulata, petiolo pollicari glabro, supra canaliculato, basi brevissime bistipulato. Caetera non suppetunt. — In Brasilia.

50. B. MARACAYBENSIS Adr. Juss. l. c. 418. — Foliis ovatis, breviter acuminatis, supra glaberrimis, subtus vix puberulis marginatis et breviter petiolatis; racemulis paniculas axillares foliis breviores componentibus; pedicellis subsessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris denticulatis.....? antheris stylisque glabris; samarae pubescentis lateribus cristatis, ala recta, basi introrsum brevissime appendiculata. ♁ — Rami lenticellis crebris minutis notati et scabriusculi, juniores compressi, ad nodos puberuli, adulti teretes. Folia ovata (poll. 6–4 longa, 3–2 lata), basi angustata, apice breviter et oblique acuminata, supra glaberrima, subtus pube brevissima rarescente conspersa punctulisque squamuloideis crebris (lentis ope conspicuis), pallidiora et nervis prominentibus reticulata marginata, margine ad basin bicalloso, petiolo (lin. 3–2 longo) supra canaliculato puberulo, vix manifeste stipulata. Inflorescentiae axillares folio multoties breviores paniculaeformes, panicula confertiflora in racemulos corymbulosve oppositos vulgoque geminatos decomponenda, floribus cujusque racemuli supremis saepe minimis subabortivis nec evolvendis, pedunculi floriferi subnulli, basi bracteati et apice bibracteolati, bractea bracteolisque inter se vix remotis minutis, cum pedicello (lin. 3 longo) puberulo sensim incrassato articulati. Calycinae laciniae vix lineam longae ovatae, inferne et extrorsum puberulae, 4 basi biglandulosae. Petala calyce triplo longiora breviter unguiculata, limbo obovato concavo crispulo denticulato, reflexa glabra. Stamina glabra, calycem paullulum superantia, filamentis complanatis, basi coalitis, antheris oblongo-ovatis, connectivo crasso discolori, in anthesi horizontalibus. Ovaria in unum trilobum connata, singula dorso gibbosa. Styli stamina vix superantes glabri, stigmate capitellato flavescente terminati. Samarae 3 (vulgo abortu 2–1) pubescentes, basi inflatae et ad latera crista obliqua rigida auctae, apice in alam expansae erectam styloque parallelam, lin. 9 longam et 4 latam, latere postico subcurvilineam, antico rectilineam basique brevissime appendiculatam. — Crescit in Columbiae provincia Maracaybensi.

51. B. SELLOWIANA Adr. Juss. l. c. 419. — Foliis obovatis acutis obtusisve glabris tenuiusculis, petiolo biglanduloso; stipulis inter petiolos confluentibus; paniculis longis; pedicellis gracilibus pedunculo brevissimo suffultis; floribus parvis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris denticulatis.....?, antheris glabris, connectivo excrescente; stylis glabris inaequalibus; fructu.....? ♄ — Rami juniores compressi, pube brevi pulverulenti, adulti teretes glabrati. Folia obovata (poll. 3–2½ longa, 1¼–1 lata, acuminata, acumine acuto vel brevissimo obtuso, utrinque glabra, subtus nervis prominulis reticulata marginata tenuissima, petiolo lineas 4 longo, supra canaliculato, subtus apice biglanduloso glabro, stipulis brevibus ovato-acutis, post lapsum cum folio cicatricem annularem in ramo relinquentibus. Paniculae amplae racemis oppositis, inferioribus ternatis, supremis simplicibus compositae, pedunculi diversorum ordinum sericeo-puberuli, communes compressi, foliis stipati in bracteas lineas 2–3 longas biglandulosas bistipulatas sericeas mutatis, floriferi oppositi, vix semilineam longi, brevissime bracteati et apice bibracteolati, cum pedicellis articulati lin. 3 longis filiformibus, sub flore incrassatis. Flores parvi, siccando nigrescentes. Calycinae laciniae semiellipticae, vix lineam longae glabrae 4 biglandulosae, glandulis magnis. Petala calyce triplo longiora glabra, limbis subrotundis concavis denticulatis, praesertim in quinto interiori, in eodem ungue crassiori, in caeteris tenui reflexo. Stamina supra calycem exserta, quae in flore extrorsum sita sunt majora, filamenta inferne dilatata coalitaque, superne filiformia glabra, antherae glabrae connectivo excrescente glandulaeformi. Ovaria in unum coalita, supra styli ortum dorso superne producta, pilis fuscescentibus villosa. Styli staminibus subaequales glabri, stigmate capitellato terminati, qui laciniae eglandulosae opponitur caeteris paullo crassior breviorque. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia.

52. B. BLANCHETIANA Adr. Juss. l. c. 420. — Foliis ovatis acutis glabris coriaceis, petiolo biglanduloso; stipulis inter petiolos confluentibus: paniculis axillaribus folio longioribus; pedicellis pedunculo brevi suffultis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris fimbriatis luteis; antheris glabris, connectivo excrescente; stylis glabris; fructu.....? ♄◡ — Rami juniores compressi et pube brevi adpressa albicantes, adulti teretes glabrati. Folia ovata (poll. 4–3 longa, 2 lata) acuta glabra, supra lucida, subtus nervis prominentibus reticulata coriacea, petiolo (lineas 3–4 longo) crasso, apice minute biglanduloso, stipulis brevibus acutis, basi dilatata inter petiolos confluentibus. Paniculae axillares foliis longiores, pedunculis communibus compressis sericeo-albidis, secundariis ad axillas bractearum geminatim vel ternatim superpositis, floriferis vix lineam longis, bractea subaequali subtensis et apice bibracteolato, cum pedicello quadruplo longiori gracili articulatis. Calycis laciniae late ovatae (lin. 2 longae), extrorsum concavae et apice revolutae pilisque paucis ferrugineis conspersae, 4 basi biglandulosae, glandulis dimidio brevioribus ovatis. Petala calyce subtriplo longiora longe unguiculata, limbo orbiculari fimbriis elegantibus ciliato, inaequalia glabra lutea. Stamina calycem subaequantia inaequalia (oppositipetala alternis et quae laciniae eglandulosae collateralia caeteris minora), filamenta glabra, basi in annulum connata, antherae glabrae, connectivo in massam gibbosam glandulaeformem rubellam loculis flavidis majorem excrescente. Ovaria in unum trilobum spurce hirsutum coalita, singula in gibbum compressum sursum producta. Styli stamina superantes divergentes crassi glabri, a basi ad apicem attenuati, stigmate capitellato glandulaeformi terminati, serius eodem depresso truncati. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

53. B. GARDNERIANA Adr. Juss. l. c. 421. — Foliis ovato-lanceolatis, supra glabris et lucidis, subtus sericeo-argenteis subcoriaceis, petiolo crasso biglanduloso; stipulis dorso glandulosis; paniculis terminalibus axillaribusque amplis; pedicellis pedunculo brevissimo suffultis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris denticulatis.....?; antheris glabris, connectivo excrescente; stylis glabris inaequalibus; fructu.....? ♄◡? — Rami juniores compresso-angulati, tomento brevi sericei,

adulti teretes glabrati. Folia ovato-lanceolata (poll. 5–3 longa, 2¼–1⅞ lata), supra virentia glabra lucidaque, subtus sericeo-argentea, nervis medio primariisque prominentibus, subcoriacea, petiolo semipollicari crasso, supra canaliculato, apice biglanduloso, breviter tomentoso, stipulis brevibus dorso glandulosis. Paniculae axillares et terminales, racemulis vix pollicem longis compositae, pedunculi diversorum ordinum sericeo-puberuli, communes compressi, floriferi oppositi brevissimi (vix semilineares), basi bractea longiori stipati, apice bibracteolato articulati cum pedicellis lin. 4–5 longis. Calycis laciniae ellipticae (sesquilineares) inferne pubentes et patentes, caeterum erectae et glabrae, 4 biglandulosae, glandulis magnis prominentibus. Petala calyce quadruplo longiora glabra, ungue tenui longiusculo, limbo suborbiculari, dentibus argutis ciliato concavo, inaequalia (in quinto interiori unguis duplo crassior latiorque, limbus fimbriatus). Stamina supra calycem paullulum exserta, valde inaequalia (nempe quae calyci opponuntur alternis et praesertim tria quae laciniae eglandulosae duabusque vicinis anteponuntur caeteris omnibus majora), filamenta glaberrima, basi coalita, in majoribus longiora crassioraque, antherae ovatae glabrae, connectivo praesertim in majoribus excrescente glandulaeformi. Ovaria 3 in unum trilobum ferrugineo-hirsutum coalita, singula dorso supra styli ortum, dum maturescunt, in alam expansa, margine antico rectam et postico curvam. Styli glabri, stamina superantes, stigmate capitato flavente terminati, valde inaequales (nempe qui laciniae eglandulosae opponitur duobus aliis duplo crassior). Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhiensi.

54. B. CLAUSSENIANA Adr. Juss. l. c. 422. — Foliis ellipticis vel oblongo-ovatis mucronatis, supra glabris et lucidis, subtus tomentosis coriaceis, petiolo longo biglanduloso; stipulis inter petiolos confluentibus; paniculis terminalibus axillaribusve, pedicellis sessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris denticulatis.....?; antheris stylisque glabris; fructu.....? ♁ — Rami tomento flavido velutini vel serius eodem excusso glabrati, juniores compressi angulati, adulti teretes. Folia elliptica oblongo-ovata vel lanceolata (poll. 6–5½ longa, 2 et ultra lata, summa multo minora) mucronata, supra glabra et lucida, subtus flavido-tomentosa et nervis prominulis reticulata coriacea, petiolo poll. 6–9 longo crasso, supra canaliculato, subtus apice biglanduloso tomentoso vel glabrato; stipulis brevibus, apice acutis, basi dilatata inter petiolos confluentibus. Paniculae terminales et axillares, foliorum supremorum (e quorum axillis racemi nascuntur non raro geminati) abortu vel abbreviatione vel lapsu ampliatae, pedunculi diversorum ordinum tomentoso-velutini, floriferi oppositi, pedicelli (lin. 4-5 longi) basi articulati, bractea bracteolisque ovato-acutis (lineam longis) involucrati. Calycinae laciniae ovatae (lin. 3 longae) apice reflexae, basi 4 biglandulosae, glandulis subrotundis quadruplo brevioribus puberulae. Petala calyce longiora, unguibus tenuibus arcuatis, limbo denticulis ciliato, glabra. Stamina calyce breviora, filamentis glabris, basi coalitis, oppositipetalis gracilioribus, antheris glabris, connectivo crasso glanduliformi cuneato. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, supra styli ortum producta in gibbum serius compressum et alaeformem. Styli glabri stamina superantes, apice truncato stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — *B. anisandra* Griseb. Linnaea XIII. 190. (nec Adr. Juss.) — *B. macrostachya* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 152? — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

55. B. ANISANDRA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 17. — Foliis ovatis acutis, subtus tomentoso-albidis, basi biglandulosis petiolatis; racemis compositis; pedicellis supra basin articulatis; calyce 5–7-glanduloso; staminibus inaequalibus, antheris trium majorum difformibus. ♁ — Rami juniores tomento brevissimo albido quasi pulverulenti. Folia non suppetunt nisi floralia minuta, quae ovata acutiuscula, supra glabra et lucida, subtus tomento denso albida basique glandulis duabus prominulis scutelliformibus atris instructa petiolata, petiolo triplo breviore albido-tomentoso. Inflorescentia amplissima paniculaeformis, in qua pedunculi diversorum ordinum inter se oppositi ibidem bracteati albido-

pulverulenti, secundarii geminati, tertiarii racemosim et opposite floriferi, pedicelli semipollicares patentes, singuli articulati cum pedunculo sesquilineam longo, basi bracteato praetereaque infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque brevibus ovatis puberulis. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lin. 2 longis semiellipticis, introrsum glaber, extrorsum inferne pubescens, basi 5–7-glandulosus (lacinia quinta petalo interiori contraria semper eglandulosa, vicinis interdum eglandulosis vel tantum uniglandulosis), glandulae semilineam circiter longae ellipsoideae prominentes, in lacinia approximatae dum geminatae, sublaterales dum solitariae. Petala calyce fere quadruplo longiora unguiculata, ungue tenui calycem aequante, limbo suborbiculari, in quibusdam basi emarginato eleganter fimbriato subundulato membranaceo, reflexa, inter se inaequalia. Stamina 10 calycem longe superantia, 5 petalis opposita alternis breviora exterioraque, omnia valde inter se inaequalia et dissimilia (tria scilicet quae laciniis calycinis exterioribus 1-eglandulosis opposita, caeteris multo majora, tria quae petalo interiori respondent contra minora) filamenta linearia glabra, inferne inter se coalita, antherae connectivo fusco-rubente glanduliformi globuloso, in plerisque crasso, in tribus staminibus majoribus in massam difformem excrescente, loculis hinc adnatis linearibus glabris, ipso crescente decrescentibus et demum fere abortivis, polline tamen semper foetis. Ovaria 3 inter se facie interna coalita, caeterum libera, dorso in gibbum sursum producta, spurce hirsuta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes crassi glabri, a basi ad apicem attenuati, stigmate capitellato glanduliformi terminati, serius eodem depresso truncati. Fructus (nonnisi longe ante maturitatem suppetens) e samaris tribus apice in alam productis, margine antico rectam, curvilineam postico. — In sylvis caeduis juxta pagum Rio Manso, in prov. Minas Geraës in Brasilia.

† *Species excludendae, certe alius sed hucusque dubii generis.*

56. *B. VERRUCULOSA Swrtz. Annot. bot. posth. p. 31. — Liber mihi prorsus incognitus.

57. *B. AUREA Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 167. — An potius *Tetrapterys?* — Species indescripta. — Crescit in Brasiliae ditione Fluminensi.

58. B.? FLORIBUNDA DC. Prodr. I. 589. no. 15. — Foliis ovalibus obtusis emarginatisve coriaceis glabris, petiolis pubescentibus eglandulosis; racemis corymbosis pedunculatis folia aequantibus. ♄ ∽ — Flores numerosi ampli flavi. — Crescit in insula Portorico.

59. B.? PANICULATA DC. l. c. 591. no. 44. — Foliis oblongis acuminatis petiolisque eglandulosis; pedunculis foliorumque nervis ferrugineo-tomentosis; panicula terminali a basi ramosa; fructuum alis divaricatis subconcavis horizontaliter expansis. ♄ — Crescit in Mexico.

60. B. MULTIFLORA Bojer mss. ex Adr. Juss. Archives du Mus. III. 424. — Foliis ovatis, basi subcordatis, breviter acuminatis tomentosis, glandulis in petiolo 2 tomentosis; umbellis quadrifloris in paniculas foliosas trichotome digestis; pedicellis sessilibus; calyce eglanduloso; petalis glabris, breviter unguiculatis sagittatis subintegris; staminibus stylisque glabris; samarae pilis urentibus nitentis lateribus sublaevis ala longiuscula, sursum dilatata exappendiculata. ♄ — Rami ramulique rufo-tomentosi. Folia opposita (poll. 1–1½ longa, ½–1 lata), basi subcordata, apice breviter et acute acuminata, tomento supra rufa, subtus densiori discoloria, petiolo (½–¼-pollicari) tomentoso, apice biglanduloso, glandulis substipitatis globosis, supra umbilicatis tomentosis, stipulis vix conspicuis. Umbellae quadriflorae, ramulos supremos pluries dichotomos terminantes et paniculam foliis sensim decrescentibus intermixtam componentes, pedicelli lin. 2 longi tomentosi articulati ibidemque bractea et bracteola duplici laterali breviori involucrati. Calyx eglandulosus quinquepartitus, laciniis ovatis (lineam longis) extrorsum tomentosis. Petala calyce triente longiora, breviter unguiculata, limbo basi

sagittato ovato subintegro, glabra. Stamina 10 vix calycem superantia, filamentis glabris planiusculis, basi coalitis, antheris ovatis glabris, connectivo rubente. Ovaria 3 in unum hirsutum trigonum coalita, singula dorso tricristata. Styli 3 breves glabelli, stigmate discolori aequali truncato subobliquo terminati. Samarae 3, totae pilis brevibus adpressis mire urentibus obtectae et nitentes, facie interna (quae receptaculo pyramidali incumbunt) excavatae, lateribus vix convexae, ala oblique erecta (poll. 1⅓ longa), loculum extrorsum basi marginante inferne angustiori (lin. 3 lata) sursum dilatata (lin. 6 lata) et apice obtuso obovata, marginibus inferne rectilineis et subparallelis, superne curvilineis, antico crassiori. Pericarpium circa semen incrassatum lignosum. Semen oblongum curvo-ovoideum, supra medium appensum, ab hilo ad basin zona fusca chalazae maculatum, integumento duplici membranaceo, externo pallide rubente. Embryo radicula brevi conica, cotyledonibus incumbentibus oblongis, margine altero convexis et subconcavis altero, plumula bilobulata. — Crescit in Madagascaria.

61. B. KRAUSSIANA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 296. — Frutex vel arbor?: rami teretes striati glabri fusci; folia alterna breviter petiolata elliptico-oblonga, 5-6 pollices longa, 1½-2 pollices lata, integerrima coriacea glaberrima, supra saturate viridia lucida, infra pallidiora penninervia, racemi laterales et terminales elongati, axis et pedicelli ferrugineo-tomentosi; pedicellus bractea subulata basilari et flore longior; calycis quinquepartiti segmenta subrotundo-ovata leviter tomentosa, petala flava; samarae tres vel duae, alis subpollicaribus latis glabriusculis eximie nervoso-venosis, singulis ad basin interiorem stylo superstite stipatis. ♂ v. ♀? — Crescit in Promontorio bonae spei ad sylvarum margines.

†† *Species exclusae.*

B. ACULEATA Mill. = alius ordinis.
B. ALOPHYLLA Sieb. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. ANGULATA Arrabida. = STIGMAPHYLLON ADENODON.
B. ANGULOSA Linn. = STIGMAPHYLLON ANGULOSUM.
B. ARBOREA Boj. = ACRIDOCARPUS EXCELSUS.
B. AURICULATA Cav. = STIGMAPHYLLON AURICULATUM.
B. BENGHALENSIS Linn. = HIPTAGE MADABLOTA.
B. BONARIENSIS Hook. et Arn. = STIGMAPHYLLON LITTORALE.
B. BRACHIATA Linn.= HETEROPTERYS BRACHIATA.
B. BRACHIATA Willd. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. BRACHIATA Spr. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. BRACHYPTERA DC. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. BRACTEATA DC. = TETRAPTERYS INAEQUALIS.
B. BREVIPES DC. = GAUDICAUDIA BREVIPES.
B. CALCITRAPA Dsvx. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. CARYOPHYLLA Nois. = HETEROPTERYS CHRYSOPHYLLA.
B. CHRYSOPHYLLA Lam. = HETEROPTERYS CHRYSOPHYLLA.
B. CILIATA Lam. = STIGMAPHYLLON CILIATUM.
B. COCCINEA Arrabida. = alius ordinis.
B. CAERULEA Lam. = HETEROPTERYS CAERULEA.
B. CONVOLVULIFOLIA Cav. = STIGMAPHYLLON CONVOLVULIFOLIUM.
B. CONVOLVULIFOLIA Spr. = RYSSOPTERYS TIMORIENSIS.
B. CORDATA Arrabida. = TETRAPTERYS LASIOCARPA.
B. CORDISTIPULA Mart. = PEIXOTOA CORDISTIPULA.
B. CORNIFOLIA Spr. = HETEROPTERYS CORNIFOLIA.
B. CUJABENSIS Griseb. = HIRAEA SERICIFOLIA.
B. DEFORMIS Hamilt. = STIGMAPHYLLON ANGULOSUM.
B. DICHOTOMA Linn. = STIGMAPHYLLON CONVOLVULIFOLIUM.
B. DIVERSIFOLIA Kth. = STIGMAPHYLLON DIVERSIFOLIUM.
B. EGLANDULOSA DC. = HETEROPTERYS CANDOLLEANA.
B. EGLANDULATA Arrabida. = TETRAPTERYS LUCIDA.

B. ELLIPTICA Kth. = STIGMAPHYLLON ELLIPTICUM.
B. EMARGINATA Cav. = STIGMAPHYLLON EMARGINATUM.
B. EMARGINATA DC. = STIGMAPHYLLON PERIPLOCAEFOLIUM.
B. FAGIFOLIA DC. = HIRAEA FAGIFOLIA.
B. FIMBRIATA Arrabida. (non Griseb.) = alius ordinis.
B. FRUTICOSA Arrabida. = HETEROPTERYS UMBELLATA.
B. FULGENS Linn. = STIGMAPHYLLON DIVERSIFOLIUM.
B. FULGENS Lam. = STIGMAPHYLLON FULGENS.
B. GLAUCA Desf. = STIGMAPHYLLON CILIATUM.
B. GLAUCOPHYLLA Martius. = VERRUCULARIA GLAUCOPHYLLA.
B. HETEROPHYLLA Willd. = STIGMAPHYLLON FULGENS.
B. HEXANDRA Arrabida. = SCHWANNIA ELEGANS.
B. HUMBOLDTIANA DC. = STIGMAPHYLLON HUMBOLDTIANUM.
B. LANCIFOLIA West. = HETEROPTERYS LAURIFOLIA.
B. LAURIFOLIA Linn. = HETEROPTERYS LAURIFOLIA.
B. LAURIFOLIA Rich. = STIGMAPHYLLON PERIPLOCAEFOLIUM.
B. LAURIFOLIA Sieb. = BYRSONIMA SPICATA.
B. LEDIFOLIA Kth. = STIGMAPHYLLON DIVERSIFOLIUM.
B. LEONA Cav. = HETEROPTERYS AFRICANA, ACRIDOCARPUS CAVANILLESII et ACR. SMEATHMANNI.
B. LONGIFOLIA Sw. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. LUPULOIDES Linn. = GOUANIA DOMINGENSIS.
B. MACRADENA DC. = HETEROPTERYS CAERULEA.
B. MACROCARPA Pers. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. MAGNOLIAEFOLIA Dsvx. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. MARITIMA Rich. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. MEDITERRANEA Arrabida. = SCHWANNIA MURICATA.
B. MEGACARPOS Arrabida. = STIGMAPHYLLON MEGACARPON.
B. MICROPHYLLA Jacq. = TRIOPTERYS JAMAICENSIS.
B. MICROPHYLLA Hamilt. = STIGMAPHYLLON PERIPLOCAEFOLIUM.
B. MONOPTERA Arrabida. = HETEROPTERYS CHRYSOPHYLLA.
B. MUCRONATA DC. = STIGMAPHYLLON MUCRONATUM.
B. MULTIALATA Arrabida. = TETRAPTERYS PUNCTULATA.
B. MULTIFLORA DC. = HETEROPTERYS PLATYPTERA.
B. MUTABILIS Arrabida. = THRYALLIS LATIFOLIA.
B. NITIDA Lam. = HETEROPTERYS NITIDA.
B. NITIDA Arrabida. = STIGMAPHYLLON CILIATUM.
B. OVATA Cav. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. PALMATA Cav. = STIGMAPHYLLON PALMATUM.
B. PATENS Griseb. = HETEROPTERYS PATENS.
B. PARVIFOLIA Vent. = HETEROPTERYS PURPUREA.
B. PLERIPLOCAEFOLIA Desf. = STIGMAPHYLLON PLERIPLOCAEFOLIUM.
B. PICTA Kth. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. POLYMORPHA Salzm. = STIGMAPHYLLON SALZMANNI.
B. PRAGUA Arrabida. = HETEROPTERYS SYRINGAEFOLIA.
B. PRURIENS F. W. Mey. = ACRIDOCARPUS PRURIENS.
B. PUBERA Rich. = STIGMAPHYLLON PUBERUM.
B. PUBIFLORA DC. = HETEROPTERYS LAURIFOLIA.
B. PURPUREA Lam. = HETEROPTERYS PURPUREA.
B. QUAPARA Aubl. = HIRAEA MULTIRADIATA.
B. SAGITTATA Cav. = STIGMAPHYLLON SAGITTATUM.
B. SERICEA Cav. = HETEROPTERYS SERICEA.
B. SINEMARIENSIS Aubl. = HIRAEA SIMSIANA.
B. SINEMARIENSIS DC. = STIGMAPHYLLON PUBERUM.
B. SINUATA DC. = STIGMAPHYLLON SINUATUM.
B. SOLITARIA Arrabida. = HIRAEA SALZMANNIANA.

B. SPLENDENS DC. = STIGMAPHYLLON FULGENS.
B. SQUARROSA Pav. = STIGMAPHYLLON SAGRAEANUM.
B. STRIGOSA Poepp. = STIGMAPHYLLON STRIGOSUM.
B. SUBEROSA Willd. = HETEROPTERYS CANDOLLEANA.
B. TENUIS Lindl. = HETEROPTERYS GLABRA.
B. TERMINALIAEFOLIA Mohl. = BYRSONIMA VACCINIIFOLIA.
B. TERMINALIS Arrabida. = BYRSONIMA SPICATA.
B. TERNATA DC. = STIGMAPHYLLON TERNATUM.
B. TERNATA Arrabida. = ad SAPINDACEAS pertinet.
B. TETRAPTERA Sonner. = HIPTAGE MADABLOTA.
B. THYRSOIDEA Griseb. = HETEROPTERYS THYRSOIDEA.
B. TILIAEFOLIA Vent. = RYSSOPTERYS TILIAEFOLIA.
B. TILIAEFOLIA H. B. Kth. = STIGMAPHYLLON HUMBOLDTIANUM.
B. TIMORIENSIS DC. = RYSSOPTERYS TIMORENSIS.
B. TOMENTOSA Desf. = STIGMAPHYLLON EMARGINATUM.
B. TOMENTOSA Schlecht. = HETEROPTERYS BEECHEYANA.
B. TRIFOLIOLATA Steud. = ad SAPINDACEAS pertinet.
B. TRISTELLOCARPA Boj. = TRISTELLATEIA BOJERANA.
B. UMBELLATA Sieb. = BYRSONIMA TRINITENSIS.
B. UMBELLATA DC. = STIGMAPHYLLON PERIPLOCAEFOLIUM.
B. UMBELLATA Sieb. = BRACHYPTERYS BOREALIS.
B. UNICAPSULARIS Lam. = HIPTAGE MADABLOTA.
B. USILLO Gill. = TRICOMARIA USILLO.
B. VARIA Spr. = STIGMAPHYLLON HUMBOLDTIANUM.
B. VARIIFOLIA DC. = STIGMAPHYLLON HUMBOLDTIANUM.
B. VITIFOLIA DC. = STIGMAPHYLLON ADENODON.
B. ZANZIBARICA Boj. = ACRIDOCARPUS ZANZIBARICUS.

XX. PEIXOTOA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 59. t. 172. et Archives du Mus. d'hist. natur. III. 428. t. 13.)

Calyx 5-partitus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo lacerato-ciliato, reflexa. Stamina 10 glabra, filamentis ima basi coalitis, 5 oppositipetalis antheras perfectas, 5 alternis gracilioribus antheras steriles loculorum abortu connectivoque in massam glanduliformem ampliato difformes gerentibus. Ovaria 3 inter se coalita hirsuta, singula dorso tricristata. Styli totidem stigmate capitellato terminati, serius truncati. Samarae 3 aut abortu pauciores, dorso trialatae, alis lateralibus brevibus cristaeformibus, postice inter se et cum media confluentibus, media longiori margine antico incrassata. — Frutices austro-Americani volubiles (an semper?): foliis oppositis integris latis, subtus basi biglandulosis, saepe rubentibus, stipulis magnis geminatim in unam intrapetiolarem connatis. Umbellae quadriflorae, summorum foliorum abortu vulgo paniculas magnas terminales lateralesve componentes, juniores stipulis (folii abortivi) valvatim conniventibus inclusae; pedicelli subsessiles, basi articulati, infra articulum bracteati bibracteolatique, bracteolis squamuloideis. Flores flavi.

1. P. GLABRA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 60. t. 172. et Archives du Mus. d'hist. natur. III. t. 13. — Foliis ovato-lanceolatis subcordatis glaberrimis; umbellis in paniculam dichotome ramosam dispositis. ♁☁ — Rami glabri laeves atro-rubentes. Folia (poll. 4–2 longa, 2–1 lata) integerrima, supra lucida, subtus discoloria nervisque prominulis reticulata, medio basi biglandulosa, glandulis discoideis prominentibus, coriacea breviter petiolata, stipulae intrapetiolares magnae (lin. 6–9 longae, 4–6 latae) semiamplexicaules cordatae, e duabus connatae et inter se partim solubiles, inde saepius bifidae, glabrae cum margine lana brevi albido. Inflorescentiae terminales in ramulis demum pluries dichotomis, foliis ad dichotomias mire abbreviatis, stipulis autem et glandulis vix

imminutis umbelliformes, umbellae axes diversorum ordinum terminantes quadriflorae, juniores stipulis valvatim conniventibus inclusae, serius iisdem duplo longiores, pedicelli breviter hispidi, basi articulati, extrorsum bractea, latere bracteolis duabus oppositis stipati, bracteae bracteolaeque minimae, vix conspicuae glanduliformes rubentes. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2½ longis ovato-lanceolatis, extrorsum tomentoso-hispidis, introrsum glabris et carnosis, apice revolutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovato-linearibus prominentibus discretis, praefloratione valvata. Petala calyce fere triplo longiora, inter lacinias ejus reflexa unguiculata, ungue calyce paullo breviore, limbo suborbiculari, dentibus minutis quasi ciliato undulato concavo membranaceo. Stamina 10 calyci subaequalia, quinque laciniis ejus opposita sterilia, anthera difformi effoeta, filamenta ima tantum basi coalita glabra, sterilia tenuiora, antherae fertiles orbiculatae biloculares, loculis connectivo prominente glanduliformi adnatis, introrsum dehiscentibus, steriles loculis omnino abortientibus, connectivo persistente et in massam obovoideam didymo-sulcatam granulosam amplificato, pollen globosum laeve undique poris pertusum ampullam in dehiscentia emittentibus. Ovaria 3, inter se in unum trilobum coalita tomentosa, dorso tricristata, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem basi hispidi, caeterum glabri erecti, vix stamina superantes, stigmate capitellato terminati (in alabastro stigmata capitata liquore viscido turgent, eodem emisso in flore truncantur). Samarae 3 pisi vulgaris magnitudine pubentes, facie interna concava cordata, axi communi cohaerentes, dorso trialatae, alis rubentibus, media lin. 6 longa et 5 lata, sursum et extrorsum vergente, margine antico crassiori vix curvilinea, multo magis autem postico, lateralibus cristaeformibus multo angustioribus (lineam latis). Semen ovatum, apice acuminatum, infra apicem pendulum, inferne sulco utrinque exaratum, integumentum duplex, utrumque membranaceum, interius intra cavitatem seminis sub forma laminae plicae cotyledonum intertensae demissum, chalaza juxta et infra hilum crassior. Embryo radicula brevissima supera, cotyledonibus carnosis oblongo-ellipticis, inferne uncinatim curvatis, altera alteram amplexa, commissura axin oblique spectante. — Crescit in Brasilia, in pascuis juxta Tijuco in provincia Minas Geraës.

2. **P. HISPIDULA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 429. — Foliis ovatis, basi subcordatis, saepius apiculatis, subtus laxe hispidulis aut nisi ad nervos glabratis tenuibus; umbellis terminalibus quadrifloris, solitariis aut ternis; samarae fere glabratae ala oblonga, margine antico curva, recta postico. ♁⌒ — Rami pilis basi tuberculosis, apice bifurcatis hispidi, serius glabrati laeves rubentes. Folia ovata (poll. 3–2 longa, 1¾–1 lata), basi subcordata, apice obtusa vel brevissime acuminata, juniora pilis furcatis laxe hispidula, adulta (nervis exceptis) glabrata et tenuissima, petiolo (lin. 3 longo) similiter hispidulo, stipula paullo longiore lata hispidula glabratave. Umbella in ramis et in ramulis axillaribus terminalis quadriflora, stipulis foliorum 2 abortivorum involucrata, saepe ternata, pedicelli (lin. 10–9 longi) puberuli. Flores generis, petalis semipollicaribus et ultra flavis. Samarae tenuissime puberulae rubro-virentes, latere utroque crista quadruplo ala breviori truncata introflexa marginatae, supra in alam productae suberectam, pollicem circiter longam et ⅓ latam, margine antico crassiori curvilineo, postico tenuiori fere rectilineo. — Crescit in Brasilia circa Sebastianopolin.

3. **P. RETICULATA** Griseb. Linnaea XIII. 213. — Adr. Juss. l. c. — Foliis late obovatis ovatisve, basi vix cordatis, apice acutis, junioribus cinereo-pubescentibus, adultis glabratis et lateritio-rubentibus, subtus reticulo nervorum admodum prominente, calloso-marginatis coriaceis; umbellis quadrifloris, in panicula terminali ampla breviter stipitatis, ternatim approximatis, caeterum distantibus; samarae inferne tomentosae rubentis ala oblonga, margine utroque, sed magis postico, curva. ♁⌒ — Rami adulti glabrati rubentes. Folia poll. 3½–2 longa, 2½–1 lata, juniora pube densa, supra velutina et subtus cinereo-tomentosa, adulta eadem partim detersa magis minusve glabrata lateritio-rubentia. Samarae

receptaculo trigono–pyramidali et in angulis tomentoso, facie interna subconcava applicitae, lateralibus tomentosae et alula oblique ascendente cristatae, supra et extrorsum productae in alam lin. 10 longam et 5 latam, margine antico inferne recto crassiorem, postico tenuiori curvo, tomento inferne densiori adspersam, superne eodem partim deterso rubentem. Semen ovatum longissime acuminatum et infra acumen pendulum. — *P. lateritia* Adr. Juss. mss. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

4. **P. HIRTA** Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 430. — Foliis suborbiculatis vel late ovatis, utrinque aurato–hirtis crassissimis; umbellis in panicula terminali per paria distantibus brevibus quadrifloris; samara.....? ♄◡? — Frutex erectus subsimplex, apice flexuosus et subscandens 4–pedalis, totus pilis sericeis hirto–villosus. Folia in ramis inferiora suborbicularia (diametro 2–1½–pollicari), superiora ovata (poll. 3 et ultra longa, 3–1½ lata), omnia rugosa, pilis fulvis longis crebrisque utrinque (subtus densius) hirta et aurato–renitentia, sub iis rubentia, nervis subtus prominulis medioque ad basin biglanduloso, petiolo brevissimo crassissimo, stipulis late ovatis (lin. 3 longis latisque) hirtellis. Paniculae semipedales, pedunculis diversorum ordinum fulvo–tomentosis, umbellis quadrifloris, inter se per paria distantibus, pedicellis semipollicaribus, bracteis lineari–subulatis, bracteolis brevioribus squamuloideis glabris. Flores generis, calyce lin. 3 longo, pilis densis fulvis hirto, glandulis viridibus ipso triente brevioribus, petalis eodem duplo longioribus pulchre flavis, staminibus vix calycem aequantibus, sterilium filamentis gracilioribus paulloque longioribus, stylis brevibus, ovario dense hirsuto. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

5. **P. LEPTOCLADA** Adr. Juss. l. c. 431. — Foliis obovatis vel ovatis, basi subcordatis, saepius apice acutis, supra glabratis et scabriusculis, subtus pulverulento–puberulis; umbellis quadrifloris, in panicula ampla terminali stipitatis et distantibus; samarae ala margine antico recta, postico curva. ♄⌒? — Rami graciles, juniores pube brevissima conspersa pulverulenti, adulti glabrati laeves rubentes. Folia ovata vel obovata (poll. 5–3 longa, 2½–1½ lata), basi subcordata, apice saepius acuta, supra juniora puberula, adulta fere glabrata (pube tamen pulviformi conspersa) nervisque impressis reticulata, subtus pube densiori praesertim in nervis prominentibus rubellisque obsita, inter ipsos pallidius virentia subtenuia, petiolo similiter puberulo (lin. 5–3 longo), apice subtus biglanduloso, stipulis ipso longioribus late ovatis reflexis, basi prope petiolum confluentibus, extrorsum puberulis, tomento albido marginatis. Paniculae terminales semipedales pyramidales, umbellis quadrifloris stipitatis nec raro geminatim oppositis compositae, pedunculi diversorum ordinum pube brevi albida pulverulenti, pedicelli lin. 6–8 longi, bracteae lineares, bracteolae squamuloideae. Flores generis, calycibus tomento brevi velutinis, petalis semipollicaribus, in fructu juniori (adhuc dum vix lin. 3 longo) tomentoso, cristis citius explicatis dimidiam alam attingentibus, margine antico rectam, postico curvam et eandem quasi bivalvim involucrantibus. — Crescit in sylvis post incendia redivivis in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6. **P. (BANISTERIA** Mart. Herb. fl. Brasil. 556.) **CORDISTIPULA** Adr. Juss. l. c. — Foliis late ovatis vel obovatis, breviter et acute acuminatis, supra puberulis, subtus tomentoso–velutinis; umbellis quadrifloris, in cyma magna terminali stipitatis et distantibus; samarae pubescentis inferne velutinae ala oblonga, margine utroque curvilinea. ♄⌒ — Rami juniores velutino–tomentosi, adulti demum glabrati. Folia latissime ovata vel obovata (poll. 3½–2½ longa, fere 3–2 lata), apice breviter et acute acuminata, supra pube brevi laxe conspersa, virentia (in sicco fuscescentia), subtus tomentosa, tomento discolori in nervis reticulatim prominentibus densiori, mollia, petiolo semipollicari similiter tomentoso, apice subtus biglanduloso, stipulis longitudine petiolum, latitudine longitudinem aequantibus aut excedentibus, inter folia deciduis, in inflorescentia persistentibus et post anthesin reflexis. Umbellae quadriflorae, in cymam terminalem magnam dispositae, ramis inflorescentiae divaricatis elongatis nudis, stipitatae et inde inter

se remotae, pedunculis diversorum ordinum tomento brevi velutinis, pedicellis poll. $^1/_4$–$^1/_2$ longis, bracteolis ad mucronem sub tomento occultum redactis. Flores generis, calycibus tomentoso-velutinis, petalis semipollicaribus. Samarae supra in alam pollicem longam et semipollicem latam, apice et latere utroque sed praesertim postico tenuiori curvilineam, pube brevi conspersam productae, utrinque oblique ad basin alae crista sextuplo breviori marginatae, faciebus lateralibus pube densiori fere velutinae, antica concava, receptaculo trigono-pyramidali prominenti applicitae. Semen nondum maturum suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Matto Grosso.

7. P. JUSSIEUANA Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 432. — Foliis ovatis vel basi subcordatis, breviter acuminatis, supra scabris, subtus tomentoso-cinereis mollibus; umbellis quadrifloris, in panicula terminali breviter stipitatis approximatis; samarae puberulae ala oblonga, margine antico curva, recta postico. ♁⌒ — Rami juniores tomentoso-cinerei, adulti glabrati. Folia ovata vel obovata (poll. 4–2 longa, $2^1/_2$–1 lata), basi subcordata, apice breviter acuminata, juniora supra velutina, adulta pilis sparsis scabra, subtus tomentoso-cinerea et reticulato-venosa, reticulo magis albente basique secus nervum medium biglandulosa, mollia, petiolo lin. 3–2 longo tomentoso, stipulis ovato-acutis fere duplo longioribus tomentoso-velutinis. Paniculae in ramulis terminalibus dichotomis corymbosim dilatatae, umbellis unifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum tomentoso-cinerei, pedicelli lin. 6–8 longi, stipite communi paullo breviores, bracteae bracteolaeque minutissimae subaequales glabrae squamuloideae. Flores generis, laciniis calycinis extrorsum velutino-tomentosis, lin. $2^1/_2$ longis, glandulis oblongis geminatim contiguis, petalis duplo et ultra longioribus, filamentis stylisque exsertis incurvis. Samarae (nondum perfecte maturae) puberulae, alis oblongis (lin. 10–12 longis, 5–4 latis), margine antico curvis rectisque postico, cristis lateralibus quadruplo tantum brevioribus. — Crescit in Brasilia in sepibus ad Veiras prov. Piauhiensis.

8. P. TOMENTOSA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 61. et Archives du Mus. III. 433. — Foliis late ovatis vel obovatis, basi subcordatis apiculatis, supra velutinis scabrisve, subtus dense tomentosis; umbellis in panicula subsessilibus confertis; samarae pubescentis ala brevi lata, margine antico recta, curva postico. ♁⌒ — Rami velutino-tomentosi. Folia (3 poll. longa, 2 lata) late obovata, basi subcordata apiculata integerrima, pilis bifidis supra brevibus velutina scabraque et fusco-virentia, subtus densissimis lanuginosa et albicantia, nervis virescentibus reticulatis, medio ad basin glandula gemina impresso, coriacea, breviter petiolata, petiolo tomentoso, stipulae intrapetiolares (lin. 3–4 longae, 5–3 latae) semiamplexicaules cordatae, extrorsum albido-tomentosae, introrsum glabellae et rubentes, e duabus connatis conflatae et iisdem partim inter se sublibilibus saepe bifidae. Inflorescentiae umbelliformes, tum in apice ramorum tum ad axillas foliorum supremorum mire abbreviatorum stipulisque vix minutis subaequalium et bracteas mentientium, umbellae pedunculo brevissimo subnullive insidentes, 4–6-florae (floribus geminatim oppositis), pedicelli semipollicares et ultra tomentosi, basi articulati, infra articulum stipati, extrorsum bractea minuta et praeterea utrinque bracteola minutissima inter pilos vix conspicua. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. $2^1/_2$ longis ovato-lanceolatis, extrorsum velutino-tomentosis et basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominulis discretis, introrsum basi barbatis et caeterum glabellis, praefloratio valvata. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue calyce breviore, limbo obovato, dentibus crebris minutis quasi ciliato membranaceo, nervo medio crassiori discolorique, inter se paullisper inaequalia dissimiliaque (quintum scilicet, in praefloratione involutiva interius, suberectum minus) dentibus apice glandulosa. Stamina pistillumque fere ut in sequente. — In montibus provinciae Minas Geraës Serra da Caraça et Serra d'Ouro Branco nec non prope pagum Nossa Sñra. da Penha (Minas Novas).

9. P. MACROPHYLLA Griseb. Linnaea XIII. 214. — Ramis tomentosis; foliis coriaceis magnis ovali–subrotundis, utrinque rotundatis integerrimis, supra scabro-puberulis glabratisque, subtus tomentosis; paniculae terminalis ramis in umbellas quadrifloras abeuntibus. ♁◡ — Rami cylindrici laeves, tomento brevi cinereo obducti, internodiis superioribus 4–2″ longis. Folia caulina (5–2½″ longa 4–2¼″ lata) basi rotundata vel brevissime subcordata, apice vix apiculata, margine integerrima eglandulosa penninervia, nervis supra pubescentibus, subtus magis minusve prominulo–reticulatis, supra fusco–viridia, pube brevissima scabra, subtus tomento denso subaequali cinereo–albido obducta, juxta basin glandulis binis orbicularibus notata, petiolo patente tomentoso 2–6‴ longo, stipulis caulinis quam florales minoribus, plerisque caducis, folia paniculae pleraque mire attenuata et abbreviata, extima lanceolata 4‴ longa, glandulas vix triplo excedentia, stipulae extimae maximae, umbellam ante anthesin excipientes, cordato–triangulares, 6–8‴ latae, 4–6‴ longae, supra glabrae, subtus albido–pulverulentae. Panicula terminalis trichotoma, umbellis quadrifloris confertis, omnibus stipitatis undique terminata, rami ramulique patentes et cum pedicellis uncialibus, basi bracteolis tribus rudimentariis munitis, tomento brevi cinereo obducti. Floris structura ut in praecedente specie, nisi magnitudine florum illam excedit. Samarae 3, tori processus brevis (2‴ alti) trigoni lateribus insertae erectae, 1″ longae, 4–5‴ latae, puberulae, pericarpium oblongum 4″ longum, alam ex dorso sursum emittens, vallecula ventrali orbiculari parva obtuse marginata, cristis lateralibus oblongis, 4‴ longis, 2–3‴ latis, per totam pericarpii longitudinem decurrentibus et basi cum ala contiguis, alae oblongae vel semiobovatae margo interior ex apice pericarpii oriundus crassior rectus, superne in apicem alae obtusum arcuatus, exterior rectiusculus vel superne dilatatus, loculus pericarpii oblongus valleculam duplo excedens, apice acutus, semen ex funiculo brevi subapicali suspensum, loculo conforme, raphe lineari concolori introrsa longitudinali, integumento duplici, utroque membranaceo, exteriori breviter fusco, interiori flavido, embryonis radicula brevis conica supera acumini seminis respondens, cotyledonibus carnosis lineari–oblongis, interiori raphi proxima breviore, exteriori apice incurva supra illam flexa, plumula inconspicua. — Crescit in Brasiliae provincia Matto Grosso.

10. P. PARVIFLORA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 62. — Foliis late ovatis obovatisve, supra pubescentibus, subtus tomentosis; umbellis in paniculam multifloram et densifloram approximatis. ♁◠ — Rami juniores tomentoso–hispidi, adulti fere glabrati. Folia (poll. 4–2 longa, 2½–1½ lata) ovata vel obovata, acutiuscula integerrima, supra pubescentia scabra, subtus tomentosa, nervis reticulatis supra impressis, subtus prominentibus, medio basi utrinque glanduloso, glandula discoidea coriacea petiolata, petiolo lin. 3 longo tomentoso, pilis bifidis, in pagina superiore foliorum litteram V, in inferiore litteram T referentibus, stipulae intrapetiolares magnae (lin. 4–5 longae lataeque) semiamplexicaules cordatae, extrorsum subtomentosae, introrsum glabrae deciduae. Inflorescentiae paniculas magnas confertifloras terminales subterminalesque mentiuntur propter foliorum summorum brevitatem jam stipulis (vix minutis) aequalium minorumve bracteasque simul mentientium, sed revera in summis ramulis adque foliorum supremorum sic abortientium axillas breves pedunculi umbellatim 3–4–flori, umbella e floribus geminatim oppositis conflata, basi bracteis totidem brevibus bidentatis reflexis involucrata, pedicelli semipollicares hispiduli, cum pedunculo articulati et infra articulum bracteolis lateralibus 2 brevissimis stipati. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis ovato–lanceolatis, extrorsum tomentosis, introrsum glaberrimis, apice revolutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis lineam fere longis lineari–ovatis discretis, praefloratio valvata. Petala calyce duplo et ultra longiora, inter lacinias ejus reflexa unguiculata, ungue calyce breviore, limbo ovato, dentibus minutis quasi ciliato undulato membranaceo, lutea inter se paullulum dissimilia inaequaliaque (quintum scilicet, in praefloratione involutiva interius, suberectum minus, dentibus apice glandulosis). Stamina 10 calyci subaequalia, quinque laciniis ejus opposita sterilia, anthera difformi effoeta,

filamenta glabra sterilia tenuiora, antherae fertiles orbiculatae biloculares, loculis connectivo prominenti glanduliformi adnatis, introrsum dehiscentibus, steriles loculis abortientibus introrsum sulcatae, connectivo in massam obovoideam rubram amplificato. Ovaria 3, inter se in unum trilobum coalita tomentosa, dorso tricristata, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem glabri erecti, stamina paullulum superantes, stigmate capitellato terminati. — Secus rivum in sylvis caeduis vulgo Capueras non procul a vico Brumado inque pascuis juxta Conceão, in Brasiliae prov. Minas Geraës.

11. P. DISCOLOR Griseb. Linnaea XIII. 216. — Ramis puberulis; foliis tenuibus ovalibus, utrinque obtusissimis integerrimis, supra scabriusculis, subtus tomentosis; paniculis axillaribus in umbellas multifloras abeuntibus. ♄☋ — Rami scandentes cylindrici laeves, pube densa brevissima cinerea obducti. Internodia (pauca) 3‴ longa. Folia, exceptis floralibus, aequalia 1¾–2½″ longa, 1½–2″ lata, utrinque aequaliter rotundata et vix apiculo inconspicuo abrupte obtuso apici imposito aucta, textura, quam caeteris molliora, penninervia, venis arcuatis, subtus prominulis, supra fuscescentia et pilis brevissimis sparsis scabra, subtus aequaliter tomento cinereo obducta, glandulis basilaribus oblongis minoribus praetereaque nullis, petiolo 4‴ longo patente, floralia subito in figuram lanceolatam 3‴ longam transmutata, stipulae in caule deciduae, in panicula aequales triangulares obtusae, 3‴ longae et latae, supra glabrae, subtus et margine tomentosae. Paniculae axillares oppositae palmares et ultra patentes ramisque patentibus trichotomae, internodia subaequalia uncialia praeter infimum sesquiunciale, pedicelli umbellarum extimarum numero indefiniti, vulgo duodecim, tenues (qua tenuitate inprimis habitus a genere alienus exhibetur) albo–puberuli continui, basi articulati et bracteolis tribus rudimentariis muniti. Sepala ovata acuta 2‴ longa, extus albo–puberula, intus glabra, apice revoluta, quatuor glandulis binis oblongis minutis a margine et invicem remotis instructa. Petala 4‴ longa, limbo subrotundo lacerato–ciliato, basi secus unguem decurrente, nervis ideo quasi peltatis. Stamina decem, 5 sterilia sepalis opposita paullo majora 2½‴ longa, filamenta linearia, ima basi coalita, sterilia connectivo ovoideo loculis privato terminata, connectiva fertilia subglobosa, filamento oblique imposita, loculis linearibus arcuatis adnatis paullo breviora. Ovarium obovatum, e carpophyllis tribus intus connexis extus gibbis constitutum hispidum, stigmata linearia apice truncata subaequans, ovula pendula lycotropa, parte descendente ascendentem aequante. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia meridionali.

XXI. HETEROPTERYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 434. t. 14. — *Heteropteris* Kth. — *Banisteriae* spec. L.)

Calyx quinquepartitus, laciniis vulgo 4, rarissime paucioribus vel omnibus basi biglandulosis, rarius omnibus eglandulosis. Petala calyce paullo longiora unguiculata, limbo vix denticulato, non raro carinato. Stamina 10, omnia fertilia inaequalia (calycinis laciniis opposita, alternis longiora, praetereaque postica in inflorescentia caeteris vulgo minora) filamenta basi coalita; antherae glabrae, rarissime pilosae. Styli 3 rigidi, apice uncinato compressi et hinc stigmatiferi, stigmate cristaeformi. Ovaria 3 introrsum inter se coalita, dorso compresso-gibbosa. Samarae 3 aut abortu pauciores, apice in alam expansae, margine postico inferiori crassiorem, lateribus convexae laevesque vel rarissime cristatae. — Frutices Americani interdum scandentes. Folia opposita integerrima glabra vel pubescentia, pube interdum metallice renitente, subtus vulgo glandulifera, breviter petiolata, stipulae inconspicuae. Inflorescentiae aspectu variae, in paniculas corymbosve terminales aut ad summa folia axillares, ex umbellulis racemulisve conflatos, foliorum supremorum bracteaeformium abbreviatione saepius compositae, pedunculi breves, cum pedicellis vix longioribus articulati, ipsis lapsis persistentes, basi bracteati, apice vel infra apicem opposite bibracteolati, raris-

sime nulli. Flores parvi lutei, rarius rosei vel albi (coerulescentes in unica specie dicuntur).

§. 1. *Pedunculi floriferi infra apicem bibracteolati, rarius subnulli. Petala plerumque flava.*

1. H. ANOMALA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 435. t. 3. fig. 4. — Foliis subrotundis vel late ellipticis glabris, petiolo longiusculo basi biglanduloso; umbellis 3–6-floris, in paniculam amplissimam terminalem digestis; pedicellis subsessilibus; calyce eglanduloso; petalis aurato-flavis carinatis; samarae ala oblique ascendente. ♄☋ — Ambitus trunci profunde sulcatus, rami adulti sensim obtuse quadranguli glabrati, juniores compressi, pube brevi sericea ferruginei. Folia subrotunda vel late elliptica (poll. 6–1½ longa, 5–1¼ lata) glabra, nervis subtus pinnatim prominentibus, petiolo lin. 15–5 longo crasso, basi dilatata biglanduloso. Paniculae terminales amplissimae (fere pedales) pyramidatae, pro maxima parte umbellis 3–6-floris compositae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, primarii oppositi patentes vel etiam reflexi complanati, pedicelli subsessiles lin. 4 longi, a basi ad apicem incrassati rigidi ferruginei, basi articulati subque articulo extrorsum bractea, latere utroque bracteola stipati, bracteis bracteolisque subaequalibus inque involucellum verticillatis latis brevibus. Calyx brevis cupulaeformis profunde quinquefidus, laciniis ovato-acutis, nervo medio extrorsum costatis, eglandulosus ferrugineus. Petala calyce paullo longiora (lin. 2½ longa) inaequalia, breviter unguiculata, limbo subintegro, basi emarginato, concavo-cymbiformia nervoque medio extrorsum acute carinata (alabastro inde breviter pentaptero) aurato-flava. Stamina extra calycem exserta glabra, filamentis inaequalibus basi dilatata coalitis, antheris ovatis, connectivo nigrescente discolori. Styli staminibus subaequales. Samarae (immaturae suppetentes) ferrugineae, alis semiellipticis, inter se valde oblique divergentibus. — Crescit in Brasiliae montibus dos Orgaõs.

2. H. (BANISTERIA Griseb. Linnaea XIII. 199.) THYRSOIDEA Adr. Juss. l. c. 436. — Foliis ovali-subrotundis, breviter et obtuse apiculatis, supra glabris, subtus tomentoso-scabris eglandulosis petiolatis, petiolo basi biglanduloso; filamentis alternis majoribus. ♁ — Rami demum cortice rimoso glabro griseo instructi, internodiis 3–4-uncialibus. Folia 2½–3½″ longa, 2–3″ lata, utrinque rotundata, mucrone terminata vix lineari, penninervia venis arcuatis anastomosantibus, subtus prominulis, eglandulosa, supra fuscescentia glabra scabriuscula (exceptis junioribus utrinque ferrugineo-tomentosis), subtus pilis brevibus crispis ochraceis in nervis densioribus tomentoso-scabra, petiolo crasso 4‴ longo patente scabro, basi utrinque glandula praemagna orbiculari nitida munito, stipulis inconspicuis. Paniculae axillares pyramidales, folium parum excedentes, pedunculo primario 4–6 internodiis uncialibus instructo, secundariis inferioribus confertis et internodiis 3–2 semiuncialibus instructis, patentibus, omnibus pedicellisque (6‴ longis incrassatis quaternis) pube ferruginea densa tomentosis. Sepala ovalia, extus tomentosa et glandulis binis marginalibus a toro distinctis instructa, intus glabra sesquilinearia erecta. Petalorum limbus orbiculatus subintegerrimus glaber, dorso inferne carina appendiculatus 2‴ longus, unguem subaequans. Filamenta 10, alterna majora, antheris aequalibus, monadelpha, basi ovata, superne linearia, a connectivo oblongo distincta, antherae loculi lineares glabri adnati vel basi connectivum excedentes. Carpophylla 3, intus connexa, basi rotundata, apice gibba, superficie dense hispida, stigmate lineari, apice dilatato truncato superata. Ovulum ex apice carpophylli axeos pendulum lycotropum, parte adscendente crassiori, apice apiculo aucta. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia meridionali.

3. H. (BANISTERIA Griseb. l. c. 200.) PATENS Adr. Juss. l. c. 437. — Foliis elliptico-oblongis, utrinque obtusatis glabris lucidisque eglandulosis petiolatis, petiolo eglanduloso; filamentis aequalibus. ♁ — Rami angulati cortice rimoso griseo tecti etiam herbacei glabri striati, internodia inaequalia 1–2½″ longa. Folia 4–2″ longa

1½–1″ lata, basi obtusa, apice magis variabili, penninervia et nervo tenui marginali instructa, venis reticulatis primariis arcuatis parum subtus prominulis, eglandulosa coriacea, supra saepius nigrescentia vel concoloria lucida, floralia abbreviata pube ferruginea tecta, caetera glaberrima, petiolo atro 4‴ longo glabro eglanduloso patente, stipulis inconspicuis. Paniculae fere praecedentis speciei, sed in ramis terminales, pedunculis secundariis laxioribus patentibus, pedicelli quaterni 4‴ longi, pube ochracea adpressa obducti, striati, apice incrassati. Sepala oblonga, extus hispida, intus glabra, quatuor glandulis binis oblongis subbasilaribus munita 2 ″ longa conniventia. Petala nondum explicata subrotunda concava glabra, margine integerrima carinata, breviter unguiculata. Filamenta 10 aequalia (an ob juniorem aetatem? , basi vix dilatata monadelpha, connectivum oblongum utrinque obtusum, antherae loculi lineares, basi connectivum excedentes, caeterum ei adnati glabri. Carpophylla 3, intus penitus connexa, utrinque rotundata, adpresse et sparse pubescentia, stigmate lineari apice dilatato truncato superata. Ovulum sub apice carpophylli axi affixum pendulum lycotropum, partis adscendentis apice sensim attenuato acuto. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia meridionali.

4. **H. COCHLEOSPERMA** Adr. Juss. l. c. 437. — Foliis oblongo–ovatis lanceolatisve, brevissime acuminatis, supra lucidis, subtus laxe reticulatis et fere glabris, petiolo apice biglanduloso; umbellis in paniculas terminales digestis; calyce eglanduloso; petalis.....?; samarae ala ascendente; endocarpio intra loculum prominente. ♁⌒? — Rami volubiles (?) glabri, sub cortice tenui lenticellis discoloribus notato et facile solubili atropurpurei, ramulis divaricatis. Folia oblongo–ovata lanceolatave (poll. 3–2½ longa, 1¼–1 lata) acuminata, acumine brevi angusto acutoque et saepius mucroniformi, supra lucida, subtus pallidiora, nervis praeter medium vix prominulis et laxe reticulatis, marginata et pilis adpressis magis minusve raris (nonne in aetate juniori densioribus?) conspersa, caeterum glabra, petiolo lin. 2 longo, ad apicem biglanduloso, stipulis brevibus hirsutis deciduis. Umbellae 3–5–florae, paniculas in ramulis lateralibus terminales componentes, pedunculo communi breviter stipitatae, pedunculi floriferi (lin. 2 longi) breviter basi bracteati, infra medium bibracteolati, apice articulati cum pedicello subaequali ferrugineo. Flores tantum suppetunt stipati calyce parvo eglanduloso filamentisque glabris, inferne coalitis. Samarae fere glabratae, facie interna orbiculata concava saepiusque perforata, receptaculo brevi trigono affixae, lateralibus inflatae et nervosae, ala vix latiore, sursum et extrorsum vergente, superne subdilatata (lin. 10–9 longa et 5–4 lata), margine postico subrectilinea et curvilinea antico, endocarpium in conum lin. 2 fere longum intra loculum prominens, cui oblique circumvolvitur semen (inde cochleatum), integumento membranaceo albo, inferius ad chalazam stricte adhaerente, cotyledone exteriori breviori. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

5. **H. TRICHANTHERA** Adr. Juss. l. c. 438. — Foliis ovatis mucronulatis glabratis petiolatis; umbellis in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8–glanduloso; petalis.....?; antheris villosulis; samarae ala transversa, juxta basin lobulata; endocarpio intra loculum prominente. ♁ — Rami juniores ferrugineo–tomentosi, adulti glabri, lenticellis crebris scabri. Folia ovata (poll. 2½–1½ longa, 1½–1 lata) mucronulata, juniora pubescentia, adulta fere glabrata, in margine glandulis nonnullis minutis nervulos terminantibus saepius notata, petiolo lin. 3 longo. Paniculae axillares aut terminales et abortu foliorum supremorum amplificatae, corymbulis 4–8–floris compositae, pedunculi diversorum ordinum rufo–pubescentes, floriferi lin. 2 longi cum pedicello triente longiori articulati, juxta vel supra medium bibracteolati. Calycinae laciniae ovatae, sesquilineares, extrorsum ferrugineo–pubescentes, 4 biglandulosae. Petala calyce triente longiora, breviter unguiculata, limbo ovato subintegro, reflexa. Stamina calyci subaequalia, filamentis glabris, inferne coalitis, antheris ovatis villosulis. Ovaria in unum trilobum dense hirsutum coalita. Styli stamina paullulum superantes, apice truncati

et hinc stigmatiferi. Samarae pubentes vel partim glabratae, abortu binae fere divaricatae aut singula quasi ascendens, facie antica cavata, receptaculo pyramidali applicitae, ala transversa styloque subperpendicularis oblique obovata, lin. 9 longa et 5 lata, juxta marginis superioris curvilinei tenuioris basin lobulo obtuso appendiculata, loculus transverse irregulariter et obtuse conoideus, endocarpio intus in conum breviorem prominente, quem amplectitur semen conforme circumvolutum (immaturum adhuc suppetens). — Crescit in Brasiliae provinciis Piauhiensi et Bahiensi.

6. **H. COTINIFOLIA** Adr. Juss. l. c. 438. — Foliis late ovatis vel suborbicularibus, basi subacutis, breviter acuminatis glabratis petiolatis; umbellis corymbulisve in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis carinatis rubiginoso-roseis; fructu.....? ♁ ◡ — Rami juniores compressi, pube adpressa rufa conspersi, adulti teretes glabrati grisei divaricati. Folia latissime ovata et quaedam suborbicularia (poll. 2½-1½ longa, 2-1¼ lata), basi plerumque subacuta, apice obtusissimo breviter et acute acuminata, juniora pubescentia, adulta glabrata, subtus pallidiora, ramis primariis prominulis et caeteris coloratis reticulata, glandulis duabus stipitatis in trajectu venae primariae inferioris interdum instructa, quae in foliis caulinis saepius tamen deficientes, in floralibus parvis majores et constantes videntur, petiolo lin. 3 longo, supra canaliculato, basi bistipulato, stipulis brevissimis acutis. Paniculae terminales et axillares, foliis parvulis biglandulosis ad divisiones oppositis intermixtae, folia non aequantes aut vix superantes rufo-tomentosae, umbellis corymbulisve paucifloris compositae, pedunculi compressi, secundarii patentes, floriferi lineas 3 longi, basi breviter bracteati, juxta medium bracteolis binis adpressis instructi, apice articulati cum pedicello paullo breviori, sensim incrassato striato. Laciniae calycinae sesquilineares ovatae 4 biglandulosae, glandulis parvis subrotundis. Petala calyce duplo longiora, breviter unguiculata, limbo obovato, basi hastato, nervo medio carinatim prominente, unde alabastrum breviter 5-alatum, reflexa rubiginoso-rosea. Stamina glabra, filamentis calycem subaequantibus crassiusculis, inferne coalitis, antheris cordiformibus. Ovaria hirsuta, dorso cristata. Styli stamina superantes, basi hirsuti, apice truncato hinc stigmatiferi, stigmate glandulaeformi flavente. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico ad Totolapam et Oaxacam.

7. **H. GAYANA** Adr. Juss. l. c. 439. — Foliis ovatis, basi subacutis mucronulatis glabris, subtus biglandulosis subcoriaceis, longiuscule petiolatis; umbellis in paniculas terminales et axillares digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala adscendente, apice angustata. ♁ — Rami juniores compressi, adulti teretes glabri, lenticellis minutis scabri. Folia ovata (poll. 2½-2 longa, 1½-1 lata), basi subacuta, apice obtusa vel nonnumquam subemarginata mucronulata glabra, nervis medio primariisque subtus prominulis, duobus inferioribus in trajectu glandulam stipitato-scyphiformem proferentibus, subcoriacea, petiolo glabrato lin. 4-5 longo. Paniculae terminales aut ad suprema folia axillares, fructiferae tantum suppetentes, foliis vix longiores et oligocarpae, pedunculi albido-puberuli, fructiferi in umbellam vulgo approximati quadrifloram, basi bracteis totidem brevissimis cruciatis involucratam, lineas 2 longi, supra medium minute bibracteolati, apice cum pedicello vix breviori articulati. Fructus calyce 8-glanduloso stipatus, samaris vulgo duabus abortientibus, tertia maturescente, quae junior pube rufa adpressa tomentosa, serius eadem dispersa puberula, circa loculum inflatum densius pubescens nec raro tuberculato-inaequalis, supra in alam extenditur sursum et extrorsum vergentem nec stylo parallelam pollicarem et ultra, a basi ad medium usque dilatatam et apice rursus angustatam, margine postico inferiori crassiori rectilineam, antico superiori tenuiori curvilineam. Semen immaturum suppetebat. — Crescit in Mexico ad Guichilona inter Tehuantepec et Guazacualcos.

8. **H. FALCIFERA** Adr. Juss. l. c. 440. — Foliis ovato-lanceolatis vel obovatis, basi subcordatis, supra glabris, subtus rufo-pubescentibus, brevissime petiolatis; um-

bellis quadrifloris, in paniculas racemiformes digestis; calyce 8-glanduloso; petalis luteis carinato-alatis; samarae ala falciformi erecta, endocarpio intra loculum prominente. ♂ — Rami juniores tomentoso-rufescentes, adulti glabrati. Folia ovato-lanceolata vel quaedam rarius obtusa obovataque (poll. 3-2 longa, 1½-1 lata), basi subcordata, apice acutissima, supra glabra, subtus pube rufescente discoloria, nervis prominulis, basi sub pube biglandulosa. Paniculae terminales et ad folia suprema axillares, iisdem fere duplo longiores, umbellis quadrifloris breviter stipitatis et racemose in pedunculo communi dispositis compositae, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, primarii foliis parvulis tomentosis biglandulosis quasi bracteati, floriferi lineas 2-3 longi, breviter basi bracteati et supra medium bibracteolati, apice articulati cum pedicello subaequali. Calycinae laciniae (sesquilineam longae) ovatae, extrorsum rufo-tomentosae et 4 biglandulosae, glandulis oblongis (in sicco) albidis. Petala calyce duplo longiora glabra, limbo sagittato obovato, ungue nervoque extrorsum carinato-prominente, alabastro inde acute quinquangulato, lutea. Stamina calyci vix aequalia glabra, filamentis inferne coalitis, antherarum loculis linearibus, connectivo atro-rubente longioribus. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, dorso gibbosa. Styli basi hirsuti. Samarae 3 aut abortu vulgo pauciores, puberulo-pulverulentae, longitrorsum striatae, basi circa loculum sursum et extrorsum elongatum inflati, quem superat ala (poll. ¾ longa) erecta obtuso-falciformis, margine postico crassiori curvata, antico tenuiori inferne recto, stylo parallela, superne late sinuata. Semen endocarpio intra prominente et acute conoideo circumvolutum (immaturum suppetens). — Crescit in Bolivia juxta St. Jose de Chiquitos.

9. **H. RHOPALAEFOLIA** Adr. Juss. l. c. 441. — Foliis cuneato-obovatis acuminatis inaequilateris glabris, supra lucidis, subtus laxe reticulatis basique 2-4-glandulosis, petiolo caeterum eglanduloso; corymbis in paniculas terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala basi latiori et antice emarginata. ♀ — Rami juniores ferrugineo-hirtelli, mox glabrati lenticellisque crebris discoloribus scabri. Folia cuneato-obovata (poll. 5-3 longa, 2½-1½ lata) acuminata, acumine obliquo acuto inaequi- et dissimililatera, juniora pubescentia, mox glabrata, supra laevia et lucida, subtus nervis prominentibus laxe reticulata basique 2-4-glandulosa, glandulis orbiculatis, duabus inferioribus ad apicem petioli constantioribus, coriacea, petiolo (lin. 3-2 longo) crasso nigrescente, pulvino prominente, stipulis brevibus subulatis atro-rubentibus deciduis. Corymbi 4-6-flori, florum insertionibus confertis umbelliformes axillares aut plerique foliorum summorum decremento et abortu in paniculas terminales digesti, pedunculis diversorum ordinum ferrugineo-hispidis, floriferis (lin. 2 longis) apice cum pedicello triente longiori articulatis, basi bracteatis et supra basin bibracteolatis, bracteis bracteolisque ovatis et in corymbo quasi imbricatis. Calycinae laciniae oblongo-ovatae (lin. 2 longae) extrorsum ferrugineo-hirsutae et 4 biglandulosae. Petala calyce triente longiora, ungue limbum concavum subdenticulatum fere aequante, reflexa. Stamina filamentis vix calycem aequantibus glabris, basi in tubum coalitis, antheris glabris oblongo-ovatis. Styli staminibus subaequales glabri, apice truncati, stigmate introrsum adnato. Ovaria in unum dense hirsutum coalita, singula serius producta in alam loculo latiorem, margine antico crassiori rectilineam, antico tenuiori longiorique concavo-arcuatam basique lobulatam. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

10. **H. SPECTABILIS** Martius Herb. ex Adr. Juss. l. c. 442. t. 14. — Foliis obovatis acute acuminatis, supra puberulis, subtus tomentosis basique 4-5-glandulosis mollibus, breviter petiolatis; umbellis in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis flavis; samarae ala ascendente; endocarpio intra loculum prominente. ♀ — Frutex subsimplex erectus 3-4-pedalis, caule tomentoso fusco. Folia obovata acute acuminata (poll. 3-4 longa, 2-1½ lata), supra pube brevi albida conspersa et sub ea punctis discoloribus variegata, subtus tomento longiori densoque ochroleuca et ad basin 4-5-glandulosa, glandulis orbi-

cularibua atris, mollia, petiolo vix lin. 2 longo rami et nervi medii instar ferrugineo-tomentoso, stipulae minutae inconspicuae. Paniculae axillares aut ampliores abortu bracteaeformi foliorum supremorum terminales umbellis 4–6-floris compositae, pedunculi diversorum ordinum tomento denso ferruginei, floriferi lin. 2 longi, juxta medium bibracteolati, apice cum pedicello duplo longiori articulati, bracteae lineares cum bracteolis sic propinquioribus congestae. Calycinae laciniae ovatae (sesquilineam longae) extrorsum tomentoso-ferrugineae et 4 biglandulosae. Petala calyce duplo longiora unguiculata, limbo obovato basi sagittato, nervo medio extrorsum carinatim prominulo, glabra flava. Stamina glabra, filamentis calyce brevioribus, basi cum ipso et inter se profundius in lobum coalitis, antheris oblongo-cordatis, connectivo discolori glandulaeformi. Ovaria dense villosa, in unum coalita, singula dorso compresso-gibbosa. Styli glabri. Samarae abortu 1–2, facie profunde foveolata axi pyramidali applicitae, ferrugineo-pubescentes, ala extrorsum ascendente oblique obovata, lin. 6 longa et 4 lata, loculo transverse cordiformi, intra quem endocarpium prominet in conum intus concavum, quem amplectitur semen circumvolutum et loculo conforme, cotyledonibus plicatis parte conum amplectente attenuatis. In semine observato tertiam cotyledonem inveni minorem rectam, duabus plicatis intermediam. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës ad Contendas et Serro Frio.

11. **H. TOMENTOSA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 31. — Foliis magnis ovatis acutis, supra puberulis, subtus rufo-tomentosis et 2–4-glanduliferis mollibus, brevissime petiolatis; umbellis terminalibus axillaribusque paucifloris; calyce 8-glanduloso; petalis luteis; samaris.....? ♁ — Rami juniores ferrugineo-pubentes, adulti glabrati griseique. Folia (poll. 6–4 longa, 3½–2½ lata) ovata acuta, supra puberula, pube ferruginea in nervis densiori (in foliis junioribus densissima velutina), subtus multo pallidiora albido-rufo-tomentosa et juxta basin glandulis 2–4 instructa orbiculato-scutelliformibus nigrescentibus, mollia, brevissime petiolata, petiolo nervorum instar ferrugineo. Inflorescentiae in ramulis lateralibus terminales adque suprema folia minuta axillares corymbiformes, corymbis paucifloris, pedunculi ferruginei, floriferi lin. 2 longi, singuli basi bracteati praetereaque supra medium bibracteolati, bracteis bracteolisque linearibus brevibus, apice articulati cum pedicello duplo ipsis longiori concolorique. Calyx profunde quinquefidus, laciniis (lin. 2½ longis) ovatis introrsum glabris, extrorsum ferrugineo-hirsutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis lineam longis ovatis prominulis. Petala calyce triente longiora unguiculata, ungue lineam longo filiformi, inter lacinias calycinas reflexa, limbo obovato inaequilaterali (basi sagittatim hinc auriculato in plerisque, in petalo interiori biauriculato) denticulata glabra lutea. Stamina 10, calyce subbreviora, 5 petalis opposita alternis paullo breviora exterioraque, inter se inaequalia, filamenta subulata, inter se basi coalita glabra, antherae cordato-ovatae, connectivo dorsali glanduliformi discolori, loculis flavidis breviori, glabrae. Ovaria 3, inter se coalita in unum trilobo-ovatum villosum, singula dorso in brevem gibbum producta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem, stamina paullulum superantes rigiduli glabri, apice truncato introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae pascuis prope praedium Olho d'Agoa, in parte deserta prov. Minas Geraës vulgo Sertão.

12. **H. ILICIFOLIA** Griseb. Linnaea XIII. 220. — Foliis breviter ellipticis vel elliptico-oblongis, supra lucidis, subtus argenteo-sericeis petiolatis, petiolo medio biglanduloso; umbellis in paniculas breves dispositis; pedicellis supra basin articulatis; sepalis incanis biglanduliferis; samara.....? ♁◡ — Rami cylindrici laeves incano-pruinosi, juniores puberuli, internodia pleraque brevia vix semiuncialia. Folia 1–2″ longa, 6–8‴ lata (longiora hinc unciam lata) utrinque obtusa vel basi subacuta penninervia, nervis concoloribus tenuibus, eglandulosa, margine subrevoluta integerrima, supra pallide viridia lucida, quasi vernicosa, subtus albo-sericea et metallice micantia, petiolo 4‴ longo incano, medio utrinque glandula or-

biculari vel scutellata nigra notato, stipulis inconspicuis. Panicula in ramis terminalis corymbiformis, trichotomia iterata formata, axis albido-puberulus, pedicelli extimi 3–5, basi bractea minuta ovata obtusa suffulti, supra basin bracteolis binis simillibus instructi et articulati, ipsi 3–4‴ longi, apice crassiusculi. Sepala extus incana ovata obtusa, 2‴ longa, apice revoluta, quatuor basi glandulis binis parvis oblongis instructa. Petala lutea, limbo subrotundo 2‴ longo subintegerrimo palmatinervi unguem extus convexum aequante. Stamina 10 glabra, omnia fertilia, filamenta alterna majora linearia, in tubum brevem basi connata, connectivum ovoideum erectum loculos lineares intus adnatos aequans. Ovarium ovoideum, pilis longis albidis setosum, stigmata tria linearia, apice truncata subaequans, carpophylla tria, arcte connexa, dorso convexa exappendiculata, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte descendente crassiuscula ascendentem mucronatam subaequante. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

13. **H. CATINGARUM** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 443. — Foliis obovatis, basi acutis, supra glabratis, subtus pubescentibus et obscure multiglandulosis, petiolo longiusculo juxta medium obscure uniglanduloso; umbellis in paniculas breves terminales digestis; pedicellis sessilibus; calyce eglanduloso; petalis flavis; fructu.....? ♁ — Arbor triorgyalis, ramulis junioribus ferrugineo-tomentosis, adultis glabratis cinereis. Folia obovata (poll. 2–1 longa, 1–½ lata), basi acuta, apice obtusa vel cum mucrone paullisper acutata, supra glabrata, subtus breviter pubescentia, nervis, medio excepto, non prominulis, glandulis nonnullis scutelliformibus a basi ad apicem impressa, petiolo lineas 4–3 longo pubescente, juxta medium parum conspicue uniglanduloso, stipulis inconspicuis. Paniculae in ramis ramulisque lateralibus terminales foliisque breviores pauciflorae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-hirsuti, pedicelli lineas 3 longi graciles sessiles, vulgo 3–4 umbellatim approximati, basi bractea bracteolisque conterminis ovatis brevibus dense hirsutis involucrati. Calyx brevis cupulaeformis profunde quinquefidus, laciniis ovato-acutis, nervo medio extrorsum costatis, eglandulosus ferrugineo-hirsutus. Petala calyce duplo longiora (lineas 2 longa) unguiculata, limbo obovato concavo subintegro, flavescentia cito decidua. Stamina inter se inaequalia, filamentis calyci subaequalibus glabris, inferne in tubum coalitis, antheris ovatis glabris, connectivo glanduliformi prominente rubente, caeterum pallide flaventibus. Ovaria in unum pilis longis densis ferrugineo-hirsutum coalita. Styli breves glabri, apice oblique truncati introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae sylvulis (vulgo *Catingas* dictis) in prov. Bahiensi.

14. **H. TERNSTROEMIAEFOLIA** Adr. Juss. l. c. 444. — Foliis obovatis, saepius apice emarginatis et mucronulatis glabratis, subtus laevissimis (junioribus aureo-tomentosis), petiolo basi biglanduloso; umbellis in paniculas terminales digestis; pedicellis subsessilibus; calyce 8-glanduloso; petalis flavis; fructu.....? ♁ — Frutex erectiusculus, ramis oppositis vagis, humanae altitudinis, cortex cinereus verruculosus glaber. Folia (1½–3-pollicaria, ¾–1¼ poll. lata) opposita petiolata obovato-oblonga vel oblonga, versus basin solummodo paullo attenuata crassiuscula, supra glabra, subtus uti petioli basi biglandulosi teretiusculi, tomento aureo-fusco detergibili, apex foliorum retusus submucronatus, mucrone deorsum spectante. Racemi terminales, racemuli oppositi 4–6-flori, pedunculis propriis vix ultra 3 lineas longis, rachis uti folia tomentosa, bractea minuta lanceolata, pedunculos partiales emittens, utroque latere glandula viridi verrucaeformi, petiolaribus simillima. Calyx tomentoso-fuscus, laciniae ovatae, glandulae oblongae binae virides. Petala tenuissime ciliata parva flava, ungue rubente. Stamina 10 brevia, antherae ovatae albae. Ovarium pubescens. Styli tres. Ovula solitaria. — Crescit in Brasilia in sylvis prope Sebastianopolin.

15. **H. RACEMOSA** Adr. Juss. l. c. 445. — Foliis oblongis ovato-lanceolatis glabris, supra lucidis, subtus reticulato-venosis et serie glandularum impressis, petiolo supra basin biglanduloso; racemis terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis

carinatis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores pube ferruginea conspersi et serius quasi punctati, adulti glabrati, lenticellis crebris notati. Folia oblonga ovata vel ovato-lanceolata (poll. 6–3 longa, 2½–2¼ lata), juniora sparse pilosula, adultiora glabra, supra lucida, subtus ferruginea reticulato-venosa et serie glandularum scutelliformium impressa tenuia, petiolo lin. 4–3 longo, supra basin biglanduloso. Flores racemosi, racemis ramulos laterales vulgo diphyllos terminantibus, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-puberuli, floriferi sesquilineam longi, basi bracteati, bractea lineari acuta, supra basin brevius bibracteolati, apice articulati cum pedunculo 3–4-plo, longiori superne incrassato. Calycinae laciniae ferrugineo-puberulae, 4 basi biglandulosae, glandulis magnis. Petala reflexa, late unguiculata, dorso profunde carinata (alabastro inde quasi pentaptero) integra (praeter quintum fimbriato-ciliatum). Stamina 10 exserta glabra, filamentis inferne dilatatis et coalitis inaequalibus, antheris cordatis, connectivo oblongo. Ovaria in unum ferrugineo-hirsutum coalita, dorso gibbosa. Styli breves apice oblique truncati, hinc acuti, inde stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia boreali.

16. H. LINDLEYANA Adr. Juss. l. c. 446. — Foliis late ovatis, acute acuminatis glabris, subtus serie glandularum margini parallele impressis tenuibus, petiolo basi biglanduloso; umbellis in paniculas axillares et terminales digestis; pedicellis subsessilibus; calyce eglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores pube adpressa rufescentes, adulti glabrati laeves. Folia late ovata (poll. 6–4 longa, 4–2 lata), apice in acumen acutum attenuata, juniora praesertim subtus pube rufa adpressa conspersa, adulta glaberrima, subtus pallidiora, punctulis albidis minutissimis (lentis ope tantum conspicuis) obsita, maculis glandulosis scutelliformibus in seriem margini parallelam nec multum ab ipso distantem dispositis impressa, membranacea, petiolo 1½–1-pollicari, primum rufo-pubescente, demum glabrato, supra canaliculato, basi biglanduloso. Paniculae axillares foliis breviores et terminales, umbellis paucifloris terminalibus aut ad axillam folii abortivi bracteaeformis biglandulosi lateralibus compositae, pedunculi opposite ramosi diversorum ordinum sericeo-ferruginei, floriferi subnulli, unde pedicelli (lin. 4–3 longi) sessiles, basi bractea bracteolisque congestis brevibus ovatis ferrugineis involucrati. Calyx eglandulosus, laciniis ovatis, sesquilineam longis, ferrugineus. Petala calyce paullo longiora unguiculata, limbo obovato, argutissime denticulato concavo subcarinato, glabra. Stamina supra calycem exserta glabra, filamentis in tubum usque ad medium coalitis, antheris cordatis, connectivo prominulo discolori. Ovaria 3 in unum trilobum ferrugineo-hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Styli stamina subaequantes glabri compressi, apice truncato extrorsum in uncum brevem producti, introrsum papilla stigmatica instructi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia.

17. H. ARGYROPHAEA Adr. Juss. l. c. 447. — Foliis ovatis, basi interdum subcordatis, apice mucronulatis, subtus obscure argenteis tenuibus, petiolo basi biglanduloso; umbellis in paniculas axillares et terminales digestis; pedicellis subsessilibus; calyce 8–10-glanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores compressi sericeo-pubentes, adulti teretes glabrati. Folia ovata (poll. 5–2½ longa, 3–1½ lata), basi interdum subcordata, apice mucronulata, supra glabra, subtus pube brevi argentum obscure renitente sericea tenuia, petiolo lin. 6–4 longo, basi glandulis 2 impresso. Paniculae axillares foliis breviores et terminales, umbellulis sessilibus vel stipitatis compositae, pedunculi diversorum ordinum sericeo-ferruginei, floriferi subnulli, pedicelli lin. 3 longi, bracteae cum bracteolis congestae breves ferrugineae. Calycinae laciniae ovatae, sesquilineam longae, ferrugineae, 4 aut omnes biglandulosae. Petala calyce vix longiora reflexa unguiculata, limbo parvo obovato integro. Stamina exserta glabra, filamentis inferne in tubum coalitis, antheris subrotundis, connectivo prominulo discolori. Ovaria 3 in unum ferrugineum coalita, singula dorso subgibbosa. Styli breves rigidi, apice truncati et latere stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia in campis ad St. João del Rey prov. Minas Geraës.

§. 2. *Pedunculi floriferi apice bibracteolati. Petala flava, folia coriacea, subtus pube metallicum renitente obducta.*

18. H. AENEA Griseb. Linnaea XIII. 257. — Foliis ellipticis coriaceis, supra glabris, subtus sericeis et metallico nitore aeneis marginatis eglandulosis breviter petiolatis; umbellis in ramulis terminalibus; sepalis biglanduliferis; samaris biappendiculatis. ♁ — Rami breves, juniores etiam glabri tuberculati, vetustiores cortice griseo laeviusculo tecti. Internodia ramulorum decrescentia, imum saepius vix unciale. Folia 1–1½" longa, 6–9‴ lata, obtusa, basi parum attenuata, pennivervia, venis tenuibus et nervo tenui marginali instructa, supra glaberrima laevia nigrescentia, subtus aequaliter pube sericea metallica obducta, nervo demum glabriusculo pallide ferrugineo, petiolo vix 2‴ longo eglanduloso glabriusculo, stipulis inconspicuis. Umbellae 4–2-florae plures in paniculas breves ramulorum terminales dispositae, bracteis lineam longis ovatis acutis umbellam involucri instar cingentibus, bracteolis binis bracteis similibus. Pedicelli 6–8‴ longi, pilis adpressis paucis vestiti, ex articulo sub medio sito sensim incrassati. Flores non suppetunt. Sepala persistentia ovata acuta, pilis adpressis extus obducta, basi per torum conjuncta lineam longa, quatuor glandulis binis oblongis marginalibus ⅓ lin. longis instructa. Samarae 2 (tertia abortu deficit) tori processui brevi triquetro insertae glabratae ferrugineae, oblongae 8–10‴ longae, 3–4‴ latae, pericarpium subglobosum, basi planiusculum nec marginatum (vallecula itaque nulla), latere crista membranacea semilineam alta circulari ab ala distincta auctum; ala ex dorso et apice pericarpii orta recta vel apice paullo dilatata obtusa, margine exteriori crassiori, venis sursum arcuatis, loculus pericarpii semiglobosus. Semen pendulum, funiculo tenuissimo brevi subapicali, loculo conforme, apice in acumen tenue protensum, integumentum duplex membranaceum, exterius nigrum, interius albidum, raphe brevis, embryo apice introflexus, radicula brevi supera acumini seminis respondente, cotyledonibus carnosis, exteriori interiorem involvente. — Crescit in Brasilia meridionali.

19. H. COLEOPTERA Adr. Juss. l. c. 448. t. 14. — Foliis.....?; umbellis paniculatis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala ascendente, alulis duabus lateralibus, basi vaginata. ♁ — Fructus tantum suppetunt in paniculas dispositi umbellis quadrifloris (ut ex bracteis quaternatim verticillatis dijudicandum) compositas, pedicellis sesquilineam longis insidentes, singulis cum pedunculo paullo longiori apice bibracteolato articulatis, bracteis bracteolisque brevibus acutis, stipati calyce 8-glanduloso, constantes samaris abortu 1–2 aurato-puberulis, quibus ala media lin. 9 longa et 3 lata, sursum et extrorsum vergens, margine antico infra medium sinuato-angustata basique stylo subparallela, basi cincta vagina obliqua e duabus alulis lateralibus multo brevioribus et extrorsum in unam bilobam confluentibus. Semen immaturum suppetebat. — Crescit in Brasilia.

20. H. METALLOCHROA Adr. Juss. l. c. 449. — Foliis ovatis basi acutis, apice obtusis mucronulatisque, supra glabris et lucidis, subtus sericeo-auratis, margine glanduliferis, petiolo ad medium biglanduloso; umbellis ternatis, in paniculam terminalem digestis; calyce 8–10-glanduloso; petalis flavis; fructu.....? ♁◡ — Rami juniores compressi, pube brevi aurati vel ferruginei, adulti teretes glabrati, lenticellis albis conspersi. Folia ovata (poll. 3–2 longa, 1¾–1 lata) saepe basi acuta, apice obtusa et mucronulata, supra glabrata lucideque virentia, subtus pube brevi sericea aurea vel serius argentea plumbeave, margine punctis glandulosis notato et interdum fere denticulato, petiolo lin. 3–4 longo ferrugineo, juxta medium biglanduloso. Paniculae terminales et ad summa folia sensim minuta extremaque abortientia axillares, umbellis vulgo quadrifloris et saepius ternatis compositae, pedunculi diversorum ordinum ferruginei vel aurati, floriferi lin. 3 longi cum pedicello breviori articulati, bracteae bracteolaeque breves acutae. Calycinae laciniae ovatae sesquilineam longae, omnes aut tantum 4 biglandulosae, glandulis magnis obovatis fere obtectae. Petala vix longiora, anguste

obovata, argute denticulata glabra reflexa concava lutea. Stamina calyci subaequalia, filamentis fere omnino coalitis in tubum ventricoso-decagonum et in angulis saepe pilosum, antheris glabris reflexis. Ovaria 3 in unum trilobum dense sericeo-villosum connata, singula dorso sub strato pilorum tricristata, cristis lateralibus dorsali brevioribus. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia circa Sebastianopolin et in prov. Piauhiensi.

21. H. (BANISTERIA Cavan. Dissert. IX. 429. t. 258.) SERICEA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 29. — Foliis obovatis, basi acutis, apice truncatis et apiculatis obsolete glanduloso-dentatis, supra glabris et lucidis, subtus ferrugineo-aureis coriaceis, longiuscule petiolatis; umbellis in corymbos axillares et terminales dispositis; calyce 8-glanduloso; petalis luteis; fructibus.....? ♁ — Caulis quinquepedalis, rami juniores pube adpressa ferruginei, adulti glabrati scabri. Folia (3-6-pollicaria, 1½-3 poll. lata) apice quasi truncata medioque apiculata, glandulis in margine instructa multis, totidem dentes nunc brevissimos, nunc saepius vix manifestos terminantibus, supra glabra et lucida, subtus pilis sericeo-adpressis ferrugineo-aurea, nervis prominulis ferrugineis, coriacea petiolata, petiolo semipollicari ferrugineo, supra canaliculato, utrinque obscure glanduloso, basi vix conspicue bistipulato, suprema admodum abbreviata et in bracteas quasi transeuntia. Inflorescentiae foliorum supremorum abbreviatione in corymbos terminales et subterminales foliis breviores quasi dispositae, re vera singulae in ramulis terminalibus lateralibusque umbelliformes; pedunculi in umbellis 4 exteriores uniflori, bracteis totidem breviter lanceolatis ferrugineis in involucrum verticillatis stipati, quintus aut interdum etiam sextus in medio, ipse umbellatim quadriflorus, omnes (lin. 3-4 longi) ferruginei articulati cum pedicello concolores et subaequales, infra articulum bibracteolati. Flores convallariodori. Calyx 5-partitus, laciniis (2½ lin. longis) ovatis conniventibus, extrorsum ferrugineis basique etiam confluentibus. Petala calyce paullo longiora reflexa breviter unguiculata, limbo ovato, basi biauriculato, margine sublacerato, dorso carinato, inter se dissimilia (quintum in praefloratione involutiva interius profundius glanduloso-ciliatum) lutea. Stamina 10 vix calyce longiora petalis opposita alternis breviora, filamenta inter se infra coalita in urceolum extrorsum hirsutum, caeterum libera glabraque, antherae glabrae, connectivo dorsali discolori cordiformi glandulaeformi. Ovaria 3 in unicum pilis ferruginis densissime hirsutum coalita, singula dorso carinata uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem breves glabri, apice truncato introrsum stigmatiferi. Fructus deest. — Crescit in Brasilia circa Sebastianopolin.

22. H. MACROSTACHYA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 450. — Foliis oblongo-ovatis, brevissime acuminatis, supra glabris et lucidis, subtus sericeo-ferrugineis vel auratis et serie duplici glandularum punctatis; umbellis vel corymbulis in paniculam longissimam strictam dispositis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala longa vittato-ovata ascendente. ♁ᴗ — Frutex sarmentis crassis alte scandens, ramulis junioribus compressis ferrugineis, adultis glabratis teretibus, copia lenticellarum scabris. Folia oblongo-ovata (poll. 7-5 longa, 3-2½ lata, summa multo breviora potiusque obovata) brevissime acuminata, supra glabra et lucido-virentia, subtus pube densa adpressa ferruginea vel aurata, nervis medio primariisque prominulis et serie duplici punctorum glandulosorum marginibus subparallela notata, coriacea, petiolo lin. 4-6 longo ferrugineo, supra medium biglanduloso. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares paniculato-ramosae longae, pedunculi compresso-ancipites, diversorum ordinum ferruginei, primarii in communi racemose oppositi, foliis magis minusve abortivo-imminutis inque bracteas transeuntibus subtensi, fere semper geminati ¼-½-pollicares, umbella vel corymbulo paucifloro terminati, floriferi lin. 1-2 longi, apice breviter bibracteolati cum pedicello subaequali articulati. Calycinae laciniae sesquilineam longae ovatae, extrorsum ferrugineae et 4 biglandulosae, glandulis ovatis magnis totamque lacîniam obtegentibus. Petala calyce paullo longiora sa-

gittato-obovata subintegra, ungue nervoque medio carinatim prominente, glabra. Stamina glabra, filamentis usque medium inter se coalitis, antheris cordato-ovatis, connectivo glanduliformi. Ovaria in unum ferrugineo-hirsutum connata. Samarae bipollicares, pube brevi ferrugineae, basi ad loculum inflatae, ala semipollicem lata, sursum et extrorsum vergente, margine postico rectilineo crasso, antico tenui curvilineo. Semen magnitudine pisi mediocris cum acumine rostriformi globosum, sulco exaratum laterali supraque chalaza maculatum, integumento membranaceo, cotyledones carnosae accumbentes, ita tamen, ut altera facie concava alterius faciei plicato-convexae applicata circumvolvi incipiat, commissura flexuosa axin spectantes, basi angustatae et eadem brevissime biauriculatae insertionem radiculae brevis conoideae amplectentes.

β. rotundifolia: Foliis brevioribus obovato-rotundis, apice subemarginatis. Crescit in Guiana.

23. H. (BANISTERIA Lam. Dict. I. 369. — Cavan. Dissert. IX. 422. t. 244.) NITIDA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 163. (adnot.) — DC. Prodr. I. 592. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. I. 30. † — Foliis oblongis, lanceolatis, ovato-lanceolatis ellipticisve apiculatis, supra glabris lucidisque, subtus sericeo-nitidis aeneis auratisve et serie duplici glandularum notatis subcoriaceis, longiuscule petiolatis; umbellis terminalibus axillaribusque in corymbum quasi digestis; calyce octoglanduloso; petalis luteis; samaris mediocribus nitido-pubescentibus, ala oblique obovata. ♁

β. aurea Lindl. Bot. Regist. t. 950. — Foliis duplo majoribus lanceolatis vel ovato-lanceolatis, subtus ferrugineo-aureis. — Forte species propria affinior *H. macrostachyae?*

Crescit in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

24. H. (BANISTERIA Lam. l. c. 368. — Cavan. l. c. t. 245.) CHRYSOPHYLLA H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. 591. — Adr. Juss. l. c. 29. et Archives du Mus. III. 452. — Foliis oblongis ovatis acutiusculis marginatis, margine obsolete glanduloso-dentato, supra glabris lucidis, subtus sericeo-nitidis et auratis, coriaceis breviterque petiolatis, petiolo basi biglanduloso; umbellis terminalibus pauciforis; calyce octoglanduloso; petalis luteis; samaris magnis ala aurato-pubescente instructis. ♁ — *Banisteria monoptera* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 153. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

25. H. BANKSIAEFOLIA Griseb. Linnaea XIII. 229. — Foliis lanceolato-linearibus, supra glabris, subtus sericeo-aureis, margine glanduloso-subdentatis breviter petiolatis, petiolo apice biglanduloso; umbellis in paniculas dispositis; sepalis ferrugineis biglanduliferis; samaris.....? ♁ — Rami patentissimi striato-angulosi, juniores tomento rufo brevissimo obducti, vetustiorum cortice fusco secedente. Internodia inaequalia 2–1″ longa. Folia (5–2½″ longa, 8–4‴ lata) sensim longe acuminata, basi lanceolata, subaequaliter at remote dentata, dentibus brevissimis, penninervia, venis distantibus inferne paullo prominulis, coriacea, supra viridia glaberrima, subtus sericea et pallide aurea, nervo glabriusculo ferrugineo, petiolo 2–3‴ longo puberulo, apice utrinque glandula orbiculari notato, stipulis minutis. Paniculae in ramis terminalis rami patentissimi inferne nudi, apice corymbos parvorum florum formant, umbellae singulae 3-5-florae, scilicet terminales axillaresque pedunculatae, pedicellis 6‴ longis medio articulatis et bracteolis binis ovatis acutis semilineam longis instructis, pube brevi ferruginea vel ochracea obductis. Sepala oblonga obtusa lineam longa, quatuor praeter apicem extus pubescentem ferrugineum tota glandularum oblongarum pari obducta. Petala glabra, limbo sesquilineam longo cordato-oblongo crenulato obtuse carinato, unguem duplo superante. Stamina 10 fertilia lineam longa, filamentis subaequalibus glabris, alternis tenuioribus, basi dilatatis tubum duplo superantibus, connectivo oblongo erecto ab antherae loculis glabris adnatis paullo superato. Ovarium globosum hirsutum, stigmata tria linearia truncata subaequans, carpophylla tria ad apicem connexa, dorso convexa exappendiculata, ovulum in quovis loculo ex

axeos apice pendulum lycotropum, parte descendente ascendentem subaequante. Fructus non exstat. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

26. H. WYDLERIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 452. — Foliis oblongo-ovatis, apice mucronatis vel acuminatis, supra glabris et lucidis, subtus fulvo-auratis eglandulosis; umbellis quadrifloris ternatis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ ⌣ — Rami juniores complanati sericeo-aurati, adulti teretes glabri, lenticellarum copia scabriusculi. Folia oblongo-ovata (poll. 5–3 longa, 2½–1½ lata), apice mucronata vel in acumen fere sensim angustata, supra lucida glabra nervisque crebris prominulis (sicca) reticulata, subtus pube brevi densa fulvo-aurata reticulato-venosa eglandulosa (glandulae tantum in junioribus nonnullae marginales conspiciuntur serius evanidae) petiolo lin. 4–6 longo crasso angulato, supra medium glandulis 2 impresso. Inflorescentiae axillares, foliis duplo et ultra breviores, similiter fulvo-auratae, non raro geminatae, ad apicem trifido-trium-bellatae, umbellis quadrifloris, pedunculi floriferi lin. 2½ longi, cum pedicello paullo breviori articulati, apice bibracteolati. Calycinae laciniae lineam longae ovatae acutae ferrugineae, 4 biglandulosae, glandulis ovatis crassis subaequalibus. Petala calyce paullo longiora, limbo parvo lineari-obovato integro. Stamina glabra, antheris oblongo-cordatis, connectivo dorsali discolori prominente glanduliformi. Ovaria in unum ferrugineo-hirsutum coalita. Fructus non suppetebat. — Crescit in Antillis.

27. H. DUARTEANA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 28. — Foliis obovatis, utrinque reticulato-venosis, supra glabris, subtus pallide auratis, brevissime petiolatis; racemis in paniculam terminalem pyramidatam laxifloram digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samaris.....? ♁ — Rami pube brevi ferruginei, serius eadem excussa glabrati. Folia (poll. 3–2 longa, 2–1 lata) obovata, apice vulgo subemarginata integerrima, utrinque nervulis creberrimis reticulata, supra glabra, subtus pube brevi adpressa pallide aurata subcoriacea, brevissime petiolata, petiolo supra canaliculato. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares racemiformes, racemis supremis supremorum foliorum in bracteas transeuntium abbreviatione digestis in paniculam terminalem pyramidatam laxifloram, pedunculi tomentoso-ferruginei, floriferi oppositi (lin. 2 longi) subpatuli, singuli basi bracteati, apice cum pedicello simili paulloque longiori articulati atque infra articulum bibracteolati, bracteae bracteolaeque lineam longae ovatae ferrugineae persistentes. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis ovato-lanceolatis, extrorsum ferrugineis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis dimidio brevioribus ovatis prominentibus. Petala calyce paullo longiora reflexa unguiculata, ungue filiformi, limbo subrotundo denticulato, nervo medio extrorsum prominente. Stamina 10, filamentis glabris basi in tubum coalitis, antheris reflexis cordatis, loculis connectivo glanduliformi longioribus. Ovaria 3, in unum trilobum facie interna connata hirsuta, singula supra styli ortum dorso in gibbum compressum producta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem inferne pubescentes, apice uncinato compresso lateraliter stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae campis prope vicum Contendas in parte occidentali desertaque prov. Minas Geraës vulgo Sertaõ.

28. H. XANTHOPHYLLA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 453. — Foliis ovatis obovatisve, supra virentibus et lucidis, subtus pallide aureis et serie glandularum punctato-impressis coriaceis, breviter petiolatis; racemis in paniculas axillares et terminales digestis; calyce eglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami novelli compressi ferruginei, serius puberulo-pulverulenti, demum glabrati teretesque et lenticellis prominulis fere verruculosi. Folia ovata vel obovata (poll. 4–2 longa, 2¼–1¼ lata), supra virentia et lucida, subtus pube rufa brevi adpressa sericea metallice renitente conspersa, nervis prominentibus intricate reticulata, punctis glandulosis in seriem margini subparallelam dispositis impressa, coriacea, petiolo lin. 3–2 longo rigido erecto puberulo, ad insertionem circumscisso. Paniculae in ramis foliorum lapsu nudatis amplificatae, pedunculi diversorum ordi-

num ferrugineo-tomentosi, floriferi sesquilineam longi, cum pedicellis paullo longioribus articulati; bracteae bracteolaeque subaequales ovatae concolores. Calyx eglandulosus, similiter ferrugineo-tomentosus, laciniis ovatis, sesquilineam longis. Petala calyce paullo longiora unguiculata, limbo suborbiculari lacerato-denticulato, glabra, calycem vix aequantia, filamentis in tubum basi coalitis cordato-ovatis, connectivo dorsali prominente glanduliformi. Ovaria in unum hirsutum coalita. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

§. 3. *Pedunculi floriferi apice bibracteolati. Petala flava. Folia glabra aut vix et absque nitore puberula.*

† Folia coriacea reticulato-venosa.

29. H. MATHEWSIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 454. — Foliis lanceolatis, breviter et acute acuminatis glabris, supra lucidis, subtus reticulato-venosis petiolatis; racemis in paniculas amplas terminales digestis; calyce eglanduloso; petalis.....?; samarae ala longa, sursum dilatata ascendente. ♁ — Rami juniores floriferique rubiginoso-tomentosi, adulti glabrati, lenticellis subrotundis scabrelli. Folia lanceolata et breviter acuteque acuminata (poll. 6 et ultra longa, 2 lata) glabra, supra laevia lucidaque, subtus nervis prominulis intricate reticulata, petiolo lin. 4 longo glabro obsolete biglanduloso. Paniculae amplae terminales et ad folia suprema axillares (inde ternae), e racemis compositae, pedunculi diversorum ordinum rubiginoso-tomentosi, floriferi subnulli, bracteis lineari-acutis bracteolisque brevibus approximatis, pedicelli lin. 2 longi. Laciniae calycinae (lin. 2 longae) ovato-lanceolatae, extrorsum rubiginoso-tomentosae et apice revolutae eglandulosae. Petala calyce paullo longiora longe unguiculata, limbo parvo. Stamina non exserta glabra, connectivo prominente. Styli stamina superantes apice uncinati. Ovaria in unum trilobum coalita, dorso gibbosa. Samarae abortu 1–2 divergentes rubiginoso-puberulae vel partim glabratae, ala sesquipollicari, superne dilatata (semipollicem et ultra lata), inferne angustiori (lin. 2 lata) et loculum compressum oblique extrorsum ascendentem sensim continuante. — Crescit in Peruvia ad Tarapoto.

30. H. BIGLANDULOSA Adr. Juss. l. c. 454. — Foliis oblongo-ovatis, abrupte acuminatis glabris, subtus laxe reticulato-venosis et ad marginem glanduliferis, breviter petiolatis; paniculis subterminalibus pauci- et laxiflоris; calyce biglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami glabrati. Folia oblongo-ovata (poll. 6–4 longa, 2½–1¾ lata) abrupte acuminata, supra laevia lucidaque, subtus juniora, pube ferruginea conspersa, mox glabrata discoloria, nervis prominulis laxe reticulata et punctulis glandulosis juxta marginem uniseriatis impressa, petiolo brevi crasso. Paniculae in axillis summorum foliorum rami abrupte terminati, inde quasi terminales, folium vix aequantes aut superantes, pauci- et laxiflorae ferrugineo-tomentosae, pedunculi complanati, floriferi brevissimi, pedicellis multo longioribus gracilibus, bracteae bracteolaeque minutae. Calyx profunde quinquefidus, laciniis semilanceolatis, extrorsum ferrugineis et apice revolutis biglandulosus, glandulis subrotundis cum insertione petali interioris alternantibus. Petala vix calyce longiora, limbo ovato subintegro. Stamina calyci subaequalia glabra. Ovaria in unum trilobum coalita ferrugineo-pubescentia, apice gibbosa. Fructus non suppetit. — Crescit in Guiana.

31. H. PLATYPTERA DC. Prodr. I. 592. no. 9. — Adr. Juss. l. c. 455. t. 14. — Foliis ovato-oblongis, utrinque obtusis coriaceis glabris, petiolis brevissimis eglandulosis; paniculis terminalibus; fructuum alis latis. ♁ — Folia 7–8-pollicaria, 3 poll. lata. — *Byrsonima (Malpighia* Poir. Encycl. méth. IV. 8.) *reticulata* DC. Prodr. I. 581. no. 29. — *Banisteria longifolia* Swrtz. — *Banisteria macrocarpa* Pers. — *Banisteria magnoliaefolia* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 40. — *B. multiflora* DC. l. c. 589. no. 24. — *B. brachiata* Spr. — *Hiraea candicans* A. Rich. mss. — Crescit in Guiana et in Antillis insulis.

32. **H. AFRICANA** Adr. Juss. l. c. 456. t. 14. — Foliis ovato-oblongis acuminatis coriaceis reticulato-venosis glabris, subtus subglaucescentibus, petiolis eglandulosis brevibus; paniculis rufo-velutinis terminalibus folio brevioribus; samarae alis pollicaribus semipollicem latis. ♄ — *Banisteria Leona* Cav. Dissert. IX. 424. t. 247. (excl. fructu). — DC. Prodr. I. 589. no. 23. — Crescit in Sierra Leone.

33. **H. FLORIBUNDA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 166. — DC. Prodr. I. 592. no. 11. — Foliis oblongis, utrinque acutis subcoriaceis glabris; ramulis, petiolis paniculis axillaribus terminalibusque cum calycibus ferrugineo-tomentosis eglandulosis. ♄ — *Byrsonima stigmatophora* Schlchtd. Linnaea X. 241. — Crescit in montibus Mexicanis.

34. **H. LONGIFOLIA** H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. no. 12. — Foliis oblongis, utrinque acutis subcoriaceis glabris, petiolis eglandulosis; paniculis axillaribus calycibusque ferrugineo-tomentosis glandulosis; floribus racemosis. ♄ — Crescit prope urbem Mexici.

35. **H. LINDENIANA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 457. — Foliis oblongis lanceolato-ovatis glabris, subtus tenuissime reticulato-venosis subcoriaceis, breviter petiolatis; racemis in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis luteis; fructu.....? ♄ — Rami juniores ferruginei, adulti glabrati, lenticellis crebris verruculosi. Folia oblonga (poll. 3–2 longa, lin 10–6 lata), basi acuta aut fere lanceolata, apice obtusa, utrinque glabra, supra laevia lucidaque, subtus nervis lateralibus prominulis intricate reticulata, medio prominente intensius colorato, marginata, juxta marginem glandulis 2 minutis infra medium impressa, subcoriacea, petiolo lin. 3–2 longo, supra canaliculata. Paniculae axillares et terminales foliis longiores, racemis brevibus 4–6-floris oppositis compositae, pedunculi diversorum ordinum ferruginei, floriferi lin. 1–½ longi, cum pedicello duplo longiori articulati, bractea subaequali stipati, apice bibracteolati, bractea bracteolisque ovato-acutis ferrugineis. Calycinae laciniae ovatae (sesquilineam longae), extrorsum tomentoso-ferrugineae et apice revolutae, 4 biglandulosae. Petala calyce duplo longiora, ungue tenui, limbo ovato brevissime denticulato, lutea. Stamina calyci subaequalia, filamentis glabris, basi inter se coalitis, antheris cordatis glabris, connectivo rubescente glanduliformi. Ovaria in unum trilobum ferrugineo-hirsutum coalita, singula dorso gibboso cristata. Styli stamina superantes glabri rigidi, apice oblique truncati, introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico in sylvis provinciae Yucatan dictis Acalche.

36. **H. (BANISTERIA** Linn. Spec. pl. 611. — DC. Prodr. I. 589. no. 21. — Grtnr. De fructib. et seminib. pl. II. 167. t. 116. — Bot. Regist. t. 937.) **LAURIFOLIA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 458. — Foliis ovato-oblongis acutis subcoriaceis glabris, petiolis eglandulosis; racemis paniculatis terminalibus ferrugineo-tomentosis; stigmatibus dimidiatis. ♄⌒ — *Banisteria lancifolia* West. ex Schlchtd. Linnaea. IV. 81. — *B.? pubiflora* DC. l. c. 591. no. 45. — *Malpighia dubia* Cav. Dissert. VIII. 413. t. 242. — DC. l. c. 578. no. 17. — Crescit in Antillis insulis.

37. **H. (BANISTERIA** Lam. Dict. I. 367. — Cav. Dissert. IX. 421. t. 243.) **CAERULEA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 153. adn. — DC. Prodr. I. 591. no. 6. — Foliis oblongis ovatis, breviter et obtuse acuminatis glaberrimis, supra lucidis, subtus reticulato-venosis coriaceis; racemis in paniculas terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis caeruleis; fructus alis glabratis horizontalibus divaricatis. ♄ — Specimina sicca praecedenti similiora nec facile, florum colore deleto, distinguenda. Ala samarae similiter horizontalis et fere conformis, in *H. laurifolia* videtur tamen paullo amplior supraque styli ortum margine in appendiculam majorem dilatata. An caeterum Plumieranum archetypum recte recognovit Cavanilles? Embryones in plerisque seminibus duo vel etiam tres superpositi (Adr. Juss. Archives du Mus. III. t. 14.). — *Banisteria macrodena β. Guadelupensis* DC. Prodr. I. 590. no. 40. — *Banisteria foliis ovato-oblongis acuminatis* Plum. Pl. Americ. edit. Burm. t. 14. — Crescit in Antillis insulis.

38. **H. ANOPTERA** Adr. Juss. l. c. 459. — Foliis oblongis ovatis, breviter et obtuse acuminatis glaberrimis, supra lucidis, subtus reticulato-venosis coriaceis; racemis in paniculas digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; fructus alis grabratis, sursum vergentibus subparallelis. ♁ — Rami juniores puberuli, adulti glabrati, cortice griseo lenticellis prominulis consperso. Folia poll. 4–3 longa, 2–1 lata) ovata, saepius oblonga et obtuse breviterque acuminata integerrima glaberrima, supra lucida, subtus nervis crebris prominentibus reticulata coriacea, breviter petiolata, petiolo puberulo, supra canaliculato. Inflorescentiae fructiferae tantum suppetentes) terminales vel ad folia superiora axillares, iis longiores, communes (foliis supremis in bracteas transeuntibus) paniculaeformes pyramidatae, partiales racemiformes, pedunculi ferrugineo-tomentosi oppositi, singuli bracteati, bracteis ovato-acutis, floriferi breves cum pedicello brevi et subsimili articulati, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis ovatis, apice revolutis, extrorsum ferrugineo-tomentosis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis discretis prominentibus. Petala ceciderant. Stamina 10 laciniis calycinis subaequalia, filamentis filiformibus, basi dilatatis et inter se coalitis. Samarae 3 (quarum una aut altera saepius abortiva) pisi mediocris magnitudine, facie interna subconcava receptaculo trigono-pyramidato insertae, lateralibus convexae et reticulato-venosae, supra extensae in alam fere pollicarem et semipollicem latam, sursum et extrorsum vergentem, basi subangustatam, margine postico incrassatam et subrectilineam, tenuem et curvilineam antico, extus (basi excepta) fere glabratam, intus medulla farctam. Specimina Brasiliensia primo intuitu *H. coeruleae* simillima ad hanc relata fuerant, quae tamen ulteriori fructus comparatione videntur distinguenda. Namque in *H. coerulea* alae horizontales divaricatae, intensius fulvo-lutescentes paulloque majores, in speciminibus Brasiliensibus ascendentes et hinc subparallelae pallidiores virescentesque. Praeterea semina fere matura embryonem simplicem cotyledonibus subaequalibus oblique accumbentibus obtuere. His de causis nova species, mutata phrasi, instituta. Quis florum color? — *H. coerulea* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 27. (nec Kth.) — Crescit in Brasilia.

39. **H. ACUTIFOLIA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 459. — Foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis acuminatis glabratis, subtus reticulato-venosis, brevissime petiolatis; racemis axillaribus vulgo paniculatis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala lata subhorizontali. ♁ — Rami juniores compressi rufo-tomentosi, adulti glabrati teretes, lenticellis sparsis tuberculati, abrupte desinentes. Folia lanceolata (poll. 5–3 et ultra longa, 2–1¾ lata) acuminata, juniora rufo-sericea, adulta glabrata, supra laevia nitidaque, subtus ferruginea, nervis prominulis reticulata, maculis nonnullis uniseriatis non procul a margine impressa, petiolo (lin. 2 longo) crasso glabrato stipulato, stipulis minutissimis et citius deciduis. Inflorescentiae rufo-tomentosae axillares, foliis 2–4-plo breviores, racemosae, racemis vulgo inferne ramosis paniculatae, pedunculi floriferi lineam longi, bractea paullo longiori ovata basi stipati, apice bibracteolato cum pedicello paullo longiori articulati. Flores suppetunt petalis jam lapsis, laciniae calycinae ovato-acutae, extrorsum rufo-tomentosae, apice revolutae et 4 basi biglandulosae, glandulis ovoideis magnis. Stamina filamentis basi coalitis, valde inaequalia (duo praesertim longiora crassioraque caeteris) glabra, antherarum connectivo glandulaeformi. Ovaria 3 in unum rufo-hirsutum coalita, singula dorso gibbosa, stylis stamina superantibus glabris, apice uncinatis. Samara (valde immatura) compressa rufo-tomentosa, ala (cujus longitudo latitudinem fere aequat) subhorizontalis, margine inferiori crassiori recto, superiori curvilineo. — Crescit in Brasilia boreali.

40. **H. EGLANDULOSA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 27. — Foliis oblongis lanceolatis vel ovato-lanceolatis glaberrimis, supra lucidis reticulato-venosis subcoriaceis: inflorescentia paniculaeformi pyramidata terminali; calyce eglanduloso; petalis.....?; samaris pubescentibus. ♁ — Rami juniores ferrugineo-

puberuli, adulti glabrati, cortice griseo lenticellis crebris tuberculato. Folia (poll. 6–3 longa, 1¾–1 lata) lanceolata vel oblongo–ovata acuminata integerrima glaberrima, supra lucida, subtus nervis crebris prominentibus reticulata, subcoriacea breviter petiolata, petiolo supra canaliculato. Inflorescentiae terminales vel ad folia summa axillares, communes (foliis supremis in bracteas transeuntibus) paniculaeformes pyramidatae, partiales racemiformes, pedunculi ferrugineo–tomentosi oppositi, singuli unibracteati, bracteis lanceolatis, quas glandulae nonnullae marginant, floriferi breves, cum pedicello brevi et subsimili articulati, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis 2 lin. longis ovatis, extrorsum ferrugineo–tomentosis eglandulosis. Petala calyce vix duplo longiora longe unguiculata, limbo suborbiculari vel ovato, basi magis minusve profunde emarginato crispo, inter se dissimilia. Stamina 10, calyci subaequalia, 5 petalis opposita alternis breviora, filamenta subulata glabra, inferne dilatata complanata et inter se coalita, antherae suborbiculatae, basi emarginatae biloculares, connectivo dorsali glanduloso prominente discolori. Ovaria 3, inter se in unicum trilobum facie interna connata, dorso carinata, carina supra ortum styli in gibbum producta hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem filamenta superantes glabri, sub apice extrorsum uncinatim producti, introrsum stigmatiferi. Samarae 3 (quarum duae saepe abortivae) immaturae tantum suppetunt, planae pubescentes, loculis extrorsum et sursum porrectis, supra extensae in alam membranaceam semipollicarem, basi angustatam, margine extrorsum rectilineo, introrsum curvilineo. — In sylvis prope vicum Contendas in parte occidentali desertaque prov. Minas Geraës in Brasilia.

41. **H. NERVOSA** Adr. Juss. l. c. 26. — Foliis oblongis ovatis, breviter et acute acuminatis subobliquis, supra lucidis, nervis subtus valde prominentibus coriaceis; inflorescentia paniculaeformi conferti– et multiflora; calyce eglanduloso; petalis luteis; samaris.....? ♄ ◡ — Rami glabri, lenticellis crebris minutis discoloribus verruculosi. Folia (poll. 6–3 longa, dimidio minus circiter lata) ovata, breviter et acute acuminata integerrima subinaequilatera et inde obliqua glaberrima, supra lucida, nervis medio primariisque subtus valde prominentibus albidis, nonnullis ad basin folii glandula minima parum conspicua impressis, caeteris tenuioribus reticulatis, coriacea breviter petiolata, petiolo supra canaliculato. Inflorescentiae terminales vel ad summa folia axillares, communes (foliis supremis in bracteas transeuntibus) paniculaeformes multi– et confertiflorae, pedunculi ferrugineo–tomentosi oppositi, primarii ad axillam folii bracteaeve vulgo geminati, floriferi breves, cum pedicello subaequali similique articulati, infra articulum bibracteolati. Calyx (lin. 2 longus) profunde quinquefidus, laciniis ovato–lanceolatis, extrorsum ferrugineo–sericeus eglandulosus, praefloratio quincuncialis. Petala calyce paullo longiora unguiculata, ungue filiformi, limbo obovato, reflexa, inter se subinaequalia lutea. Stamina 10 calyci vix aequalia, 5 petalis opposita alternis breviora interioraque, filamenta glabra subulata, inferne in annulum basi cum calyce concretum coalita, antherae glabrae reflexae, loculis ovato–linearibus pallide flavis, connectivo glandulaeformi rubenti adnatis. Ovaria 3, inter se in unum profunde trisulcum facie interna connata pubescentia, singula dorso supra styli ortum in gibbum compressum producta uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes glabri rigidi, apice subuncinati compressique et stigmate cristaeformi laterali discolori instructi. Fructus non suppetit. — Juxta praedium Rancharia, in Brasilia in parte deserta occidentalique provinciae Minas Geraës vulgo Sertão.

42. **H. GRANDIFLORA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 461. — Foliis ovatis, utrinque vix conspicue puberulis et quasi glabris, subtus tenuiter reticulato–venosis, brevissime petiolatis; paniculis axillaribus et terminalibus; calyce 8–glanduloso; petalis flavescentibus dentatis magnis; antheris hispidulis, connectivo basi glanduloso; fructu.....? ♄ — Rami juniores ferrugineo–rubentes, adulti glabrati cinerei, lenticellis crebris verruculosi. Folia ovata (poll. 3–2 longa, 1½–1 lata) primo

adspectu glabra, sed lentis ope pilis brevissimis adpressis tota utrinque puberula, supra lucida, subtus nervulis prominulis minutissime reticulata, glandulis 2 inferne parum conspicue impressa coriacea, petiolo brevissimo crasso. Paniculae axillares et terminales foliis longiores, pedunculi diversorum ordinum pube sericea ferrugineo-rubentes oppositi, floriferi lin. 3 longi, cum pedicello paullo breviori articulati, bracteis bracteolisque brevibus ovatis concoloribus. Calycinae laciniae ovatae (lin. 2½ longae) superne patentes, pube brevi densaque extrorsum ferrugineae, 4 basi biglandulosae, glandulis magnis prominentibus. Petala calyce duplo longiora, ungue brevi, limbo magno suborbiculari undulato, inaequaliter dentato, flavescentia. Stamina calyce breviora, filamentis ab apice sensim dilatatis usque ad basin ibique coalitis glabris, antherae cordatae connectivo prominente flavente, ad basin in glandulam reniformem rubram desinente, loculis ipso longioribus bispidulis. Ovaria in unum trilobum coalita ferrugineo-hirsuta, singula dorso cristata, crista supra styli ortum producta. Styli stamina superantes glabri crassi rigidique, infra apicem conoideo-acutum introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhiensi.

43. H. (BANISTERIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 162. — DC. Prodr. I. 591. no. 42.) ORINOCENSIS Adr. Juss. l. c. 462. — Foliis oblongis acutis, basi rotundatis coriaceis ramulisque glabris; racemis circiter quinis pedunculo communi terminali impositis. ♁ — Crescit in ripa fl. Orinoci in Venezuela.

44. H. LESSERTIANA Adr. Juss. l. c. — Foliis ovatis, oblique et breviter acuminatis glabris, subtus reticulato-venosis, breviter petiolatis; racemis in paniculas axillares et terminales amplas digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae quasi geniculatae ala ascendente, antice basi appendiculata. ♁ — Rami juniores compressi et ferrugineo-tomensi, adulti glabrati et demum teretes, cortice cinerascente lenticellis sparsis tuberculato. Folia avata (poll. 4–3 longa, 2–1½ lata) oblique et breviter acuminata, supra laevia lucidaque, subtus nervis prominentibus intricate reticulata, utrinque glaberrima (juniora tamen pubescentia) coriacea, petiolo lin. 3 longo crasso glabrato. Paniculae (quae suppetunt petalis lapsis fructiferae) terminales et axillares, foliis supremis minutis vel omnino in bracteas transeuntibus interdum valde amplificatae, e racemis compositae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, floriferi lineam longi, bracteae his paullo longiores bracteolaeque vix breviores ovatae. Fructus calyce 8-glanduloso reliquiisque staminum inaequalium (duo caeteris majora) stipatus. Styli apice uncinati. Samarae vulgo abortu tantum 1–2, ferrugineo-puberulae, extrorsum quasi geniculatae, ala loculum subhorizontaliter porrectum et vix dimidiam longitudinem altum superante et oblique ex ipso ascendente, lin. circiter 12 longa et 5–4 lata, margine antico inferne obtuse et late appendiculata. Semen loculo conforme. — Crescit in Guiana et in Brasilia boreali.

45. H. CANDOLLEANA Adr. Juss. l. c. 463. — Foliis ovali-oblongis acuminatis glabris, superne lucidis, petiolis calycibusque eglandulosis; racemis paniculatis terminalibus ferrugineo-velutinis. ♁ — Ovarium hirsutum, styli vix apice subdilatati. Fructus desideratur. — *H.* (*Banisteria* Willd. Herb.) *suberosa* Griseb. Linnaea XIII. 229. — *Banisteria Spixiana* Mart. mss. — *Banisteria? eglandulosa* DC. Prodr. I. 590. no. 41. — Crescit in Cayenne (in Guiana Gallica).

46. H. ESCALLONIAEFOLIA Adr. Juss. l. c. 463. — Foliis obovatis, basi acutis, breviter et obtuse acuminatis glabris reticulato-venosis, subtus serie glandularum duplici impressis, breviter petiolatis; paniculis axillaribus; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores ferrugineo-tomentosi, adulti glabrati, lenticellis crebris scabri, vulgo gemma vel ramulo abortivo abrupte terminati. Folia obovata (poll. 2½–1 longa, 1¼–½ lata), basi acuta, apice breviter et obtuse acuminata glabra reticulato-venosa, supra lucida, subtus maculis glandulosis nonnullis biseriatis nervosque primarios terminantibus impressa, breviter petiolata. Paniculae axillares foliis subaequales aut paullo longiores ferrugineo-

rubentes, foliis minutissimis bracteasque aemulantibus ad divisiones oppositis instructae, pedunculi floriferi sesquilineares, cum pedicello longiori articulati, bracteae bracteolaeque breves obovatae. Calycinae laciniae ovato-lanceolatae, extrorsum ferrugineae et apice revolutae, 4 biglandulosae, glandulis ovatis brevibus. Petala calyce duplo triplove longiora, limbo orbiculato eroso-denticulato. Stamina calycem superantia glabra, filamentis basi coalitis, connectivo rubro glandulaeformi. Ovaria in unum rufo-hirsutum connata, apice gibbosa. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

47. **H. BYRSONIMAEFOLIA** Adr. Juss. l. c. 464. — Foliis late ovatis obovatisve, brevissime et obtuse acuminatis, subtus laxe tomentosis reticulato-venosis coriaceis, brevissime petiolatis; paniculis axillaribus; calyce eglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Ramuli juniores ferrugineo-tomentosi, adulti cinereo-puberuli, lenticellis minutis discoloribus conspersi. Folia leviter ovata vel obovata (poll. 3–1½ longa, 2–1 lata), saepius brevissime et obtuse acuminata, supra juniora ferrugineo-puberula et adulta glabrata lucidaque, subtus tomento laxiusculo rufescentia cinerascentiave, nervis prominentibus intricate reticulata coriacea, petiolo lin. 2 longo. Paniculae axillares foliis paullo longiores, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, floriferi lin. 1–2 longi, pedicellis subaequales, bracteae bracteolaeque breviores ovatae. Calyx similiter ferrugineo-tomentosus eglandulosus. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi ad Serra de Caitete.

48. **H. (BANISTERIA** Martius mss.) **OCHNAEFOLIA** Adr. Juss. l. c. 464. — Foliis oblongo-ovatis, basi saepius acutis glabris reticulato-venosis, brevissime petiolatis; racemis in paniculas digestis; calyce eglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores ferrugineo-tomentosi, adulti glabrati, lenticellis crebris discoloribus subrotundis tuberculati. Folia oblongo-ovata (poll. 3–2 longa, 1¼–¾ lata), basi vulgo acuta, apice obtuso angustata, saepius vel nonnumquam emarginata, supra glabra et lucida, subtus pilis raris nec semper conspicuis (qui in junioribus inde ferrugineis spissiores videntur) adspersa venisque prominentibus intricate reticulata nec non marginata, valde coriacea, petiolo lin. 2 longo. Paniculae terminales foliis valde minutis et in bracteas transeuntibus intermixtae, e racemis compositae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, floriferi (lineam longi) pedicello duplo breviores, bracteis bracteolisque brevibus ovatis. Calyx eglandulosus (lin. 2 longus) extrorsum ferrugineus, laciniis apice revolutis. Petala calyce paullo longiora breviuscule unguiculata, limbo suborbiculari tenuiter denticulato. Stamina calyce breviora, filamentis basi cum ipso et inter se concretis, antheris cordatis, apice villosulis, connectivo prominente discolori. Styli stamina superantes. Ovaria ferrugineo-hirsuta, dorso gibbosa et dum maturescunt etiam alata. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi in campis editioribus inter Caitete et Rio de Contes.

49. **H. AFFINIS** Adr. Juss. l. c. 465. — Foliis oblongo-ovatis vel obovatis, basi saepius acutis, subtus laxe tomentosis reticulato-venosis coriaceis; racemis simplicibus aut paniculatim ramosis; calyce eglanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Similior praecedenti sed folia subtus tomento rufo vel cinereo et ut videtur persistente obducta, laxiusculo tamen nec reticulum nervorum prominentium occultante, serie glandularum, ut in *H. escalloniaefolia* proxima quoque, juxta marginem impressa in multis tamen deficientium. Paniculae pleraeque axillares foliis nunc breviores nunc longiores ferrugineo-rubentes, ut et calyces qui 8-glandulosi. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi circa Jacobina et ad Parana et Rio de San Francisco.

50. **H. PARVIFOLIA** Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 465. — Foliis parvis ovatis vel obovatis glabris reticulato-venosis marginatis coriaceis, brevissime petiolatis; racemis terminalibus paucifloris; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores ferrugineo-tomentosi rubentes, adulti glabrati cinerei. Folia parva (poll. 1-½ longa, ½–¼ lata) ovata vel obovata, juniora puberula, adulta

glabrata, subtus nervis prominentibus intricate reticulata nec non marginata, crasse coriacea, petiolo vix lineam longo. Inflorescentia in specimine unico vix florifero suppetente videtur terminalis, pedunculis ferrugineo-tomentosis, communi ramum continuante, inferne folia minutissima proferente, apice tantum racemose pauciflоro, floriferis semilinearibus, pedicellis vix longioribus, bracteis bracteolisque ovatis. Calyx 8-glandulosus ferrugineus, petala eo longiora. Stamina glabra. Ovaria hirsuta, dorso complanato-gibbosa. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia in deserto Minarum ad Serra de Sto. Antonio.

51. H. SALIGNA Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 466. — Foliis saepe suboppositis vel ternato-verticillatis brevibus lanceolatis vel ovato-lanceolatis obtusiusculis glabris reticulato-venosis subtusque serie glandularum duplici impressis subsessilibus; racemis in paniculas terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis....?; samarae ala subtransversa. ♁ — Rami juniores ferrugineo-puberuli, adulti glabrati, lenticellis crebris scabriusculi. Folia opposita vel subopposita nec raro ternatim verticillata brevia (poll. 1½–1 longa, ½–⅓ lata) lanceolata vel ovato-lanceolata, apice obtusiuscula, juniora puberula, adulta glabrata, supra lucida, subtus pallidiora reticulato-venosa et serie glandularum non procul ab utroque margine impressa, petiolo lineari. Paniculae terminales, e racemis compositae ad axillas foliorum abortivorum minimorum paniculae intermixtorum divaricatis et vulgo geminatis, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, floriferi lin. 3 longi cum pedicello paullo longiori articulati, bracteae bracteolaeque lineam longae lineari-ovatae. Laciniae calycinae oblongo-ovatae (lin. 2 longae), extrorsum ferrugineo-tomentosae et apice revolutae, 4 biglandulosae, glandulis subrotundis in sicco albicantibus. Petala calyce vix duplo longiora unguiculata, limbo irregulariter denticulato. Stamina calyce breviora glabra, filamentis basi inter se et cum imo calyce concretis, antheris cordatis, connectivo discolori ad basin inflato et intensius rubente. Ovaria in unum ferrugineo-hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Samarae circa loculum inflatae, longitrorsum striatae et ferrugineae, ala cum stylo fere perpendicularis obovata (lin. 8 longa et 4 lata). — *Malpighia fruticosa* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 169? — Crescit in Brasilia in campis ad Sincora in provincia Babiensi.

52. H. CORIACEA Adr. Juss. l. c. 467. — Foliis cordatis magis minusve oblongis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis subsessilibus; paniculis terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis flavis; samarae ala ascendente. ♁ — Rami patuli, juniores ferruginei, adulti glabrati copiaque lenticellarum scabri. Folia internodiis brevibus approximata, caeterum ovata, nunc longiora, nunc breviora et interdum fere suborbicularia (poll. 2–1 longa, 1–⅔ lata) obtusa, nonnumquam mucronulata, supra glauca lucida, subtus discoloria, nervis magis prominentibus, secus eosdem punctis nonnullis glandulosis impressa, coriacea vix petiolata. Paniculae terminales 3–6-pollicares ferrugineae, ramis ex axillis foliorum in bracteas breves omnino mutatorum patulis, pedunculi floriferi lin. 2–3 longi cum pedicello breviori articulati, bractea bracteolisque brevibus. Laciniae calycinae ovatae, extrorsum ferrugineae, 4 biglandulosae, glandulis subrotundis. Petala denticulata flava. Stamina glabra, basi coalita, antheris cordiformibus, connectivo glandulaeformi. Ovaria in unum trilobum ferrugineo-hirsutum coalita, singula dorso gibbosa. Samarae ferrugineo-puberulae, ala obovata vix semipollicari, extrorsum oblique ascendente.

β. foliis majoribus trientem usque longioribus ac latioribus, adpresse puberulis, serius tantum, nec semper omnino glabratis.

Crescit in Brasiliae provinciis Matto Grosso et Minas Geraës.

53. H. LESCHENAULTIANA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 26. — Foliis lanceolatis subacuminatis glaberrimis reticulato-venosis tenuissimis; umbellis quadrifloris, in paniculam axillarem folio breviorem digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samaris parvis vix puberulis. ♁ — Rami glabri. Folia (poll. 3½–2½ longa, lin. 20–15 lata) lanceolata subacuminata integerrima glaber-

rima, utrinque sed imprimis subtus reticulato-venosa teretiuscula (??) petiolata, petiolo lin. 4 longo glabro, basi biglanduloso. Inflorescentiae (fructiferae tantum suppetentes) umbelliformes, umbellae quadriflorae pedunculatae, in ramulis axillaribus folio brevioribus aphyllis et inde pro pedunculo communi habendis oppositae et terminales et sic quasi in paniculam digestae, pedunculi floriferi breves, singuli basi bracteati, apice articulati cum pedicello fere triplo longiori subsimili et infra articulum bibracteolati, bracteae et bracteolae brevissimae. Fructus stipatus calyce 8-glanduloso, glandulis linearibus geminatim confluentibus, compositus e samaris tribus aut abortu paucioribus, receptaculo trigono-pyramidali impositis, pisi minoris magnitudine, lateribus convexis, supra productis in alam obliquam (semipollicarem, 2½ lin. latam), margine postico incrassatam et rectilineam, antico eodemque superiori tenuem et sinuatam, pilis raris ferrugineis conspersis, loculus pericarpio introrsum prominente oblique reniformis glaber laevisque. Semen loculo conforme, apice acuminatum, radicula brevi in acumine sita, cotyledonibus plicatis et incumbentibus, integumento duplici vestitum, utroque membranaceo. — Crescit in Brasilia juxta Sebastianopolin.

†† **Folia plerumque tenuia, nervorum reticulo vix prominente.**

54. **H. MEGAPTERA** Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 468. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-obovatis, breviter acuminatis, margine ad basin 4–6-glandulosis, supra lucidis glabris; petiolo eglanduloso; umbellis terminalibus quadrifloris; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; fructus ferruginei alis divaricatis maximis, utroque margine curvilineis. ♁ — Rami glabri, juniores compressi, adulti teretes cinerei, copia lenticellarum scabri. Folia lanceolata aut lanceolato-obovata (poll. 3½–2 longa, lin. 14–8 lata), breviter acuminata, margine ad basin glandulis 4–6 parvis impresso, supra laevia et lucida, subtus pallidiora nervisque praeter medium vix prominentibus laxe reticulata, petiolo (lin. 4–2 longo) atro, stipulis inconspicuis. Umbellae terminales quadriflorae (si cicatricibus bracteisque persistentibus fides), fructiferae enim tantum suppetunt, pedicelli crassi articulati cum pedunculo ad articulum bibracteolato, cum ipso lin. 5 longi, fructum stipitantes, calyce 8-glanduloso stipatum. Samarae (quarum 1–2 vulgo partim aut omnino abortivae) divaricatae magnae, totae ferrugineo-puberulae, loculo obovato inflato semipollicari, ala bipollicari, supra basin angustatam loculumque subaequantem sensim dilatata et inde oblique obovata, pollicem et amplius ultra medium lata, margine postico inferiori crasso et convexo-arcuato, antico superiori tenuiori curvo subsinuato. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin in monte Babylonia.

55. **H. SYLVATICA** Adr. Juss. l. c. 469. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-ovatis, breviter acuminatis glabris tenuibus, longiuscule petiolatis; racemis axillaribus; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae ala ascendente. ♁ — Rami juniores puberuli, adulti glabrati, lenticellis discoloribus conspersi. Folia lanceolata vel ovata, cum basi acutata et apice breviter et acutissime acuminato (poll. 2½–2 longa, 1¼–1 lata), glabra, subtus pallidiora, nervis primariis pinnatis prominulis, tenuia, petiolo circiter semipollicari glabro, juxta apicem biglanduloso, glandulis minutis tuberculaeformibus. Racemi (fructiferi tantum suppetentes) axillares, foliis breviores oligocarpi, pedunculis fructiferis lin. 3 longis, sub pedicello brevissimo bibracteolatis, bracteolis brevibus ovatis, dorso glanduliferis. Fructus calyce 8-glanduloso stipatus, constans samaris 3 aut abortu paucioribus, receptaculo trigono-conoideo applicatis puberulis aut demum glabratis circa loculum inflatis, ala pollicem longa et semipollicem lata, sursum et extrorsum vergente. Semen trigono-globosum, infra apicem acutum, latere appensum et infra hilum chalaza maculatum, integumento duplici membranaceo, interiori albo, exteriori concreto colorato, cotyledonibus crassis plicato-convolutis subaequalibus, commissura axin spectantibus, basi brevissime et acute biauriculatis, radicula brevi conoidea, plumula minima bilobulata. — Crescit in Bolivia in sylvis interioribus juxta Santa Cruz de la Sierra.

56. H. WIEDEANA Adr. Juss. l. c. 470. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-obovatis glaberrimis, subtus tenuiter reticulato-venosis, breviter petiolatis; umbellis quadrifloris, in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis flavis; fructu.....? ♄◡ — Rami glaberrimi, juniores subcompressi virentes. Folia lanceolata vel lanceolato-obovata cum vel absque acumine brevi obtusiusculo poll. 2–3 et ultra longa, 1½–2 lata, margine inferne glandulis parvis notato et saepe fere denticulato, utrinque glaberrima, subtus tenuiter reticulato-venosa, petiolo lin. 3 longo glaberrimo, basi 2–1-glanduloso vel eglanduloso et minutissime bistipulato. Paniculae axillares et terminales foliis breviores, umbellis plerisque quadrifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum glabri aut vix puberuli, umbelliferi saepe glandula radiis interposita terminali, floriferi sesquilineam longi, pedicellis duplo longioribus, bracteae bracteolaeque breves patulae. Laciniae calycinae lineam longae obovatae, 4 basi biglandulosae, glandulis oblongis inaequalibus, glaberrimae. Petala calyce triplo longiora, ungue reflexo, limbo late obovato, saepius basi sagittato ibidemque denticulato, caeterum subintegro concavo flavido. Stamina subaequalia, paullo calyce longiora glabra. Ovaria in unum breviter ferrugineo-hirsutum alato-trigonum coalita, singula dorso alato-cristata. Styli stamina paullulum superantes glabri, apice truncato hinc stigmatiferi. Fructus non suppetit. — *Triopteris Jamaicensis* Nees et Mart. (nec Linn.) Nov. act. XII. — Crescit in Brasilia.

57. H. OBTUSATA Griseb. Linnaea XIII. 227. — Foliis elliptico-lanceolatis, in acumen apice obtusum attenuatis glabris eglandulosis petiolatis, petiolo eglanduloso; umbellis quadrifloris corymbisve in paniculas dispositis; pedicellis infra medium articulatis puberulis; sepalis puberulis glanduliferis; samarae ala oblonga obtusa pubescente. ♄◡ — Rami cylindrici laeves glabri fusco-purpurei vel pruinosi. Folia 2–5″ longa, 10–18‴ lata, basi lanceolata, superne in acumen apice angustum et obtusum attenuata, integerrima penninervia, subtus reticulata coriacea glaberrima fuscescentia nitida, petiolo atro 4‴ longo glabro, nodo integro stipulis minutissimis aucto. Paniculae in ramis terminales palmares, axes puberuli vel glabrati vel umbellis quadrifloris vel corymbis 6–8-floris terminati patentes, pedicelli tenues, 6–8‴ longi, basi bractea lanceolata acuta lineam longa glabriuscula suffulti, bracteolis similibus duas lineas a basi remotis. Sepala oblonga obtusa, lineam longa, extus puberula, quatuor glandulis binis oblongis brevibus notata. Petala 3‴ longa subinaequalia, limbo crenulato vix carinato subrotundo, ungue breviori recurvo. Stamina 10, alterna majora monadelpha, antheris jam deciduis. Ovarium subglobosum hispidum, stigmatibus tribus linearibus elongatis subtruncatis brevibus, carpophylla tria connexa exappendiculata, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte adscendente descendenti approximata eaque duplo breviore, nucleo apice mucronulato. Samarae 2, 3, nondum maturae 6‴ longae, 3‴ latae, patentes, tori processus pyramidatus acutus, sepalis duplo brevior, pericarpium triangulare, dorso arcuatum in alam transiens, vallecula subnulla, plano ventrali ovato-lanceolato in stigma transeunte, ala oblonga obtusa, margine inferiori crassiori, apice sursum arcuato, superficie fusca adpressis pilis pubescente, loculus endocarpii plica ex latere interiori prominente reniformis, semen conforme, ex funiculo subapicali suspensum, radicula brevi supera acumini seminis respondente, cotyledonibus introflexis, raphe longitudinali per curvaturam testae interiorem decurrente. — Crescit in Brasilia meridionali.

58. H. VENOSA Grieseb. Linnaea XIII. 230. — Adr. Juss. l. c. 471. — Foliis ovatis vel lanceolatis acuminatis, subtus puberulis vel glabratis et juxta marginem glanduliferis tenuibus; petiolo longiusculo, basi biglanduloso; umbellis in paniculas axillares et terminales multifloras digestis; calyce 8-glanduloso; petalis flavis; samarae parvae ala transversa, endocarpio intra loculum prominente. ♄ — Rami juniores compressi puberulique, adulti teretes glabrati lenticellisque scabriusculi. Folia (poll. 2 longa, 1½–2 lata) ovato-acuminata integerrima, supra glabra, subtus vix conspicue puberula et in nervis prominulis, juxta marginem glandulis

nonnullis disciformibus notata, tenuia petiolata, petiolo fere semipollicari, supra canaliculato, ad basin glandulis 2 stipulato, axillae pleraeque 2–3-gemmiferae. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares, paniculas multifloras ex umbellis 3–4-floris plerumque compositas foliorum supremorum in bracteas transeuntium abbreviatione mentientes, pedunculi floriferi, semilineam longi, cum pedicello longiori gracili articulati et infra articulum bibracteolati, bracteis brevibus ovatis, basi bracteati bractea brevi lineari acuta. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lineam longis ovatis ciliolatis, basi extrorsum (una excepta) biglandulosis, glandulis subaequalibus ovatis prominentibus. Petala calyce vix duplo longiora, inter ejus lacinias reflexa unguiculata, limbo sagittato subrotundo lacerato. Stamina 10 petalis opposita alternis dimidio breviora calycique subaequalia, filamenta inferne dilatata et coalita glabra, antherae glabrae, basi et apice emarginatae. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum coalita, sub pilis vix conspicue dorso tricristata uniovulala, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem glabri rigidi, apice dilatato truncatoque hinc stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — *H. hiraeoides* Adr. Juss. mss. — *Hiraea intermedia* Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 21. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

59. H. ACEROIDES Griseb. Linnaea XIII. 228. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. 471. — Foliis ovato-lanceolatis vel lanceolatis acuminatis glaberrimis tenuibus, juxta marginem subtus glanduliferis; petiolis longiusculis eglandulosis; umbellis quadrifloris, in paniculas axillares et terminales multifloras digestis; calyce eglanduloso; petalis flavis; samarae ala ascendente, endocarpio intra loculum prominente. ♁ — Folia in speciminibus olim descriptis lanceolato-acuminata, in aliis lanceolato-ovata, in aliis latiora et contra ovato-lanceolata. Rami novelli anciptes, pube brevissima spurci, adulti teretes glabrati. Folia (poll. 4–3 longa, 1½–1 lata) lanceolato-acuminata integerrima glabra scabra, subtus reticulato-nervosa et in nervis juxta marginem glandulis nonnullis disciformibus impressa tenuia petiolata, petiolo gracili semipollicari et ultra, supra canaliculato, axillae pleraeque bigemmiferae. Inflorescentiae terminales et ad folia suprema axillares paniculaeformes confertim multiflorae, pedunculi communes poll. 3 longi, spurce puberuli, secundarii ad axillas bractearum linearium (in quas folia sensim transeunt) saepe geminati oppositi ut et caeteri diversorum ordinum omnesque bracteati, extremi floriferi plerumque quaternatim umbellati, vix lineam longi, cum pedicello longiori gracili articulati et infra articulum bibracteolati. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lineam longis ovatis eglandulosis ciliatis. Petala calyce duplo longiora, inter ejus lacinias erectas reflexa unguiculata, limbo subor-biculari (quintum longius unguiculatum, limbo basi sagittato). Stamina 10, alterna calycinis laciniis opposita et duplo longiora, filamenta inferne membranaceo-dilatata coalitaque, inter se in tubum basi cum calyce imo concretum (inde perigyna) glabra, pollen globosum laeve, poris multis ampullas emittentibus dehiscens, antherae glabrae, connectivo dorsali glanduloso loculis breviori. Ovaria 3 coalita in unicum trilobum, extrorsum cristato-trigona hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem divergentes glabri, apice introrsum stigmatiferi. Fructus.....? — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

60. H. (HIRAEA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 22.) PAUCIFLORA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 472. — Foliis angustis lanceolatis vel ovato-lanceolatis acuminatis, subtus ferrugineo-puberulis tenuibus breviter petiolatis; umbellis in paniculas axillares et terminales paucifloras digestis; calyce eglanduloso; petalis .....?; samarae ala longa ascendente; endocarpio intra loculum prominente. ♁ — Rami juniores tomento ferrugineo spurce pubescentes, adulti glabrati. Folia (poll. 2-3 longa, lin. 6–10 lata) lanceolata vel ovato-lanceolata obtusiuscule acuminata integerrima, supra glabra, subtus tomento ferrugineo in nervis densiori et diutius persistente conspersa membranacea petiolata, petiolo lin. 2 longo ferrugineo. Paniculae axillares et terminales, foliis breviores, pauci- et laxiflorae, pedunculi ferrugineo-tomentosi, floriferi sesquilineam longi, basi bracteati, apice

cum pedicello paullo longiori articulati et infra articulum bibracteolati, bracteae bracteolaeque lineares brevissimae. Calyx quinquefidus, laciniis lineam longis ovatis, margine membranaceis, medio extrorsum glanduloso-incrassatis, eglandulosis tamen, rubescentibus conniventibus. Petala calyce paullo longiora recurvato-reflexa, in unguem brevissimum basi angustata, limbo obovato (in quinto sagittato) membranaceo integro. Stamina 10, calycem superantia, petalis opposita alternis breviora exterioraque, filamenta glabra, basi dilatata coalita, antherae cordato-orbiculatae glabrae, loculis connectivo glanduliformi discolori adnatis idemque marginantibus. Ovaria 3, inter se in unum dense hirsutum coalita, dorso complanato-gibbosa uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes graciles glabri, apice in uncum dilatato et complanato hinc stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia in sylvis primaevis montis Tijuca juxta Sebastianopolin.

61. H. UMBELLATA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 25. t. 166. et Archives du Mus. t. 14. — Foliis brevibus ovato-lanceolatis glabris, subtus pallidioribus basique biglandulosis, breviter petiolatis; umbellis corymbisve plerisque lateralibus plurifloris; calyce 8-glanduloso; petalis sulfureis; samaris parvis vix puberulis. ♄ — Ramuli graciles flexiles, novelli pilis raris adpressis puberuli, mox glabrati. Folia (lin. 15-12 longa, 8-4 lata) ovato-lanceolata integerrima, novella pube sericea conspersa, saepius eadem excussa mox glabrata, supra virentia, subtus pallidiora basique secus nervum medium biglandulosa, glandulis discoideis prominentibus, petiolata, petiolo (lin. 2-3 longo) basi bistipulato, stipulis setaceis minutissimis. Inflorescentiae terminales, pleraeque in ramulis lateralibus abbreviatis, quibus folia tantum duo ipsa abbreviata insident, umbelliformes corymbiformesve multiflorae, pedunculi pubescentes, floriferi lin. 2 longi, singuli basi bracteati articulati cum pedicello subaequali et infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque brevibus obovatis. Calyx quinquepartitus, laciniis semilineam longis ovatis puberulis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis subrotundis prominentibus. Petala calyce quadruplo longiora, inter ejus lacinias reflexa (quintum ascendens) unguiculata, ungue calycem subaequante, limbo obovato, nervo medio extrorsum in carinam prominulo, inaequalia sulfureo-flavescentia. Stamina 10 calyce fere duplo longiora, 5 petalis opposita alternis paullo breviora, filamenta subulata, basi inter se coalita, antherae introrsae biloculares, loculis connectivo dorsali glanduloso discolori adnatis, caeterum distinctis, ipso longioribus. Ovaria 3, inter se facie interna in unicum trilobum coalita, dorso carinata, supra styli ortum paullulum producta hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem ovario triplo longiores divaricati glabri, apice truncato introrsum stigmatiferi. Samarae 3 magnitudine pisi minimi obcordatae, facie interna plana orbiculari cohaerentes, lateralibus convexae et oblique nervoso-rugosae, supra productae in alam cultriformem, lin. 6 longam et 3 latam, vix puberulae. Semina loculis conformia, cotyledonibus uncinatim complicatis, lamina membranacea ipsarum plicae intertensa. — *Banisteria fruticosa* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 164. eadem vel valde affinis esse videtur. — In campis provinciae Minas Geraës haud infrequens.

62. H. GLABRA Hook. et Arn. in Hook. Bot. Misc. III. 157. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. 475. — „Erecta glabra: foliis oblongo-lanceolatis obtusis, supra viridibus, subtus pallidis, petiolis nudis vel hinc medio uniglandulosis, glandula orbiculari; pedunculo terminali, pedicellis ultimis paucis umbellatim dispositis bracteatis.“ ♄ — Rami ultimi interdum dichotomi aphylli et tunc inflorescentia exhibet paniculam dichotomam. — *Banisteria tenuis* Lindl. Bot. Regist. XIV. Misc. not. p. 72. — Crescit in America australi in regionibus prope ad tropicum.

63. H. ANGUSTIFOLIA Griseb. Linnaea XIII. 223. — Foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris petiolatis, petiolo superne glandulifero; racemis laxis inferne compositis; pedicellis medio articulatis puberulis; sepalis glabriusculis ciliolatis glanduliferis; samarae ala curva glabra. ♄ — Rami cylindrici plerique penna

corvina tenuiores glabri, cortice fusco laeviusculo vel subtiliter ruguloso striato, vetustiore lenticellis minutis pallidis distantibus notato. Internodia subaequalia biuncialia, foliis nonnumquam ternatim verticillatis. Folia (2–3″ longa, 3–4‴ lata) basi lanceolata, longissime acuminata, apice acuta integerrima vel oblique subrepanda penninervia et nervo marginali inani instructa, nervo medio tantum prominulo, membranacea glaberrima concoloria subeglandulosa, petiolo 3‴ longo glabro, supra medium glandulam utrinque minutam proferente, basi minute stipulato et nodo partiali inserto. Inflorescentia in caule ramisque terminalis racemosa 1–2″ longa, pedunculis oppositis verticillatisque tenuibus 6–8‴ longis laxe patentibus, basi bractea obovata obtusa lineam longa glabra stipatis, medio articulatis et bracteolis binis similibus instructis, pilis paucis adpressis puberulis unifloris vel inferioribus racemiferis, racemulo racemo centrali simili at breviore. Sepala oblonga obtusa, 2‴ longa, foliacea glabriuscula, margine breviter ciliolata, quatuor basi glandulis binis orbiculatis minutis instructa. Petala 4‴ longa, dorso obtuse carinata, limbo orbiculari crenulato penninervi unguem vix superante. Stamina 10, omnia fertilia sesquilinearia glabra, filamenta alterna paullo majora dilatata, in tubum parti liberae aequalem connata, connectivum erectum ovoideum, quod loculi ambeunt. Ovarium ovoideum setosum lineare, stigmata tria linearia truncata aequans, carpophylla tria, penitus connexa, dorso convexa exappendiculata, ovulum pendulum lycotropum, parte descendente superne attenuata adscendentem ampliorem obtusam approximatam (nec adnatam) duplo superante. Samarae 2 (vel 1) glabrae, pallide fuscae, 8‴ longae, 4‴ latae, pericarpium triangulare, latere convexum reticulatum et exappendiculatum, vallecula ventrali parva subglobosa, basilari a stigmate remota, dorso in alam transeunte, alae margo superior tenuis rectiusculus vel apice ascendens, inferior crassus sursum in apicem obtusum arcuatus, venis ei parallelis, loculus triangularis semini conformis. Semen ex funiculo subapicali tenui suspensum, acumine apicis brevi tenuissimo radiculae respondente, integumentum duplex membranaceum, exterius rubens, interius albidum, raphe abbreviata, cotyledonibus introrsum incurvis. — Crescit in Brasilia extratropica in prov. S. Pedro prope Porto de Jacuy.

64. **H. SYRINGAEFOLIA** Griseb. Linnaea XIII. 224. — Foliis ovatis obtusiusculis glabris, subtus biglanduliferis petiolatis, petiolo eglanduloso; racemis brevibus, plerisque axillaribus; pedicellis medio articulatis hispidulis; sepalis extus rufo-hispidis glanduliferis; samarae ala curva glabra. ♁ — Rami cylindrici, mox glabri, cortice laeviusculo vel lenticellis scabro, internodia saepius uncialia, foliis tamen inferioribus nonnumquam subalternis. Folia (12–15‴ longa, 9–11‴ lata) basi ovata vel subtruncata, apice obtusata integerrima penninervia et nervo marginali inani instructa, nervo medio parum prominulo, submembranacea glaberrima, sicca fusco-viridia, subtus vix pallidiora, glandula scutellata stipitata in utraque media vena infima sita subtus notata, petiolo 4 lin. longo vix puberulo glabratove, stipulis inconspicuis, nodis partialibus. Inflorescentiae axes rufo-hispiduli, racemi vel corymbi breves 5–8-flori, unus terminalis, caeteri axillares, superiores pedunculum simplicem nudiusculum terminantes, inferiores ex pedunculo trichotome partito patentes, pedicelli 4–6 lin. longi, basi bracteati, medio articulati, infra articulum bibracteolati, bracteolis obovatis obtusis, intus glabris. Sepala ovata, obtusa sesquilinearia, superne foliacea, extus rufo-hispidula, quatuor basi glandulis binis minutis orbiculatis notata. Petala (gemmae) 2½ lin. longa et lata incurva, dorso obtuse carinata integerrima, limbo orbiculari, ungue brevi. Stamina 10, omnia fertilia subaequalia monadelpha, filamentis brevibus, connectivo erecto ovoideo a loculis antherae circumdato. Ovarium ovoideum vel in stigmata tria linearia truncata aeque longa attenuatum glabrum vel vix puberulum (an setae serius oriuntur?), carpophylla tria penitus connexa, dorso convexa exappendiculata, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte adscendente breviori obtusa. Samarae 2 glabrae (vel pericarpium pilis sparsis adspersum) pallide fuscae vel rubescentes, 9 lin. longae, 3 lin. latae, pericarpium triangulare, latere convexum

et striatum exappendiculatum, vallecula ventrali nulla, dorso in alam transeunte, tori processus brevis pyramidalis, alae adscendentis margo interior tenuis excisus, apex obtusus, margo exterior crassus sursum arcuatus, venis ei parallelis, loculus triangularis, margine interiori tamen per processum endocarpii obtusum introrsum prominentem gibbo, semen loculo conforme curvatum, radicula supera. — *Heteropterys australis* Adr. Juss. mss. — *Banisteria Pragua* Vell. Flum. l. c. t. 138? — Crescit in Brasilia meridionali.

65. H. HYPERICIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 24. — Foliis brevissimis cordatis obtusis glaberrimis, subtus pallidioribus et biglandulosis, brevissime petiolatis; umbellis terminalibus quadrifloris; calyce 8-glanduloso; petalis luteis; samaris parvis glabris. ♀? ♂? — Caules diffusi, ramuli graciles, novelli pilis raris adpressis puberuli, mox glabrati. Folia (poll. 1-½ longa, lin. 5-2½ lata) oblongo-cordata obtusa integerrima glaberrima, subtus juxta basin glandulis duabus secundum nervos notata, breviter petiolata. Inflorescentiae terminales umbelliformes, umbella quadriflora (pseudo-umbella e pedunculis 4 geminatim et distiche oppositis, cum gemma centrali), pedunculi floriferi basi totidem bracteis in involucrum verticillatis ovatis stipati, lin. 2 longi, articulati, cum pedicello paullo longiori crassiorique, infra articulum bibracteolati, bracteolis ovatis, pilis adpressis puberuli. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis ovatis glabris, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis orbicularibus prominentibus contiguis. Petala calyce triplo longiora, inter ejus lacinias reflexa unguiculata, limbo obovato, nervo medio extrorsum in carinam prominulo, inaequalia (quintum paullo majus, latius unguiculatum idemque suberectum). Stamina 10 calyce fere duplo longiora, 5 petalis opposita alternis paullo breviora et subexteriora, filamenta complanata subulata glabra, inferne inter se coalita, antherae introrsae biloculares, loculis connectivo dorsali glanduloso discolori adnatis, caeterum distinctis ipso longioribus, pollen globosum laeve undique poris ampullam emittentibus pertusum. Ovaria 3, inter se facie interna in unum trilobum cohaerentia, dorso carinata, carina supra ortum styli in gibbum breve producta, hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem glabri, introrsum sub apice truncato stigmatiferi. Samarae 3 magnitudine pisi minimi obcordatae, facie interna plana cohaerentes, lateralibus convexae et oblique nervoso-rugosae, supra productae in alam cultriformem lin. 5 longam et 2 latam, glabrae. Semina loculo conformia, suppetentia immatura, in quibus integumentum membranaceum duplex, chalaza juxta et infra hilum, embryo cotyledonibus uncinatim plicatis, radicula supera seminis irregulariter cordati acumen minus idemque interius occupante. — Crescit in Brasilia super lapides ad Corro de Chapiaci in Missionibus.

§. 4. *Pedunculi floriferi apice bibracteolati. Petala rosea vel rarius alba plerumque dorso carinato-angulata. Folia glabra aut pubescentia, reticulo nervorum vix prominente.*

66. H. BICOLOR Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 23. (nec Martius.) — Foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis, saepe inaequilateris glabris vel parcissime puberulis, subtus ibidemque 2-6-glanduliferis membranaceis breviter petiolatis; umbellis terminalibus 4-6-floris; calyce oblique 8-glanduloso; petalis 4 albis, quinto purpureo; samaris.....? ♂ — Frutex 2-3-pedalis, caule gracili, rami lenticellis crebris discoloribus punctato-scabri, juniores compressi puberulique, adulti teretes et glabrati. Folia (poll. 2½-1½ longa, lin. 10-6 lata) lanceolata vel oblique et oblonge ovato-lanceolata acuta integerrima, margine subtus revoluta, supra glabrata (juniora sericeo-puberula), subtus pallidiora pilis raris adpressis conspersa glandulisque 2-6 reticulatis in nervis notata, membranacea petiolata, petiolo lin. 2 longo, supra basin bistipulato, stipulis glandulaeformibus. Inflorescentiae tum in apice ramorum, tum in ramulis lateralibus terminales umbelliformes, umbellis brevibus 4-6-floris, pedunculi puberuli, lineam longi, cum pe-

dicello triplo longiori concolori gracili articulati, infra articulum bibracteolati, bracteolis ovatis, basi bracteati, bracteis bracteolae subaequalibus. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lineam longis ovatis, extrorsum hirsutis basique (quinta exteriori excepta) biglandulosis, glandulae (in sicco) albentes, in circulum obliquum insertae inaequales, duae scilicet quae laciniae eglandulosae contrariae longiores inferioresque et in pedicelli apice incrassato decurrentes. Petala calyce triplo longiora reflexa unguiculata, limbo cordato-ovato subintegro, nervo medio extrorsum prominente, quatuor alba, quintum (quod in praefloratione interius et glandulis inferioribus interjectum) purpureum. Stamina 10 calycem superantia, alterna breviora, filamenta glabra, inferne in tubum ventricosum coalita, antherae cordatae, loculis oblongis linearibus connectivo prominenti adnatis. Ovaria 3, in unum trisulcum coalita hirsuta, singula dorso gibbosa uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem rigidi breves glabri, apice uncinato compressoque hinc stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — In sylvis caeduis (vulgo *Capoeiras*) juxta Duas Pontes, non procul a vico Itambe, prov. Minas Geraës in Brasilia.

67. H. (BANISTERIA Linn. Spec. pl. pl. 611. — Cavan. Dissert. IX. 423. t. 246. fig. 1.) PURPUREA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 163. — Foliis (subrotundis?) subrotundo-ovatis obtusis (rigidis) emarginatis ramulisque glabris (pubescentibus?), petiolis biglandulosis (eglandulosis?); racemis axillaribus terminalibusque paucifloris (corymbis paucifloris terminalibus?); calycibus adpresse pilosis; (fructibus pubescentibus?). ♄⌒ — Samarae juniores ferrugineo-hirsutae, adultae glabratae, in quibus loculus oblique obcordatus et extrorsum extensus superne in alam producitur ipso antice latiorem primo brevem et subhorizontalem, serius sursum et extrorsum ascendentem itaque cum caeteris divergentem nec stylo parallelam, denique semipollicarem et ultra. Semen loculo conforme, chalaza lateralí, radicula brevi, cotyledonibus juxtapositis commissura flexuosa axem spectantibus inaequalibus. — *Banisteria (Heteropteris* DC. Prodr. I. 591. no. 2.) *parvifolia* Venten. Choix des pl. t. 51. — *Banisteria foliis pinnatis, foliolis ovatis quadrijugis* Plum. Pl. Americ. ed. Burm. t. 15. — *Malpighia elliptica* Dsvx. in Hamilt. Prodr. fl. Ind. occid. 40. — Crescit in Antillis insulis.

68. H. MARTIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 474. — Foliis ovato-lanceolatis, supra glabratis, subtus laxe pubescentibus et biglandulosis breviter petiolatis; umbellis 10-12-floris; calyce 8-glanduloso; petalis roseis; samarae ala ascendente. ♄ — Rami juniores rufo-tomentosi, adulti glabrati lenticellis minutissimis conspersi. Folia ovato-lanceolata (poll. 2-1½ longa, lin. 10-8 lata), interdum et basi sed minus acuta, supra glabrata aut vix puberula, subtus discoloria laxe pubescentia, glandulis 2 substipitatis scutelliformibus in nervis inferioribus instructa, petiolo lin. 3-2 longo puberulo, basi brevissime bistipulato. Umbellae 10-12-florae, tum in ramis terminales, tum in ramulis ad summa folia minuta et bracteaeformia axillaribus, bracteis totidem involucratae, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, floriferi lin. 2½ longi, apice bibracteolato cum pedicello breviori articulati, bracteae bracteolaeque ovatae. Calycinae laciniae sesquilineam longae ovatae, extrorsum ferrugineae et 4 basi biglandulosae, glandulis subrotundis. Petala calyce vix duplo longiora unguiculata cymbaeformia et nervo medio carinata, (alabastro inde quasi 5-alato) denticulata rosea. Stamina calycem paullulum superantia glabra, filamentis basi coalitis, antheris cordatis, connectivo glandulifero prominulo. Samarae (valde immaturae) ala sursum et extrorsum vergente. — Crescit in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

69. H. BEECHEYANA Adr. Juss. l. c. 475. — Foliis subcoriaceis breviter petiolatis ovatis obtusis cum mucrone, margine recurvis, supra velutinis, subtus tomentosis rugosis, versus basin glandulis paucis instructis; petiolo eglanduloso; floribus cymoso-paniculatis; paniculae ramis eglandulosis calycibusque ferrugineo-tomentosis. ♄⌣? — *Banisteria (Heteropteris* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 281. [excl. syn.?]) *tomentosa* Schlchtd. Linnaea X. 244. — [*Banisteria paniculata* DC. Prodr. I. 591? — *Heteropteris brachiata* H. B. Kth. — DC. l. c.?] —

Addantur descriptioni Schlechtendalii optimae sequentia: samarae ferrugineo-puberulae abortu solitariae et tunc erectae, ala tamen quoad stylum obliqua oblongo-obovata (poll. 1–¾ longa, ½–⅓ lata), margine postico subrectilineo, antico curvilineo, latere utroque carpelli transverse cristato, cristis brevibus multifidis, interdum biseriatis. Endocarpium intra loculum procurrens in conum compressum, quem amplectitur semen, integumento duplici membranaceo, in quo chalaza orbicularis, hilo sub acumine contermina, cotyledonibus oblique plicatis cum radicula brevissima sensim continuis. — Crescit in Mexico.

70. H. (BANISTERIA Linn. Hort. Cliffort. 169.) BRACHIATA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 163. — DC. l. c. 591. no. 3. — Foliis subovatis obtusis; ramis brachiatis; ramis floriferis paniculatis. ♁⌒ — *Brachypteris borealis* Willd. Herb. — *Heteropterys platyptera* DC. Hb. — Crescit.....? — Species non satis cognita.

71. H. BERTEROANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 476. — Foliis oblongo-ovatis mucronulatis, subtus puberulis et basi glanduloso-bipunctatis; umbellis quadrifloris in paniculas terminales lateralesque digestis; calyce 8-glanduloso; petalis.....? fructu.....? ♁⌒? — Folia oblongo-ovata (poll. 2–1½ longa, lineas 10–7 lata), apice subacuto mucronulata, subtus pilis adpressis pubescentia et punctulis 2 glandulosis ad basin notata petiolata. Paniculae in ramis ramulisque terminales, maxima parte umbellis quadrifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-rufescentes, floriferi subnulli, pedicelli semipollicares. Calyx ferrugineus 8-glandulosus. Petala limbo suborbiculari subintegro, nervo extrorsum prominente. Stamina calyce longiora, filamentis glabris, basi coalitis, antheris glabris, connectivo atrato loculos subaequante. Ovaria apice gibbosa ferruginea. Styli breves, ad apicem latere stigmatiferi. Fructus deerat. — *Banisteria Quapara β. mucronulata* DC. Prodr. I. 589. — Crescit in Antillis.

72. H. RUFULA Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 477. t. 14. — Foliis ovatis, basi subcordatis acute mucronatis, subtus ferrugineo-pubescentibus et ad basin margine 4–6-glandulosis, glandulis calathiformibus, longiuscule pedicellatis; umbellis quadrifloris in paniculas digestis; calyce eglanduloso; petalis carinato-alatis; samarae ala erecta, lateribus cristato-muricatis. ♁⌒? — Ramuli pube ferruginea atrorubentes, lenticellis albidis creberrimis instructi. Folia ovata (poll. 2½–1½ longa, 1¼–⅔ lata), basi subcordata, apice acute mucronata, supra pilis minutissimis conspersa, subtus iisdem densioribus praesertim in nervis ferruginea et ad basin 4–6-glandulosa, glandulis magnis e margine revoluto folii excurrentibus stipitatis calathiformibus, tenuia, petiolo lin. 5–3 longo ferrugineo. Paniculae axillares et terminales, foliorum supremorum abortu amplificatae compositae ex umbellis plerumque quadrifloris, pedunculi diversorum ordinum atro-ferruginei, floriferi lin. 1–2 longi, cum pedicello fere duplo longiori articulati, paullisper infra apicem bibracteolati, bracteolis bracteisque brevibus ovatis. Calyx ferrugineus eglandulosus, petala eo duplo longiora unguiculata, dorso carinato-alata. Filamenta basi coalita glabra. Ovaria ferrugineo-hirsuta, dorso medio cristata et lateribus tuberculata. Samarae ferrugineo-puberulae, ala oblique extrorsum ascendente obovata, lin. 9 longa et 5 lata, latere utroque carpelli transverse cristatae, cristis breviter lacerato-dentatis, loculus endocarpio intus prominulo subreniformis. Semen conforme, integumento duplici membranaceo, cotyledonibus conduplicatis, tegumenti lamina plicae interposita, commissura axin spectantibus, cum radicula basi sensim continuatis. — Crescit in Brasilia circa Sebastianopolin.

73. H. RUBIGINOSA Adr. Juss. l. c. 477. — Foliis ovatis vel suborbicularibus, basi subcordatis mucronulatis, supra puberulis, subtus rubiginoso-tomentosis et biglandulosis, breviter petiolatis; corymbulis in paniculas axillares et terminales digestis; calyce 8-glanduloso; petalis carinatis; fructu.....? ♁ — Rami juniores rubiginoso-tomentosi, adulti sensim glabrati, lenticellis albis punctati. Folia (poll. 3–1 longa, 1¾ lata) nunc longiora ovata, nunc breviora suborbicularia, basi subcordata, apice in brevioribus subemarginata mucronulata, supra puberula, subtus tomento rufo densiori praesertim in nervis pubescentia discoloria glandu-

lisque duabus scutelliformibus atris inferne notata, petiolo (lin. 2–1 longo) tomentoso. Paniculae terminales et axillares foliis summis valde imminutis ad divisiones oppositis intermixtae et inde quasi amplificatae, e corymbulis brevibus non raro geminatis compositae, pedunculi diversorum ordinum tomentoso-rubiginosi, floriferi lineam longi, apice breviter bibracteolato cum pedicello duplo longiori articulati. Calycinae laciniae lineam longae ovato-acutae, extrorsum rubiginosae et 4 biglandulosae, glandulis parvis subrotundis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue nervoque medio extrorsum et inferne prominente carinata, alabastro inde quasi quinquealato. Stamina vix calycem superantia glabra, filamentis basi coalitis, antheris cordato-ovatis. Ovaria in unum trigonum rubiginoso-tomentosum connata, singula apice gibbosa. Styli basi hirsuti. Fructus non suppetebat. — *Banisteria glandulosa* Pavon mss. — Crescit in Peruvia.

74. H. CONFERTIFLORA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 34. — Foliis obovatis, basi acutis, apiculatis, supra puberulis, subtus rufo-tomentosis, breviter petiolatis; paniculis dense multifloris; calyce eglanduloso; petalis roseis; samaris.....? ♁ ⌣ — Caulis debilis, rami lenticellis crebris discoloribus minutis obsiti, juniores spurce hirtelli, adulti glabrati. Folia (poll. 2–1, longa 1–½ lata) obovata, non raro apice basive acuta integerrima puberula, subtus tomento rufo in nervis reticulatis densiori pubescentia et glandulis duabus pluribusve parvis orbicularibus fuscescentibus inferne impressa, petiolata, petiolo lin. 2–1 longo hirtello. Inflorescentiae paniculaeformes terminales et ad summa folia axillares, paniculis densifloris pyramidatis terminalibus, foliorum supremorum in bracteas transeuntium abortu amplificatis, pedunculi diversorum ordinum inter se oppositi ferrugineo-tomentosi, communes (ramorum apices) poll. 2–3 longi, laterales ad axillas foliorum vel bractearum saepius geminati ternative, bracteolis oppositis instructi, plerumque ad axillam pedunculum tertiarium solitarium vel duplicem emittentibus, floriferi lineam circiter longi singulique articulati, cum pedicello paullo longiori graciliorique et infra articulum bibracteolati, bracteae bracteolaeque breves ovatae ferrugineo-rubentes. Calyx profunde quinquepartitus, laciniis lineam longis ovatis, introrsum glabris, extrorsum ferrugineo-hirsutis eglandulosis. Petala calyce duplo longiora, breviter unguiculata, limbo ovato, in quibusdam (in praefloratione interioribus) basi sagittatim truncato vel emarginato, nervo medio extrorsum prominente carinata, subintegra reflexa, inter se subinaequalia dissimiliaque (quintum interius crassius longiusque unguiculatum, limbo subreniformi). Stamina 10 calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora crassiora subexterioraque, inter se subinaequalia (nempe tria petalo interiori opposita caeteris paullo minora), filamenta subulata, inferne inter se coalita glabra, antherae cordato-ovatae glabrae, loculis lineari-ovatis. Ovaria 3, in unum breve depresso-obovatum subtrilobum hirsutum coalita, singula dorso subgibbosa uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes divergentes rigidi glabri, apice subtruncato introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — In sylvulis primaevis camporum, prope praedium Laraujeras non procul ab urbe S. Jaão d'el Rey in Brasiliae prov. Minas Geraës.

75. H. TRIGONIAEFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 33. — Foliis brevibus ovato-lanceolatis, supra puberulis, subtus rufo-tomentosis, breviter petiolatis; paniculis terminalibus pyramidatis laxifloris; calyce 8-glanduloso; petalis roseis; samaris.....? ♁ — Frutex 1-2-pedalis, rami patentes, lenticellis minutis discoloribus impressi, juniores tomento spurco pulverulenti, adulti glabrati. Folia (poll. 2–1 longa, 1–½ lata) ovato-lanceolata vel rarius lanceolata integerrima, supra puberula, subtus tomento rufo pubescentia glandulisque duabus vel pluribus parvis scutelliformibus fuscescentibus inferne notata, petiolata, petiolo lin. 2 longo ferrugineo (ut et saepius paginae inferioris nervi). Inflorescentiae paniculaeformes terminales et ad summa folia axillares, paniculis laxifloris pyramidatis, terminalibus foliorum supremorum in bracteas transeuntium abortu amplificatis, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-tomentosi, communes (ramorum apices)

poll. 5–2 longi, laterales oppositi, vulgo geminati, floriferi semilineam longi, singuli cum pedicello longiori graciliorique articulati et infra articulum bibracteolati, bracteae foliis fere conformes; bracteolae brevissimae ovatae. Calyx profunde quinquepartitus, laciniis lineam longis ovatis conniventibus, introrsum glabris, extrorsum puberulis pube adpressa ferruginea basique praeter unam) biglandulosis, glandulis parvis prominentibus orbiculato–scutelliformibus, medio excavatis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue calyce breviori, limbo obovato, in quibusdam sagittatim bidentato, nervo medio extrorsum prominente subcarinata glaberrima subintegra reflexa, inter se dissimilia et inaequalia (quintum in praefloratione interius erectum crassius longiusque petiolatum fimbriato–denticulatum), rosea. Stamina 10, calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora et subexteriora inaequalia (nempe tria petalo interiori opposita caeteris minora), filamenta glabra subulata, basi dilatata inter se coalita, antherae suborbiculatae glabrae, loculis linearibus flavis, connectivo discolori glanduliformi adnatis discretis, quinque staminum breviorum paullo crassiores. Ovaria 3, in unum breve depresso–obovatum subtrilobum hirsutum coalita, singula dorso subgibbosa uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli 3 stamina superantes divergentes rigidi glabri, apice truncatulo introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in sylvis primaevis ad ripas fluminis Parahyba in Brasiliae provincia Rio de Janeiro.

76. **H. CAMPESTRIS** Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 32. — Foliis ovatis acutis, supra puberulis, subtus tomentosis subsessilibus; paniculis brevibus axillaribus terminalibusque strictis; calyce 8–glanduloso; petalis roseis; samaris parvis ferrugineis, ala basi latiori. ♄ v. ♃? — Suffrutex? 1½–2½–pedalis, rami teretes, spurce tomentosi. Folia (poll. 1–2 et amplius longa, ½–1¼ lata) ovato–acuta elliptica obovatave (superiora scilicet gradatim imminuta absque ovato ad obovatum transeuntia) subapiculata integerrima, pilis brevibus supra pubescentia, subtus densius tomentosa nervisque prominulis reticulata et glandulis parvis aegre conspicuis nec raro deficientibus notata, subsessilia, suprema mire abbreviata inque bracteas demum omnino transeuntia. Inflorescentiae foliorum supremorum abortu in paniculas pollicares densifloras terminales lateralesque quasi dispositae, re vera singulae in ramulis terminalibus lateralibusque aphyllis umbelliformes, umbellis quadrifloris, pedunculi inaequales, vix lineam longi, bracteis totidem brevibus crassiusculis stipati ferrugineo–tomentosi, singuli articulati cum pedicello paullo longiori et infra articulum bibracteolati, bracteolis ovatis. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis lineari–ovatis, extrorsum pube adpressa ferrugineis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis subrotundis prominentibus approximatis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, limbo suborbiculari vel ovato subintegro, nervo medio prominente extrorsum carinata, reflexa inaequalia, inter se dissimilia rosea. Stamina 10 calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora, filamenta inferne coalita glabra, antherae cordiformes introrsae glabrae, connectivo parvo glanduliformi. Ovaria 3, in unicum trilobum coalita hirsuta, dorso carinata, carina supra styli ortum in gibbum producta, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem, stamina superantes, divergentes glabri, apice truncato introrsum stigmatiferi. Samarae 3 (quarum una aut altera vulgo abortiva) receptaculo brevi trigono facie interna oblique accumbentes, lateralibus convexae et rugulosae, supra et extrorsum productae in alam cultriformem semipollicarem, lin. 3–½ latam (basique summo loculo latiorem), margine antico tenui superne curvilineam, rectilineam postico crassiori, ferrugineo–rubentes, cavitas loculi irregulariter cordiformis, endocarpio introrsum prominente. Semen loculo conforme, medio appensum juxtaque hilum chalaza fusca notatum, integumento membranaceo. — Frequens in campis prope locum Tacaramby, non procul a pago Nossa Sñra. da Penha, in Brasiliae prov. Minas Geraës.

77. **H. DISCOLOR** Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 32. — Foliis brevibus obovatis ellipticisve apiculatis, supra puberulis, subtus tomentosis pallidioribus, margine revo–

luto juxta basin biglandulosis, breviter petiolatis; paniculis lateralibus terminalibusque; calyce 8-glanduloso; petalis roseis; samaris parvis rubentibus puberulis, ala basi angustata. ♁ — Rami teretes spurce tomentosi, demum glabrati. Folia (poll. 1½-1 longa, lin. 9-6 lata) elliptica vel obovata apiculata, margine subtus revoluta integerrima, supra vix puberula, subtus fere (praesertim in nervis prominulis) tomentosa et parum manifeste prope (supra vel infra) basin biglandulosa, petiolata, petiolo (lin. 2 longo) tomentoso bistipulato, stipulis minutissimis et aegre conspicuis, superiora admodum abbreviata et tandem in bracteas omnino transeuntia. Inflorescentiae foliorum supremorum abbreviatione in paniculas terminales et laterales quasi dispositae, re vera singulae in ramulis terminalibus lateralibusque umbelliformes, umbellis 4-6-floris, pedunculi inaequales bracteis totidem brevibus stipati (lin. 1½ longi) ferrugineo-tomentosi, articulati cum pedicello subaequali concolorique, infra articulum bibracteolati, bracteolis ovatis. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis ovatis, extrorsum pube adpressa ferrugineis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis parvis discretis prominentibus subrotundis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, limbo orbiculari vel ovato subintegro concavo, extrorsum carinato, reflexa inaequalia. Stamina 10 calycem superantia, 5 petalis opposita alternis breviora et subexteriora, filamenta basi in annulum coalita inaequalia glabra rubentia, antherae similiter inaequales, loculis glabris connectivo glanduliformi ipsis breviori adnatis. Ovaria 3, introrsum in unicum trilobum hirsutum coalita, dorso carinata, singula upiovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem ex apice ovariorum, stamina superantes, divergentes glabri, introrsum canaliculati et apice truncato introflexo stigmatiferi, stigmate discolori. Samarae 3 (quarum una aut altera interdum abortiva) receptaculo brevi trigono facie interna affixae, lateralibus convexae et superne rugulosae, supra et extrorsum productae in alam a basi summum loculum aequante, ad apicem sensim dilatatam semipollicarem lin. 2-5 latam, margine antico tenui et subsinuato curvilineam, rectilineam postico crassiori, puberulae rubentes, cavitas loculi irregulariter cordiformis glabra. Semen loculo conforme, funiculo lato crassoque circa medium inserto pendens, juxta et infra chalazam maculatum, integumentum duplex, utrumque membranaceum, interius cotyledonum plicae intertensum, caeterum cum exteriore coalitum, cotyledones ovatae foliaceae complicatae, radicula brevis supera, lobo seminis cordiformis interno eidemque acutiori respondens. — *H. Spiraeae* Mart. Herb. fl. Brasil. 1171. — In Brasiliae montibus prov. Minas Geraës vulgo Serra da Caraça.

78. **H. PTEROPETALA** Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 31. t. 167. — Foliis late ovatis, subtus cinereo-tomentosis basique glandula 4-6-plici notatis, brevissime petiolatis; paniculis corymbisque axillaribus et terminalibus conferti- et multifloris; calyce 8-glanduloso; petalis roseis, dorso carinato-alatis; samaris.....? ♁ — Rami teretes, tomento brevi albicantes. Folia (poll. 4-3 longa, 3-2 lata) ovata integerrima, pilis albido-cinereis, supra rarioribus conspersa, subtus densioribus tomentosa et reticulato-nervosa glandulisque 4-6 orbicularibus atris secundum nervos inferiores notata, breviter petiolata. Inflorescentiae terminales et ad axillas foliorum superiorum sensim in bracteas transeuntium, generalis paniculaeformis, partiales circiter pollicares, primo in corymbulos contractae, serius elongatae in racemulos, pedunculi diversorum ordinum geminatim oppositi, saepius geminati, omnes tomentosi, basi bracteati, floriferi cum pedicello breviori articulati et infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis (sesquilinearibus) ovato-acutiusculis erectis hirsutis rufescentibus, basi biglandulosis, glandula breviori ovoidea prominente. Petala calyce duplo longiora unguiculata glabra, 4 inter ejus lacinias reflexa, limbo obovato et secundum nervum medium in carinam semicircularem producta (alabastrum inde quinquealatum), quintum in praefloratione involutiva interius et semper introrsum in inflorescentia axin spectans suberectum, limbo basi sagittato multoque brevius carinato. Stamina 10, filamenta inferne in tubum coalita, 5 calycinis laciniis alterna, iisdem subaequalia, caetera longiora, antherae cordatae, dorso glandulosae reflexae. Ovaria 3 in unum tri-

lobum coalita hirsuta, dorso cristata, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem glabri, sub apice introrsum stigmatiferi. Fructus.....? — Juxta vicum Itambe in montibus prov. Minas Geraes in Brasilia.

79. H. CORDIFOLIA Moricand, Plant. Americ. 108. t. 66. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 479. — Foliis magnis cordato-ovatis oblique et breviter acuminatis, supra glabris, subtus ferrugineo-pubescentibus; paniculis axillaribus; calyce eglanduloso; samarae ala longa ascendente. ♃ — Ramuli juniores ferrugineo-tomentosi et contorto-angulati, adulti tomento diffuso pulverulenti. Folia (poll. 6 longa et 3–4 lata) subtus ferrugineo-pubescentia et densius in nervis prominulis. Inflorescentia, quae suppetit, axillaris, folio brevior, panicula in racemum contracta, pedunculis ferrugineo-tomentosis, bracteis biglandulosis. Samarae ferrugineo-puberulae ala sesquipollicaris. — Crescit in Brasilia circa Bahiam.

80. H. SESSILIFOLIA Adr. Juss. l. c. 480. — Foliis cordiformibus glaberrimis, supra lucidis, subtus 2–4-glandulosis subsessilibus et terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis roseis carinato-alatis; fructu.....? ♄ — Ramuli juniores puberuli, mox glabri rubentes. Folia cordiformia (poll. 2½–1½ longa, 2–1 lata) glaberrima, supra lucida, subtus pallidiora, nervis prominulis interdum cum margine rubellis, in primariis impressa glandulis 2–4 orbiculatis in ambitu rubro-zonatis, subsessilia, stipulis minimis vixque conspicuis. Paniculae (quae ante anthesin suppetunt) axillares et terminales, pedunculi diversorum ordinum rubelli, pube ferruginea conspersi, floriferi oppositi vel ad apicem ramuli umbellatim conferti, lin. 2 longi, cum pedicello paullo breviori articulati, bracteis bracteolisque brevibus concoloribus. Calycinae laciniae ovatae (lineam longae), extrorsum vix puberulae biglandulosae, glandulis prominentibus. Petala calyce duplo longiora, unguiculata, limbi obovati concavi costa media carinatim prominens (alabastro inde fere quinquealato) integra rosea. Stamina calyci subaequalia, filamentis glabris, basi coalitis, antheris glabris ovatis, connectivo prominente. Ovaria in unum trigonum ferrugineo-hispidulum coalita, singula dorso cristata. Styli breves glabri rigidi, apice truncato introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasiliae provincia Goyaz.

81. H. (BANISTERIA Spr.) CORNIFOLIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 165. — DC. Prodr. I. 592. no. 8. — Foliis ellipticis, utrinque acutis subcoriaceis, supra glabris nitidis, subtus adpresse pilosulis et glaucescentibus, petiolis eglandulosis; paniculis axillaribus terminalibusque; floribus racemoso-corymbosis; calycibus sericeis. ♁ — Crescit prope Ibague Novo-Granatensium.

† *Species e genere exclusae.*

H. ALBIDA Blume. = RYSSOPTERYS MICROSTEMA.
H. APPENDICULATA DC. = BANISTERIA APPENDICULATA.
H. ARGENTEA H. B. Kth. = B. ARGENTEA.
H. MACROPTERA Reichardt. = SECURIDACA sp.
H. SMEATHMANNI DC. = ACRIDOCARPUS SMEATHMANNI.

XXII. TRICOMARIA *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. in Hook. Bot. Miscell. III. 157. t. 101. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 481. t. 15.)

Calyx quinquepartitus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata crenulata, dorso sericea, inaequalia. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis dilatatis inferne in tubum coalitis, antheris glabris. Styli 3, duo stigmatiferi breves clavati, apice oblique truncato tubulosi, tertius rudimentarius brevior, acutus. Ovaria 3 in unicum trilobum coalita sericeo-pilosa. Fructus (immaturus) trilobus, villosus, lobis singulis fasciculo pilorum dorsali penicilliformi denso longoque et discolori alatis. — Frutex Austro-Americanus: foliis oppositis suboppositisve brevibus subsessilibus, ramis apice spinescentibus vel 1-3-floris; pedunculis brevissimis cum pedi-

cellis longioribus articulatis et ad articulum bibracteolatis, ad basin folio breviori bracteati. Flores aurantiaci.

1. TR. (BANISTERIA Gill. mss.) USILLO Hook. et Arn. l. c. 158. t. 101. — Adr. Juss. l. c. 482. t. 15. — Stylus abortivus loculum superat ovuliferum quidem, sed tamen caeteris minorem et quasi atrophum, laciniae calycis eglandulosae oppositum. Fasciculus pilorum, alam supplens, foveolae dorsali ovarii inseritur, primo caeteris pilis ipse brevior, in fructu (quamvis juniori) jam admodum elongatus, evolutione igitur cum *notopteryyiearum Malpighiacearum* ala congruens ut et situ. Lobi fructus singuli supra styli ortum paullisper producti ibidemque secundum lineam mediam dorsalem 3–4 aristati. Embryo fide auctorum curvatus. Folia pilis adpressis argenteo-sericea habitusque potius quarundam *Malpighiacearum meiostemonum*. — Crescit in provincia Mendoza.

XXIII. ACRIDOCARPUS *Guill. et Perrottet.*

(Guill. et Perrott. Tentam. flor. Senegamb. I. 123. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 482. t. 15.)

Calyx profunde quinquefidus, ad basin laciniarum unius aut alterius glandulis 2 impressis, rarius eglandulosus? Petala calyce longiora unguiculata subintegra inaequalia glabra. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis brevibus rigidis distinctis, antheris magnis cordato-lanceolatis subincurvis glabris. Styli 2 divergentes longissimi flexuosi plano-filiformes, apice acuti, in praefloratione introrsum circinnati, cum tertii vix conspicui rudimento. Ovaria 3 dorso sursum alata, hirsuta, in unum trilobo-carinatum coalita. Samara una vel duplex (constanti unius aut frequenti duarum abortu), receptaculo oblongo applicata, apice in alam expansa rectam aut obliquam, margine antico superiori incrassatam. — Arbores aut frutices Africani, rarissime Asiatici, interdum scandentes. Folia alterna aut rarius subopposita integerrima obovata glabra vel rarius pilosa, subtus glandulis impressa, non longe petiolata exstipulata. Racemi terminales et laterales, foliorum supremorum abortu saepius compositi, pedicelli magis minusve graciles, ad apicem reflexi, basi bractea extrorsum et interius bracteola laterali duplici stipati. Flores lutei.

§. 1. *Genuinae: alternifoliae racemiflorae distylae.*

1. A. PLAGIOPTERUS Guill. et Perott. Tentam. flor. Senegamb. I. 123. t. 29. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. t. 15. — Ramis pube ferruginea conspersis; foliis alternis obovatis, inferne admodum angustatis, subtus glandularum serie submarginali notatis; alis fructuum horizontalibus. ♄ — Frutex ramosus rigidus, ramis teretibus pube ferruginea conspersis, apice floriferis. Folia alterna vix petiolata obovata, basi angustata, apice subemarginata, in emarginatura mucronulata, marginibus integra, coriacea, utrinque glabra, subtus glandularum serie submarginali, basi ad apicem petioli glandulis 2 conspicuis notata, petiolo brevi puberulo, intus canaliculato. Flores lutei axillares et terminales paniculati, pedunculo communi ad basin pedicellorum 2–3 bracteolas squamiformes persistentes gerente. Calyx usque ad medium quinquepartitus, extus pube ferruginea conspersus, glandulis conspicuis 2 ad dorsum segmenti medii infra notatus. Corolla pentapetala disco hypogyno inserta, petalis obovatis concavis, basi unguiculatis, cum segmentis calycis alternis flavis, margine vix erosis. Stamina 10 hypogyna, filamentis crassiusculis vix basi connexis persistentibus, antheris stantibus erectis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium in alabastro ovoideum pubescens, in flore aperto saepius trialatum villosum, apice stylis 2 ante anthesin circinnatim incurvatis, post anthesin patulis longissimis superatum, saepius triloculare, loculis uniovulatis, ovulo ope funiculi crassi penduli ascendente. Fructus samaris duabus rariusve tribus compositus, stylis persistentibus coronatus, singulo carpello in alam maximam horizontalem rubro-fuscam, margine superiori crassam, inferiori tenuissimam expanso. Axis centralis (torus elevatus) crassus 2–3-alatus.

faciebus internis planis carpellorum adhaerens. Semen solitarium ab apice pendulum, albumine nullo, tegmine duplici, exteriori atro-rubello tenui, interiori crasso, cotyledonibus foliaceis. — *Anomalopteris obovata* G. Don, General syst. of gard. and bot. I. 647. no. 2. — Crescit in Africa tropica in sylvis Promontorii Rubri ad Casamanciam.

2. A. (HETEROPTERIS DC. Prodr. I. 592.) SMEATHMANNI Guill. et Perr. l. c. 124. — Adr. Juss. l. c. t. 15. — Ramis tuberculatis; foliis alternis oblongis obovatis breviter acuminatis glaberrimis; alis fructus glabris suberectis. ♄ — Racemi foliorum supremorum abortu paniculam ultra semipedalem efficiunt, flores insident pedicellis semipollicaribus erectis, apice reflexis. — *Anomalopteris spicata* G. Don l. c. no. 1. — *Banisteria Leona* Cavan. mss. (nec Diss.) — In Sierra Leone.

3. A. CAVANILLESII Adr. Juss. l. c. t. 15. — Cavanilles (Diss. IX. 424. t. 247.) sub *Banisteria Leona* fructum *Acridocarpi* descripsit, reliquae omnes partes *Heteropteridis Africanae* confusione quadam olim in herbario **Thouiniano** cum illo commixtae. Ex isto fructu, quamvis caeterae partes non suppetant, species nova beneque distincta instituenda visa est, proxima quidem praecedenti, sed satis discrepans figura samarae, cujus alae quoque spathulaeformes sed jam in nondum perfecte matura longiores et angustiores quam illius, magis obliquae, id est cum carpello angulum quemdam obtusissimum constituentes, loculum et receptaculum oblonga (non crassa et brevia). — Crescit in Sierra Leone.

4. A. GUINEENSIS Adr. Juss. l. c. — Foliis alternis oblongis subacuminatis glabris glandulosis; corymbis terminalibus. ♄ — Frutex ramosissimus, ramis purpureis tenellis glabris. Folia breviter petiolata oblonga elliptica obtuse acuminata integerrima, supra obscure nitida, subtus pallidiora venis reticulatis obscurioribus, passim adspersa glandulis purpureo-virescentibus nec non glandula utrinque basi, subcoriacea rigida tripollicaria. Stipulae nullae. Pedunculus terminalis elongatus, floribus corymboso-racemosis. Pedicelli plures pubescentes subpubescentes. Bracteae tres minutae ad basin singuli pedicelli. Perianthium monophyllum subcarnosum breviter campanulatum quinquefidum, laciniis obtusis, superiori vix majori, coloratum, glandula solitaria impressa externa infra plurimas praesertim inferiores calycis divisiones. Petala quinque subaequalia obovata, basi cuneata concava crenata lutea, superiora profundius incisa, lateralia patentiora et parum majora, infimum subfornicatum. Filamenta 10 brevissima, antherae oblongae, basi obtusae, apice poris duobus interne dehiscentes, intermediae sex erectae, laterales utrinque duae ascendentes. Germen subrotundum compressum purpureum superum. Styli duo subulati ad latera patentes, superne incurvati, longitudine fere corollae. Stigma vix manifeste acutiusculum. — *Malpighia alternifolia* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. videnskab. Selsk. Afhandl. III. 242. — *Anomalopteris longifolia* G. Don l. c. no. 3? [Foliis oblongo-lanceolatis integris, margine repandis; racemis terminalibus spicatis; floribus pallide flavis.] — Crescit in Guinea.

5. A. ZANZIBARICUS Adr. Juss. Archiv. du Mus. III. 485. t. 15. — Caule scandente; foliis alternis oblongis vel lanceolato-obovatis glaberrimis; racemis terminalibus simplicibus; bracteolis subulatis eglandulosis; samarae glabrae ala sursum vergente, circa medium dilatata. ♄ ∪ — Rami juniores pube ferruginea tomentosi, eadem decidua mox glabrati et lenticellis prominulis quasi tuberculati. Folia alterna oblonga lanceolato-obovata (poll. 3–4 longa, lin. 14–16 lata) glaberrima, subtus marginata nervisque prominulis reticulata et glandulis nonnullis orbicularibus ad basin constantioribus magisque approximatis impressa, petiolo lin. 3–5 longo, supra canaliculato. Racemi terminales bipollicares, pedicelli (lin. 6–9 longi) reflexi ferrugineo-puberuli, ad basin bractea extrorsum et ad latera bracteolis duabus interioribus subulatis acutissimis stipati. Calyx laciniis ovatis (lin. 2 longis), vix puberulis, quinta basi glandulis 2 orbicularibus impressa. Petala calyce triplo longiora, limbo magno, inaequalia glabra lutea. Stamina antheris longis calycem superantibus crassis cordato-linearibus acuminatis, connectivo dorsali longitu-

dinali, loculis introrsis subdistinctis. Ovaria 3 in unum ferrugineo-hirsutum coalita, singula supra styli ortum dorso compresso-gibbosa. Samarae facie concava axi pyramidali accumbentes, totae glabratae, ala sursum vergente, sesquipollicari, circa medium lin. 7 lata, juxta basin et apicem dimidio angustiori, margine antico incrassato subrectilinea integraque, postico tenui curvilinea et subsinuata, seminibus foetae nondum perfecte maturis, tertia abortiva. — *Banisteria Zanzibarica* Bojer mss. — Crescit in insula Zanzibar.

6. **A. NATALITIUS** Adr. Juss. l. c. 486. — Caule.....?; foliis subalternis oblongis obovatis glaberrimis rigidis; racemis terminalibus simplicibus longissimis; bracteolis subulatis eglandulosis; samarae glabrae ala extrorsum ascendente, oblique obovata. ♁ ⌣? — Rami pube brevi, partim excussa, vix pulverulenti teretes, lenticellis crebris parvis scabri. Folia alia subopposita, alia subalterna, oblonga (poll. 4–2½ longa, 1–¾ lata), basi subacuta, apice obtusa glaberrima, subtus marginata nervisque prominulis reticulata et glandulis paucis versus basin impressa, admodum rigida, petiolo lin. 3. longo, apice biglanduloso. Racemi (fructiferi tantum suppetentes) semipedales et ultra terminales, pedicelli spiraliter alternantes, lin. 9–10 longi, patentes rigiduli puberuli, bracteis bracteolisque brevibus acutis. Fructus calyce stipatus quinquepartito, glandulis 1-2 instructo, persistente cum axi seu receptaculo oblongo (lin. 3–4 longo) triquetro-ovoideo. Samarae huic facie interna vix concava ovato-acuta applicitae, totae glabratae, ala subextrorsum ascendente, pollicem longa et ⅔ circa medium lata, oblique obovata, margine antico subrectilineo crassiori, postico tenuiori curvilineo, venis prominulis inferne reticulatis, in ala flabellatis. Semen loculo conforme, id est facie antica ovata complanatum, lateralibus subconvexum, angulo dorsali semicirculare, funiculo brevi infra apicem lateraliter appensum et sub hilo chalaza notatum faciem alternam lateralem partim occupante, integumento duplici vestitum, utroque membranaceo, exteriori castaneo, interiori albo. Embryo cotyledonibus carnosis crassis, commissura loculi latus spectantibus, radicula brevissima exserta, plumula breviori inaequaliter biloba. — Crescit in Africa australi ad Natalbay.

7. **A. ADENOPHORUS** Adr. Juss. l. c. 487. — Foliis alternis lanceolato-obovatis, apice obtusissimis mucronulatis, utrinque glabratis; racemis ad apicem ramorum confertis simplicibus; bracteolis glandulosis; samaris.....? ♁ ⌣? — Rami novelli ferrugineo-puberuli, mox glabrati. Folia ad summos ramos alterna lanceolato-obovata (poll. 5–2½ longa, 2¼–2½ lata), apice obtusissimo mucronulata, juniora praesertim supra puberula, adulta pube detersa utrinque glabrata et dilute virentia, supra lucida, subtus nervis prominentibus reticulata et secus medium ad basin glandulis 2–6 vulgo impressa, petiolo lin. 8–6 longo puberulo aut glabrato erecto, supra canaliculato et ad apicem biglanduloso, glandulis minutis alternis. Racemi ad apicem ramorum conferti 3–5-pollicares, pedunculus communis angulatus, pube tenui ferrugineus, pedicelli concolores, lin. 5–6 longi, sessiles, bractea brevissima lataque, bracteolis lateralibus 2 longioribus, glandula nigrescente extrorsum obtectis et ultra apiculatis stipati. Calycinae laciniae ovatae (lin. 2 longae) ferrugineo-puberulae, basi incrassata gibbosim deorsum productae. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo ovato ciliato-lacerato concavo, glabra, inter se inaequalia dissimiliaque. Staminum filamenta calycem superantia crassa glabra, basi coalita, antherae exsertae crassae sesquilineares glabrae, loculis sulco longitudinali dehiscentibus. Ovaria 3 ferrugineo-hirsuta, inter se coalita, apice in gibbum, serius in alam, producta. Styli 2 longissimi glabri, introrsum profunde sulcati. Fructus non suppetit.

β. porantherus: Floris partes diversae triente minores et antherae bisulcae quidem, sed apice poro dehiscentes. Petala lutea.

Crescit in Madagascaria.

8. **A. ORIENTALIS** Adr. Juss. l. c. 488. — Foliis alternis lanceolato-obovatis, apice vulgo acuminatis et mucronulatis puberulis, demum glabratis, reticulato-venosis; racemis terminalibus contractis dense multifloris; bracteolis eglandulosis; sa-

maris.....? ♁ — Rami juniores tomento cinereo fuscove, novelli rufo velutini, adulti glabrati, lenticellis verruculosi. Folia alterna oblonga vel lanceolato-obovata (poll. 2½–1½ longa, 1½–¾ lata), apice saepius acutata et mucronulata, juniora rufo-tomentosa, adulta partim glabrata, pilis tamen cinereis adhuc conspersa, subtus frequentioribus, supra lucida, nervo medio inferne in duos collaterales diviso, utrinque reticulato-venosa, reticulo intricato, subtus magis prominente et serie duplici glandularum obscure impressa, petiolo lin. 3–4 longo velutino, supra canaliculato. Racemi in ramis summisque ramulis terminales contracti confertiflori, pedunculus communis tomento rufo velutinus, pedicelli eodem hispidi graciles lin. 7–8 longi, bractea bracteolisque subaequalibus obovatis tomentosis basi stipati. Calycinae laciniae ovatae, lin. 2½ longae, extrorsum tomento brevi ferrugineo obductae, basi gibbosim incrassata deorsum producta, una aut altera in margine glandula minuta rubente impressa. Petala calyce duplo longiora, basi in unguem attenuata obovata lacerato-ciliata concava glabra, inaequalia dissimiliaque. Staminum filamenta brevissima, antherae vix calycem superantes, lineam et ultra longae, totae concolores (pallide flavae), loculis rima longitudinali introrsum dehiscentibus. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum coalita, singula supra styli ortum in gibbum producta, duo stylis oblongis incurvis, a basi ad apicem acutum sensim attenuatis glaberrimis instructa, tertium tantum rudimento papillaeformi. Fructus non suppetit. — Crescit in Arabia ad introitum in sinum Persicum.

9. **A. EXCELSUS** Adr. Juss. l. c. 489. t. 15. — Caule arboreo; foliis subalternis oppositisve lineari-lanceolato-obovatis, apice truncatis et mucronulatis, subtus ferrugineo-sericeis; racemis terminalibus contractis; bracteolis brevibus eglandulosis; samaris.....? ♁ — Arbor 50-pedalis, rami primo pube brevi pallide ferruginei, serius cinerei, demum glabrati. Folia suprema opposita, eadem rami evolutione serius subalterna, fere linearia lanceolato-obovata (poll. 1–2 longa, lin. 2–4 lata), apice truncata vel emarginata et saepius apiculata, supra tomento ferrugineo pulverulenta vel eodem excusso glabrata, subtus ferrugineo-sericea, nervo medio prominente et maculis glandulosis inferne et nonnumquam ad apicem usque notata, petiolo lin. 3–4 longo ferrugineo. Racemi in ramulis terminalibus lateralibusque terminales contracti, pedicelli graciles semipollicares et ultra ferruginei, bractea bracteolisque 2 brevissimis acutis stipati, apice incrassato cum calyce confusi. Calyx campanulatus, laciniis ellipticis sesquilinearibus, basi puberulus. Petala calyce duplo et ultra longiora, inter se valde inaequalia dissimiliaque (haec minora subsessilia obovata, illa limbo subcordato ampliori longius unguiculata) integra flabellato-venosa. Stamina 10, quinque caeteris oppositipetalis paullo longiora, filamentis calycem subaequantibus liberis, antheris cordato-linearibus cum summo filamento articulatis et cito deciduis glabris, connectivo dorsali plano, loculis introrsum spectantibus. Ovaria 3 in unum hirsutum coalita, singula dorso superne compresso-gibbosa. Fructus non suppetit. — Crescit in Madagascaria.

§. 2. *Dubiae: oppositifoliae umbelliflorae tristylae. — An forte Banisteriis adnumerandae?*

10 A.? **ANGOLENSIS** Adr. Juss. l. c. 490. — Foliis quaternatim verticillatis oblongo-ovatis, apice acutis mucronatis, supra pubescentibus, subtus rufo-lanatis; petiolo brevi eglanduloso; umbellis 3–4-floris ramulos laterales terminantibus; ovario tristylo. ♁ — Ramuli fulvo-tomentosi. Folia (poll. 2 longa, lin. 8 lata) apice acuta in mucronem desinentia, pilis rufis furcatis supra pubescentia, subtus lanata et basi utrinque glandula instructa parva prominula, in ambitu villosa, breviter petiolata. Flores umbellati, umbellis 3–4-floris ramulos laterales foliorum parvorum pari instructos terminantes, pedunculi semipollicares tomentosi, basi bractea stipati lineari-lanceolata, apice bibracteolati, bracteolis setaceis et articulati cum pedicello dimidio breviori crassiori, similiter tomentoso. Calycinae laciniae

(lin. 2 longae) ovatae extrorsum hirsutae eglandulosae. Petala calyce duplo triplove longiora breviter unguiculata, limbo obovato denticulato, reflexa concava. Stamina 10, filamentis calyce brevioribus glabris, basi dilatatis inque annulum hypogynum sinuato-quinquelobum coalitis, antheris ellipsoideis glabris, loculis distinctis connectivo aequali utrinque adnatis. Ovaria 3 axi inter se coalita, caeterum distincta, pilis magnis horrida, dorso in alam producto ovato-compressa, infra ipsam introrsum stylifera, stylis longis divergentibus vel etiam patentibus, saepe flexuosis, inferne villosis, in stigma vix latius truncatum desinentibus. Fructus non suppetit. — Crescit prope Angolam.

11. A. **GALPHIMIAEFOLIUS** Adr. Juss. l. c. 491. — Foliis oppositis brevibus ovatis mucronatis, subtus glaucescentibus et laxe piliferis, petiolo infra ad apicem biglanduloso; umbellis quadrifloris, ramos et plerisque ramulos laterales terminantibus; ovario et fructu tristylo. ♁ ⌒ — Rami tomento brevi rufescentes aut serius quasi pulverulenti, ramulis divaricatis. Folia opposita aut subopposita ovata (lin. 18-9 longa, 7-4 lata) mucronata, supra virentia, subtus glaucescentia cum fusco nervorum reticulo, cui, ut et margini, affiguntur pili adpressi setiformes biacerosi laxe dispersi, petiolo lin. 4-2 longo tomentoso, infra apicem biglanduloso, glandulis pedicellatis. Umbellae ramos ramulosque laterales breves, apice diphyllos terminantes quadriflorae, pedunculis floriferis (lin. 4-3 longis) tomentoso-sericeis, basi bracteatis bractea breviori ovata, apice bibracteolato articulatis cum pedicello paullo breviori crassiorique concolori. Calycinae laciniae obovatae (lin. 2 longae), extrorsum sericeo-pubescentes quincunciatae persistentes et sub fructu paullisper ampliatae. Petala calyce longiora, brevissime unguiculata, limbo suborbiculari undulato crenulato flabellato-venoso, cellulis ad medium majoribus pellucido glabro. Stamina calyce breviora, filamentis superne filiformibus, inferne dilatatis et basi coalitis, antheris ovatis glabris, loculis connectivo discolori rubenti dorso adnatis. Ovaria 3 axi coalita hirsuta, sub apice in gibbum producto stylifera, stylis longis inaequalibus, a basi ad apicem stigmate discoideo terminatum attenuatis glabris divergentibus. Samarae 3, receptaculo pyramidali aucto applicitae oblongae, lateribus pilis adpressis rufescentes, supra et extrorsum in alam puberulam productae (lin. 5 longam et 2½ latam), margine utroque sed imprimis postico paullo tenuiori curvilineam. Semen ovato-acuminatum, nondum perfecte maturum suppetens. — Crescit in Africa australi prope „Delagoa-bay."

12. A. **PRURIENS** Adr. Juss. l. c. 492. — Foliis oppositis brevibus ovatis mucronatis, subtus argenteo-sericeis, petiolo supra medium biglanduloso; umbellis terminalibus ternatis quadrifloris; ovario et fructu tristylo. ♁ — Rami tomento brevi cinerei. Folia opposita ovata (poll. 1½-1 longa, ¾-½ lata), apice truncato mucronata, subtus et in margine tomento sericeo argentea, petiolo (lin. 2-4 longo) argenteo canaliculato, supra medium biglanduloso, glandulis prominentibus. Umbellae terminales, vulgo ternatae, pedunculi diversorum ordinum sericei, floriferi sesquilineares, basi bracteati bractea subulata subaequali, apice bibracteolati, bracteolis brevioribus, et cum pedicello duplo longiori articulati. Calycinae laciniae ovatae (lin. 2 longae) extrorsum sericeo-pubescentes quincunciales persistentes et sub fructu paullisper ampliatae. Petala calyce longiora, breviter unguiculata, limbo suborbiculari undulato et ad marginem subsinuato flabellato-venoso, ad medium cellulis pellucidis crebris punctato glabro. Staminum filamenta calyce breviora, inferne complanata basique coalita glabra, antherae crassae ovatae glabrae, loculis introrsum distinctis, extrorsum connectivo discolori rubente, caeterum cum ipsis confuso, conjunctis. Ovaria 3 axi excepto distincta, longe hirsuta, sub apice gibboso introrsum stylifera, stylis longis inaequalibus, a basi ad apicem stigmate capitellato terminatum attenuatis glabris, primo declinatis, serius divergentibus et varie flexuosis. Samarae 3 sericeo-pubentes, facie interna plana receptaculo applicitae, lateralibus inflatae, ala extrorsum ascendente, stylum superante (lin. 5 longa et 2½ lata), lateribus fere parallelis vixque

curvis, postico tenuiori. Semen ovato-acuminatum, nondum perfecte maturum suppetens. — Crescit in Africa australi.

† *Species non satis nota.*

13. A.? ARGYROPHYLLUS Adr. Juss. l. c. 493. — Foliis oppositis brevibus obovatis, subtus sericeo-argenteis, petiolo eglanduloso; corymbis simplicibus terminalibus multifloris; floribus dioicis? vel polygamis? ♀ — Rami juniores tomento rufo sericei, adulti glabrati, lenticellis crebris scabri. Folia opposita, pleraque obovata (lin. 14–9 longa, 8–4 lata), apice acuta vel saepius obtusa et etiam emarginata, juniora utrinque pube sericea obsita, serius supra partim detersa, subtus densiori persistente argentea, petiolo lin. 2 longo sericeo. Umbellae terminales multiflorae (an serius axi elongato racemi?), pedicelli lin. 5 longi sessiles albido-argentei, bracteae bracteolaeque lineari-ellipticae. Calycinae laciniae fere distinctae ellipticae lineares, margine scariosae et pilis adpressis obsitae, medio inflatae et glabrae. Petala calyce triplo longiora, breviter unguiculata, limbo basi cuneato, caeterum ovato obovatove, integra glabra. Stamina 10 petalis subaequalia glaberrima, filamentis lineari-complanatis, inferne coalitis, apice attenuatis, antheris complanato-ovatis. In floribus observatis pistilli rudimentum nullum. — Crescit in Madagascaria.

§. III. PLEUROPTERYGIEAE seu HIRÆEAE Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 493.

Stamina omnia fertilia (in genere unico 8 anantherа). Styli tres liberi, rarius duorum abortu unicus. Fructus solubilis in samaras toro pyramidali brevi oblique accumbentes, in quibus alae laterales, utrinque unica vel rarissime gemina, aequales aut saepius majores, dorsali vulgo cristaeformi aut etiam nulla, quae non raro inter se confluentes,nunc saepius multipartitae (unde carpellum alis 1-2-3-4-5-6-7 quasi marginatum). Caulis arborescens aut frutescens, plerumque scandens.

XXIV. TRISTELLATEIA *Pet. Thouars.*

(Pet. Thouars, Gener. plant. Madagascar. 14. no. 47. — Adr. Juss. Archives du Mus. III. 494. t. 16.)

Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala calyce longiora unguiculata sagittato-ovata integerrima, extrorsum carinato-angulata glabra. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis ima basi coalitis rigidis introflexis, apice truncato articulatis, quinque longioribus crassioribusque oppositipetalis, antheris oblongo-linearibus acutis glabris. Stylus unicus obvius, cum staminibus vulgo declinatus, ultra stamina exsertus, stigmate truncatulo minuto terminatus et duo vix conspicui ad papillam reducti. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, singula dorso multi-appendiculata. Samarae 3, singulae dorso multialatae, alis angustis, aliis secundum lineam dorsalem mediam cristatim uniseriatis, aliis longioribus marginalibus inque stellam 4- vulgo 7-radiatim cristae circumpositam verticillatis. — Frutices Madagascarienses, rarius Oceanici scandentes: foliis oppositis vel quaternatim verticillatis integerrimis, petiolis ad apicem biglandulosis, basi brevissime bistipulatis. Racemi terminales et laterales, abortu summorum foliorum non raro compositi; pedunculi floriferi erecti, basi bracteati, apice cum pedicello longiori articulati, ibidem aut infra bibracteolati, bracteolis setaceis oppositis vel alternis. Flores lutei.

1. TR. AUSTRALASICA A. Rich. Voyage de l'Astrolabe. Botanique II. 38. t. 15. — Foliis oppositis oblongo-ovalibus integris glabris petiolatis; floribus luteis racemosis parvulis; carpellorum alis inaequalibus stellatis. ♄ — Ramuli teretes glabri, cortice nigricante subverrucosi. Folia opposita simplicia petiolata exsti-

pulata oblongo-ovalia subcordiformia acuminata integerrima glabra subcoriacea penninervia, nervis distantibus alternis, reticulato-venosa, 4-5-uncialia, 2 uncias lata, petiolo unciali semitereti, superne subcanaliculato. Flores lutei subracemosi pedunculati, pedunculis simplicibus oppositis uncialibus, basi bracteatis et infra mediam partem articulatis, bracteolis linearibus brevibus acutis; racemus saepius terminalis, rarius axillaris foliis brevior simpliciusculus. Calyx gamosepalus quinquepartitus viridis persistens, laciniis erectis ovali-oblongis non accrescentibus. Corolla pentapetala patens calyce multo longior, petalis aequalibus ovalibus, apice obtuissimis, basi in unguem attenuatis, cum calycis laciniis alternantibus. Stamina 10 hypogyna circa discum subcarnosum annularem inserta erecta, calyce longiora, petalis multo breviora, filamenta basi dilatata et inter se ima basi subcohaerentia subulata persistentia et rigidula, anthera elapsa quasi truncata subdilatata, antherae oblongo-lineares obtusiusculae, ima basi affixae introrsae biloculares. Discus hypogynus annularis viridis parum prominulus circa quem inserta sunt stamina petalaque. Ovarium disco hypogyno impositum sessile subglobosum obsolete obtuseque triquetrum, superne in stylum basi subtriangularem desinens dense villosum brevissimeque squamuloso-verrucosum, triloculare, loculis parvulis uniovulatis, ovulo parte laterali non ab apice suspenso oblongo, apice libero acuto. Stylus basi latior cum apice ovarii continuus subtriqueter, staminibus longior gracilis glaber, stigmate trilobo minimo terminatus. Fructus tricoccus basi calyce persistente non aucto filamentisque persistentibus cinctus, coccis facie interna coalitis, ambitu discretis in lacinias octo membranaceas stellatim dispositas patentes, apice inaequaliter obtuso, planis, parte inferiore convexis, cocci indehiscentes monospermi. Semen appensum apice libero acutum, basi lata obtusissimum. Epispermium membranaceum. Embryo epispermicus homotropus inversus, lateraliter duplicatus, radicula superior gracilis acuta, cotyledones oblongae obtusae duplicato-ascendentes inaequales crassae. — *Tr. Novaeguineensis* Blume mss. — Fructus semel tetramerus observatus est. — Crescit in Nova Guinea, loco dicto „Port Dorey".

2. TR. MADAGASCARIENSIS Poir. Encycl. méth. Suppl. V. 367. — DC. Prodr. I. 583. — Frutex volubilis: foliis inferioribus quaternatim verticillatis, superioribus oppositis basi glandulosis integris; floribus racemosis luteis. ♁⌒ — *Zymum*..... Aub. Pet. Thouars, Veget. II. Afric. XXIII. — *Zymum Madagascariense* Spr. — Crescit in Madagascaria.

3. TR. HETEROPHYLLA Adr. Juss. l. c. 495. — Foliis lanceolato-ovatis glaberrimis, inferioribus quaternatim verticillatis, acute acuminatis rigidis, superioribus suboppositis tenuibus; pedunculis supra medium bibracteolatis; filamentis exsertis; samarae alis marginalibus in coronam heptapteram dispositis. ♁⌣ — Rami glabri laevesque glauco-virentes, in quibus folia inferiora quaternatim verticillata ovata (poll. 2-1½ longa, lin. 8-10 lata), basi acuta, apice breviter et acute acuminata glauco-virentia glaberrima, subtus margine revoluto et juxta basin glandulis 2 impressa, admodum rigida, petiolo lin. 4 longo, superiora opposita subopposita ve, latius obovata absque acumine, intensius virentia tenuiora. Racemi terminales, pedunculi diversorum ordinum glabri, floriferi (lin. 2 longi) basi bracteati, supra medium bibracteolati, bractea bracteolisque subulatis, his brevissimis, cum pedicello duplo et ultra longiori articulati. Calycinae laciniae anguste ovatae lineares, apice pilis nonnullis ciliatae, caeterum glabrae. Petala calyce quintuplo longiora. Staminum filamenta calycem duplo triplove superantia oppositipetala graciliora brevioraque, antherae connectivo carinatim prominente. Ovaria in unum pilis albis hirsutum coalita, singula dorso extrorsum appendiculis 7 auriculaeformibus in circulum dispositis coronata, e quibus stella heptaptera in fructu (non suppetente) praenuncianda. — Proxima *Tr. Madagascariensi*, cujus folia inferiora similiter quaternatim verticillata, sed diversa eorundem figura et natura. Quibus notis aliae nonnullae differentiales addendae, ut cristae in ovario inconspicuae absentia vel exiguitas, quae facile in *Madagascariensi* serrata agnoscitur. — Crescit in Madagascaria.

4. **TR. MONTANA** Adr. Juss. l. c. 496. — Foliis obovatis, brevissime acuminatis glaberrimis, utrinque virentibus; pedunculis ad apicem bibracteolatis; filamentis exsertis; samarae alis marginalibus in stellam 7-radiatam dispositis, crista integra. ♄∪ — Rami glabri copia lenticellarum conspersi, juniores sublaeves virentes, adulti pallide rubentes scabri. Folia opposita vel subopposita obovata (poll. 2–1½ longa, 1–⅔ lata), brevissime acuminata glaberrima, utrinque virentia nervisque rubellis vix prominulis reticulata, margine subtus revoluto et juxta basin biglanduloso, petiolo lineas 3 longo. Racemi terminales tripollicares, pedunculi diversorum ordinum glaberrimi virentes, floriferi lineas 2–1½ longi, basi breviter bracteati et brevius apice vel paullulum infra apicem bibracteolati, bractea bracteolisque subulatis, articulati cum pedicello semipollicari crassiori. Calycinae laciniae semiellipticae sesquilineares glaberrimae. Petala calyce quinquies longiora. Staminum filamenta oppositipetala vix calyce longiora gracillima, alterna multo longiora crassioraque, antherae connectivo extrorsum subcarinatae. Ovaria in unum coalita pilis albidis hirsutum, singula dorso medio cristata et appendiculis 7 auriculaeformibus coronata. Styli non raro duo explicantur (inaequales tamen). Carpella 3, non aut vix puberula, receptaculo pyramidali acute trigono, facie interna triangulari adnexa, lateralibus libera, dorsali 7-alata, alis stellatim verticillatis subspathulatis, lin. 4 longis, medio cristata, crista integra semicirculari, infra cum ala inferiore continuata, supra breviter exserta, inter alas marginales et cristam nervis transversis reticulata. Semen subrotundo-acuminatum. — Crescit in Madagascariae monte Ramassina.

5. **TR. BERNIERANA** Adr. Juss. l. c. 497. — Follis ovatis glabris, subtus pulverulento-discoloribus basique biglandulosis; pedunculis sub apice opposite bibracteolatis; filamentis exsertis; samarae alis marginalibus in stellam 7-radiatam dispositis. ♄∪ — Rami juniores pube adpressa brevi canescentes, adulti glabrati rubelli. Folia opposita ovata (pollicem et ultra longa, ¾–½ poll. lata), apice obtusa vel acuta, juniora pilis raris conspersa, adulta glabrata, supra viridia, subtus discoloria veluti pulvere glaucescente illita, nervis prominulis reticulata basique ima biglandulosa, petiolo lineas 2–3 longo, supra canaliculato canescente. Racemi in ramulis lateralibus terminales uni-sesquipollicares pauciflori, pedunculis pube brevi adpressa sericeis, floriferi lineam minusve longi, sub apice bibracteolati, bracteolis oppositis minimis, eodem cum pedicello sexies longiori articulatis. Calycinae laciniae lineares ovatae, extrorsum puberulae, punctulis glandulosis prominentibus basi ipsorum plerumque interpositis. Petala calyce sexies longiora, stamina breviora, supra calycem duplo exserta. Ovaria hirsuta, singula dorso 7-appendiculata, appendiculis in coronam conniventibus. Fructus non suppetit, cujus tamen stella 7-radiata ex ovario praenuncianda. — Crescit in Madagascaria.

6. **TR. BOJERIANA** Adr. Juss. l. c. 498. — Foliis cordatis, subtus puberulis glabratisve; pedunculis apice opposite bibracteolatis; filamentis subexsertis; samarae alis marginalibus in stellam 7-radiatam dispositis, crista multipartita. ♄∪? — Rami flexuosi, juniores cinerei vel pube brevi fulva conspersi, adulti rubentes, lenticellis discoloribus tuberculati. Folia cordata (poll. 3 longa, 2½ lata), supra glabra, subtus pilis raris (minus in junioribus) flavidis pubentia vel fere glabrata et reticulato-venosa, petiolo contorto (lin. 8–10 longo), apice biglanduloso. Racemi terminales et ad folia summa imminuta inque bracteas transeuntia axillares nec raro geminati sicque paniculam magnam foliosam terminalem componentes, pedunculi fulvo-puberuli, floriferi lineares, apice bibracteolati, pedicelli semipollicares. Laciniae calycinae ovatae (lin. 2 longae) extrorsum fulvo-pubentes. Petala calyce triplo longiora. Filamenta breviora vix calycem aequantia. Ovaria lateribus 7-appendiculata. Fructus conflatus e carpellis 3 receptaculo pyramidali trigono applicatis, facie interna angulata cum hoc et inter se cohaerentibus, externa tomentosis et superne multiappendiculatis, appendiculae 7 majores alaeformes subspathulatae, vix semipollicares, tres utrinque laterales, septima in

linea media inferior (ut in omnibus praecedentibus), omnes stellatim dorsum carpelli coronantes, caeterae corona praecedentium inclusae, multo minores tuberculi- vel aculeiformes, trifariam dispositae. Semen globoso-acuminatum, antice subemarginatum ibidemque chalaza notatum et supra oblique appensum, integumento duplici utroque membranaceo. — *Banisteria tristellocarpa* Bojer mss. — Crescit in Madagascaria.

7. TR. COCCULIFOLIA Adr. Juss. l. c. 499. — Foliis suborbiculatis, basi cordatis, apice subemarginato apiculatis, subtus villoso-albidis; pedunculis apice opposite bibracteolatis; filamentis calyci vix aequalibus; samarae alis marginalibus in stellam 6-radiatam dispositis. ♁◡ — Rami pube brevi albicantes et lenticellarum discolorium copia scabriusculi. Folia suborbiculata (poll. 2½–1½ longa et fere lata), basi cordata, saepe apice subemarginata cum acumine medio brevissimo, supra puberula vel glabrato-rugosa, subtus villosa albida reticulataque venosa coriacea, petiolo lin. 6-3 longo albido, juxta apicem biglanduloso. Racemi in ramulis terminalibus et lateralibus terminales et ad summa folia axillares, eorum abortu saepe compositi, 1½-2-pollicares, pedunculi albido-pubescentes, floriferi lin. 1½–1 longi erecti, apice bibracteolati et cum pedicello duplo longiori articulati. Laciniae calycinae (lin. 2 longae) ovatae, extrorsum puberulo-sericeae, quibus basi saepe punctula glandulosa prominentia interponuntur vix sub pube conspicua. Petala calyce duplo longiora, breviter unguiculata. Filamentorum longiorum tria calyci vix aequalia duoque majora. Ovaria dense birsuta, singula dorso multiappendiculata, appendiculis 6 majoribus auriculaeformibus, caeteras minores in cristam dispositas coronae instar circumdantibus. Fructus non suppetit, cujus tamen stella sexradiata ex ovario certo praenuncianda. — Crescit in Madagascaria.

8. TR. DULCAMARA Adr. Juss. l. c. 500. — Foliis ovatis acuminatis glabris; pedunculis infra apicem alterne bibracteolatis; filamentis exsertis; samarae alis marginalibus in stellam quadriradiatam dispositis, crista lacera. ♁◡ — Rami juniores pube adpressa rara conspersi, adulti glabrati, lenticellis prominentibus. Folia ovata (poll. 2½–1½ longa, lin. 18–10 lata) acuminata, juniora pilis breviter adpressis raris conspersa, adulta glabra, subtus reticulato-venosa, petiolo semipollicari, supra canaliculato, juxta apicem biglanduloso. Racemi in ramulis lateralibus terminales et axillares, foliorum summorum abbreviatione saepe quasi compositi 2-3-pollicares, pedunculis pube brevi adpressa conspersis, floriferis lin. 2-1½ longis bracteatis, bractea fere aequali lineari-acuminata citissime decidua, infra apicem alterne et brevissime bibracteolatis, apice cum pedicello 2-3-plo longiori articulatis. Calycinae laciniae sesquilineares ovatae, extrorsum adpresse puberulae. Petala calyce triplo longiora. Filamenta supra calycem omnia magis minusve exserta. Ovaria birsuta, singula dorso appendiculata, appendiculis 4 marginalibus. Fructus (nondum plane maturus) conflatus e carpellis 3 fere glabratis, dorso medio lacerato-cristatis et latere quadrialatis (fere ut in *Tetrapteryde*), alis spathulaeformibus, duabus superioribus paullo brevioribus angustioribusque. Endocarpium antice incrassatum intraque loculi cavitatem prominens inde reniformem, cui semen conforme. — Ab incolis appellatur „Majaie mame“ i. e. „Dulcamara“. — Crescit in Madagascaria boreali.

XXV. HIPTAGE *Grtnr.*

(Grtnr. De fructib. et seminib. plant. II. 169. t. 116. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 500. t. 16.)

Calyx quinquepartitus uniglandulosus, glandula magna laciniis duabus interposita partimque pedicello adnata. Petala calyce longiora unguiculata, limbo fimbriato, extrorsum sericeo-pubescentia inaequalia reflexa. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis ima basi connatis, decimum caeteris multo longius crassiusque. Stylus unicus conspicuus longus, in praefloratione circinnatus et in stigma capitellatum, serius acutum desinens et duo minus

conspicui ad rudimenta rostriformia reducti. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, singula dorso 3-4-appendiculata, appendiculis 1-2 mediis, 2 lateralibus. Samarae tres aut vulgo abortu pauciores, singulae trialatae, alis marginalibus duabus lateralibus, tertia superiori media praeterea dorso brevius cristatae, crista longitudinali, interdum subnulla. — Frutices Asiatici scandentes. Folia integerrima petiolata. Racemi terminales et axillares, abortu summorum foliorum nonnnumquam compositi, pedunculi erecti, basi bracteati, apice opposite vel paullisper infra apicem et alterne bibracteolati, cum pedicello articulati. Flores albi, petalo quinto discolori ad basin flavescente, vulgo fragrantes.

1. H. MADABLOTA Grtnr. l. c. — DC. Prodr. I. 583. — Adr. Juss. l. c. t. 16. — Foliis ovato-lanceolatis acuminatis; racemis terminalibus. ☽ — *Madablota* Sonner. Voy. Indic. II. t. 135. — *Molina racemosa* Cavan. Dissert. IX. 435. t. 263. — *Gaertnera racemosa* Rxb. Pl. of the coast of Coromand. I. 19. t. 18. — *Banisteria Benghalensis* Linn. — *Banisteria unicapsularis* Lam. — *Banisteria tetraptera* Sonnerat l. c. — *Calophyllum Akara* Burm. Indic. 121. — *Succowia fimbriata* Dennstaedt, Clavis ad Hort. Malab. — *Sida Pow* Rheede, Hort. Malab. VI. 105. t. 59. — Crescit in India orientali.
2. H. JAVANICA Blume, Bijdragen 224. — Adr. Juss. l. c. 502. — Foliis ovali-oblongis acuminatis, basi rotundatis aut acutis biglandulosis glabris; racemis axillaribus simplicibus; calyce uniglanduloso. ☽ — Differre videtur a praecedente floribus minoribus, fructus (immaturi) alis angustioribus et acutioribus cristaque subnulla, forsan affinior sequenti? — Crescit in Java insula.
3. H. (GAERTNERA Wall. Catal. no. 7365.) LAURIFOLIA Adr. Juss. l. c. 502. — Foliis late lanceolatis, oblique acuminatis tenuibus; floribus longe pedunculatis minoribus; staminibus lateris postici abbreviatis; samaris.....? ☽ ◡ — Rami juniores pilis adpressis puberuli, adulti glabrati, lenticellis magnis discoloribus verruculosi. Folia late lanceolata (poll. ½–3 longa, 1½–2 lata) oblique acuminata, glabra, subtus nervis subprominulis reticulata glandulisque minutis secundum marginem praesertim inferne notata, multo ac in praecedentibus tenuiora, breviter petiolata. Racemi axillares (an et terminales?), pedunculis puberulis, communi 4–5-pollicari, floriferis semipollicaribus, basi bractea subulata stipatis, infra apicem brevissime bibracteolatis, apice articulatis cum pedicello breviori. Flores ut in *Madablota* sed dimidio fere minores, calyce lin. 2 longo, petalis duplo longioribus. E staminibus quinque in parte floris extrorsum spectante, multo majora quinque sitis in parte introrsum spectante, id est glandulae calycinae respondente. — Crescit in Zeylania.
4. H. PARVIFOLIA Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 107. (excl. syn.) — Caulibus elongatis virgatis; foliis (parvulis) ellipticis obtusis vel brevissime obtuseque apiculatis; fructibus ala accessoria orbatis. ☽ ◡ — Crescit in Peninsula Indiae orientalis ad Courtallum.
5. H. (GAERTNERA Roxb. Catal. pl. hort. Calcutt. 32.) OBTUSIFOLIA DC. l. c. — Foliis obovatis obtusis submucronulatis; racemis terminalibus axillaribusque. ☽ ◡ — Folia (poll. 5–3 longa, 2½–1½ lata) subtus secus marginem glandulis minutis parumque conspicuis notata, racemi terminales et axillares 3–4-nati multiflori, flores dimidio minores ac in *Madablota*, petalis minus fimbriatis, staminibus magis ab exteriori ad interiora (glandulae anteposita) ut in sequenti decrescentibus, stylorum rudimentis minus conspicuis. Embryo flavescens, cotyledonibus inaequalibus, interdum divisis. — Crescit in China.
6. H. ACUMINATA Wall. Catal. 1065. — Adr. Juss. l. c. 503. — Foliis oblongis angustis, longissime acuminatis, subtus discoloribus rigidis; calycibus petalisque densius longiusque extrorsum pubescentibus; samaris.....? ☽ ◡ — Rami cortice scabro brunneo lenticellis discoloribus notato tecti. Folia oblonga poll. 6–2½ longa, lin. 16–8 lata, basi obtusa vel subacuta, in acumen longissimum desinentia, glaberrima et utrinque venoso-reticulata, supra lucido-virentia, subtus brunnea

et secus marginem revolutum scutellis nonnullis glandulosis inferne impressa, nervo medio admodum prominente, rigida, petiolo crasso lin. 2 longo, stipulis brevissimis subulatis deciduis. Flores in speciminibus suppetentibus seorsim (videntur racemosim conferti), bracteolis linearibus sesquilinearibus, novellarum et pedunculorum instar toti extrorsum pube densiori longiorique, tum in calyce, tum in corolla, sordide et obscure fulvi, minores ac in *H. Madablota*, petalis minus fimbriatis, glandula calycina lineari, minus aut vix conspicua. Stamina quinque oppositipetala decimo multo minora, sed quatuor reliquis illis, quae laciniis calycinis opposita sunt, paullo majora, praesertim duo laciniae maximae utrinque proxima. Pistillum generis, dense hirsutum. Fructus non suppetebat. — Crescit in India orientali.

Adnotatio. HIRAEA RECLINATA Blanco, Flora de Filipinas p. 378. hujus generis esse videtur.

XXVI. TRIASPIS *Burchell.*

(Burchell, Trav. in. South Afric. II. 280. Icon. p. 290. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 504. t. 17.)

Calyx brevis quinquepartitus eglandulosus. Petala calyce longiora unguiculata, vulgo fimbriata. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis inaequalibus, basi inter se cumque stipite ovarii coalitis, antheris glabris. Styli 3 glabri longi graciles flexuoso-patentes, apice acuto complanati et subdilatati in lingulam subtus stigmatiferam. Ovaria 3, singula dorso ala ovata marginata, in unum inde hexapterum, trisinuatum pilosum breviter stipitatum coalita. Fructus conflatus e samaris 3 (aut abortu paucioribus) margine alatis ala scutiformi, apice saepius interrupta, medio dorso vulgo cristatis. — Frutices saepius scandentes Africani: foliis oppositis vel rarius subalternis integris glabris vel pilosis petiolatis exstipulatis. Racemi vel corymbi axillares pauciflori, aut terminales et summorum foliorum abortu paniculam plurifloram componentes; pedunculi floriferi breves, basi breviter bracteati, infra vel supra medium (nec apice) bibracteolati, bracteolis alternis vel oppositis, apice cum pedicello longiori articulati. Flores rosei vel albi.

Genus medium inter *Aspidopterydem* et *Hiraeam*, ab utraque diversum petalis saepius fimbriatis, stylorum longitudine nec non fabrica stigmatum, a priori alae plerumque emarginatae et embryonis curvati figura, a posteriori calyce brevi semper eglanduloso, inflorescentia plerumque et semper pedunculis floriferis infra, nec ad apicem bibracteolatis. — Styli in praefloratione apice uncinatim recurvi. Stigmata glandulaeformia faciem stylaris apicis in unco interiorem vestientia.

* *Caulis fruticosus. Alae integrae. Flores inodori.*

1. TR. (HIRAEA Burch. Cat. geogr. 2486 et 2531. — DC. Prodr. I. 585. no. 4.) HYPERICOIDES Burch. Trav. in South Africa II. 280. Icon. p. 290. — Adr. Juss. l. c. 505. t. 17. — Foliis linearibus utrinque glabris; fructuum alis rotundatis semiorbiculatis. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei.

** *Caulis scandens. Alae emarginatae. Flores odorati. — (An generis distincti?)*

2. TR. MOZAMBICA Adr. Juss. l. c. 505. t. 17. — Foliis ovatis mucronatis glabris, petiolo basi biglanduloso; paniculis trifidis vix folium aequantibus; samaris glabris cristatis, ala suborbiculari, supra bifida. ♁ ᴗ — Rami videntur flexiles, juniores tomento ferrugineo conspersi, adulti glabrati. Folia (quae paucissima in specimine unico suppetunt) ovata (poll. 2–1½ longa, 1¼–1 lata) mucronulata glabra, maculis 2 glandulosis subtus notata, petiolata, petiolo (lin. 6–4 longo) ad basin utrinque glandula (stipula?) instructo. Paniculae ramulos laterales terminantes et inde ipsae axillares, pedunculo (ramulo) communi folium non aequante, ad apicem vulgo trifido triplicemque corymbulum gerente, floriferis lin. 1½ longis filiformibus rufo-tomentosis, infra apicem bibracteolatis, cum pedicello simili

paullo longiori articulatis. Calycinae laciniae ovatae vix lineares, ad basin in praefloratione quincunciatae. Petala calyce duplo longiora, vix unguiculata concava, ad basin sagittata tantumque ibidem pectinato-fimbriata, caeterum integra aut vix conspicue denticulata, quintum in praefloratione interius majus totoque ambitu ciliato-fimbriatum. Stamina petalis paullo breviora, antheris cordato-ovatis luteis cum connectivo dorsali rubente. Ovaria pilis longis adpressis albis villosa. Styli et stigmata generis. Samarae glabratae, dorso breviter cristatae, crista ab apice ad basin dilatata, ala marginatae suborbiculari, diametro lin. 9–11, vix ad basin sed ad apicem altius emarginata, membranacea, nervis radiantibus reticulata. Semen oblongo-ovatum acutum, cavitate plicata embryonem conformem includente. — Crescit in Africa intratropica ad Mozambique.

3. TR. (HIRAEA Willd. Spec. pl. II. 743. — DC. Prodr. I. 585. no. 2. — TRIOPTERIS Poir. Encycl. méth. 1828. p. 243.) ODORATA Adr. Juss. in Deless. Icon. pl. rar. III. 22. t. 36. — Foliis ovatis acutis, superne glabris, subtus tomentosis. ♁◡ — (Folia integra aut vix tenuissime serrulato-denticulata, petalorum 3 integerrima, 2 majora fimbriata; glandula subglobosa sessilis nitida ad basin filamenti, semina arillo bialato cincta, alis semicircularibus, carpella margine bialata. Pedunculi floriferi juxta medium bibracteolati, apice articulati. Styli longiores ac in praecedente patentes et flexuosi, litteram S transversam figurantes.) — Crescit in Guinea.

4. TR. FLABELLARIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 507. t. 17. — Foliis ovatis obovatisve, subtus sericeo-argenteis, petiolo multiglanduloso; paniculis trifidis vix folium aequantibus; samaris puberulis cristatis, ala suborbiculari, supra bipartita. ♁◠ — Rami juniores tomentoso-sericei, adulti fere glabrati aut pube partim excussa tantum subpulverulenti, angulati, lenticellis discoloribus notati. Folia opposita ovata vel obovata (poll. 4–2½ longa, 2⅛–1¼ lata), apice obtusa vel subacuta adjecto interdum acumine brevi, supra glabra virentiaque, subtus tomento denso sericeo argentea, nervis medio primariisque prominentibus, mollia, petiolo ¾–½-pollicari tomentoso, supra canaliculato et glandulis pluribus minutis fuscis notato, pulvino insidentia crassissimo glabro prominenti persistenti. Corymbi terminales saepe summorum foliorum in bracteas transeuntium obortu paniculati vel ramulos laterales aphyllos terminantes et inde ipsi axillares, tunc pedunculo (ramulo) communi folium non aequante, ad apicem vulgo trifido, ibidem folia 2 bracteaeformia et triplicem corymbulum gerente, caeterum nudo, tomento sericeo rufescente, floriferis (lin. ⅓ longis) basi bracteatis et latere utroque bracteolatis, apice articulatis cum pedicello quinquies longiori sericeo-argenteo. Calycinae laciniae lanceolato-lineares (lin. 2 longae) in praefloratione subvalvatae, in anthesi reflexae et inferne diu varie cohaerentes, extrorsum sericeo-argenteae, introrsum glabrae. Petala calyce vix longiora anguste obovata, basi in unguem sensim angustata integra, superne undulata glabra alba suaveolentia. Stamina calycem non aequantia, filamentis filiformibus ima tantum basi dilatatis et coalitis, antheris ovatis luteis cum connectivo dorsali rubente. Ovaria in unum dense hirsutum depresso-ovoideum axi coalita. Styli glabri exserti, introrsum arcuati, praesertim apice fere convoluto subdilatato et subtus stigmatifero. Samarae puberulae, dorso breviter cristatae, crista subsemicirculari, ala marginatae membranacea subsinuata, supra bipartita, infra tantum submarginata, transverse pollicem excedente, verticaliter non attingente, nervis radiantibus reticulata. Semen depresso-ovoideum, apice apiculatum, funiculo sublaterali longiusculo latoque oblique ascendenti appensum, integumento duplici membranaceo, exteriori chalaza lata partim atrato, caeterum rubente, interiori albo. Embryo cotyledonibus ovatis, infra convoluto-plicatis, radicula brevi exserta conoidea, plumula minima biloba. — *Flabellaria paniculata* Cavanilles, Dissert. IX. 436. t. 264. (exclusis foliis ad *Pterocarpum* quendam pertinentibus.) — *Hiraea (Trioptéris* Poir.) *pinnata* Willd. (quoad folia ad *Pterocarpum* pertinent.) — Crescit in Africa subtropica occidentali.

XXVII. ASPIDOPTERYS *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 508. t. 17.)

Calyx brevis quinquepartitus eglandulosus. Petala calyce longiora integra exunguiculata. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis filiformibus distinctis vel ima basi coalitis, antheris ovatis glabris. Styli 3 subaequales stamina superantes glabri, singuli stigmate capitellato vulgo virenti terminati. Ovaria tria, singula dorso ala ovata marginata, in unum coalita, inde hexapterum trisinuatum glabrum vel pilosum. Samarae 3, margine alatae ala scutiformi ovata orbiculatave, interdum medio extrorsum brevius cristatae. Embryo rectus. — Frutices Asiatici scandentes: foliis integerrimis glabris vel pilosis eglandulosis exstipulatis. Paniculae axillares vel supremorum foliorum abortu terminales e racemulis vel saepius umbellulis compositae, pedunculi floriferi basi breviter bracteati, brevius ibidem aut supra basin (nec apice) bibracteolati, apice articulati cum pedicello vulgo longiori gracilique. Flores parvi albi vel flavescentes inodori.

1. A. (HIRAEA Blume, Bijdragen 225.) ELLIPTICA Adr. Juss. l. c. 509. — Foliis ovalibus, obtuse acuminatis, utrinque glabris coriaceis; pedunculis subumbellatis, juxta medium bibracteolatis; ovario glabro; samaris suborbiculatis, dorso cristatis. ♄∪ — Pedunculi floriferi lin. 3–4 longi, infra vel supra medium bibracteolati, bracteolis brevissimis subulatis alternis, samarae suborbiculatae vel potius latissime ovatae, alae diametro verticali bipollicari, transverso paullo minori, crista dorsali lin. 6–7 longa, vix 2 lata, nervis radiantibus reticulatae glaberrimae et lucidae. — Crescit in insula Java.

2. A. (HIRAEA Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 13. et Catal. 1061.) CONCAVA Adr. Juss. l. c. 509. — Foliis ovato-lanceolatis, inferne plicatis glaberrimis coriaceis; pedunculis racemosis, supra medium bibracteolatis; ovario.....?; samaris suborbiculatis, dorso cristatis. ♄∪ — Rami glabrati virgati. Folia oblique ovato-lanceolata (poll. 4–3 longa, 2–1½ lata) marginata, inferne juxta nervum medium plicata (viva, ut videtur, concava) glaberrima, punctulis creberrimis minutissimis (lentis ope conspiciendis) supra foveolatis, subtus squamuloideis obsita, reticulato-venosa coriacea petiolata, petiolo semipollicari, ad insertionem latere utroque incrassato. Racemi axillares foliis subaequales vel paniculam componentes terminalem longiorem, non raro geminati, inferne nudi, ad apicem dense floribundi, pedunculi glabrati, primarii hirtelli, floriferi lin. 3–2 longi, basi bracteati, supra medium subopposite bibracteolati, bracteis bracteolisque basi gibboso-incrassatis acutis hirtellis. Flores tantum juniores suppetunt, calycis puberuli laciniis subrotundis quincunciatis, petalis glabris. Samarae suborbiculatae, dorso cristatae. — An a praecedente satis distincta? — Huic quoque affinis videtur *Hiraea mergiensis* Wght. Illust. of Ind. bot. p. 139., alis orbicularibus, paniculis diffusis glabris paucifloris, pedicellis longiusculis gracilibus, caeterum non satis nota; an species propria? — Crescit in India orientali.

3. A. (HIRAEA Wall. Catal. 7264.) OXYPHYLLA Adr. Juss. l. c. 510. — Foliis oblongo-ovatis, longe acuminatis glabris tuberculiformibus stipulatis; pedunculis supra basin bibracteolatis; ovario glabro; samaris.....? ♄∪ — Rami virgati glabrati, juniores puberuli. Folia oblongo-ovata, in acumen acutissimum longiusculum apice sensim angustata (poll. 4–3 longa, 1½–1 lata) glabra (juniora tamen subtus pilis, qui in nervis persistunt, rarissimis conspersa), inferne vix plicata petiolata, petiolo semipollicari gracili puberulo bistipulato, stipulis brevissimis semiovatis truncatisve discoloribus crassis et tuberculiformibus. Paniculae axillares foliis fere aequales vel terminales majores, e corymbulis pedunculos tertii quartive ordinis terminantibus 4–6-floris compositae, pedunculi subcomplanati, pube adpressa sericei, floriferi basi brevissime bracteati, medio vel infra medium bibracteolati lineares, pedicello duplo longiori glabello. Calyx brevissimus (vix lin. ¼ longus) laciniis obtusis ciliolatis. Petala calyce sextuplo longiora obovata reflexa

glaberrima. Stamina ut in caeteris. Ovarium glaberrimum. Stigmata virentia. Fructus non suppetit. — Crescit in India orientali.

4. A. ROXBURGHIANA Adr. Juss. l. c. 511. — Foliis late ovatis breviter acuminatis glabris; pedunculis juxta medium bibracteolatis; ovario hirsuto; samaris oblongo-ellipticis ecristatis. ♄◡ - Stigmata non virent. — *Hiraea Triopteris* Willd. — Rxb. Coromand. II. 32. t. 160.) *Indica* Rxb. Flor. Indic. II. 247. — Wall. Catal. 1057. — Crescit in India orientali.

5. A. (HIRAEA Wall. Catal. 6626. GLABRIUSCULA Adr. Juss. l. c. 511. — Foliis oblongo-ovatis obovatisve sensim acuminatis glaberrimis coriaceis; pedunculis basi bibracteolatis; ovario glabro; samaris.....? ♄◡ — Rami glabri vel pube brevi juniores ferruginei. Folia in acumen acutissimum sensim angustata (poll. 3½-2 longa, 1-¾ lata) glaberrima, supra punctulis minutissimis creberrimis foveolata, coriacea, petiolo lin. 3-4 longo glabro. Paniculae axillares, foliis breviores vel terminales 2½-pollicares et ultra, e corymbulis 4-8-floris vel racemulis densifloris compositae, pedunculi diversorum ordinum ferrugineo-hirtelli, floriferi lineares, basi bracteati bibracteolatique. Calyx laciniis semilinearibus obovatis ciliolatis. Petala calyce triplo longiora obovata glaberrima reflexa. Stamina ut in caeteris. Ovarium glaberrimum. Stigmata virentia. Fructus non suppetit. — Crescit in India orientali.

6. A. (HIRAEA Wall. Catal. 1059 et Plant. Asiat. rar. I. t. 13.) HIRSUTA Adr. Juss. l. c. 512. t. 17. — Foliis obovatis ovatisve, basi subcordatis, breviter acuminatis hirsutis (pilis simplicibus); pedunculis basi bibracteolatis; ovario glabro; samaris oblongo-obovatis ecristatis. ♄◡ — Crescit in India orientali intra fines regni Burmannici.

7. A. (HIRAEA Wall. Catal. 1058. et Plant. Asiat. rar. I. 13.) LANUGINOSA Adr. Juss. l. c. 512. — Foliis oblongo-ovatis, sensim acuminatis, subtus sericeo-pubescentibus; pedunculis basi bibracteolatis; ovario hispido; samaris ovatis ecristatis. ♄◡ — Rami flexuosi, adulti glabrati. Folia oblongo-ovata, in acumen acutum sensim angustata, supra glabrata foveolisque crebris minutis (ope lentis conspicuis), inter nervos reticulatos notata, subtus pilis adpressis sericeo-pubescentia aut fere lanuginosa discoloriaque, petiolo lin. 7-4 longo pubescente. Paniculae axillares foliis breviores vel terminales longiores, ex umbellulis racemulisve 2-8-floris compositae, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi vel pubescentes, floriferi basi bracteati et minutissime bibracteolati, vix lineam longi glabri, ut et pedicelli duplo longiores. Calyx laciniis semilinearibus subrotundis ciliolatis. Petala calyce quadruplo longiora obovata. Stamina filamentis glabris, basi in cupulam planam coalitis. Ovarium pilis adpressis magnis horridum. Stigmata virentia. Samarae ala ovata (poll. 1½-1 longa, 1-⅞ lata) non raro basi vel apice subemarginata, ad medium adpresse puberula, nervis radiantibus reticulata. Semen loculo conforme, id est oblongum teres vel potius ab apice ad basin attenuatum, radicula brevi conica, plumula vix conspicua, cotyledonibus juxtapositis aequalibus. — Crescit in India orientali.

8. A. (HIRAEA Heyne in Wall. Catal. 1060. et Plant. Asiat. rar. I. 13.) CORDATA Adr. Juss. l. c. 513. — Foliis cordiformibus, abrupte et longe acuminatis, subtus pubescentibus; pedunculis basi bibracteolatis; ovario villoso; samaris ovatis ecristatis. ♄◡∩ — Rami flexuosi, juniores pilis adpressis pubescentes vel tomentosi, adulti glabrati virentes. Folia cordiformia, longe et abrupte acuminata (poll. 6-3 longa, 4½-2 lata), supra glabrata, subtus pilis adpressis pubescentia, petiolo circiter pollicari pubescente vel glabrato. Flores albidi inodori. Paniculae axillares foliis longiores pyramidatae vel terminales longissimae, compositae e corymbulis racemulisve contractis multifloris, pedunculos secundi vel tertii ordinis (saepe geminatos ternatosve, ibidem bibracteatos) terminantibus. Pedunculi tomentosi, floriferi basi bibracteolati, bracteolis bracteaque linearibus acutis villosis, lin. 2 longi aut post anthesin duplo fere elongati, pedicello dimidio breviori. Calyx laciniis ovatis, vix linearibus. Petala calyce duplo et ultra longiora obovata.

Stamina filamentis basi dilatata in cupulam coalitis, caeterum filiformibus antherarumque pondere cernuis. Stigmata virentia. Ovarium villosum, serius samaris tribus ala ovata adpresse pubescente marginatis compositum. — In India orientali.

9. A. (HIRAEA Rxb. Flor. Indic. II. 448. — Wall. Plant. Asiat. rar. I. 13.) NUTANS Adr. Juss. l. c. 513. — Foliis ovatis acuminatis, subtus sericeo-lanatis mollibus; pedunculis basi bibracteolatis; ovario hispido; samaris ellipticis ecristatis. ♄∪ — Crescit in India orientali.

10. A. (HIRAEA Rxb. Hort. Benghal. appdx. p. 90. et Flor. Indic. II. 448.) ROTUNDIFOLIA Adr. Juss. l. c. 514. — Foliis orbicularibus, subtus villosis; paniculis axillaribus gracilibus villosis; samaris orbicularibus cum crista parva alaeformi dorsali. ♄∪ — Hac phrasi tantum nota est, inscripta in Wallich. Pl. Asiat. rar. I. p. 13. *Hiraea orbiculata* Roxb., quod nomen nusquam in Roxburghii citatis operibus reperitur. G. Don (Gen. syst. bot. and garden.) et *H. orbiculatam* Roxb. admittit Wallichium ut videtur secutus, et *H. rotundifoliam* ejusdem ex hort. Calcutt. catal., species ex eodem loco ortas, characteribus communibus tantum cognitas nec ullo distinctas, quas igitur confusione nescio qua subrepisse et unam eamdemque esse fere certo concludendum. — Crescit in India orientali.

11. A. (HIRAEA Blume, Bijdragen 225. — RYSSOPTERYS Blume mss.) TOMENTOSA Adr. Juss. l. c. 514. — (Hsskrl. Tijdschrift voor naturlijke Geschieden. X. I. p. 138.) — Foliis subrotundis, basi subcordatis, brevissime acuminatis, subtus tomentosis; pedunculis subumbellatis, juxta medium bibracteolatis; ovario glabro; samaris.....? ♄∪ — Quamvis fructus remaneat ignotus, habitu et inflorescentia huic generi potius quam *Ryssopterydi* adjungenda videtur, imo *A. rotundifoliae* valde affinis. — Crescit in insula Java.

XXVIII. TRIOPTERYS *Linn.*

(Linn. Gener. pl. 574. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 514. t. 18.)

Calyx quinquepartitus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo subintegro. Stamina 10, omnia fertilia, 5 alternis longiora, filamentis basi coalitis, antheris glabris. Styli 3 breves rigidi, apice oblique truncato stigmatiferi. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, singula dorso longitrorsum tricristata lobuloque infra cristam mediam appendiculata. Samarae 3 dorso trialatae, alis duabus lateralibus erectis cum tertia inferiori descendente in unam marginalem profunde trilobam confluentibus et praeterea medio brevius cristatae. — Frutices scandentes Antillani. Folia opposita glaberrima venosa lucidaque coriacea, brevissime petiolata eglandulosa. Racemi axillares et terminales, interdum inferne ramosi; pedunculis floriferis, basi bracteatis juxtaque bibracteolatis, apice cum pedicello longiori articulati. Flores caerulei vel violacei.

1. TR. JAMAICENSIS Linn. Spec. plant. 612. — DC. Prodr. I. 586. no. 5. — Adr. Juss. l. c. 515. — Foliis oblongis acuminatis venosis glabris, petiolis eglandulosis. ♄∪∩ — (Synonymia a Linnaeo edita exhibet *Dodonaeae* speciem. — *Tr. Jamaicensis* Blanco, Flor. Filipin. 379. pertinet ad *Hiptagen*, et *Tr. Jamaicensis* Nees et Mart. est *Heteropterys Wiedeana.)* — Rami volubiles, juniores ferrugineo-puberuli, adulti glabrati brunnei. Folia parva (lin. 12–6 longa, 6–3 lata) ovata obovatave, nunc elongata eademque saepe acuta (qualia observantur in herbarii Cliffortiani specimine), nunc breviora latioraque et obtusa, vulgo mucronulata, utrinque glaberrima laevia, nervis minute reticulatis nec prominulis, sub epidermide tamen facile solubili et minutissime supra areolata conspicuis, crassa utpote duplici strato (quod simplex in caeteris speciebus) conflata, petiolo lineam longo eglanduloso. Racemi axillares et terminales 2–1½-pollicares, interdum inferne ramosi, pedunculi ferruginei, floriferi vix lineam longi, bractea stipati subulata brevi, brevius et paullisper supra basin bibracteolati, cum pedicello paullo longiori concolori articulati. Flores parvi, calyce basi hirsuto, glandulis calycinis massulam resinosam inclusam post anthesin protrudentibus, staminibus glabris,

ovario dense hirsuto, fructibus (nondum omnino maturis) glabratis. — Habitus *Tetrapterydis buxifoliae*. An duplex e varia foliorum figura varietas? — Crescit in Antillis et in Bahama.

2. TR. OVATA Cavan. Dissert. IX. 431. t. 259. — DC. Prodr. I. 586. no. 2. — Adr. Juss. l. c. t. 18. — Foliis ovatis obtusiusculis subcordatis glabris; petiolis apice biglandulosis. ♃ — Folia magis minusve oblonga et acuminata, reticulo prominente semper eleganter venosa. — *Tr. Jamaicensis* Swrtz. Observ. bot. 183. (nec L.) — Crescit in Antillis insulis.
3. TR. RIGIDA Swrtz. Flor. Ind. occid. II. 859. — DC. l. c. no. 1. — (Adr. Juss. l. c. 516.) — Foliis subrotundis acuminatis marginatis lineatis coriaceis rigidis glaberrimis, petiolis eglandulosis. ♃ — *Tr. lucida* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 167. t. 451. — DC. l. c. no. 3. — *Tr. Havanensis* H. B. Kth. l. c. 167. — DC. l. c. no. 4. — Crescit in Antillis.

† *Species exclusae.*

TR. ACUMINATA Willd. = TETRAPTERYS MUCRONATA.
TR. ACUTIFOLIA W. = TETRAPTERYS ACUTIFOLIA.
TR. ARGENTEA Salzm. = BANISTERIA NUMMIFERA.
TR. BIFURCA Gaertn. = TETRAPTERYS INAEQUALIS.
TR. BRACHYPTERIS Mohl. = HIRAEA RIGIDA.
TR. BRASILIENSIS Poir. = BANISTERIA FERRUGINEA.
TR. BUXIFOLIA W. = TETRAPTERYS BUXIFOLIA.
TR. CITRIFOLIA Sw. = TETRAPTERYS INAEQUALIS.
TR. DISCOLOR F. W. Mey. = TETRAPTERYS DISCOLOR.
TR. FLORIBUNDA Billb. = TETRAPTERYS CREBRIFLORA.
TR. HIRAEA Gaertn. = HIRAEA RECLINATA.
TR. INDICA W. = ASPIDOPTERYS ROXBURGHIANA.
TR. INAEQUALIS Raeusch. = TETRAPTERYS INAEQUALIS.
TR. LINGULATA Poir. = STIGMAPHYLLON PLERIPLOCAEFOLIUM.
TR. MACROPHYLLA Salzm. = HIRAEA SALZMANNIANA.
TR. MUCRONATA Raeusch. = TETRAPTERYS MUCRONATA.
TR. PAUCIFLORA F. W. Mey. = DIPLOPTERYS PARALIAS.
TR. PINNATA Poir. = TRIASPIS FLABELLARIA.
TR. POLYANDRA Blanco Fl. Filipp. 388. = alius ordinis.
TR. POLYCARPA Salzm. = HIRAEA MARITIMA.
TR. RECLINATA Cav. = HIRAEA RECLINATA.
TR. SERICEA Schl. = GAUDICHAUDIA SCHIEDEANA.
TR. SERICEA Loudon. Auctor in hort. Brit. speciem hoc nomine insignit in Anglia cultam inque catalogo hort. Loddig. memoratam, sempervirentem, scandentem, ex America australi allatam. Nulla alia additur nota quae determinationi sufficiat, sed tamen solum vocabulum a genere plantam excludere videtur.
TR. VOLUBILIS Salzm. = HIRAEA SEPIUM.

XXIX. TETRAPTERYS *Cavanilles.*

(Cav. Dissert. IX. 433. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 517. t. 18.)

Calyx quinquepartitus, laciniis omnibus vel saepissime 4 basi biglandulosis, rarissime subeglandulosus. Petala calyce longiora unguiculata, limbo subintegro vel rarius dentato. Stamina 10, omnia fertilia, alterna longiora, filamentis basi coalitis, antheris glabris vel rarius hirsutis. Styli 3 rigidi breves, apice truncati et hinc stigmatiferi, stigmate discolori. Ovaria 3 inter se introrsum coalita, singula dorso medio cristata, latere utroque biappendiculata. Samarae 3 aut abortu pauciores, margine quadrialatae, alis cruciatim divergentibus, duabus superioribus, inferioribus duabus, aequalibus inaequalibusve non raro inter alas et cristam processubus membranaceis alaeformibus sed brevioribus muricatae. — Frutices intratropici Americani, saepe scandentes. Folia opposita integerrima glabra vel pubescentia, non

raro supra lucida, magis minusve breviter petiolata bistipulata, stipulis saepius minimis nec primo obviis, rarius petiolaribus, nonnumquam majoribus et in unam intrapetiolarem connatis. Inflorescentiae racemosae vel saepius umbellatae, racemis et umbellis paucifloris, ramos vel ramulos laterales terminantibus, saepe foliis supremis imminutis abortivisve paniculam terminalem magis minusve amplam componentibus, rarius ramulo florifero contracto subsessiles fasciculaeformes et tunc prius foliis evolutae, pedunculi floriferi breves, cum pedicellis vulgo longioribus articulati, basi bracteati, apice vel rarius infra apicem bibracteolati, bracteis bracteolisque interdum majusculis aut etiam foliiformibus paniculae (inde foliosae) intermixtis. Flores parvi mediocresve lutei, interdum rubro suffusi.

Sectio I. TETRAPTERYS Adr. Juss. I. c. 519.

Inflorescentiae umbellatae vel racemosae ramos ramulosve terminantes, saepe abortu foliorum paniculas componentes. — In samaris crista dorsalis alis lateralibus multo minor. Cotyledones basi magis minusve biauriculatae in seminibus multarum specierum observantur.

§. 1. *Anisopterae. Samarae alae inferiores superioribus multo breviores. Stipulae latae, foliorum oppositorum in geminam intrapetiolarem vaginantem confluentes. In speciebus pluribus foliis plerisque supremis imminutis quidem, sed non omnino in bracteas deformatis, paniculae quasi foliosae.*

† Glabrifoliae.

1. T. AFFINIS Adr. Juss. Archives du Mus. III. 519. — Foliis brevibus late ovatis acutis glabris; umbellis axillaribus quadrifloris; bracteolis brevibus; calyce 8-glanduloso; samarae parvae puberulae alis superioribus duplo longioribus. ♁ — Hujus fragmenta tantum duo suppetunt fructifera, cortice juniori pilis adpressis puberulo, serius glabrato inaequali. Folia late ovata (poll. 1½–1 longa, lin. 14–8 lata), apice acuta glabra (si pilos subtus nervo medio prominulo petioloque lin. 3 longo adpressos excipias), supra nitida, glandulis nonnullis marginalibus inferne notata, stipulae breves acutae, basi dilatata in unam simplicem aut bifidam confluentes deciduae. Umbellae axillares et terminales, quadriflorae breves, pedunculis adpresse puberulis, communi lin. 3–4 longo, floriferis lineam longis cum pedicello paullo longiori articulatis, bracteae bracteolaeque breves coriaceae. Fructus calyce 8-glanduloso stipatus, samarae puberulae alis obovatis, superioribus lin. 4–5 longis et 2 latis erectis, inferioribus dimidio brevioribus. Semen et embryo omnino ut in sequente. — In Brasilia circa Sebastianopolin.
2. T. ANISOPTERA Adr. Juss. l. c. 520. — Foliis ovatis, apice nec numquam basi acutis, glabris tenuibus petiolatis; paniculis axillaribus brevibus et paucifloris; calyce 8-glanduloso; samarae puberulae alis superioribus duplo longioribus, intermediis minimis. ♁ — Rami flexiles glabri, juniores per tota internodia, adulti juxta foliorum insertiones compressi. Folia ovata (poll. 3–1½ longa, 2–1 lata), apice subacuminata, vulgo subinaequilatera et inde obliqua, margine crispulo inferne glandulis nonnullis minutis notata glabra, nervis medio primariisque subtus prominulis, tenuia, petiolo semipollicari, supra canaliculato glabro, stipulis inter petiolorum insertiones in semiannulum bilobo-callosum confluentibus. Inflorescentiae, quae fructiferae tantum suppetunt, paniculatae videntur, paniculis axillaribus vel ramulos laterales breves terminantibus, folia vix aequantibus paucifloris, in umbellas quadrifloras (si bracteis persistentibus fides) desinentibus, pedunculi floriferi lineam longi, cum pedicello duplo longiori articulati, bracteis bracteolisque ovatis brevibus. Fructus calyce 8-glanduloso stipatus, conflatus e samaris abortu 1–2, receptaculo trigono-pyramidali affixis, quae pube brevi suffusae, crista brevi hemicycla, alis fere glabratis, oblique obovatis, superioribus fere pollicaribus et lin. 4–5 latis, inferioribus dimidio brevioribus angustioribusque transversis, praeterea inter alas et cristam alulis auctae lin. 1–2 latis vixque lon-

gioribus et alae superiori parallelis. Semen ex apice loculi sublateraliter appensum globoso-reniforme, integumento duplici membranaceo, exteriori colorato et ad chalazam intensius, interiori albo. Embryo convolutus, cotyledonibus crassis, altera alteram superiorem interioremque plicatam amplectente, utraque fructus axin commissura spectante et basi biauriculata, auriculis partem radiculae occultantibus, plumula mamillaeformis vix conspicua. — In Brasilia prope Bahiam.

3. T. BRACTEOLATA Griseb. Linnaea XIII. 238. — Foliis ellipticis breviter acuminatis glabris; umbellis paucifloris in paniculas breves terminales dispositis: sepalis glanduliferis; antheris glabris; samarae non muricatae alis oblongis vix puberulis, superioribus duplo majoribus. ♁ — Rami cylindrici, juniores subtetragoni, mox glabrati, cortice fusco tenuiter reguloso, internodiis inaequalibus. Folia (2–2¼‴ longa, 10–12‴ lata) basi obtusiuscula, acumine latiusculo obtusato, subintegerrima penninervia membranacea eglandulosa, praeter nervum juniorem subtus piligerum glaberrima, atroviridi-nitentia concoloria, petiolo 4‴ longo, mox glabrato, stipulis inconspicuis, nodis ope vaginae stipularis integris. Paniculae in ramis terminales 1–2-unciales, umbellulae plerumque trifloraе iteratam axeos puberuli trichotomiam terminantes, pedicelli vix 4 lin. longi aequales, medio articulati et bracteolis binis obovatis obtusis patentibus lineam longis glabriusculis instructi, bractea basilari simili. Sepala ovata obtusa, lineam longa, apice foliacea, praeter marginem ciliolatum glabra, quatuor glandulis binis magnis oblongis ex toro oriundis confluentibus ad dimidiam partem obtecta. Petala limbo orbiculari 2 lin. longo subintegerrimo, dorso obtuse carinato, ungue brevi. Stamina 10, omnia fertilia, subaequalia glabra, filamenta lineam longa, anthera vix longiora (sub initio antheseos) dilatata et in tubum brevem conjuncta, connectivum erectum ovoideum, loculis antherae superne superatum. Ovarium subglobosum setosum, stigmata tria linearia truncata subaequans, carpophylla tria connexa, dorso crista brevi aucta, latere utrinque biappendiculata, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte adscendente brevi cylindrica obtusa. Samarae alae oblongae integrae pallidae, duo superiores binis inferioribus duplo majores vix puberulae, crista dorsalis, processus accessorii nulli. — Crescit in Brasilia in provincia Minas Geraës.

4. T. ACAPULCENSIS H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 168. — DC. Prodr. I. 587. no. 1. — Foliis ovato-ellipticis obtusis brevissime petiolatis cordatis coriaceis nitidis glabris; umbellis axillaribus solitariis quadrifloris. ♁ — Umbellae in apice ramorum paniculam amplam foliosam efficiunt. Stipulae in unam intrapetiolarem confluentes aut partim distinctae et contiguae observantur. — Crescit in Mexico ad Acapulco.

5. T. CREBRIFLORA Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Brasil. merid. III. 9. et Archiv. du Mus. III. 521. — Foliis late lanceolatis, breviter et obtuse acuminatis glabris coriaceis petiolatis; umbellis 5–6-floris paniculas dense multifloras componentibus; calyce minute vel inconspicue 8-glanduloso; fructu glabro vernicoso. ♁ — Rami juniores compresso-angulati, pilis adpressis pubescentes, adulti teretes et glabrati. Folia (poll. 3–4 longa, lin. 15–20 lata) cum acumine brevi obtuso, lanceolata integerrima marginata, utrinque glabra, supra lucida, subtus paullo pallidiora, glandulis punctisque nonnullis glandulosis minutis orbicularibus impressa coriacea petiolata, petiolo (lin. 4–5 longo) patente, supra canaliculata. Inflorescentiae umbelliformes, umbellis 5–9-floris, foliorum supremorum in bracteas transeuntium abbreviatione paniculas amplas dense multifloras pyramidatas terminales vel ad summa folia axillares componentibus, pedunculi floriferi semilineam longi, basi bracteati, bracteis minutis in involucrum umbellae verticillatis, apice articulati cum pedicello sextuplo longiori gracili adpresse pubescente et infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis subrotundis, extrorsum pubescentibus basique (una excepta) biglandulosis, glandulis brevibus sphaeroideis prominentibus vel minimis tantumque rudimentariis nonnumquam lobulatis. Petala calyce quadruplo longiora, breviter unguiculata, limbo ovato

carinato-concavo brevissime denticulato, reflexa, inter se inaequalia dissimiliaque (quintum crassius longiusque unguiculatum erectum, limbo minori sagittato). Stamina 10 calycem superantia, filamenta plana subulata, inferne coalita glabra, antherae obovatae glabrae. Ovaria 3, facie interna inter se coalita hirsuta, singula dorso 5 appendiculata, appendiculis glabris semiovatis, 2 exterioribus iisdemque superioribus majoribus, 2 intermediis inferioribus, quinta media cristaeformi a basi ovarii usque ad styli ortum producta, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem stamina superantes, e summis ovariis orti glabri rigidi, inter se inaequales (tertius caeteris duobus paullo longior) stigmate capitellato terminati. Samarae glabrae vernicoso-lucidae, aliis superioribus semiellipticis (lin. 9 longis, 2–3 latis), inferioribus dimidio circiter brevioribus angustioribusque, dorso longitrorsum cristatae, (crista lin. 2 circiter longa) inter ipsam et alas processubus numerosis priori parallelis et minoribus muricatae. Semen pisiforme apiculatum, infra apicem insertum, hinc usque ad medium sulco exaratum et chalaza notatum, membranis duabus cohaerentibus tenuissimis vestitum. Embryo conformis, cotyledonibus medio plicatis, altera alteram interiorem multoque tenuiorem amplectente, utraque basi biauriculata, auriculis partem radiculae vix exsertae occultantibus. — In sylvis caeduis in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6. T. MUCRONATA Cav. Diss. IX. 434. t. 262. fig. 2. — DC. l. c. no. 3. — Foliis ovatis acuminato-mucronatis, breviter petiolatis glaberrimis; paniculis axillaribus ad apices ramorum subumbellatis. ♁ ◡ — Paniculae ex umbellis vel potius corymbis 4–8-floris compositae, pedunculi glabri, floriferi graciles (1–2 lin. longi), apice bibracteolati, bracteis brevibus subulatis et cum pedicello longiori articulati. Calyx brevis eglandulosus fere glaber, petala triplo longiora, limbo ovato integro, glabra lutea. Stamina supra calycem exserta, filamentis fere distinctis glabris, cum imo calyce basi concretis, antheris glabris oblongis, connectivo nigrescente. Samarae glaberrimae lucidaeque quasi vernice obductae, alis angustis, inferioribus fere dimidio brevioribus, appendice brevi conica utrinque duabus alis et crista interjectis. — *Triopteris (Tetrapteris* Raeusch. mss.) *acuminata* Willd. Spec. plant. II. 745. — Crescit in Cayenne.

7. T. INAEQUALIS Cavan. l. c. 433. t. 260. (ic. mala.) — Adr. Juss. l. c. 522. — Foliis ovato-oblongis acutis glabris; umbellis axillaribus pedunculatis; samarae alis binis inferioribus duplo brevioribus. ♁ — Stipulae intrapetiolares longiusculae deciduae. — *Tetrapteris (Triopteris* Swtz. Flor. Ind. occid. II. 857.) *citrifolia* Pers. Enchir. I. 508. — DC. l. c. no. 5. — *Triopt. inaequalis* Raeusch mss. — *Banisteria bracteata* DC. l. c. 590. no. 29. — *Banisteria foliis ovatis obpositis* Burm. Plant. Americ. edit. Burm. t. 16. — *Triopteris bifurca* Grtnr. De fructib. et seminib. pl. II. 168. t. 116. fig. 3? — Crescit in insulis Antillis.

8. T. (HIRAEA Rich. mss.) CRISPA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 522. — Foliis ovatis obovatisve subcordatis acuminatis glabris petiolatis stipulatis; umbellis quadrifloris paniculam longam strictam foliosam componentibus; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁◡ — Rami juniores incano-pubescentes ut et pedunculi, adulti glabrati rubentes. Folia ovata vel obovata (poll. 6–3 longa, 3–1¾ lata) basi subcordata, apice acuminata glaberrima, supra nitida, subtus paullo pallidiora, nervis reticulatis prominulis, petiolo ultra semipollicari, stipulis in unam intrapetiolarem vulgo connatis cito deciduam et cicatrice tantum manifestam, in inflorescentia serius persistentem, ubi est basi lata nec raro inflata, concava acuminata (lin. 1–2 longa) puberula. Rami floriferi axillares et terminales, foliis valde imminutis (lin. 3–4 longis) in bracteas transeuntibus undulatis instructi sicque paniculas efformantes foliis longiores, plerumque strictas, foliis crebris intermixtis quasi crispas, demum umbellis quadrifloris compositas. Pedunculi floriferi (lin. 2 longi) cum pedicello subaequali articulati, apice breviter bibracteolati. Laciniae calycinae ovatae (lin. 2 longae) glabrae, 4 basi biglandulosae, glandulis magnis. Petala calyce longiora, limbo crispulo, basi biauriculato, reflexa, pallide lutea. Stamina calycem vix superantia, filamentis brevibus latis, partim inter se et basi

cum calyce concretis, glabra. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, singula dorso cristata, lateribus sursum biauriculata basique bituberculata. Fructus non suppetit. — Crescit in Guiana.

9. T. NITIDA Martius mss. ex Adr. Juss. l. c. 523. — Foliis oblongo-ovatis, longe acuminatis lanceolatisve undulato-crispis tenuibus, vix petiolatis; umbellis quadrifloris paniculas terminales axillaresve foliosas componentibus; calyce octoglanduloso; samarae puberulae alis superioribus longioribus, crista brevi. ♁ — Rami, nisi ad nodos, glabri, cortice verruculis crebris scabro. Folia oblongo-ovata, longe acuminata (poll. 6–3 longa, 2–1¼ lata), basi interdum subacuta et tunc fere lanceolata glaberrima nitidaque, margine undulato crispa, nervis prominulis reticulata tenuia, brevissime aut vix petiolata bistipulata, stipulis brevibus deciduis. Paniculae axillares foliis breviores, aut terminales, abortu summorum foliorum amplificatae foliolis in bracteas mutatis coloratis parvis subrotundis intermixtae et inde foliosae, pedunculi tomento brevi rufescentes, floriferi quaternatim umbellati breves, cum pedicello vix longiori articulati, breviter basi bracteati et apice bracteolati. Calyx 8-glandulosus, glandulis magnis fere tectus, laciniis semiellipticis ciliatis. Petala subintegra. Stamina filamentis calyce brevioribus, usque ad medium coalitis in tubum cum calyce basi concretum, glabris, antherarum subrotundarum, connectivo prominente glandulaeformi. Ovaria in unum hirsutum coalita, dorso 5-tuberculata, tuberculis 4 marginalibus. Samarae pulverulento-puberulae, alis oblongo-semiellipticis, superioribus erectis lin. 6 longis et 3 latis, inferioribus quadruplo minoribus reflexis, dorso medio breviter cristatae, crista integra, carpelli crassi superficies rugosa tantum (nec muricata). — Crescit in Brasilia in sepibus prov. Paraënsis ad fl. Amazonum.

10. T. OVALIFOLIA Griseb. Linnaea XIII. 237. — Foliis ovalibus, basi rotundatis, apice obtusiusculis glaberrimis; umbellis in paniculas dispositis; sepalis glanduliferis; antheris.....?; samarae muricatae alis oblongis obtusis puberulis, superioribus longioribus, crista late ovata obtusa. ♁ — Proxima *T. inaequali* Cav., a qua samara muricata recedit. Rami cylindrici vel superne subangulati laeves glabri. Folia (4–6 poll. longa, 3–4 lata) superiora minora, venis subtus prominulis arcuatis, petiolo 8 lineas longo. Panicula terminalis ampla, cui accedunt axillares ex superioribus axillis, pedicelli 8 lin. longi tenues glabri, paullo infra medium bibracteolati. Samarae alae 2 superiores 12–15 lin. longae, 4 lin. latae, inferiores duplo minores, crista in alam 3 lin. altam producta, processus utrinque plures breves lamellosi, appendiculum inferius nullum. Semen praecedentium. — *T. macrophylla* Poepp. Coll. pl. exs. no. 2469. — Crescit in Brasilia meridionali.

11. T. TRINITENSIS Adr. Juss. l. c. 524. t. 18. — Foliis obovatis, acute et breviter acuminatis inaequilateris glabris petiolatis; paniculis terminalibus et axillaribus foliosis; calyce 8-glanduloso; samarae puberulae muricatae alis superioribus multo longioribus. ♁ — Rami juniores subcompressi, adulti teretes glabri. Folia obovata (poll. 4–3 longa, 2–1½ lata), basi subacuta, apice in acumen acutum angustata, inaequilatera glabra, subtus concoloria, punctis duobus aut pluribus glandulosis minutis impressa, nervo medio prominulo, petiolo lineas 4 longo, supra canaliculato, stipulae in vaginam semiannularem intrapetiolarem, mox deciduam cicatricem latam relinquentem confluentes. Paniculae (fructiferae tantum suppetentes) terminales aut axillares, foliis supra dictis subaequales longioresve, aliis valde imminutis (ut e paucis adhuc superstitibus videtur) ad ramulorum insertiones intermixtae, umbellis quadriradiatis vulgo terminatae, pedunculi compressi, floriferi lin. 2 longi, apice bibracteolato cum pedicello subaequali articulati. Fructus calyce 8-glanduloso persistente stipatus, conflatus e samaris 3 aut saepius abortu 1–2, quae pulverulento-puberulae, alis oblongo-ovatis, superioribus lin. 8 longis et 3 latis, inferioribus quadruplo minoribus, crista dorsali lineam lata, inter ipsam et alas appendiculis aliis subaequalibus cristaeformibus oblique vel transverse sitis muricatae. Semen globoso-reniforme, integumento membranaceo tenui arcte adhaerente, cotyledonibus crassis, altera extus convexa, altera juxta

hilum plicata, utraque basi biauriculata radiculam superam brevem partim amplectente et occultante, plumula minima papillaeformi. — In insula Trinitatis.

12. T. (TRIOPTERIS F. W. Mey. Primit. fl. Esseq. 182.) DISCOLOR DC. Prodr. I. 587. no. 6. — Foliis oblongis acuminatis, utrinque glabris, subtus discoloribus; umbellis paniculatis terminalibus axillaribusque. ♁ — Alae fructus exteriores reliquis triplo majores. — Crescit in Guianae arenosis prope Essequebo.

13. T. PUBERULA Miquel, Tijdschrift voor nat. Geschiedenis X. I. 84. † — Foliis ellipticis subacutis fere aequilateris, breviter petiolatis, pilis medio affixis rarioribus subpubescentibus, demum glabrescentibus, petiolis, stipulis ramulisque pubescentibus; umbellis paucifloris terminalibus et in apice ramorum axillarium paniculatis; calyce octoglanduloso; samarae juvenilis incano-tomentosae, adultae pubescentis alis superioribus inferiores ter superantibus. ♁ — Affinis *T. discolori* DC. et *T. mucronatae* Cav. — Crescit in Surinam.

†† Pubifoliae.

14. T. CALOPHYLLA Adr. Juss. l. c. 525. — Foliis late obovatis, breviter acuminatis, supra glaberrimis et nitidis, subtus tomentoso-sericeis petiolatis stipulatis; umbellis quadrifloris paniculam terminalem amplam foliosam componentibus; calyce 8-glanduloso; samarae tomentoso-incanae alis oblique obovatis, superioribus multo longioribus. ♁ — Ramuli tomentosi, tomento brevissimo albo-virente, ut et petioli diversorumque ordinum pedunculi. Folia late obovata, breviter et obtuse acuminata (poll. 7–5 longa, 4–3 lata), supra glaberrima laevia nitidaque, subtus tomento brevi metallice renitente sericea et reticulato-venosa, nervis medio primariisque pinnatis multo magis prominentibus, petiolo semipollicari, supra canaliculato, bistipulata, stipulis foliorum oppositorum saepius in unam coalitis intrapetiolarem, petiolo breviorem semilanceolatam, cito deciduis et vulgo citatrice intrapetiolari tantum manifestis. Rami summi floriferi foliis multoties minoribus (vix semipollicaribus) instructi sicque paniculam efformantes foliosam amplissimam, demum ex umbellis quadrifloris, basi bractea quadruplici ovato-lanceolata involucratis compositam, pedunculi floriferi lin. 3 longi, cum pedicello paullo breviori articulati, apice bibracteolati, bracteolis suborbicularibus. Laciniae calycinae ovatae, extrorsum hirsutae et 4 basi biglandulosae, glandulis magnis sesquilinearibus. Petala ungue arcuatim reflexo, limbo suborbiculari erosodenticulato concavo glabro. Stamina filamentis calyce brevioribus glabris, basi inter se et cum imo calyce concretis, antheris obovatis crassis glabris. Ovaria in unum conoideum multisulcatum hirsutum coalita, singula apice stylifera. Samarae (juniores) totae tomentoso-incanae, crista semicirculari, alis oblique obovatis, superioribus multo ac inferiores cristaque longioribus. — In Guiana.

15. T. CROTONIFOLIA Adr. Juss. l. c. 527. — Foliis ovatis, brevissime et obtuse acuminatis, supra glabris et lucidis, subtus tomentosis petiolatis; umbellis quadrifloris in paniculam terminalem foliosam digestis; calyce 8-glanduloso; antheris basi pilosis; fructu.....? ♁ — Rami, petioli et pedunculi tomentoso-velutini. Folia ovata (poll. 4–3 longa, 3½–2½ lata) brevissime et obtuse acuminata, supra glabra et lucida, subtus tomentosa, nervis medio primariisque prominentibus marginataque, petiolo lin. 6–9 longo. Umbellae quadrifloraе ramulos pluries dichotomos divaricatos, ad apicem ramorum laterales terminantes, foliis sensim imminutis paniculam componentes amplissimam terminalem foliosam, in qua extrema folia ad lineas paucas reducta subrotunda, utrinque velutina, subtus glandularum atrarum serie notata, pedunculi floriferi breves crassi, cum pedicello simili et subaequali articulati, apice bracteolis duabus latis et brevibus perfoliati, basi bracteati, bracteis late ovatis in involucrum verticillatis. Flores fere *T. rotundifoliae* cui species proxima. — Crescit in Peruvia.

16. T. CINEREA Griseb. Linnaea XIII. 233. — Foliis ellipticis, basi obtusis, apice acutis, supra scabriusculis, subtus cinereo-tomentosis; umbellis in paniculam terminalem dispositis; sepalis glanduliferis; antheris glabris; samarae muricatae

alis puberulis glabratisve subinaequalibus. ♂ — Rami cylindrici, juniores cum axi inflorescentiae petiolisque albo-velutini, vetustiores glabrati, cortice pallide fusco lenticellis minutis rimulisque asperrimo, internodia saepius biuncialia. Folia (poll. 2½–3 longa, 1½–2 lata, summa sensim minora) basi rotundata, apice acuta et minute mucronulata subintegerrima eglandulosa, supra fuscescentia, pube brevissima scabriuscula, dein saepius glabrata lusu etiam nitida, subtus cinerea, pube brevi crispa obtecta penninervia, nervis subtus prominulis, venis saepius alternis, membranacea mollia, petiolo 4 lin. longo eglanduloso, nodo per vaginam stipularem integro, stipulis inconspicuis. Umbellae quadriflorae in paniculas terminales divaricatas dispositae, pedicelli 4 lin. longi, apice incrassati albo-tomentosi, basi bractea ovata acuta suffulti, bracteolis brevioribus ab illa lineam remotis. Sepala ovata obtusa 1½ lin. longa foliacea, extus albo-tomentosa, quatuor glandulis binis subrotundis eminentissimis inferne cum toro cohaerentibus patentibus dimidium sepalum aequantibus munita. Petala limbo oblongo 3 lin. longo incurvo subintegerrimo, basi cordato, dorso subcarinato unguem duplo superante. Stamina 10, omnia fertilia subaequalia, filamenta linearia tubum suum subaequantia, antherae erectae glabrae, loculis connectivum tenue basi superantibus. Ovarium subglobosum setosum, stigmata tria linearia truncata subaequans, carpophylla tria connexa, dorso carinata, appendicibus utrinque binis oblongis per setas occultis aucta, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte adscendente cylindrica obtusiuscula descendentem subaequante. Samarae 3 vel 2, puberulae vel glabratae, tori processus triqueter inferne prismaticus, apice acutus, sesquilineam altus, pericarpium subglobosum, ventre subconvexum, vallecula destitutum, dorso in cristam ex duabus appendicibus constitutam productum, alae 4 laterales oblongae obtusae truncatae vel apice tricrenatae, 6 lin. fere longae, 2 lin. latae, inferiores paullo minores, processus inter alas et cristae appendices situs, utrinque unus subuliformis, alis fere duplo brevior. Semen ovatum, loculo conforme, apice obtusiusculum, ex funiculo brevi subapicali suspensum, integumentum nigrum, raphe abbreviata, radicula supera brevis, cotyledones uncinatim introflexae, exteriori interiorem amplectente. — Crescit in Brasilia meridionali.

17. **T. MOLLIS** Griseb. l. c. 232. — Foliis breviter ellipticis obtusis, supra scabriusculis, subtus incano-puberulis; umbellis in corymbos breves dispositis; sepalis glanduliferis; antheris glabris; samara.....? ♂ — Truncus pennam corvinam crassus, nodorum integrorum annulis notatus, cylindricus, cortice glabrato laeviusculo, ramuli herbacei breves patentes incano-tomentosi, inflorescentia terminati, internodia subaequalia 8–10 lin. longa. Folia pollicaria, ½–¾ poll. lata, hinc subobliqua, basi rotundata, apice obtusa penninervia, nervis dilutius pubescentibus, eglandulosa integerrima, supra nigrescentia, pilis sparsis adpressis scabriuscula, subtus pube brevi crispa incana, petiolo 4–3 lin. longo albido-tomentoso eglanduloso, stipulis inconspicuis. Umbellae 4-(2-)florae in corymbos breves congestae, pedicelli 4-6 lin. longi, apice lineam crassi, basi bractea minuta ovata obtusa, supra basin bracteolarum similium pari instructi et articulati, cum pedunculis albo-tomentosi. Sepala ovata obtusa, extus incana incurva, quatuor glandulis binis orbiculatis (e toro ortis?) principio marginalibus fere tota obtecta. Petala 3 lin. longa glabra, limbo oblongo, basi truncato crenulato, dorso obtuse carinato unguem duplo superante. Stamina 10, omnia fertilia, subaequalia glabra, in tubum longum connata, tubus sesquilinearis, filamenta latiuscula fere triplo superans, connectivum oblongum erectum, loculis linearibus paullo brevius. Ovarium subglobosum setosum, stigmata tria linearia, apice truncata glabra subaequans, carpophylla tria, penitus connexa, dorso carinata, utrinque appendiculis binis subrotundis parvulis longe setosis adpressis aucta, ovulum cujusque loculi pendulum lycotropum, apice obtusiusculum. Fructus non exstat. — Crescit in Brasilia meridionali.

18. **T. LASIOCARPA** Adr. Juss. l. c. 527. — Foliis late obovatis, supra puberulis, subtus densius pubescentibus tomentosisve coriaceis petiolatis; umbellis quadri-

floris paniculas terminales lateralesve componentibus; calyce 8-glanduloso; samarae pubescentis muricatae alis angustis, superioribus longissimis, inferioribus multo brevioribus, interdum laceris. ♁ — Sequenti simillima cujus descriptio mire cum hac quadrat, fructu excluso. Samarae 3 axi pyramidali acute triedro inque angulis villoso affixae, totae pubescentes villis circa loculum introrsum longioribus densioribusque, alis valde inaequalibus, superioribus vittato-elongatis (pollicaribus vix ¼ poll. latis), apice obtusis vel emarginatis, inferioribus transversis dimidio minusve brevioribus angustioribusque lineari-obovatis, laceratis vel integris, crista breviori, inter hanc et alas processubus huic parallelis et subaequalibus ipsis cristaeformibus profunde lacerato-partitis muricatae. Semen omnino ut in *T. rotundifolia.* — An ipsius varietas tantum? — *Banisteria cordata* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 163.? — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

19. T. ROTUNDIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 6. t. 161. et Archives du Mus. III. 528. t. 18. — Foliis late obovatis vel orbicularibus, supra glabratis glauco-virentibus, subtus velutinis coriaceis petiolatis; paniculis oppositе ramosis terminalibus axillaribusque; calyce 8-glanduloso; samaris molliter pubescentibus, alis oblique obovatis. ♁☽ — Rami teretes tomentosi, tomento brevi pulverulento albido cinereove. Folia (poll. 3–1½ longa, 2½–1 lata) late obovata vel fere orbicularia integerrima (margine in siccis plerumque subtus revoluto), supra praeter nervos pube brevi pulverulentos glabrata, scabriuscula et viridi-glaucescentia, subtus pube densa rufo-pallida velutina nervisque prominentibus penninervia coriacea petiolata, petiolo semipollicari tomentoso, ad apicem biglanduloso, glandulis minutis prominentibus. Inflorescentiae umbelliformes, umbellis brevibus quadrifloris, in ramis ramulisque terminales vel ad axillas foliorum supremorum, quibus valde imminutis inque bracteas mutatis paniculas opposite ramosas non raro geminatas mentiuntur, pedunculi diversorum ordinum albido-tomentosi, floriferi sesquilineares crassi, bracteis ovatis brevibus in involucrum quadripartitum umbellae suppositum verticillatis stipati, singuli articulati cum pedicello aequali similique et infra articulum bibracteolati. Calyx (lin. 2½ longus) profunde quinquefidus, laciniis semiellipticis, basi extrorsum hirsutis et (praeter quintam extimam in umbella spectantem) biglandulosis, glandulis 2 lin. longis vermiformibus recurvis prominentibus anfractuosis, basi confluentibus. Petala calyce fere duplo longiora unguiculata, ungue inter lacinias calycinas ipso longiores reflexo, limbo orbiculari, basi sagittatim emarginato, lacerato-denticulato glabro concavo, inter se inaequalia dissimiliaque aurantiaco-rubra. Stamina 10, calycem paullulum superantia, filamenta plana subulata, fere usque ad apicem in tubum ventricosum 10-angularem coalita, petalis opposita alternis paullo angustiora longiora exterioraque glaberrima, antherae ellipsoideae, dorso hirsutae connectivoque pallido prominulo donatae. Ovaria 3, facie interna inter se coalita in unum, pilis longis densisque villosum ideoque primo visu subrotundum, sub iis singula dorso 5-appendiculata, appendiculis 3, superioribus majoribus cristaeformibus, duabus lateralibus tertiaque media, 2 inferioribus mediis minimis, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem, stamina vix superantes divergentes rigiduli glabri, apice primo capitellato, dein truncato stigmatiferi. Samarae molliter pubescentes, alis oblique obovatis, superioribus majoribus (lin. 6 longis, 2½–2 latis), inferioribus iisdemque subinterioribus reflexis vel suberectis quadruplo minoribus, crista dorsali sesquilineam lata, inter ipsam et alas serie appendicularum minutarum cristaeformium oblique vel transverse sitarum muricatae. Semen globoso-acuminatum, integumento duplici membranaceo tenui, cotyledonibus crassis plicatis, altera alteram superiorem interioremque amplectente, utraque basi biauriculata, auriculis obtusis partem radiculae vix exsertae occultantibus, plumula minuta bilobulata. Tertia interdum accedit cotyledo interior inter duas alias occulta difformis. — In sepibus prope Bota Tago, non procul a Sebastianopoli in Brasilia.

20. T. COTONEASTER Adr. Juss. Archives du Mus. III. 528. — Foliis oblongis, utrinque acutis coriaceis, supra glabris nitidis, subtus molliter canescenti-pubes-

centibus; petiolis biglandulosis; umbellis axillaribus? paucifloris. ♁⌒ — Ovaria densis pilis hirsuta, sed sub iisdem dorso tricristata et inter cristas inferne tuberculifera, obscure quidem, nec tamen obscurius ac in quibusdam certioribus *Tetrapterydis* speciebus. Praeterea flores lutei, calyx 8-glandulosus, styli et stigmata, stamina filamentis brevibus basi in tubum connatis antherisque puberulis, inflorescentia, habitus, caulis scandens, speciem nostram, a *Galphimia* certe removendam, potius *Tetrapterydi rotundifoliae* vicinisque quam ulli aliae admovent. — *Galphimia? mollis* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 173. — DC. Prodr. I. p. 582. no. 5. — Crescit in Mexico.

§. 2. *Isopterae: Samarae alae inferiores superioribus saepius subaequales, rarissime majores. Stipulae et bracteae breves.*

† *Pubipetalae.* Petala dorso puberula, pilis tamen interdum etiam paucis vel nullis. Stipulae petiolo adnatae et ex ipso supra basin breviter exsertae, praeterea plerumque superne biglanduloso. Calyces in anthesi revoluti.

21. T. CHALCOPHYLLA Adr. Juss. l. c. 529. — Foliis magnis ovato-lanceolatis acuminatis, subtus aeneo-sericeis, petiolo 2-4-glanduloso bistipulato; paniculis terminalibus; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁ — Proxima *T. sericeae,* forsan mera ejus varietas, differt foliis multo majoribus (poll. 7-6 longis, 3 latis) ovato-lanceolatis inque acumen apice elongatis, subtus pube breviori minusque densa aeneo-renitentibus, longius petiolatis (petiolo similiter 2-4-glanduloso et supra basin bistipulato). Petala similiter dorso puberula. Ovaria dense hirsuta, dorso manifeste 4-appendiculata, appendiculis inferioribus transversis. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

22. T. (HIRAEA Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Brasil. merid. III. 16.) SERICEA Adr. Juss. Archiv. du Mus. d'hist. nat. III. 529. — Foliis lanceolatis, supra glabris lucidisque, subtus sericeo-argenteis, petiolo 2-4-glanduloso bistipulato; paniculis plerisque terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis flavescentibus; samara inter alas et cristam dorsalem cristis multis muricata. ♁⌣ — Caules plures, ad basin digitum circiter crassi, 30-40-pedales subramosi, ramis ad apicem pendulis, cortice griseo-virenti laevi vestitis, junioribus sericeis. Folia (poll. 3-4 longa, 1½-2 lata) lanceolata integerrima mollia, supra virentia glabra laevia lucidaque, subtus sericeo-argentea petiolata, petiolo semipollicari sericeo-tomentoso, ad latera 2-4-glanduloso, supra canaliculato, supra basin breviter bistipulato. Inflorescentiae paniculaeformes terminales vel ad summa folia axillares nec raro geminatae, pedunculi sericeo-tomentosi, floriferi semilineam longi, basi bracteati, bractea ipsos subaequante subulata, apice articulati cum pedicello sextuplo longiori et infra articulum bibracteolati, bracteolis brevissimis ovatis. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lin. 2 longis ovatis, extrorsum concavis, margine et apice revolutis hirsutis basique (una excepta) biglandulosis, glandulis dimidio brevioribus lineari-ovatis longitrorsum sulcatis prominulis, sursum conniventibus. Petala inter lacinias calycinas reflexa, triente ipsis longiora unguiculata, limbo subrotundo lacerato-sinuato, extrorsum pilis raris longiusculis consperso, inter se dissimilia, pallide flavescentia. Stamina 10, paullo calyce breviora, alterna longiora, filamenta glabra subulata, inferne inter se in tubum coalita, antherae cordatae reflexae glabrae, loculis connectivo magno glanduliformi introrsum adnatis distinctis. Ovaria 3, inter se introrsum et inferne coalita, caeterum distincta, dense hirsuta, dorso ala marginali utrinque dilatata, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem divergentes rigidi glabri, stamina paullulum superantes, apice truncato complanato introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetebat. Samarae (juniores adhuc) margine quadrialatae, alis superioribus duplo ac inferiores majoribus, dorso medio longitrorsum cristatae, crista breviori, inter hanc et alas cristis crebris subsimilibus et multilobis muricatae. Jam conspicienda in ovariis alarum quatuor marginalium initia. — In Brasilia circa Sebastianopolin.

23. T. LALANDIANA Adr. Juss. l. c. 530. — Foliis late lanceolatis, apice acutissimis, subinaequilateris, supra glabris et glauco-virentibus, subtus puberulis et aeneo-renitentibus reticulato-venosis eglandulosis, petiolo bistipulato; panicula terminali; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♄ — Rami juniores pube brevi sericea aurei, adulti glabrati, cortice laevi griseo. Folia late lanceolata (poll. 4-3 longa, 1¾-1¼ lata) acutissime in mucronem desinentia subinaequilatera, supra glabra et glauco-virentia, subtus discoloria, punctulis squamuloideis et pube brevissima sericea quasi adglutinata aeneo-renitentia nervisque prominulis reticulata eglandulosa coriacea, petiolo lin. 4 longo eglanduloso canaliculato et infra medium stipulis 2 bidenticulato. Paniculae terminales, pedunculi diversorum ordinum sericeo-aurati, floriferi brevissimi cum pedicello longiori articulati, bracteae bracteolaeque minutae ovato-lanceolatae. Alabastri tantum suppetunt, in quibus calyx 8-glandulosus, laciniis oblongo-ovatis inferne et extrorsum sericeo-pubescentibus, petala unguiculata, limbo basi profunde emarginato subintegro (lentis ope argutissime denticulato) inaequalia. Stamina filamentis basi in annulum coalitis, antheris cordatis, glaberrima. Ovaria axi coalita hirsuta, dorso tricristata, inter cristas laterales et dorsalem basi tuberculosa. Styli breves, apicis obtusi latere stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasiliae provincia Fluminensi.

24. T. METALLICOLOR Adr. Juss. l. c. 531. — Foliis oblongo-ovatis vel ovato-lanceolatis, supra glabris et punctulatis, subtus metallice renitentibus, petiolo biglanduloso bistipulatoque; paniculis terminalibus multifloris; calyce eglanduloso; fructu.....? ♄ — Rami pube adpressa juniores candicantes, adulti parce puberuli glabrative. Folia oblongo-ovata vel ovato-lanceolata (poll. 4 longa et 3 lata), supra glabra punctulisque minutissimis creberrimis fuscis conspersa, subtus discoloria, pilis adpressis et quasi adglutinatis squamulisque obducta et inde metallice renitentia nervisque prominulis reticulata, in margine interdum 1-3-glandulifera coriacea, petiolo lin. 3 longo, ad apicem supra biglanduloso et supra basin bistipulato, stipulis brevibus conniventibus, caeterum adnatis. Paniculae terminales multiflorae, pedunculi diversorum ordinum sericeo-albidi, floriferi lineam longi, bracteae bracteolaeque ovatae breves. Calyx eglandulosus, basi sericeo-albidus, laciniis superne glabris et extroflexis ovatis sesquilineam longis. Petala calyce paullo longiora parva unguiculata, limbo suborbiculari subintegro, extrorsum pilis paucis conspersa. Stamina calyce breviora glabra, filamentis basi in annulum coalitis, antherae cordiformis connectivo prominulo glanduliformi. Ovaria 3 in unum trilobum hirsutum connata, dorso medio longitrorsum cristata, latere utroque biappendiculata, appendicula superiori eadem exteriori et multo majori, inferiori tuberculaeformi transversa. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia.

25. T. (HIRAEA Griseb. Linnaea XIII. 240.) LEUCOSEPALA Adr. Juss. l. c. 531. — Foliis lanceolato-oblongis subobliquis, supra glabris lucidis, subtus lepidotis petiolatis, petiolo glandulifero; racemis in paniculas dispositis; pedicellis albo-puberulis; sepalis eglandulosis, extus sericeis; petalis antherisque glabris; fructu.....? ♄ — Rami cylindrici laeves, juniores albo-puberuli, vetustiores fere glabrati fusci, internodiis superioribus fere uncialibus. Folia (3-4-pollicaria, 1½-1¾ poll. lata) suprema multo minora, caetera ima basi rotundata, saepius inaequilatera, apice vix attenuata obtusiuscula vel obliquo acumine aucta integerrima eglandulosa, supra saturate viridia vel fuscescentia lucida, subtus, praeter squamulas minutissimas argenteo-nitentes superficiem lepidotam efficientes, glabra ferrugineo-murina penninervia, venis parum prominulis, petiolo 4 lin. longo atro crassiusculo, glandulis 2-4 oblongis praemagnis insignito, stipulis evanidis, nodo ope vaginae stipularis integro. Paniculae densiflorae terminales, floribus minutis, rhachis albo-puberula, bracteae subulatae semilineares, pedicelli 4 lin. longi, omnes oppositi vel extimi 3, bracteolis ovatis acutis minutis lineam a bractea remotis. Sepala oblonga obtusa lineam longa, apice revoluta, extus pube sericea alba obducta, quatuor basi paullo tumefacta tamen eglandulosa. Petala glabra,

limbo cordato-oblongo obtuso crenulato lineari unguem superante. Stamina et ovarium fere ut in *Hiraea multiflora*. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia meridionali.

26. **T. MULTIGLANDULOSA** Adr. Juss. l. c. 532. — Foliis inferioribus ovato-lanceolatis, superioribus brevibus ellipticis, brevissime mucronatis, a basi ad medium glanduloso-ciliatis, subtus subtomentosis; petiolo 4-glanduloso; paniculis axillaribus et terminalibus multifloris; calyce 8-glanduloso; samarae puberulae muricatae alis subaequalibus. ♄∪ — Rami juniores tomento brevi cinerei, adulti glabrati rubentes. Folia inferiora ovato-lanceolata longioraque (poll. 3–2 longa, 1¼–¾ lata), superiora elliptica breviora (poll. 2–1 longa, lin. 15–7 lata), non raro apice truncata vel etiam emarginata, omnia brevissime mucronulata, margine a basi ad medium usque glandulis prominulis ciliata, supra glabra et vulgo punctulis nigris obsita, subtus juniora tomentosa, tomento serius laxiori cinereo et demum partim detergibili, reticulato-venosa, petiolo lin. 2–3 longo tomentoso 4-glanduloso, glandulis prominentibus, stipulis inconspicuis. Paniculae axillares et terminales, summorum foliorum in bracteas transeuntium decremento et abortu amplificatae, e racemis compositae, pedunculi diversorum ordinum fulvo-tomentosi, floriferi lin. 1–1½ longi, cum pedicello paullo longiori gracili articulati, apice bibracteolati, bracteae subulatae pedunculo vix breviores, longiores bracteolis ovatis. Calycinae laciniae semiellipticae sesquilineares, extrorsum inferne hirsutae et 4 biglandulosae, apice revolutae (jam priusquam petala explicantur). Petala calyce paullo longiora unguiculata reflexa, limbo subrotundo sinuato crispulo denticulato, in hujus parte inferiori et in ungue extrorsum pubescentia. Stamina calyce breviora, filamentis hispidulis basi in annulum cum imo calyce concretum coalitis, antheris cordatis, connectivo prominente glandulaeformi, loculis puberulis. Ovaria in unum dense hirsutum axi coalita, sub pilis sulcis profundis discreta dorsoque tricristata et inter cristas inferne appendiculata. Styli stamina paullulum superantes, basi hirsuti, apicis obtusi latere stigmatiferi. Samarae (juniores) puberulae, alis subaequalibus, apice plerumque oblique emarginatis, inter ipsas et cristam semiannularem processubus brevioribus muricatae, quorum unus major alis utrinque interponitur. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

27. **T. PUNCTULATA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 10. — Foliis lanceolatis vel ovato-lanceolatis, acutissime apiculatis obtusatisve glaberrimis, supra copia punctulorum maculatis, subtus reticulato-venosis, breviter petiolatis; racemis in paniculam terminalem compositis; calyce subeglanduloso; samarae muricatae alis puberulis obovatis, marginalibus superioribus majoribus. ♄∪ — Rami juniores sericeo-pubescentes, adulti glabrati rubentesque. Folia (3–5-pollicaria, 1½–2½ poll. lata) lanceolata vel ovato-lanceolata acuminata, acumine in apiculum acutissimum desinente vel obtusata glaberrima, supra punctulis creberrimis minutissimis maculata, subtus reticulato-venosa petiolata, petiolo (lin. 3 longo) albido-pubescente juxta apicem biglanduloso praetereaque ad basin bistipulato, stipulis minutissimis glanduliformibus. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares paniculaeformes, sed re vera pedunculis diversorum ordinum geminatim oppositis definitae, pedunculi sericeo-pubescentes bracteati, bractea minuta acuta, pedicelli graciles (lin. 3 longi) articulati, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis apice revolutis, basi villosis et biglandulosis, glandula vix sub villis conspicua nec prominula, lin. 2 longis, anguste ellipticis. Petala calyce vix longiora, inter ipsius lacinias reflexa, breviter unguiculata, limbo suborbiculari, basi sagittato lacerato-denticulata. Stamina 10 paullo calyce breviora, filamenta complanata subulata, ima basi in urceolum hypogynum coalita, petalis alterna oppositis paullo longiora atque interiora, antherae cordatae biloculares, connectivo dorsali glandulaeformi discolori, pollen ampullas 3–4 emittens. Ovaria 3 inter se in unicum profunde trilobum facie interna coalita, extrorsum cristato-trigona hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo vermiformi plicato. Styli totidem divergentes glabri, singuli stigmate glanduloso terminati. Fructus conflatus e samaris tribus juxta axin coalitis et demum solubilibus, sin-

gulis magnitudine pisi minoris, secundum facies laterales planis, dorso superne et longitrorsum cristato-alatis, margine utrinque bialatis, inter cristam et alas muricatis pubescentibus, crista lineam lata, alae membranaceae cuneiformi-obovatae, superiores inferioribus majores (lin. 4 longae et 3 latae) flabellato-venosae. Semina immatura tantum suppetebant. — In pascuis juxta vicum Concecao nec non tabernam Sumiduro non procul ab urbe Villa do Principe in Brasiliae prov. Minas Geraës.

28. T. MOGORIIFOLIA Adr. Juss. l. c. 11. — Foliis lanceolatis vel lanceolato-obovatis glaberrimis reticulato-venosis, breviter petiolatis; racemis axillaribus vel in paniculam terminalem compositis laxifloris; calyce 8-glanduloso; samarae muricatae alis puberulis vel glabratis, marginalibus inaequalibus, apice emarginato-laceratis. ♁◡ — Rami teretes glabri, adulti lenticellis crebris scabri. Folia (bipollicaria, pollicem lata) obtuse lanceolata vel lanceolato-obovata integerrima, glandulis marginalibus minutis utrinque 1-2 circa medium notata, reticulato-nervosa, breviter petiolata, petiolo ad basin vix conspicue bistipulato. Inflorescentiae axillares vel foliis supremis nonnumquam in bracteas transeuntibus quasi paniculato-terminales racemiformes, pedunculi secundarii geminatim oppositi lineam longi glabri, singuli basi bractea brevi acuta stipati, articulati cum pedicello quadruplo longiori et infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis sesquilinearibus ovatis apice revolutis, basi extrorsum parce pubescentibus et praeter unam) biglandulosis, glandula magna prominente elliptica. Petala calyce duplo longiora, inter ipsius lacinias reflexa unguiculata, limbo orbiculato vel ovato, crispo-denticulata inaequalia lutea. Stamina 10, calyce vix longiora, filamenta subulata, basi inter se coalita glabra, petalis opposita alternis paullo breviora et exteriora, antherae hirsutae. Ovaria 3, inter se in unum profunde trilobum facie interna coalita, extrorsum cristato-trigona hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo reniformi plicato, cristae laterales medio interruptae, alae duplicis praeindicium. Styli totidem glabri, singuli stigmate glanduloso terminati. Samarae 3, singulae magnitudine pisi minimi, dorso longitrorsum cristatae, margine utrinque bialatae, inter alas et cristam processubus muricatae alaeformibus (duobus ex ala inferiori prodeuntibus) pubescentes, crista lin. 2 lata lacerato-dentata, alae crista 2-3-plo longiores, inter se inaequales, in altero margine breviores et diversiformes dilatatae, a basi ad apicem varie emarginatum. Semen immaturum.

β. *platyptera* Adr. Juss. Archives du Mus. III. 533. — Samarae alae latiores simulque breviores (4-5 lin. longae, 3-5 latae), folia majora.

Juxta Sebastianopolin in Brasilia.

29. T. HIRAEA Griseb. Linnaea XIII. 239.) MULTIFLORA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 533. — Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis glabris breviter petiolatis, margine glanduliferis, summis breviter ellipticis; racemis laxis in paniculas dispositis; pedicellis puberulis; sepalis glanduliferis, extus puberulis; petalis antherisque glabris; fructu.....? ♁ — A *Hiraea intermedia*, cui simillima, differt glandulis folii in ipso margine stipitatis, nervorum nullis, foliis etiam junioribus glaberrimis, subtus ferrugineis, foliorum forma (inferiora bipollicaria, 8 lin. lata) utrinque attenuata, suprema 8-12 lin. longa, 4-6 lin. lata, utrinque acuta, petiolo breviori 3 lin. longo, pedicellis extimis binis 4-5 lin. longis patentibus, sepalis extus puberulis nec tantum ciliolatis. Sepala oblonga obtusa, apice revoluta, 2 lin. longa, foliacea, quatuor glandulis binis minutis basi instructa. Petala limbo cordato-oblongo subintegerrimo 2 lin. longo unguem superante. Stamina 10, omnia fertilia glabra, filamenta linearia subinaequalia, basi monadelpha, connectivum incumbens oblongum, loculos aequans. Ovarium subglobosum, stigmatibus tribus linearibus truncatis superatum, carpophylla tria connexa, dorso et latere utroque cristato-trigona, ovulum cujusque pendulum lycotropum. — Crescit in Brasilia meridionali.

30. T. GUILLEMINIANA Adr. Juss. l. c. 534. et p. 103. t. 3. fig. b. — Foliis lanceolatis, apice acuminatis, rarius obtusis glabris, supra glauco-virentibus, subtus

pallide ferrugineis; petiolo juxta medium biglanduloso bistipulato; paniculis terminalibus multifloris; calyce 8-glanduloso; samarae muricatae alis subaequalibus, late obovatis. ♁∪ — Rami juniores pube adpressa cinerei, adulti glabrati. Folia lanceolata (poll. 3–1½ longa, 1¼–½ lata), apice aut sensim aut magis abrupte in acumen acutum angustata, rarius obtusa, supra glabra glauco-virentia, subtus pallide ferruginea nervisque parum prominulis reticulata, juniora pilis rarissimis adpressis conspersa diutius in nervo medio persistentibus, adulta glabrata rigida, petiolo lin. 5–3 longo puberulo, juxta medium biglanduloso et supra basin minutissime bistipulato. Paniculae in ramis ramulisque terminales, foliorum supremorum decremento et abortu amplificatae, pedunculi diversorum ordinum puberuli vel glabrati, floriferi brevissimi (vix semilineares), cum pedicello triplo longiori gracili apice bibracteolato articulati, bracteae lineares acutae, bracteolis ovatis paullo longiores. Flores lutei fructusque ut in *T. punctulata*, antheris similiter glabris petalisque dorso pubescentibus, sed calycis 8-glandulosi glandulis magnis prominentibus, huic enim similior et proxima, an et tantum varietas? — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

31. T. (TRIOPTERIS Willd. Spec. plant. II. 744.) ACUTIFOLIA Cavanilles, Dissert. IX. 433. t. 261. — Foliis ovato-lanceolatis acuminatis, nervo medio subtus pubescente villis adpressissimis centro affixis; paniculis terminalibus. ♁ — (*T. acutifolia* Griseb. Linnaea XIII. 236. differre videtur.) — Crescit in Guiana.

32. T. SUAVEOLENS Adr. Juss. l. c. 535. — Foliis oblongis ovato-lanceolatis, supra lucidis, subtus ferrugineis glabris, petiolo brevi supra basin minutissime bistipulato; paniculis axillaribus et terminalibus; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁ — Frutex dumosus, ramis junioribus pube tenui pulverulentis, adultis glabratis rubentibus. Folia oblonga ovato-lanceolata (poll. 3–1½ longa, lin. 10–6 lata), supra lucido-virentia, subtus discoloria ferruginea, juniora laxe pubescentia, adulta glabrata, nervis parum prominulis reticulata marginata subcoriacea, petiolo sesquilineari pubescente vel serius glabrato, supra basin minutissime bistipulato. Paniculae axillares foliis breviores et terminales summorum foliorum bracteaeformium abortu, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, floriferi lineam circiter aut vix longi, bractea subaequali vel longiori subulata stipati, apice bibracteolati, bracteolis ovatis, cum pedicello triplo longiori articulati. Flores suaveolentes. Calycis laciniae ellipticae, lin. 2 longae, extrorsum hirsutae et 4 basi biglandulosae et superne (jam fere prius anthesi) revolutae. Petala calyce vix longiora, intense flavescentia, extrorsum albido-pubescentia, ungue brevi, limbo ovato subintegro denticulatove. Stamina calyce breviora, filamentis basi dilatata in annulum coalitis, extrorsum puberulis, antheris cordatis, connectivo conformi glandulaeformi, loculis (in quibus pili rari extrorsum primo aderant) glabratis. Ovaria in unum dense hirsutum coalita, sub pilis sulcis profundis discreta, singula dorso medio cristata et utrinque biauriculata, auricula altera superiori cristae parallela, altera inferiori transversa. Styli staminibus subaequales, basi hirsuti, apicis obtusi latere stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Bolivia prope Santiago de Chiquitos.

33. T. LANCIFOLIA Adr. Juss. l. c. 536. — Foliis angustis lanceolatis glabris, supra glauco-virentibus, subtus discoloribus et reticulato-venosis, margine inferne glandulifero, petiolo ad apicem biglanduloso; paniculis terminalibus; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁ — Rami juniores sericei, mox glabrati rubentes. Folia lanceolata (poll. 3–2 longa, lin. 9–4 lata) glabra, supra glauco-virentia, subtus discoloria (juniora parce pubescentia, mox glabrata), nervis prominulis reticulata, marginali glandulis nonnullis inferne consperso, apice cum medio in apiculum glandulosum confluente, petiolo lineas 2 longo sericeo aut glabrato, juxta apicem biglanduloso, stipulis inconspicuis. Paniculae terminales 1-2-pollicares, racemulis corymbulisve compositae, pedunculi diversorum ordinum tomentoso-sericei, floriferi lineares, bracteis ovatis subulatis subaequales, apice bibracteolati, bracteolis ovatis, et cum pedicello triplo longiori gracili articulati. Calycinae laciniae oblongo-ellipticae, lin. 2 longae, extrorsum basi sericeae et 4 biglandulosae,

glandulis apice liberis et superne (jam fere in alabastro) revolutae. Petala calyce paullo longiora, in ungue et nervo medio extrorsum pubescentia, caeterum glabra, basi emarginata subrotunda denticulata. Stamina calyce breviora, filamentis basi coalitis et extrorsum puberulis, antherarum cordiformium connectivo glanduliformi, loculis extrorsum adpresse pubescentibus. Ovaria in unum dense hirsutum coalita, sub pilis sulcis profundis discreta, singula dorso obscure trigona et basi praeterea bituberculata. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia ad Ilheos de Aboithé.

34. **T. LUCIDA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 11. (nec Griseb.) — Foliis lanceolatis glaberrimis lucidis subcoriaceis, breviter petiolatis; racemis axillaribus terminalibusque, paniculam vulgo componentibus; calyce subeglanduloso; samarae alis glabris, marginalibus inter se subaequalibus. ♁ — Rami glabrati teretes atro-rubentes. Folia (poll. 2 longa, 2–7 lata) lanceolata integerrima, inferne glandulis paucis marginata glaberrima, supra lucida, subtus fere concoloria subcoriacea petiolata, petiolo lin. 2 longo, basi utrinque vix conspicue glandulifero. Pedunculi terminales et ad summa folia sensim in bracteas transeuntia axillares, communes circiter pollicares, pilis adpressis puberuli, secundarii lineam longi, geminatim oppositi, singuli bractea acuta brevi stipati uniflori, cum pedicello duplo longiori articulati ibidemque bibracteolati. Flores non suppetebant, nisi fructu maturo exuviis marcidis cincto, in quibus calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis, anguste ellipticis, extrorsum apice revolutis puberulis, basi utrinque vix manifeste glandulosis. Stamina 10, calyce paullo breviora, filamentis subulatis, basi ima in urceolum hypogynum coalitis, antheris versatilibus. Samarae 3, axi brevi pyramidali-trigono et facie interna inter se coalitae demum solubiles globulosae, magnitudine pisi minimi, puberulae, dorso longitrorsum cristatae, crista membranacea sublacerata vix lineam lata, margine utrinque bialatae, alis membranaceis, oblique obovatis, superioribus lin. 4 longis et 2 latis, inferioribus vix brevioribus flabellato-venosis. Semen sphaeroideum pendulum, integumento membranaceo simplici vestitum. Embryo absque perispermio uncinato-curvatus, radicula conoidea brevi recta supera, cotyledonibus plicatis, altera alteram amplectente, margine altero axi oppositis oblongo-ovatis, basi sagittato-emarginatis carnosis, integumenti intus replicati lamina tenuissima plicae cotyledonum interposita. — Affinis *T. mucronatae* Cav., differt praecipue alis samarae glabris, multo brevioribus, inter se subaequalibus. — Crescit in Brasilia in pascuis montis vulgo Serra da Carça, prov. Minas Geraës.

35. **T. FRAXINIFOLIA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 537. — Foliis lanceolatis, obtuse acuminatis glabris, supra virentibus, subtus pallide ferrugineis membranaceis, breviter petiolatis; paniculis terminalibus; calyce 8-glanduloso; samarae glabrae tuberculatae alis subaequalibus emarginatis. ♁ — Rami juniores adpresse pubescentes, adulti glabrati. Folia lanceolata, in acumen obtusiusculum sensim elongata (poll. 2–1½ longa, ½ lata) glabra, supra viridia, subtus pallide ferruginea membranacea, petiolo brevi juxta medium minute glandulifero puberulo. Paniculae (fructiferae tantum suppetentes) terminales, vix foliis longiores, pedunculi fructiferi lineares, cum pedicello 2–3-plo longiori apice bibracteolato articulati. Calyx pubescens 8-glandulosus. Samarae margine quadrialatae, alis subaequalibus (vulgo tamen superioribus paullo longioribus angustioribusque) lineas 3–4 longis cuneato-flabelliformibus, apice emarginatis, fere omnino glabratis, medio brevissime cristatis et inter cristam et alas tuberculatis. Semen compresso-globosum, acumine rostriformi superatum, infra acumen funiculo lato appensum, integumento duplici, exteriori colorato et infra hilum chalaza intensius maculato, interiori albo in plica embryonis reflexo, cotyledonibus oblongo-ovatis complicatis, altera alteram amplectente et basi brevissime biauriculata, radicula brevi ovato-conoidea acumen rostriforme implente. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

36. **T. MARANHAMENSIS** Adr. Juss. l. c. 537. — Foliis oblongo-ovatis, acute acuminatis glabris, brevissime petiolatis; racemis axillaribus vel terminalibus; ca-

lyce 8-glanduloso; petalis extrorsum pubescentibus; filamentis glabris; samarae glabratae alis angustis oblongis, inferioribus paullo longioribus, crista breviori lacerato-partita. ♁ — Rami juniores adpresse puberuli, mox glabrati, fuscescentes et lenticellis pallidioribus notati. Folia oblongo-ovata, in acumen acutum desinentia (poll. 2–1½ longa, ⅔–½ lata), juniora pilis albidis mollibus adpressis puberula, adulta utrinque glabra, supra lucida, subtus palidiora nervisque prominulis reticulata, petiolo brevissimo (lineam longo) crassoque. Racemi axillares vel in ramulis lateralibus paucifoliis terminales, nonnumquam geminati, poll. 2–1 longi, pedunculi communes juniores puberuli, mox glabrati, floriferi (lin. 2–1½ longi) cum pedicello paullo longiori articulati, basi bracteati et apice bibracteolati, bractea bracteolisque ipsos subaequantibus lanceolatis puberulis aut glabratis. Calycis laciniae ovato-acutae sesquilineares, extrorsum rufo-hirtellae et quatuor basi biglandulosae, glandulis dimidio brevioribus. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo obovato subsinuato integro laceratove, extrorsum pilis mollibus candicantibus pubescente tenui, inaequalia (quintum interius caeteris minus). Stamina calycem superantia, filamentis glabris, basi dilatatis et ima coalitis, antheris glabris ovatis. Ovaria fere distincta, pilis albidis villosa, apice supra styli ortum breviter acuminata, dorso 4-auriculata, auriculis utrinque geminatim superpositis erectis subaequalibus semiellipticis. Samarae glabratae, in ambitu quadrialatae, alis anguste et oblique obovatis, duabus superioribus erectis, duabus inferioribus paullo longioribus (lin. 6 longis et 2 latis) pendulis, medio cristatae, crista alis quadruplo breviori in lacinias lineares plures partita e duplici lamina conflatas, praeterea laciniae breves utrinque cristae et alis interjectae. Semen infra apicem acute acuminatum latere appensum, caeterum subglobosum, integumentum duplex membranaceum coalitum, hinc album, inde (sub hilo) chalaza lata fuscatum. Embryo conformis, radicula brevi conica seminis acumen occupante, cotyledonibus carnosis plicatis, altera exteriori circumvoluta alteri et utraque basi breviter biauriculata radiculae basin amplectente. — Crescit in Brasiliae provincia Maranhamensi.

†† *Glabripetalae:* Stipulae ad basin petioli utrinque ramo insertae, saepe inconspicuae.

37. **T. SCHIEDEANA** Chamisso et Schlchtd. Linnaea V. 218. — Scandens: foliis lanceolatis acuminatis acutis, breviter petiolatis glabrescentibus, nervo subtus prominente strigoso; umbellis subquadrifloris in apice ramorum paniculatis; fructu isoptero. ♁◡ — Flores aurantiaci. Differt a *T. acutifolia* Cav. foliis dimidio minoribus, ad summum bipollicaribus, 9 lin. latis petalisque oblongis, basi sagittatis. — *Triopteris quadrialata* Pavon mss. — *Tr. Mexicana* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 281. — Crescit in Mexico in sylvis Jalapensibus ad „Hacienda de la Laguna".

38. **T.** (TRIOPTERIS Willd. Spec. pl. II. 745.) **BUXIFOLIA** Cavan. Dissert. IX. 434. t. 262. fig. 1. — DC. Prodr. I. 587. no. 1. — Adr. Juss. l. c. 539. t. 18. — Foliis ovatis obtusis subsessilibus parvis glaberrimis; floribus in umbellas terminales digestis; samarae alis purpurascentibus. ♁ — Folia nunc ovata vel elliptica ut in *Buxo*, nunc fere lanceolata. Umbellae quadriflorae, tum in ramis, tum in ramulis lateralibus plerumque diphyllis tantum terminales, stipitatae, stipite semipollicari, pedunculis floriferis fere aequalibus pedicellisque vix brevioribus, bracteis bracteolisque minimis setaceis. Petala magna limbo suborbiculari. Samarae plerumque rubentes glabrae, inter alas et cristam dorsalem processubus cristaeformibus muricatae, alae superiores paullo inferioribus majores. Semen globoso-reniforme, cotyledonibus conduplicatis basi biauriculata basin radiculae amplectentibus, plumula papillaeformi bilobulata. — Crescit in insula Sti. Dominici.

39. **T. LIGUSTRIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 12. — Foliis brevibus lanceolatis obtusiusculis glabris tenuibus, brevissime petiolatis; stipulis intrapetiolaribus; umbellis terminalibus quadrifloris; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁ — Frutex 15-pedalis, caule recto, rami juniores pilis adpressis pubescentes, mox glabrati grisei. Folia (lin. 15–10 longa, 5–4 lata) lanceolata

obtusiuscula integerrima, praeter pilos nervo medio interdum adspersos glabra tenuia petiolata, petiolo tenui lin. 2 longo pubescente, stipulata, stipulae intrapetiolares (e geminis coalitae ideoque non raro bidentatae), petiolo dimidio breviores acutae deciduae. Inflorescentiae terminales umbelliformes, umbellis quadrifloris, pedunculi lin. 3 longi erecti, pilis albis pubescentes, basi bracteati, bracteis brevibus ovatis in involucrum verticillatis, articulati cum pedicello aequali concolorique et infra articulum bibracteolati, bracteolis oppositis ovatis. Calyx sesquilinearis, laciniis conniventibus obovatis glabris, vix ciliolatis, basi (praeter unam) glandulosis, glandulis lineam longis prominentibus et quasi peltatim affixis crassis oblongo-obovatis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue reflexo limboque duplo breviore, limbo suborbiculari basi sagittatim emarginato subdenticulato glaberrimo, inter se subinaequalia dissimiliaque, lutea rubroque suffusa. Stamina 10, vix calycem superantia, 5 petalis opposita alternis subexteriora, filamenta glabra, usque medium inter se coalita, superne libera et acuta, antherae ellipsoideae glabrae. Ovaria 3 in unum globoso-trilobum villosum breve coalita, singula extrorsum ad apicem subgibbosa marginibusque utrinque appendiculata, appendiculis semiellipticis glabris, inferioribus subinterioribus brevioribusque, omnibus inter se conniventibus dorsoque ovarii diu adpressis, intus uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem, stamina vix superantes, divergentes breves glabri, apice truncatulo hinc stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — In Brasiliae sylvis primaevis prope S. Gabriel in prov. Minas Geraës, ad fines prov. Rio de Janeiro.

40. **T. LANGSDORFFIANA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 539. — Foliis parvis obovatis, supra glabris, subtus tomentoso-pubescentibus brevissime petiolatis; umbellis quadrifloris axillaribus terminalibusque; calyce 8-glanduloso; antheris basi pilosis; samara.....? ♄⌒ — Rami tomento pallide rufulo conspersi. Folia parva obovata (lin. 18–9 longa, 8–5 lata) brevissime apiculata, supra glabra, nervis primariis a medio usque ad marginem pinnatim excurrentibus impressis, iisdem subtus prominentibus et subtomentosa, brevissime petiolata bistipulata, stipulis lineari-setaceis, basi dilatatis distinctis aut in unam intrapetiolarem coalitis. Umbellae quadriflorae axillares, foliis dimidio breviores vel terminales et tunc saepius ternatae, pedunculus communis (ramulus) lin. 4 longus, paribus bractearum oppositarum 1–2 instructus, floriferi sesquilineares, apice cum pedicello breviori articulati et bibracteolati, bracteolis brevibus ovatis, basi bracteati, bracteis similibus ad involucrum verticillatis. Alabastri tantum suppetunt, in quibus calyx 8-glandulosus glaber, laciniis semiorbiculatis, petala eo longiora glabra. Stamina 10 filamentis basi coalitis, antheris basi barbatis. Ovaria 3 in unum hirsutum coalita, singula stylifera dorsoque 5-appendiculata, appendiculis 4 inferioribus utrinque geminatim lateralibus. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

41. **T. XYLOSTEIFOLIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 7. — Foliis ovatis, basi subcordatis, utrinque breviter sed densius subtus pubescentibus mollibus, breviter petiolatis; umbellis terminalibus pauciforis; calyce 8-glanduloso; samarae muricatae alis puberulis subspathulatis, superioribus majoribus. ♄⌒⌣ — Rami flexiles, novelli tomentosi, adulti glabrati grisei. Folia (poll. 2–1 longa, lin. 15–10 lata) ovata, basi subcordata integerrima, supra pubescentia et densius subtus, glandulis nonnullis marginalibus minutis sub pube vix conspicuis, mollia, breviter petiolata, petiolo tomentoso, ad basin vix conspicue bistipulato. Pedunculi in ramulis lateralibus terminales, umbellatim 3–4-nati, bracteis totidem in involucrum verticillatis stipati, lin. 4 longi, singuli uniflori cum pedicello paullo longiori articulati et infra articulum bibracteolati, praeterea axillae foliorum supremorum in bracteas transeuntium nonnumquam floriferae. Calyx quinquepartitus, laciniis erectis ovatis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula prominente subaequali elliptica, lineam longis, glabris. Petala calyce triplo longiora, inter ipsius lacinias reflexa unguiculata, limbo ovato, basi sagittato-emarginata, margine lacerato-denticulata lutea. Stamina 10, calyce paullo longiora, antherae

cordatae, basi barbatae, pollen globulosum poris undique ampullas emittentibus dehiscens et inde iis totum horrescens. Ovaria 3 in unicum trilobum facie interna coalita, extrorsum cristato-trigona villosa uniovulata, ovulo pendulo vermiformi uncinato. Styli totidem divergentes glabri, singuli stigmate glanduloso terminati. Samarae 3 axi trigono-pyramidali et facie interna inter se adhaerentes, demum solubiles globulosae, magnitudine pisi minimi, puberulae, dorso cristatae, margine utrinque bialatae, inter cristam et alas processubus membranaceis brevibus muricatae, crista sesquilineam lata, in duas partes fissa superiorem integram, inferiorem lacerato-dentatam, alae spathuliformes, superiores lin. 6 longae, 2 latae, inferiores duplo minores. Semen globulosum pendulum, membrana simplici vestitum, embryone uncinato-curvato. — In sylvis primaevis ad montem Morro da Laguna in Brasiliae prov. S. Catharinae.

42. T. PALUDOSA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 540. — Foliis parvis ovatis acutis mucronulatis, pube molli subtus sericeis mollibus, brevissime petiolatis; fasciculis axillaribus 2–3-floris; bracteolis longis juxta medium pedunculum sitis; calyce 10-glanduloso; samarae glabratae muricatae alis subaequalibus. ♁ — Rami patentes, juniores pube brevi mollique cinerei, adulti glabrati. Folia ovata (lin. 8–4 longa, 4–2 lata), apice acuta et mucronulata, pube cinerea supra puberula et subtus sericea, tenuia molliaque, petiolo vix semilineari. Flores ad axillas umbellatim geminati ternative, umbellis interdum geminatis sessilibus, pedunculi lin. 4 longi, molliter puberuli, basi bracteati et juxta medium bibracteolati, apice cum pedicello subsimili dimidioque breviori articulati, bracteae bracteolaeque folioliformes, subtus sericeo-albidae, hae angustiores lin. 2 et ultra longae vulgo plicatae. Calycinae laciniae sesquilineares ovato-acuminatae, extrorsum pubescentes et plicatae, omnes biglandulosae, glandulis discretis lineari-complanatis, apice liberis, in quinta minoribus. Petala calyce fere triplo longiora, ungue filiformi, limbo obovato denticulato. Staminum filamenta supra calycem exserta glabra, basi coalita, antherae ovatae glabrae. Ovaria introrsum pilis albidis longiusculis obtecta, extrorsum glabra et quadrialata, alis oblongis subaequalibus (superioribus tamen paullo latioribus brevioribusque), cristis pluribus minoribus interpositis. Styli stamina subaequantes glabri. Fructus non suppetebant maturi. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

43. T. LONGIBRACTEATA Adr. Juss. l. c. 541. — Foliis parvis ovatis mucronulatis glabratis, subtus discoloribus, breviter petiolatis; racemis terminalibus pauciforis; bracteis bracteolisque lineari-lanceolatis longiusculis; calyce 8-glanduloso; samarae glabratae muricatae alis 4 subaequalibus, cum duabus minimis interdum interpositis. ♁ — Rami juniores pube adpressa cinerascentes, eadem excussa mox glabrati lenticellisque discoloribus creberrimis punctulati. Folia lanceolata vel (in ramulis inferiora brevioraque) ovata (poll. 1½–1 longa, lin. 9–5 lata) mucronulata, in novellis sericeo-pubescentia, adulta fere aut omnino glabrata, subtus discoloria membranacea, petiolo brevi gracili, stipulis 2 minutissimis. Inflorescentiae terminales racemosae, racemis pauci-(4–6-)floris, altera progenie florum trium non evolutorum inque bracteis et bracteolis involucrantibus occultorum vulgo terminatae, pedunculi floriferi puberuli, lin. 2–3 longi, cum pedicello glabello paullo breviori articulati, articulo ante maturitatem fructus vix conspicuo, basi bractea, apice vel infra apicem bracteolis duabus oppositis vel saepius alternis stipati, bracteae bracteolaeque lineari-lanceolatae, basi glanduloso-bidentatae et apice callosae, pedunculis pedicellisque subaequalibus aut inaequalibus. Laciniae calycinae lineares ovatae, infra pubescentes, 4 biglandulosae. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo obovato undulato, inaequalia. Stamina petalis breviora, alterna longiora, sed omnia valde inter se inaequalia, filamentis glabris in tubum inferne coalitis inaequaliter ita ut novem ternatim altius inter se coalescant, decimum petalo interiori opponatur solitarium, antheris ovatis glabris, connectivo glanduliformi. Ovaria 3 fere distincta hirsuta, dorso superne multiappendiculata, appendiculis 4–6 majoribus caeteras breviores tuberculaeformes

marginantibus obtegentibusque, apice introrsum stylifera, stylis stamina superantibus divergentibus glabris. Samarae (immaturae suppetentes) ventre hirsutae, caeterum glabratae, dorso 4-alatae, alis subaequalibus oblique cuneato-obovatis, quibus saepe utrinque quinta sextaque brevior linearis interjicitur, medio brevius cristatae, crista undulata, inter cristam et alas utrinque 2-3-appendiculatae. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

44. T. STYLOPTERA Adr. Juss. l. c. 542. t. 18. — Foliis ovato-lanceolatis glaberrimis, brevissime petiolatis; racemis paniculas axillares foliosas componentibus; calyce 10-glanduloso; filamentis pubescentibus; samarae glabrae alis superioribus styliformibus, inferioribus longioribus laceratis, crista breviori crispa. ♁ — Rami glabrati, lenticellis conspersi. Folia ovato-lanceolata vel apice in acumen angustata (poll. 3-2½ longa, 1-1¼ lata) glaberrima, nervo medio subtus prominente, margine inferne glandulis nonnullis notato, brevissime petiolata bistipulata, stipulis brevissimis vixque conspicuis deciduis. Racemi axillares vulgo geminati vel ternati nec raro basi ramosi sicque paniculas formantes sessiles, foliis nunc breviores nunc subaequales paullove longiores. Pedunculi communes sericeo-puberuli, floriferi sesquilineares, cum pedicello paullo longiori articulati, basi bracteati et apice bibracteolati. Bracteae pedunculis breviores lineari-ovatae, bracteolae majores foliiformes, pedicellis longiores ovatae, basi in margine 4-glandulosae. Interdum flores in racemo inferiores subabortivi vel tardius evoluti, sub forma alabastri minuti candicantis bracteolis interpositi. Laciniae calycinae lineares ovatae, extrorsum hirsutae et basi biglandulosae. Petala calyce triplo longiora, vix unguiculata obovata, margine crispulo denticulata. Stamina calycem vix superantia, filamentis crassiusculis, basi inter se coalitis, pubescentibus, antheris glabris oblongis transverse nutantibus. Ovaria fere distincta hirsuta, apice in gibbum compressum producta, lateribus utrinque biappendiculata, appendiculis erectis, superioribus minoribus, introrsum juxta medium stylifera. Samarae juniores glabratae, superne in cristam crispam productae, alis inferioribus transversis oblongo-cuneatis, in margine lacerulis, superioribus brevioribus suberectis rigidis teretibus et styliformibus. — Crescit in Peruvia.

45. T. VACCINIIFOLIA Adr. Juss. l. c. 543. — Foliis parvis oblongo-ovatis fere glabris, vix petiolatis; corymbis terminalibus pauciforis; calyce 10-glanduloso; samarae fere glabratae alis inferioribus triplo longioribus. ♁ — Rami juniores sericeo-puberuli, adulti glabrati. Folia parva oblongo-ovata ellipticave (lin. 14-7 longa, 5-3 lata) integerrima, pilis minutis conspersa, supra rarioribus, vel glabrata, subtus raris nervisque prominulis rubentibus reticulata (si punctula marginalia vix conspicua excipias) eglandulosa, petiolo semilineari puberulo. Inflorescentia (ut e fragmentis videtur) terminalis corymbiformis contracta pauciflora, pedunculi floriferi lineam longi sericeo-puberuli, cum pedicello subaequali articulati ibidemque bracteolis subaequalibus ovatis duabus instructi. Calyx brevis 10-glandulosus. Petala lineam longa, limbo ovato, basi subsagittato, fere integro. Filamenta calycem vix superantia villosa, antherae glabrae, connectivo crasso glanduliformi. Samarae (quae suppetunt nondum perfecte maturae) 3 aut abortu 2-1 parvae rubentes, ventre pubescentes et caeterum fere glabratae, alis angustis, inferioribus longioribus (lin. 3 longis), superioribus triplo brevioribus, medio brevius cristatae absque ulla interjecta appendice. — Crescit ad Maracaybo.

46. T. FIMBRIPETALA Adr. Juss. l. c. 544. — Foliis lanceolato-obovatis acuminatis glabris coriaceis petiolatis; racemis axillaribus; bracteolis ovatis magnis; calyce 10-glanduloso; petalis magnis ciliato-fimbriatis; samarae glabrae alis oblongis subaequalibus, crista magna. ♁ — Rami glabri. Folia lanceolato-obovata saepius acuminata (poll. 3-2½ longa, 1½-1 lata) glabra, subtus nervo medio prominente percursa glandulisque nonnullis minutis scutelliformibus inferne impressa nec non marginata coriacea, petiolo lin. 3-4 longo crasso, supra canaliculato. Racemi axillares foliis breviores, pedunculi pube adpressa rara conspersi, floriferi lin. 3 longi, basi bractea brevissima acuta, infra apicem bracteolis 2 bractea mul-

toties majoribus ovatis instructi, articulati cum pedicello fere duplo longiori. Laciniae calycinae sesquilineares semiellipticae, extrorsum pilis adpressis conspersae et ad apicem revolutae ciliatae, omnes biglandulosae. Petala calyce 3–4-plo longiora longe unguiculata, limbo suborbiculari, fimbriis ciliato glabro. Stamina inaequalia, filamentis exsertis glabris. Styli 3 filamenta superantes longi flexuosi glabri. Ovaria glabra, dorso medio cristata et lateribus longius 4-alata. Samarae receptaculo pyramidali-trigono affixae glaberrimae lucidae, dorso medio crista magna lacerato-sinuata instructae, margine 4-alatae, alis crista vix duplo longioribus (lin. 7–8 longis, 2 latis), inter se subaequalibus, basi confluentibus. — Crescit in Guiana.

Sectio II. PENTAPTERYS Adr. Juss. l. c. 545.

Ramulo florifero laterali vel terminali contracto, inflorescentiae subsessiles fasciculatae (rarius racemulosae) vulgo foliis prius evolutae et inde quasi rameales. Pedunculus florifer saepius supra basin nec apice bibracteolatus. In ovario crista dorsalis media appendiculis lateralibus multo longior et supra ipsas exserta, appendicula superior inferiori minor et exterior. In duabus tantum quinque speciebus samaram observare datum est, cujus alae inferiores superioribus longiores, crista prioribus vix minus evoluta et inde quasi quintam alam constituens, radicula cum cotyledonibus (non basi biauriculatis) sensim continua. — An genus distinctum, inter *Tetrapterydem* et *Hiraeam* medium?

47. **T. RAMIFLORA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 8. — Foliis brevibus obovatis, basi acutis, apice truncatis et mucronulatis glabratis, subtus discolori-reticulatis petiolatis reflexis; umbellis terminalibus axillaribus ramealibusque sessilibus pauciforis; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♃? — Suffrutex 1½-pedalis, lenticellis creberrimis minutis discoloribus tuberculatus, pilis conspersis adpressis puberulus vel glabratus. Folia (poll. 1½–1 longa, lin. 9–6 lata) obovata, basi acuta, apice vulgo truncato subemarginatove brevissime mucronulata integerrima, margine inferne glandulis minutis 1–3 utrinque impresso, juniora pilis raris conspersa, adulta glabrata, supra virentia, subtus paullo pallidiora, nervis rubellis vixque prominulis tenuiter reticulata, vulgo reflexa nec raro plicata, petiolata, petiolo (lin. 2–3 longo) supra canaliculato, ad apicem saepius glandulifero. Inflorescentiae axillares (saepe foliorum casu quasi rameales), fasciculatae, fasciculi (ramuli axillares floriferi abortivi abbreviati) 4–8-pluriflori, basi bracteis pluribus imbricatis brevibus involucrati, pedicelli semipollicares graciles pubescentes, basi bracteati paulloque profundius bibracteolati, bracteolis brevibus biglandulosis. Flores post casum foliorum evoluti. Calyx profunde quinquefidus, laciniis sesquilinearibus ovatis acutiusculis, introrsum glabris, extrorsum pubescentibus basique (praeter quintam extrorsum spectantem) biglandulosis, glandulis prominentibus lineari-obovatis approximatis. Petala calyce duplo longiora, breviter unguiculata cuneato-obovata, denticulis tenuissimis ciliata, crispula glabra patentia, inter se inaequalia dissimiliaque (quintum, in praefloratione et quoad inflorescentiae axin interius, limbo basi subhastato, ungue latiori longiorique) lutea. Stamina 10, calycem superantia, petalis opposita alternis exteriora longioraque, filamenta glabra subulata, basi coalita, antherae parvae cordatae glaberrimae, connectivo dorsali prominente globulosoque. Ovaria 3 fere distincta, singula introrsum juxta basin stylifera, lateribus villosa, dorso cristata, crista superne in alam producta praetereaque 4-auriculata, auriculis glabris obtusis, duabus inferioribus longioribus erectis, duabus minimis transversis exterius et juxta mediam altitudinem sitis, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli stamina vix superantes subdivergentes rigidi, a basi ad apicem truncatum stigmatiferum attenuati glabri. Fructus non suppetebat. — Prope Sucuriu, in Brasilia in parte prov. Minas Geraës dicta Minas Novas.

48. **T. HUMILIS** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 548. — Haec sibi specimina vindicans suffruticis 1½-pedalis distinguitur foliis obovato-lanceolatis (poll. 2¼ longis, ½ latis) acutissimis, subtus pube laxa cinereis, brevissime petiolatis; pedun-

culis vix lineam longis, cum pedicello triplo longiori articulatis, apice (nec basi) bibracteolatis; floribus paullo minoribus, ungue magis limboque minus explicato; staminibus magis exsertis, ovarii appendiculis lateralibus subaequalibus inter se et fere cum dorsali, crista non longe ipsas superante (in *T. ramiflora* crista dorsalis appendiculis lateralibus multo longior) inque alam exserta, appendicula exterior eademque superior tuberculiformis minima, media eademque inferior major auriculaeformis. — Crescit in Brasilia.

49. T. CHAMAECERASIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Fl. Brasil. merid. III. 7. — Foliis ovatis acutis, pilis longiusculis parce conspersis mollibus, brevissime petiolatis; umbellis terminalibus axillaribusve subsessilibus paucifloris; calyce 8-glanduloso; samarae alis rubentibus glabris obovatis, superioribus brevibus. ♁ — Rami novelli pubescentes, adulti glabrati rubentes. Folia (poll. 1½–1 longa, 1–¾ lata) ovata acuta integerrima, glandulis 2–4 marginalibus ad basin notata, pilis mollibus longiusculis raris conspersa mollia, breviter petiolata, petiolo pubescente, ad basin brevissime bistipulato. Inflorescentiae terminales vel in ramulis lateralibus abortu brevissimis et inde quasi axillares, pedunculi umbellatim 3–5–nati, bracteis totidem in involucrum verticillatis stipati, lin. 2 longi, singuli uniflori, cum pedicello duplo longiori articulati et infra articulum bibracteolati, bracteae bracteolaeque ovatae, margine inferne glanduliferae, sicut pedunculi pubescentes. Flores non suppetebant nisi petalis lapsis, ovario ad fructum vergente, in quibus calyx quinquepartitus, laciniis (lin. 2 longis) ovatis, apice revolutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis prominentibus magnis ellipticis, pubescentibus. Stamina 10, filamentis glabris basi in urceolum hypogynum coalitis, antheris versatilibus. Samarae 3, axi trigono-pyramidali et facie interna inter se cohaerentes, demum solubiles globulosae, magnitudine pisi minimi, pubescentes, dorso cristatae, crista membranacea subintegra semiorbiculari lineam lata, margine utrinque bialatae, alis oblique obovatis, inferioribus lin. 4 longis et 2 latis, superioribus brevioribus. Semen globulosum pendulum, membrana simplici vestitum, embryone uncinato-curvato. — In pascuis juxta praedium Olho d'Agoa, in parte deserta prov. Minas Geraës vulgo Sertao in Brasilia.

50. T. TURNERAE Adr. Juss. Archiv. du Mus. III. 546. t. 18. — Foliis ovatis apiculatis tomentosis mollibus, breviter petiolatis; fasciculis axillaribus paucifloris, pedunculo florifero juxta basin bibracteolato; calyce 8-glanduloso; samarae hirsutae alis brevibus, inferioribus longioribus, crista superioribus lacerato-lobatis subaequali. ♁ — Frutex 6–10–pedalis, ramis patentissimis, junioribus dense tomentosis, adultis glabratis, copia lenticellarum discolorium subrotundarum scabris. Folia ovata (poll. 1½–1 longa, ¾–½ lata) apiculata, utrinque sed densius subtus tomentosa, sub tomento juxta basin glandulis paucis marginata mollia, vulgo plicata, breviter petiolata. Inflorescentiae axillares, ramuli floriferi contractione fasciculatae, basi bracteis imbricatis brevibus stipatae, pedunculi tomentosi, lin. 3 longi, supra basin bibracteolati, bracteolis linearibus, margine utroque uniglandulosis, apice articulati cum pedicello simili paullo breviori. Calycinae laciniae ovato-lanceolatae, extrorsum tomentosae et 4 basi biglandulosae, glandulis crassis partim liberis. Petala deciderant. Stamina calyce paullo longiora glaberrima, filamentis basi coalitis. Ovaria 3 ad axin inter se coalita, dense hirsuta, singula dorso 5–appendiculata, appendicula media cristaeformi longiori, quatuor lateralibus priorem exsertam coronae obliquae instar cingentibus, duabus superioribus iisdemque exterioribus paullo minoribus. Samarae 3 aut abortu pauciores hirsutae, crista sinuata, alis patentibus glabratis, 2 superioribus cristae subaequalibus lacerato-lobatis, inferioribus fere triplo longioribus (lin. 2–3 longis, 1½ latis) non aut vix lobatis. Semen ovato-acuminatum, acumine in filum producto, infra acumen funiculo lato crassoque pendulum, embryo cotyledonibus oblongo-ovatis conduplicatis cum radicula conica brevi sensim continuis, plumula minima vixque conspicua. — Crescit in Brasilia.

51. T. RACEMULOSA Adr. Juss. l. c. 547. — Foliis ellipticis apiculatis, supra glabris laevibusque, subtus puberulis, breviter petiolatis; racemulis axillaribus pauci-

floris, pedunculo florifero supra medium bibracteolato; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♁ — Rami juniores pube molli cinerea adspersi, adulti glabrati. Folia elliptica poll. 3½–2 longa, 1½–1 lata) brevissime mucronulata, basi saepe acuta, margine glandulis 2–4 parvis inferne notata, supra glabra laeviaque, subtus pallidiora molliter pubescentia, nervis medio primariisque pinnatim prominulis, rigida, petiolo lin. 2 longo crasso. Inflorescentiae axillares, foliis multo breviores racemiformes, pedunculi diversorum ordinum tomentosi, floriferi lin. 3 longi, basi bractea dimidio breviori stipati, supra medium bibracteolati, bracteolis margine biglandulosis, apice cum pedicello breviori articulati. Calycinae laciniae ovatae (lin. 1½ longae), extrorsum hirsutae 4 biglandulosae. Petala calyce duplo triplove longiora, limbo suborbiculari concavo. Staminum filamenta calycem vix aequantia, basi ima coalita glabra, antherae parvae cordatae glabrae, loculis connectivum brevius marginantibus. Ovaria 3 inter se coalita, dense hirsuta, singula dorso 5-appendiculata, appendiculis glabellis obtusis, media cristaeformi longiori, 4 lateralibus quarum duae superiores, paullo minores exterioresque. Styli totidem stamina paullulum superantes rigidi glabri, apice obtusi et introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia.

† *E genere excludendae.*

T. GAUDICHAUDIANA Adr. Juss. = HIRAEA GAUDICHAUDIANA.

T. OBOVATA Poepp. = HIRAEA CRASSIPES.

T. PAUCIFLORA DC. = DIPLOPTERYS PARALIAS.

XXX. HIRAEA *Jcq.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 548. t. 19.)

Calyx quinquepartitus, eglandulosus vel laciniis 4 (rarius omnibus vel paucioribus) basi biglandulosis. Petala calyce longiora reflexa unguiculata, limbo denticulato vel subintegro. Stamina 10, omnia fertilia alterna longiora, filamentis basi coalitis, antheris vulgo glabris. Styli 3 rigidi, apice compresso hinc stigmatiferi, stigmate discolori. Ovaria 3 inter se introrsum coalita, singula dorso cristata trigona. Samarae 3 aut abortu pauciores, dorso membranaceo-cristatae, margine utroque alatae, alis semiorbicularibus cristae subaequalibus vel saepius majoribus, distinctis vel in unam confluentibus. — Frutices Americani, plerumque scandentes. Folia integerrima glabra vel varie pubescentia, subsessilia petiolatave bistipulata, stipulis subnullis vel magis conspicuis et tunc cum petiolo concretis. Umbellae axillares 4-florae, rarissime pluriflorae, simplices vel saepius ternae, vel racemi terminales rariusve laterales nunc simplices, nunc paniculatim ramosi: pedunculi floriferi in umbellis axillaribus subnulli, in inflorescentiis terminalibus breves, cum pedicellis articulati, basi bracteati, apice opposite bibracteolati. Flores parvi vel mediocres, lutei vel rosei lilacinive, nonnumquam pubescentes.

Sectio I. MASCAGNIA Bertero ex Adr. Juss. l. c. 549.

Racemi terminales et axillares, saepius paniculati, interdum corymbosim contracti, rarissime umbellae, pedicellis non sessilibus. — *Mascagniam* Berter. (auctore Colla, Hort. Rip. p. 86.) distinguunt calycinarum laciniarum quatuor biglandulosae et samarae ala indivisa circumdatae, quorum characterum prior *Mascagniam* quoque nostram, posterior sectionem ejus tantum priorem decet.

§. 1. *Alae marginales in unam non aut vix divisam confluentes.*

1. H. ELEGANS Adr. Juss. Archives du Mus. III. 549. — Foliis ovatis acuminatis glaberrimis variegatis pellucido-punctulatis membranaceis petiolatis, basi brevissime bistipulatis; racemis terminalibus paniculatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris.....?; samarae alis marginalibus in unam orbicularem confluentibus. ♁◡ — Rami juniores pube brevi rufa cinereave quasi pulverulenti, serius glabrati. Folia ovata acuminata (poll. 5–3 longa, 2¾–1½ lata), juniora utrinque

pubescentia, adulta supra (si nervos impressos excipias) glaberrima, maculis creberrimis pallidioribusque secus nervulos dispositis marmoris in modum variegata (an et in vivo?), subtus discoloria, punctulis elevatis minutissimis creberrimis pellucidis minoribusque squamuloideis et parcius pilis conspersa, inferne glandulis nonnullis scutelliformibus irregulariter conspersis impressa, nervis prominulis laxe reticulata membranacea, petiolo semipollicari pulverulenti-puberulo, basi dilatata bistipulato, stipulis brevissimis. Racemi foliorum summorum ad quorum axillas nascuntur sensim imminutorum et bracteaeformium contractione paniculam semipedalem terminalem componentes, singuli circiter sesquipollicares patentes, pedunculi diversorum ordinum pube brevi canescentes, floriferi lineares, cum pedicello 3–4-plo longiori gracili, apice bibracteolato articulati, bracteolis bracteisque minutissimis. Calycinae laciniae ovatae lineares, extrorsum pubescentes et 4 biglandulosae, glandulis magnis lutescentibus. Petala calyce duplo longiora, quintum caeteris subintegris magis denticulatum. Stamina inaequalia, filamentis glabris basi in tubum cum calyce concretum coalitis et inde perigynis, antheris luteis villosis, connectivo verruculoso. Ovaria in unum hirsutum coalita, singula sub pilis tricristata, cristis membranaceis, lateralibus mediam marginantibus. Styli glabri, apice truncato hinc stigmatiferi. Samarae cyclopterae primum sericeo-albidae, demum glabratae, ala lin. 8 diametrum metiente. — *H. cyclocarpa* Poepp. Plant. exsicc. no. 1233. — Crescit in Peruvia et in Brasilia boreali.

2. **H.** (MASCAGNIA Bertero mss.) **OBLONGIFOLIA** DC. Prodr. 1. 585. no. 8. — Foliis ovato-oblongis acuminatis glabris, nervis, petiolis ramulisque velutino-pubescentibus; floribus paniculatis; pedicellis basi articulatis. ♄⌒ — Vix a praecedente differt, foliis similiter variegatis et pellucido-punctulatis angustioribus tamen, sed nervi, petioli ramulique pilis parce dispersis vix puberuli non velutino-pubescentes, quales a **Candolleo** describuntur. — Crescit in Columbia ad Stam. Martham.

3. **H. MACRADENA** DC. l. c. no. 7. — Foliis ovatis acuminatis, superne glabris, subtus cum ramulis petiolisque eglandulosis sericeo-villosis; floribus racemosis; pedicellis basi articulatis. ♄⌒ — Racemi simplices vel etiam interdum paniculato-ramosi, petioli glandulis et minutis instructi et folia pilis rufis adpressis potius remote pubescentia quam sericeo-villosa, praeterea punctulata ut in sequentibus. Pedunculi floriferi paullisper infra articulum terminalem bibracteolati. — *Mascagnia Americana* Bertero mss. — Crescit in Columbia ad Stam. Martham.

4. **H. DIVARICATA** H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 169. — DC. l. c. no. 9. — Foliis oblongis acuminatis, basi acutis subquintuplinerviis glabris, petiolis 3–7-glandulosis; paniculis axillaribus folium duplo superantibus e racemis 5–7 compositis; calycibus adpresse pilosis. ♄⌒ — Crescit prope Cumanam.

5. **H. PRUNIFOLIA** H. B. Kth. l. c. 170. — DC. l. c. no. 11. — Foliis ellipticis, utrinque acutis, margine glandulosis glabris, junioribus adpresse puberulis, petiolis medio biglandulosis; racemis terminalibus; calycibus pubescentibus octoglandulosis. ♄⌒ — Crescit in Columbiae provincia Caracasana prope La Vittoria.

6. **H. COMPLICATA** H. B. Kth. l. c. 171. — DC. l. c. no. 12. — Foliis ellipticis acutis, basi rotundatis subcordatis complicatis glabris; petiolis 2–4-glandulosis; racemis terminalibus axillaribusque; calycibus fusco-sericeis 10-glandulosis; petalis concavis dorso carinato-alatis. ♄⌒ — Crescit in Columbiae provincia Orinocensi.

7. **H. NITIDA** H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. 586. no. 13. — Foliis ovato-ellipticis acutiusculis, basi rotundatis subcoriaceis glabris, supra nitidis; racemis axillaribus solitariis et terminalibus subquinis paniculatis; calycibus ferrugineo-hirsutis 8-glandulosis; petalis concavis, dorso carinato-alatis. ♄⌒ — Crescit in Columbiae provincia Orinocensi.

8. **H. ACUTIFOLIA** H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. 585. no. 10. — Foliis ovatis acuminatis, basi rotundatis glabris, supra nitidis, petiolis eglandulosis; paniculis axil-

laribus, fructiferis folium subaequantibus; fructibus orbiculatis. ♄⌒ — Flores ignoti. — Crescit in umbrosis prope Cumanam.

9. **H. SEPIUM** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 19. t. 165. — Foliis ovato-lanceolatis vel cum apiculo ovatis, puberulis vel glabratis, membranaceis petiolatis; corymbis parvis axillaribus terminalibusque; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis; samarae alis marginalibus in unicam confluentibus orbicularem glabram nitido-albam, dorsali multoties minori cristaeformi. ♄⌣ — Rami patentes, juniores brevi tomento rufescentes, adulti glabrati. Folia (poll. 3–4 longa, 1½–2 lata) ovato-lanceolata vel ovata, majora basi interdum subcordata integerrima pubescentia, pilis supra rarioribus, demum glabrata, subtus glandulis 1–3 orbicularibus umbilicatis absque ordine dispersis notata, membranacea petiolata, petiolo (lin. 3–4 longo) tomentoso, basi utrinque stipulato, stipulis setaceis. Inflorescentiae axillares breves, pedunculi tomentosi, communes inferne nudi, secundarii corymbosim approximati breves, singuli basi bracteati, articulati cum pedicello longiori filiformique, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis semiparabolicis, ad apicem ciliatis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula magna prominente ovata, massulam resinosam flavam includente. Petala calyce duplo longiora inaequalia unguiculata, limbo galeato, secundum nervum medium dorsalem in cristam producto, lacerato-denticulato glabro, lutea. Stamina 10 paullo calyce longiora subinaequalia, filamenta tenuia complanata, basi inter se coalita, alterna petalis opposita breviora, antherae ovatae, dorso glandulosae glabrae. Ovaria 3 inter se tantum juxta axin coalita villosa, dorso cristato-trigona, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem glabri, apice truncati et stigmatiferi. Samarae 3 magnitudine pisi minoris glabrae, facie interna suborbiculari inter se cohaerentes, latere convexae, dorso complanato medio cristatae et margine alatae, crista lin. 2 lata et 5 longa neque infra loculum descendens, ala fere circularis diametro pollicari, supra emarginata, in ambitu lacerato-denticulata, loculus a quo nervi radiatim excurrunt in ala non omnino centralis, sed ad trientem fere superiorem positus. Semen ovatum, apice uncinato-acuminatum, infra apicem pendulum, integumentum membranaceum, embryo radicula brevi conica obliqua, seminis acumine inclusa, cotyledonibus carnosis ovatis, basi attenuata plicatis, commissura axin fructus spectantibus. — *Triopterys volubilis* Slzm. Pl. exsicc. Brasil. no. 99. — Crescit in Brasilia in sepibus prov. Rio Janeiro frequens.

10. **H. BIEROSA** Martius mss. ex Adr. Juss. Archives du Mus. III. 552. — Foliis oblongo-ovatis, apice breviter late et acute mucronatis, mucrone basi biglanduloso, glabris subcoriaceis petiolatis; racemis lateralibus brevibus corymbiformibus; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae alis marginalibus in unam confluentibus orbicularem glabram, dorsali multoties minori cristaeformi. ♄⌒? — Notabilis figura foliorum ad apicem, ubi margo glandula utrinque impressus ibidemque incisus in mucronem abrupte desinit brevem latum acutissimum et etiam apiculatum, nec tamen hac nota nimium dispar a conspecificis, quibus non rara glandularum marginalium juxta apicem existentia, sed minus conspicuarum nec emarginaturae sinubus insidentium. In *H. bierosa* folia secundum nervum medium, praesertim inferne, plicata, in pagina inferiori glandulis 4–6 orbicularibus impressa, petioli juxta basin bistipulati, stipulis acutis rigidis. Samara semenque plane ut in sequenti. — Crescit in Brasiliae prov. Bahiensi.

11. **H. POLYBOTRYA** Adr. Juss. l. c. 553. — Foliis subcordatis vel ovatis acuminatis pubescentibus petiolatis; racemis in paniculam digestis terminalem; calyce 8-glanduloso; petalis glabris.....?; samarae alis marginalibus in unam confluentibus cordiformem pubescentem, dorsali multoties minori cristaeformi. ♄⌒? — Rami sub tomento molli brevique virentes. Folia subcordata ovatave cum acumine mucronato (poll. 2–1 longa, 1¼–⅔ lata), pilis mollibus adpressis furcatisque secus nervos frequentioribus utrinque (parcius supra) puberula, basi biglandulosa, glandulis minutis vixque conspicuis, petiolo lin. 3 longo tomentoso,

exstipulata, summa non raro subopposita. Racemi 2–1–pollicares, foliorum supremorum sensim imminutorum et bracteaeformium abortu paniculam componentes semipedalem, in qua inferiores ipsi subcompositi, pedunculi diversorum ordinum albido–tomentosi, floriferi plerique alterni lineares, apice bibracteolati et cum pedicello triplo longiori articulati, bracteae bracteolaeque breves subulatae. Calyx 8–glandulosus, glandulis crassis linearibus, laciniis vix longioribus hirsutis. Petala denticulata, praesertim ad basin fere fimbriatam angustatam et hastato–biauriculatam. Stamina medium usque in tubum coalita partim cum calyce concretum, inde perigyna, glabra, calycem parum superantia, antheris cordatis. Ovaria hirsuta, jam cristato–marginata et in unum inde quasi hexapterum coalita. Samarae ala marginatae saepius fere cordiformi, id est basi subemarginata et apice (non raro ipso emarginato) paullisper angustata, diametro lineas 7, membranacea, ramis radiantibus reticulata pilisque sericeis adpressis conspersa, dorso medio cristatae, crista breviori et angusta. — Crescit in Mexico.

12. H. CORDIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 19. t. 164. — Foliis cordiformibus, brevissime et acutissime acuminatis vel tantum apiculatis, supra puberulis, subtus velutino–tomentosis vel pubescentibus petiolatis; racemis axillaribus vel paniculam terminalem magnam componentibus; calyce 8–glanduloso; petalis glabris, dorso cristatis roseis; samarae alis pubescentibus, marginalibus in unam orbicularem basi et apice emarginatam confluentibus, dorsali multoties minori cristaeformi. ♄◡◠ — Rami ferrugineo–tomentosi. Folia (poll. 5–2 longa, 3–1½ lata) cordata, brevissime et acutissime acuminata vel apiculata integerrima, supra punctulis creberrimis scabriuscula et pube brevi parcius tomentosa vel subglabrata, subtus eadem densiori velutina, glandulis circiter 6 juxta marginem maculata, discoloria reticulato–nervosa coriacea petiolata, petiolo fere semipollicari crasso tomentoso, ad basin glandulis 2 scutelliformibus impresso bistipulato, stipulis brevibus acutis deciduis. Inflorescentiae terminales vel ex axillis foliorum summorum sensim in bracteas transeuntium racemiformes, racemis junioribus contractis, pedunculi tomentosi, omnes oppositi bracteati (ad axillas bractearum quarumdam geminati), floriferi (lin. 2–3 longi) rufescentes, cum pedicello subbreviore albicante articulati, infra articulum bibracteolati, bracteola altera basi uniglandulosa (bracteola glandulosa eadem bistipulata). Calyx quinquepartitus, laciniis vix semilineam longis cordatis albido–hirsutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula duplo majori prominente. Petala calyce multo longiora, inter lacinias calycinas reflexa, limbo obovato et basi sagittato integro, nervo medio extrorsum cristato–prominente rosea. Stamina 10, calycem paullulum superantia, basi inter se et cum calyce concreta, antherae cordatae glabrae, dorso glandulosae, pollen laeve globosum, poris undique ampullas emittentibus dehiscens. Ovaria 3 in unum trigonum concreta villoso–albida, adultiora dorso tricristata, singula uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem divergentes glabri, sub apice introrsum stigmatiferi. Fructus (adhuc immaturus) e samaris tribus dorso cristatis, margine utroque alatis pubescentibus, alae inter se confluentes in unam circularem basi et apice emarginatam, crista alis multo minor ab apice ad basin sensim dilatata. Semen immaturum globulosum, apice acuminatum, acumine in filum attenuato, sub eo appensum, chalaza lata infra hilum notatum. — Crescit in Brasilia in campis prope Curumatahy.

13. H. ANISOPETALA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 15. et Archives du Mus. d'hist. natur. III. 554. — Foliis ovatis, in acumen acutissimum apice attenuatis inaequilateris, supra glabris, subtus cinereo–pubescentibus petiolatis; racemis brevibus axillaribus vel paniculas terminales componentibus; calyce 8–9–glanduloso; petalis sericeo–hirsutis, quatuor lilacinis quinto purpureo multo brevioribus; samarae puberulae alis lateralibus flabelliformibus, infra confluentibus inaequalibus, dorsali cristaeformi multo majoribus. ♄◡ — Rami sarmentosi pube brevissima albida sericei. Folia (poll. 4–2 longa, 2–1 lata) ovata obovatave, in acumen sensim apice attenuata breve et acutissimum, integerrima, interdum

inaequilatera, supra glabra et viridia (siccatione nigra), subtus pubescentia cinerea glandulisque nonnullis minutis nec palam obviis impressa, reflexa petiolata, petiolo semipollicari albido-sericeo reflexo, basi histipulato, stipulis brevissimis vixque conspicuis. Inflorescentiae in apice ramorum ramulisque lateralibus terminales et axillares paniculaeformes, foliis summis imminutis inque bracteas transeuntibus amplificatae, pedunculi diversorum ordinum pube albida densa sericei, communes ramos ramulosque continuantes, partiales inter se oppositi ibidemque bibracteati, floriferi (lin. 1½ longi) articulati cum pedicello paullo longiori et infra articulum bibracteolati, bracteolis ovato-acutis, lineam longis, basi subtus biglandulosis. Calyx 2 lineas longus, quinquefidus, laciniis semilanceolatis, extrorsum dense tomentosis basique (praeter quintam eglandulosam uniglandulosamve) biglandulosis, glandulis lineam longis prominentibus linearibus-ellipsoideis, praefloratio valvata. Petala valde inaequalia, 4 scilicet vix calyce longiora, griseo-lilacina, quintum (in praefloratione involutiva interius) caeteris multo longius purpureum, omnia in unguem basi sensim angustata obovata fimbriato-denticulata, introrsum pubescentia, extrorsum densius sericeo-hirsuta. Stamina 10, calyci subaequalia, filamenta subulata glabra, inter se inferne coalita, antherae lineari-cordatae glabrae. Ovaria 3, inter se juxta axin in unum coalita dense hirsutum, singula dorso tricristata, cristis duabus marginalibus media longioribus, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem breves glabrati divergentes, singuli apice truncato introrsum stigmatiferi. Samarae puberulae, dorso medio cristatae, lateribus alatae, alis crista multo majoribus (lineas 9–10 latis) inter se inaequalibus et infra in unam emarginatam confluentibus flabelliformibus, margine irregulariter lobatis et quasi erosis. Semen globosum cum acumine acutissimo, infra acumen pendulum, integumento duplici membranaceo, infra chalaza latissima ad ventrem maculatum, cotyledones carnosae plicatae, altera exterior interiorem minorem amplectens, utraque cum radicula brevi supera sensim continua. — Cl. Grisebach samaras describit latere muricatas et inde cristam dorsalem parvam inter numerosos processus lamellosos occultam, quos numquam inveni. — Crescit in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

14. H. MICROPHYLLA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 16. — Foliis brevibus ellipticis apiculatis, subtus sericeo-tomentosis, breviter petiolatis; racemis terminalibus brevibus paucifloris, saepe in corymbum contractis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis; samarae alis puberulis, marginalibus infra confluentibus, dorsali multo minori et aliis abnormibus interjectis subaequali. ♄ — Radix intense amara. Caulis frutescens 1½–2-pedalis, rami juniores breviter tomentosi, adulti glabrati. Folia (lin. 15–7 longa, 8–3 lata) elliptica apiculata integerrima, supra pubescentia, primo et demum glabrata, subtus sericeo-tomentosa, glandulis marginalibus minutis inferne notata, breviter petiolata. Inflorescentiae terminales breves, primo in corymbos contractae, serius elongatae in racemos pollicares et ultra, pedunculi tomentosi, secundarii geminatim oppositi (lin. 3–2 longi), basi bracteati, bractea lineari acuta articulati cum pedicello subaequali, infra articulum bibracteolati, bracteolis ovato-acutis, basi utrinque glandulosis. Calyx quinquepartitus, laciniis sesquilinearibus ovatis acutis, nervo medio incrassatis, extrorsum hirsutis, apice revolutis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis ovatis prominentibus confluentibusque, praefloratio involutiva, petalum exterius laciniae eglandulosae respondens. Petala calyce duplo longiora, inter ejusdem lacinias reflexa unguiculata, limbo lanceolato-ovato, crispula lutea. Stamina 10, calyce paullo longiora, filamenta ima basi coalita, alterna calyci opposita longiora, antherae dorso glandulosae glabrae versatiles. Ovaria 3, inter se juxta axin coalita, extrorsum tricristata villosa uniovulata, ovulo pendulo uncinato. Styli totidem, inferne villosi, stigmate capitellato singuli terminati. Samarae 3 magnitudine pisi minimi, facie interna orbiculari minima inter se connatae, lateralibus convexae villosaeque, dorso medio cristatae et margine alatae, ala suborbicularis diametro circiter semipollicari, supra usque ad ortum styli partita, infra non raro emarginata undulata sinuataque, nervis a loculo radian-

tibus notata puberula, crista multo minor lacerato-loba a, inter cristam et alam processus abnormes priori similiores aequalesque. Semen subglobosum, acumine, quod in filum apice attenuatur, conico superatum, infra idem pendulum, integumentum tenue e lamina duplici confusa, chalaza crassior fuscescens prope et infra hilum. Embryo radicula brevi conica, in acumine seminis sita, cotyledonibus carnosis ovatis uncinatim complicatis, commissura axin spectantibus. — In Brasiliae campis juxta vicum Itabira de Mato dentro, diversisque aliis prov. Minas Geraës locis ut Bom Fim, Serra d'Ouro Branco etc.

§. 2. *Alae marginales distinctae.*

15. H. SALICIFOLIA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 10. — Foliis lineari-lanceolatis, supra glabratis, subtus sericeo-tomentosis subsessilibus; racemis terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae alis glabris, marginalibus semicircularibus, dorsali subconformi vixque breviori, minoribus aliis intermediis. ♁⌒? — Rami pubescentes, adulti glabrati. Folia subopposita, opposita vel ternatim verticillata (poll. 2–1 longa, lin. 3-1½ lata) lanceolata angustissima vel etiam linearia integerrima, margine subtus revoluto, pilis albidis mollibusque supra raris conspersa, subtus densis sericeo-tomentosa subsessilia, basi obscure biglandulosa et bistipulata. Inflorescentiae terminales racemiformes, pedunculi pubescentes, secundarii ternatim vel geminatim approximati (lin. 2–3 longi), basi bracteati, bractea lineari acuta, articulati cum pedicello subaequali et infra articulum bibracteolati. Fructus tantum suppetunt, sub quibus calyx quinquepartitus, laciniis 1–2 longis, lineari-ellipticis, extrorsum revolutis et pubescentibus, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula prominente. Samarae 3 rubrae, magnitudine pisi minimi, facie interna minima inter se axi cohaerentes, lateralibus globulosae et hirsutae, dorso medio cristatae et margine utrinque alatae, alae semicirculares (lin. 3 latae et 6 longae) undulatae sinuatae glabrae, crista alis subconformis et paullo brevior, inter cristam et alas processus nonnulli, alii alaeformes membranacei breviores. Semen subglobosum, acumine conoideo in filum sensim attenuato superatum, infra acumen pendulum et sulco utrinque impressum, chalaza juxta et infra hilum orbicularis fuscescens, integumentum duplex, utrumque membranaceum, interius exteriori arcte adhaerens, sed intra cavitatem seminis in plicam membranaceam plicae cotyledonum intertensam productum. Embryo radicula brevissima seminis acumini respondente, cotyledonibus carnosis oblongo-ovatis, uncinatim curvatis et induplicatis, commissura axin spectantibus. — In campis ad amnem Rio Yapo in parte australi in Brasiliae prov. S. Paulli.

16. H. ARGENTEA Adr. Juss. in St. Hil. l. c. 17. — Foliis lanceolatis, supra puberulis, subtus argenteo-sericeis, vix petiolatis; racemis terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis; samarae alis glabris, marginalibus semicircularibus, dorsali conformi subaequali. ♁ — Partes novellae pube adpressa argenteo-albidae. Folia inferiora subalterna, caetera opposita vel ternatim verticillata (poll. 1½–2 longa, ½–1 lata) lanceolata integerrima, glandulis nonnullis marginalibus inferne notata, pilis adpressis supra pubescentia, subtus iisdem densioribus argenteo-albida, nervis supra impressis, subtus prominulis, brevissime petiolata, stipulae brevissimae setaceae. Inflorescentia terminalis racemiformis, pedunculus communis ramum continuans eique similis, secundarii lin. 3 longi, ad basin bracteati, cum pedicello subaequali similique articulati, infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque basi minute biglandulosis. Calyx quinquepartitus, laciniis lin. 2 longis lineari-ellipticis, extrorsum et basi densius villosis (praeter unam) biglandulosis, glandula duplo breviori prominente. Petala calyce duplo longiora inaequalia unguiculata, limbo suborbiculari, lacerato-denticulato concavo, lutea. Stamina 10 calyci subaequalia, filamenta basi coalita glabra, antherae glabrae. Ovaria 3 inter se juxta axin coalita villosa, dorso tricristata, singula uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli totidem glabri, stigmate truncato terminati. Samarae 3 splendide rubentes, magnitudine pisi

minoris, facie interna minima inter se cohaerentes, lateralibus convexae transverse nervosae et pubescentes, dorso medio cristatae et margine utrinque alatae, alae lin. 8 longae et 5 latae) subsemicirculares flabellato-venosae, centro (quod loculis respondet) supra mediam diametri altitudinem posito, irregulariter sinuatae aut interdum emarginato-bifidae glabrae, crista alis subaequalis et subconformis, paullo superius sita. Semen subconoideum, infra apicem pendulum, apice praeterea per filum minimum pericarpio adhaerens (quod et in ovulo) sulco longitudinali ab hilo proficiscente utrinque notatum, integumentum membranaceum duplex tenuissimum, interius cum exteriore confusum praeter laminam plicae cotyledonum insertam, chalaza orbicularis fuscescens, prope et infra hilum. Embryonis radicula brevissima apicis acumini respondens, cotyledonibus ovatis carnosis uncinato-curvatis, commissura axin spectantibus. Interdum aucta quarumdam partium in flore proportio, coalitione et confusione florum geminorum. — Crescit in Brasiliae provinciis Goyaz et Minas Geraës.

17. **H. AMBIGUA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 555. — Foliis ovatis, basi subacutis, breviter et acute acuminatis, subtus pubescentibus, brevissime petiolatis; racemis terminalibus pauciflоris; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis; samarae alis glabris, lateralibus magis minusve profunde bilobis, dorsali subaequali, intermediis minoribus sparsis. ♃ — Suffrutex humifusus, ramis pubescentibus. Folia ovata (poll. 2–1½ longa, lin. 14–9 lata), basi subacuta et in acumen breve acutum apice desinentia, subtus pubescentia, supra parcius vel glabrata, margine inferne punctulis glandulosis nonnullis impressa, membranacea, brevissime petiolata et stipulata, suprema interdum subalterna. Racemi terminales pauciflori, pedunculi dense pubescentes, floriferi lin. 3 longi cum pedicellis subaequalibus longioribusve articulati, basi bracteati et apice bibracteolati, bracteis bracteolisque longiusculis linearibus acutis. Laciniae calycinae lanatae semilanceolatae lin. 2 longae, 4 biglandulosae. Petala calyce duplo longiora, limbo obovato denticulato, flava. Stamina calyci subaequalia, filamentis glabris planis, basi coalitis, antheris ovatis glabris. Ovaria fere distincta, dense lanata compressa, dorso tricristata, cristis lateralibus magis minusve profunde bilobis, lobis non raro incumbentibus, introrsum infra cristam mediam stylifera, stylis superne glabris. Samarae (immaturae) fere glabratae, superne dorso medio cristatae, crista emarginata, utrinque alatae, alis cristam subaequantibus (paullo longioribus tamen), magis minusve profunde (praesertim altera) bilobis undulatis, praeterea processubus intermediis multo minoribus alaeformibus muricatae.

β. lanata: Diversae partes pilis longioribus densioribusque plerumque fulvis villosae.

Crescit in Peruvia et in Brasilia.

18. **H. LAURIFOLIA** Adr. Juss. l. c. 556. — Foliis oblongis ovato-lanceolatis, supra glabris, subtus metallice sericeis reticulato-venosis subcoriaceis, brevissime petiolatis; inflorescentia.....?; calyce.....?; petalis.....?; samarae parvae alis lateralibus distinctis lobatis, dorsali cristaeformi subaequalibus. ♄◡? — Rami juniores rubentes, pilis parce conspersis puberuli, adulti grisei glabrati, lenticellis discoloribus punctati. Folia oblonga ovato-lanceolata (poll. 3–2 longa, 1⅔ lata), supra glabra nervisque (in sicco) prominulis reticulata, subtus pube brevissima adpressa metallice renitente sericea et reticulato-venosa subcoriacea, petiolo lin. 2 longo, supra canaliculato, infra medium glandulis 2 impresso et juxta easdem stipulis 2 minutissimis deciduis instructo. Samarae tantum suppetunt a ramo (ubi nullum inflorescentiae vestigium) solutae parvae puberulae vel glabratae, alis lateralibus distinctis, in ambitu irregulariter et magis minusve profunde lobatis, lin. 2–3 longis, crista dorsali ipsas fere aequante sed subintegra. Embryo ut in *H. argentea* et *anisopetala*. — Crescit in Brasilia in campis prope Tejuco in provincia Minas Geraës.

19. **H. POEPPIGANA** Adr. Juss. l. c. 556. — Foliis oblongo-ovatis acuminatis, supra glabris, subtus pube brevi densa metallice renitentibus, coriaceis, breviter petio-

latis; paniculis axillaribus et terminalibus; calyce obscure 8-glanduloso; petalis glabris; samarae alis lateralibus lanceolatis, dorsali cristaeformi multo majoribus. ♁⌣? — Rami glabrati (in sicco) atro-rubentes. Folia oblongo-ovata acuminata (poll. 6–4 longa, 2½–1½ lata), supra glabra, subtus pube brevi densa adpressa metallice renitentia et reticulato-venosa, nervis medio primariisque prominentibus, coriacea, petiolo lin. 3 longo crasso, circa medium glandulis 2 impresso. Paniculae axillares foliis breviores et ad ramorum apicem internodiorum abbreviatione foliorumque abortu unam amplam ramosam terminalem componentes, pedunculis diversorum ordinum pube adpressa rufescentibus, floriferis brevissimis cum pedicello lin. 2 longo articulatis. Calycinae laciniae ovatae, vix lineam longae, extrorsum puberulae et apice reflexae, 4 biglandulosae, glandulis vix prominentibus. Petala calyce paullo longiora parva, limbo integro. Stamina calyci subaequalia glabra, filamentis basi coalitis, antheris subrotundis, connectivo atro prominente. Ovaria in unum birsutum coalita, singula (cum petalis jam lapsis maturescunt) dorso trialata, ala media cristaeformi, lateralibus majoribus, inter se basi contiguis, apice remotis et elongatis, margine laceratis. Styli totidem breves rigiduli glabri, apice in stigma dilatati. Samarae (fructus nondum perfecte maturi) dorso medio longitrorsum cristatae et margine bialatae, alis crista multo majoribus cumque eadem sursum confluentibus, margine irregulariter lacerato-lobatis, nec raro processubus nonnullis linearibus inter alam et cristas instructae. — Crescit in Brasiliae sylvis Itapurensibus in provincia Rio Negro.

20. H. HETEROPETALA Adr. Juss. l. c. 557. — Foliis late lanceolatis, acutissime acuminatis, subtus metallice sericeis et reticulato-venosis petiolatis; racemis paniculatis; calyce eglanduloso; petalis extrorsum sericeis, quatuor vix denticulatis, quinto fimbriis ciliato; fructu.....? ♁ — Rami juniores sericeo-ferruginei, mox glabrati. Folia late lanceolata (poll. 4–2 longa, 1½–¾ lata), acutissime acuminata, supra glabra, subtus pube brevissima densaque metallice renitente sericea et reticulato-venosa, nervis pube parciori discoloribus, glandulis 2 dentiformibus interdum in margine juxta basin prominulis, saepius nullis, petiolo (lin. 5–3 longo) glabro canaliculato, basi bistipulato, stipulis brevissimis latiusculis oppositis, in ramo juniori basi confluentibus, in adulto evanidis. Racemi axillares paniculas amplas terminales foliis sensim ad apicem rami imminutis intermixtas componentes, pedunculi diversorum ordinum sericeo-ferruginei, floriferi sesquilineares, apice bibracteolato cum pedicellis duplo longioribus sub flore inflatis articulati, bracteae bracteolaeque breves semilanceolatae ferrugineae. Calycinae laciniae lineares ovatae, extrorsum rufo-sericeae eglandulosae. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo suborbiculari concavo, extrorsum marginibus inflexis glabro, caeterum sericeo, in quatuor vix denticulato, in quinto minori fimbriis glandulosis profunde ciliato, reflexa. Stamina supra calycem exserta, filamentis inferne in tubum villosum coalitis, superne glabris erectis, antheris glabris cordato-ovatis, connectivo fuscescente glandulaeformi. Ovaria 3 in unum rufo-villosum connata, sub pilis dorso utrinque cristata. Styli basi villosi, caeterum glabri, apice rostriformi hinc stigmatifero. Fructus non suppetit. — In Brasilia.

21. H. RENITENS Adr. Juss. Archives du Mus. III. 558. — Foliis late lanceolatis vel lanceolato-ovatis, subtus metallice sericeis et reticulato-venosis petiolatis; racemis paniculatis; calyce 8-glanduloso; petalis extrorsum sericeis; fructu.....? ♁⌣ — Rami juniores ferrugineo-puberuli, adulti glabrati. Folia late lanceolata vel (praesertim inferiora) lanceolato-ovata (poll. 3–4 et ultra longa, 1½–2 lata), supra glabra, subtus pube brevissima densaque metallice renitente sericea et reticulato-venosa, nervo medio prominulo pilisque rarioribus discolori, petiolo (lin. 3–4 longo) glabrato eglanduloso, basi bistipulato, stipulis brevissimis latiusculis. Paniculae terminales e racemis compositae, pedunculi diversorum ordinum rufo-tomentosi, floriferi sesquilineam longi cum pedicellis paullo longioribus, apice bibracteolato articulati, bracteae bracteolaeque breves acutae tomentosae. Laciniae calycinae lineam longae, extrorsum rufo-sericeae quatuorque biglandulosae,

glandulis ovatis. Petala calyce triplo longiora unguiculata, limbo suborbiculari, fimbriis ciliato, extrorsum sericeo, reflexa. Stamina calycem vix superantia, filamentis usque medium in tubum hispidulum coalitis, antheris glabris cordato-ovatis, connectivo rubente glandulaeformi. Ovaria 3 in unum trilobum rufo-villosum axi connata, caeterum distincta, sub pilis dorso utrinque cristata. Styli basi villosi, apice rostriformi hinc stigmatifero. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

22. **H. LASIANDRA** Adr. Juss. l. c. 559 — Foliis oblongis ovato-lanceolatis, apice obtusiusculis glaberrimis, supra lucido-virentibus, subtus ferrugineis coriaceis, petiolo juxta medium biglanduloso; paniculis terminalibus; calyce 8-glanduloso; petalis glabris.....?; filamentis antherisque extrorsum hirsutis; fructu.....? ♄ ◡ — Rami juniores pilis adpressis puberuli, mox glabrati. Folia oblonga ovato-lanceolata (poll. 4½–2½ longa, lin. 20–10 lata), apice obtusiuscula glaberrima, supra virentia et lucida, subtus (sicca) ferruginea nervisque parum prominentibus reticulata, coriacea, petiolo (lin. 4–3 longo) nigrescente, supra canaliculato et juxta medium biglanduloso, stipulis inconspicuis. Paniculae ramum ramulosque laterales terminantes, decremento foliorum superiorum et supremorum abortu amplificatae, e racemulis vel corymbulis vulgo geminatis compositae. Pedunculi diversorum ordinum primo puberuli, mox glabrati, floriferi semilineam longi, cum pedicellis (lin. 2–3 longis), apice bibracteolato articulati, bracteae bracteolaeque breves acutae. Calycinae laciniae ovatae, lineam longae, extrorsum hirsutae et 4 biglandulosae, glandulis ipsas subaequantibus, superne liberis. Petala calyce duplo longiora reflexa unguiculata, limbi obovati basi emarginati subintegri nervo medio prominulo, glabra. Stamina supra calycem exserta, tum in filamentis inferne coalitis, tum in connectivis tota pilis adpressis extrorsum hirsuta, antheris oblongis. Ovaria in unum hirsutum coalita, dorso tricristata, cristis lateralibus serius basi confluentibus. Styli glabri striati, apice obtusi, stigmate sublaterali. Fructus non suppetebat. — Crescit in Brasilia.

23. **H. SIMSIANA** Adr. Juss. l. c. 560. — Foliis ovalibus acuminatis glabris lucidis; ramis volubilibus saepe tuberculatis; racemis corymboso-umbellatis terminalibus. ♄ ◠ — Flores lutei, pedunculi communes trifidi, ramis corymbosim 4–5–floris, floriferi breves bibracteolati cum pedicellis longiusculis articulati, filamenta ultra medium in tubum hirsutum inflatum coalita, petala extrorsum sericea, ovaria hirsuta, samarae sericeo-puberulae, alis lateralibus distinctis flabelliformibus (poll. ¾ longis et pollicem latis) in ambitu laceratis, crista dorsali lacerata quadruplo minore. — *Byrsonima (Malpighia* Sims, Bot. Magaz. t. 809.) *volubilis* DC. Prodr. I. 581. no. 30. — *Malpighia reclinata* Colla Hort. Ripul. — *Banisteria Sinemariensis* Aubl. Pl. Guian. 462. t. 183. (excl. fruct.) — Crescit in insulis Antillis et in Guiana

24. **H. CHLOROCARPA** Adr. Juss. l. c. — Foliis anguste lanceolatis acuminatis glabris membranaceis, breviter petiolatis; racemis brevibus terminalibus et axillaribus; calyce 8-glanduloso; petalis fimbriato-ciliatis, extrorsum sericeis; samarae ecristatae alis lateralibus distinctis laceris virentibus. ♄ ◡ — Rami glabri, juniores subcompressi, adulti teretes, lenticellis minutis tuberculati. Folia oblongo-lanceolata (poll. 3–2 longa, 1–⅓ lata), apice in acumen acutum, saepius obliquum sensim desinente, interdum punctulis 2 glandulosis in margine supra basin prominulis notata, utrinque glabra, nervo medio subtus prominente membranacea, petiolo lin. 4–2 longo gracili. Racemi interdum folia duo brevia gerentes et ideo potius ramulos laterales terminantes, sed saepius iisdem in bracteas imminutis axillares, foliis fere quadruplo breviores, vulgo 12-flori, pedunculi diversorum ordinum pube brevi sericea canescentes, floriferi semilineares cum pedicello triplo longiori articulati, basi bracteati et apice bibracteolati, bractea bracteolisque brevissimis setaceis. Calycinae laciniae ovatae vix lineam longae, extrorsum hirsutae, 4 biglandulosae, glandulis supra basin peltatim affixis, caeterum liberis. Petala calyce 2–3-plo longiora reflexa unguiculata, limbo suborbiculari fimbriis brevibus ciliato, extrorsum sericeo concavo, (in sicco) alba. Stamina supra ca

lycem exserta, filamentis infra medium in tubum coalitis hispidulis, alternis longioribus, antheris reniformibus glabris, connectivo parvo prominente. Ovaria in unum trilobum dense villosum coalita. Styli stamina paullulum superantes, ovaria sensim continuantes basique villosi, caeterum glabri, apice rostriformes, introrsum stigmatiferi. Samarae bialatae, alis extensis flabelliformibus, lin. 4 longis et 5–6 latis, margine exteriori laceratis, virentes pilisque albis pubescentes, loculo subgloboso semen conforme cotyledonibus inaequalibus in radiculam brevem sensim attenuatis includente. — *Heteropterys? hiraeoides* Martius, Herb. fl. Brasil. 1173. — Crescit in Brasilia in sylvis arenosis juxta Bertinga da Praia da Pedra in provincia Fluminensi.

25. H.? MACROPTERA DC. Prodr. I. 587. no. 19. — Foliis ovali–oblongis, utrinque acuminatis glabris; petiolis apice biglandulosis; racemis axillaribus. ♁ — Flores racemosi longe pedunculati, ala basi et apice profunde emarginata aut potius gemina, petala flava. — [Fructus exacte *Hiraeae* ut pinxit Cavanilles, Dissert. IX. t. 264. sed fere triplo major. Calycis lobi basi grosse biglandulosi.] — Crescit in Mexico.

26. H. PUBIFLORA Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 14. — Foliis cordato–ovatis lanceolatisve, supra glabris, subtus puberulis reticulato–venosis coriaceis, brevissime petiolatis; racemis oblongis; calyce 8–glanduloso; petalis puberulo–velutinis; samarae alis puberulis, marginalibus flabelliformibus, dorsali dimidio breviori. ♁◡ — Rami novelli puberuli, adulti glabrati. Folia (poll. 2–3 longa, 1–1½ lata) cordato–ovata vel angustiora et cordato–lanceolata integerrima, supra glabra, subtus puberula reticulato–venosa et glandulis utrinque 1–2 in margine vel juxta marginem minutis notata, coriacea brevissime petiolata, stipulae geminae minutissimae villosae. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares racemiformes, pedunculi communes (poll. 3–8 longi) puberuli, secundarii suboppositi (lin. 3–4 longi), singuli stipati bractea vix breviori lanceolata puberula, basi glandulosa, articulati cum pedicello subaequali (fructifero elongato) tomentoso, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lineas 2 longis ovatis, basi (praeter unam) biglandulosis, glandula magna prominente anfractuosa, breviter hirsutis. Petala semipollicaria, breviter unguiculata, limbo obovato vel basi cuneato, extrorsum puberulo–velutina. Stamina 10 calyce subbreviora, filamenta ima basi inter se coalita, extrorsum cristato–trigona hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo vermiformi–uncinato. Styli totidem glabri, sub apice introrsum stigmatiferi. Samarae 3 (lin. 4 altae et 3 longae), secundum facies laterales planae et transverse venosae, dorso medio cristatae et margine utrinque alatae puberulae, alae flabelliformes (pollicem longae et semipollicem latae), margine exteriori lacerato–undulatae, crista duplo circiter minor. Semen globosum, infra apicem acuminatum pendulum, integumentum membranaceum fucescens, pellicula alba intus duplicatum (praeter ad chalazam orbiculatem introrsum sitam tenuiorem), nervis ab apice ad basin flabellatis percursam, embryo absque perispermio vix curvatus, radicula brevis conica supera, seminis acumen occupans, cotyledones carnosae inaequales, altera major, basi recurvata alteram subrectam sublateralem amplectens. — In sylvis caeduis juxta Mangaby in parte deserta prov. Minas Geraës vulgo Sertão in Brasilia.

27. H. RIGIDA Adr. Juss. l. c. 14. — Foliis ovatis vel ovato–lanceolatis glaberrimis reticulato–venosis coriaceis subsessilibus; racemis strictis; calyce 8–glanduloso; petalis tomentosis luteis; samarae alis puberulis, marginalibus semiorbicularibus, dorsali conformi et subaequali. ♁◡ — Rami glabrati pallide rubentes. Folia (poll. 3–2 longa, 2–1½ lata) ovato– vel ovato–lanceolata integerrima glaberrima reticulato–nervosa, nervis lateralibus inferioribus glandulis (quarum duae basi propriores) minutis notatis, coriacea, brevissime petiolata, stipulae geminae crassiusculae triangulares minutissimae deciduae. Inflorescentiae terminales et ad summa folia axillares racemiformes, pedunculus communis (poll. 4–3 longus) tomento brevi adspersus, secundarii alterni, vix lineam longi, singuli bractea sti–

pati longiori, lanceolata tomentosa, lateribus utrinque biglandulosa, articulati cum pedicello lin. 2–3 longo, infra articulum bibracteolati. Calyx quinquepartitus, laciniis lineam longis conniventibus semiovatis, basi (praeter unam) utrinque glandulosis, glandula subaequali lutescente elliptica prominente, medio laevi, lateralibus anfractuosa, villosis. Petala calyce duplo longiora, inter lacinias ipsius reflexa, breviter unguiculata, limbo obovato, basi subemarginato integra, breviter tomentosa lutea. Stamina 10 calyce vix longiora, filamenta crassa subulata, inferne inter se coalita, petalis alterna oppositis paullo longiora et interiora, antherae cordatae, connectivo dorsali glanduliformi crasso discolori, basi extrorsum villosae. Ovaria 3, inter se in unicum trilobum coalita, extrorsum cristato-trigona hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo vermiformi plicato. Styli totidem divergentes glabri, sub apice introrsum stigmatiferi. Fructus conflatus e samaris tribus, receptaculo centrali brevi trigono-pyramidato et facie interna inter se cohaerentibus, demum solubilibus pubescentibus, secundum facies laterales planis, transverse nervosis, dorso medio cristatis, margine utrinque alatis, alae 3 lin. latae, crista parallela et subaequalis, paullo tamen altius sita. Semina immatura. — In sylvis caeduis juxta pagum S. Miguel da Jiquitinhonha, in Brasiliae prov. Minas Geraës.

28. **H. MARITIMA** Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 502. — Foliis ovatis, apice plicato acuminatis glaberrimis reticulato-venosis coriaceis, breviter petiolatis; racemis axillaribus simplicibus patentibus rigidis; calyce 8-glanduloso; petalis tomentosis.....?; samarae alis glabratis, marginalibus flabelliformibus, dorsali cristaeformi multoties longioribus. ♄ ∪ — Rami glabri, verruculis minutissimis creberrimisque conspersi. Folia alterna (an semper?) ovata (poll. 4½ longa, 2¼ lata), apice plicato acuminata acutaque, utrinque glabra, subtus reticulato-venosa, glandula minuta duplici ad basin notata coriacea, petiolo brevi supra canaliculato. Racemi axillares, foliis paullo breviores patentes rigidi, pedunculus communis puberulus seriusve glabratus, floriferi vix lineam longi, cum pedicellis triplo longioribus similiter puberulis apice bibracteolatis articulati, basi bracteati, bractea ipsis longiori, ovato-acuta, infra biglandulosa. Calycinae laciniae lin. 2 longae ovatae obtusae, breviter tomentosae, 4 biglandulosae, glandulis magnis discretis, apice reflexis, transverse striatis. Petala calyce triente longiora, breviter unguiculata, in limbo obovato, basi emarginato subintegro crasso, extrorsum tomento brevi fulva. Stamina calyci subaequalia, filamentis basi inter se coalitis glaberrimis, antheris horizontalibus, basi pilosis. Ovaria in unum coalita dense hirsutum, singula dorso tricristata. Styli breves crassi glabri rubentes divergentes. Samarae glabratae, pericarpio loculi transverse venoso, utrinque alatae, alis flabelliformibus et flabellato-venosis (poll. ¾ longis et pollicem latis), dorso medio cristatae, crista lineam lata. — *Triopterys polycarpa* Slzm. mss. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

29. **H. FLUMINENSIS** Griseb. Linnaea XIII. 243. — Foliis elliptico-lanceolatis, utrinque acutis glabris membranaceis petiolatis; umbellis quadrifloris subsolitariis; pedicellis subsericeis; sepalis glanduliferis, extus puberulis; petalis glabris; antheris pilosis; fructu .....? ♄ ∪? — Rami divaricati cylindrici, mox glabri, juniores laeves tenues purpurascentes, vetustiores minutis lenticellis obsessi. Folia (1½–2½ poll. longa, 6–10 lin. lata) ramulorum florentium minora, omnia utrinque acuta integerrima eglandulosa, tenuiter membranacea, mox glaberrima penninervia et margine enervia, petiolo (3–4 lin. longo) tenui patente, juniori subsericeo eglanduloso, stipulis inconspicuis, nodo partiali. Ramuli florentes saepius oppositi, biunciales vel unciales foliosi, umbella simplici quadriflora vel hinc corymbo quadrifloro terminati, pedicelli patentes 8 lin. longi, tenues vel apice paullo incrassati, pilis adpressis sericei, basi bractea minuta subulata suffulti, medio articulati et ibi bracteolis binis subulatis recurvis minutis glabriusculis instructi. Sepala lanceolata acuminata sesquilinearia, pube adpressa, demum superne evanida extus afflata, quatuor glandulis binis oblongis ¾ lin. longis confluentibus instructa. Petala 3 lin. longa, limbo ovali penninervi in unguem vix

breviorem angustato. Stamina 10, omnia fertilia, filamenta subinaequalia, ex dimidia parte in tubum connata, connectivum oblongum incumbens, loculis pilosis paullo brevius. Ovarium subglobosum setosum, stigmata 3 linearia truncata aequans, carpophylla 3 connexa, dorso cristato-trigona, ovulum cujusque pendulum lycotropum, parte ascendente obtusa. — Crescit in Brasilia.

30. **H. PSILOPHYLLA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 20. — Foliis oblongis lanceolatis vel ovato-lanceolatis glabris scabris tenuibus, longiuscule petiolatis; umbellis axillaribus, breviter stipitatis quadrifloris; calyce 8-glanduloso; petalis pubescentibus luteis; samarae alis tribus (vel 4) subglabris, marginalibus dorsali duplo majoribus. ♁◡ — Rami flexiles glabri. Folia (poll. 3–4 longa, 1½–2 lata) lanceolata vel ovato-lanceolata integerrima, ad basin glandulis minutissimis marginalibus 1–2 utrinque notata glabra, supra lucida scabra, subtus pallidiora reticulato-nervosa tenuia petiolata, petiolo ultra semipollicari, ad basin bistipulato, stipulis glanduliformibus vix conspicuis. Inflorescentiae in ramulis lateralibus abbreviatis axillares terminalesque umbelliformes, umbellis quadrifloris, ternatim in corymbum compositis, pedunculi communes breves, floriferi lin. 2 longi, basi unibracteati, bracteis in involucrum verticillatis brevibus linearibus acutis, pedicelli duplo longiores, sub flore incrassati, glandula scutelliformi notati, basi articulati, bracteolae infra articulum geminae subopposítae ovatae. Calyx quinquepartitus, laciniis erectis, basi extrorsum biglandulosis, glandula discoidea sessili prominente, lineam longis, semiellipticis, extrorsum hirsutis. Petala calyce triplo longiora, inter ipsius lacinias reflexa inaequalia (quintum caeteris, quae in praefloratione involvit, latius) unguiculata, limbo suborbiculari, fornicata lacerato-dentata, extrorsum pubescentia lutea. Stamina 10, calyce vix longiora inaequalia (minora petalis minoribus contermina), filamenta complanata subulata, usque medium inter se coalita, petalis alterna oppositis paullo longiora, antherae cordatae biloculares, connectivo dorsali glanduliformi, pollen laeve globulosum, in aqua polyedrum, angulis ampullam emittentibus. Ovaria 3 inter se in unicum trilobum facie interna coalita, extrorsum convexa et demum trigono-alata hirsuta, singula uniovulata, ovulo pendulo vermiformi plicato. Styli totidem divergentes hirsuti, singuli stigmate glanduloso terminati. Fructus conflatus e samaris tribus, facie interna angulosa cohaerentibus sed facile et demum sponte solubilibus, dorso 4-alatis, alis inter se parallelis cristaeformibus membranaceis, parcissime puberulis, lateralibus pollicem longis, semipollicem latis, mediis duplo saltem brevioribus (altera etiam interdum fere deficit). Semina nulla suppetebant. — *H. platyptera* Griseb. Linnaea XIII. 244. — In sylvis juxta Sebastianopolin, nec non in sepibus prope urbem Rio Pardo in prov. Rio grande de S. Pedro do Sul.

31. **H. SEPTENTRIONALIS** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 563. — Foliis ovatis, basi et apice saepe acutis glabris, breviter petiolatis; umbellis axillaribus, breviter stipitatis quadrifloris; pedicellis cum pedunculo partiali articulatis; calyce 8-glanduloso; petalis pubescentibus.....?; fructu.....? ♁◡ — Rami flexiles, juniores puberuli, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 2–1½ longa, lin. 15–10 lata), basi nonnumquam, apice semper acuta glabrata (juniora subtus villosa), subtus reticulato-venosa et margine ad basin minute biglandulosa, petiolo lin. 3 longo bistipulata, stipulis brevissimis callosis. Inflorescentiae ad summa folia axillares vel terminales umbelliformes, umbellis simplicibus vel ternatis, stipiti communi brevi impositis, pedunculis floriferis lin. 2 longis, brevissime basi bracteatis et apice bibracteolatis cumque pedicello articulatis. Calyx pubescens, laciniis semiellipticis 4 biglandulosis. Petala lin. 4–5 longa, ungue brevi, limbo suborbiculari lacerato-dentato, medio extrorsum pubescente, inaequalia. Stamina calyce vix longiora glabra, filamentis inter se in tubum coalitis. Ovaria in unum coalita hirsutum, singula sub pilis dorso tricristata. Styli breves, inferne hirsuti, in stigma glandulosum apice incrassati. Fructus non suppetit. — Crescit in Mexico ad Monterey.

32. **H. BARCLAYANA** Bth. Bot. of the voy. of Sulphur. 75. † — Foliis obovatis obtusissimis, basi angustatis cordatis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus;

petiolo biglanduloso bistipulato; umbellis breviter pedunculatis; pedicellis elongatis sericeis; calyce eglanduloso; samarae alis pilosulis, lateralibus dorsali cristaeformi multoties longioribus. ♄ ◡ — Crescit in Columbia prope Libertad.

Sectio II. HIRAEA Jcq.*)

Umbellae axillares, pedicellis sessilibus.

33. H. MORICANDIA Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 564. — Foliis obovatis vel late lanceolatis mucronulatis glabris, nervo medio subtus puberulo, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis vulgo geminatis quadrifloris; calyce eglanduloso; petalis glabris....?; fructu....? ♄ ◡ — Rami glabrati, juniores compressi. Folia obovata vel late lanceolata (poll. 5–4 longa, 2½–2 lata), basi saepius acuta, nonnumquam inaequilatera, apice mucronulata, margine superne glandulis minimis denticulato, si pilos subtus sparsos nervumque medium excipias glabra, pagina superiori laevi, inferiori reticulato-venosa, petiolo semipollicari, infra apicem biglandulosum stipulis biauriculato. Inflorescentiae axillares foliis multo breviores, pedunculi vulgo geminati paullo petiolis breviores, supra originem bibracteati, apice umbellatim quadriflori, pilis adpressis farinoso-candicantes ut et pedicelli qui ½–¾-pollicares a basi ad apicem sensim incrassati, bracteae bracteolaeque et calyces, quorum laciniae semiovatae sesquilineam longae crassae. Petala calyce duplo et ultra longiora glabra, limbo orbiculato concavo, basi emarginato, argute serrulato (quintum glanduloso-dentatum). Stamina calyce longiora glabra, filamentis basi dilatata in annulum coalitis, antheris crassiusculis ovatis (in staminibus longioribus alternipetalis) et subrotundis (in brevioribus), basi cordatis. Ovaria in unum trilobum hirsutum coalita, singula dorso tricristata, apice stylifera, stylis longiusculis, basi pilosis, sub apice in uncum reflexo, introrsum stigmatiferis. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia circa Bahiam.

34. H. DENTICULATA Adr. Juss. l. c. 565. (nec *dentulata*.) — Foliis obovatis, breviter et acute acuminatis, glanduloso-dentatis glabris, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis solitariis geminatisve quadrifloris; calyce 8-glanduloso; petalis.....?; samarae alis glabratis, marginalibus flabellatis dorsali multoties longioribus. ♄ ◡ — Rami juniores compressi sericeo-pubescentes, adulti teretes glabrati. Folia obovata (poll. 4–3 longa, 2¼–1¼ lata), breviter et acute acuminata, margine glanduloso-dentata, juniora tomentoso-sericea, adulta omnino (si partem nervi medii subtus et pilos parce adspersos excipias) glabrata, supra laevia et lucida, petiolo sericeo, infra apicem biglandulosum stipulis lineari-acutis biauriculato. Inflorescentiae (fructiferae tantum suppetentes) axillares, foliis duplo breviores, pedunculi simplices aut saepius geminati semipollicares, apice umbellatim quadriflori, pedicelli triente longiores, pilis adpressis conspersi, bracteae bracteolaeque iisdem densioribus farinoso-candicantes. Fructus stipatus calyce 8-glanduloso reliquiisque staminum glabrorum, quorum filamenta basi dilatata coalita, conflatus e samaris 3 (quarum duae saepius abortivae) villosis, dorso medio breviter cristatis, superne latere utroque papilioniformi-alatis, ala obliqua ovata (pollicem lata, ¾ poll. longa) subsinuata flabellato-venosa puberula glabratave.

*) *Sectio* Hiraea *Jacq.) admodum naturalis habitu, quem dant folia fagineis similia, nervis primariis cum medio prominentibus et ab ipso ad marginem usque procurrentibus, superne magis minusve conspicue glanduliferum, petioli sub apice biglanduloso biauriculati, umbellae axillares, foliis breviores quadriflorae solitariae aut geminatae simplices aut saepius trifido-ternae, pedicellis in pedunculo communi sessilibus. Samara bialata papilioniformis, alis crista dorsali multoties majoribus. Calyx saepe eglandulosus. — An genus proprium? quod crediderim, sed character, tantum ex habitu et inflorescentia hucusque instituendus nondum sufficit. Embryonis quidem fabrica singularis, cotyledone altera crassissima, altera fere nulla, sed in quinque tantum speciebus inter 21 huc relatas observata est, quae si eadem in omnibus foret, character inde magni momenti et genericus crui posset, sed cotyledones subaequales auctore Gaertner (an recte observante?) in* H. reclinata *(si tamen vere eadem cum* Triopteri Hiraea *Gaertn.).*

Semen compresso-sphaeroideum, embryoque ut in sequenti. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

35. H. SALZMANNIANA Adr. Juss. l. c. 566. t. 19. — Foliis oblongis sublanceolatis glabris, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus quadrifloris ternis; calyce eglanduloso; petalis glabris.....?; samarae alis puberulis, lateralibus dorsali majoribus. ♁ ∪ — Proxima *H. fagifoliae,* differt foliis fere lanceolatis (utraque tamen extremitate obtusiusculis, poll. 5–4 longis, 1¾–1½ latis), nervo medio subtus parce pubescente, nec albicante, pedunculis crassioribus, floribus majoribus, quorum petala magis conspicue denticulata, samarae alis dimidio brevioribus in unam inferne interdum confluentibus. Semen subsphaeroideum, integumento membranaceo antice ad chalazam incrassato maculatoque, embryo conformis extremitate superiori seu radiculari acuminata inque cotyledones prona, radicula brevis conica, cotyledones mire inaequales, exterior scilicet carnosa totum fere embryonis corpus formans, interior minima plana, sub acumine radiculari occulta sublateralis radiculaque vix major, utraque basi breviter auriculata, plumula minima inter cotyledonum insertiones mamillaeformis. — Affinis videtur *Banisteria solitaria* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 151. forteque eadem. — *Tripterys macrophylla* Sizm. mss. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

36. H. BAHIENSIS Moricand, Plantes nouv. ou rares d'Amerique 107. — Foliis oblongo-lanceolatis acutis, junioribus villosis, adultis glaberrimis; petiolis sub apice biglandulosis; umbellis axillaribus solitariis quadrifloris; calycibus pubescentibus glanduliferis; petalis fimbriato-denticulatis. ♁ ∪ — Rami striati, folia elongata, apice acuminata (quadripollicaria, 14–15 lin. lata) juniora longe albidoque pilosa, adulta glabrata, petiolus supra canaliculatus 4 lin. longus, supra medium biglandulosus, glandulis subulatis. Pedunculus pubescens 3 lin. longus, pedicelli 4 semipollicares pubescentes, bracteolis basi breviter involucrati. — Crescit in Brasilia ad Nazareth das Farinhas prope Bahiam.

37. H. BLANCHETIANA Moricand l. c. 104. t. 65. — Foliis ovali-oblongis acuminatis glabrinsculis, nervo medio subtus petiolisque apice biglandulosis adpresse pubescentibus; umbellis axillaribus solitariis vel geminatis dichotomis subquadrifloris; calycibus glandulosis; samarae alis puberulis, lateralibus dorsali majoribus. ♁ ∪ — Rami cylindrici striatelli pubescentes. Folia acuminulata mucronata, supra glaberrima, subtus pubescentia, nervi utrinque 8–10 obliqui paralleli, quadripollicaria, 1½ poll. lata, ultima ramealia multo minora, petioli 3 lin. longi pubescentes supra canaliculati, apice glandulis geminis sesquilineam longis subulatis instructi. Pedunculus 1–2 lin. longus, pedicelli 3–4-ni semipollicares, bracteolis triangularibus acutis basi involucrati, pedunculus saepe dichotomus, umbellas plerumque quadrifloras sistens. Species proxima sequenti, diversa tamen praecipue calycibus glanduliferis. Samarae brevissime cristatae, alis pollicem longis, ½–¾ poll. latis, in ambitu saepe lacerato-sinuatis vix puberulis, embryo (ut in *H. Salzmanniana*), cotyledone altera rudimentaria. — Crescit in Guiana Gallica.

38. H. (BANISTERIA? DC. Prodr. I. 590. no. 30.) FAGIFOLIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 567. t. 19. — Foliis oblongis obovatis, basi acutis, apice angustatis glabris, nervo medio subtus canescente, in petiolo biglandulosis bistipulatisque umbellis axillaribus quadrifloris ternis; calyce eglanduloso; petalis glabris .....?; samarae alis puberulis, lateralibus flabelliformibus dorsali multoties longioribus. ♁ ∪? — Rami juniores pube brevi pulverulenti, adulti glabrati lenticellis discoloribus notati. Folia oblongo-obovata poll. 6–3 longa, 3–1 lata), basi saepius acute et apice in acumen angustato mucronulata, supra glabra, ope lentis tamen pilis punctiformibus nervorum reticulum sequentibus conspersa, subtus in nervo medio pube sericea canescentia, caeteris discoloribus, caeterum glaberrima (lentis ope tamen punctulis minutissimis ut pulvere conspersa), petiolo canescente juxta apicem biglandulosum stipulis 2 lineari-acutis biauriculato. Inflorescentiae axillares, foliis quadruplo breviores, pedunculo communi bibracteato ibidemque

trifido, tres umbellas sustinente quadrifloras, mediam longiorem et citius evolutam, laterales interdum abortivas, pedicelli (quibus gemma minuta terminalis interponitur semipollicares. Calycinae laciniae ovatae acutae, extrorsum puberulae, eglandulosae. Petala calyce duplo longiora inaequalia eroso-denticulata (quintum, in praefloratione interius, ciliatum). Stamina filamentis glabris basi in annulum coalitis, antheris glabris, connectivo glanduliformi. Ovaria singula dorso tricristata, in unum inde acute polygonum hirsutum coalita. Samarae 3 (2 saepius abortivae) dorso cristatae, crista brevi acuta, superne latere utroque alatae, ala papilionaceam fere aemulante, a basi subcuneiformi sensim dilatata (lin. 7–9 longa, pollicem et ultra lata), margine superius fere rectilineo caeterum curvo sinuatoque, flabellato-venosa puberula. Semen non maturum suppetens. — Crescit in Brasilia boreali et in Guiana.

39. **H. CRASSIPES** Adr. Juss. l. c. 568. — Foliis oblongis obovatis glabris, nervis primariis subtus canescentibus, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus ternis praetereaque saepe geminatis; pedicellis crassissimis; calyce 8-glanduloso; samarae alis puberulis, lateralibus dorsali cristaeformi multoties longioribus. ♁ ∪ — Rami juniores pube brevissima adpressa cinerei, adulti teretes glabrati atro-rubentes. Folia oblonga obovata (poll. 10–5 longa, inferne 2, circa medium 4–2½ lata), supra glabra nervisque primariis pinnatis impressa, iisdem subtus cum medio prominentibus et pube brevissima adpressa albicantibus, caeteris transversis vix prominulis et inter se anastomosantibus, petiolo semipollicari crasso, supra ad apicem obscure biglandulosum bistipulato, stipulis patulis aut ascendentibus lineari-acutis (lin. 2 longis) glabris. Inflorescentiae ad axillas foliorum ipsis (nisi supremis, quae ipsa valde imminuta) multo breviores, non raro geminatae, pedunculo communi lin. 3–6 longo trifido ibidemque bibracteato triumbellifero, pedicelli sessiles bracteis bracteolisque latis brevibus acutis capitatim congestis, lin. 6–8 longi, praesertim superne crassissimi, pedunculorum instar pube brevi cinerei. Calycinae laciniae ovatae, 4 biglandulosae, glandulis magnis ipsasque subaequantibus fere totae obtectae glabellae, quinta eglandulosa extrorsum pubescens. Petala calyce longiora, quintum glanduloso-ciliatum. Stamina glabra, filamentis basi dilatata coalitis, caeterum exsertis. Ovaria birsuta, raro tricristata, axi coalita. Samarae 3 (2 saepius abortivae) puberulae, dorso cristatae, crista brevi obtusa, latere utroque alatae, ala papilionaceam aemulante, introrsum cuneato-angustata, extrorsum subsemicirculari (poll. fere ¾ longa et ultra lata), flabellato-venosa. Semen imperfectum suppetit. — *Tetrapteris obovata* Poepp. Herb. 1787. — Crescit in Peruvia subandina.

40. **H. RIEDLEYANA** Adr. Juss. l. c. 569. — Foliis obovatis, apice angustatis glabris, nervo medio subtus canescente, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus quadrifloris, vulgo geminatis; calyce 8-glanduloso; petalis glabris; samarae alis puberulis, lateralibus dorsali multoties longioribus. ♁ ∪ — Rami angulato-striati puberuli vel glabrati. Folia obovata (poll. 4–3 longa, 1¾–1½ lata), saepius in acumen late obtusum et mucronulatum apice angustata, superficie utraque, petiolo et stipulis ut in *H. fagifolia*. Inflorescentiae foliis quadruplo et citra breviores umbelliformes, umbellis quadrifloris ad axillas vulgo geminatis, pedunculo lin. 3 longo, supra basin bibracteolato, pedicellis duplo longioribus. Flores quoque ut in *H. fagifolia*, sed minores, calyce 8-glanduloso, glandulis subrotundis. Simillima et fere absque dubio conspecifica specimina Guianensia fructifera, e quibus samarae puberulae, dorso superne cristatae, crista brevi obtusa, latere utroque alatae, ala papilionaceam aemulante, introrsum subrectilinea, extrorsum sinuato-semicirculari (poll. ¾ longa, 1¼ lata) flabellato-venosa. Embryo, ut in *H. Salzmanniana*, cotyledone altera crassissima plicata, altera ad rudimentum imae radiculae adpressum redacta. — Crescit in insula Trinitatis et in Guiana.

41. **H. HOOKERIANA** Adr. Juss. l. c. 570. — Foliis obovatis, breviter mucronatis puberulis, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus ternis

quadrifloris, pedicellis longiusculis filiformibus; calyce 8–10-glanduloso; petalis glabris.....?; fructu.....? ♄∪ — Proxima sequenti, quibusdam tantum notis discrepans, praecipue calycibus glanduliferis. Rami juniores tomento brevi grisei. Folia (quae non perfecte adulta suppetunt) oblonga obovata (poll. 3–2 longa, 1½–¾ lata) mucronata glanduloso-denticulata, pilis adpressis utrinque conspersa (an serius glabrata?), nervo medio subtus tomentoso ut et petiolo qui lin. 3 longus, infra medium stipulis 2 setaceis vix triente brevioribus patulis et infra apicem glandulis 2 nigrescentibus instruitur. Pedunculi axillares trifidi umbellas tres quadrifloras sustinentes, pedicelli fere pollicares graciles, pilis adpressis hirsuti. Calyx 8–10-glandulosus. Petala lin. 4 longa. Stamina exserta, filamentis basi in annulum coalitis glabris. Ovaria in unum dense hirsutum connata, singula ad latera dorsi cristata. Styli staminibus subaequales, apice uncinati. Fructus non suppetit. — Crescit in insula Trinitatis.

42. H. (TRIOPTERIS Cavanilles, Dissert. IX. 431.) RECLINATA Jcq. Americ. 137. t. 176. fig. 42. — DC. Prodr. I. 585. no. 1. — Foliis obovatis, utrinque obtusis, superne pubescentibus, inferne glabris. ♄ — *Hiraea reclinata* Blanco, Flora de Filipinas 378. esse videtur *Tristellateia Australasica.* — *Triopteris Hiraea* Grtnr. de fructib. et seminib. pl. II. 162. t. 116. — Crescit in insula Trinitatis.

43. H. KUNTHIANA Adr. Juss. l. c. 571. — Foliis obovatis acutis cordatis integerrimis coriaceis, supra nitidis, subtus puberulis; umbellis axillaribus geminis quadrifloris; fructibus.....? ♄ — *Malpighia? obovata* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. V. 146. — DC. Prodr. I. 573. no. 18. — Squamulas pistillo circumpositas notaverat auctor, quae sunt ovariorum cristae dorsales appendiculaeque marginales longiores. — Crescit in Nova Granata.

44. H. CUNEATA Griseb. Linnaea XIII. 246. — Foliis obovato-oblongis, versus basin obtusam subcuneatis glabris coriaceis, margine glanduliferis, breviter petiolatis; umbellis quadrifloris axillaribus; pedicellis sericeo-tomentosis basi tribracteatis; sepalis glanduliferis extus hirsutis; petalis antherisque glabris; samarae glabratae alis distinctis laceratis cristam multo superantibus. ♄ — Rami cylindrici striati, juniores puberuli, vetustiores cinerei, cortice glabrato ruguloso, internodia subaequalia uncialia. Folia (5–2½ poll. longa, 2–1 poll. lata) subdifformia, ex ima basi subcordata vel hinc subacuta, sensim cuneata vel obovata vel elliptico-oblonga, superne breviter attenuata, apice apiculata vel acutiuscula, margine glandulis minutis imprimis apicem versus denticulata, praeter nervum medium primo subtus albo-pubescentem glaberrima, supra nitida, obscure viridia brunnescentia subconcoloria coriacea penninervia, nervo crasso cum venis subtus prominente, venis primariis arcuatis fere ad marginem percurrentibus, venulis rectiusculis tenuibus frequenter anastomosantibus, petiolo 3–4 lin. longo crassiusculo subtomentoso, apice superne glandulis binis orbiculatis notato, medio superne processubus binis foliaceis lineam longis acuminatis (stipulis adnatis?) aucto, basi exstipulato, nodo per vaginam integro. Umbellae quadriflorae axillares breviter stipitatae, folio multo breviores, terminalis cum binis inferioribus in corymbum congesta, caeterae oppositae solitariae, pedicelli 8–12 lin. longi subtomentosi, basi bractea subulata bracteolisque binis similibus vix a bractea remotis instructi, apicem versus incrassati. Sepala ovata obtusa sesquilinearia, extus tomentosa, quatuor binis glandulis oblongis diu brevibus instructa. Petala glabra, limbo 3 lin. longo orbiculari crenulato penninervi unguem duplo superante. Stamina 10, omnia fertilia, glabra, filamenta basi dilatata, in tubum brevem conjuncta, alterna majora, connectivum suberectum subglobosum, loculis brevius. Ovarium subglobosum setosum, stigmatibus tribus linearibus truncatis duplo brevius, carpophylla 3 connexa, dorso gibba, ovulum cujusque pendulum lycotropotum, parte ascendente acuminata. Samarae 3 sparse pilosae vel glabratae, alarum textura membranacea, tori processus brevissimus prismaticus, pericarpium subglobosum lineam altum pubescens, crista dorsalis brevissima neque in alam extensa, alae laterales reniformes rotundatae 6 lin. latae, margine

laceratae venis ramosis percursae, loculus oblongus, semen conforme, e funiculo brevi subapicali suspensum, apice subacutum, testa fusca simplex, raphe abbreviata, radicula supera brevis acuta, supra hilum sita, cotyledone altera minima in plica alterius crassissima abscondita. — Crescit in Brasiliae prov. Minas Geraes.

45. **H. (TETRAPTERYS Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 6. GAUDICHAUDIANA** Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 571. — Foliis oblongis lanceolatis apiculatis coriaceis penninerviis, breviter petiolatis, junioribus sericeis, adultis glabratis; umbellis axillaribus, breviter stipitatis pauciforis; calyce 8-glanduloso; fructu.....? ♄◡ — Ramus tantum suppetit griseus glabratus, lenticellis minutis prominulis conspersus, e quo oriuntur ramuli breves pube adpressa hirsuti. Folia oblonga lanceolata vel cum apiculo lanceolato-obovata, juniora utrinque dense sericeo-pubescentia (adulta poll. 4 longa, 1¼ lata) glabrata, supra lucida, subtus penninervia, nervis prominentibus, subcoriacea petiolata, petiolo (lin. 3 longo) pube adpressa hirsuto, bistipulata, stipulae petiolo introrsum adnatae (inde petiolares), juxta medium ejus liberae setaceae hirsutae. Pedunculi axillares, vulgo geminati brevissimi hirsuti, umbellatim quadriflori, umbella bracteis totidem basi inter se coalitis lineam longis ovato-acutis extrorsum sericeo-hirsutis involucrata, pedicelli sessiles (lin. 4 longi sericeo-hirsuti, basi bibracteolati, bracteolis minutis ovatis. Calyx quinquefidus, laciniis (lin. 1½ longis) semiellipticis, introrsum glabris, extrorsum sericeo-hirsutis basique (praeter unam) biglandulosis, glandulis brevibus ellipticis nonnumquam plerisque aut omnibus abortivis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue filiformi calycem aequante patulo, limbo basi cuneato, caeterum orbiculari fimbriato-denticulato glabro, dissimilia inter se inaequaliaque. Stamina 10 calycem paullulum superantia, 5 petalis opposita alternis longiora et exteriora, filamenta subulata, inferne dilatata et inter se coalita, glabra, antherae parvae subcordatae, connectivo rubente crassissimo, extrorsum convexo, introrsum plano loculosque discretos utrinque adnatos flavos gerente. Ovaria 3 inter se facie interna coalita et inde unicum trilobum dense hirsutum mentientia, singula dorso cristata et latere utroque biappendiculata, appendiculis superpositis breviusculis et hirsutie circumfusa occultatis, uniovulata, ovulo uncinato pendulo. Styli 3, stamina paullulum superantes, divergentes rigidi glabri, apice truncato introrsum stigmatiferi. Fructus non suppetebat. — *Banisteria amoena* Martius mss. — In Brasilia.

46. **H. SWARTZIANA** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 571. — Foliis oblongo-ovatis integerrimis, subtus sericeo-nitentibus; pedunculis axillaribus tripartito-umbellatis. ♄ — Flores lutei, fructus desiderantur. — *Malpighia? faginea* Swrtz. Flor. Ind. occid. II. 850. — DC. Prodr. I. 578. no. 12. — In Antillarum insula Grenada.

47. **H. FULGENS** Adr. Juss. l. c. 572. — Foliis ovatis vel vix obovatis acuminatis, supra glabris laevibusque, subtus sericeo-auratis, petiolo ad apicem biglanduloso bistipulatoque; umbellis axillaribus ternis vulgo trifloris; calyce eglanduloso; petalis glabris.....?; samarae alis glabratis, lateralibus dorsali cristaeformi multoties longioribus. ♄ — Affinis nec dissimilis sequenti, a qua differt foliis non aut vix ad basin angustatis, sed potius ovatis (poll. 4–3 longis, 1¼–1¾ latis), inflorescentiis magis contractis umbellisque vulgo trifloris tantum, calyce eglanduloso. Adsunt fructus immaturi, conflati e samaris 3 subglabratis, medio dorso cristatis, latere utroque multo longius alatis, alis plicatis basique introflexis.

β. Demerarensis: foliis longioribus, basi angustioribus, longius et acute acuminatis, pedicellis gracilioribus. — Species olim forsan, nondum tamen (specimine unico nec fructifero suppetente) distinguenda.

Crescit in Brasilia et in Guiana Britannica.

48. **H. CHRYSOPHYLLA** Adr. Juss. l. c. 572. — Foliis obovatis acuminatis, supra glabris laevibusque, subtus sericeo-auratis, petiolo ad apicem biglanduloso bistipulatoque; umbellis axillaribus ternis quadrifloris; calyce 8–10-glanduloso; petalis glabris.....?; fructu.....? ♄◡? — Rami juniores (ut petioli et inflorescentiae) aenei, mox tantum pulverulenti, demum glabrati, lenticellis discoloribus

prominulis punctati. Folia obovata (poll. 4–2 longa, 2–1 lata) magis minusve longe et acute acuminata, nec non interdum brevissime apiculata, punctis glandulosis minimis vixque conspicuis marginata, supra virentia laevissima nitida, subtus tomento sericeo brevissimo aeneo-aurata, petiolo lin. 2–3 longo, infra apicem glandulis 2 impressum bistipulato, stipulis vix ipso brevioribus, saepius unciformibus. Inflorescentiae quales in praecedente. Calycinae laciniae sesquilineares sericeo-pubescentes, omnes aut 4 biglandulosae, glandulis ovatis. Petala calyce duplo longiora inaequalia, limbo orbiculato eroso-denticulato (quintum glanduloso-ciliatum). Stamina calycem superantia glabra, filamentis in annulum basi coalitis, connectivo orbiculato loculis introrsis discoloribus utrinque marginato. Ovaria in unum hirsutum coalita, singula sub pilis dorso tricristata. Styli staminibus subaequales divergentes rigidi glabri, apice compresso hinc stigmatiferi. Fructus non suppetit. — In Brasilia boreali et in Guiana Britannica.

49. H. SERICIFOLIA Adr. Juss. l. c. 573. — Foliis obovatis, saepius breviter acuminatis, subtus sericeo-tomentosis, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus ternis quadrifloris; calyce 8-glanduloso; petalis glabris.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores tomentoso-incani, adulti glabrati rubentes. Folia obovata (poll. 4–3 longa, 2½–1¾ lata), apice breviter et acutissime acuminata vel suppresso acumine obtusa emarginatave, supra glabrata lucidaque (juniora pubescentia), subtus sericeo-tomentosa et fere argentea, petiolo lin. 4 longo tomentoso, juxta apicem biglanduloso et infra glandulas bistipulato, stipulis lineam longis lineari-acutis retrorsis. Inflorescentiae axillares foliis multo breviores, pedunculo communi bibracteato trifido triumbellato, umbellis quadrifloris, interdum geminatae, pedicellis pedunculorum instar tomentoso-incanis, lin. 4–5 longis, bracteis bracteolisque brevibus in involucrum glomerulatis. Calycinae laciniae ovatae lineam longae, 4 biglandulosae, glandulis rotundis. Petala calyce duplo longiora, ungue longiusculo reflexo, limbo suborbiculari (quintum minus glanduloso-ciliatum). Stamina calycem superantia, filamentis glabris, basi inter se coalitis, antheris cordato-ovatis glabris, connectivo conformi ad apicem subinflato et discolori. Ovaria in unum hirsutum coalita, singula dorso tricristata. Fructus non suppetit. — *Banisteria Cujabensis* Griseb. Linnaea XIII. 194. — In Brasiliae provincia Mato Grosso crescit.

50. H. WIEDEANA Adr. Juss. l. c. 574. — Foliis obovatis vel obovato-lanceolatis, subtus tomentoso-velutinis, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus quadrifloris, saepius geminatis: calyce 4–7-glanduloso; petalis glabris.....?; fructu.....? ♁ — Rami juniores complanati fulvi, tomento brevi ad nodos densiori, in adultis multangulis vel teretibus disperso vel partim deterso. Folia obovata vel obovato-lanceolata (poll. 4–5 longa, 1½–2 et ultra lata), supra glabra et lucida, subtus discoloria, tomento brevi velutino e pilis furcatis conspersa, nervis medio primariisque pinnatim excurrentibus, caeteris inter praecedentes subtransversis, quorumdam extremitatibus in margine brevissime exsertis denticulosque glandulaeformes figurantibus, coriacea, petiolo crasso tomentoso semipollicari. Inflorescentiae axillares saepe geminatae umbellatae, juxta basin bibracteate stipitatae, exterior interiori brevior, pedicelli graciles, circiter 6 lin. longi, pilis adpressis obducti, bracteae bracteolaeque breves, in capitulum umbellam involucrans congestae. Calyx laciniis ovatis, lineam longis, quinta eglandulosa vicinisque eglandulosis ipsis vel tantum uniglandulosis 4–7-glandulifer, sericeo-puberulus. Petala calyce triplo quadruplove longiora glabra unguiculata, limbo undulato basi sagittato (quintum longius unguiculatum limbo minori ciliato). Stamina calycem superantia, filamentis glabris basi coalitis, antherarum cordato-ovatarum loculis flavo-albidis, connectivo prominente glandulaeformi rubente. Ovaria in unum hirsutum coalita, singula dorso longitrorsum tricristata. Fructus non suppetit. — Crescit in Brasilia.

51. H. HOULLETIANA Adr. Juss. l. c. 575. — Foliis oblongis obovato-lanceolatis subtus rubentibus, tomento brevi conspersis et eodem marginatis, in petiolo bi-

glandulosis bistipulatisque; floribus.....?; fructu.....? ♄∪ — Caulis ad basin densius foliosus, mox internodiis elongatis nudatus, ramis tomento velutino fulvis vel brunneis teretibus. Folia oblonga obovato-lanceolata (fere ped. 1–⅓ longa, poll. 4–1½ lata), supra virentia, pilis longioribus parce pubescentia vel glabrata, subtus pallide rubentia, pilis furcatis in nervis et margine densioribus tomentella, reticulato-venosa, prominentibus praesertim nervis medio primariisque, qui, pinnatim excurrentes, ad apicem arcuatim inter se anastomosantur, mollia, petiolo crasso, lin. 6–4 longo, velutino-tomentoso, supra medium bistipulato, stipulis suboppositis setaceis tomentosis recurvis, lin. 1–2 longis, ad apicem biglanduloso. Nondum floruit. — Ulterius cum praecedente, cui certe affinis, conferenda. — *Combretum Afzelii* Hort. Anglic. — Crescit in Brasilia ad Sebastianopolin.

52. H. (MALPIGHIA H. B. Kth. Nov. gener. et spec. plant. V. 146. — DC. Prodr. I. 579. no. 19.) TERNIFOLIA Adr. Juss. l. c. — Foliis ternatim verticillatis oblongo-lanceolatis acutis, basi rotundatis integerrimis, supra pilosulis nitidis, subtus molliter hirto-tomentosis; umbellis axillaribus compositis 3–4-radiatis multifloris; floribus flavis; fructibus.....? ♄ — Crescit in Nova Granata prope Pandi.

53. H. MULTIRADIATA Adr. Juss. l. c. 575. — Foliis oblongo-ovatis, basi saepe acutis, acutissime acuminatis, subtus pubescentibus, in petiolo biglandulosis bistipulatisque; umbellis axillaribus multifloris; calyce 8-glanduloso; petalis glabris luteis; fructu.....? ♄∪∩ — ami juniores tomento rufo sericei subcomplanati, adulti teretes, partim glabrati. Folia oblongo-obovata (poll. 7–5 longa, 3½–2 lata), basi obtusa vel saepe acuta, apice acutissime acuminata, juniora utrinque rufo-pubescentia, adulta supra glabrata, subtus pubescentia pube rufa tenui in nervo medio primariisque nec non secundum lineam marginalem densiori, petiolo circiter semipollicari crasso pubescente, infra apicem minute biglanduloso et supra basin stipulis setaceis recurvis biauriculato. Umbellae axillares multi-(15–30-) florae, pedunculo insidentes petiolum paullulum superanti pube rufa dense sericeo, supra medium foliis duobus saepius abortivis et bracteaeformibus, rarius explicatis et etiam tum parvis instructo, pedicelli lin. 6–9 longi similiter sericei, bracteae bracteolaeque in capitulum glomeratae breves sericeae. Calycinae laciniae ovatae, sesquilineam longae, extrorsum sericeae et 4 biglandulosae, glandulis ellipsoideis. Petala calyce paullo longiora, ungue plano, cordato-orbicularia, 4 subintegra, quintum (in praefloratione interius) glanduloso-ciliatum, glabra lutea. Stamina calycem vix superantia, filamentis glabris complanatis, inferne inter se et cum calyce imo concretis, antherae glabrae, loculis linearibus luteis, connectivo rubenti glandulaeformi prominenti (in alternis oppositipetalis breviori latiorique) adnatis et subdistantibus. Ovaria 3 in unum dense hirsutum et conoideum coalita, singula sub pilis dorso complanata et lateribus cristata. Styli stamina superantes glabri crassi, apice introrsum stigmatiferi, extrorsum in rostrum breve producti. Fructus non suppetit, quem descripsit et depinxit Aubletius, e stirpe diversa depromptus est, quippe qui *Serjaniae*. — *Banisteria Quapara* Aublet, Guian. 464. t. 186. (excl. fruct.) — Crescit in Guiana.

† *Species e genere excludendae.*

H. ACUMINATA DC. = GAUDICHAUDIA ACUMINATA.
H. BUNCHOSIOIDES Adr. Juss. = HELADENA BUNCHOSIOIDES.
H. CONCAVA Wall. = ASPIDOPTERYS CONCAVA.
H. CORDATA Wall. = ASPIDOPTERYS CORDATA.
H. CYCLOPTERA DC. = GAUDICHAUDIA ARNOTTIANA.
H. ELLIPTICA Blume = ASPIDOPTERYS ELLIPTICA.
H. FINLEYSONIANA Wall. = MYRTACEA??
H. FLORIBUNDA Adr. Juss. = HETEROPTERYS ACEROIDES.
H. GLABRA Spr. = TETRAPTERYS PUNCTULATA.
H. GLABRIUSCULA Wall. = ASPIDOPTERYS GLABRIUSCULA.
H. GLAUCESCENS Lodd. Catal. et Loud. Hort. Brit. = Frutex scandens semper-virens ex India orientali. Nihil aliud novimus. E patria *Aspidopterydis*.

H. HIRSUTA Wall. = ASPIDOPTERYS HIRSUTA.
H. HYPERICOIDES DC. = TRIASPIS HYPERICOIDES.
H. INDICA Wall. = ASPIDOPTERYS ROXBURGHIANA.
H. INTERMEDIA Adr. Juss. = HETEROPTERYS VENOSA.
H. LANUGINOSA Wall. = ASPIDOPTERYS LANUGINOSA.
H. LEUCOSEPALA Griseb. = TETRAPTERYS LEUCOSEPALA.
H. MERGIENSIS Wght. = ASPIDOPTERYS CONCAVA.
H. MULTIFLORA Griseb. = TETRAPTERYS MULTIFLORA.
H. MUCRONATA DC. = GAUDICHAUDIA MUCRONATA.
H. NUTANS Wall. = ASPIDOPTERYS NUTANS.
H. OBSCURA Blume = RYSSOPTERYS TIMORENSIS.
H. ODORATA Willd. = TRIASPIS ODORATA.
H. ORBICULATA G. Don = ASPIDOPTERYS ROTUNDIFOLIA.
H. OVATA Blume = RYSSOPTERYS TIMORENSIS.
H. OXYOTA DC. = GAUDICHAUDIA OXYOTA.
H. OXYPHYLLA Wall. = ASPIDOPTERYS OXYPHYLLA.
H. PAUCIFLORA Adr. Juss. = HETEROPTERYS PAUCIFLORA.
H. PINNATA Willd. = TRIASPIS FLABELLARIA.
H. PODOCARPA DC. = GAUDICHAUDIA PODOCARPA.
H. RECLINATA Blanco = TRISTELLATEIA AUSTRALASICA?
H. ROTUNDIFOLIA Rxb. = ASPIDOPTERYS ROTUNDIFOLIA.
H. SERICEA Adr. Juss. = TETRAPTERYS SERICEA.
H. TOMENTOSA Blume = ASPIDOPTERYS TOMENTOSA.

XXXI. **DIPLOPTERYS** *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 577. t. 20.)

Calyx quinquepartitus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo fimbriato. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis inferne coalitis, antheris villosis. Styli 3 rigidi, apice truncato stigmatiferi. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, singula dorso obscure quinquecostata. Fructus conflatus e carpellis 3 dorso longitrorsum quinquealatis, alis lignosis parum prominentibus, media simplici cristaeformi, lateribus cum hac subparallelis, geminatim apice et basi confluentibus. — Frutex Guianensis scandens: foliis integerrimis. Inflorescentiae axillares umbelliformes, umbellis vulgo ternis quadrifloris, pedunculi subnulli, pedicelli basi articulati, sub articulo bractea extrorsum, ad latera bracteola duplici stipati, bracteis bracteolisque umbellam biseriatim quasi involucrantibus. Flores lutei. Diversae partes siccatione nigrescentes.

1. D. PARALIAS Adr. Juss. l. c. 578. t. 20. et in Deless. Icon. select. pl. rar. III. 20. t. 33. — Foliis ovato-lanceolatis acuminatis glabris, breviter petiolatis. ♁ ∪ ⌒ — Caulis dextrorsum volubilis teres, ramis junioribus puberulis, pube rara adpressa cana, adultis glabratis. Folia ovato-lanceolata acuminata (poll. 6–4 longa, 3–1½ lata), margine basi glanduloso-incrassata, supra glabra nitida et saturate viridia, subtus pallidiora et (si pilos paucos adspersos praesertim nervis excipias) glabra, ope lentis punctulis obsita minutissimis squamuloideis, siccatione (ut et cortex) nigrescentia breviter petiolata. Inflorescentiae axillares foliis quadruplo breviores, saepe geminatae, pedunculo exteriori subabortivo uniumbellifero, interiori trifido triumbellifero, sub ramis lateralibus unibracteato, bibracteato ad medium centralis, pedicelli (pedunculorum instar) puberuli lin. 3–4 longi, bracteae bracteolaeque lineari-obovatae, puberulae, quasi fasciculatae. Calyx laciniis ovatis, extrorsum recurvis. Petala calyce triplo longiora (lin. 4 longa), unguibus reflexis, limbo concavo fimbriato, extrorsum pubescente luteo. Stamina 10, filamentis glabris, alternis oppositipetalis brevioribus crassioribusque, antherae villosae, connectivo subgloboso granulato, loculis introrsum adnatis crassiore, in staminibus alternis brevioribus minores. Ovaria in unum dense hirsutum coalita, sub apice introrsum stylifera, stylis basi similiter hirsutis divergentibus, singula

ovoidea nec primo ullum alarum indicium proferentia, post anthesin serius dorso obscure utrinque foveolata medioque costata, denique parallele quinquecostata cum sulcis 4 intermediis. Fructus conflatus e carpellis 3 pube adpressa albidis, axi trigono-pyramidali brevi oblique affixis, caeterum distinctis, singulis lin. 9 latis longisque, quinquealatis, alae laterales lignosae angustae, transverse venosae, in ambitu sinuatae, inter se apice et basi geminatim confluentes et sic cavitatem circumeuntes, cristis nonnullis transversim praeterea intersectam, media paullo tenuior cristaeformisque. Cavitas seminifera sat magna, semen fovens in speciminibus suppetentibus nondum perfecte maturum, integumento membranaceo, radicula conica brevi supera, cotyledonibus inaequalibus basi plicato-incumbentibus. — Proxima habitu *Banisteriis* quibusdam nigrescentibus. — *Hiraea longifolia* et *mucronata* Rich. mss. — Crescit in Guiana Gallica.

XXXII. JUBELINA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. naturelle III. 579. t. 20.)

Calyx quinquepartitus, laciniis 4 basi uniglandulosis. Petala calyce paullo longiora unguiculata, limbo denticulato. Stamina 10, omnia fertilia, filamentis basi coalitis, antheris glabris. Styli 3 breves, apice truncato bilobo-stigmatiferi. Ovaria 3 in unum trilobum coalita, dorso tricristata et verruculosa. Fructus conflatus e carpellis 3 extus dorso longitrorsum quinquealatis, alis angustis undulatis sinuatisque, intus trilocularibus, loculo medio seminifero, lateralibus inanibus. — Frutex Guianensis scandens: foliis magnis integerrimis, petiolis minutissime bistipulatis. Umbellae quadrifloreae, foliorum supremorum abortu paniculam terminalem componentes, vulgo ternatae, pedunculi brevissimi, bracteati extrorsum, lateribus bibracteolati et cum pedicello longiori articulati, bracteis bracteolisque umbellam includentibus, primum et serius involucrantibus. Flores punicei.

1. J. RIPARIA Adr. Juss. l. c. 580. t. 20. et in Deless. Icon. plant. select. rar. III. 19. t. 32. — Foliis fere orbicularibus, subtus tomentosis reticulatis basique glanduliferis marginatis coriaceis; umbellis paniculatis terminalibus. ♄ ☋ — Caulis diametro 1–2-pollicari, cortice rugoso, ramis teretibus dense tomentosis. Folia fere orbicularia vel late obovata (poll. 8–4 longa, 6–3 lata), supra pubescentia, vel glabrata, sed tum punctulis crebris, quibus pili inserebantur, notata, subtus laxe tomentosa, nervis prominentibus, secundariis inter primarios pinnatos fere transversis glandulisque nonnullis scutelliformibus juxta basin conspicuis marginata, coriacea petiolata, petiolo lin. 3–6 longo tomentoso, supra plano, subtus triquetro, bistipulato, stipulis rigidis minutissimis nec sub pube facile obviis. Umbellae quadrifloreae, in paniculas terminales 6–9-pollicares pyramidatas, foliis supremis in bracteas transeuntibus pedunculisque semel aut iterum opposite ramosis, digestae, vulgo ternatae, media lateralibus multo prius evoluta, pedunculi diversorum ordinum tomentosi, ad divisiones opposite bracteati, bracteis lineas 4 longis spathulaeformibus concavis, floriferi brevissimi, bracteis 4 umbellam (quam ante evolutionem conniventes includunt) involucrantibus, singuli praeterea bibracteolati, bracteolis conformibus paullo brevioribus, supra bracteolas articulati cum pedicello lineas 2–3 longo. Calyx laciniis demum reflexis (lin. 3 longis) subspathulaeformibus, utrinque (ut et bracteae bracteolaeque) breviter tomentosis, 4 basi extrorsum uniglandulosis, glandula crassa, late ovata granulata. Petala calyce vix longiora, longe unguiculata, limbo basi sagittato, caeterum ovato vel orbiculari denticulato, extrorsum sericeo-pubescente puniceo. Stamina 10, petalis duplo breviora, filamentis glabris, basi in annulum coalitis, antheris glabris, loculis connectivo longioribus, distinctis linearibus. Styli 3 e summis ovariis enati, stamina paullulum superantes divergentes, basi tantum hirsuti, apice truncato in stigma bilobum desinentes. Ovaria in unum trilobum et dense hispidum coalita, sub pilis singula dorso tricristata, lateribus incrassata et verruculosa, dum maturescunt lateribus magis ac magis incrassantur, quae ambo extus alis duabus longitudinalibus et appendiculis cristaeformibus transversis instruun-

tur, intus paullatim excavantur. Ex iisdem denique plane maturis fructus efformatur globuloso-trigonus, diametro et altitudine circiter pollicari, conflatus e carpellis 3 in axi triquetro verticillatis, latere utroque plano inter se contiguis, dorso convexis et quinquealatis, totis copia pilorum adpressorum pubescentibus violaceo-virentibus, alae lunulatae, transverse venosae, media lin. 3 circiter lata subundulata vixque sinuata, laterales paullo angustiores et margine minus integro vulgo laceratae, harum interiores cum media contiguae, exteriores cum eadem basi continuatae marginales, inter alas laterales appendices crebrae breviores cristaeformes in facie dorsali inde muricata transverse et cum alarum venis continue extensae. Carpella singula intus trilocularia, loculus centralis endocarpio vestitus seminifer, laterales parietibus tenuibus ampliores inanes, alter interdum dissepimentis membranaceis transverse intersectus, uterque saepius filamentis rigidioribus, quae a parietum nervis intus excurrunt. Semen sublateraliter infra apicem appensum ovatum, cum acumine rostriformi, integumento duplici membranaceo, exteriori rubescente, interiori albo, radicula brevi supera, cotyledonibus longitudine subaequalibus rectis commissura axem spectantibus. — Crescit in Guiana Gallica.

XXXIII. DINEMANDRA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. naturelle III. 582. t. 19.)

Calyx profunde quinquefidus, latere altero 6-glandulosus, glandulis stipitatis patentibus. Petala calyce longiora unguiculata subintegra inaequalia. Filamenta 10, basi in annulum coalita, alternipetala oppositis longiora, e quibus duo aut tria tantum antherifera, caetera omnia abbreviata sterilia. Ovaria 3 in unum glabrum connata, singula dorso longitrorsum tricristata verrucosa. Styli totidem apice truncato stigmatiferi. Fructus conflatus e samaris 3 parvis, dorso medio cristatis et margine utroque alatis distinctis concavis. — Suffruticuli Peruviani vel Chilenses: foliis oppositis brevibus, subtus revolutis et inde quasi acerosis, stipulis inconspicuis. Pedunculi biflori vel racemosim pluriflori, racemis terminalibus, pedicellis cum pedunculi partialis apice bibracteolato articulatis. Flores lutei.

1. D. ERICOIDES Adr. Juss. l. c. 582. t. 19. — Gaudich. Voy. de la Bonite t. 11. — Puberula: foliis lineari-ovatis; pedunculis racemosis; filamentorum duobus antheriferis. ♃ — Suffruticulus paucos pollices altus, a basi ramosus, rami pilis adpressis incanis, juniores pubescentes, adulti glabrati. Folia brevia (lineas 3–4 longa, 1½ lata) lineari-ovata, sed margine subtus revoluto quasi acerosa acuta glabrata vel pilis raris conspersa praesertim subtus, ubi nervus medius rubellus prominet, subsessilia. Racemi terminales breves 4–5-flori, pedunculis puberulis, communi lin. 3–4 longo, floriferis triplo brevioribus, singulis cum pedicello subaequali articulatis, bractea bracteolisque brevibus lineari-ovatis. Calyx laciniis ovatis lineam longis, basi puberulus et latere altero 6-glandulosus, glandulis stipitatis, apice subbilobis patentibus vel deflexis, triente calyce brevioribus. Petala calyce triente longiora glabra unguiculata, limbo basi biauriculato, in quatuor obovato, quintum (in praefloratione interius) longius unguiculatum reniforme flabellato-venosum. Filamenta 10 calyce breviora glabra, 5 oppositipetala ananthera setacea, e 5 alternipetalis longioribus tria quoque ananthera semilanceolata et duo, quae laciniis calycinis uniglandulosis opponuntur, longiora ipsa eademque sola antherifera, antherae glabrae oblongo-ovatae biloculares, connectivo dorsali ad apicem a loculis soluto. Ovaria 3 in unum connata, tubo filamentorum subaequali, glabra, singula dorso longitrorsum tricristata et reliqua superficie verrucosa, introrsum infra apicem stylifera, stylis rectis glabris, vulgo inaequalibus, apice truncatis et stigmatiferis. Samarae 3 axi communi accumbentes et ab invicem solubiles parvulae glabrae, crista angusta dorsali semicinctae, latere utroque alatae, alis latioribus (lineam vix latis), fere semicircularibus, introrsum concavis, caeterum verrucosae, verrucis inter alas et cristam dorsalem uniseriatis tuberculaeformibus, inter alas et axin transversim extensis

et ipsis cristaeformibus. Semen ovato-acuminatum, infra acumen transverse pendulum et ibidem chalaza notatum, integumento membranaceo, embryonis in spiram convoluti radicula supera acumini respondente, cotyledones lineari-ovatas longiores quasi continuante. — Crescit in Peruvia meridionali prope Cobija.

2. D. GLABERRIMA Adr. Juss. l. c. 583. — Glaberrima: foliis lineari-ovatis, subtus glaucescentibus; pedunculis bifloris; filamentorum tribus antheriferis. ♃ — Suffruticulus poll. 6-3 altus dichotome ramosus, totus glaber. Folia brevia (lin. 6-10 longa) anguste ovata, sed marginibus subtus revolutis linearia et fere acerosa, apice acuta, subsessilia glaberrima, subtus glaucescentia, nervo medio discolori prominente. Pedunculi ad dichotomias vel foliorum summorum axillas bifidi biflori, communes lineam, floriferi lin. 2 longi, illi basi bracteati, apice bibracteolati cumque pedicello dimidio breviori articulati, omnes glaberrimi, ut bracteae bracteolaeque breves ovatae. Calyx latere in inflorescentia interno 6-glandulosus, glandulis stipitatis sesquilineam longis bifidis patentibus, laciniis subaequalibus ellipticis glaberrimis, nervo medio prominente notatis. Petala calyce duplo longiora, intense lutea glabra unguiculata, limbo basi sagittatim biauriculato ibidemque crenato et crispo, caeterum integro, quintum (in inflorescentia exterius et in praefloratione interius) toto fere ambitu crispum, longius unguiculatum. Filamenta 10 calyce breviora, basi dilatata inter se coalita, 5 oppositipetala minora setacea ananthera, e 5 alternipetalis duo laciniis calycinis biglanduliferis opposita caeteris breviora eademque ananthera, tria quae floris lateri exteriori respondent longiora eademque antherifera, medium tamen (laciniae eglandulosae oppositum) lateralibus paullo minus, antherae glabrae ovatae, e summo filamento pendulae per connectivum parvum glanduliforme, infra dorsi apicem prominulum. Ovaria 3 axi in unum trilobum coalita glaberrima, singula dorso longitrorsum tricristata, paullisper infra apicem stylifera, stylis stamina superantibus erectis glabris non raro inaequalibus, apice obtusiusculo stigmatiferis. Samarae axi triptero facie interna foveolata affixae parvae glabrae, latere utroque alatae, alis suborbicularibus (diametro lin. 2) concavis, crista media multo breviori semicinctae, inter alas et cristam serie verrucularum notatae, extra alas transverse rugosae, interdum ala utraque aut altera abortiente fere cocciformes, endocarpio crustaceo, introrsum intra loculum prominente in massulam hemisphaericam, cui latere accumbit, semen inde antice foveolatum, caeterum globosum, apice acuminatum, infra acumen transverse appensum et ibidem chalaza parva fuscescente notatum, integumento caeterum albo membranaceo, embryonis in spiram oblique convoluti radicula supera acumen occupans longiuscula, basi attenuata, cotyledones sensim continuans ipsa longiores sed vix latiores lineari-vittatas, plumula minima bilobula. — Crescit in Chili boreali.

XXXIV. DINEMAGONUM *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 585.)

Calyx profunde quinquefidus, latere altero 6-glandulosus, glandulis stipitatis patentibus. Petala calyce longiora unguiculata, basi vel toto ambitu glanduloso-ciliata inaequalia. Filamenta 10 fere distincta, octo antheriferа, duo ex alternipetalis abbreviata sterilia. Ovaria 3 in unum coalita tomentosum, singula dorso medio longitrorsum cristata. Styli totidem apice oblique truncato stigmatiferi. Fructus tripterus conflatus e samaris 3 parvis, dorso medio cristato-alatis et latere utroque brevius cristulatis. — Suffrutices Chilenses: foliis oppositis brevibus planis; stipulis inconspicuis. Flores lutei racemosi, racemis terminalibus paucifloris, pedicellis cum pedunculi partialis apice bibracteolato articulatis.

1. D. GAYANUM Adr. Juss. l. c. 585. — Foliis ovato-lanceolatis adpresse pubescentibus rigidulis; petalis basi glanduloso-ciliatis, caeterum subintegris. ♃ — Suffrutex circiter pedalis, non raro humifusus ramosissimus, ramis erectis aut patulis, juvenioribus cinereo-sericeis, adultis sensim glabratis. Folia parva (lin. 9-4 longa, 3-1½ lata) ovato-lanceolata subobliqua, pilis adpressis rufulis utrinque

conspersa, nervo medio subtus prominulo, rigidula, vix et late petiolata. Racemi terminales 10–4–flori, quidam laterales ad flores etiam pauciores reducti, pedunculi diversorum ordinum ramulorum instar sericei, floriferi inferne in racemo oppositi, superne alterni, lin. 2–1½ longi, basi bracteati bractea vix dimidio breviori, apice brevius bibracteolati cumque pedicello paullo breviori articulati. Calyx laciniis oblongo-ovatis (lin. 2 longis) subacutis, pube adpressa conspersis, venularum fuscescentium reticulo notatis, latere axin spectante 6-glandulosus, glandulis stipitatis, apice incrassato bicornibus patulis. Petala calyce longiora glabra unguiculata, limbo basi cuneato obovato, juxta basin fimbriis glanduloso-incrassatis ciliato, caeterum subintegro concavo, lutea, quintum (in praefloratione interius) intensius coloratum, idem crassius unguiculatum sagittato-auriculatum. Filamenta 10 calyce breviora glabra, basi ima in annulum coalita, caeterum distincta, 8 antherifera, 2 (laciniis calycinis biglandulosis opposita) ananthera brevissima, antherae glabrae cordatae, medio dorso affixae per connectivum parvum prominulum. Ovaria 3 in unum profunde trilobum tomentosum coalita, sub tomento singula dorso longitrorsum cristata lateribusque rugosa, introrsum infra apicem stylifera, stylis stamina vix superantibus glabris, apice attenuato et oblique truncato stigmatiferis. Samarae 3 receptaculo brevi pyramidali affixae, facie interna et inter se cohaerentes in fructum rubentem tripterum, singulis enim crista dorsalis in alam dilatata fere circularem, infra productam, diametro circiter lin. 3 metientem, in ambitu lacerulam glabratam, contra alae laterales utrinque ad cristulas 1–2 transversas superpositas multo breviores minoresque reductae. Semen (immaturum suppetens) ovato-acuminatum, infra acumen funiculo oblique appensum ibidemque chalaza notatum latus samarae spectante. — Crescit in Chili borealis provincia Coquimbo.

2. D. **BRIDGESIANUM** Adr. Juss. l. c. 587. — Foliis lanceolatis adpresse pubescentibus membranaceis; petalis toto ambitu glanduloso-ciliatis. ♃ — Suffrutex ramosissimus, rami pilis adpressis confertis albido-sericei, serius et sensim iisdem excussis glabrati. Folia parva (lin. 8–6 longa, 2–1 lata) lanceolata, pilis albis adpressis laxe utrinque conspersa tenuia, petiolo gracili vix ullo. Racemi terminales 6–8–flori) pedunculi diversorum ordinum, ramulorum instar, sericei, floriferi alterni, lin. 4–2 longi, basi bracteati bractea oblonga, apice brevius bibracteolati cumque pedicello vix lineam longo articulati. Calyx laciniis oblongo-ovatis, lin. 3 longis, extrorsum pube adpressa conspersis, venularum fuscescentium reticulo notatis, latere axin spectante 6-glandulosus, glandulis stipitatis, apice dilatato sursum concavis patentibus. Petala calyce longiora glabra unguiculata, ungue in cuneum sensim dilatato, limbo obovato, basi subemarginato, in ambitu toto fimbriis glanduloso-incrassatis ciliato crispulo, lutea, quintum (in praefloratione interius) intensius coloratum idemque caeteris majus et crassius unguiculatum. Filamenta 10 calyce breviora glabra, basi dilatata sed tamen distincta, antherifera, duo (laciniis calycinis biglandulosis opposita) ananthera breviora, antherae glabrae cordato-ovatae, medio dorso affixae per connectivum parvum prominulum. Ovaria 3 in unum profunde trilobum coalita dense tomentosum, sub tomento singula dorso longitrorsum cristata lateribusque subrugosa, introrsum infra apicem stylifera, stylis stamina superantibus glabris, apice attenuato et oblique truncato stigmatiferis. Fructus non suppetit. — Crescit in Chili boreali ad Coquimbo.

Tribus II. *MALPIGHIACEAE MEIOSTEMONES seu GAUDICHAUDIEAE* Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 588.

Stamina numquam petalorum numero dupla, sed oppositipetalorum verticillus maxima parte aut omnino abortivus, alternorum pars etiam saepe deformis. Stylus (abortu duorum) simplex. Ovaria distincta. Carpella aut varie alata aut aptera, numquam tamen carnosa, saepius filo rapheformi subtensa et ex eodem solubili demum pendula. — Flores saepius dimorphi.

XXXV. GAUDICHAUDIA *H. B. Kth. (nec St. Hil.)*

(H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. Americ. V. 156. t. 445. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 589. t. 21.)

Florum structura duplex: I. Normalis: Calyx profunde quinquefidus, laciniis 4 vel omnibus basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo denticulato. Stamina 5 laciniis calycinis opposita, quorum vulgo duo anantherа, rarius omnia antherifera. Ovaria 3 inter se ad axin connata, caeterum distincta. Stylus e tertio ovariorum (quorum duo nullum vel rudimentarium proferunt) supra basin exsertus, stigmate obtuso terminatus. Samarae vulgo 2-1, ala marginatae nunc integra nunc lobata, praeterea dorso medio cristatae, filo rapheformi ab insertione ad basin alae extenso subtensae et eodem demum solubili pedicellatae. II. Abnormis: Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala nulla aut tantum 1-2, saepius rudimentaria. Antherae unicae rudimentum. Ovaria 2. Styli nulli vel rudimentarii. Fructus qualis in normalibus. — Frutices Mexicani, vulgo volubiles: foliis integerrimis mediocribus, molliter pubescentibus, basi plerumque setaceo-biauriculatis, stipulis inconspicuis. Flores flavi aut crocei, in ramis vel lateralibus abbreviatisque ramulis terminales, racemosi umbellati rariusve solitarii pedunculati, pedunculis apice bibracteolato cum pedicello articulatis, praeterea vulgo abnormes inferius siti ad axillas foliorum ramealium vel bracteарum ramealium, plerumque 1 vel rarius 2-3 subsessiles, incolores et minimi.

Sectio I. TRITOMOPTERYS.

Carpella quasi trialata, alae trilobae, lobis duobis superis, tertio infero.

1. G. CONGESTIFLORA Adr. Juss. l. c. 590. t. 21. — Foliis ovatis mucronulatis, dense pubescentibus; floribus in ramulis lateralibus congestis, breviter pedunculatis; staminum duobus anantheris brevioribus. ♁ — Rami juniores pilis mollibus tomentoso-albicantes, adulti glabrati. Folia ovata (poll. 2-1 longa, 1-½ lata), apice mucronulata, basi setaceo-biauriculata, auriculis inter pilos subaequales vix conspicuis, molliter supra pubescentia, densius subtus et etiam tomentosa, breviter petiolata. Flores normales (abnormes reperire non contigit) ramum vel plerique ramulos axillares folio breviores vulgo diphyllos terminant, racemos vel potius glomerulos dense pauciflores foliosos componentes, pedunculi brevissimi cum pedicello paullo longiori articulati. Calycinae laciniae dense villosae, 4 biglandulosae, glandulis linearibus adnatis. Petala calyce duplo longiora ciliato-denticulata. Stamina 5, duo breviora abortiva anantherа. Ovaria dense villosa, sub villis fere distincta, singula ala triloba marginata, duo astyla, tertium basi introrsum styliferum. Stylus rectus crassus glaber, apice attenuatus, stigmate flavescente capitellato terminatus. Samarae 3 aut abortu pauciores pubescentes, dorso cristatae, crista denticulata, ala marginatae tripartito-lobata, lobis 2 superioribus longioribus (lin. 5 longis, 2½ latis), in tertia samararum stylifera symmetrica inter se aequalibus duplicemque alam effingentibus, latere interno subrectis, externo curvilineis et argute denticulatis, inferiori triplo breviori suborbiculari concavo, nervo rapheformi subtenso usque ad carpelli insertionem, e quo demum

solubili carpellum pendet, lobi superiores valde inaequales in duabus samaris astylis iisdemque asymmetricis, caeterum similibus, quarum etiam altera interdum magis explicata stylifera abortiva visa est. Loculi cavitas endocarpio introrsum prominente incurvata. — Crescit in Mexico.

2. G. (BANISTERIA Willd. Herb. no. 8850.) ALBIDA Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 217. — Caule fruticoso volubili; foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis breviter mucronatis, subtus sericeo-canescentibus, supra parce adpresse pilosis; petiolis eglandulosis; umbellis 2–4-floris terminalibus, apicibus folioso-paniculatis. ♄⌒ — Folia majora bipollicaria, 8 lin. lata, petiolo 4-lineari. Flores magnitudine illorum *Malpighiae glabrae*. Filamenta sterilia fertilibus longiora. — Crescit in Mexico ad „Haciendas de la Laguna“.

3. G. SCHIEDEANA Adr. Juss. l. c. 591. — Volubilis: foliis oblongis, basi in petiolum attenuatis, apice acutiusculis mucronatis, subtus cum petiolis eglandulosis; ramulorum apicibus, pedunculis calycibusque albido-substrigoso-sericeis, pilis medio affixis rigidulis appressis; pedunculis axillaribus elongatis simplicibus, interdum subumbellatis, ultra medium bibracteatis eglandulosis. ♄⌒ — Rami teretes tenues tenuiter sulcati sinistrorsum volubiles, adulti glabri, juniores apicesque albido-sericei. Folia parva petiolo 3–5 lin. longo semitereti vix canaliculato insidentia, lamina ad summum 1½ poll. longa et 8 lin. lata, plerumque multo minor, pollicaris aut pollice parum longior, 4–5 lin. lata, basi magis minusve attenuata, apice acutiuscula, mucrone seu acumine potius perbrevi crassiusculo imposito terminata, pagina supera viridis pilis paucis in juniori statu crebrioribus conspersa, infera glaucescens, pilis crebris substrigosa micans albido-sericea. Pili dimidiam circiter lineam longi malpighiacei adpressi rigiduli nec tamen urentes. Flores versum apicem ramulorum et axillis proveniunt gemini ternive plures ve, pedicelli elongati interdum pedunculo communi insidentes, qui est rudimentum ramuli, cujus folia non evoluta sunt, ad basin pedicellus quisque bractea parva membranacea fusca glabra suffulcitur similibusque sibi suboppositis supra medium instruitur, caeterum est filiformis et subpollicaris, sub flore aliquantulum incrassatus albido-sericeus. Calycis (linea vix longioris) laciniae glandulis oblongis majori ex parte obtectae. Petala elongato-unguiculata late obovata, margine argute subciliato-denticulata (aurantiaca) 3 lin. circiter longa. Fructus immaturi glabrescentis alae majores 5 lin. longae, duas lineas in medio fere latae, apice obtusae, altera ala majorum minor saepius ita decrescit, ut minori aequalis fiat et carpidium alam unam majorem et superiorem duasque multo minores et inferiores offerat. — *Triopterys sericea* Schlchtd. Linnaea X. 243. — Crescit in Mexico ad „Malpays de Naulingo.“

4. G. MOLLIS Bth. Plant. Hartweg. no. 14. p. 6. — Foliis petiolatis ovali-oblongis, basi emarginatura parva cordatis, auriculis aristatis, supra parce, subtus dense sericeo-pilosis; umbellis terminalibus quadrifloris. ♄⌒ — [Stamina 5 parum inaequalia, quorum duo sterilia. Stylus simplex. Ovarium bicarpellare.] — Inflorescentiae in ramulis brevibus lateralibus, juxta apicem folia 2 opposita abbreviata gerentibus, flores duplicis structurae exhibentes, normales scilicet in umbellam terminalem quadrifloram digestos, pedunculis gracilibus lin. 6–3 longis, cum pedicellis dimidio brevioribus articulatis, bracteis bracteolisque setaceis, abnormes ad foliorum duorum axillas in racemulo 3–4-floro (cujus flos terminalis citius evolvitur) contracto et quasi glomeruliformi parum conspicuo. Normalibus calyx 8-glandulosus, staminum 5 laciniis ejus oppositorum duo quae eglandulosam conterminant breviora minoraque, loculis effoetis aut omnino deficientibus. Ovaria 3 pilis ad pressis dense hispida, singula (cum aliquantisper maturuere) dorso medio cristata et margine alata, alae trilobae lobis lateralibus in tertio symmetricis, in duobus aliis inaequalibus. Stylus simplex vel nonnumquam duplex. Abnormibus (qui sunt generis) carpella ut videtur conformia, sed tantum bina absque stylo, haec sola numerasse auctor videtur. — Crescit in Mexico.

5. G. KARWINSKIANA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 592. — Foliis oblongo-ovatis obovatisve mucronulatis; umbellae terminalis 3–4-florae pedunculis longiusculis;

staminibus omnibus antheriferis; floribus abnormibus axillaribus 1–2–petalis. ♁ ⌒ — Ramuli, petioli pedunculique pube molli adpressa albicantes. Folia oblongo–ovata vel obovata (pollicem longa, lin. 5 lata', apice mucronulata, basi biauriculata, auriculis brevibus setaceis petiolo subparallelis, pilis albidis adpressis mollibus supra rarioribus conspersa, subtus densioribus pubescentia, petiolata petiolo lin. 2 longo. Flores duplicis structurae: I. Normales in umbellam terminalem 3–4–floram digesti, pedunculis lin. 4 longis cum pedicello subaequali articulatis. Laciniae calycinae ovatae sesquilineares hirsutae, 4 biglandulosae, glandulis ovatis. Petala calyce triplo longiora subrotunda ciliato–denticulata glabra. Stamina 5 calyci subaequalia, filamentis glabris basi membranaceo–dilatatis inter se coalitis, antheris omnibus fertilibus subsimilibus subrotundis glabris. Ovaria 3 pilis longis hispida, introrsum circa medium stylifera, stylis duorum partim abortivis nec stigmatiferis, tertii longiori recto in stigma desinente. Fructus non suppetebat. II. Abnormes. Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala 2 ipsi subaequalia unguiculata, limbo ciliato. Anthera subsessilis absque polline. Ovaria 2 hispida, dorso summo margine coronata trilobo, lobis inaequalibus, alterum cum styli rudimento. — Crescit in Mexico.

Sectio II. GAUDICHAUDIA.

Carpella ala latiori integra marginata.

6. G. PENTANDRA Adr. Juss. l. c. 593. – Foliis ovato-lanceolatis acuminatis puberulis petiolatis; umbellarum terminalium floribus 4 longiuscule pedunculatis; staminibus omnibus antheriferis; floribus abnormibus axillaribus dipetalis, non raro in calyce glanduliferis et triovariatis. ♁ ⌒ — Rami juniores pilis rufis vulgo retrorsis hirti, adulti partim glabrati, ramuli ad axillas vulgo geminati. Folia ovato–lanceolata (poll. 2–1½ longa, lin. 10–7 lata) in acumen acutum desinentia, pilis adpressis puberula, subtus praesertim secus marginem densioribus auriculasque (dum adsunt) setiformes brevissimas occultantibus, mollia petiolata, petiolo lin. 6–3 longo, ad basin minutissime bistipulato. Florum structura varia: I. Normales in umbellas 4–floras, quae ramos ramulosve laterales terminant, digesti, pedunculis lin. 4 longis, cum pedicello duplo breviori articulatis ibidemque bibracteolatis adpresse pubescentibus. Laciniae calycinae ellipticae, lin. 2 longae, extrorsum medio sericeae ciliolatae, caeterum glabrae, quatuor basi biglandulosae. Petala calyce duplo longiora unguiculata, limbo subrotundo ciliato glabro. Stamina 5 calyce longiora, filamentis basi dilatata in tubum coalitis, omnibus antheriferis, glabra. Ovaria 3 pilis adpressis crassis hispida, dorso concavo umbonata medioque cristata. Stylus stamina aequans glaber rectus. II. Incompleti in pedunculis ex eadem axilla cum ramulo florifero et inferius enatis, multoties ipso brevioribus, vulgo bifloris, singuli sub pedicello bibracteolati. Quatuor quos observavi transitum a normalibus ad abnormes generis praebebant, laciniarum calycinarum 3–4 glanduliferis, petalis vulgo 2 bene explicatis, caeteris nullis, stamine unico quidem sed antheram polliniferam et interdum filamento fere exserto insidentem exhibente, ovariis 3 vel saepius 2 cum stylo normali (semel stylos 2 observavi). Praeterea quaedam variarum partium deficientium rudimenta irregularia. — Crescit in Mexico.

7. G. ARNOTTIANA Adr. Juss. l. c. 594. — Foliis breviter petiolatis ovali–oblongis vel oblongo–lanceolatis acuminatis acutis vel mucronatis hirsuto–villosis, petiolis eglandulosis; pedunculis hirsutis e summis axillis subcorymbosis; calycis laciniis biglandulosis; ovario hirsuto; carpellis glabratis. ♁ ⌒ — Calycis laciniae certe biglandulosae. Petala cordato–subrotunda longe unguiculata, dorso exalata, margine argute subciliato–denticulata aurantiaca. Styli tres. Ovarium villoso–hirsutum. Carpella ala membranacea orbiculata subglabra cincta, dorso cristata. Embryo curvatus. — *Hiraea cycloptera* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 280. t. 58. (an etiam DC. Prodr. I. 586. no. 15.?) — Admodum affinis praecedenti, quacum staminibus quinque antheriferis aequalibus convenit foliorumque forma, calyce ut videtur 10–glanduloso, forte conjungenda. — In Mexico ad Talisco et Tepic.

8. G. CYNANCHOIDES H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. V. 158. t. 445. — DC. Prodr. I. 584. no. 1. — Foliis petiolatis; racemis axillaribus terminalibusque confertifloris. ♁⌒∪ — Racemuli axillares plerumque geminati flore normali interdum terminantur, caeterum flores ferunt abnormes eglandulosos apetalos monandros bicarpellatos, cum stylo brevi interposito. Carpella immatura (abortu solitaria) late marginato-alata, medio sursum cristata, subtus linea discolori prominula, serius solubili percursa. In foliis auriculae minimae non desunt. — Crescit in Mexico prope Valladolid.

9. G. FILIPENDULA Adr. Juss. l. c. 594. t. 21. — Foliis ovatis mucronulatis petiolatis; ramulis brevibus lateralibus flores ferentibus normales 1–4 terminales, breviter pedunculatos, abnormes ad axillas foliorum bracteaeformium sessiles; staminum duobus anantheris brevioribus. ♁⌒ — Rami incano-puberuli. Folia parva ovata, plerumque acuta, brevissime mucronulata, basi minutissime et vix conspicue biauriculata, pilis bicruribus basi tuberculosis pubescentia, subtus densioribus. Ramuli laterales floriferi, vulgo geminati, paribus foliorum minutorum 2–3 instructi, ad quorum axillas flores parvuli abnormes, normalibus terminati solitariis vel quaternatim umbellatis. I. His pedunculi sesquilineam longi, basi bracteati, apice bibracteolati et cum pedicello paullo longiori articulati, bracteis bracteolisque ovatis. Calyx 10-glandulosus. Petala calyce triplo longiora, limbo lanceolato-obovato denticulato-ciliato, 4 breviter unguiculata, quintum longissime, flava. Stamina filamentis basi dilatata coalitis, duobus minoribus anantheris, antherae curvatae, connectivo discolori ultra producto apiculatae. Ovaria 3 hirsuta, inter se axi coalita, dorso complanato umbonata, tertium quod laciniae calycinae opponitur stylo perfecto stamina aequante ex ipsius basi introrsum exserto, duo stylis vel nullis vel saepius rudimentariis vixque conspicuis et ibidem sitis instructa. Samarae receptaculo brevi facie concava parva applicitae, abortu aut duae erectae aut unica decumbens, medio pilis adpressis hispidae, ala marginatae membranacea suborbiculari (diametro lin. 2–3 aequante), infra tamen angustata, dorso brevius cristatae, filo adnexae, quod faciei inferiori a receptaculo usque ad basin alae primo adnatum maturitate dein solvitur, et sic pedicellatae. Semen acuminatum, infra acumen appensum, integumento duplici membranaceo, cotyledonibus plicatis. II. Flores abnormes normalibus crebriores, plerique in axillis foliolorum ramuli floriferi siti cymulamque subsessilem trifloram componentes pauci etiam terminales, minuti, singuli bractea bracteolisque 2 instructi, praeter calycem, antheram ovariaque duo astyla vel rudimento tantum styli munita interdum petali rudimentum lineare breve acutum exhibentes. Samara, qualis in normalibus, saepius abortu unica. — Crescit in Mexico in prov. Guanaxuato prope Leon.

10. G. WEBBIANA Adr. Juss. l. c. 595. — Foliis basi cordatis oblongo-ovatis mucronatis, supra puberulis, subtus lanuginoso-albidis subsessilibus; umbellis axillaribus 3–4-floris, pedunculis longiusculis; staminum duobus anantheris plicatis. ♁⌒ — Rami pilis adpressis tomentosi, pallide rufi albicantesve. Folia basi cordata oblongo-ovata (poll. 1¾–1 longa, ¾–½ lata), apice mucronata, supra pilis brevibus adpressis puberula, subtus iisdem longioribus dense intertextis lanuginoso-albicantia subque iis marginata, petiolo lineam vix longo, subsessilia. Umbellae axillares, foliis breviores nec raro geminatae, vel supremorum foliorum abortu paniculam terminalem componentes, 3–4-florae, in quibus pedunculus communis lin. 6–4 longus, floriferi (lin. 1–2 longi) basi bracteati, apice brevius bibracteolati et cum pedicello 3–4-plo longiori articulati. Calycinae laciniae sesquilineam longae ovatae, introrsum arcuatae, extrorsum hispidulae quatuorque basi biglandulosae. Petala calyce duplo longiora unguiculata, limbo obovato lacerato-denticulato concavo glabro, inaequalia. Stamina calyci subaequalia, filamentis basi dilatata coalitis, tribus antheriferis, antheris glabris suborbiculatis, connectivo graniformi discolori prominente, duobus sterilibus gracilioribus plicatis, apice tantum connectiformi-dilatatis. Ovaria 3 hirsuta, oblique depresso-

ovata, filo subtensa. Ovula e funiculo brevi infra loculi medium inserto ascendentia. Stylus stamina paullisper superans rigidus crassus glaber, a basi ad apicem attenuatus, stigmate luteo capitellato terminatus, basi ovariis interpositus. Fructus non suppetebat. — Crescit in Mexico.

† *Species non satis notae.*

11. G. (HIRAEA DC. Prodr. I. 586. no. 17. PODOCARPA Adr. Juss. l. c. 596. — Foliis lanceolatis glabris breviter petiolatis; pedunculis trifidis. ♄ — Carpella tria alata in calyce pedicellata. Calyx forsan eglandulosus. Flores flavo-rubelli, fructus purpurascentes parvuli; *G. flipendulae* forsan conspecifica. — Crescit in Mexico.

12. G. (HIRAEA DC. l. c. no. 14.) MUCRONATA Adr. Juss. l. c. — Foliis ovalibus, apice acute mucronatis, basi vix subcordatis; petiolis longiusculis eglandulosis; pedicellis plurimis axillaribus unifloris. ♄ — Habitus *Banisteriae*, fructus fere *Hiraeae*, calyx *Triopterydis*. — Crescit in Mexico.

13. G. (HIRAEA DC. l. c. no. 16. OXYOTA Adr. Juss. l. c. 597. — Foliis ovali-oblongis acutis villosis, basi cordatis, auriculis parvis acutissimis; petiolis eglandulosis pedunculisque villosis. ♄∪ — Carpella trialata more *Hiraeae* in calyce pedicellata, calyx biglandulosus. (Flores croceo-flavi, calyces alii glanduliferi, alii eglandulosi, unde concludenda foliorum dimorphorum existentia, stamina 5 omnia fertilia, stylus simplex, carpella ala obovata marginata cum crista dorsali, unde dicta est trialata.) — Crescit in Mexico.

14. G. (HIRAEA DC. l. c. no. 18.) ACUMINATA Adr. Juss. l. c. — Foliis ovalibus acuminato-mucronatis villosis, petiolis eglandulosis; pedunculis villosis folio duplo longioribus, apice corymbiferis. ♄∪ — Samarae bialatae utrinque emarginatae, calyx biglandulosus. — Crescit in Mexico.

15. G. (BANISTERIA DC. l. c. 591. no. 46.) BREVIPES Adr. Juss. l. c. — Foliis ternatim verticillatis ovatis mucronatis, basi subcordatis, petiolo octuplo longioribus villosis; corymbis axillaribus paucifloris; fructibus.....? ♄ — Crescit in Mexico — Hujus generis speciem indicant stylus simplex et stamina 5 omnia fertilia.

†† *Species e genere excludendae.*

G. DISCOLOR Griseb. = JANUSIA DISCOLOR.
G. GUARANITICA St. Hil. = JANUSIA GUARANITICA.
G. HUMILIS Bth. = ASPICARPA HUMILIS.
G. LINEARIFOLIA St. Hil. = JANUSIA LINEARIFOLIA.
G. SERICEA St. Hil. = JANUSIA SERICEA.
G. SUFFRUTICOSA Mohl = CAMAREA AXILLARIS.
G. TRIPHYLLA Mohl = CAMAREA TRIPHYLLA.

XXXVI. ASPICARPA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. naturelle III. 597. t. 21.)

Flores structurae duplicis I. Normales. Calyx quinquepartitus, laciniis basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo fimbriis ciliato. Stamina 5 laciniis calycinis opposita, filamentis basi in tubum coalitis, quorum duo antherifera fere tota cohaerent, tria longius distincta, omnia aut tantum duo lateralia antheris sterilibus difformibus terminantur. Ovaria 3 inter se ad axin connata, caeterum distincta. Stylus ovariis basi interpositus simplex, stigmate truncato terminatus. Fructus ignotus (sed verosimiliter qualis in abnormibus). II. Abnormes. Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala nulla. Antherae unicae rudimentum sessile. Ovaria 2 astyla. Carpellum abortu unicum, cristis dorsalibus 3 parum prominulis acutis, duabus lateralibus, tertia media, irregulariter trigono-pyramidatum, indehiscens. — Suffrutices Mexicani, pilis adpressis ramos obducentibus foliaque opposita marginantibus. Flores normales terminales, vulgo umbellatim quaternati, croceo-flavi, abnormes in axillis foliorum fere occulti subsolitarii, brevissime pedicellati virentes et minimi.

1. ASP. HARTWEGIANA Adr. Juss. l. c. 598. — Ramis ascendentibus; foliis breviter petiolatis lanceolatis, basi cordatis, margine ciliatis; pedicellis solitariis axillaribus et terminalibus umbellatis. ♃ — Fruticulus semipedalis, caulis ramique pilis adpressis candicantes. Folia cordata (poll. 1½–¾ longa, ½–¼ lata), punctulis squamuloideis supra conspersa, subtus crebrioribus glaucescentia. Flores structurae duplicis. I. Normales terminales 1-2 saepius umbellati, umbella quadriflora, bracteis 4 subulatis involucrata, pedunculis sesquilineam longis, apice bibracteolato cum pedicello subaequali crassiori et densius hispido articulatis. Calycinae laciniae omnes biglandulosae, glandulis prominentibus, apice liberis, ovatae serrato-denticulatae glabrae. Petala calyce longiora unguiculata, fimbriato-ciliata. Stamina exserta, filamentis inferne in tubum coalitis, duobus fere usque ad apicem connatis, tribus caeteris longius distinctis et gracilioribus, prioribus singulis antheram fertilem suborbicularem demum reflexam, posterioribus massam antheriformem sterilem (rarius medii fertilem) pilis paucis hispidam gerentibus. Ovaria 3 pilis longis albidis adpressis hirta, superne et libera trigono-ovoidea, receptaculo oblique affixa stylifero, duo nonnumquam serius abortiva. Stylus staminibus subaequalis, columnaeformis striatus glaber, cum stigmate oblique truncato terminali. II. Abnormes ad axillas foliorum occulti bibracteati, quales in genere. Carpella 2 parvula, altero abortiente, alterum subhorizontale, supra crista acuta, latere cristis duabus brevioribus priori circumpositis instructum trigonum rugoso-reticulatum glabrum. — *Gaudichaudia humilis* Bth. Plant. Hartweg. no. 12. — Crescit in Mexico.

2. ASP. URENS Lagasca, Gener. et spec. novar. aut minus cognitar. diagnos. p. 1. no. 5. — Suffruticulosa volubilis: foliis cordato-ovalibus pilis centrofixis adpressissimis obsitis; floribus fasciculatis subsessilibus axillaribus. ♃∽ — Caulis pilis urentibus hispidus, folia opposita breviter petiolata cordato-ovata integerrima, subtus praecipue pubescentia. Pedunculi axillares trifidi trillori bracteati. Flores abnormes soli hucusque innotuere, rudimentum styli bidentati, ovulum e funiculo pendulo ascendens. — *Acosmus pruriens* Dsf. Catal. pl. hort. Paris. 1839. *Aspicarpa hirtella* A. Rich. Mém. du Mus. II. 399. t. 13. — In Nova Hispania.

XXXVII. CAMAREA *St. Hil.*

(St. Hil. Bullet. philom. 1823. p. 133. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 599. t. 22.)

Flores structurae duplicis: I. Normales. Calyx profunde quinquefidus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo vix denticulato. Stamina 6 (quorum 5 laciniis calycinis opposita) filamentis inter se, tribus fere totis, tribus tantummodo basi, coalitis, antheris 4 fertilibus subrotundis, 2 sterilibus in massam petaloideam contortuplicatam deformatis. Ovaria 3-4 distincta, receptaculo conoideo affixa, stylus his basi interpositus et stigmata simplicia. Fructus e carpellis 3-4 aut abortu paucioribus, dorso per series nunc muricato-cristatis, nunc echinatis et lappulaceis. II. Abnormes. Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala nulla. Antherae unicae rudimentum subsessile. Ovaria 2, styli et stigmata nulla vel rudimentaria. — Suffrutices Brasilienses: foliis oppositis subalternisve, non raro ternatim verticillatis integerrimis; stipulis inconspicuis. Flores normales ad folia superiora solitarii axillares vel supremorum abortu umbellatim corymbosimve dispositi, pedunculis longiusculis interdum pluribracteolatis, flavi; abnormes in foliorum inferiorum axillis subsessiles et occulti minimi, decolores.

§. 1. *Cryptolappa: Carpella tria glabra lappulaceo-echinata. Folia ovato-complanata.*

1. C. AFFINIS St. Hil. Pl. remarq. 57. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 68. t. 176. et Archives du Mus. III. 600. t. 22. — Hirsuta: foliis ovato-lanceolatis acutis, numquam sericeis; floribus terminalibus racemosis umbellatisque;

pedunculis glabriusculis. ♃ — Radix incrassato-fusiformis perpendicularis, caules pedales et ultra. Flores adsunt structurae duplicis omnino diversae, nempe: I. Normales ad apicem caulis summaque folia (suprema bracteaeformia) longe pedunculati pentapetali hexandri. Adde tamen ovaria 3 dorso minutissime et praecipue trifariam tuberculata vel interdum loco ovariorum trium cum stylo communi tantum duo (quae cum laciniis calycinis alternant) astyla. II. Abnormes ad caeterorum foliorum axillas, iis multoties breviores et ideo subocculti, pedunculis subnullis aut vix semilineam longis 6-5-bracteolatis, bracteolis per paria suboppositis, quibusdam alabastriferis. Calyx quinquepartitus, laciniis lineari-ovatis, vix lineam longis, pubescentibus eglandulosis, quincunciatis. Petala nulla. Staminis unici rudimentum, nempe anthera subsessilis minima didyma cordatave, nec suturam nec pollinis vestigium exhibens. Ovaria 2, receptaculo brevi prominulo oblique cum stamine affixa ovoidea, primo laevia, serius tuberculato-cristata, crista triplici, media dorsali, duabus lateralibus, singula uniovulata, ovulo normali uncinato pendulo. Styli et stigmata nulla semel tamen cum fructu stylum invenimus basilarem longiusculum stigmate capitellato terminatum. Fructus e carpellis 2 aut saepius 1 (altero abortivo), carpellum magnitudine grani piperis, rugoso-venosum, venis 3 praecipuis dorsum longitrorsum percurrentibus, duabus lateralibus, tertia media, totum echinis plerumque retrorsis et pluriseriatis (praesertim secus nervos) lappulaceum globoso-acuminatum, erectum dum geminum, transverse accumbens dum unicum, indehiscens, cavitas pericarpio ad basin (carpelli insertionem) intraprominente imminuta et arcuata. Semen conforme, inde irregulariter reniforme acuminatum, integumentum duplex, utrumque membranaceum, interius album, exterius chalaza lineari longa fusca juxta hilum maculatum, radicula brevis acuta, seminis acumini respondens, cotyledones planae, complicatae. — *Malpighia singularis* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 172? — Crescit in Brasilia in pascuis siccis partis australis provinciae Minas Geraës inque pascuis prov. Sancti Pauli prope urbem Thaubate.

2. C. HIRSUTA St. Hil. Bullet. philom. 1823. p. 133. — DC. Prodr. I. 584. no. 1. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 68. — Hirsuta: foliis lanceolatis vel oblongo- ovatove-lanceolatis, margine sericeis: floribus terminalibus umbellatis; pedunculis villosis aut hirsutis. ♃ — Flores ut in specie praecedente, structurae duplicis: abnormes similes, paullo tamen majores, carpellis breviter pubescentibus, dorso cristatis, latius echinatis (de normalibus vid. St. Hil. l. c.). — Frequens in campis siccis arenosisve provinciae St. Pauli, partisque australis provincia Minas Geraës in Brasilia.

3. C. SERICEA St. Hil. l. c. — DC. l. c. no. 3. — Adr. Juss. l. c. — Foliis lineari-lanceolatis acutis angustis, omnino sericeis nitidis; umbellis terminalibus. ♃ — Crescit in Brasilia in campis provinciae Goyaz prope civitatem Villa Boa.

§. 2. *Racamea*: *Carpella quaterna hirsuta molliter echinata. Folia lineari-revoluta.*

4. C. AXILLARIS St. Hil. l. c. — DC. l. c. no. 2. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 67. t. 175. — Archives du Mus. III. 601. t. 22. — Foliis lanceolatis acutis, basi cordatis villosis patentibus; floribus solitariis axillaribus. ♃ — Non desunt ad axillas foliorum infra inflorescentiam terminalem flores abnormes eglandulosi apetali digyni astyli, sed rarissime vixque conspicui. De normalibus consulatur auctor l. c., addantur tamen: Ovaria 4, tria cum laciniis calycinis alternantia, quartum eglandulosae oppositum, omnia dorso tuberculata et pubescentia, uniovulata, ovulo uncinato pendulo, funiculo supra in acumen producto. Fructus conflatus e carpellis 4 suberectis aut abortu paucioribus et obliquis, receptaculo communi facie interna excavata affixis, caeterum liberis et multiseriatim lappulaceo-echinatis puberulisque globoso-acuminatis, grani piperis magnitudine, cavitas pericarpio ad carpelli insertionem infra prominente imminuta et arcuata. Semen conforme, inde irregulariter reniforme, acuminatum, infra acumen appensum, integumentum duplex, utrumque membranaceum, exterius chalaza lineari

ex hilo prodeunte fusca maculatum, radicula brevis conica seminis acumini respondens, cotyledones complicatae incumbentes. — *Camarea phylicoides* Martius mss. — *Gaudichaudia suffruticosa* Mohl mss. — Crescit in Brasilia in campis arenosis prope pagum Chapada in prov. Minas Novas.

5. C. (GAUDICHAUDIA Mohl mss.) TRIPHYLLA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 601. — Foliis plerumque ternatim verticillatis, brevibus lineari-ovatis, basi cordatis, fere glabris subsessilibus; floribus solitariis axillaribus. ♃ — Rami e caule, ut videtur, repente ascendentes, vix pedales, ad summum apicem sericei, ad medium pilis adpressis pubescentes, inferne glabrati. Folia plerumque ternatim subverticillata parvula (lin. 3 longa, 1 lata) lineari-ovata, basi saepe cordata, supra intensius virentia, pilis adpressis rariusculis conspersa, subtus glaucescentia, margine revoluto, nervis prominulis, medio pilis albido, duobus inferioribus uniglanduliferis, vix petiolata, stipulis minutissimis inconspicuis deciduis. Pedunculi axillares uniflori, circa medium ramum incipientes, pilis adpressis canescentes, bracteola brevi setacea ad medium instructi et ad apicem duplici cumque pedicello vix breviori articulati. Calycinae laciniae cordatae, sesquilineam longae, medio extrorsum pubescentes, 4 biglandulosae, glandulis prominentibus. Petala calyce triplo longiora, longe unguiculata. Stamina generis, sterilia massis magnis foliaceo-contortuplicatis. Ovaria 4 dorso minute tuberculata. Stylus ovariis interpositus rectus, ad apicem dilatatus et stigmate lutescente terminatus. Fructus non suppetit. Flores abnormes frustra quaesivi. — Crescit in Brasilia intratropica.

§. 3. *Camarea: Carpella tria cristis transversis muricata, dorsali majori longitrorsum alata. Folia linearia.*

6. C. LINEARIFOLIA St. Hil. l. c. — DC. l. c. no. 5. — Foliis linearibus subdistantibus; floribus umbellatis. ♃ — Crescit in Brasilia in pascuis nuper crematis, vulgo dictis Queimada, in provincia Goyaz prope S. Antonio dos Montes Claros.

7. C. ERICOIDES St. Hil. l. c. — DC. l. c. no. 4. — Foliis parvis linearibus angustis confertis; floribus umbellatis. ♃ — Flores abnormes quales in praecedentibus, sed non omnino similiter siti, quippe qui ramulos abortivos brevissimos in summis foliis vel etiam in bracteis axillares terminent, non semper facile obvii. — In campis siccis altisque in Brasiliae provincia Minas Geraës, praesertim prope urbes S. João del Rei et Barbacena, alt. 3530 pedum.

XXXVIII. JANUSIA *Adr. Juss.*

(Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. naturelle III. 603. t. 21.)

Flores structurae duplicis. I. Normales. Calyx profunde quinquefidus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora unguiculata, limbo vix denticulato. Stamina 5 laciniis calycinis opposita, saepius omnia fertilia, antheris glabris, interdum duo connectivo aucto loculisque subabortivis deformia. Ovaria 3 basi inter se et cum receptaculo conico concreta. Stylus simplex trigonus, ovariis basi interpositus. Stigma simplex capitatum. Fructus conflatus e samaris 3 vel abortu paucioribus dorso superne compressis in alam margine antico crassiorem, inferne crista brevi marginatis et subtus filo rapheformi demum solubili subtensis. II. Abnormes quales in *Gaudichaudia*, ab his fructu tantum (utpote normali simili) discrepantes. — Frutices vel suffrutices Brasilienses, saepe scandentes: foliis integerrimis, stipulis inconspicuis. Pedunculi axillares vel terminales, umbellatim 3-4-flori, semel aut iterum bibracteolati et supra par extremum bracteolarum cum pedicello brevi articulati. Flores normales flavi, abnormes decolores minimi, in axillis diversis ejusdem vel alius rami, similiter sed brevius umbellati.

1. J. CALIFORNICA Bth. Bot. of Belch. Voy. of the Sulphur 8. † t. 4. — Foliis ovatis lanceolatisve acutis, basi subcordatis, utrinque ramulisque sericeo-pilosis, petiolis eglandulosis; pedunculis axillaribus dichotome vel umbellatim 2-8-floris. ♂⌒ — Crescit in California „Bay of Magdalena".

2. J. (GAUDICHAUDIA St. Hil. Bullet. philom. 1823. pag. 132. — DC. Prodr. I. 584. no. 3. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 65. t. 174. B.) LINEARIFOLIA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 603. — Caule suffruticoso; foliis subsessilibus linearibus distantibus; umbellis terminalibus. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia St. Pauli.

3. J. (GAUDICHAUDIA St. Hil. l. c. — DC. l. c. no. 4. — St. Hil. Plant. remarq. du Brésil. 53. t. 19. fig. C.) SERICEA Adr. Juss. l. c. 604. — Caule suffruticoso erecto; foliis breviter petiolatis subtus sericeis, intermediis ovato-lanceolatis; pedunculis filiformibus unifloris vel rarius bifloris. ♃ — Staminum 2 sterilium frequentior praesentia, sexti fertilis additio nonnumquam observatur, affinitas cum *Camarea* satis clara. Alias stamina omnia fertilia et vix inaequalia et ovaria apice in alam compressa. Flores abnormes nondum reperti sunt. — Crescit in Brasilia australi.

4. J. (GAUDICHAUDIA Griseb. Linnaea XIII. 187.) DISCOLOR Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 604. — Caule suffruticoso; foliis breviter petiolatis ovato-oblongis obtusis, subtus sparse puberulis discoloribus; umbellis quadrifloris in paniculam brevem terminalem dispositis. ♃ — Rhizoma tuberiforme, decem fere caules palmares inferne lignosos emittens, praeterea ramis nonnullis repentibus auctum, ex quibus caules similes subsolitarii nascuntur. Caules praeter inflorescentiam simplices erecti vel ascendentes tenues cylindrici, setis appressis conspersi, internodia 4–8 lin. longa. Folia 6–8 lin. longa, 3–4½ lin. lata, basi ovata vel subcordata, apice obtuso obscure mucronulata, supra pilis minutis appressis evanidis adspersa, subtus glauca et cum petiolo 1–1½ lin. longo inconspicue stipulato at apice biglandulifero, setis validioribus appressis obducta penninervia, nervo subtus prominulo. Pedunculi axillares 6–8 lin. longi, medio bibracteolati erecto-patentes, pedicellos umbellae, quibus terminantur, quatuor supra medium bibracteolatos subaequantes, bracteolae squamiformes, umbella centralis saepius obliterata vel a lateralibus superata. Sepala oblonga obtusa glabra, lineam fere longa, quatuor glandulis binis duplo brevioribus instructa. Petala obovata, 3–4 lin. longa, penninervia glabra, limbo vix crenulato unguem plus duplo superante. Stamina 5, plerumque bina abortu squamaeformia, rarius omnia fertilia aequalia, filamenta glabra, inferne dilatata, in tubum brevem connexa, a connectivo ellipsoideo distincta, antherae orbiculatae glabrae. Carpophylla 3, apice distincta setis obducta, stylus stamina subaequans, stigmate capitellato, ovulum e funiculo medio axi versus styli basin inserto parum ascendente pendulum lycotropum. Samarae 3, tori processui oblique affixae, pericarpium diu membranaceum, crista brevi cinctum, ala dorsalis 6 lin. longa deltoidea, apice acutiuscula, superne leviter arcuata, inferne recta glabra, nervis deorsum arcuatis. Semen ovulo conforme, integumento membranaceo (simplici?). Embryo rectus, in parte seminis sursum flexa situs, radicula brevi supera, cotyledonibus lineari-oblongis foliaceis aequalibus. — Crescit in Brasilia meridionali.

5. J. (GAUDICHAUDIA St. Hil. l. l. c. c. 132. 152. t. 19. fig. B. — Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 65. t. 174. fig. A. — DC. l. c. no. 2.) GUARANITICA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 604. t. 21. — Caule fruticoso volubili; foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis breviter mucronatis, petiolis apice biglandulosis; umbellis axillaribus 2–4-floris. ♄∽ — In varietate forte specie disjungenda observata est dispositio florum duplicis structurae, qui nunc in diversis ramis, nunc in iisdem, normales ut descripti sunt umbellati, umbellis quadrifloris pedunculo axillari stipatis, abnormes similiter axillares in ramo nunc supra, nunc infra umbellas normales pedunculis brevissimis 2-3-floris (umbellis abortivis) insidentes. Horum fructus maturi normalibus similes, interdum samararum altera tantum maturescit, interdum utraque et tunc ambae opponuntur alis parallele juxtapositis et latus idem spectantibus, nec opponuntur. — In Brasilia australi.

XXXIX. SCHWANNIA *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p. 1058. no. 5563. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 605. t. 22.)

Calyx profunde quinquefidus, laciniis 4 basi biglandulosis. Petala calyce longiora, limbo fimbriato. Stamina 6, quorum 5 laciniis calycinis opposita, omnia fertilia, antheris orbicularibus villosis. Ovaria 3 distincta, receptaculo communi imposita. Stylus simplex ovariis basi interpositus. Stigma capitatum. Fructus conflatus e samaris 3 apice in alam expansis, margine antico crassiorem, filo rapheformi solubili subtensis. — Frutices Brasilienses scandentes: foliis integerrimis, vix conspicue stipulatis. Umbellae quadriflorae (rarius racemuli) ad apicem ramorum in paniculas digestae, pedunculi apice bibracteolato cum pedicellis subaequalibus articulati, basi bracteati. Flores rubri.

§. 1. *Wannschia Adr. Juss. — Petala glabra; samarae basi extrorsum in rostrum porrecta. — An genus, priori specie exsclusa et ad Janusiam rejecta, distinguendum?*

1. SCHW. (FIMBRIARIA Adr. Juss. mss.) JANUSIOIDES Adr. Juss. Archives du Mus. III. 606. — Foliis ovatis cuspidatis, supra glabris, subtus puberulis; petiolis biglandulosis; floribus umbellatis; petalis glabris; staminibus paullulum exsertis; samaris infra rostratis et latere exappendiculatis. ♄∽ — Rami pilis rufescentibus hispidi vel serius fere glabrati, ramulis divaricatis. Folia elliptica vel ovata (poll. 1½–1 longa, ¾–½ lata), mucrone longiusculo cuspidata, supra glabrata, subtus pallidiora pilisque adpressis pubescentia, basi vel etiam ad apicem petioli (lin. 2–1 longi) biglandulosa, glandulis minutis substipitatis. Umbellae in apice ramulorum nunc quadriflorae nunc triradiatae, radiis lateralibus vulgo geminiflоris et medio bibracteatis, pedunculi hispidi, floriferi brevissimi cum pedicello multoties longiori (lineas 4 longo) gracili, similiter hispido, apice bibracteolato articulati, bractea bracteolisque setaceis. Laciniae calycinae sesquilineam longae oblongo-ovatae, apice introflexae basique (praeter quintam) biglandulosae, glandulis oblongis, sericeo-pubescentes. Petala calyce duplo triplove longiora, limbo obcordato fimbriato (ut in sequente) glabra, quintum (in praefloratione interius) crassius unguiculatum, ungue hirsuto, fimbriis glanduloso-incrassatis, praesertim inferioribus, quarum pars in fasciculum e summo ungue lateralem coalescit. Stamina 6 supra calycem paullulum exserta subaequalia, filamenta glabra, tria quae petalo interiori respondent basi coalita, tria quae laciniae eglandulosae libera, antherae subrotundae, loculis dorso villosis, connectivo discolori glabro. Ovaria 3 fere distincta, dense hirsuta, dorso in alam superne compressa, ovulum funiculusque ut in praecedentibus. Stylus crassus glaber, apice attenuatus et stigmate glanduliformi terminatus, tertio ovariorum, quod laciniae eglandulosae opponitur, basi insertus. Samarae (abortu 1–2) pilis adpressis puberulae, supra et extrorsum productae in alam lin. 6 longam et 3 latam, margine postico tenuissimo curvilineam, antico paullo crassiori fere rectam basique appendicula brevi obtusa auctam, lateribus laevem, basi et extrorsum in rostrum oblique porrectae subtus concavum et nervo rapheformi nigro solubili percursum, cavitas loculi non (ut in eleganti) pericarpio introrsum prominente incurvata. — Crescit in Brasilia prope Param.

2. SCHW. CAUDATA Adr. Juss. l. c. 607. — Foliis ovato-lanceolatis subcordatis mucronatis, subtus sericeo-puberulis vel glabratis, basi biglandulosis subsessilibus; racemis paniculatis; petalis glabris; staminibus inaequalibus, 2 majoribus exsertis; samaris glabratis, infra extrorsum caudatis et latere transverse cristatis. ♄∽ — Rami juniores pilis adpressis puberuli, mox glabrati. Folia ovato-lanceolata (poll. 2½–1 longa, 1–¾ lata), basi subcordata mucronata, supra glabra et lucido-virentia, subtus pallidiora, juniora pube brevi laxe sericea, adulta fere glabrata, basi biglandulosa, glandulis scutelliformibus, petiolo brevissimo (vix li-

neam longe aut subnullo. Paniculae terminales contractione pedunculorum racemi- aut etiam spicaeformes oblongae, in quibus summa folia admodum abbreviata floribus intermixta, suprema plane bracteaeformia, ad quorum axillas flores 2–3 diverso tempore evoluti, pedunculi sericei, floriferi lin. 1½–1 longi, basi bracteati bractea aequali aut longiori biglandulosa, apice bibracteolati, bracteolis brevibus in calyculi modum imbricatis, pedicelli brevissimi aut subnulli. Calycis laciniae ovato-acutae, lineam longae, apice introflexae, extrorsum hirsutae et 4 biglandulosae. Petala calyce duplo triplove longiora, valde inaequalia (duo majora) fimbriato-ciliata glabra. Stamina et pistillum fere ut in sequente. Samarae supra et extrorsum productae in alam demum glabratam, lin. 7 longam et 3 latam, margine utroque, praesertim postico tenuiori, curvilineam, lateribus puberulae, utroque aut altero tantum crista transversa muricatae, basi et extrorsum oblique porrectae in appendiculam caudiformem, apice bidentatam, subtus concavam filoque apposito percursam. Pericarpium intra cavitatem loculi introrsum vix prominens. Semen (immaturum suppetens) ovato-acuminatum. — Crescit in Brasiliae provincia Maranhamensi.

3. SCHW. ANISANDRA Adr. Juss. l. c. 608. — Foliis ovatis, breviter apiculatis, subtus incano-pubescentibus et 4-glandulosis, petiolis brevibus biglandulosis; racemulis paniculatis; ramulis petalisque glabris; staminibus valde inaequalibus, 2 majoribus exsertis; samaris infra rostratis et latere transverse cristatis. ♁∽ — Rami juniores puberulo-canescentes, mox glabrati teretes. Folia ovata (poll. 2½–2 longa, 1⅛–1 lata), vulgo breviter apiculata, supra glabra et lucida, reticulo nervorum prominulo, subtus pallidiora, pube brevi molli incana puberula, glandulis 4 scutelliformibus minutis instructa duabusque similibus ad apicem petioli lin. 2 longi incano-pubescentis. Racemi in paniculas terminales graciles foliorum supremorum bracteaeformium abortu digesti, singuli breves pauciflori, flore terminali citius evoluto, inferioribus tardioribus abortientibusve, pedunculi puberulo-incani, floriferi sesquilineam longi, cum pedicello paullo longiori crassiorique, apice bibracteolato articulati, bractea bracteolisque ovatis glabellis. Laciniae calycinae semilineam longae oblongo-ovatae, apice introflexae, extrorsum sericeo-pubescentes, quatuor biglandulosae, glandulis lineari-oblongis. Petala calyce 2–3-plo longiora fimbriato-ciliata glabra. Stamina 6, duo (quae lateri floris postico seu laciniae eglandulosae respondent) multo caeteris majora exserta, quatuor inclusa, filamenta majorum crassissima, minorum gracilia, post anthesin arcuata, basi inter se et cum calyce concreta, caeterum libera glabra, antherae ovatae, serie pilorum loculos marginante villosa, connectivo prominulo granuloso, majorum ipsae duplo majores. Ovaria 3 in alabastro juniori glabella, in flore hirsuta, ovulum funiculusque ut in caeteris. Stylus filamenta majora aemulans, similiter incurvatus, basi et apice attenuatus, stigmate capitellato terminatus. Carpella (in ovario non satis maturo) supra producta in alam margine antico rectam et postico curvilineam, utrinque breviter cristatae et basi extrorsum rostratae, adhuc totae dense pubescentes. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

4. SCHW. (FIMBRIARIA Adr. Juss. mss., MURICATA Adr. Juss. Archives du Mus. III. 609. — Foliis ovatis acuminatis, subtus brevissime puberulis; petiolis brevibus biglandulosis, basi bicallosis; umbellis quadrifloris paniculatis; ramulis petalisque glabris; staminibus exsertis; samaris infra rostratis et latere transverse cristato-muricatis. ♁∽ — Rami juniores pilis adpressis sericeo-puberuli, mox glabrati teretes. Folia cum acumine acuto ovata (poll. 2½–1 longa, lin. 14–6 lata), supra glabra et lucido-virentia, subtus pallidiora, pilis adpressis brevibus pubescentia et nervis prominulis reticulata, petiolata, petiolo (lin. 3 longo) pubescente canaliculato, ad apicem glandulis 2 minutis pedicellatis instructo, basi bicalloso. Umbellae quadriflorae, paniculam terminalem supremorum foliorum abortu vel abbreviatione componentes, pedunculis sericeo-puberulis, floriferis lin. 3 longis, cum pedicello paullo breviori crassiorique apice bibracteolato articulatis, bractea bracteolisque brevissimis setaceis. Laciniae calycinae lin. 2 longae oblongo-ova-

tae, apice introflexae, extrorsum sericeo-pubescentes basique praeter quintam biglandulosae, glandulis lineari-oblongis obliquis. Petala fere calyce triplo longiora fimbriata (brevius tamen ac in *Schw. elegante*) glabra. Stamina 6 calycem duplo superantia, alterna breviora, 5 calycinis laciniis opposita, quorum eglandulosae oppositum caeteris majus, sextum contra (petalo in praefloratione interiori oppositum) caeteris multo brevius, filamenta glabra, post anthesin arcuatim incurvata, a basi ad apicem attenuata, fere omnino distincta, antherae orbiculares villosae. Ovaria 3 pilis rigidis hispida ovulum funiculusque ut in *Schw. elegante*. Stylus crassus glaber, apice attenuatus incurvatusque et stigmate capitellato terminatus. Samarae puberulae vel partim glabratae virescentes, supra et extrorsum productae in alam lin. 8 longam et 4 latam, margine postico tenuissimo curvilineam, antico incrassato fere rectam basique appendicula auctam, utrinque cristis transversis muricatae, basi et extrorsum in rostrum oblique porrectae, subtus concavum et nervo prominulo percursum, qui serius in filum solvitur, summo rostro adnatum (an inde samara, ut in *Gaudichaudiis*, filo post maturitatem suspensa?). Loculus (unicus observatus) absque prominente introrsum pericarpio subsphaericus. Semen (immaturum suppetens) ovato-acuminatum, infra acumen suspensum. — Crescit in Brasilia non procul a Sebastianopoli.

5. **SCHW. CRASSISTIPULA** Adr. Juss. l. c. 610. — Foliis lanceolatis, acutissime acuminatis, subtus sericeo-pubescentibus; petiolis infra apicem biglandulosis; stipulis glandulaeformibus; umbellis quadrifloris axillaribus stipitatis; petalis glabris; staminibus vix exsertis; samaris infra rostratis et latere cristato-muricatis. ♄∽ — Rami juniores pilis adpressis sericei, mox glabrati. Folia lanceolata (poll. 3½–2 longa, 1–½ lata), acutissime acuminata, supra glabra et lucido-virentia, subtus sericeo-pubescentia nonnumquam fere argentea, nervis prominulis reticulata, petiolata, petiolo lin. 5–3 longo, juxta apicem biglanduloso, glandulis pedicellatis minutis scutelliformibus, stipulae mucrone brevi terminatae, caeterum in massam carnosam glandulaeformem inflatae, ramum cui adnascuntur annulatim amplectentes. Umbellae quadriflorae axillares, summae foliorum abortu aut abbreviatione paniculam terminalem componentes, pedunculis diversorum ordinum sericeis, communi (ramulo) umbellam stipitante poll. ¾–½ longo, floriferis lin. 4–3 longis, cum pedicello crassiori et dimidio breviori apice bibracteolato articulatis, bractea bracteolisque brevissimis acutis. Calycis laciniae oblongo-ovatae, lin. 2 longae, apice introflexae, utrinque sericeae, 4 biglandulosae, glandulis adnatis lineari-oblongis obliquis. Petala calyce duplo longiora, fimbriis tenuissimis ciliata, glabra. Stamina 6 calycem paullisper superantia, 5 calycinis laciniis opposita, sextum petalo in praefloratione interiori idemque caeteris dimidio minus, filamenta glabra arcuata rigida, fere distincta, antherae subrotundae villosae, connectivo graniformi prominente. Ovaria 3 compressa hirsuta. Stylus filamentis crassior longiorque arcuatus, apice attenuatus discolor et stigmate capitellato terminatus, non raro alter aut etiam tertius brevior aut subabortivus. Samarae juniores hirsutae, apice in alam extensae obliquam, margine postico curvilineam et antico rectilineam, in appendiculam ad basin excurrente, utrinque cristis 3 brevioribus et alae perpendiculis muricatae, basi et introrsum in alteram appendiculam transversam productae, cui subtus filum opponitur, hinc summae appendiculae, inde summo receptaculo adnexum. — An eadem cum praecedente? — Crescit in Brasilia.

§. 2. *Schwannia Adr. Juss. — Petala pubescentia, samarae erostratae.*

6. **SCHW.** (**FIMBRIARIA** Adr. Juss. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. III. 63. t. 173.) **ELEGANS** Adr. Juss. Archives du Mus. III. 611. t. 22. — Foliis ovatis vel suborbiculatis acuminatis, subtus molliter et dense pubescentibus; petiolis 4–6-glandulosis; umbellis quadrifloris paniculatis; ramulis, pedunculis calycibusque sericeis; staminibus vix exsertis; samara lateribus laevi. ♄∽ — Caulis volubilis, ramis teretibus, junioribus tomentosis, adultis glabratis. Folia (poll. 2–3 et ultra

longa, 1¼–2 lata ovata acuminata integerrima, supra glabrata vel margine tantum et secus nervos praecipuos pubescentia, subtus autem densius et ubique, petiolata, petiolo semipollicari pubescente, utrinque glandulis 2–3 orbicularibus scutelliformibus prominentibus glabris instructo, bistipulata, stipulis minutissimis nec inter pilos conspicuis. Inflorescentiae in paniculam generalem semipedalem et ultra pyramidatam dense multifloram, foliis supremis mire abbreviatis bracteasque mentientibus congestae, singulae terminales vel ad summa folia bracteaeformia axillares nec raro geminatae umbelliformes, umbella quadriflora, pedunculi diversorum ordinum (ramuli) tomento sericeo albidi, floriferi umbellati, basi bracteati (bracteis in involucrum verticillatis) lin. 3 longi, cum pedicello subaequali articulati et infra articulum bibracteolati, bracteis bracteolisque lanceolatis, introrsum glabellis. Pili omnes bipartiti, ramis divaricatis. Calyx profunde quinquefidus, laciniis lin. 2 longis ovatis conniventibus, extrorsum sericeo-villosis et basi (praeter unam) biglandulosis, glandulis lineam longis oblongo-ovatis prominulis roseis. Petala calyce duplo longiora unguiculata, ungue ipsum subaequante, limbo suborbiculari, lacinulis crebris filiformi-clavatis albis ciliato undulato, extrorsum pubescente, primo roseo, mox puniceo, reflexa subinaequalia. Stamina 6 paullo calyce breviora, ejusdem laciniis opposita, sextum petalo interiori, tria floris parti externae respondentia tribus caeteris majora, filamenta glabra inferne dilatata coalitaque in tubum irregularem, demum bipartibilem, antherae orbiculares, dorso villosae, loculis subdistinctis, connectivo adnatis cordato-lineari filamentum terminanti, pollen (madidum) quadrato-globosum laeve, in ambitu poris ampullam emittentibus dehiscens. Ovaria 3 distincta, imposita lateribus receptaculi communis styliferi (gynobasis), e basi calycis incrassata prominentis, ovata, apice in acumen gibbosum producta, extrorsum pilis longissimis hispida, singula uniovulata, funiculus ad anguli interni mediam circiter partem styli insertioni respondentem insertus, ascendens et apice conoideo-dilatatus, inferne ovulum unciforme appensum gerens. Stylus unicus, basi ovariis interpositus cum tertio ovariorum facile ablatus, stamina paullisper superans, crassus, basi et apice attenuatus glaber, longitrorsum striatus rubellus. Stigma capitatum flavescens. Samarae 3 receptaculo brevi prismatico trigono oblique impositae, supra productae in alam rectam, semipollicarem et ultra, lin. 4 latam, basi praesertim pubescentem, margine postico tenuissimo curvilineam, antico incrassato fere rectam basique appendicula auctam, loculus extus convexus, intus reniformis, pericarpio intra loculum hic (ubi receptaculo inseritur) prominente cavitatemque ibi constituente cavitati seminiferae concentricam et juxta receptaculum hiantem. Semen (nondum perfecte maturum suppetens) loculi cavitati conforme, infra apicem suspensum, integumentum membranaceum duplex, exterius chalaza lineari discolori longitrorsum notatum, embryo arcuatus, radicula conica brevi supera, cotyledonibus inaequalibus concentricis. — Nonne huc referenda *Banisteria hexandra* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 149.?, foliorum figura, petiolis 4-glandulosis, floribus hexandris et (ut ex iconis analysi videtur) monostylis, petalis fimbriatis, conspecifica vel saltem congener? — *Fimbriaria Cujabensis* Griseb. Linnaea XIII. 189. — Crescit in Brasilia in sylvis caeduis humidis prope S. Antonio do Rio da Cima, nec non prope urbem S. João del Rei, in provincia Minas Geraës.

† Genera Malpighiaceis adnumerata dubia.

XL. CAUCANTHUS *Forsk.*

(Forsk. Descript. 91. — DC. Prodr. I. 583. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 612.)

Calyx parvus campanulatus quinquepartitus eglandulosus. Petala calyce multo longiora, breviter unguiculata ovata concava patentia. Stamina 10 filamentis filiformibus rectis, antheris didymis. Styli 3 subulati. Stigmata truncata. Ovarium villosum calyce longius. Fructus.....? — Frutex vel arbor mediocris, ramis farinoso-cinereis. Folia conferta opposita mediocria glabra petiolata. Corymbi terminales pedicellis subumbellatis compositi. Flores albi.

1. *C. EDULIS Forsk. l. c. — ♄ — *C. Arabica* Lam. Dict. I. 658. — DC. l. c. — *C. Forskâlii* Raeusch. — *Malpighia Caucanthus* Poir. Encycl. Suppl. IV. 6. — *Galphimia Cauca* Spr. — Crescit in Arabia.

XLI. PLATYNEMA *Wght. et Arn.*

(Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 107. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. natur. III. 613.)

Calyx quinquepartitus eglandulosus. Petala subaequalia plana unguiculata integerrima. Stamina 10 fertilia, alterna longiora, filamentis basi dilatatis complanatis, antheris lineari-oblongis. Styli in unum coaliti filiformem, stamina superantem. Ovarium apice breviter tricarinato-alatum. Fructus.....? Folia opposita integerrima stipulata. Flores terminales racemosi.

1. *PL. LAURIFOLIUM Wght. et Arn. New Edinbrgh. Philos. journ. (July 1833.) pag. 179. (excl. syn.) et Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 107. — ♃? ♄? ♃? — Crescit in peninsula Indiae orientalis et in Zeylania.

XLII. BEMBIX *Loureiro.*

(Loureiro, Flor. Cochinch. 346. — Adr. Juss. Archives du Mus. d'hist. nat. III. 613.)

Calyx tripartitus. Petala 5 calyce longiora concava. Stamina 10 alterna longiora, filamentis filiformibus, antheris bilocularibus stantibus. Styli 3 erecti oblongo-turbinati bisulci, stigmata verticaliter compressa emarginata. Fructus baccatus parvus. — Frutex scandens: foliis oppositis integerrimis magnis cuneiformibus petiolatis; racemis parvis terminalibus; floribus pallidis.

1. *B. TECTORIA Loureiro l. c. — ♄ ∪ — Crescit in sylvis Cochinchinensibus.

Ordo XLI. RHIZOBOLEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 599. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 410. — Endl. Gener. plant. pag. 1075. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 43. II. 32.)

5642. CARYOCAR *Linn.*

(DC. Prodr. I. 599. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 410.)

1. *C. NUCIFERUM Linn. Mantiss. 247. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — Rchb. Flor. exotic. IV. 20. t. 247. 248.

2. C. EDULE Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (VIII.) 67. † — Foliis trifoliolatis, foliolis breviter petiolulatis ovatis, basi obtusis vel acutiusculis, apice subabrupte acuminatis, margine late irregulariterque crenatis, utrinque glabris, foliolis aliis 4 in appendices totidem minimas cirrhiformes abortu mutatis. ♂ — Foliola membranacea penninervia, nervo medio lateralibusque cum venis intermediis subtus prominulis. Flores in racemum terminalem dispositi albi, pedunculi glabri, apice articulati, circa medium vel apicem versus 1–2-bracteolati, bracteolis minimis deciduis. Fructus edulis. — Species foliorum forma et glabritie accedens ad *C. glabrum* Pers. at vero appendicibus cirrhiformibus plane distincta. Hae constant foliolis minimis 4 sessilibus lineari-lanceolatis ramentaceis concavis circinnatis, petiolo communi apice insidentibus, quae tamquam foliola abortiva consideranda sunt. — Crescit in Brasilia in arenosis maritimis circa Rio de Janeiro.

Ordo XLII. SAPINDACEAE *Juss.*

(Endl. Gener. plant. p. 1066. — DC. Prodr. I. 601. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 411. II. 813. et HIPPOCASTANEAE DC. Prodr. I. 597. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 51. II. 37.)

Tribus. I. *SAPINDEAE* Cambess. — Endl. l. c. p. 1067.

5598. CARDIOSPERMUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 601. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 411. II. 813.)

1. C. CORYCODES Knze. Linnaea XVII. 579. — Annuum: caule, ramis, petiolis foliisque biternatim sectis ad nervos utrinque margineque pilosiusculis, foliorum segmentis petiolatis, inciso-serratis, incisuris obtusis mucronatis; petalis sepala exteriora superantibus, leviter emarginatis; capsulis inflatis trigono-globosis, apice impressis, maximis pubescentibus. ☉∩ — Crescit in insula Cuba.

2. C. ACUMINATUM Miquel, Linnaea XVIII. 359. † — Caule pedunculisque patenti-pilosis, demum glabratis, petiolis foliisque subtus in nervis adpresse hirtellis, supra sparse subpuberulis biternatis, foliolis pedicellatis, lateralibus ovatis acutis, basi subtruncato-rotundatis serrato-incisis vel subtrifidis, terminalibus duplo longioribus tri- v. subquinquefidis, lobo terminali lanceolato elongato integerrimo,

omnibus mucronulatis acutis; racemis paucifloris; glandulis hypogynis rotundatis, capsulis turbinato-trigonis pubescentibus. ♃⌒? — Crescit in Surinam prope Paramaribo.

3. C. TORTUOSUM Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 9. † t. 6. — Fruticosum, tortuoso-ramosissimum: ramulis flexuosis vix volubilibus incanis; foliis bi-triternatis subbipinnatifidisve, foliolis trifidis, segmentis integerrimis incisisve parvis glabris vel pilis paucis hirtellis; paniculis paucifloris, glandulis ovatis; fructibus parvis inflatis turbinato-trigonis glabris vel minute tomentellis. ♄◡ — Crescit in California „Bay of Magdalena".

† *Icon addenda.*

C. HALICACABUM Linn. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 508.

5599. URVILLEA *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. I. 602. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 411.)

1. U. AFFINIS Schlchtd. Linnaea XVIII. 54. † — Foliola ovata, basi breviter cuneata breviterque cuneato-acutiuscula, inaequaliter dentata, supra glabra, subtus pallidiora pubescentia; fructus longius pedicellati, apice emarginati, utrinque attenuati puberuli. ♄◡⌒ — Crescit in Brasiliae provincia Rio de Janeiro.

5600. SERJANIA *Plum.*

(DC. Prodr. I. 602. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 411. II. 813.)

1. S. MONOGYNA Hffmnsgg. mss. in Schlchtd. Linnaea XVIII. 55. † — Rami rufo-velutini, folia ternata breviter petiolata, foliola subsessilia sublobata dentata, supra lucidula glabriuscula, subtus in rete vasculoso puberula mollia; racemi compositi folium superantes; calyx pentasepalus (alae capsulae apice dilatatae ex Hoffm.) ♄◡ — Crescit in Brasiliae provincia Para ad Toccatins.

2. S. REGNELLII Schlchtd. l. c. 57. † — Pubescens: foliola terna, obsolete pellucide punctata paucisque dentibus inaequalibus a medio circiter apicem versus instructa, attenuato-acuminata, terminale ovatum, basi primum cuneatum, dein usque ad petioluli basin attenuatum, lateralia brevissime petiolulata, oblique ovata basique fere obtusa; racemi axillares compositi, basi bicirrhosi longe pedunculati; fructus superne magis pubescentis, utrinque leviter emarginati alae deorsum paullo latiores. ♄◡ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

3. S. GROSII Schlchtd. l. c. 58. † — Rami foliaque trifoliata glabri, foliola breviter petiolulata late ovata acute et anguste acuminata, anguste breviterque in petiolulum attenuata, dentibus aliquot parvis sursum versus instructa; racemi axillares simplices compositive sessiles unicirrhosi; calyx pentasepalus; fructus glaber (maturus non visus). ♄◡ — Crescit in Mexico.

4. S. SALZMANNIANA Schlchtd. Linnaea XVIII. 62. † — Caulis angulatus minutim pubescens: folia biternata glabra, foliola ovalia utrinque acuminata integerrima laevia; calyx pentasepalus; fructus glabri, basi latiores et subcordati, apice angustiores obtusi. ♄◡ — *S. elegans* Mart. Hb. fl. Brasil. (nec St. Hil.) — Crescit in Brasilia.

5. S. RUBENS Schlchtd. l. c. 63. † — Caules leviter angulati molliter denseque pubescentes; folia biternata subcoriacea pellucido-punctata, supra glabra, subtus molliter pubescentia, foliola ovata vel ovalia, utrinque magis minusve acutata, apice mucronata, margine a medio paucidentata; racemi axillares pedunculati compositi, basi bicirrhosi; calyx pentasepalus; fructus glaberrimi, basi latiores et late emarginati, apice multo angustiores leviter emarginati mucronati. ♄◡ — Crescit in Brasiliae prov. Minas Geraës.

6. S. MARGINATA Casaretto, Decad. stirp. novar. Brasil. (V.) 44. — Ramis obtusissime triangulatis glabris; foliis biternatis, foliolis ovato-oblongis, plerumque acuminatis, integerrimis vel prope apicem uno alterove dente utrinque notatis, impunctatis glabris, petiolo communi inter foliola ac sub iisdem late marginato, subtus circa foliolorum articulationes dumtaxat puberulo; fructibus glabris, alis

inferne dilatatis rotundatis. ♄∪ — Affinis *S. paucidentatae* DC. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in Serra da Caraça.

7. S. BREVIPES Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 76. — Foliis brevissime petiolatis ternatis, foliolis late ovatis subinciso-crenatis mucronatis, lateralibus basi truncato-cordatis, terminali basi late rotundata, petiolulo brevi cuneato-alato, omnibus supra minute hirtellis, subtus ramulisque molliter tomentoso-villosis; racemis simplicibus brevibus densis; calyce pentaphyllo. ♄∪ — Ramuli angulati. Petiolus communis vix umquam semipollicaris subteres. Foliola lateralia 1–1½-pollicaria, crenaturis apiceque obtusiusculis cum mucrone, subsessilia vel brevissime petiolulata, terminale paullo longius multoque latius, cum petiolulo 2–4 lin. longo continuum. — Crescit in Columbia et Guayaquil.

5601. **TOULICIA** *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 612. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 413. *)

1. T. BRASILIENSIS Casaretto, Decad. stirp. nov. Brasil. (V.) 45. — Foliolis 10–15-jugis dentatis. ♄ — Foliola opposita vel subopposita subsessilia lanceolata inaequilatera subarcuata glaberrima, paniculae in apice ramorum amplae, flores spicatim dispositi glomerulati. Fructus basi (inferius) alati, alis margine undulato-subrepandis. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro circa lacum „Lagoa de Marica“.

5602. **BRIDGESIA** *Bert.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 413.*)

1. BR. INCISIFOLIA Bertero mss. ex Cambess. in Nouv. Annales du Mus. d'hist. natur. III. 235. t. 13. — (Wlprs. l. c.) — Rami vetusti teretes glabrati brunnei, glandulis glabriusculi, novelli subangulosi, pube brevi densa vestiti. Folia adulta 1–2-pollicaria, 6–15 lin. lata petiolata oblonga obtusa inciso-dentata, saepe trilobata, lobis inferioribus superiore multo minoribus, puberula pellucido-punctata, nervis utraque facie, praesertim inferiore prominentibus, petiolus circiter 2 lin. longus puberulus, supra sulcatus, subtus convexus. Folia juniora multo minora, pube densiore vestita. Pedunculi axillares solitarii uniflori sesquilineam longi puberuli, supra basin articulati, ibique instructi bracteis duabus minimis acutis ciliatis. Flores abortu polygami (quem characterem omisere Generum plantarum scriptores). Fl. masc. Calyx persistens lineam longus puberulus profunde quinquelobatus, lobis erectis ovatis obtusiusculis ciliatis, superiore paullo majore. Petala 4 calyce duplo longiora obovata crenata, pube rara conspersa ciliolata, duo inferiora paullo majora, intus aucta squama cristata cucullata, crista glabra bifida, appendice cucullata integra pilosa, duo superiora paullo minora, squama irregulari bifida pilosa. Discus incompletus quadrilobus, lobis rotundis. Stamina petalis triente longiora, pilis raris conspersa, filamenta basi crassiuscula, apicem versus gradatim attenuata, antherae subrotundae utrinque emarginatae, longitudinaliter a latere dehiscentes. Pistilli rudimentum minimum pilosum. Fl. foem. Calyx, petala et discus ut in masculis. Stamina petala longitudine aequantia, filamentis paullulum dilatatis, antheris minoribus. Stylus petalis triente duplove longior trifidus pilosulus. Ovarium ovoideo-oblongum pilosum triloculare, loculis uniovulatis. Samarae 3 vel rarius abortu 2, margine interiore connatae, apice in alam brevem productae, pollicares, 8 lin. latae, extus puberulae, intus glabrae, nervis pluribus reticulatis notatae. Semina subrotunda glabra. ♄ — Crescit in praeruptis ad Quillota Chilensium.

5603. **PAULLINIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 604. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 413. II. 814.)

1. P. CORIACEA Casaretto, Decad. nov. stirp. Brasil. (III.) 27. — Glaberrima: foliis trifoliolatis, foliolis ellipticis vel rotundo-ellipticis integerrimis coriaceis nitidis, petiolo communi nudo; capsula subpyriformi e basi ad apicem trialata. ♄∪ — Rami teretes, foliola margine subrevoluta, apice obtusissima, basi subattenuata,

intermedium caeteris majus, racemi breves, capsulae alae apicem versus latiores divaricatae, semen arillo bilobo basi cinctum. — Crescit in arenosis maritimis circa Taipu prope Rio de Janeiro.

2. **P. ERYTHROCARPA** Casaretto l. c. — Foliis impari-pinnatis, foliolis bijugis ovatis vel ovato-rhombeis, subcrenatis, margine revolutis glabris, supra nitidis, petiolo communi inter foliola brevissime marginato, sub iisdem nudo; capsula subpyriformi, e basi ad apicem trialata, binisque aliis alis minimis intermediis. ♁◡ — Ramuli teretes, foliola 1½–2-pollicaria, 6–12 lin. lata, apice obtusissima, basi subattenuata subcoriacea, racemi saepe cirrhis praediti, capsulae unilocularis sessiles pulchre laeteque rubrae, semen arillo bilobo semicinctum. — Crescit in Brasilia in sylvulis maritimis circa Copo-Cabana prope Rio de Janeiro.

3. **P. MARGINATA** Casaretto l. c. 28. — Foliis impari-pinnatis, foliolis 3-jugis, 2 inferioribus saepe trifoliolatis, omnibus sessilibus oblongo-lanceolatis acuminatis integerrimis, apice mucronulatis glabris, petiolo communi inter foliola ac sub iisdem latissime marginato; capsula.....? ♁◡ — Rami teretes, punctis minimis creberrimis discoloribus aspersi. Foliola 2½–5-pollicaria, 8–15 lin. lata, racemi saepe 1–2-cirrhosi. Capsula immatura stipitata aptera. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro, Serra dos Orgãos.

4. **P. FERRUGINEA** Casaretto l. c. — Foliis impari-pinnatis, foliolis bijugis petiolulatis ovatis acutis, ample ac remote dentatis, supra puberulis, subtus petioloque ferrugineo-tomentosis, petiolo communi inter foliola ac sub iisdem nudo; capsula longe stipitata sphaerica aptera, una cum racemorum rachi ferrugineo-tomentosa. ♁◡ — Rami teretes, juniores ferrugineo-tomentosi, foliola 2½–4½-pollicaria, petiolulis 1–3 lin. longis, folioli imparis semipollicari. Racemi bicirrhosi. — Crescit in Brasilia „Serra dos Orgãos“ provinciae Rio de Janeiro.

5. **P. MEYENIANA** Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 312. — Scandens: caule triangulari glaberrimo in angulis molliter ferrugineo-piloso; foliis trifoliolatis, foliolis (medio majori) petiolatis subtrilobatis ovato-rotundatis grosse remoteque angulato-dentatis (vel supremis ovatis subintegris multo minoribus), inferne tomentoso-pubescentibus, superne glabriusculis; floribus fasciculato-racemulosis; racemulis in pedunculo longissimo axillari quinquangulari tomentoso suboppositis racemosis. ♁◡ — Cirrhi in pedunculo communi racemulo florum infimo oppositi. Caulis apicem versus ramosus. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

6. **P. PROTRACTA** Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 725. — Foliis superioribus ternatis, inferioribus triternatis, foliolis ovatis, apice protracto et juxta apicem (quandoque ipsum 1–2-dentatum) utrinque 2–3-dentatis, caeterum integris, glabris nitidulis; petiolis universalibus canaliculatis, partialibus anguste alatis; racemis elongatis laxis simplicibus infra flores bicirrhosis. ♁◡ — Crescit in Surinam.

7. ***P. DIVERSIFLORA** Miq. — Wlprs. l. c. II. 814. no. 8. — Miquel, Linnaea XVIII. 362. — *Paullinia nitida* Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 756. *)? — *P. Hostmanni* Steudel mss. in Flora (B. Z.) XXVII. II. 725.

5605. **SCHMIDELIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 610. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 414. II. 814.)

1. **SCHM. ABYSSINICA** Hochstett. Flora (B. Z.) XXVI. I. 80. — Arbor ingens: foliis trifoliatis glabris, foliolis brevissime petiolatis obovato-oblongis acuminatis serratis, serraturis remotis; paniculis axillaribus terminalibusque, ramis racemoso-spicatis; petalis spathulatis calycem aequantibus vel superantibus. ♁ — *Azamza trifoliata* Hochstett. mss. — Crescit in Abyssinia.

---

*) *P. NITIDA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. (II) 756. — Capsulis pyriformibus stylo terminatis pubescentibus; foliis imparipinnatis, foliolis bijugis oblongo-ovatis obtusiusculis remote et distincte dentatis membranaceis glabris nitidis tenuissime ciliatis, impari majore acutiore, petiolo rachique alatis ciliolatis, nervo venisque subtus puberulis. ♁ — Crescit in Surinam.*

2. SCHM. ORNITHROPHE Rxb. Flor. Ind. orient. II. 265.) VILLOSA Wght. Icon. plant. Ind. orientat. II. t. 401. — Fruticosa tomentosa: foliis ternatis, foliolis oblongis ventricosis, margine antice remote serrulatis; racemis axillaribus terminalibusque simplicibus; petalis cuneiformibus intus totis lanatis. ♂ — Rami juniores villosissimi flexuosi, folia alterna, foliola suboblonga, supra pilosula, subtus molliter ferrugineo-pilosa, 6-8-pollicaria, 4-5 poll. lata. Petioli longi teretes villosissimi. Racemi terminales saepiusque axillares pilosissimi, plerumque petiolo breviores. Flores numerosi parvi pilosi in fasciculos collecti. Bracteae subulatae pilosissimae. Sepala calycis per paria opposita rotundata concava pilosa. Petala 4 unilateralia cuneiformia, glandula intus ad basin cujusque petali. Stamina 8 vix petala aequantia lanata, antherae oblongae. Germen bilobum pilosum biloculare, loculis uniovulatis. Stylus brevis, stigmata 2 stylum aequantia recurvata. — Crescit in India orientali ad Chittagong.

5610. SAPINDUS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 607. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 416.)

1. S. DETERGENS Rxb. Flor. Indic. II. 280. — Polygamus: foliis pinnatis, foliolis 4-5-jugis subalternis, oblique ovato-oblongis obtusis, petiolis simplicibus; floribus paniculatis; calycibus corollisque quinquepetalis; sepalis petalisque aequalibus regulariter dispositis. ♂ — Truncus strictus, rami erectiusculi pauci, cortex glaber cinereus. Folia alterna 7-12-pollicaria, foliola 4-6-juga integra oblique lanceolata oblonga, utrinque glabra, fere quadripollicaria, petioli teretes flexuosi glabri. Panicula terminalis vel ex axillis foliorum supremorum ramosissima. Calyx pentaphyllus. Petala quinque aequalia regularia, squama nectarifera lanata utrinque ad basin. Stamina 6 vel 8, filamentis lanatis. Germen triangulare cum staminibus in receptaculo magno glandulaeformi situm. Stylus simplex brevis. Drupa solitaria, rarius binae ternaeve maturae, unilocularis subglobosa glaberrima lutea, monosperma. — Crescit in Indiae orientalis provincia Benghalensi.

2. S. SQUAMOSUS Rxb. l. c. 282. — Foliis pinnatis, foliolis subtrijugis subopposite oblique lanceolatis ovatis acutis glaberrimis integris; paniculis axillaribus terminalibusque; petalis quinis regularibus ad basin utrinque squama magna lanata auctis; filamentis ovariisque lanatis. ♂ — Rami juniores stricti teretes subvillosi. Folia alterna abrupte vel cum impari pinnata circiter sexpollicaria. Foliola trijuga subopposita breviter petiolulata oblique ovato-lanceolata integra acuta glaberrima subcoriacea, circiter tripollicaria. Petioli teretes villosi. Paniculae foliorum longitudine, flores numerosi parvi. Calyx quinquefidus pilosus. Filamenta 8 aequaliter disposita lanata. — Crescit in insulis archipelagi Malayensis.

3. S. FRUTICOSUS Rxb. l. c. 283. — Fruticosus: foliis pinnatis, foliolis 3-4-jugis lanceolatis, stipulis duabus orbicularibus ad basin petioli communis; petalis basi utrinque squamula parva lanata auctis. ♂ — Folia abrupte pinnata subpedalia. Foliola plerumque alterna subsessilia lanceolata integra coriacea, utrinque glabra, 3-6-pollicaria, 1-2 poll. lata. Petioli teretes glabri. Stipulae — vel foliolorum par infimum — notatu dignae rotundato-cordatae. Racemi axillares vel panicula terminalis parce sed diffuse ramosa. Flores parvi, calyce ferrugineo, corolla alba. Bracteae solitariae uniflorae subulatae. Sepala 4 suborbicularia glabra, petala 4 suborbicularia sepalis majora, ad basin utrinque lanae fasciculo aucta. Stamina 8 corolla breviora, receptaculo lanato basin germinis cingenti inserta, antherae ovatae. Germen superum 2-3-loculare, stylus nullus, stigma magnum glandulosum bilobum. Bacca 2-3-locularis cerasi minoris magnitudine, nitide nigra, pulpa copiosa adstringens. Semen in loculis solitarium. Embryo erectus absque perispermio. — Crescit in Moluccis insulis.

4. S. SERRATUS Rxb. l. c. 284. — Foliis pinnatis, foliolis numerosis alternantibus lanceolatis serratis, petiolo simplici; paniculis subterminalibus; corollis pentapetalis; petalis regularibus basi utrinque squama clavata pilosissima instructis. ♂ — Crescit in insulis Moluccis.

5. S. (PAPPEA Eckl. et Zeyh. Enum. pl. Afric. austr. I. 53. no. 417. — Hook. Icon. plant. t. 352. — Wlprs. l. c. II. 422. no. 5635.) CAPENSIS Hochstett. Flora (B. Z.) XXVI. I. 80. — Arbor: foliis abrupte vel subimpari-pinnatis, foliolis oblongis, utrinque eximie venosis glabris oppositis alternisve (ab Eckl. et Zeyhero folia non pinnata sed alterna indicantur, auctores petiolum communem ramuli loco habuisse videntur); panicula e paucis ramis elongatis racemosis composita; calyce quinquepartito; petalis quinque margine fimbriato-lanatis; staminibus quindecim, disco intus insertis, filamentis barbatis; fructibus drupaceis carnosis bi-trilobis, lobis globosis tomentosis monospermis. ♁ — Planta polygama vel dioica. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6. S. PERUVIANUS Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 312. — Foliis pinnatis 2–3-jugis, rhachi late alta, foliolis lanceolatis vel lanceolato-ellipticis obtusis vel acuminatis; floribus sessilibus pyramidato-paniculatis, rhachi ferrugineo-tomentosa. ♁

α. Meyenianus: Foliolis trijugis ovali-ellipticis obtusis.

β. Dombeyanus: Foliolis bijugis cum impari elliptico-lanceolatis acuminatis duplo longioribus.

Varietates satis quidem distinctae nec tamen specie videntur differe. Foliola subalterna et opposita in var. *α.* 1½–2-pollicaria, pollicem lata, in var. *β.* ultra tripollicaria, pollicem lata, intermedio utrinque longe attenuato angustiori. Utriusque foliola glauco-viridia subcoriacea concoloria glaberrima, apice acuminis obtuso. Panicula pyramidalis terminalis, ramis patentibus ferrugineo-tomentosis, ramulis brevissimis (1–2 lin. longis); floribus in ramis ramulisque subternis sessilibus. Filamenta ad medium usque lanato-pilosa. — Crescit in Peruvia.

5614. **CUPANIA** *Plum.*

(DC. Prodr. I. 612. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 418. II. 815. — *Ratonia* DC. Prodr I. 618.)

1. C. DIPLOPETALA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 224. — Petalis basi processu bifido crispato-incisulo instructis; staminibus octonis; foliolis oblongo-lanceolatis in nervorum axillis imperforatis. ♁ — Crescit in insula Java.

2. C. ROXBURGHII Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 402. — Foliis pinnatis, foliolis 3–4-jugis subalternis lanceolatis; floribus pentapetalis; capsulis monospermis. ♁ — Ramuli juniores glabri. Folia alterna abrupte pinnata 6–12-pollicaria, foliola subopposita lanceolata integra firma lucida, obtuse acuminata, 4–8-pollicaria, poll. 1–2 lata. Petioli teretes glabri. Stipulae nullae. Paniculae axillares folio breviores ramosissimi, molliter pubescentes. Flores parvi numerosissimi sordide flavescenti-virentes. Fl. masc. calyx quinquepartitus, segmentis late cordatis pilosulis. Petala lanceolata quina, basi squamulis 2 glabris incurvis aucta. Discus torulosus inter petala et stamina. Stamina 7–8 petala aequantia vel superantia, antherae bilobae. Germen ad glandulam oblongam reductum. Floris hermaphroditi calyx, corolla et nectarium in masculo, filamenta breviora. Germen oblongum triloculare, loculis uniovulatis, stylus vix ullus. Stigmata tria recurvata. Capsula extus trinervis, plerumque unilocularis trivalvis, valvis cellulas paucas balsamifluas fragrantes exhibentibus, monosperma. Semen rotundum magnitudine pisi minoris, arillo succulento tenui circumvolutum. — *Schleichera pentapetala* Rxb. Flor. Indic. II. 275. — Crescit in Indiae orientalis sylvis ad Silhet.

3. C. SYLVATICA Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (V.) 46. — Foliolis 3–5-jugis alternis oblongis, utrinque attenuatis, apice obtusiusculis, rarius emarginatis, margine integerrimis subundulatis glabris; racemis compositis axillaribus terminalibusque, folio brevioribus. ♁ — Ramuli verruculosi, folia abrupte pinnata, foliola 2–3½-pollicaria, 9–12 lin. lata, supra nitidula, flores minimi, calyces pedunculique puberuli, petala alba vix calyce majora, intus ligula bifida barbata instructa. — Crescit in Brasilia circa Rio de Janeiro.

5616 $_1$? **OPHIOCARYON** *Schombrgk.*

(Schombrgk. Ann. of natural. hist. V. 202. — Endl. Gener. plant. Supplem. I. pag. 1425. no. 5926 $_1$. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 349. — Schmbrgk. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 376.)

Flores polygamo-dioici, masculi desunt. Hermaphrodito-foeminei: Sepala 5 valde imbricata orbicularia, 2 exteriora lateralia minora, posticum cum anticis subaequale. Petala 5 valde imbricata, gynophoro brevi crasso, sub staminibus inserta orbicularia, 3 exteriora paullo majora, 2 interiora sepalis subaequalia. Gynophorum sub ovario paullo incrassatum staminiferum, filamenta 5 sterilia brevissima subulata petalis alterna, 3 petalis exterioribus opposita squamaeformia, petalis (2-3-plo) breviora obovato-spathulata, uno paullo majore obcordato. Stamina (fertilia?) duo petalis interioribus opposita iisque subbreviora, filamentis dilatato-cuneiformibus, anthera continua erecta connectivo erecto apiculato, loculis duobus lateralibus introrsis subglobosis, calyptra laterali decidua dehiscentibus. Pollinis granula minuta orbicularia (depresso-globosa?). Ovarium in gynophoro staminifero sessile obovoideum compressum biloculare, apice breviter bilobum, lobis obtusis sinu lato separatis, intus stigmatoso-papillosis. Ovula in quovis loculo solitaria e basi anguli centralis ascendentia (adjecto interdum ovulo altero minori mox abortiente). Drupa depresso-globosa a latere subcompressa et pedunculo paullulum obliquo insidens, carnosa, putamine crustaceo duro glabro laevi (bivalvi)? uniloculari monospermo (an semper?). Semen erectum umbilico lato affixum. Testa membranacea, basi prope umbilicum valde incrassata et indurata. Albumen nullum. Embryo subspiraliter contortuplicatus, radicula longa crassa, extremitate clavata, versus umbilicum tendens, cotyledones membranaceo-foliaceae penninerviae, radicula flexuosa. — Arbor excelsa Guianensis: foliis alternis imparipinnatis, illis *Cupaniae Vonaranae* simillimis, foliolis 3-6 alternis vel oppositis, breviter et crasse petiolulatis oblongo-ellipticis breviter obtuseque acuminatis, basi rotundatis vel angustatis glabris coriaceis, supra nitidis. Paniculae ad apices ramorum subaxillares foliis breviores ramosae floribundae glabrae ebracteolatae vel ad ramificationes bracteolis brevissimis latis vix conspicuis instructae. Pedicelli brevissimi alterni. Flores vix $^3/_4$ lineas longi. Sepala petalaque textura subsimilia, margine tenuia (alba?). Drupa magnitudine juglandis.

1. *O. PARADOXUM Schombrgk. l. l. c. c. 202. 377. — ♁ — In Guiana Britannica.

5617. **NEPHELIUM** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 420.)

1. N. (DIMOCARPUS Lour. Flor. Cochinchin. 287.) LONGAN Hook. Bot. Magaz. t. 4096. — Foliis pinnatis bi-quinque-jugis subcoriaceis integerrimis nitidis, subtus glaucescentibus; panicula laxa terminali; calyce profunde quinquepartito; petalis 5 oblongo-lanceolatis vix calycem superantibus patentibus esquamatis; staminibus 6-8, filamentis pilosis; ovario 2-3-lobo globoso; fructibus solitariis vel binis globosis subtuberculatim rugosis. ♁ — *Nephelium (Euphoria* Lam. — DC. Prodr. I. 611. — Lindl. Bot. Regist. t. 1729.) *Longana* Cambess. Mém. Mus. XVIII. 30. — *Nephelium Longanum* Wlprs. Repert. bot. syst. I. I. 420. no. 4. (cum synonymia). — Crescit in India orientali.

2. N. (SCYTALIA Rxb. Fl. Ind. II. 269. — DIMOCARPUS Lour. Fl. Cochinch. 287. — EUPHORIA Dsf. Catal. 159. — DC. Prodr. I. 611. no. 1.) LITCHI Wght. Icon. pl. I. t. 43. — Polygamum: foliolis 4-jugis lanceolatis acutis; calycibus quadripartitis; corolla nulla; germine fertili biloculari; fructu ovali muricato. ♁ — *Sapindus edulis* Ait. Hort Kew. II. 30. — *Scytalia Chinensis* Grtnr. De fructib. I. t. 42. fig. 2. — *Euphoria punicea* Lam. Dict. III. 573. Ill. gener. t. 306. — *Litchi Chinensis* Sonner. Itin. t. 129. — Crescit in China et in India orientali.

3. N. LAPPACEUM Linn. syst. 851. — Polygamum: foliolis 2–3–jugis oblongis vel late lanceolatis; paniculis axillaribus; calyce 4–5–partito; corolla nulla; baccis cortice sicco echinato tectis. ♁ — *Scytalia Ramboutan* Rxb. Fl. Indic. II. 271. — *Dimocarpus crinita* Lour. l. c. 288. — *Euphoria Nephelium* DC. l. c. 612. no. 4. — (Lam. Illustr. t. 764.) — Crescit inIndia orientali.
4. N. RIMOSUM Wlprs. mss. — Polygamum: foliolis 3–4–jugis suboppositis lanceolatis; paniculis axillaribus terminalibusque; corollis nullis; baccis oblongis rimosis tuberculatis. ♁ — *Scytalia rimosa* Rxb. Flor. Indic. II. 272. — Crescit in India orientali ad Silhet.
5. N. (SCYTALIA Rxb. l. c.) RUBIA Wlprs. mss. — Foliolis 4–5–jugis lanceolatis; paniculis terminalibus axillaribusque; corollae petalis quinis orbicularibus glabris; fructibus oblongis glabris purpureis. ♃ — Cortex ramulorum juniorum scabrellus. Folia alterna abrupte pinnata 1–2–pedalia, foliola 4–5–juga subopposita lanceolata integra glabra, subtus villosula, 6–12–pollicaria. Petioli teretes. Paniculae terminales et axillares folio breviores, ramificationibus alternis glabris divergentibus. Flores numerosi parvi rosei vel purpurascentes, bracteae parvae triangulares. Calycis sepala 5 rotundata inaequalia concava colorata. Petala 5 rotundata sessilia concava glaberrima. Filamenta 8 brevia, basi columnae brevi inserta, cui insidet ovarium. Antherae lineari–oblongae incurvatae. Germen biloculare biovulatum. Stylus brevis, stigma bifidum, ramis recurvis. Baccae 1–2–nae purpurascentes glabrae succulentae uniloculares, edules. Semen in loculis solitarium. — Crescit in India orientali ad Silhet.
6. N. PARVIFLORUM Wlprs. mss. — Foliolis circiter septenis lanceolatis serratis crenatis; paniculis terminalibus; calycibus corollisque tetraphyllis. ♃ — *Scytalia parviflora* Rxb. l. c. 273. — Crescit in Moluccis insulis.
7. N. OPPOSITIFOLIUM Wlprs. mss. — Foliis oppositis impari–pinnatis, foliolis ternis quinisve lanceolatis remote crenatis serratis; paniculis terminalibus. ♃ — *Scytalia oppositifolia* Rxb. l. c. — Crescit in insulis Malayensium.
8. N. VERTICILLATUM Wlprs. mss. — Fruticosum: foliis simplicibus subverticillatis lanceolatis glabris integris; paniculis terminalibus; petalis quinis prope basin utrinque squama lanata auctis; germine biloculari supra receptaculum inserto. ♁ — Rami plurimi stricti, cortice ferrugineo tecti, planta circiter 7–pedalis. Folia breviter petiolata utrinque glabra integra, 6–pollicaria, 2 circiter pollices lata. Stipulae nullae. Paniculae terminales, plures aggregatae vel axillares solitariae, erectae ramosissimae. Bracteae parvae caducae. Flores breviter pedicellati parvi pallide lutescenti–rubentes. Calycis sepala 5 inaequalia rotundata concava. Petala 5 oblonga expansa, prope basin utrinque squama lanata aucta. Stamina 7 brevia receptaculo carnoso inserta, antherae erectae. Ovarium 2–3–loculare, stylus brevissimus, stigma bifidum. Baccae plerumque geminae ovales, magnitudine seminis *Coffeae*, parvae pulposae aurantiacae. — *Scytalia verticillata* Rxb. l. c. 273. — Crescit in India orientali.
9. N. (SCYTALIA Rxb. l. c. 274.) DANURA Wlprs. mss. — Fruticosum: foliis simplicibus late lanceolatis, basi cordatis; paniculis terminalibus; floribus pentapetalis; petalis basi utrinque squamula lanata auctis; germine biloculari; stylo vix ullo. ♁ — Folia ad apicem ramorum subsessilia simplicia glabra integra pedalia. Paniculae terminales divaricato–ramosissimae. Flores numerosi solitarii pedicellati carnei. Baccae solitariae vel binae exsuccae. — Crescit in India orientali in Delta insula a flumine Gange formata.

5618. **THOUINIA** *Poit.*

(DC. Prodr. I. 612. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 420.)

1. TH. MORISIANA Casaretto, Nov. stirp. Brasil. decad. p. 75. no. 81. — Foliis simplicibus ovato–oblongis, apice obtusis vel acutiusculis, inferne cuneatis, margine dentato–serratis glabris; spicis axillaribus subsimplicibus; floribus pentapetalis. ♃ — Arbuscula dioica? foliorum spicarumque subamentiformium forma *Castaneam vescam* quodammodo refert. Folia 6–10–pollicaria, 2–3–poll. lata, petiolata, re-

motiusculo et aliquando ample dentato-serrata, basi subintegerrima, utrinque glabra, subtus tamen pallidiora ac pilis rarissimis malpighiaceis fugacissimis aspersa penninervia, nervis subtus prominentibus, petioli 1–2-pollicares, apice paullulum contorti, binos in denticulos vel cuspidulos excurrentes, quos veluti foliola lateralia abortiva folii trifoliolati considerare omnino fas est. Flores (masculi secus spicas simplices seu vix basi ramosas graciles laxas foliaque subaequantes sparse glomerulati parvi. Calyx quinquelobus, lobis rotundatis, aestivatione quincunciali imbricatis. Petala 5 rosea oblonga calyce 3–4-plo longiora, basi inter se leviter connata et inferne barbata, aestivatione modo dextrorsa, modo sinistrorsa contorta. Discus annularis inter petala et stamina subinteger. Stamina 6 petala aequantia, filamentis glabris, antheris ovatis. Ovarii rudimentum nullum. — Crescit in Brasilia in sylvis primaevis ad urbem Rio de Janeiro.

2. TH. MACROPTERA Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (V.) 45. — Foliis trifoliolatis, foliolis petiolulatis ovatis vel ovato-oblongis paucidentatis glabris, intermedio aequilatero, basi acutiusculo, lateralibus inaequilateris, basi rotundatis; racemis axillaribus corymbiformibus; fructibus stipitatis, apice trialatis, alis elongatis, margine interiori recto inter se adnatis. ♁ — Ramuli punctulato-verrucosi glabri, fructuum alae sesquipollicares. — Crescit in Brasilia circa Rio de Janeiro.

3. TH.? ADENOPHORA Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 221. † — Foliis alternis imparipinnatis glandulosis, foliolis oppositis carnosis, anguste cuneato-linearibus, inferioribus bifidis, superioribus emarginatis, summis integerrimis; racemis axillaribus vel in ramulis terminalibus; capsulis tricoccis trialatis. — Crescit in Novae Hollandiae montibus „Darlings range.“

5619. HYPELATE *P. Br.*

(DC. Prodr. I. 614. — *Melicoccae* sect. II. DC. l. c. 615. — Wlprs. Rep. bot. syst. I. 421.*)

1. H. EXOTHEA Mcfd. Flor. Jamaic. I, 232. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 557. — Endl. Gener. pl. no. 5922.) OBLONGIFOLIA Hook. Lond. journ. of bot. III. 7. — Foliis bijugis magnis, foliolis appositis brevissime petiolulatis, basi acutis, apice obtusissimis, saepe marginatis; paniculis terminatibus axillaribesque; floribus pubescentibus octandris. ♁ — *Exothea paniculata* Hook. l. c. 227. † — In Jamaica.

5621. SCHLEICHERA *Willd.*

(Willd. Spec. plant. IV. 106. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 421. *Mellicoccae* sect. III. DC. Prodr. I. 615.)

1. SCHL. (MELLICOCCA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 225.) AMOENA Wlprs. — Foliolis 10–12-jugis, intimis auriculiformibus, reliquis obovato-oblongis integerrimis glaberrimis; panicula terminali. ♁? — Stamina 6–9, filamenta antheris breviora, ovarium 3–4-loculatum tomentosum, drupa 3–4-locularis, folia juvenilia laetissime persicina, inflorescentiam amoenam aemulantia. ♁ — Cf. caeterum Tijdschrift voor natuurlijke Geschieden. X. I. 139. — Crescit in insula Java.

† *Genera dubia.*

5621/1. PIERARDIA *Jack.*

(Jack in Transact. of the Linn. soc. XIV. 119. et Rxb. Flor. Indic. II. 254. — Endl. Gener. plant. p. 1124. no. 5878. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 53. 344. II. 38. 255.)

1. P. SAPIDA Rxb. l. c. — Hermaphrodita: foliis oblongis. ♁ — Folia alterna petiolata oblonga, utrinque glabra, plerumque octopollicaria, petioli sulcati subbipollicares. Racemi in ramis nudis nutantes, e basi multiflori, floribus parvis luteis. Bracteae lanceolatae pedunculo communi insidentes trifforae, pedicellis bractea brevioribus. Calycis sepala 4 ovalia pubescentia carnosa, supra stamina et pistillum incurvata. Filamenta plerumque 8 brevia incurva circa germen inserta, antherae bilobae. Germen superum rotundum 3–4-loculare, loculis biovulatis, ovulis collateralibus ex loculi apice pendulis. Bacca rotunda *Ribeos grossulariae* magnitudine flava glabra 3–4-locularis. Semen subovatum pulpa copiosa subacida eduli alba involutum. Integumentum rubrum crassissimum. Perispermium car-

tilagineum, embryo inversus, cotyledones ovales trinerves, radicula ovalis supera. — Crescit in India orientali ad Calcuttam.

2. P. DULCIS Jack. l. c. 120. — Monoica: foliis obovatis. ♂ — Folia aggregata ad ramorum apices, alterna, petiolata obovata vel elliptico-obovata, apice rotundata, cum acumine brevi obtuso, integra glabra plana, 8-9-pollicaria, petioli utrinque incrassati articulati. Stipulae ovatae deciduae. Racemi e ramis nudis. Flores foeminei et masculi in racemis distinctis, masculis pedicellis plerumque trifloris, foemineis uniflori. Fl. masc. Perianthium quadripartitum patens, intus tomentosum, extus vix tomentellum. Stamina 8, filamentis brevissimis, antheris bilobis; ovarium omnino abortivum. Fl. foemin. Perianthium quam in flore masculo multo majus basin usque in lacinias 4 crassas divisum, quinta interdum accedente. Stamina nulla. Ovarium subglobosum triloculare, loculis biovulatis. Stylus simplex, stigmata 3 carnosa patentia hispida. Bacca subglobosa Ceraso major lutea trilocularis, loculis monospermis. Semina arillo dulci pulposo involuta. Embryo inversus, cotyledones planae, in centro albuminis copiosi. — In insula Sumatra.

5621/$_2$. **HEDYCARPUS** *W. Jack.*

(W. Jack in Transact. of the Linn. soc. XIV. 118. — Endl. Gener. plantar. p. 1124. no. 5877. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 343. II. 255. 346.)

1. H. MALAYANUS W. Jack. l. c. — Arbor parva. Ramuli glabri. Folia alterna late ovata, basi rotundata, acuminata subintegerrima, margine revoluta, interdum obsolete crenulata glaberrima, supra nitida intense viridia, infra pallidiora, 9-10-pollicaria. Petioli utrinque incrassati 2-2½-pollicares. Stipulae ovatae acutae deciduae. Racemi saepissime e trunco vel e ramis crassioribus oriundi sed nonnumquam etiam axillares fasciculati vel solitarii, stricti 2-3-pollicares, pedicellis multifloris tomentosis. Bracteae parvae latae ad ramificationes. Perianthium parvum lutescens villosum carnosulum, 4- vel saepius 5-partitum, segmentis angustis. Stamina 4 vel saepius 5 cum perianthii segmentis alterna brevia, antheris rotundatis bilobis. Ovarium parvum 3-4-loculare, loculis ex angulo interiori biovulatis. Stylus vix ullus. Stigmata 3-4 carnosa villosa. Fructus magnitudine „of a China orange", cortice crasso tectus trilocularis trivalvis, loculis plerumque dispermis. Semina arillo succoso involuta. Embryo in albumine copioso inversus. Cotyledones foliaceae cordatae subrotundae planae. Radicula supera brevis clavata. — Crescit in insula Sumatra.

Tribus II. *DODONAEACEAE* Cambess. — Endl. l. c. p. 1072.

5625. **DIPLOPELTIS** *Endl.*

(Endl. Enumer. pl. Hügel. 42. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 421.)

1. D. HÜGELII Endl. l. c. — Wlprs. l. c. — Lindl. Bot. Reg. (New Ser.) XI. t. 69. — Foliis oblongo-cuneatis, apice obtusis incisis, basi integerrimis, subcoriaceis glabris, margine obsolete ciliatis, superioribus minoribus minusque incisis (plantae foemineae ad basin usque profunde pinnatifido-incisis laciniis lanceolatis acutiusculis utrinque adpresse setoso-hispidis); paniculis terminalibus. ♀ — Suffrutex dioicus, ramuli pedales, masculi simplicissimi, foeminei ramosi, omnes pennae corvinae crassitie obsolete tetragoni, cortice viridi tecti, pube candicante, in planta mascula confertiore et longiore conspersi. Folia alterna, sessilia, in planta mascula oblongo-cuneata, pollicem longa, 4 lineas lata, apice obtuso incisa, basi integerrima, subcoriacea glabra, margine obsolete ciliata, superiora sensim minora, minus incisa, summa pedunculos subtendentia integerrima. Folia plantae foemineae paullo longiora et latiora, apice acuta, usque ad basin profunde inciso-pinnatifida, laciniis lanceolatis acutiusculis, infimis stipulaeformibus, setis adpressis utrinque, imprimis ad nervos et margines hispida. Panicula terminalis, bipollicaris, simplex, e racemis scorpioideis pauciflоris, pedunculi nigro-tomentosi, basi bractea in masculis integerrima, in foemineis pinnatifida fulti, pedicelli filiformes ebracteolati. Flores masculi magnitudine florum *Pruni insistiae*,

staminibus longe exsertis, ovario effoeto minimo, foemineï nonnihil minores, staminibus disci squamam aequantibus inclusis, antheris effoetis styloque exserto insignes. Calycis sepala quinque, ovalia, obtusiuscula, nigro-tomentosa, pilis glandulosis ciliata, per aestivationem quincunciatim imbricata, duo exteriora anticum posticumque ab axi floris latus occupantia paullo latiora, tertium et quintum in sinistro, quartum in dextero latere situm, subaequalia. Petala 4, late orbiculata, brevissime et abruptim unguiculata, calyce multoties majora, ambitu integerrima vel obsolete denticulata, candida, venosa, insertione hypogyna, utrinque inter sepala duo exteriora et inter interiora his contigua sita, spatio inter sepalum tertium et quintum in sinistro floris latere omnino vacuo. Discus postice in squamam erectam carnosulam, in sicco purpurascentem, orbiculatam, lata basi sessilem, sepalo extimo postico oppositam et subaequilongam, paullo tamen latiorem, bilamellatam productus, lamellae incumbentes, interior in floribus masculis longior sinuato-3–7-dentata, filamentorum basin marginibus subamplectens, exterior truncata, margine undulato, saepe plus duplo brevior, in flore foemineo lamellae subaequilongae, interior distinctius dentata. Stamina octo, hypogyna, sepalis opposita, tria utrinque ante sepala exteriora sita, reliqua sepalo tertio sinistro et quarto dextro solitarie opposita, filamenta in floribus masculis filiformia glabra, petalis longiora, exserta, apice incurva, in foemineis brevia, sepala subaequantia, squama disci paullo longiora. Antherae ovatae obtusae, medio dorso affixae, loculi antici appositi, longitudinaliter dehiscentes, in floribus foemineis minimi, effoeti. Ovarium in floribus masculis minimum, effoetum, in foemineis subglobosum, pilis glandulosis hirtum, calycis longitudine, quinqueloculare, loculis sepalis oppositis. Ovula in loculis bina, superposita anatropa. Stylus centralis filiformis, apice incurvus, corolla triente longior, exsertus. Stigma simplex. Capsula clavato-depressa triloba verrucosa trilocularis, loculis demum ab axi centrali solutis, introrsum rima dehiscentibus. Semen in quovis loculo unicum, e funiculo tenero longiusculo ascendente erectum, ovoideum, umbilico funiculi expansione minima arillaeformi stipato. Testa crustacea fusca, endopleura tenerrime membranacea. Embryo curvatus, cotyledonibus spiraliter convolutis, radicula infera. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum prope oppidulum Freemantle.

2. **D. PREISSII** Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 223. † — Foliis serrato- vel plerumque pinnatifido-incisis (segmentis latis vel linearibus integris vel incisis), marginibus cum nervis utrinque cauleque pilosis; pedunculis, pedicellis sepalisque ad marginem glandulis pedicellatis instructis; floribus roseis. ♃? — Crescit in Nova Hollandia haud procul ab ora marina apud Perth.
3. **D. LEHMANNI** Miquel l. c. 224. † — Foliis spathulato-lanceolatis, versus apicem sparse serratis, utrinque incano-tomentoso-pubescentibus; panicula glanduloso-asperula; petalis retusis; capsulae trilobae coccis rugoso-reticulatis pedicellato-glandulosis. ♃? — In Nova Hollandia locis umbrosis montium Darlingsrange.

5626. **DODONAEA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 616. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 421.)

1. **D. PTEROCAULIS** Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 225. — Ramulis triquetris, anguste trialatis; foliis subsessilibus elliptico- vel obovato-lanceolatis, basi attenuatis, apice subpungenti-acutis, marginibus revolutis integerrimis, supra glabris viscidulis?, subtus minute puberulis sensim glabratis; pedicellis axillaribus solitariis ternis; capsula tetragona (rarissime pentagona) subvernicosa; carpellis dorso infra apicem in alam acutam erectam productis quadricorni parumper brevioribus. ♁ — Rami vetustiores triquetri subapteri, ramuli densi breves erecti. Folia 1½–2 centim. longa, 5–7 millim. lata. — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus prope Tjallop regionis Kent.
2. **D. APTERA** Miquel l. c. † — Ramis teretibus, ramulis compressis; foliis breviter petiolatis obovatis oblongo- vel spathulato-obovatis, basi attenuatis, apice rotundatis vel emarginatis, utrinque glabris, nascentibus viscosis, margine leviter revolutis; pedicellis e pedunculo communi ternis vel paucioribus capsulam latam

brevem tetragonam infra apicem alae rudimento coriaceo e carpellorum dorso producto subapteram multo superantibus. ♄ — Folia 2½–4 centim. longa, ⅔–2 centim. lata. — Crescit in Nova Hollandia in clivulo calcareo „Arthur's head".

3. **D. SORORIA** Miquel l. c. † — Ramis teretibus, ramulis semitereti-ancipitibus; foliis coriaceis, utrinque glabris viscosis longiuscule petiolatis elliptico-obovatis, basi valde contracta in petiolum decurrentibus, apice lato plerumque retusis, subtus subtilissime venulosis; racemis axillaribus paucifloris; pedicellis subfastigiatis elongatis capsulisque juvenilibus tetragonis glandulosis. — *D. ceratocarpae* et *apterae* affinis, sed pedicellis valde elongatis statim dignoscenda. — Crescit in collibus arenosis insulae Rotenest in Nova Hollandia.

4. **D. HUMIFUSA** Miquel l. c. 226. † — Ramulis triquetro-compressis; foliis obovato-cuneatis vel obovato-lanceolatis, basi attenuatis, apice spinoso pungenti tridentatis vel integerrimis, supra versus margines, subtus in nervo medio minutissime puberulo-hirtellis, cito glabratis; capsulis tetragonis apteris pedicello brevioribus. ♄ — Capsularum forma *D. apterae,* foliorum autem *D. asplenifoliae* et *cuneatae* affinis. — In Nova Hollandia locis limoso-glareosis in districtu Hay.

5. **D. PREISSIANA** Miquel l. c. † — Partibus omnibus junioribus vernicoso-viscosis; foliis erectis rigido-coriaceis glabris, junioribus grosse glandulosis spathulato-linearibus, apice triangulari acutiusculis, versus basin sensim in petiolum contractis, marginibus subrepandis; floribus dioicis racemosis; capsulis late tripteris, alis maturis membranaceis. ♄ — *D. viscosae* et *spathulatae* Sm. affinis videtur, foliorum autem forma et capsulis alatis facile distinguitur. — Crescit in Nova Hollandia in rupium fissuris montis Hardy.

6. **D.? ERICOIDES** Miquel l. c. 227. † — Tota hirtello-pubescens: foliis oppositis, summis subalternis alternisque (axillisque fasciculato-foliosis) anguste linearibus subacerosis integerrimis vel apice tridentatis semitereti-revolutis, supra in medio sulcatis nitidis; pedicellis terminalibus solitariis brevissimis; capsulis tetragonis incano-pubescentibus, angulis in medio dorso cornuto-alatis. ♄ — Species habitu singulari, foliis oppositis, pedicellis terminalibus, calycibus ad immaturam capsulam persistentibus inter congeneres fere heterogenea ob capsulam tamen plane congruentem huc relata. — In Nova Hollandia interiori austro-occidentali.

7. **D. PINIFOLIA** Miquel l. c. † — Glabra viscosa: ramulis tetragono-compressis; foliis sparsis acerosis rigidis, angustissime linearibus, valde revolutis, glandulis elevatis, remote stigmatosis nitidis; floribus dioicis axillaribus solitariis, masculis brevissime pedicellatis octandris, foemineorum pedicellis clavatis; capsula tetragona quadriloculari, valvulis dorso infra apicem cornuto-alatis quadricorni brevioribus. ♄ — Proxime accedit ad praecedentem, sed omnium partium glabritie et singulari foliorum forma bene differt. — Crescit in Nova Hollandia in glareosis montis prope St. Ronan's-well (York) et in planitie arenosa Quangen (Victoria).

8. **D. (THOUINIA** Miq. olim) **ADENOPHORA** Miquel, Linnaea XVIII. 95. — Foliis paripinnatis (quasi imparipinnatis), foliolis 1–5-jugis cuneato-linearibus, inferioribus bifidis, superioribus emarginatis, summis integerrimis glandulosis; capsulis 3–4-alatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

9. **D. HIRTELLA** Miquel l. c. 94. † — Ramulis dense, foliis stylique parte persistente sparse hirtellis; foliis paripinnatis, plerumque quadrijugis carnosis, rhachi interrupte alata supra ultima foliola producta foliolum terminale simulante, foliolis oppositis sessilibus ellipticis obovato-ellipticis vel lineari-lanceolatis, apice tri- vel bidentato-incisis; capsula tetragona quadriloculari late tetraptera membranacea, juniori purpurascente; seminibus lenticularibus, centro tumidis, marginibus planis. ♄ — Crescit in New South Wales Novae Hollandiae.

10. **D. SCHIEDEANA** Schlchtd. Linnaea XVIII. 49. † — Folia elongato-lanceolata acuminata, basi longe et anguste in petiolum attenuata; fructus majores, apicis sinu latiore acuto, lobis alae latae, dimidium loculamentum superantis, anguli obtusi in modum porrectis, reliqua ala latioribus. ♄ — Crescit in Mexico.

11. D. BRASILIENSIS Schlchtd. l. c. 51. † — Folia lanceolata, utrinque acuminata, basi longius in petiolum attenuata; fructus mediocres, sinu latiore acuto, lobis alae angustae dimidio loculamento angustioris obtusissimis reliqua ala vix latioribus. ♀ — *D. viscosa* Mart. Hb. fl. Brasil. 397. — Crescit in Brasilia prope Ilheos et Rio de Janeiro.

12. D. EHRENBERGII Schlchtd. l. c. 52. † — Folia obovato-obtusa vel brevissime acutata, basi cuneato-attenuata; fructus parvi punctati, sinu apicis brevi, interdum brevissimo acuto patulove, lobis alae crassiusculae dimidium loculamentum subaequantis obtusissimis, reliqua ala non latioribus. ♁ vel ♁ — Crescit in insula Sti. Dominici.

13. D. KOHAUTIANA Schlchtd. l. c. † — Folia elliptica obtusa seu acutiuscula, cum acumine brevissimo mucroniformi saepius imposito, basi breviter cuneato-attenuata; fructus majores, apicis sinu obtusiusculo latiore, lobis alae dimidio loculamento multo angustioris obtusissimis, reliqua ala non latioribus. ♁ — *D. viscosa* Sieb. fl. Senegamb. no. 54. — Crescit in Senegambia.

5626/1? **PLAGIOPTERON** *Griffith.**)

(Griffith, Calcutta journ. IV. 244. t. 13. et Flora [B. Z.] XXVII. II. 437.)

Sepala 3-4 minuta dentiformia, petala totidem (calycina) aestivatione valvata, revoluta; stamina plurima, hypogyna, filamenta capillaceo-clavata, antherae biloculares terminales; ovarium superum triloculare; ovula cujusque loculi duo collateralia erecta anatropa; stylus subulatus; fructus nucamentaceo-samaroideus trilocularis, loculis dorso (apicem versus ala lingulata transversa praeditis; semina.....? — Frutex Indiae orientalis scandens pilis stellatis pubescens, habitu *Hiraeae*, folia breviter petiolata opposita oblongo-ovata cuspidato-acuminata integra exstipulata; paniculae subthyrsoideae axillares folio breviores; bractea angusta parva subtus ramos, ramulos et florem quemque; flores parvi suavissime odorati; corollae petala oblonga viridia extus dense pubescentia; stamina subbiseriata petalis longiora.

1. PL. SUAVEOLENS Griffith l. c. 244. t. 13. (in tabula *Pl. fragrans).* — Totum pubescens pilis stellatis, pallide ferrugineum. Ramuli teretes. Folia breviter petiolata opposita oblongo-ovata cuspidato-acuminata integra, venae secundariae tertiariis plurimis transversis connexae, intervenulis reticulatis, vernatio conduplicata. Paniculae subthyrsoideae axillares foliis breviores. Bractea angusta parva ad basin ramorum, ramulorum et sub quovis flore. Flores numerosi parvi exquisite fragrantes, alabastra subglobosa. Calyx 3-4-sepalus, sepalis dentiformibus minutis. Corolla 3-4-petala viridis, petala oblonga cum sepalis alternantia, aestivatione valvata, per anthesin revoluta, extus dense pubescentia. Stamina plurima subbiseriata hypogyna petalis longiora, aestivatione varie flexa, per anthesin erecta. Filamenta capillaceo-clavata alba. Antherae terminales ochroleucae, demum brunnescentes, loculi breves adnati (dehiscentia quasi transversi). Ovarium superum rotundum dense piloso-pubescens triangulare, loculis biovulatis, ovula erecta anatropa collateralia, raphe subintrorsa. Stylus subulatus glaber, stigma obsolete tridentatum. Fructus subturbinatus, apice plano stylum exserente, trilocularis, loculis subobsceis, dorso apicem versus ala transversa lingulata, loculis triplo longiore subreticulata aucti. In singulo loculo ovula abortiva 2 erecta. — Crescit in India orientali ad Silhet.

5628. **PLOESSLEA** Endl. (Wlprs. Repert. I. 422.) hoc loco deleatur, est enim BOSWELLIAE species. (Cf. infra.)

5635. **PAPPEA** Eck. et Zeyh. (Wlprs. Repert. I. 422.) deleatur, nam ad SAPINDUM relata est (cf. supra p. 363. no. 5.)

---

*) *Genus affinitatis non satis notae, ad MALPIGHIACEAS et EUPHORBIACEAS prope accedens, forte melius supra p. 295. post Hiptagen collocandum.*

5638/1. **DEINBOELLIA** *Schum. et Thonn.*

(Schum. et Thonn. Kongel. Dansk. videnskab. Selsk. Afhandl.. IV. 16. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1424. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 78. II. 56. et 346.)

1. D. PINNATA Schum. et Thonn. l. c. 16. — Caulis fruticosus subramosus erectus foliosus teres cinereus subtomentosus quinquepedalis. Folia sparsa paripinnata, foliola petiolata subopposita 5–9–juga, elliptica suboblonga, saepe acuminata obtusiuscula integerrima subcoriacea venosa glabra, subtus pilosula, 3–5–pollicaria, exteriora longiora. Petiolus communis teres subtomentosus, basi crassus pedalis, partiales brevissimi. Stipulae nullae. Racemus terminalis decompositus 1–2–pedalis pyramidalis patens. Pedunculi communes teretes ferrugineo–tomentosi, ad ramificationes suffulti bractea solitaria lineari caduca tomentosa, partiales breves saepius septemflori, floribus subglomeratis brevissime pedicellatis, bracteoli prsesistentibus ad basin pedicellorum. — Crescit in Guinea.

** *HIPPOCASTANEAE* DC. Prodr. I. 597.

(Endl. Gener. plant. pag. 1075.)

5640. **UNGNADIA** *Endl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 423.*)

1. U. SPECIOSA Endl. Nov. stirp. decad. p. 75. no. 86. et Atakta bot. t. 36. — Arbor magna. Folia alterna impari-pinnata trijuga, petiolus communis sexpollicaris, pennae corvinae crassitie, supra profunde canaliculatus, infra convexus laevis glaberrimus, inferne crassior, sursum sensim attenuatus, basi obtuse triangulari insertus. Foliola exacte opposita, paribus deorsum pollicis intervallo remotis, brevissime petiolulata ovato–lanceolata obtuse acuminata, poll. 4 longa, 2½ lata, basi rotundata membranacea penninervia obsolete crenata, supra glaberrima, subtus novella albo–tomentosa, adulta nonnisi ad nervos venasque pilis sericeis subferrugineis parce conspersa, terminale impar petiolo continuum, basi cuneato–angustatum. Ramuli floriferi cygneae pennae crassitie foliorum delapsorum cicatricibus triangularibus torosi, cortice fusco–rubro, lenticellis discoloribus raris ovalibus consperso, gemma multisquamosa obtusa terminati, e gemmarum immediatim supra foliorum delapsorum cicatricibus sitarum, hibernaculis racemos corymbosos plures pollicares quadripollicaresque 2–6–floros simul cum foliis novellis explicantes. Pedicelli fere filiformes pilis sericeis testaceis hirti, infra medium articulati ibique densius pilosi, laxe patentes. Calycis usque ad basin toro plano antrorsum declivi adnatam quinquepartiti laciniae lanceolatae acuminatae herbaceae venosae, extus imprimis basi pilosae, tres circiter lineas longae, lineam latae, planae, postica nonnihil profundius distincta erecta, laterales cum anticis vix quidquam majoribus paullo altius cohaerentes, ob basin declivem antrorsum patentiusculae. Corollae petala 5 toro plano inter calycis lacinias inserta, duo postica erectiuscula, lateralia cum antico paullo minora, omnia unguiculata, ungues carnosuli subcuneati dense albo–tomentosi sesquilineares, apice crista e filis divergentibus teretiusculis carnosis flexuosis, apice saepissime glandula globosa terminatis ornata, lamina rubra obovata obtusa, subtilissime crenata tenera venosa, dorso glandulis resinosis conspersa. Lamina carnosa e medio toro exserta calycis laciniae posticae opposita erecta obtusa emarginata, marginibus stamina et ovarii stipitem amplectens partimque eorundem basibus adnata. Stamina 9 inaequalia, horum 2 postica juxta laminae apicem exserta, petalis duobus posticis respondentia, reliquis longiora, duo utrinque calycis laciniis lateralibus petalisque lateralibus opposita, ab eadem lamina amplexa, duobus ante calycis lacinias anticas sitis, laminae extremis marginibus contiguis subaequilonga, nonum petalo antico oppositum a lamina liberum, ima basi staminibus contiguis et gynophoro cohaerens, omnia longe exserta antrorsum declinata et ascendentia, filamentis filiformibus sursum attenuatis glaberrimis, ex sicco violaceis, antheris bilocularibus ovatis obtusis pilosulis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium centrale stipita–

tum, nunc stipite laminae posticae longitudinem vix aequante, nunc superante, inferne cum staminibus et eodem connato sustentum ovato-subglobosum dense piloso-setosum triloculare, ovula in loculis geminata, anguli centralis medio collateraliter inserta ascendentia. Stylus brevissimus subconicus obtusus obsolete trisulcus. Fructus desideratur. — In Republica Texana.

Ordo XLIII. HUMIRICACEAE *Martius.*

(Endl. Genet. plant. p. 1039. — Meisn. Gener. plant vascular. I. 47. II. 34. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 425. II. 816. — MELIACEARUM genus no. 2. DC. Prodr. I. 619.)

5485. **SACOGLOTTIS** *Martius* (*nec Saccoglottis.*)

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 425.*)

1. S. AMAZONICA Martius Nov. gener. et spec. pl. Brasil. II. 146. — Arbor 30-pedalis, cortice laevigato cinereo, ligno rubente. Rami dense ramulosi propendentes. Ramuli teretes subflexuosi pallide fusci glabri. Folia in petiolis canaliculatis, margine dilatato acutis, subtus semiteretibus, alterna oblonga cum acumine longo, versus basin rotundata aut in petiolos nonnihil dilatata 4-5-pollicaria, obiter crenata et hinc inde subundulata, superne nitide et obscure viridia, subtus pallida, nervis venisque subparallelis duplicato-combinatis, subtus prominentibus. Stipulae nullae. Flores in corymbis brevibus petiolos aequantibus bipartitis ex alis foliorum, 20-26-28. Pedunculus in medio bifidus vel partiales angulati. Pedicelli semilineares, bracteolae parvae ovato-triangulares, tandem exsuccae deciduae ad divisiones. Calyx inferus cupularis brevis, basi crassiuscula subgibbus in lacinias sectus 5 subrotundatas, margine tenuiores imbricatas in vertice punctis solitariis binis aut ternis callosis tandem nigricantibus notatas, glaber. Corolla sesquilineam alta pentapetala regularis, ex imo calyce. Petala cum calyce alternantia lineari-lanceolata, acutiuscula, tandem patenti-revoluta, margine tenuiori imbricata, dorso crassiuscula et rugulosa flavo-virescentia. Stamina 10 hypogyna, filamenta basi coalita in cupulam brevissimam, superne libera compressa, margine extenuata diplostemona, interioribus alternis paulloque brevioribus, alba. Antherae erectae in dorsi basi affixae ovatae acutiusculae aurantiacae, locellis ellipticis ope connectivi crassi carnosi et in ligulam subtriangularem compressam glabram excurrentis ad ejus basin lateraliter disjunctis, antice rima media dehiscentibus. Cupula carnosula flavescens in margine obiter 10-denticulata, ovarium arcte ad medium usque obtegens. Ovarium in disco tenui glanduloso cum phycostemonibus confluente globosum glabrum, in loculis 4, 5, 6 ovula solitaria pendula fovens. Stylus cylindricus longitudine staminum. Stigma depresso-capitatum sublobatum flavescens. Fructus desideratur. — In Brasilia ad flum. Amazonum crescit.

5486. **HUMIRIUM** *Martius.*

(Martius, Nov. gener. et spec. pl. Brasil. II. 142. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 425. II. 816. — *Humiria* DC. Prodr. I. 619.)

1. H. DENTATUM Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (IV.) 39. — Foliis breviter petiolatis ovato-lanceolatis dentatis, supra glabratis nitidis, subtus una cum petiolis, pedunculis ramulisque puberulis; corymbis axillaribus folio brevioribus; petalis glabris. ♂ — Folia 3-4-pollicaria, 1½-2 poll. lata in petiolum 3-4-linearem attenuata, stamina glabra, filamenta vix ima basi coalita. — Crescit in Brasilia in sylvulis maritimis prope Rio de Janeiro.

Ordo XLIV. MELIACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 619. excl. sect. III. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 426. II. 817. — Endl. Gener. plant. p. 1064. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 48. II. 35.)

5519. TURRAEA *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 426.)

1. T. LOBATA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. Pl. misc. no. 86. et XVII. t. 4. — Foliis rhombeis, apice trilobis dentatisque, subtus pubescentibus; floribus solitariis axillaribus; calycibus 5-dentatis; petalis spathulatis columnae longitudine, columna viginti-dentata intus hirsuta, laciniis subulatis, antheris 10 exsertis; ovario 5-loculari. ♄ — Crescit in Sierra Leone.
2. T. OBTUSIFOLIA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 296. — Frutex cortice cinereo-fusco; foliis obovatis vel obverse lanceolatis obtusis parvulis, margine revolutis, supra glabris, subtus pubescentibus. Flores ex apice ramulorum vel axillis supremis pauci breviter pedunculati. Pedunculus et calyx brevis campanulatus quinquedentatus glaber; petala 5 longissima ligulata glabra alba tubum stamineum 8-9 lineas longum paullo superantia; stylus exsertus stigmate truncato exacte capsulam *Hypni sericei* (demto operculo et peristomio) imitante. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis ad Natalbai.
3. T. FLORIBUNDA Hochstett. l. c. 297. — Frutex vel arbuscula 15–20-pedalis. Ramuli foliorum cicatricibus valde exasperati cortice griseo; folia florendi tempore plerumque delapsa, ovata vel ovato-lanceolata, breviter petiolata, in acumen obtusum producta, supra minute et sparsim pubescentia, subtus praesertim ad nervum medium et venas hispidula; flores ad apices ramulorum magna copia coacervati, breviter pedunculati, pedunculi et calyces breves subsericeo-tomentosi; petala ligulata longissima glabra (ut videtur alba), tubo stamineo pollicari gracili glabro superne sensim incrassato paullulum longiora; stylus longe exsertus stigmate globoso truncato. Calyce potius sericeo quam hirsuto a *Turraea heterophylla* Sm., quam comparare non licuit, diversa videtur. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis prope Umlaas river.

5520. MELIA *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 427.)

1. M. JAPONICA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 219. — Foliis bipinnatis, foliolis pinnarum 5–7 ovato-lanceolatis acuminatis, in nervo medio supra et superficie inferiore pube rubiginosa adspersis, subintegerrimis aut vix crenulatis, rhachide ad medium teretiuscula. ♄ — Crescit in insula Java.

5524. AGLAIA *Lour.*

(DC. Prodr. I. 537. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 428.)

1. *A. ODORATA Lour. — DC. l. c. — (Wlprs. l. c. no. 1.) — Wght. Icon. plant. Ind. oriental. II. t. 511.

5525/1. HEYNICHIA *Kth.*

(Kth. Indx. semin. hort. Berol. 1844. coll. adnot. p. 8.)

Calyx cupuliformis, profunde quinquefidus. Petala quinque, hypogyna aequalia sessilia oblonga crassiuscula campanulato-conniventia, superne patula. Stamina 10, ima basi monadelpha, superne per phalanges quinque inaequales, unam 4-, duas 2- et totidem monandras disposita. Filamenta

lata, membranacea, apice tricuspidata, cuspide media brevi antherifera, lateralibus subulatis. Antherae lineari-oblongae obtusae, basi cordatae, erectae, secundum longitudinem interne dehiscentes. Ovarium sessile conicum, basi annulato-tumidum et flavum, glabrum, triloculare, in stylum brevem attenuatum; ovula gemina collateralia descendentia subanatropa. Stylus brevis. Stigma crassiusculum convexum, obsolete trilobum, papillosum. Fructus ignotus. Frutex ramis teretibus. Folia sparsa imparipinnata, foliolis oppositis, trijugis cum impari, oblongis acutis, basi cuneatis et breviter petiolulatis, subpellucido-lineolatis, integerrimis, subtus in nervo et venis puberulis, in axillis venarum foveolis glandulosis ciliolatis instructis. Racemi axillares solitarii simplices, folio breviores. Flores sparsi, breviter pedicellati, pedicellis supra medium articulatis, glandulis clavulatis obsitis, basi tribracteolatis; bracteolis glanduloso-ciliatis. — Differt a *Mallea* staminibus per phalanges quinque inaequales dispositis, ovario triloculari, in stylum brevem persistentem? attenuato, basi disco tumido cincto; ovulis geminis collateralibus descendentibus et inflorescentia simpliciter racemosa.

1. *H. MALLEOIDES Kth. l. c. — ♃ — Crescit in India orientali?

5532. **HARTIGHSEA** *Adr. Juss.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 429.)

1. *H. SPECTABILIS Adr. Juss. — Wlprs. l. c. 430. no. 3. — Hook. Icon. plantar. t. 615. 616.

5534. **CABRALEA** *Adr. Juss.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 431.)

1. C. INAEQUILATERA Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (H.) 22. — Ramis velutinis: foliis abrupte pinnatis, foliolis 7–8–jugis oppositis suboppositisve sessilibus oblique lanceolatis, apice longiuscule obtuseque acuminatis, supra puberulis, subtus velutinis; racemis axillaribus compositis, folio multo brevioribus; foliolis calycinis cordato–orbicularibus; petalis oblongis obtusissimis; tubi staminei lobis apice subemarginatis. ♃ — Folia 1½–2½-pollicaria, 7–10 lin. lata, supra magis minusve puberula, pube secus nervum medium aliquantulum copiosiore, foliolorum racemorumque rhachi velutina. Calyx pentaphyllus velutinus, tubus staminеus glaber apice 10–fidus, lobis suboblique truncatis, emarginatis vel subintegris. Tubulus ovarium vaginans leviter quinquesinuatus, extus glaber, intus retrorsum pilosus. Ovarium hirsutum, stylus glaber. — In Brasilia prope Rio de Janeiro.
2. C. TOMENTOSA Casaretto l. c. — Ramis puberulis glabratisve; foliis abrupte vel quandoque impari–pinnatis, foliolis 7–9–jugis oppositis suboppositisve sessilibus oblongis subinaequilateris, apice breviter obtuseque acuminatis, supra puberulis, subtus velutinis; capsulis subrotundis glabris. ♀ vel ♃ — Rhachis foliolorum velutina, foliola 1½–2–pollicaria, 6–8 lin. lata. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

5535. **DIDYMOCHETON** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 431.)

1. D.? LITTORALIS Hsskrl. Tijdschrift voor naturl. Geschiedn. X. I. 138. — Herba perennis aut suffrutex pygmaeus hirsuto–pubescens: foliis impari–pinnatis, foliolis 3–5 ovato–oblongis oblongisve, summo latissimo obovato–spathulato, infimis subintegris, summo inciso–dentato; floribus axillaribus subracemosis; pedunculo 3–5–floro, pedicellis brevibus; sepalis spathulato–linearibus subreflexis; petalis longissimis, a basi ad medium et ultra cum columna staminea connatis, apice liberis, oblongo– aut obovato–lanceolatis (candidis). ♃ — Stamina et pistillum generis. Capsula baccata 2–4–locularis, loculis 2–spermis, seminibus exarillatis albuminosis, angulo centrali insertis, cotyledonibus crassis. — Crescit in Java ad Bantam.

5540/$_1$. **SCHIZOCALYX** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. II. Besondere Beilage p. 1.)

Flores parvi, abortu polygami. Calyx ovato-tubulosus, primum clausus vel subclausus integerrimus (apertura nulla vel minima), deinde irregulariter rumpens 2-3-fidus; petala quatuor (rarius quinque), calyce duplo longiora, oblonga, toro vel gynophoro brevi inserta, glandulae totidem carnosae planae (discum 4-5-partitum dixeris, si magis placet) ex apice tori oriundae inter petala et tubum stamineum interpositae; stamina 4-5 glandulis et petalis alterna, filamentis fere usque ad medium in tubum connatis, antheris bilocularibus lineari-oblongis, introrsis, loculis basi discretis. Ovarium in floribus plurimis imperfectum, in aliis fertile ovatum glabrum 4-5-loculare (loculis praeter unum abortivis); stylus ovario continuus brevis crassus, stigmate obtuso. Fructus bacca subsphaerica corticata, basi calycis vestigio et gynophoro brevissimo suffulta, unilocularis, monosperma; semen inversum adscendens elliptico-rotundum compressiusculum, arillo carnoso vestitum testa chartacea; albumen nullum; embryo orthotropus, cotyledones carnosae maximae suborbiculatae, basi profunde cordatae, plano-convexae, radicula infera brevi, inter cotyledones retracta.

1. SCH. CORIACEUS Hochstett. l. c. p. 2. — Arbor spectabilis: foliis simplicibus oppositis vel rarius alternis, obtusissime obovatis, integerrimis, 1½–2-pollicaribus, breviter petiolatis, crasse coriaceis, utrinque reticulato-venosis, pallide viridibus glabris; paniculis axillaribus terminalibusque, folio brevioribus; floribus parvis bracteolatis; bracteolis ovatis, calyce subduplo brevioribus; petalis sordide albidis vel flavo-viridibus (ex sicco); baccis corticatis magnitudine nucis Avellanae, extus alutaceis. — Crescit in Abyssinia ad Modat.

5541. **TRICHILIA** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 432. II. 817.)

1. TR. MULTIFLORA Casaretto, Diagnos. stirp. novar. Brasil. (II.) 23. — Foliis impari-pinnatis, foliolis 3–4-jugis oppositis oblique ovato-lanceolatis integerrimis glabris, subtus ad nervos tantum pilosiusculis, brevissime petiolulatis, apice in acumen breve obtusum retusumque productis, foliolo impari obverse lanceolato et in petiolulum attenuato; paniculis axillaribus multifloris petiolum communem longitudine aequantibus; floribus cymulosis; antheris villosis. ♂ — Arbor 15–20-pedalis, rami glabri minutissime punctulati, folia 7–9-pollicaria, foliola 2½–3½-pollicaria, 1–1½ poll. lata. Flores parvi albi, pedicelli subhorizontales cymosi. Calyx quinquefidus nonnihil patens. Corollae petala oblonga. — Crescit in Brasilia circa Rio de Janeiro.

5545. **GUAREA** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 434. II. 817.)

† *Species indescripta.*

1. * G. PANICULATA Rxb. — Wlprs. l. c. I. 435. no. 23. — Wght. Icon. plantar. Ind. orient. I. t. 146.

† *Meliacea valde dubia*, **LANSIO** *affinis.*

Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 213. — „Folia glabra, foliolis oppositis trijugis cum impari. Inflorescentia racemosa? brevis. Capsula baccata subglobosa pollicem diametro tenens quinquelocularis, loculicide quinquevalvis. Semen in quovis loculo unicum axi centrali affixum; testa carnosa versus axin incrassata. Embryones interdum 2 collaterales nec superpositi. Radicula supera. Cotyledones crassae carnosae". — In Nova Guinea lecta est.

Adnotatio.

5546. **KALPANDRIA** *Blume.* (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 435.) hoc loco delenda et inter *Ternstroemiaceas dubias* supra pag. 135. no. 5429/$_1$. collocanda erit.

Ordo XLV. CEDRELACEAE *R. Br.*

(Endl. Gener. plant. p. 1053. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 47. II. 35. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 436. — MELIACEARUM sectio II. DC. Prodr. I. 624.)

5557. IXIONANTHES *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 154.)

1. I. RETICULATA W. Jack l. c. — Floribus decandris; foliis integerrimis. ♁ — Ramuli glabri compressi. Folia alterna petiolata elliptico-oblonga emarginata, basin versus subattenuata integra glabra firma rigidaque, margine crassa revoluta, supra nitida, infra glaucescentia, venoso-reticulata, circiter tripollicaria. Petioli breves supra complanati. Stipulae minutae deciduae. Pedunculi in ramulis junioribus axillares folio multo longiores glabri, apice dichotomi cum pedicello in bifurcatione, plerumque septemflori, flores parvi virescentes. Calycis quinquepartiti segmenta rotundata. Petala 5 rotundata cum sepalis glutinosa. Stamina 10, filamentis infra petala insertis, antherae luteae biloculares. Ovarium basi annulo carnoso luteo circumdatum, quinqueloculare, loculis biovulatis. Stylus erectus. Stigma capitatum. Capsula calyce persistente corallaque aucta circumdata oblonga apiculata glabra quinquevalvis quinquelocularis, valvarum margine utroque ad dissepimentum introflexo, loculis 2–1-spermis, dissepimento spurio separatis, semina compressa oblonga angulata basi alata. Albumen semini conforme, embryo centralis inversus. Cotyledones ovales planae, radicula supera cylindrica cotyledonibus brevior. — Crescit in insulae Sumatrae ora occidentali ad Tappanuly.

2. I. ICOSANDRA W. Jack l. c. — Floribus icosandris; foliis crenatis. ♁ — Folia alterna vel sparsa breviter petiolata lanceolato-oblonga emarginata dentato-crenata glaberrima, supra nitida, circiter semipedalia. Stipulae parvae deciduae. Pedunculi axillares folia subaequantes, umbellam vel corymbum trichotomum gerentes. Flores virescentes. Bracteae parvae. Calyx 5–6-partitus, petala 5–6 calyceque glutinosa patentia subrotunda pallescentia et subtransparentia. Stamina 20 corolla multo longiora. Annulus nectarifer crenatus. Ovarium 5–6-loculare, loculis biovulatis. Stylus staminibus parum longior, stigma capitatum. Capsula ovata apiculata glabra, 5–6-locularis, 5–6-valvis, valvis margine introflexis. Semina in loculis bina oblonga utrinque membranaceo-alata, ala superne bifida. — Crescit in interiore Bencoolen.

$5557/_1$. VAVAEA *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 212. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 95.)

Sepala 5-6, aestivatione leviter imbricata. Petala totidem hypogyna, aestivatione imbricata. Stamina 15-20 corolla breviora inaequilonga. Filamenta basi glabra in tubum disco adnatum monadelpha, superne libera hirsutissima. Antherae introrsae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Discus hypogynus cupuliformis carnosus, ovarium cingens et ei aequilongus. Ovarium intra discum sessile hispidum triloculare. Ovula in quovis loculo duo, angulo centrali affixa. Stylus simplex; stigma crassum peltatum, obscure triradiatum. — Frutex vel arbor? Rami glabri, ramuli juniores pubescentes. Folia simplicia in apice ramorum approximata alterna obovato-oblonga obtusa emarginata vel obtuse acuminata, basi in petiolum brevem angustata tripollicaria chartaceo-membranacea penninervia, supra glabriuscula, subtus sparse hirtella. Stipulae lineari-lanceolatae villosae

deciduae. Flores cymosi ad apicem pedunculi axillaris folio brevioris. Inflorescentia tota pubescens. Bracteae parvae. Sepala lanceolata villosa lineam longa. Petala utrinque puberula sepalis longiora crassiuscula oblonga obtusa. Discus intus pilosus. Filamentorum villi antheris longiores.

1. *V. AMICORUM Bth. l. c. — ♀ vel ♂ — Crescit in insula Amicorum „Vavao“

Ordo XLVI. AMPELIDEAE *Kth.*

(Endl. Gener. plant. p. 796. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 51. II. 36. — DC. Prodr. I. 627. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 437. II. 817.)

4566. CISSUS *Linn.*

(*Cissus* et *Ampelopsis* DC. Prodr. I. 627. 632. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 437. II. 817.)

1. C. *(Cissus)* OBTUSATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 77. — Foliis simplicibus obovatis ovatisve obtusissimis vel vix obtuse acuminatis, basi angustato-cuneatis quinquenerviis, margine minute et remote dentatis, utrinque ramulisque glabris; umbellae glabrae ramis 5 bifidis cymosis. — Crescit in isthmo Panamensi.
2. C. *(Cissus)* DREGEANUS Bernhardi, Flora (B. Z.) XXVII. I. 297. — Foliis inferioribus trifoliolatis, superioribus trilobis, foliolis lateralibus oblique ovatis subintegerrimis, intermedio majore cuneiformi, saepe utrinque 1–2-dentato; racemis paucifloris, folio multo brevioribus. — *Cissus* no. 7526. Hb. Drèg. Folia adulta glabra, juniora cum caule, petiolis calycibusque ferrugineo-subtomentosa. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis Outenique, George.
3. C. *(Ampelopsis)* DIVERSIFOLIA Wlprs. Nov. act. acad. Leopold. Carol. nat. curios. XIX. Suppl. I. 314. — Fruticosa erecta ecirrhosa: foliis inferioribus subbipinnatis vel supradecompositis, mediis pinnatis, supremis interdum trifoliolatis, foliolis ovato-rhombeis vel ovali-ellipticis acuminatis repando-crenatis subtus glaucis, florum umbellis laxe paniculatis. ♀ — Frutex forte subscandens gracilis glaberrimus. Folia inferiora bipinnata, foliolis imis trifoliolatis, reliquis simplicibus pedicellatis, foliola pollicaria vel ultra, semipollicem vel pollicem lata, ovali-elliptica, ovata vel ovato-rhombea acuminata repando-crenata, in sinubus mucronato-denticulata discoloria. — Crescit in China ad Cap Syng-moon.

† *Icones addendae.*

C. ADNATA Rxb. (DC. Prodr. I. 627. no. 3.) — Wght. Icon. pl. I. t. 144.
C. AURICULATA Rxb. (DC. l. c. 632. no. 68.) — Wght. l. c. t. 145.
C. (VITIS?) ANGUSTIFOLIA Rxb. (DC. l. c. 631. no. 57.) — Wght. l. c. t. 176.
C. (VITIS?) CARNOSA Lam. (DC. l. c. 630. no. 38.) — Wght. l. c. t. 171.
C. (VITIS?) LANCEOLARIA Rxb. (DC. l. c. 632. no. 72.) — Wght. l. c. t. 28. et 177.
C. (VITIS?) PALLIDA Wght. l. c. t. 50. (Species indescripta?)
C. (VITIS?) QUADRANGULARIS Linn. (DC. l. c. 628. no. 14.) — Wght. l. c. t. 51.
C. (VITIS?) SETOSA Rxb. (DC. l. c. 630. no. 37.) — Wght. l. c. t. 170.
C. HYDROPHORA Gaudich. Voyage de la Bonite t. 131. (Species indescripta.)

4568. PTERISANTHES *Blume.*

(Blume, Bijdragen 192. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 444.)

(Character emendatus.) Flores hermaphroditi supra receptaculorum foliaceorum capreolum terminantium facies sessiles fructiferi vel in eorum margine pedicellati steriles. Calyx cupuliformis truncato-repandus vel repando-4-5-denticulatus. Corollae petala 4-5 aestivatione valvata, sub anthesi

patentia triangularia decidua. Stamina 4-5, petalis opposita infra disci centralis 4-5-lobi sinus inserta, filamentis subulatis, antheris ovato-cordatis bilocularibus, loculis rima antica apertis. Ovarium disco innixum basique immersum biloculare. Ovula in quovis loculo bina collateralia, septo spurio incompleto parietali separata, e dissepimenti basi erecta anatropa, unum in quovis loculo abortivum. Stylus brevissimus, stigma capitellato-truncatum. Bacca obovata bilocularis 1-2-sperma. Semen obovatum, dorso convexo rugosum, ventre angulatum laeve, raphe in ventris sulco recepta. Albumen corneum trilobum. — Frutex Javanicus scandens tomentoso-hirtellus: foliis 3-5-foliolatis, foliolis sinuato-dentatis; inflorescentia e receptaculis foliaceis circa capreoli ramum dispositis, e margine externo flores pedicellatos, e paginis sessiles exserentibus.

1. *PT. CISSOIDES Blume l. c. 193. — (Wlprs. l. c.*) — Miquel in Schlchtd. Linnaea XVIII. p. 385–397. t. 8. — Descriptio amplissima. — *Cissus involucrata* Spr. Syst. veget. cur. poster. 44. — ♄ ∪ — Crescit in insulae Javae prov. Buitenzorg.

4569. **LEEA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 635. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 444.)

1. L. HUMILIS Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 168. — Foliis bipinnatis vel subtripinnatis, foliolis ovatis vel ovato-oblongis acuminatis, basi rotundatis crenato-serratis, supra glaberrimis, subtus asperulis, utrinque lucidis. ♄ — Colitur in horto Bogoriensi.
2. L. MANILLENSIS Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 314. — Foliis supradecompositis, foliolis ovali-ellipticis, basi breviter, apice longe acuminatis argute serrato-dentatis, utrinque glaberrimis lucidis; floribus umbellulatis, umbellulis laxe lateque paniculatis. ♄ — Folia supradecomposita vel si mavis trifoliata, foliolis lateralibus trifoliolulatis, medio imparipinnulato, pinnulis 3–11 ovali-ellipticis, utrinque, sed apice longius acuminatis 2–4-pollicaribus, ultra pollicem latis penninerviis, utrinque glaberrimis lucidis. A *L. staphylea* Rxb., cui proxima est, differt foliis foliolisque duplo triplove brevioribus vix angustioribus, ovali-ellipticis nec lanceolato-ellipticis, abrupte caudato-attenuatis, dentibus acutis nec obtusiusculis, florum panicula laxiore. Simillima *L. staphylea* var. *α* Wght. Hb. propr. 434, sed differt foliolis angustioribus longius acuminatis, basi cuneatis, nec subovatis dentibusque argutis. — Crescit in Manilla (Hali-hali).

† *Icon addenda.*

L. STAPHYLEA Rxb. — Wght. Icon. plant. I. t. 78.

4572. **BERSAMA** *Fresen.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 445.)

1. B. ABYSSINICA Fresen. Mus. Senkenberg. II. 281. t. 17. — (Wlprs. l. c.) — Arbor. Folia alterna impari-pinnata 5–6-juga, petiolus communis supra sulcatus, basi incrassatus, petioluli lineam longi canaliculati, basi villosi. Foliola 5–8-pollicaria coriacea oblongo-lanceolata acuminata integerrima vel saepius supra medium acute serrata, penninervia, nervo medio in mucronem excurrente, subtus ad nervum medium sparse pilosula, caeterum glabra, utrinque nitida. Stipula coriacea intrapetiolaris margine ciliata semiamplexicaulis, apice bifida. Racemi in apice ramorum oppositifolii 8-pollicares pedunculati multiflori, rhachis sulcata, basi glabra, intra flores pilosula. Flores hermaphroditi regulares, pedicello lineam vel sesquilineam longo tomentello suffulti, ad basin bracteola subulata villosa stipati. Sepala 5 basi connata 2½ lin. longa, laciniis duabus inferioribus fere apicem usque coalitis, ovato-oblonga acuminulata, subcarinata coriacea tomentoso-marginata, supra glabra, basi sparse pilosula. Petala 5 cum sepalis alternantia disco annulari inserta, oblongo-linearia, basi attenuata, utrinque tomentella, basi tantummodo superne glabra semipollicaria, sesquilineam lata, aestivatione

imbricata. Stamina 5 sepalis opposita, filamenta tomentosa, basi dilatata, in tubum coalita calyce paullo breviorem, antherae oblongae pilosae basifixae biloculares longitudinaliter dehiscentes. Ovarium ovatum villosum in stylum attenuatum sub sigmate glabrum filiformem 2 lin. longum, pentagonum quinquelocular e?,..... ovulatum? Stigma capitatum subpentagonum. — Crescit in Abyssinia in Gondo Asamer.

Ordo XLVII. GERANIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 637. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 445. II. 818. — Endl. Gener. plant. pag. 1166. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 57. II. 41. — LEDOCARPEAE et VIVIANIACEAE Meisn. l. c. I. 58. II. 42.)

6045. **ERODIUM** *Herit.*

(DC. Prodr. I. 644. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 445. II. 818.)

1. **E. JACQUINIANUM** Fisch. Mey. et Lallem. Linnaea XVIII. 209. — Annuum, pilis patulis hispidulum: caule erectiusculo ramoso; foliis pinnatisectis quadrijugis; segmentis (jugis) basi ad costam usque partitis, lobis inciso-dentatis, rhachide immarginata; umbellis multifloris; involucri phyllis obtusis; sepalis mucronulatis petala subaequalia oblonga aequantibus pedunculisque glanduloso-pilosis; filamentis glabris; rostro carpellis octies longiore. ☉ vel ♂ — *E. hirtum* Hortor. et Jcq. Eclog. pl. I. 85. t. 58. (nec. Willd.) — Crescit.....?
2. **E. CYGNORUM** Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 162. † — Caule „prostrato" petiolisque retrorsum pilosis; foliis oppositis incumbenti-pilosis trisectis; segmentis lateralibus divaricatis bifido-dentatis, medio majore trifido inciso-dentato; pedunculis submultifloris; calycibus nervosis sericeo-incanis breviter aristatis. ☉ — Summopere affine *E. gruino*, cujus forte varietas? — Crescit in Nova Hollandia ad flumen Cygnorum supra oppidulum Perth.

6046. **GERANIUM** *Herit.*

(DC. Prodr. I. 639. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 447. II. 819.)

1. **G. BRUTIUM** Gasparini in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 643. — Molliter pubescens: caule ramoso debili; foliis rotundatis planis lobato-7–9-fidis, lobis latis subcuneatis inciso-lobulatis; sepalis ovato-oblongis mucronatis; petalis calyce triplo longioribus profunde bilobis; carpidiis rugosis glabris. ☉ — Crescit in sepibus et collibus Calabriae prope Rosarum.
2. **G. CAESPITOSUM** Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 315. — Caespitosum, undique pilosum: caulibus brevissimis prostratis; foliis profunde palmato-quinquefidis, lacinia media longiore triloba, lacinulis crenato-incisis, lateralibus trilobis, lobulis rotundatis obtusis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris. ♃ — Habitus omnino *G. sessiliflori*. Planta humillima prostrata, exceptis solis petalis, undique sericeo-pilosa. Folia longe petiolata, petiolo lamina 3–4-plo longiore, 5- (rarius) 7-loba, laciniis crenato-inciso-lobulatis rotundatis obtusis. Stipulae lanceolatae acutae ferrugineae membranaceae, caulem basi omnino obtegentes, 3–5 lin. longae, petiolo multoties breviores. Pedunculi folio duplo vel triplo breviores, uniflori. Petala calyce duplo longiora rosea (?). — Proximum *G. sessiliflor o*, quocum tamen non confundendum, recedit enim ab illo foliorum ambitu rhombeo nec orbiculari-peltato, surculis brevissimis, sed internodiis certe distinctis, floribus non radicalibus sed ramealibus stipulisque longius liberis angustioribus. Sed praeter foliorum formam r h o m b e a m nullum certum adducere queo discrimen. — Crescit in Peruvia ad Lago de Titicaca.

3. G. AUSTRALE Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 162. † — Pilis brevibus reversis canescens: caule procumbente, foliis palmatim quinquepartitis, laciniis sublinearibus obtusis trifidis; pedunculis bifloris; ovariis hirsutissimis; staminibus glabris; petalis calyce longioribus subemarginatis (coeruleis) ♃? — A *Geranio piloso* differt statura minori, caule procumbente pubescentia breviore densiore reversa, canescente. — Crescit in Australia occidentali.

4. G. MICROPHYLLUM Hook. fil. Antarct. voy. of Terror et Erebus 8. † t. 5. — Pusillum adpresse pubescens: caulibus ascendentibus; foliis omnibus longe petiolatis orbiculari-reniformibus 5-7-lobis, lobis trifidis, subtus discoloribus; pedunculis lateralibus solitariis vel binis elongatis unifloris, supra medium bibracteolatis; petalis albis) obovato-cuneatis integris vel retusis, glandulis ad basin staminum fere obsoletis, filamentis ciliatis; stylis brevibus; ovario piloso. ♃ — Radix ad collum squamis vaginantibus fuscis ovatis nitidis obsita. Caules ex eadem radice plures 3-5-unciales decumbentes, dein ascendentes parce pilosi. Folia longissime petiolata 1/2 uncias lata laete viridia, subtus fusco-purpurea. Petioli biunciales, superne incano-pilosi. Stipulae ovatae rufo-fuscae scarioso-membranaceae. Pedunculi uniflori petiolo breviores. Stamina 10 subaequalia. — Affinis *G. potentilloidi* Herit. — Crescit in insulis Aucklandicis.

† *Icon addenda.*

G. WALLICHIANUM D. Don. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 324.

6048. PELARGONIUM *Herit.*

(DC. Prodr. I. 640. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 451. II. 820.

1. P. *(Athamanthoidea)* MEIFOLIUM Meisn. Flora (B. Z.) XXVII. I. 299. — Fruticosum ramosum glabrum: foliis 3-5-jugo-bipinnatipartitis, laciniis subulato-linearibus acutis pinnatifidis integrisve; pedunculis 2-5-floris; involucri polyphylli foliolis stipulisque anguste linearibus setaceo-acuminatis erectis; sepalis erectis lanceolatis setaceo-acuminatis, pedicellum aequantibus, tubo nectarifero gracili, basi gibbo duplo brevioribus ciliolatis, apice villosulis; petalis 2 superioribus obovato-oblongis, basi purpureo-lineolatis, inferioribus 3 multo minoribus spathulatis; pistillo pilosulo. ♄ — Proximum *P. fruticoso* Willd., sed facile dignoscendum caule densius folioso, foliorum laciniis angustioribus, stipulis et involucri foliolis subsetaceis (4-6 lineas longis) et calycis tubo nectarifero longiore (10 lin. longo). Petala rosea. Stamina 10, alterna breviora sterilia. — Crescit in Promontorio bonae spei prope Zwellendam et Gnadenthal.

2. P. *(Peristera)* CRINITUM Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 163. † — Caule angulato diffuso petiolisque pilis mollibus patentissimis villoso; foliis cordato-subrotundis lobatis crenatis glabriusculis, basi cuneiformibus subcucullatis; pedunculis multifloris; petalis lineari-cuneiformibus; carpellorum aristis in medio longe barbatis, basi apiceque glabris. ♄

   α. Pedicellis longiusculis.

   β. Congestum: floribus propter pedunculos breviores magis congestis pallidioribus, caule firmiore breviore. — Crescit in solo arenoso ad lacum Mathilde (Hay) in Nova Hollandia.

6050. LEDOCARPUM *Dsf.*

(DC. Prodr. I. 702. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 460.)

1. *L. MEYENIANUM Wlprs. l. c. no. 3. — *Ledocarpum cistiflorum* Meyen, Reise I. 470. (Nov. Act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 316. excl. synon. Hook.)

6051. WENDTIA *Meyen.*

(Wlprs. Repert. bot. systemat. I. 460.)

1. W. GRACILIS Meyen, Reise I. 308. — Wlprs. Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 316. t. 8. — Foliis trifidis, laciniis angustis acutis glaberrimis uninerviis; corymbis terminalibus multifloris. ♃ — In Chili in Cordillera San Fernando.

Ordo XLVIII. TROPAEOLEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 683. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 465. II. 820. — Endl. Gener. plant. p. 1174. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 58. II. 42.)

6063. **TROPAEOLUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 683. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 465. II. 820.)

§. 1. *Foliis palmatifidis.*

1. TR. AZUREUM Miers, Trav. in Chili, Appdx. ex Bertero, Memorie di Torino XXXVII. 47. t. 2. — (Wlprs. l. c. 465. no. 2.) — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 65. — Paxton, Magaz. of bot. IX. 247. (c. ic.) — Alb. Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XIII. 130. — Tuberosum: foliis peltatis profunde quinquelobis, lobis obovatis vel obverse lanceolatis, uno saepe mucronulato; calycis laciniis oblongis petalorum ungue longioribus; calcare conico brevissimo; corolla consuta; petalis omnibus obovatis emarginatis, lobis integerrimis. ♃ ∪∩ — Caulis solitarius tenuis filiformis scandens, e radice tuberosa, ramosissimus volubilis glaberrimus. Folia longe petiolata, petiolis filiformibus contortis, profunde quinqueloba, lacinia intermedia majori, lateralibus utrinque gradatim minoribus, obovatis, obverse lanceolatis vel linearibus obtusis, intermedia mucronata. Flores axillares solitarii, pedunculi teretes petiolis longiores crassioresque. Calyx virescens in calcar breve conicum abiens, laciniis ovalibus breviter acuminatis petalorum ungues superantibus. Petala regulariter approximata luride azurea vix odorata aequalia obovata, basin versus in unguem longiusculum virescenti-albidum attenuata, apice profunde emarginata, caeterum integerrima. Stamina petalorum unguibus breviora, antheris flavis. — (Idem esse dicitur ac *Tr. pentaphyllum* Lam. — Cf. Hook. Bot. Miscell. III. 161.) — Crescit in Chili.
2. TR. VIOLAEFLORUM A. Dietr. l. c. 130. — Tuberosum: foliis peltatis profunde quinquelobis, lobis obovatis vel obverse lanceolatis obtusis, uno mucronulato; calycis laciniis ovatis petalorum ungue brevioribus; calcare conico brevi; corolla flaccida; petalis omnibus obovatis emarginatis, lobis subrepandis. ♃ ∩∪ — Caulis e radice tuberosa solitarius tenuis filiformis ut tota planta glaberrimus ramosissimus volubilis. Folia longe petiolata, petiolo filiformi contorto, peltata profunde quinqueloba, laciniis inaequalibus obovatis seu obverse lanceolatis obtusis, intermedia majori breviter mucronulata. Flores axillares solitarii, pedunculi teretes petiolis longiores et crassiores. Calyx virescens in calcar breve conicum subcurvatum transiens, laciniis ovatis breviter acuminatis quam ungues petalorum brevioribus. Petala patentia, juniora pulcherrime azurea, adulta pallidiora *(Heliotropium Peruvianum* redolentia) aequalia obovata, basi in unguem longum angustissimum albidum attenuata, apice profunde emarginata, lacinulis subrepando-denticulatis. Stamina petalorum unguibus breviora, antheris flavis. — *Tr. azureum* Hook. Bot. Magaz. t. 3985? — *Tr. azureum* var. *obscurum* Van Houtte, Catal. pl. venal. 1844. (Species ad specimen unicum cultum exstructa, num servanda erit, cultura ulterior docebit.) — Crescit in Chili.
3. TR. BRIDGESII Gardn. Sertum plantar. t. 39. — Scandens: foliis profunde peltatisectis, segmentis 6–7 linearibus obtusis, basi subattenuatis, uno saepe mucronulato majori; calycis segmentis ovatis acutis; petalis obcordatis; calcare recto attenuato petalis majoribus aequilongo. ♃? — Crescit in Brasilia.

§. 2. *Foliis peltatis obscurius lobatis.*

4. TR. BRASILIENSE Casaretto, Atti della tertia Riunione degli scienciati Italiani 512. et Novar. stirp. decad. I. 9 — Volubile glaberrimum: foliis peltinerviis pal-

matilobatis, lobis integris rotundatis, apice subtruncatis ac in medio mucronulatis; petalis 2 superioribus incisis, 3 inferioribus paullo minoribus spathulatis fimbriatis, calcare recto corolla subduplo longiore. ♃∪∩ — Folia basi transversim truncata quinqueloba, lobis tribus interioribus paullo latioribus quam longis. Ramuli floriferi foliis minoribus instructi. Flores dilute flavi, petalorum ungue calycisque lobis intus punctis rubellis adspersis. — Crescit in Brasilia.

5. TR. PELTOPHORUM Bth. Plant. Hartw. p. 127. no. 722. — Annuum, pubescens: foliis late orbiculato-peltatis 7–9-nerviis mucronulatis, margine integris vel obsolete et obtusissime sublobatis; pedunculis elongatis; calyce pubescente; petalis dentato-sublobatis, tribus prope unguem utrinque ciliato-aristatis, duabus majoribus nudis. ☉ — Folia latiora quam longa, petiolo vix excentrico, nervo medio in mucronem excurrente, caeteris vix ad marginem attingentibus. Calycis calcar pollicare, laciniae late oblongae, obtusissimae, membranaceae, majores 4 lin. longae. Petala majora laciniis calycinis fere duplo longiora. — Crescit in Columbiae arvis prope Loxam.

6. TR. LOBBIANUM Hook. Bot. Magaz. t. 4097. — Paxton, Magaz. of bot. XI. 271. (c. ic.) — Foliis orbiculatis obscure lobatis peltatis (lobis mucronulatis) subtus glaucis cauleque scandente, petiolis pedunculisque pilosis; petalis calycem attenuato-calcaratum pilosum superantibus; petalis obovatis, duobus superioribus integerrimis sublobatis, tribus inferioribus minoribus grosse dentatis inferne fimbriatis longe unguiculatis. ♃∪ — Crescit in Columbia.

† *Species vix nota.*

TR. MUCRONATUM Meyen, Reise II. 27. — In collectione Meyeniana deest.

†† *Icones addendae.*

TR. BRACHYCERAS Hook. et Arn. — Paxton, Magaz. of bot. V. 55. (c. ic.)

TR. EDULE Rz. et Pav. — Paxton l. c. IX. 127. (c. ic.)

TR. MAJUS Linn. var. ATROSANGUINEUM Paxton l. c. I. 176. (c. ic.)

TR. MORITZIANUM Klotzsch. — Paxton l. c. VIII. 199. (c. ic.)

TR. POLYPHYLLUM Cav. — Hook. Bot. Magaz. t. 4042. — Paxton, Magaz. of bot. X. 175. (c. ic.)

TR. TRICOLORUM Lindl. — Paxton l. c. II. 123. (c. ic.) (var. *majus venustum* Paxton l. c. 193. c. ic.)

TR. TUBEROSUM Rz. et Pav. — Hook. Icon. plantar. t. 653. — Paxton, Magaz. of bot. V. 193. (c. ic.)

††† *De Tropaeolorum varietatibus hybridis conferas Wlprs. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung XII.* 145. *et Dietr. ibidem p.* 298.

Ordo L. BALSAMINEAE *A. Rich.*

(DC. Prodr. I. 685. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 467. II. 821. — Endl. Gener. plant. p. 1173. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 58. II. 42.)

6060. IMPATIENS *Linn.*

(*Impatiens* Riv. et *Balsamina* Riv. — DC. Prodr. I. 685. 687. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 467. II. 821.)

1. I. MANILLENSIS Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 317. — Caule herbaceo erecto ramoso glaberrimo; foliis inferioribus quaternis verticillatis, superioribus oppositis ovatis, utrinque longe acuminatis glaberrimis, subtus glaucis, tenuissime membranaceis, margine remote obtuseque crenatis, inter

crenaturas mucronatis; floribus axillaribus pedunculatis; pedunculis solitariis uni-floris folio triplo vel quadruplo brevioribus; petalis lilacinis profunde bifidis; calcare longissimo filiformi pedunculo sublongiori. ⊙? — Folia suprema congesta pseudo-verticillata subsessilia, inferiora longiuscule petiolata 3–8-pollicaria ovata vel suprema ovato-elliptica vel elliptico-lanceolata, 8–24 lin. lata tenuissime membranacea, in vivo succulenta? — Affinis habitu *I. dasyspermae* Wght. — In insula Luzon ad Manillam crescit.

† *Icones addendae.*

I. SCABRIDA DC. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 323.

I. TRICOHNIS Lindl. — Hook. Bot. Magaz. t. 4051.

I. SCAPIFLORA Heyne. — Paxton, Magaz. of bot. V. 101. (c. ic.)

Ordo LI. OXALIDEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 659. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 477. II. 821. — Endl. Gener. plant. p. 1171. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 57. II. 42.)

6058. OXALIS *Linn.*

(*Oxalis* et *Biophytum* DC. Prodr. I. 690. 689. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 477. II. 821.)

§. 1. *Oxalis L. — Foliis trifoliolatis.*

1. O. SPODIOPHYLLA Wlprs. Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 318. — Cinereo-sericea: caule suffruticuloso sublignoso, petiolorum basibus squamaeformibus tecto; foliis trifoliolatis, foliolis crassiusculis obcordatis; pedunculis axillaribus petiolorum longitudine; floribus umbellatis 3–8-nis; calycibus sericeis; corollis purpureo-lilacinis; stylis stamina superantibus. ♃ — Caulis vix apice ramulosus, squamis ferrugineo- vel cinereo-tomentosis. Petioli 1½–2½-pollicares, ima basi dilatati, cinereo-lanati. Foliola in var. *α.* magnitudine formaque iis *Trifolii repentis* subsimilia, dense cinereo-sericea. Corollae calyce duplo longiores.

β. microphylla: foliolis duplo triplove minoribus profundius obcordatis. — Crescit in Chili, Cordillera de S. Fernando.

2. O. POLYANTHA Wlprs. l. c. 319. — Rhizomate crasso sublignoso ramoso; foliis plurimis imbricatis longe petiolatis trifoliolatis, foliolis cuneatis bifidis; pedunculis petiolo dimidio fere longioribus flores 6–10 apice gerentibus; corollis calyce duplo longioribus (ex sicco) atro-purpureis; stylis stamina subaequantibus. ♃ — Rhizoma crassum sublignosum, demum aëreum, petiolorum basibus undique squamatum, subramosum. Folia in apice rhizomatis dense aggregata, imbricata, longe petiolata, petiolis basi dilatatis supra dilatationem articulatis, basibus squamaeformibus persistentibus. Foliola 3, cuneata, apice profunde bifida, laciniis obtusis divaricatis, cum petiolis pedunculis calycibusque glabra, crassiuscula. Pedunculi axillares, folio parum longiores, frequentissimi. Flores 6–10 umbellati, pedicellis calycis longitudine, basi involucratis, involucro brevissimo filamentoso. Calycis persistentis foliola ovato-orbiculata acuta. Capsula calyce brevior, loculis monospermis, styli staminibus subbreviores patentim pilosi, stigmatibus papillosis. Filamenta pilosa. — Ab *O. tinctoria* (Poepp. Coll. pl. Chil. 132.) foliolis minoribus apice non rotundatis, pedunculis duplo fere brevioribus floribusque atro-purpureis differre videtur. — Species affinis *O. Haenkeanae* Juss. — Crescit in Chile, Cordillera de S. Fernando.

β. Peruviana: crassiuscula, foliolis obtusioribus pedicellisque calyce duplo brevioribus. — Crescit in Peruvia, Altos de Toledo.

3. O. ALSINOIDES Wlprs. l. c. — Annua subacaulis: foliolis obcordato-cuneatis, utrinque cinereo-pilosiusculis; pedunculis folio parum longioribus cum petiolis calycibusque glanduloso-pilosis dichotome racemosis paucifloris; pedicellis demum refractis; capsulis parvis calyce brevioribus, loculis monospermis. ⊙ — Species sequens huic valde affinis forteque cum ea consocianda. — Crescit in Chili prope Valparaiso.
4. O. MICROCARPA Bth. Plant. Hartweg. p. 115. et Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 77. — Caulescens erecta pubescens: foliis ternatis, foliolis ovato- vel oblongo-rhombeis obtusiusculis, basi cuneatis ciliatis, utrinque puberulis, subtus glaucis, terminali distante, lateralibus inaequilateris; pedunculis elongato-bifidis multifloris; sepalis acutis capsulas aequantibus. ♃? — Affinis *O. Barrelieri* et *O. hedysaroidi*, sed gracilior et floribus et praesertim capsulis parvis facile distinguenda. Herba est humilis, vix umquam in speciminibus pedalis, apice more affinium alternatim vel fasciculatim foliosa, magis minusve pubescens. Stipulae inconspicuae. Petioli graciles pollicares. Foliolum terminale 6–10 lin. longum vel rarius pollicare, lateralia minora angustiora in speciminibus vegetioribus fere glabra. Pedunculus 2–3-pollicaris, gracilis, ramis simplicibus demum ultra pollicaribus. Flores breviter pedicellati, 1 lin. longi. Stamina longiora et styli apice pilis paucis barbata. Capsulae loculi monospermi. — Crescit in Columbia prope pagum Zamboronton.
5. O. NUBIGENA Wlprs. l. c. 320. — Pusilla annua: foliis 1–3-foliolatis, foliolis obcordato-orbicularibus glaberrimis, petiolis membranaceo-dilatatis, ultra medium cum stipulis latissimis hyalino-membranaceis concretis, pedunculis axillaribus unifloris; floribus lacteis. ⊙ — Plantula vix ultra semipollicaris, radicula simplici annua. Folia infima simplicia, superiora trifoliolata. Pedunculi folia aequantes. Corolla calyce longior. Foliola celluloso-carnosula videntur. Capsula ignota. — Crescit in Peruvia, Laguna de Titicaca.
6. O. PREISSIANA Steudel in Lehm. Plant. Preiss. I. 160. † — Caule tenero simplici sursum folioso; foliis omnibus petiolatis, petiolis basi cum stipulis adnatis (cum caule patentim) hirsutis, foliolis omnibus sessilibus subprofunde bifidis ciliatis glaucescentibus puncticulatis; pedunculis rectis folia superantibus, supra medium bibracteolatis; stylis longissimis. ⊙ — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis ad Pointwater.
7. O. COGNATA Steudel l. c. † — Tenera parvula, caule procumbente ramoso petiolisque pilosis; foliolis sessilibus obcordatis sparse pilosis ciliatis; pedunculis axillaribus petiolos superantibus medio bibracteatis refractis; stylis intermediis. ⊙ — Crescit in insula Australasica Rotenest locis arenoso-conchyliosis ad lacum.

Sectio II. BIOPHYTUM DC.

Folia pinnata.

8. O. LINDSAEAEFOLIUM J. Hook. Lond. journ. of bot. III. 141. † t. 1. et 2. — Fruticosa: caule erecto simplici, apice folioso; foliis abrupte pinnatis multijugis breviter petiolatis, foliolis oblongis oblique cuspidato-acuminatis costatis oblique venosis, stipite rachique costatis; pedunculis axillaribus; capitulis multifloris densis globosis; bracteis e lata basi subulatis rigidis; sepalis lanceolato-acuminatis; petalorum unguibus in tubum connatis; filamentis longioribus stylos longe superantibus; radice fusiformi. ♄ — Crescit in Columbia.

† *Icones addendae.*

O. CORNICULATA L. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 18.
O. LOTOIDES H. B. Kth. — Hook. Icon. plantar. t. 661.
O. SENSITIVA Linn. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. t. 68.

Ordo LII. ZYGOPHYLLEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 703. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 493. II. 822. — Endl. Gener. plant. p. 1161. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 59. II. 43.)

6030. TRIBULUS *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 703. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 493. II. 822.)

1. *TR. LANUGINOSUS Linn. — DC. l. c. 704. no. 5. — Wght. Icon. plant. Ind orient. I. t. 98.

6034. FAGONIA *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 704. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 498. II. 822.)

1 F. CALIFORNICA Bth. Bot. of Belcher's Voy. of the Sulphur 10. — Ramis diffusis repetito-dichotomis; foliis trifoliolatis, foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis articulatis, margine nudis, petiolo brevioribus. ♃

α. Hindsiana: glabra: stipulis brevissimis.

β. Barclayana: puberula: stipulis setaceo-spinescentibus, petiolo paullo brevioribus. — Crescit in California „Bay of Magdalena".

6035/1. SARCOZYGIUM *Bnge.*

(Bnge. in Schlchtd. Linnaea XVII. 7. t. 1. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 823.*)

Sepala quatuor decidua carnosula. Petala 4 hypogyna sepalis longiora unguiculata. Stamina 8 hypogyna, omnia petalis longiora, exteriora sepalis opposita breviora, interiora oppositipetala longiora, filamenta subulata, basi intus squamula semiadnata, apice lacera aucta, antherae medio affixae introrsae biloculares birimosae. Ovarium substipitatum trigonum vel anceps 3-2-loculare, ovula in quovis loculo 6 angulo centrali appensa superposita hemianatropa. Stylus continuus subulatus, stigma punctiforme. Fructus capsularis indehiscens 3-2-locularis, late 3-2-alatus, loculis monospermis, uno alterove saepe effoeto mono-dispermus. Semen infra apicem appensum, raphe demum soluta vel solubili, compressum, margine interiore crassiore rectilineo, sulco laevi exarato, interno acuto convexe arcuato, testa crustaceo-papulosa. Embryo albumine corneo inclusus rectiusculus, radiculae apice a hilo remoto, cotyledones virides oblongae crassiusculae. — Frutex Mohongolicus.

1. S. XANTHOXYLUM Bnge. l. c. 8. t. 1. — Frutex glaber 1-2-pedalis ramosus, ramis alternis saepe spinescentibus, cortice albido-griseo striato, ligno duro citrino. Folia in ramis novellis opposita stipulata, stipulis membranaceis minutis, utrinque per paria connatis, apice rotundatis, caducissimis, in ramis vetustioribus fasciculata exstipulata petiolata, petiolo, basi cartilaginea soluta, carnoso teretiusculo clavato, utrinque sulco exarato 5-9 lin. longo vel breviore, apice in processum minutum carnosulum cartilagineum acutiusculum producto, unijuga. Foliola ad apicem petioli superne foveolis, pilis nonnullis (stipellis laceris??) mox evanidis stipatis inserta, carnosa lineari-spathulata, apice obtusa rotundata, recta vel saepius arcuato-incurvata pallide glauca glaberrima petioli longitudine vel longiora. Flores axillares solitarii vel rarius bini, pedicellati ebracteati, pedicello 4 lin. longo teretiusculo. Sepala oblonga carnosula, basi latiuscula, superne rotundata, margine tenui hyalino, 3 lin. longa vel paullo longiora, superne fere sesquilineam lata. Petala unguiculata obovata, apice retusa trichotome nervosa, 6 lin. longa, supra medium fere 3 lin. lata subdiaphana cerino-colorata. Filamenta flavicantia, exteriora petalis paullo longiora, interiora 7 lin. longa, antherae

citrinae lineam longae. Squamulae ad basin filamentorum pallide flavae diaphanae spathulato-oblongae, apice incisae, lacinulis obtusiusculis, 2 lin. longae vel longiores. Ovarium bilineare, stylus stamina paullo excedens, saepe arcuato-incurvus. Capsula pollicaris, pollicem lata vel minor, disco laevi, alis chartaceis tenuissime reticulato-venosis, straminea. Semen pallide olivaceum, testa e papulis superne applanatis composita fragillima, dum integra subnitente, 4 lin. longum, 2 lin. latum. — Crescit in limoso-salsis deserti Ghobi Mohongoliae prope Ude et inter Schiilyn-Chuduk et Boroldshi.

6036. **ZYGOPHYLLUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 705. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 494. II. 823.)

1. **Z.** *(Fabago)* **LATIFOLIUM** Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 198. — Perenne: caulibus diffusis ramosis; stipulis distinctis scariosis; foliis petiolatis bifoliolatis, foliolis inaequilateris obovato-suborbiculatis, squamula scariosa ovata inter foliola; petalis integerrimis longitudine calycis; staminum squamula integerrima; capsulis elongatis prismaticis angulis subalatis. ♃ — Crescit in Soongaria versus fluvium Kara-Kingir.
2. **Z.** *(Carinaria *)* **AUSTRALASICUM** Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 164. † — Ramulis, foliis praesertim subtus sepalisque minute hirtello-pubescentibus, sensim glabratis; foliis sessilibus, foliolis binis carnosis anguste lanceolato-spathulatis, inferioribus plerumque obtusis, superioribus acutis: floribus subracemosis; sepalis ovatis breviter acuminatis; pistillo albo-piloso. ♃ — Crescit in Australasia, in clivulis arenosis insulae Cornac.

6038. **LARREA** *Cav.*

(DC. Prodr. I. 705. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 498.*)

7. **L. MEXICANA** Moric. Pl. nouv. ou rares d'Amer. 71. t. 48. — Foliis petiolatis bilobis villosis, lobis profundis, extus rotundatis, intus abscissis. — Crescit in Mexico prope St. Louis di Potosi.

Ordo LIII. DIOSMEAE *Adr. Juss.*

(RUTACEARUM tribus I. DC. Prodr. I. 709. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 499. II. 823. — Endl. Gener. plantar. pag. 1149. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 60. II. 44.)

Tribus I. *CUSPARIEAE* DC. — Endl. l. c. p. 1150.

5990/1? **PELTOSTIGMA** *Wlprs.*

(*Pachystigma* Hook. Icon. plant. t. 698. 699. [nec Hochstett.])

Calyx subtriphyllus, sepalis concavis inaequalibus, aestivatione imbricatis, interiore majore petaloideo. Petala 4 libera subrotunda concava alba impunctata, aestivatione imbricativa. Stamina plurima sub 30 libera, gynophoro rugoso carnoso majusculo, breviter stipitato, subbiseriatim inserta. Filamenta erecta brevia late subulata. Antherae ovales biloculares, antice longitudinaliter dehiscentes. Ovarium globosum gynophoro impositum 8-sulcatum velutinum 8-loculare, loculis biovulatis, stigmate magno carnoso

*) *Sectio CARINARIA Miq. in Lehm. Plant. Preiss. I. 164. — Squamula cum filamenti basi in unum conjuncta. Petala naviculari-concavata. Flores subracemosim conferti.*

irregulariter lobato deciduo coronatum. Capsula demum e cocculis 8 (quibusdam abortientibus) stellatim dispositis, basi coalitis, abortu plerumque monospermis composita, epicarpio sicco subrugoso, dorso carina lata instructo, endocarpio cartilagineo, demum soluto. Semen oblique ovatum. Podospermium majusculum carnosum album. — Frutex seu arbor humilis Jamaicensis, valde ramosus: ramulis cortice laevi viridi-fusco tectis. Folia alterna exstipulata trifoliolata, foliolis ovatis breviter acuminatis integerrimis seu obsolete serratis, copiose pellucido-punctatis petiolulatis, in petiolum articulatis penninerviis; pedunculis axillaribus folio sublongioribus, parce subtrichotome ramosis; pedicellis basi bracteatis; bracteis lanceolatis petiolatis foliaceis. Flores majusculi, ut videtur, albi, extus puberuli fragrantes. Fructus maturus sesquiunciam diametro.

1. *P. (PACHYSTIGMA Hook.fil. e.) PTELEOIDES Wlprs. mss. — ♁ — Crescit in insula Jamaica.

5992. **ERYTHROCHITON** *Nees et Mart.*

(DC. Prodr. I. 732. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 500.*)

1. *E. BRASILIENSE Nees et Mart. — DC. l. c. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 47. — *Pentamorpha graveolens* Scheidweiler, Bullet. de l'acad. de Bruxelles 1842. ex Flora (B. Z.) XVI. II. 514. 784.

5993/1. **LEMONIA** *Lindl.*

(Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XIII. t. 59. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1426. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 347.)

1. L. SPECTABILIS Lindl. l. c. — Frutex. Ramuli pubescentes. Folia trifoliolata, foliolis petiolo pubescente longioribus obovatis obtusis glabris. Racemi axillares pauciflori foliis subaequales. Flores purpurei pedicellati speciosi. Sepala quinque, duo exteriora involucrum diphyllum simulantia, ovata herbacea obtusa, tubo corollae breviora, reliqua tria multo breviora subrotunda concava aequalia, tubo corollae arcte appressa pallida, margine rubentia. Corolla monopetala phoenicea carnosa, superficie rugulosa hypocrateriformis, tubo recto apice obliquo limbo breviore, laciniis quinis oblongis obtusis nonnihil oblique positis, superiore caeteris paullo breviore. Stamina connata in tubum intus pubescentem corollae tubum arcte vestientem. Antherae duae superiores (cum petalo minore alternae) ovatae obtusae in apice tubi staminei libero sessiles, tres inferiores steriles cornutae glandulosae, intermedia triloba. Ovarium solidum subrotundum disco cyathiformi crenato immersum, stylus filiformis glaber, stigma acute quinquelobum. Fructus partes cito solutae, tandem in folliculos 5 monospermos sutura centrali dehiscentes mutatae. Carpella glabra intus reticulata, putamine elastice separabili cartilagineo bivalvi. Semina solitaria ascendentia grisea scabra subrotundo-trigona, chalaza magna discolori hilo circulari excavato proxima. Testa crustacea fragilis. Endopleura tenuis carnosa. Embryo arcuatus, radicula elongata inflexa, inter cotyledones bilobas conduplicatas haud corrugatas inclusa. — Crescit in insula Cuba.

Tribus II. *PILOCARPEAE* Bartl.

5995. **MELICOPE** *Forst.*

DC. Prodr. I. 723. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 500. II. 823.)

1. M. TERNATA Forst. Gen. 28. — Lam. Illustr. t. 294. — DC. l. c. — Hook. Icon. plant. t. 603. — Foliis oppositis petiolatis trifoliolatis, foliolis obovatis obtusiusculis integerrimis pellucido-punctatis glabris; paniculis axillaribus trichotomis petiolo longioribus. ♁ - *Entoganum laevigatum* Soland. mss. ex Grtnr. De fructib. et seminib. plant. I. 331. t. 68. — Crescit in Nova Zeelandia.

Tribus III. *BORONIEAE* Bartl. — Endl. l. c. p. 1154.

6004. **BORONIA** *Sm.*

DC. Prodr. I. 721. — Spr. Cur. post. 148. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 502.)

§. 1. *Foliis simplicibus.*

1. B. RHOMBOIDEA Hook. Icon. plant. t. 722. — Glabra: foliis sessilibus coriaceis rhombeo-orbicularibus, inferne cuneatis, integerrimis punctatis rufo-marginatis enerviis; floribus brevissime pedunculatis axillaribus terminalibusque solitariis; pedunculis folio vix longioribus; filamentis omnibus glandulosis exappendiculatis; stigmate trilobo. ♁ - Affinis *B. crenulatae* (Bot. Mag. t. 3915.) sed certe differt. — Crescit in Tassmannia.

2. B. LANIFLORA Bartl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 165. † — Caule dichotome ramoso, demum subaphyllo glabro; foliis linearibus canaliculatis, superioribus abbreviatis; cymis terminalibus 3-5-floris pedunculatis; sepalis lanceolatis acuminatis pedicellisque lanatis; filamentis glabriusculis. ♁
   α. micrantha: caule a basi dichotome ramosissimo, adulto aphyllo; floribus minoribus. — Crescit in Nova Hollandia inter montes Melville et Elphistone.
   β. macrantha: caule minus ramoso; foliis diutius persistentibus; floribus majoribus. — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis distr. Sussex.

3. B. JUNCEA Bartl. l. c. 166. † — Glaberrima: caule erecto dichotome ramoso subaphyllo; foliis linearibus semiteretibus canaliculatis; cymis terminalibus pedunculatis multifloris; sepalis e lanceolata basi acuminato-subulatis, apicem versus sublanatis; filamentis glabriusculis. ♃? vel ♁? — A *B. laniflora α.* non recedit nisi floribus minoribus extus pedicellisque glabris. — Crescit in Nova Hollandia locis subarensis districtus Wellington.

4. B. MACRA Bartl l. c. 167. † — Suffruticosa glabra: caulibus simpliciusculis erectis; foliis remotis lineari-oblongis linearibusque integerrimis planis; cymis terminalibus pedunculatis; sepalis oblongo-lanceolatis acuminatis; filamentis ciliatis. ♃ — Flores rosei mediae magnitudinis, praeter stamina glabri. — Crescit in Nova Hollandia locis limoso-calculosis (?) prope Mahoganycreek.

5. B. CHIRONIIFOLIA Bartl. l. c. † — Fruticosa, glaberrima: foliis lineari-oblongis, vel lineari-lanceolatis acutis, basi attenuatis subintegerrimis; cymis terminalibus sessilibus; sepalis triangulari-ovatis; filamentis glabriusculis. ♁ — Flores pallide rosei praeter stamina glaberrimi. — Crescit in Nova Hollandia locis uliginosis 17 mill. ab urbe Albany.

6. B. FASTIGIATA Bartl. l. c. † - Glaberrima glauca: caule stricto superne fastigiato-ramoso; foliis obovatis denticulatis; cymis terminalibus compositis multifloris; sepalis ovatis acutis; filamentis ciliatis. ♃? — Petala rosea, stria dorsali purpurea notata. — Crescit in Nova Hollandia locis hieme inundatis districtus Plantagenet.

7. B. CRASSIPES Bartl. l. c. 168. † — Fruticosa, virgato-ramosa, glabra: foliis linearibus planis serrulatis; pedunculis axillaribus binis, infra medium bracteolatis, superne incrassatis angulatis; sepalis lanceolato-subulatis. ♁ — Petala rosea calyce vix duplo longiora elliptico-oblonga acuta. — Crescit in Nova Hollandia in uliginosis haud procul a monte Wuljenup.

8. B. TENUIFOLIA Bartl. l. c. † — Fruticosa, glaberrima: foliis lineari-oblongis obtusis mucronulatis planis pellucido-punctatis, glandulis pellucidis crenulatis; pedunculis terminalibus unifloris solitariis ternisve; sepalis ovatis acuminatis; filamentis villosissimis. ♁ — Petala sepalis purpureis quater longiora rosea, stria lata dorsali obscuriore notata. — Crescit in Nova Hollandia in solo ericetorum inter frutices ad fl. Canning.

§. 2. *Foliis impari-pinnatis.*

9. B. CRASSIFOLIA Bartl. l. c. 169. † — Foliis subsessilibus glaberrimis, foliolis bi-trijugis lineari-spathulatis integerrimis obtusis crassis; peduunculis axillaribus

solitariis folio brevioribus medio bracteolatis; sepalis subrotundo-ovatis; filamentis alternis sterilibus. ♁? — Petala rubra sub lente tenuissime velutino-pubescentia. — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

10. **B. STRICTA** Bartl. l. c. † — Caule simplici piloso; foliis sessilibus pilosiusculis, foliolis 3-4-jugis angustissime linearibus, subtus convexis; pedunculis axillaribus solitariis geminisque folio multiplo brevioribus, basi bracteolatis; sepalis lanceolato-subulatis ♃? — Petala velutino-puberula rosea, stria lata dorsali purpurea pilosula instructa. — Crescit in Nova Hollandia in solo turfoso inter montes Melville et Elphistone.

11. **B. ELATIOR** Bartl. l. c. 170. † — Ramosa: foliis ramisque pilosis; foliolis 2-5-jugis linearibus acutis planis; pedunculis axillaribus solitariis medio bracteolatis; sepalis subrotundo-ovatis acuminato-cuspidatis; filamentis alternis sterilibus. ♃? — Petala ovata sub apice cuspidato-mucronata glabra purpurea, calyce duplo fere longiora. — Crescit in Nova Hollandia in humoso-arenosis inter frutices densos vallis jugi montium Darlingsrange.

12. **B. FRASERI** Hook. Bot. Magaz. t. 4052. — Ramis angulatis glabris; foliis pinnatis, foliolis quinis oblongo-lanceolatis obtusis; pedunculis umbellatis tri-pluri-floris; calycibus petalisque incanis; staminibus 8, alternis majoribus; filamentis omnibus superne incrassatis tuberculatis, tuberculis setosis; antheris mucronatis. ♁ — *Boronia anemonifolia* Paxton, Magaz. of bot. IX. 123. (c. ic.) — Crescit in Nova Hollandia.

† *Icones addendae.*

B. CRENULATA Sm. — Paxton, Magazine of bot. IV. 267. (c. ic.)
B. LEDIFOLIA Gay. — Paxton l. c. VIII. 123. (c. ic.)
B. SERRULATA Sm. — Paxton. l. c. I. 173. (c. ic.)

6005. CYANOTHAMNUS *Lindl.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 503.)

1. **C. ANETHIFOLIUS** Bartl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 170 † — Caule lignescente a basi ramoso; foliis ternatis biternatisque, foliolis filiformibus; floribus solitariis axillaribus; filamentis basi ciliatis, superne glandulosis; antherarum appendice erecto plano ipsis pluries breviore. ♁ — Petala calyce triplo fere longiora cyanea glabra glanduloso-punctata ovata obtusa, apice recurva, aestivatione imbricata. — Crescit in Nova Hollandia in solo arenoso prope Spitesbrook ad fl. Canning.

6006. ERIOSTEMON *Sm.*

(DC. Prodr. I. 720. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 503. II. 823.)

1. **'E. BUXIFOLIUM** Sm. — DC. l. c. no. 1. — Hook. Bot. Magaz. t. 4101.

6009. PHEBALIUM *Vent.*

(DC. Prodr. I. 714. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 505. II. 823.)

1. **PH. GRANDIFLORUM** Hook. Icon. plant. t. 724. — Totum stellato-pubescens: foliis oblongis subundulatis obtusis; umbellis subtrifloris; calyce minuto; staminibus 20 et ultra; ovario superne trilobo stellatim pubescente; stylo filiformi, stigmate trilobo. ♁ — Crescit in Australia occendali ad fl. Cygnorum.

2. **PH. RUDE** Bartl. in Lehm. Plant. Preissian. I. 172. † — Foliis obovatis retusis, basi in petiolum cuneato-attenuatis, subtus, pedunculis axillaribus unifloris alabastrisque lepidotis. ♁ — Sesquipedale. Folia 4-8 lin. longa, 2½-4 lin. lata. Flores albi. — Crescit in Nova Hollandia in calcareis tergi montis Baldhead.

3. **PH. BILOBUM** Bartl. l. c. † — Foliis obcordato-bilobis, basi cuneatis, subtus, pedunculis axillaribus unifloris alabastrisque lepidotis. ♁ — Bipedale. Folia 3-6 lin. longa et totidem lata. Petala ovato-oblonga supra glabra. — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus planitiei collium Konkoberuphills.

6009/1. **DIDYMERIA** *Lindl.*

Lindl. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XV. 59. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 92.)

Calyx conicus membranaceus quadripartitus, laciniis acuminatis. Corollae petala 4 receptaculo inserta longissima distincta linearia, circa staminum paria convoluta, extus tomentosa, intus glabra. Stamina 8 receptaculo inserta, filamentis liberis lineari-lanceolatis membranaceis, alternis brevioribus, antheris sagittatis inappendiculatis. Discus nullus. Germen.....? Stylus filiformis glaber. Capsula tetracocca villosissima, coccis dispermis, endocarpio solubili. Semina superposita.....? — Planta Australasica pilis stellatis lutescentibus undique furfuracea. Rami stricti; folia subrotunda cordata obtusa opposita breviter petiolata pellucido-punctata. Pedunculi axillares filiformes uniflori, supra medium bracteolis duabus subulatis aucti.

1. *D. AEMULA Lindl. l. c. — ☉? ♃? ♄? — Crescit in Nova Hollandia interiori.

6011. **DIPLOLAENA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 719. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 824.)

1. *D. DAMPIERI Dsf. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — Hook. Bot. Magaz. t. 4059. et Lemaire, Horticulteur universel (5. anné.) no. 2. Jouin. p. 42. c. tab.

2. D. SALICIFOLIA Bartl. in Lehm. Plant. Preiss. I. 173. † — Foliis lineari-oblongis vel anguste oblongo-obovatis obtusissimis, basi longe attenuatis, supra glabriusculis, subtus albido-tomentosis; involucri foliolis exterioribus subovatis brevioribus. ♄

   α. revoluta: foliis lineari-oblongis margine revolutis; foliolis involucri exterioribus late ovatis subherbaceis.

   β. cuneata: foliis anguste oblongo-obovatis margine planis; foliolis involucri exterioribus ovato-lanceolatis subcoloratis.

   Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum locis calcareo-arenosis prope Freemantle, Woodman'spoint et in insula Rotenest.

3. D. MICROCEPHALA Bartl. l. c. † — Foliis obovatis vel oblongo-obovatis obtusissimis, basi cuneatis, supra tenuiter, subtus dense tomentosis; involucri foliolis exterioribus lanceolatis interiora subaequantibus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in promontorio Cape Riche et in districtu Grantham.

6012. **CORREA** *Sm.*

(DC. Prodr. I. 719. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 505. II. 824.)

1. *C. SPECIOSA Andrws. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. I. 506. no. 6. — Wendland, Flora (B. Z.) XXVII. II. 784. — *C. bicolor* Hortor. et Paxton, Magaz. of botany VIII. 267. (c. ic.) — *C. glabra* Seemann et Schmidt, Flora (B. Z.) XXVII. II. 496. † — [Varietates? hortenses *C. longiflora* Paxt. l. c. VII. 195. (c. ic.) et *C. Harrisii* Paxton l. c. VII. 79. (c. ic.) forte ad hanc referendae, cujus multae formae hybridae reperiuntur.]

Tribus IV. *EUDIOSMEAE* Endl. l. c. p. 1159.

6015. **ADENANDRA** *Willd.*

(*Diosmeae* sect. I. DC. Prodr. I. 713. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 506.)

1. A. SERPYLLACEA Bartl. Linnaea XVII. 359. — Foliis oppositis ovato-lanceolatis lanceolatisque glabris; floribus longe pedicellatis corymbosis; bracteolis calyci approximatis; calycis pubescentis laciniis ovato-lanceolatis acuminatis. ♁ — Fruticulus vix spithamaeus a basi flexuoso-ramosus. Ramuli oppositi vel sparsi ascendentes tenues, summi fastigiati subtetragoni, inferne glabriusculi, superne pube tenuissima subreversa vestiti. Folia opposita vel rarissime in ramulorum apice sparsa, brevissime petiolata, inferiora reflexa, superiora patentissima, summa erecto-patula glaberrima ovato-lanceolata vel lanceolata acuminata, basi subcordata vel rotundata, interdum setulis aliquot ciliata, margine revoluta glandulisque

impressis crenulata, supra convexiuscula, exsiccata rugosa, subtus multo pallidiora, glandulis punctiformibus adspersa, nervo prominulo percursa, 2½–6 lin. longa, 1–1½ lin. lata. Petioli vix ¼ lin. longi. Flores in apice ramulorum 3–5-ni in corymbum erectum congesti. Pedicelli e foliorum supremorum axillis solitarii filiformes subangulati glabriusculi flexuoso-erecti, sub anthesi 8–10 lin. longi, demum unciales et ultra. Bracteolae alternae ½–2 lin. a calyce remotae lineari-filiformes glabrae erectiusculae, 2 lin. longae. Flores carnei, extus purpureo tincti. — *A. fragrans* Eckl. et Zeyh. Enum. 99. no. 781. (nec Roem. et Schult.) — Crescit in Promontorio bonae spei in districtu Stellenbosch ad latera montium prope Klapmuts.

2. **A. LINIFOLIA** Bartl. l. c. 360. — Foliis sparsis linearibus glabris; floribus longe pedicellatis corymbosis; bracteolis prope basin pedicellorum; calycis glabri laciniis ovato-lanceolatis acuminatis. ♁ — Fruticulus a basi ramosus, verosimiliter vix pede altior, ramis erectis vel ascendentibus tenuibus teretibus, superne puberulis, ramulis sparsis erectis subangulatis, ad lentem pubescentibus. Folia sparsa vel rarissime hinc inde opposita approximata patentissima breviter petiolata glaberrima linearia vel anguste lineari-lanceolata obtusiuscula, basi in petiolum angustata, margine revoluta ita, ut tota pagina inferior sit obtecta, margine ipso glandulis impressis crenulato, supra convexa, laevia vel exsiccatione rugosa, saepius epidermide relaxata membranaceo-cincta, subtus multo pallidiora, nervo lato depresso percursa, 3–7 lin. longa. Petioli plano-convexi glabriusculi semilineam longi. Flores in ramulorum apice 3–5-ni carnei glaberrimi, extus intensius colorati, pedicelli e foliorum summorum axillis solitarii erecti filiformes subangulati glaberrimi, fere pollicares. Bracteolae paullo supra basin pedicellorum alternae vel rarius subopposita subulatae glabrae, vix lineam longae. — *A. marginata* Eckl. et Zeyh. l. c. 99. no. 783. — Crescit in Promontorio bonae spei supra thermas ad montem Zwarteberg.

6019. **ACMADENIA** *Bartl. et Wendl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 509.)

1. **A. ROSMARINIFOLIA** Bartl. Linnaea XVII. 355. — Foliis sparsis confertis patentibus lineari-lanceolatis, margine revolutis; floribus capitatis; laciniis calycinis linearibus petalisque ciliatis. ♁ — Fruticulus subpedalis erectus, trunco flexuoso inferne simplici, crassitie pennae anatinae, dense cicatrisato obscure rufo, superne in ramulos nonnullos subumbellatos erecto-patulos digitales dense foliatos diviso, ramulis corymboso-aggregatis subfastigiatis, pilis brevibus patentissimis dense pubescentibus, densissime foliatis. Folia inferiora patentia, superiora erecto-patula, ad lentem tenuissime puberula, demum glabrescentia, lineari-lanceolata vel lineari-oblonga obtusiuscula, interdum submucronata, basi rotundata vel obtusa vel in petiolum attenuata, margine revoluta et glandulis impresso-punctata, supra obscure viridia opaca, subtus pallidiora epunctata, nervo tenui percursa, 3–7 lin. longa, 1–2 lin. lata. Petioli dense pubescentes erecto-appressi semiteretes, semilineam longi. Flores in ramulorum apice 3–7 in capitulum foliis floralibus numerosis involucratum, avellanam minorem aequans, subrotundum aggregati, bracteolis membranaceis, anguste linearibus subcanaliculatis villoso-ciliatis 1–2 lin. longis interstincti, pedicellis semilineam longis dense pubescentibus insidentes. Flores rubelli generis. — *Barosma foetidissima* Eckl. et Zeyh. Enumerat. plant. Capens. 103. no. 813. — Crescit in Promontorii bonae spei districtu Caledon ad montem Babylons-Toorensberg.

6020. **BAROSMA** *Willd.*

(*Diosmae* sect. II. DC. Prodr. I. 714. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 510.)

1. **B. MUCRONATA** Meisn. Flora (B. Z.) XXVII. I. 303. † — Foliis sparsis, dense approximatis, lanceolato-linearibus, pungenti-mucronulatis, supra convexiusculis laevibus obsolete unisulcis, subtus margine incrassato vel subrecurvo subconcavis biseriatim glanduloso-punctatis, utrinque cum ramulis pedicellis calycibusque dense minuteque puberulis; pedicellis terminalibus subumbellatis folia

superantibus ebracteatis; calycis lobis lanceolatis acutis per anthesin reflexis, deinde erectis; petalis apice extus biseriatim punctatis, staminodiis linearibus dimidia petala aequantibus, apice obtuso ciliato extus glandula majuscula capitatis; stylo glabro. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei, Uitenhage, Winterhoek.

2. B. **KRAUSSIANA** Meisn. l. c. — Foliis oppositis (raro ternis) linearibus obtusiusculis, margine subrevoluto glanduloso-crenulatis ramisque glabris; pedicellis axillaribus solitariis folio brevioribus calycibusque puberulis. ♁ — An var. *B. dioicae?*, sed differt foliis rarissime ternis angustioribus, vix lin. latis, minus coriaceis, margine glandulis pellucidis impressis, quasi crenulatis, pedicellis axillaribus solitariis folio dimidio brevioribus. — Crescit in Promontorio bonae spei ad latera montium Tafelberge.

3. B. **ECKLONIANA** Bartl. Linnaea XVII. 363. — Stylo glabro; foliis oblongis vel oblongo-obovatis obtusis glabris, subtus minute punctatis; calycis laciniis lanceolatis erectis; petalis calyce vix duplo longioribus. ♁ — Fruticulus ramosissimus erectus, cortice fusco-nigrescente rimoso. Rami sparsi patentes, inferne dense cicatrisati, ramuli digitales vel pollicares patentes vel ascendentes, extimi saepe subumbellato-congesti subfastigiati, omnes dense foliosi subtetragoni tenuissime puberuli rufi. Folia opposita patentia vel erecto-patula glaberrima oblonga vel oblongo-obovata, apice cartilagineo-incrassata obtusa, basi attenuata, in margine subrecurva, glandulis parvis subimpressis punctata sed vix crenulata, supra laevia nitida, nervo vix conspicuo, subtus paullo pallidiora, nervo angusto parum prominulo ad apicem percursa, glandulis parvis numerosis irregulariter dispersis punctata, 3–6 lin. longa, 2–2½ lin. lata. Petioli vix lineam longi patulo-incurvi pallidi brevissime puberuli. Flores in foliorum superiorum axillis bini vel terni fasciculati pallide rubelli glabri, pedicelli folium subaequantes vel parum breviores, superne glaberrimi, inferne subpuberuli erectiusculi, bracteis minutis filiformibus suffulti, caeterum nudi. — *B. oblonga* Eckl. et Zeyh. Enumer. pl. Capens. 103. no. 810. (nec Bartl. et Wendl.) — Crescit in Promontorio bonae spei in districtu Uitenhage inter saxa montium „Van Stadenriviersberge."

6021. **AGATHOSMA** *Willd.*

(*Diosmae* sect. III. DC. Prodr. I. 714. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 510.)

1. A. **GRAVEOLENS** Meisn. Flora (B. Z. XXVII. I. 302. — Ramulis puberulis; foliis multifariam subadpresse imbricatis oblongo-linearibus triquetris, apice obtuso subincurvis, supra canaliculatis glabris, dorso compresso-carinatis punctatis, margine carinaque parce ciliolatis, demum glabris scabriusculis; pedicellis folia summa vix aequantibus calycibusque glabris; petalorum lamina orbiculari glabra, unguibus calycem superantibus staminodiisque aequilongis petaloideis barbatis; staminibus corolla longioribus. ♁ — *A. erectae* Wendl. proxima. — Crescit in Promontorio bonae spei.

2. A. **JUNIPERIFOLIA** Bartl. Linnaea XVII. 376. — Foliis planis lineari-lanceolatis acutis laevibus glabris divaricatis, margine pellucide punctatis, subtus bifariam glandulosis; floribus subumbellatis; pedunculis calycibusque glandulosis. ♁ — Rami primarii erecti spithamaei et ultra, crassitie pennae columbinae fusci glabrescentes, secundarii sparsi et subumbellato-aggregati, e basi ascendente erecti vage pubescentes, circiter digitales, ramuli florigeri 1–2-unciales puberuli erecto-patuli, plerumque in ramorum apice bini vel quaterni subumbellato-conferti. Folia in ramulis et per totam fere ramorum longitudinem copiosa sparsa patentissima vel reflexa, in ramulis squarroso-recurva, utrinque glaberrima linearilanceolata acuta, basi rotundato-obtusa, utrinque plana laevia, supra obscure viridia, subtus multo pallidiora uninervia, glandulis paucis secus nervum biseriatis, margine plano acuto glandulis pellucidis eleganter punctata, pilis longis inter glandulas solitariis denticulo acuto insertis ciliata, demum ciliis deciduis nuda, semipollicaria, semilineam lata, in ramulis duplo fere breviora. Petioli brevissimi appressi. Flores in ramulorum apice numerosi arcte subumbellato-

conferti albi, folia floralia pauca recurva, caeteris simillima, paullo tamen minora. Pedunculi centrales erecti, peripherici recurvi, ita, ut umbella subglobosa appareat, circiter 3 lin. longi filiformes, glandulis minutis subglobosis brevissime stipitatis adspersi, caeterum glabri, supra medium bracteolis duabus alternis tenuissime filiformibus glabris caducis instructi. — Crescit in Promontorio bonae spei.

$6022/_{1}$. GYMNONYCHIUM *Bartl.*

(Bartl. Linnaea XVII. 353.)

Calyx quinquepartitus. Annulus perigynus apertus. Petala quinque inferne cuneata nuda. Stamina 5 corolla demum longiora. Antherae subrotundae, glandula sessili. Filamenta sterilia 5 calycem aequantia cylindraceo-filiformia, glandula terminata. Stylus post anthesin elongatus filiformis. Stigma aequale obtusum. — Fruticulus Capensis, a *Macrostylide*, cui inflorescentia et florum habitu simillimus filamentis sterilibus, petalis nudis et stylo superne non incrassato differt, ab *Agathosmate* et *Barosmate* filamentorum sterilium indole et petalorum forma, ab *Acmadenia* characteribus proxima, sed habitu praesertim et inflorescentia diversissima recedit insuper petalis nudis et stigmate aequali.

1. G. PUBESCENS Bartl. l. c. 354. t. 11. — Fruticulus *Agathosmam* vel *Macrostylidem* habitu simulans: ramis teretibus ramulisque confertis patentibus brevibus subangulatis villoso-pubescentibus. Folia densa sparsa et subopposita patentissima vel divaricata et subreflexa pubescentia lanceolata obtusiuscula, basi subcordata, margine revoluta et glandulis raris subimpressis punctata, supra laevia opaca obscure viridia, subtus pallidiora uninervia eglandulosa, $2\frac{1}{2}$–4 lin. longa. Petioli semilineam longi erecto-appressi villosi angusti plano-convexi. Glandulae stipulares nullae. Flores in ramorum apice numerosi aggregato-subumbellati. Pedicelli folia floralia non excedentes sesquilineares filiformes dense pubescentes, bracteolis anguste linearibus obtusis canaliculatis ipsis triplo brevioribus interstincti, caeterum ebracteolati. Calyx vix lineam longus pubescens, ad $\frac{3}{4}$ quinquepartitus, laciniis erectis ovato-oblongis rotundato-obtusis carinatis. Annulus perigynus nonnisi margo submembranaceus. Petala erecto-patula calyce duplo longiora oblongo-obovata, basi longe cuneata, apice rotundato-obtusissima plana integerrima eglandulosa nuda, utrinque glabra, rubella. Stamina 5 annulo extus inserta, sub anthesi petala aequantia, demum corolla duplo fere longiora. Filamenta filiformia glaberrima, apice subulata, antherae parvae deciduae ovali-subrotundae, dorso affixae biloculares, glandula apicis parva globosa sessilis. Filamenta sterilia calycem parum superantia, annulo intra stamina, quibuscum alternant, inserta erecta cylindraceo-filiformia crassiuscula, fertilibus paullo tenuiora, glandula minuta terminata, inferne pilis aliquot brevibus adspersa. Germen minutum glabrum truncatum quinqueloculare, saepe abortivum. Stylus tenuiter filiformis glaberrimus, demum calyce quintuplo longior flexuosus. Stigma indistinctum aequale obtusum. — Crescit in Promontorio bonae spei in regionibus interioribus.

Ordo LIV. RUTACEAE *Bartl.*

(RUTACEARUM pars DC. Prodr. I. 709. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 517. II. 824. — Endl. Gener. pl. p. 1159. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. [illegible] II. 43. 44.)

6025 $_1$. MALACOCARPUS *Fisch. et Mey.*

Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. IX. 78. — Wlprs. Repert. bot. system. II. 824. *)

Calyx quinquepartitus persistens; petala 5 ad basin gynophori inserta. Stamina 15 cum petalis inserta, filamentis basi dilatatis, antheris bilocularibus, loculis rima longitudinaliter dehiscentibus. Stylus simplex, apice trigono-clavatus. Bacca succulenta bilocularis. Semina numerosa, placentae ex angulo centrali prominulo funiculis brevibus appensa anatropa, testa subspongiosa. Embryo in axi albuminis homotropus et orthotropus. — Fruticulus ramosus ad oras orientales maris Caspii proveniens, glaber, cortice albo vestitus: foliis alternis sessilibus, irregulariter multifidis; pedunculis oppositifoliis solitariis, defloratis nutantibus; calycibus corolla brevioribus; petalis albidis trinerviis; baccis succulentis, forma, colore atque consistentia baccis *Lycopersici* similibus, sed multo minoribus.

1. *M. CRITHMIFOLIUS Fisch. et Mey. l. c. 79. — Wlprs. l. c. II. 824. — ♄ — *Peganum crithmifolium* Eichwald, Plant. nov. Casp. Cauc. 15. † t. 15. — Wlprs. l. c. I. 517. — *P. Harmala* β. DC. Prodr. I. 712. — In littore maris Caspii orientali.

6028. HAPLOPHYLLUM *Adr. Juss.*

(*Rutae* §. 3. et 4. DC. Prodr. I. 711. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 518. II. 824.)

1. H. REUTERI Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 87. — Caulibus pumilis simplicibus, basi ascendentibus induratis foliosis tomentellis; foliis simplicibus alternis approximatis sessilibus parvis ovatis acutiusculis, superne glabriusculis, inferne hirtis; floribus corymbosis; calycis pilosi dentibus triangularibus obtusiusculis; petalis ovatis obtusis dorso pilosis; filamentis vix ima basi dilatatis ciliatisque; ovario glabro tuberculato ecoronato. ♃ — *H. pumilo* proximum, folia myrtiformia 3 lin. longa, sesquilineam lata. Caulis 4–5-pollicaris, flores magnitudine *H. pumili*. Forma foliorum fere eadem ac in *H. myrtifolio* Boiss., sed in hoc rhizoma suffruticosum multicaule, folia obtusa glanduloso-punctata, corymbi pauciflori, petala glabra lanceolato-oblonga et filamenta infra medium dilatata. — Crescit in Caria.
2. H. SULPHUREUM Boiss. l. c. — Caulibus pumilis simplicibus, basi ascendentibus induratis foliosis tomentosis; foliis simplicibus alternis oblongis obtusis, basi subangustatis, utrinque tomentellis; floribus corymbosis; calycis hispidi segmentis ovatis obtusis anguste albo-marginatis; petalis patentibus sulphureis glabris ovatis; filamentis inferne dilatatis longeque ciliatis; ovario superne niveo-lanuginoso ecoronato. ♃ — Caulis quadripollicaris, folia semipollicaria, 2½ lin. lata, flores eis praecedentis paullo minores in corymbum paullo laxiorem dispositi, habitu convenit cum specie praecedente, distinctissima floribus pallidis, petalis patentibus et ovario niveo-lanuginoso. — *H. fruticulosum* differt caule fruticoso elato ramoso, floribus minoribus et calycis segmentis dimidio minoribus brevissimis. — Crescit in Caria.

Ordo LV. ZANTHOXYLEAE *Adr. Juss.*

(Endl. Gener. plantar. p. 1143. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 64. II. 46. — RUTACEARUM et TEREBINTHACEARUM genera DC. Prodr. I. 725 et II. 82. Wlprs. Repert. bot. syst. I. 519. II. 829.)

5971/1. **PICRASMA** *Blume (nec Lindl.).*

(Blume, Bijdragen 247. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 64. II. 46. — Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 197. t. 41. — *Zanthoxyli* sect. g. Endl. Gener. pl. no. 5972.)

Flores diclini pentameri vel tetrameri, petalorum aestivatio involuto-valvata. Stamina 4-5. Ovarii rudimentum in flore masculo nullum. Flores foeminei 4-5-meri, petala persistentia, in fructu ampliata incrassata vel non incrassata. Stamina 4-5, antheris cassis. Discus hypogynus crassus, fructifer auctus. Ovaria 4 libera, styli ex apicibus ovariorum in unicum coaliti, stigmata 4 linearia revoluta, ovulum unicum ascendens. Drupae 4 vel abortu pauciores subglobosae. Seminis testa tenuis, albumen copiosum. — Arbores Indiae orientalis: foliis sparsis imparipinnatis, foliolis 2-3-7-jugis vel quandoque etiam ternatis. Stipulae duae foliaceae caducae vel nullae. Flores parvi in paniculis axillaribus divaricatim ramosis, foeminei longius pedicellati.

Sectio I. NIMA Hamilt.

Flores pentameri. Petala non incrassata. Stipulae nullae.

1. P. (NIMA Hamilt. mss. ex Adr. Juss. Mém. Mus. II. 516. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 525. — SIMABA D. Don, Prodr. fl. Nepal. 248.) QUASSIOIDES Horsf. et Bennet l. c. 198. adnot. — Foliis imparipinnatis 4-7-jugis, foliolis ovali-oblongis acuminatis serratis; corymbis trichotomis. ♂ — Crescit in convalli Nepaliae propriae ad urbem Thankot.

Sectio II. PICRASMA Blume.

Flores tetrameri. Petala incrassata. Stipulae foliaceae.

2. P. JAVANICA Blume, Bijdragen 248. — Horsfield et Bennet, Plant. Jav. rar. 197. t. 41. — Foliolis quinis (nunc ternatis) brevius acuminatis integerrimis. ♂ — Arbor mediocris. — Ramuli crassitie pennae gallinaceae, cortice fuscescente rugoso obducti. Folia sparsa impari-pinnata, rachi 3-5-pollicari teretiuscula, (in sicco) striata. Foliola 5 integerrima glabra, reticulatim venosa, cum rachi articulata caduca petiolulata, petiolulo glanduloso, lineam vel sesquilineam longo, lateralia opposita, pollicem vel sesquipollicem a ramulo ab invicem et a terminali distantia, 3-5 pollices longa, 1-1½ lata, oblongo-ovalia acuminata, basi obtusa, quandoque supra medium paullo latiora, terminale oblongo-obovatum acuminatum, vel subaequale vel reliquis duplo fere majus. Stipulae duae foliaceae, subrotundo-cuneatae obtusissimae, radiatim venosae glaberrimae, lineas circiter 4 longae, 3 latae, cito caducae. Paniculae plures axillares, pedunculus communis longitudine fere racheos folii, teretiusculus vel complanato-angulatus glaber, rami ramulique divaricati glabri. Paniculae masculae pedicelli sesquilineam vel duas lineas longi. Calyx parvus quadrifidus, lobis ovato-triangularibus acutis minute ciliatis. Petala 4 ovata acutiuscula uninervia glabra, aestivatione involuto-valvata, dein in corollam campanulatam vel subcampanulatam aperta. Stamina 4, circa discum crassum villosum inserta, cum petalis alterna, filamentis subulatis, antheris medio dorso affixis subrotundis bilocularibus, loculis facile ab invicem

secedentibus, polline parvo laevi subsphaerico repletis. Ovarii rudimentum nullum. Paniculae foemineae plerumque ampliores, pedicelli 6–8 lin. longi, calyx et petala fere ut in masculis, stamina breviora; antherae filamentis fere aequales, cassae. Discus hypogynus similiter villosus; ovaria 4 libera, petalis opposita, disco inserta glabra subglobosa, apicibus interne connata cum stylo eorundem fere longitudine, 4-gono 4-sulco, apice in stigmata 4, stylo subaequilonga revoluta linearia desinente. Ovula solitaria, prope basin anguli interni ovarii inserta ascendentia, apertura respectu ovarii superiore. Petala fructus persistentia incrassata aucta, lin. 3–4 longa coriacea patenti-reflexa, apice concava. Stylus post anthesin stigmatibus duplo longior, mox deciduus. Drupae 4, vel abortu pauciores, disco aucto dissite insertae subglobosae glaberrimae, cicatrice parva subrotunda vix conspicua e styli basi delapsa intus superne notatae, epidermide tenui membranacea, pulpa parca carnosa, nucleo tenui ligneo fragili. Semina solitaria subglobosa, hilo oblongo latus internum fere totum occupanti affixa. Testa tenuis laevis, raphe conspicua ab hili basi per basin seminis ad ejus faciem externam et inferiorem ducta, ibique in chalazam vasis radiantibus insignitam desinens, membrana interna tenuissima, albumen copiosum crassum carnosum. Embryo in seminibus observatis vel imperfectus vel carie destructus, sed ex forma cavitatis albuminis rectus planus, amplitudine fere albuminis, radicula respectu fructus supera, ab hilo longius remota. — In Java.

2. **P. NEPALENSIS** Horsf. et Bennet l. c. 201. — Foliolis septenatis, nunc ternatis, longius acuminatis integerrimis. ♃ — *Brucea? arbor* Wall. Catal. 7499. — Crescit in Nepalia.

5972. ZANTHOXYLUM *Kth.*

(DC. Prodr. I. 725. — Spr. Syst. veget. I. 946. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 519. II. 825.)

1. **Z.** *(Pterota?)* **JUNIPERINUM** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 77. † — Inerme: foliis impari-pinnatis, tri-quadrijugis, foliolis petiolulatis oblongis acuminatis, margine revoluto crenulato glandulosis; corymbis ramosis; floribus tetrameris; capsulis solitariis glabris; seminum epidermide tuberculata. ♃ — Arbor alta. Ramuli teretes; folia pedalia vel longiora, petiolus communis basi teres, apice acute trigonus, foliola opposita in petiolulum triquetrum supra canaliculatum angustata, acumine longo sed obtuso terminata coriacea glaberrima nitida, 5–pollicaria, 2 poll. lata, margine anguste revoluta, glandulis minutis cum crenis oblitteratis alternis notata. Corymbus terminalis subpaniculatus maximus, vertice saepe pedem unum latus, ramis ramulisque alternis angulosis compressis vel sulcatis glabris. Flores desiderantur. Capsulae semper solitariae, valvae patentes post dehiscentiam angustae naviculares, apice saepius lacerae, caeterum glabrae chartaceae pallide stramineae. Semen unicum, epidermide crassa carnosa demum indurata atque exacte bivalvi extus tuberculata inclusum globosum, magnitudine granum cannabinum adaequans, testa dura nitida atra, umbilico lineari notata, cotyledones orbiculatae. — Crescit in sylvis provinciae Maynas ad ripas fluvii Huallagae.

2. **Z.** *(Fagarastrum)* **NATALENSE** Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. 1. 304. — Frutex 4–5–pedalis. Cortex ramorum fusco-saguineus; folia alterna imparipinnata 7–9–juga, petiolus corticis colore sed leviter tomentosus, foliola brevissime petiolulata oblonga inaequalia, basi obliqua, apice obtusa integerrima discoloria, subtus pallidiora levissime tomentosa, utrinque reticulato-venosa; capsulae in receptaculo binae vel ternae carnosae ovato-oblongae acutae subrecurvae tomentosae, per maturitatem intus longitudinaliter dehiscentes; semen in capsula unicum, epidermide subcarnosa, tecta coriacea atra; embryo in axi albuminis copiosi rectus, cotyledonibus planis latis, radicula supera. Flores ignoti. — Crescit in Promontorio bonae spei ad coloniam Natalensem.

5972/1. **TECLEA** *Delile.*

(Raffeneau Delile, Ann. sc. natur. [2 Sér.] XX. 90.)

Flores diclini. Masc. Calyx brevis 4-5-dentatus. Petala 5 (vel rarissime 4) longiora obovato-spathulata concava erecta. Stamina 4-5, petalis longiora et alterna, circa ovarii abortivi basin inserta, antherae basifixae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarii rudimentum stylo acuto apiculatum obscure trigonum carnosum coloratum. Foemin. Calyx brevis, margine quadridentatus, cyathiformis. Petala 4 e viridi flavida. Stamina 4 hypogyna abortiva, antherae terminales reniformes. Ovarium unicum staminibus et calyce longius, disco mediocri concreto elevatum ovoideum uniloculare uniovulatum, stigmate peltato hemisphaerico sessili terminatum. Ovulum partim ex apice loculi pendulum, partim laterale adnatum. — Arbor Abyssinica glaberrima: foliis petiolatis alternis trifoliatis, foliolis lanceolatis coriaceis pellucido-punctículatis, nervo medio subtus prominente, nervis lateralibus tenuissimis pinnatim distichis. Flores sessiles spicati, spicis cylindraceis solitariis foemineis ex axillis petiolorum. Flores masculi paniculati, paniculis axillaribus brevibus 2-3-pollicaribus, ramis brevibus indivisis spicatis. Fructus deest.

1. *T. NOBILIS Delile l. c. t. 1. fig. 1. — ♀ — *Aspidostigma acuminatum* Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. p. 18. — Crescit in Abyssinia.

5983. **PHILAGONIA** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 523.)

1. PH. FRAXINIFOLIA Hook. Icon. plant. t. 710. — Dioica: foliis impari-pinnatis glabris, foliolis elliptico-oblongis acuminatis subserratis, basi obliquis, lateralibus subsessilibus, terminali sublonge petiolato; paniculis cymosis pubescentibus axillaribus terminalibusque folio brevioribus; floribus tetrameris (nunc pentameris); petalis intus sericeis. ♂? — *Tetradium? (Rhus* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 248.) *fraxinifolium* Wall. mss. — Crescit in Nepalia.

† **Genus ex ordine excludendum.**

FONTENELLA *St. Hil. et Tulasne* (*Ann. sc. natur.* [2. *Sér.*] *XVII.* 142. *t.* 7.) *Quillajae speciem exhibet.*

Ordo LVI. SIMARUBEAE *Rich.*

(DC. Prodr. I. 733. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 524. II. 826. — Endl. Gener. plant. p. 1143. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 65. II. 47.)

5963. **SIMABA** *St. Hil.*

(DC. Prodr. I. 733. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 524. II. 826.)

1. S. LONGIFOLIA Casaretto, Atti della terzia Riunione degli Scienziati Italiani 513. et Decades novar. stirp. Brasil. 9. — Caule subsimplici; foliis impari-pinnatis multijugis (14-18-jugis), foliolis oppositis suboppositisve subsessilibus oblongis, apice calloso-acuminatis, basi saepius inaequilateris coriaceis, supra glabris nitidis, subtus minutissime puberulis glabratisve; panicula terminali magna; rhachi ferrugineo-pubescente. ♂ — Arbuscula 5-8-pedalis vel paullo altior elegantissima. Folia amplissima, foliola 4-7-pollicaria, 9-14 lin. lata. Flores flavescentes extrinsecus subsericei melliodori. — Crescit in Brasiliae monte Corcovado.

2. **S. LAEVIS** Casaretto l. l. c. c. 513. et 10. — Caule arboreo; foliis impari-pinnatis paucijugis (2–4-jugis), foliolis oppositis subsessilibus obovatis vel obovato-ellipticis, apice rotundatis ac in medio brevissime obtuseque cuspidato-acuminatis retusisve, basi magis minusve cuneatis, coriaceis glaberrimis, supra nitidis, subtus glaucescentibus; panicula terminali foliis longiore, inferne saepe foliolata, rhachi angulata glabra. ♂ — Arbor 20–30-pedalis ramosissima. Foliola 2–3-pollicaria, 1 ½–1¾ poll. lata, lateralia brevissime, impar longiuscule petiolulata ac basi magis cuneatum. Flores flavescentes. — Crescit in Brasilia in sylvis maritimis prope Rio de Janeiro.

3. **S. MAIANA** Casaretto l. l. c. c. 513. et 10. — Caule subsimplici; foliis impari-pinnatis multijugis (7–10-jugis), foliolis oppositis subsessilibus ellipticis vel oblongo-ellipticis, apice breviter cuspidato-acuminatis subcoriaceis, supra glabris nitidis, subtus minutissime puberulis glabratisve; panicula terminali foliis subbreviore; rhachi ferrugineo-pubescente. ♂ — Arbuscula 8–12-pedalis, habitu ad *S. longifoliam* accedens. Foliola 2–5-pollicaria, 1–2 poll. lata. Flores flavescentes melliodori. — Crescit in Brasilia in sylvulis arenosis maritimis prope Rio de Janeiro.

5966/1. **MUENTERIA** *Wlprs. mss.*

(*Picrasma* Lindl. Medic. bot. 208. [nec Blume]. — Endl. Gen. plant. Suppl. I. p. 1425).

Flores polygami. Calyx brevissimus quinquefidus. Corollae petala 5 calyce longiora. Stamina 5 petalis subaequilonga villosa, antherae subrotundae. Ovaria 5 receptaculo subrotundo tumido insidentia. Styli 3 basi coaliti, apice divergentes, stigmatibus simplicibus. Drupae 3 globosae uniloculares bivalves in receptaculo late hemisphaerico remotiusculae. — Arbor Jamaicensis vix nota ob corticem amarissimum celebris: foliis alternis imparipinnatis; racemis versus apicem ramorum axillaribus paniculatis.

1. *M. (QUASSIA Swrtz. Act. Holm. 1788. p. 302. t. 8. et Flor. Ind. occident. II. 742. — SIMARUBA DC. Prodr. I. 733. no. 3. — PICRASMA Lindl. l. c.) EXCELSA Wlprs. mss. — ♂ — *Quassia polygama* Wright in Act. Edinbrg. III. — Crescit in sylvis montosis insulae Jamaicae.

5967/1. **LASIOLEPIS** *Horsf. et Bennet.*

(Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rar. 202. t. 42.)

Calyx quinquepartitus. Petala 5, aestivatione involuto-valvata. Stamina 10, basi intus aucta squamulis totidem semiadnatis. Discus hypogynus crassus cupuliformis. Ovarium quinqueloculare, ovulis solitariis suspensis. Stylus simplex, stigmate depresso crassiusculo obsolete 5-lobo. Drupa subglobosa, 2-5-pyrena. Semen suspensum (exalbuminosum?, processu membranarum interno septiformi in loculos duos incompletos semidivisum. (Embryo verosimiliter conduplicatus.) — Frutices insularum Indiae orientalis. Rami ramulique spinis (stipularibus?) armati. Folia sparsa impari-pinnata, petiolo communi saepe alato, foliolis oppositis articulatim deciduis. Flores corymbosi, ramulos ultimos terminantes.

1. **L. PAUCIJUGA** Horsf. et Bennet l. c. 202. t. 42. — Foliolis 3–4-jugis. ♂ — Frutex, trunco brevi spinis brevibus dense armato. Rami virgati subcylindrici, cortice glabro fusco-cinerascente obducti, crassitie pennae anserinae. Ramuli breves, siccitate anguloso-sulcati, juniores fusco-puberuli. Folia alterna imparipinnata, 2–4-pollicaria, 3–4-juga, petiolo communi puberulo, infra rotundato, supra sulcato subarticulato, inter foliorum paria duo ultima (praecipue in foliis magis evolutis) latiuscule alato, foliolis oppositis subsessilibus, pollicaribus vel subsesquipollicaribus, oblique ovatis vel ovato-lanceolatis, basi apiceque acutis, integris vel crenatis, utrinque nisi in nervo medio glabris, junioribus quandoque puberulis. Spinae (stipulares?) in parte ramorum inferiore ramulos stipantes binae breves, aduncae vel paullo reflexae, in parte superiore una alterave tantum superstite vel plerumque utraque obsoleta, ramulis squamulis quibusdam minutis

ad basin circumdatis. Stipulae foliorum ramealium inconspicuae vel nullae. Inflorescentia ramulos terminans subcorymbosa, 8–20-flora, rachi, ramulis 2–3-floris pedicellisque puberulis, pedunculis aliis quibusdam in axillis foliorum supremorum 2–3-floris, bracteolis inconspicuis vel nullis. Calyx parvus quinquepartitus, extus puberulus, laciniis subtriangularibus acutis. Petala 5 hypogyna, aestivatione involuto-valvata, utrinque sed extus praecipue minute puberula, ovali-lanceolata uninervia. Stamina 10 hypogyna, basi aucta squamula interiore ovali, obtusa villosissima, ultra medium libera, filamento triplo latiore, quadruplo breviore, filamenta filiformia glabra, petalis longiora, alterna (laciniis calycinis oppositа) paullo longiora, antherae ovales, dorso infra medium affixae biloculares, longitudinaliter dehiscentes, polline laevi sphaeroideo repletae. Discus crassus carnosus cupuliformis, ovarium fere ad medium ambiens et cum eo cohaerens. Ovarium subglobosum glabrum quinqueloculare, loculis vix ultra disci marginem inferne productis uniovulatis. Ovulum funiculo brevissimo infra apicem affixum, ex angulo loculi interiore suspensum, apertura (respectu loculi) superiore. Stylus filiformis crassiusculus, inferne pilis simplicibus villosus, stigmate crassiusculo obsolete quinquelobo. Drupa subglobosa, magnitudine cerasi minoris glabra, sarcocarpio copioso coriaceo, calyce persistente basi suffulta, foeta nucleis 2–5 subovatis parum lignosis, intus laevissimis, sub apice ad latus internum foramine majusculo perforatis. Semen solitarium fasciculo vasorum per nuclei foramen descendente hilo majusculo affixum. Testa crassiuscula pergamacea castanea, minutissime punctulata, intus munita dissepimento crassiore fere ligneo ex apice inter hilum et chalazam versus basin seminis descendente et cavitatem in loculos duos incompletos anticum et posticum fere bipartiente. Membrana interna tenuis testam ejusque processum septiformem undique intus vestiens, chalaza subrotunda ad apicem cavitatis anticum (exteriorem) notata. Albumen verosimiliter nullum. Embryo in seminibus immaturis imperfecte visus, ex forma membranarum cavitatis dispositioneque relativa hili atque chalazae, medio inferne verosimiliter conduplicatus. — Crescit in insulis Java et Luçon.

2. L. MULTIJUGA Horsf. et Bennet l. c. — Foliolis 9–12-jugis. ♄ — Crescit in insulae Mindanao (in Philippinis) provincia Misamis.

† Genus ex ordine excludendum.

5966. **NIMA** *Hamilt.* (*Adr. Juss. Mém. Mus. XII.* 516. — *Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 525.) = *Picrasmae sect.* I. (*cf. supra p.* 395.)

Ordo LVII. OCHNACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 735. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 525. II. 826. — Endl. Gener. plantar. p. 1141. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 66. II. 47.)

5958. **GOMPHIA** *Schreb.*

(DC. Prodr. I. 736. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 526.)

1. G. SUMATRANA W. Jack in Hook. Bot. Misc. II. 77. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 526. no. 1. — Hook. Icon. plant. t. 712. — Glaberrima: foliis obovato-lanceolatis chartaceo-membranaceis nitidissimis, ab apice infra medium denticulatis, venulis prominulis utrinque in nervos 2 conspicuos margini folii parallelos confluentibus; stipulis intrapetiolaribus deciduis; paniculis terminalibus; alabastris ovatis. ♄ — Crescit in insula Sumatra.

2. G. ROTUNDIFOLIA Gardner, Sertum plantar. t. 34. — Glaberrima: foliis breviter petiolatis subimbricatis rotundatis obtusis, basi profunde cordatis integerrimis coriaceis subaveniis; racemis terminalibus; pedunculis brevibus 2–4-floris: petalis late obovatis obtusis, calyce paullo longioribus; antheris transversim undulato-rugosis. ♁ — Crescit in Brasilia.

3. G. FIELDINGIANA Gardner l. c. t. 35. — Glaberrima nitida: foliis magnis petiolatis elliptico-oblongis oblongisve acuminatis, basi obtusis vel cordatis vel (junioribus) acutis, a basi ad apicem serratis valde coriaceis; racemis elongatis, basi subpaniculatis; petalis late obovatis, calyce paullo longioribus; antheris undulato-rugosis. ♁ — Crescit in Brasilia.

5958/1. **HOSTMANNIA** *Planchon.*

(Planchon in Hook. Icon. plant. t. 709.)

Calyx 3- vel saepius 4-phyllus, foliolis coloratis concavis, aestivatione imbricatis, post anthesin reflexis persistentibus. Petala in eodem specimine 4-6 anguste obovata sepalis paullo longiora Stamina 18-22 hypogyna, filamentis persistentibus, antheris apice biporosis caducis. Ovarium simplex non gynobasicum biloculare. Ovulum in loculo quovis unicum anatropum resupinato-suspensum, ut in *Evonymis* quibusdam. Stylus terminalis simplex, apice brevissime bidentatus. Fructus.....? -- Frutex? Surinamensis glaberrimus: foliis alternis petiolatis ellipticis acuminatis, margine revolutis integerrimis chartaceis nitidis, venulis transversis pulchre striatis; stipulis in unicam intraaxillarem bidentatam coalitis; paniculis ramos foliatos terminantibus; floribus pedicellatis aureis; bracteolis scariosis acutissimis paniculae ramos et pedicellos stipantibus.

1. *H. ELVASIOIDES Planchon l. c. — ♁ — In Surinam.

5959. **OCHNA** *Schreb.*

(DC. Prodr. I. 735. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 527. II. 826.)

1. O. (DIPORIDIUM) SERRULATA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 304. — Frutex vel arbuscula 8–10-pedalis. Ramuli verrucoso-punctati. Folia alterna brevissime petiolata, elliptico-lanceolata, basi et apice obtusa, acute serrulata mucronato-apiculata, utrinque glaberrima lucida, supra intensius viridia et venis venulisque copiosis prominulis percursa; pedunculi solitarii vix pollicares uniflori, calycis foliola elliptica persistentia, tempore maturitatis fructus glaberrima rubiginosa eximie nervosa; carpella calyce breviora obovato-globosa rugosa, atra vel atro-purpurea glabra lucida. ♁ — Ad *O. atropurpuream* DC. accedere, sed foliis angustioribus serrulatis et calycis phyllis elliptico-oblongis (non ovatis) differre videtur. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis circa Natalbay.

Icon addenda.

O. WIGHTIANA Wall. — (Wlprs. l. c. I. 528. no. 5.) — Wght. Icon. plant. Indic. orient. I. t. 223.

† Genus ex ordine excludendum.

EUTHEMIS *W. Jack (in Hook. Bot. Misc. II. 69. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 528.) ad SAUVAGESIEAS pertinet. (Cf. supra p. 60. no. 5051/1.)*

Ordo LIX. STAPHYLEACEAE *Bartl.*

(CELASTRINEARUM tribus I. DC. Prodr. II. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 529. II. 826. — Endl. Gener plant. p. 1084. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 68. II. 48.)

5671. **TURPINIA** *Vent.*

(DC. Prodr. II. 3. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 529. II. 826.)

1. T. SPHAEROCARPA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 228. et Wlprs. l. c. II. 826. — (Charact. amplificatus.) — Arbor excelsa: foliis impari-pinnatis, 2–3-jugis glaberrimis, foliolis petiolulatis coriaceis ovatis s. ovato-ellipticis acutis, basi rotundatis, serrulatis; panicula terminali; floribus parvis albidis fragrantibus; corolla campanulata connivente; stylo subtridymo; stigmate peltato; bacca globosa apice radiatim 3-striata corticata oligosperma. ♁ — Crescit in insula Java.

Ordo LX. CELASTRINEAE *R. Br.*

(CELASTRINEAE DC. Prodr. II. 3. excl. sect. I. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 529. II. 827. — Endl. Gener. plant. p. 1085. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 68. II. 48.)

5676. **EVONYMUS** *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 3. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 530. II. 827.)

1. *E. JAPONICUS Thnbrg. — DC. l. c. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 6.

5678. **CATHA** *Forsk.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 532.)

1. *C. (CELASTRUS Rth. — DC. Prodr. II. 9.) MONTANA Hasskrl. Tijdschrift voor naturligke Geschiedn. X. I. 140.

5679. **CELASTRUS** *Kth.*

(DC. Prodr. II. 5. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 533. II. 827.)

1. C. PATENS Eckl. et Zeyh. — Hochst. Flora (B. Z.) XXVII. I. 305. — C.? *leptopus* Bernhardi mss. — *C. glomeratus* E. Mey. mss. — Folia fere *Cassines Capensis*, sed minus coriacea et acutius dentata. Spinae validae, 1–2½-pollicares, patentes. Cymae dichotomae, pedunculo communi 2–3 lin. longo, ramis paullo longioribus fere capillaribus, floribus parvis. Frutex 10–12-pedalis. ♁ — Descriptio nimis incompleta. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis primitivis ad flum. Goukamma, George.
2. C. LUTEOLUS Delile, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 90. — Inermis: foliis ovatis subsessilibus heteromorphis, aliis integris obtusiusculis aut acutis, aliis apprime crenatis; floribus umbellulatis; umbellulis simplicibus brevibus petiolos vix superantibus; pedicellis infra medium articulatis; capsulis globosis trivalvibus, loculis monospermis. ♁ — *C. sinuato-dentatus* Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 98. — Crescit in Abyssinia.

† *Icon addenda.*

C. PANICULATUS Willd. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 158.

5680. **MAYTENUS** *Feuill.*

DC. Prodr. II. 9. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 534. II. 827.

1. M. PHYLLANTHOIDES Bth. Bot. of the voy. of the Sulphur 54. † — Glaber: foliis petiolatis obovatis obtusissimis integerrimis, basi cuneatis, crasso-coriaceis; floribus fasciculatis breviter pedicellatis. ♄ — In California „Bay of Magdalena".

5687. **HARTOGIA** *Thunbrg.*

(DC. Prodr. II. 12. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 536.)

1. H. (CASSINE Hochst. mss.) ILICIFOLIA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 305. — Frutex. Rami subflexuosi, teretes viriduli glabriusculi, ramuli alterni; folia opposita 1½–2-pollicaria, breviter petiolata ovata vel ovato-lanceolata acuminata serrata, (serraturis paucis subspinosis) versus basin integerrima, utrinque glabra; ramuli floriferi intrafoliacei solitarii unilaterales breves, interdum in spinam semipollicarem sterilem omnino mutati, petioli ad latus ramulo florifero vel spinae oppositum basi linea transversa stipulae quasi vestigium referente subconjuncti; flores pauci minimi, ramuli intrafoliacei semipollicares apice subdichotome dispositi, bracteis minutis basi et ad pedicellorum brevissimorum divisiones instructi. Calyx 5-partitus, petala quinque calyce duplo longiora extus puberula in alabastro subconvoluta et apice arctissime connexa, calycis partitionibus alterna; stamina quinque, filamenta brevissima, antherae biloculares subdidymae ovales, discus vel annulus in fundo calycis obscurus, ovarium ovatum superne angustatum et subcostatum, costis tomentosulis, stigma crassiusculum integrum vel subtrilobum sessile. Fructus ignotus. — *Ilex dichotoma* Brnhrdi. mss. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis primitivis Outenique.

5688. **ELAEODENDRON** *Jcq.*

(DC. Prodr. II. 10. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 536.)

1. E. *(Mystroxylon)* PAPILLOSUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 305. — Frutex (ex minoribus?). Rami teretes cinerei, juniores subquadranguli; folia alterna coriacea, breviter petiolata ovata vel ovato-elliptica subacuta, margine revoluta et remote serrulata, utrinque glaberrima lucida et venis reticulata; cymae breves dichotomae pauciflorae, ad ramos juniores oppositae vel solitariae laterales; drupa papillosa (saltem in fructibus exsiccatis inter rugas longitudinales exsiccationi tribuendas papillae numerosae medio impressae conspiciuntur), 5 lineas longa, putamine ligneo perquam duro, semina duo vel unum laevia rubro-brunnea lucida includente. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei circa Natalbay.

2. E. MICRANTHUM W. J. Hook. Lond. journ. of bot. III. 229. † t. 8. — Humile: ramis rigidis tortuosis; foliis breviter petiolatis suborbicularibus sinuato-crenatis, nunc obovatis oblongisve pinnatifidis vel etiam linearibus bipinnatifidis; floribus minutissimis solitariis axillaribus breviter pedunculatis; pedunculis folio multo brevioribus; floribus polygamis 5-fidis: drupis trispermis. ♄ — In Nova Zeelandia.

5689. **MYGINDA** *Jcq.*

(DC. Prodr. II. 12. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 538.*)

1. M. THEOIDES Bth. Plant. Hartweg. p. 127. no. 723. — Glaberrima: foliis alternis oblongis, inferioribus obovatis retusis, superioribus sublanceolatis, omnibus mucronatis serrato-crenatis, basi angustatis; pedunculis brevibus trichotome corymbosis; floribus tetrameris; ovario triloculari. ♄ — Frutex 8–12-pedalis. Ramuli cinerascentes angulati, rami adultiores teretes. Folia breviter petiolata, 1–2-poll. longa, pleraque obtusa cum mucronulo, glandulosa, superiora nonnumquam acuta, crenaturis saepius glanduloso-mucronatis. Pedunculi 2–4 lin. longi, corymbo densiusculo semel bisve trichotomo, ramulis trifloris. Bracteae ad ramificationes parvae ovatae acutae, margine denticulatae. Pedicelli brevissimi. Flores parvi. Sepala orbiculata denticulata. Petala sepalis triplo longiora lineam longa orbiculata, patentissima. Discus carnosus subinteger. Stamina margini

disci imposita brevia. Ovarium disco breviter immersum, depresso-conicum, in omnibus examinatis floribus triloculare. Ovula in loculis solitaria adscendentia. Stylus brevissimus. Stigmata tria. — Crescit in Columbiae montibus Chuquiribamba.

Ordo LXI. ILICINEAE *Brogn.*

(CELASTRINEARUM tribus III. excl. generib. complurib. DC. Prodr. II. 11. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 539. II. 328. — Endl. Gener. plantar. p. 1091. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 68. II. 48. et AQUIFOLIACEARUM genera Meisn. l. c. I. 252. II. 160.)

5704. CASSINE *Linn.*

(DC. Prodr. II. 17. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 539. II. 828. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 252. II. 161.)

1. C.? KRAUSSIANA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 305. — Foliis petiolatis oppositis ovatis crenato-serratis, basi cuneatis integerrimis emarginatis glabris subcartilagineo-marginatis; cymis oppositis lateralibus parce dichotomis planifloris. ♁ — Rami juniores subtetragoni. Fructus deest. — *C. Capensi* persimilis, sed in omnibus partibus minor. — Crescit in Promontorio bonae spei.

5705. ILEX *Linn.*

(DC. Prodr. II. 13. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 540. II. 828. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 252. II. 161.)

1. *I. PLATYPHYLLA B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. 135. t. 68. — Hook. Bot. Magaz. t. 4079. — *Aquifolium amplissimis foliis ex insulis fortunatis* Pluk' Alm. 38. t. 262. — *Ilex Perado* Ait. Hort. Kew. (I. edit.) I. 169.
2. I. PURPUREA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 230. — Frutex inermis: ramis cinereis teretibus glabris; foliis breviter petiolatis ovato-oblongis s. oblongo-lanceolatis acutis v. plerumque acuminatis repando-serrulatis, nunc integerrimis coriaceis glaberrimis lucidis: pedunculis in ramulis junioribus axillaribus foliis brevioribus trifloris subumbellatis; calyce 4-dentato; corolla purpurea 4-partita; staminibus 4 corollae laciniis alternis, antheris ovatis; ovario subgloboso 4-loculari, loculis uniovulatis, stigmatibus 4 sessilibus coronato; bacca.....? ♁ — Crescit in insula Java.
3. I. BUXIFOLIA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 132. — Glaberrima: foliis parvis elliptico-lanceolatis acutis vel interdum obtusis coriaceis uninerviis integris, margine subrevolutis breviter petiolatis, supra viridibus nitidis, subtus pallidioribus; pedunculis axillaribus trifloris; calyce 4-6-fido; corolla 4-6-partita; drupa 4-6-pyrena. ♁ — Frutex 4-6-pedalis ramosissimus, rami cinerei dense foliosi, folia 6-8 lin. longa, 2½-3 lin. lata, petiolo sesquilineari. Racemi folio breviores. Calyx parvus, laciniis late ovatis obtusis. Corolla vix lineam longa alba, laciniis ovatis acutiusculis, aestivatione imbricatis. — Crescit in Brasiliae montibus Organensibus.

5708. BYRONIA *Endl.*

(Endl. Ann. des Wien. Mus. I. 184. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 541.*)

1. B. SANDWICENSIS Endl. l. c. — Foliis ovalibus planis coriaceis integerrimis, supra lucidis; pedunculis axillaribus cymosis; corolla 6-8-fida; stigmate 12-16-radiato. ♁ — Rami subangulati rugosi. Folia alterna ovalia obtusa petiolata, supra lucida, subtus pallidiora opaca sicca, margine recurva, triuncialia. Petiolus

supra marginatus subcanaliculatus, subtus rugosus, uncialis. Pedunculi axillares petiolo longiores, cymam trichotomam pauciflorum gerentes. Bracteae ovatae acutae oppositae membranaceae. Flores magnitudine *Ilicis Aquifolii*. Calyx parvus leviter 3–4-lobus, lobis rotundatis. Corolla monopetala breviter campanulata profunde 6–8-fida, laciniis rotundatis. Stamina 6–8 lobis corollae alterna huicque inserta inclusa, filamenta brevia glabra, antherae subsphaericae. Germen globosum carnosum 12–16-sulcatum, 12–16-loculare, loculis uniovulatis. Stigma sessile planum centro depressum 12–16-radiatum. — *Ilex anomala* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. III. t. 25. — Crescit in insulis Sandwicensibus.

5708/1. **SIPHONODON** *Griffith.*

(Griffith in M'Clelland's Calcutta journal of natural history IV. p. 246.)

Flos hermaphroditus semiinferus, aestivatione imbricativa; calyx 5-sepalus; corolla 5-petala; stamina 5 sepalis opposita, antherae reniformi-cordatae; ovarium plurilocellatum e carpellis 5 sursum in canalem (apice denticulatum) connatis formatum; stigma styliforme in canalem, apice discoideo excepto reconditum; ovula in loculis solitaria obliqua vel pendula; fructus drupaceus, pyrenae osseae tot quot locelli ovarii monospermae; semina pyrenarum superiorum erecta, inferiorum pendula

1. S. CELASTRINUS Griffith. l. c. 247. t. 14. — Arbor mediocris, corona conica densa: ramuli flexuosuli; folia alterna breviter petiolata oblonga obtusiuscula crenato-serrata cum mucronulis adpressis, coriacea; stipulae lobi folii, dentiformes minutae. Flores axillares solitarii cymosi vel racemosi inconspicui viridi-lutescentes. Pedicelli florum solitariorum petiolorum longitudine, medium versus articulati, ad articulos bibracteolati et ad basin floris clavato-ampliati. Sepala 5 inaequalia concava lutescenti-albida diuque persistentia. Petala totidem alterna carnosa, margine subcrispata concoloria, cum calyce perianthium rotatum exhibentia, decidua. Stamina 5 cum petalis alterna brevia, filamenta dilatata, basi mediantibus denticulis latis subinternis in annulum coalita, antherae conniventes, connectivo reniformi-cordato, loculis angustis marginalibus longitudinaliter dehiscentibus. Pollen album trigonum triporosum. Ovarium semiinferum depressum lineis 5 radiantibus petalis oppositis vertice insignitum, pluriloculare, loculi quasi in substantia baseos floris immersi verticaliter subbiseriati obliqui uniovulati. Ovula anatropa, angulo interiori affixa, saepe pendula, tegumentum unicum. Stylus brevis canaliformis apice dilatatus et quinquedenticulatus. Stigma discretum columnare apice discoideum canalem styli implens, disco exserto. Fructus superus, ima basi calyce vel hujus reliquiis stipatus aurantii parvi magnitudine, apice profunde umbilicatus. Caro subsicca. Pyrenae tot quot ovarii loculi compressae osseae, superiores erectae, intermediae subobliquae, inferiores pendulae. Semina non visa sunt. — Crescit in India orientali (ad Penang).

† Genus forte melius AURANTIACEIS adnumerandum.

5712. **SKIMMIA** *Thnbrg.*

(Thnbrg. Flor. Japon. 4. — DC. Prodr. I. 18. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 541. — Siebold et Zuccarini, Flor. Japonic. I. 125. t. 68. charact. emendat.)

Polygama: calyx hypogynus persistens 4-5-fidus; petala 4-5 decidua exunguiculata. Fl. hermaphr. stamina 4-5 hypogyna, calycis laciniis opposita, antheris dorso affixis anticis. Discus quadrilobus carnosus ovarium cingens. Ovarium superum quadriloculare, ovulo solitario pendulo anatropo in quovis loculo. Stylus simplex cylindricus, stigmate crasso quadrilobo. In floribus masculis omnia ut in hermaphroditis excepto ovario, cujus rudimentum parvum conicum. Floris foeminei stamina abortiva. Drupa supera primum carnosa, demum sicca tetrapyrena, pyrenis cartilagineis pendulis monospermis. Semen pendulum, testa membranacea tenui, exalbuminosum, embryone axili erecto, cotyledonibus crassis plane sibi impositis, radicula brevi cylin-

drica bilum spectante. — Frutices Indici vix humanae altitudinis: ramis ascendentibus, cortice fusco aeque ac reliquae plantae partes oleo aethereo scatente; foliis simplicibus alternis petiolatis integerrimis coriaceis pellucide punctatis per triennium persistentibus exstipulatis; floribus post folia provenientibus polygamis in paniculas terminales thyrsoideas et subdichotomas dispositis albis vel ochroleucis fragrantibus.

1. SK. JAPONICA Thnbrg. l. c. — Bnks. Ic. Kaempf. t. 5. — DC. l. c. — Siebold et Zuccar. l. c. 127. t. 68. — Foliis alternis breviter petiolatis obovato-oblongis oblongisve, utrinque attenuatis acutis integerrimis coriaceis, pellucido-glanduloso-punctatis glabris; paniculis terminalibus thyrsoideis multifloris; drupis globosis. ♁ — Frutex 3–4-pedalis (nec arbor ut habet Kaempfer). Folia 4–6 e quavis gemma, per triennium persistentia, approximata, a foliis anni sequentis et praecedentis remota, petiolata, petioli semiteretes crassiusculi glabri, lamina obovato-oblonga, utrinque attenuata acuta integerrima coriacea penninervis, utrinque glabra laeteque viridis vel rarius subtus verruculis prominulis adspersa et fuscescens, 4–6-pollicaris, 15–20 lin. lata. Flores in apice ramorum in paniculam thyrsoideam 2–3-pollicarem densam dispositi, suaveolentes vernales. Rhachis paniculae stricta teres glabra albida, rami primarii alterni patentes, bractea lineari-lanceolata acuta brevissima suffulti, secundarii subdichotomi bracteolati. Petala alba. Drupa coccineo-rubra. — *Ilex Skimmia* Spr. Syst. veget. I. 495. — Crescit in Japonia.

2. SK. (LIMONIA DC. Prodr. I. 536. no. 2. — Wall. Plant. Asiat. rar. III. 23. t. 245.) LAUREOLA Siebold et Zuccar. mss. — Foliis oblongo-lanceolatis acutis, basi attenuatis (illa *Daphnes Laureolae* exacte referentibus); floribus terminalibus corymboso-capitatis; calyce quinquepartito; petalis staminibusque quinis. ♁ — Frutex pulcherrimus 4-pedalis glaberrimus, odore omnium partium viridium tritarum citrino. Folia ad apices ramorum approximata subopposita ternataque oblongo-lanceolata acuta, basi attenuata integerrima 3–5-pollicaria laevia lucida, frequenter pellucido-punctata, supra atro-viridia, subtus flavicantia, petiolo semitereti unguiculari. Flores pallide flavi fragrantissimi densi in corymbum terminalem dispositi compactum ovatum obtusum foliis summis breviorem 2–3-pollicarem. Rhachis crassa pedunculique breves pubescentes purpureo-punctulati. Bracteae 2 versus pedicelli apicem oppositae lanceolatae pubescentes. Ovarium 2–3?-loculare, loculis uniovulatis, ovulis pendulis, stylus carnosus staminibus brevior 2–3-fidus lobis divergentibus. Bacca ovata laevis magnitudine fere fructus *Oleae Europaeae* uni?-locularis monosperma. — Crescit in Nepalia.

Ordo LXIV. SAMYDEAE *Grtnr.*

(DC. Prodr. II. 47. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 546. II. 828. — Endl. Gener. plant. p. 916. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 72. II. 52.)

5059. SAMYDA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 47. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 546.)

1. S. SUAVEOLENS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. III. 66. † t. 274. — Foliis oblongis acuminatis, basi subinaequali acutis serrulatis, utrinque glaberrimis nitidis, supra reticulatis; pedunculis fasciculatis, petiolum adaequantibus; staminibus denis, alternis brevioribus. ♁ — Frutex orgyalis comosus. Rami longi parum divisi, ramuli simplices erecti leviter flexuosi subteretes striati glaberrimi apice purpurascenti-virides, epidermide nitida vestiti. Folia numerosa, inferiora

magis invicem approximata, superiora vix pollicem dissita patulo-erecta, ovali-oblonga in acumen breve excurrentia, basi acuta saepius inaequalia, tenuiter sed aequaliter crenulata, rigide membranacea, utrinque glaberrima et nitida, supra reticulata, densissime pellucido-punctata, pulchre viridia, semipedalia, 2 poll. lata, petiolus semiteres purpurascens uti nervus laminae. Flores axillares 6–12 pulvino minuto, vertice squamulis nunc erosis obsito insidentes, pedicellis teretibus fulti. Calyx tubo brevissimo, basi acutus campanulatus, ad basin fere quinque-partitus, laciniis late ovalibus obtusis glaberrimis, post anthesin reflexis diuque persistentibus. Stamina 10 tubo calycis inserta, basi connata, lacinias calycinas longitudine adaequantia, filamenta omnia antherifera, alterna breviora glaberrima, antherae medio dorso affixae biloculares, loculis lineari-oblongis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium superum ovatum glaberrimum uniloculare, ovula numerosa placentis parietalibus ternis inserta, in quavis placenta circiter quadriseriata semianatropa, stylus cum ovario connatus simplex, stigmate capitato vel papilloso. Capsula coriacea ovata glabra indehiscens, pulpa succulenta rubra repleta. Semina abortu 3–4. — Flores albi odore suavissimo aurantiorum insignes sunt. — Crescit in sylvis Brasiliae borealis circa Egam.

2. S. **PROCERA** Poepp. et Endl. l. c. 67. † — Arborea: foliis oblongis, obtuse acuminatis, basi rotundatis, obsolete crenulatis, utrinque glaberrimis reticulatis, supra nitidis; pedunculis axillaribus fasciculatis, petiolo brevioribus; staminibus duodenis aequalibus. ♁ — Arbor 60-pedalis, trunco stricto tereti, ligno albo duro, ramis erectis apice solummodo ramulosis, ramuli saepe ulnares simplicissimi stricti teretes, epidermide ob exsiccationem longitudinaliter rugulosa glaberrima cinerea. Folia numerosissima alterna, invicem valde approximata, media patula, superiora erecta, juniora complicata oblonga, utrinque obtusa, apice in acumen breve excurrentia, basi rotundata, crenulis vix oculo nudo distinguendis margi-nata, rigide membranacea glaberrima reticulata, parcius pellucide punctata, subtus pallidiora 5-pollicaria, vix sesquipollice latiora, petiolus semiteres supra profunde sulcatus pollicaris. Flores in pulvinis hemisphaericis numerosi, magnitudine formaque illis praecedentis simillimi inodori. Stamina duodena, filamentis capillaribus aequalibus. Stylus brevissimus, stigmate capitato obscure crenato. Bacca ovata, placentis parietalibus abortu utplurimum binis. — Crescit in sylvis Brasiliae borealis circa Egam.

5060. **CASEARIA** *Jcq.*

(DC. Prodr. II. 48. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 546. II. 828. — *Chaetocrater* Rz. et Pav. — DC. l. c. 52.)

1. C. *(Pitumba)* **PUBIFLORA** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 66. — Ramulis glabris; foliis oblongis acuminatis serrulatis, basi subobliique cuneatis membranaceis punctatis glabris vel in nervo medio puberulis; pedicellis fasciculatis, floribus decantheris 5-partitis pubescenti-villosis; laciniis calycinis oblongis. ♁ — Crescit in Guayaquil.

2. C. **BENTHAMIANA** Miquel, Ann. sc. natur. (3. Ser.) I. 38. † — Glabra, praeter ramos nascentes subtilissime puberulos: foliis ellipticis vel elliptico-oblongis aequilateris vel subaequilateris modice acuminatis, acumine submucronato, basi aequali vel inaequali acutiusculis, crenato-serrulatis, utrinque nitidulis, pellucido-punctatis; umbellis sessilibus; staminibus fertilibus 10, calyce inclusis. ♁ — *C. inaequilaterae* Cambess. proxime affinis. — Crescit in vicinitate urbis Paramaribo.

3. C. **FOCKEANA** Miquel l. c. 39. † — Ramulis foliisque subtus pubescentibus, his oblongis subinaequilateris, acute acuminatis serratis, obsolete pellucido-punctulatis, supra glabriusculis, ad nervum medium pilosulis; umbellis sessilibus; floribus cinereo-pubescentibus; pedicellis prope basin articulatis; calycis quinquefidi segmentis lineari-lanceolatis obtusiusculis; staminibus fertilibus 8(?), antheris subglobosis apice tenerrime pilosulis; stylo indiviso; capsula ovata incano-pubescente. ♁ — *C. ramiflorae* non dissimilis. — Crescit in Surinam.

5060/$_1$. **EUCERAEA** *Martius.*

(Martius, Nov. gener. et spec. pl. Brasil. III. 90. t. 238. — Endl. Gener. pl. Suppl. I. p. 1420. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 53. II. 38. 346. 349.)

1. E. NITIDA Martius l. c. 91. † t. 238. — Ramulis patulis; foliis alternis petiolatis serratis glabris; stipulis caducissimis; floribus minutis solitariis vel binis aut ternis in racheos paniculato-ramosae foveolis sessilibus, bractea bracteolisque geminis lateralibus, basi connatis, coloratis cinctis. ♁ — Crescit in Brasilia.

5060/$_2$. **CANDELABRIA** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVI. 79. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 90.)

Calyx tubulosus, limbo quinquefido aequali. Corolla nulla, nisi stamina 5 sterilia petaliformia, laciniis calycinis alterna ad faucem tubi cum disco inserta petala dixeris, discus carnosus calyci ad tubi faucem insertus stamina 5 fertilia ambiens iisque basi adnatus, filamenta horum staminum a fauce tubi oriundorum interiore parte in columellam connata, deinde libera, statim deflexa, laciniis calycinis opposita (fere ut in *Passiflora* sed angulo acuto subito deflectuntur ut candelabri figuram facete referant), antherae biloculares introrsae, sed deflexione staminum extrorsae, quinque alia stamina sterilia (petala?) brevissime stipitata petaloidea, cum laciniis calycinis alterna, infra discum prodeuntia. Ovarium lanatum. Stylus filiformis, stigma subtridentatum columellam stamineam superans. Fructus desideratur. — Arbor Capensis quindecimpedalis: foliis alternis breviter petiolatis ovalibus 4-6-pollicaribus glaberrimis integerrimis vel obtusissime undulato-subcrenatis discoloribus, supra lucidis, utrinque parallele venosis obtusis; floribus exiguis bracteatis glomerato-sessilibus axillaribus.

1. *C. MICRANTHA Hochstett. l. c. — ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei (Port Natal.)

* Genus Samydeis affine.

5060/$_3$. **PERICLISTIA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 108. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 90.)

Calyx pentaphyllus, foliolis imbricatis, exterioribus minoribus, persistens. Petala 5 hypogyna lanceolato-linearia convoluto-imbricata crassa, per anthesin erecta, apice clausa et subconnata. Stamina fertilia 5 hypogyna, filamenta brevia in tubum coalita, tubo inter antheras nonnumquam dentibus (staminibus sterilibus) aucto, antherae ad apicem tubi sessiles introrsae biloculares longitudinaliter dehiscentes. Germen sessile oblongum unilociulare, trophospermiis parietalibus tribus. Ovula plurima. Stylus simplex, stigma obtusum. Fructus desideratur. — Frutices Guianenses praeter inflorescentiam glabri: foliis alternis breviter petiolatis coriaceis integerrimis; stipulis lanceolatis integris persistentibus vel deciduis; racemis terminalibus laevibus; floribus fasciculatis brevissime pedicellatis; bracteis parvis fuscis.

1. P. LATIFOLIA Bth. l. c. 109. — Foliis ovato-ellipticis acuminatis, basi parum angustatis; sepalis late ovatis pubescentibus; staminum tubo inter antheras dentifero. ♁ — Folia 6-8-pollicaria, stipulae deciduae. Racemi vix pollicares, bracteae minimae ovatae; sepala valde inaequalia obtusissima, majora interiora sesquilineam longa. Corolla 5 lin. longa genitalibus duplo longior tenuis, basi incrassata. Petalum intimum superne conduplicatum, caetera arcte imbricata se invicem involventia. Ovarium glabrum antheris aequilongum. Stylus antheris duplo longior. — Crescit in Guiana Britannica.

2. P. LONGIFOLIA Bth. l. c. — Foliis oblongis acuminatis, basi longe angustatis; sepalis ovali-oblongis obtusiusculis glabris; tubo stamineo inter antheras integro. ♁ — Folia 6-8-pollicaria quam in specie praecedente dimidio angustiora.

Stipulae lanceolatae petiolo parum breviores persistentes. Corolla tenuior et paullo longior quam praecedentis. — Crescit in Guiana Britannica.

† **Genus ex ordine expellendum.**

STEPHANOPODIUM *Poepp. et Endl. (Nov. gen. et spec. plant. Chil. III. 40. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 828.) ad CHAILLETIACEAS pertinet.*

Ordo LXV. HOMALINEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 53. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 548. — Endl. Gener. plant. p. 922. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 73. II. 52.)

5086. **HOMALIUM** *Jcq.*

(DC. Prodr. II. 53. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 548.*)

1. **H. SURINAMENSE** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. (II.) 756. — Ramis verrucis (demum concavis) obsitis; foliis membranaceis ovatis obtusiusculis, utrinque glabris reticulato-venosis undulato-crenatis; racemis axillaribus folio multo longioribus; staminum fasciculis triandris. ♁ — Crescit in Surinam.

Ordo LXVI. CHAILLETIACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 57. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 549. II. 829. — Endl. Gener. plant. p. 1104. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 73. II. 53.)

$5759/_1$. **STEPHANOPODIUM** *Poepp. et Endl.*

(Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 40. t. 246. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 828.*)

Calyx inferus quinquefidus. Corollae tubus calycem aequans, limbo exserto bilabiato quinquelobo, laciniis subaequalibus. Stamina 5 cum laciniis corollae alternantia, antherae in incisuris subsessiles oblongae biloculares introrsae. Ovarium glandulis quinque cinctum biloculare, ovula in loculis gemina collateralia pendula. Stylus simplex, stigma bilobum, laciniis subulatis. Drupa coriacea bilocularis. Semina.....? — Arbor Peruviana: foliis oblongis petiolatis; floribus in petioli apice capitatim coacervatis.

1. **ST. PERUVIANUM** Poepp. et Endl. l. c. — Arbor mediocris, trunco erecto nodoso; coma admodum laxa, ramis longis sat ramulosis. Ramuli alterni distorti vel divaricati abbreviati teretes, purpureo-fusci hinc inde cinerascentes, parcius foliosi. Folia alterna oblonga, interdum obovata, basi semper paullo angustata, juniora cuneata, acumine brevi terminata membranacea, utrinque glabra, fulta petiolo brevi tetragono, stipulis geminatim deciduis munito. Flores pedicello brevi sustenti in ipsius petioli apice tumido capitatim coacervati parvi albidi inodori. Calyx campanulatus quinquefidus, laciniis erectis ovatis acutis subbila-

biatis vix inaequalibus, extus tenuiter pubescens. Corolla petalis 5 connatis constans subinfundibuliformis, tubo calycem aequante, basi ovato, intus ad faucem villoso, limbo obliquo bilabiato quinquelobo, laciniis ellipticis acutis, superiore reliquis paullo latiore. Filamenta subnulla, antherae in incisuris corollae subsessiles erectae laciniis limbi breviores introrsae, loculis connectivo carnoso disjunctis longitudinaliter dehiscentibus. Glandulae ovarium cingentes liberae obovatae carnosae, intus planae, dorso convexae. Ovarium didymum extus hirtum, intus biloculare. Ovula pendula, arilli vestigium nullum monstrans. Stylus terminalis quam tubus corollae dimidio brevior, paullo deflexus, stigmatibus duobus subulatis. Drupa coriacea, immatura succulenta semper ab insecto quodam perforata, indeque quoad structuram internam et semina incognita. — Crescit in sylvis udis Peruviae orientalis versus missionem Tocache.

Ordo LXVII. AQUILARINEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 59. — Wlprs Repert. bot. syst I. 549. — Endl. Gener plant. p. 332. et Suppl. III. p. 65. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 73. II. 53. — PHALERIEAE Meisn. l. c. I. 329. II. 241. [excl. gen. no. 2.])

2109. **DRIMYSPERMUM** *Reinwrdt.*

(Reinwrdt. Syllog. pl. Soc. Ratisb. II. 15. — Dcne. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XIX. 38. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 65. — *Phaleria* W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 156. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 329. II. 241. — Endl. Gener. plant. no. 2109.)

1. DR. URENS Reinwardt l. c. — Dcne. l. c. 39. — Arboreum: foliis subsessilibus late lanceolatis acuminatis; floribus albis majusculis; staminibus stylum superantibus. ♁ — Arbor speciosa. Rami flaccidi. Folia opposita subsessilia late lanceolata acuminata integerrima glaberrima. Umbellae laterales sessiles, rarius terminales, bracteis pluribus obtusis involucratae. Receptaculum florum commune foveolatum. Flores sessiles albi. Perigonium infundibuliforme, pilis brevissimis incanum, limbi laciniae 4 rotundatae obtusae. Stamina 8 summo tubo inserta segmentis duplo longiora, antherae adnatae. Stylus erectus filiformis staminibus brevior. Stigma capitatum globosum integrum vel didymum. Ovarium oblongum. Fructus cerasorum magnitudine globosi drupacei ruberrimi dipyreni, caro albida insipida et subdulcis. Nuces duae plano-convexae. Putamen duplex, exterius opere filamentoso reticulato pulpam succosam includente tectum, interius fragile atrum. Arillus? crassus fungosus utrinque putamini communis. Semen globosum, testa tenuis fusca. — Crescit in insula Celebes.
2. DR. BLUMEI Dcne. l. c. — Foliis oppositis oblongo-lanceolatis, basi et apice acuminatis glabris; capitulis subsessilibus axillaribus vel terminalibus; floribus extrorsum glabris. ♁ — *Dais dubiosa* Blume, Bijdragen 651. — Crescit in sylvis montosis insularum Javae et Nusae-Kambangae.
3. DR. LAURIFOLIUM Dcne. l. c. t. 1. — Foliis oblongis vel elliptico-oblongis, basi attenuatis, apice acuminatis breviter petiolatis; floribus numerosis capitatis terminalibus, extrorsum puberulis subincanis; stylo stamina superante. ♁ — *Dais dubiosa* Dcne. Hb. Timor. 41. (nec Blume). — Crescit in insula Timor.
4. DR. PERROTTETIANUM Dcne. l. c. 40. — Foliis late ellipticis breviter acuminatis nervosis petiolatis; floribus numerosis capitatis axillaribus vel terminalibus extrorsum puberulis, introrsum ad apicem laciniarum tomentosis; stylo stamina aequante. ♁ — Crescit in Manilla.

5. DR. BURMANNI Dcne. l. c. — Foliis late ovatis vel obovatis acuminatis breviter petiolatis; floribus capitatis axillaribus extrorsum subpuberulis; stylo stamina subaequante. ♀ — Burm. Flor. Indic. 104. t. 32. fig. 2. — Crescit in India orientali.

Adnot. DAIS DISPERMA Forst. Prodr. 192. Willd. Spec. pl. II. 580.) et PHALERIA CAPITATA W Jack in Hook. Comp. bot. Magaz. I. 156.*) ad speciem quandam praecedentium pertinent.

2109/1. CYATHODISCUS *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXV. I. p. 240. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 65. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 368.)

1. C. UMBELLATUS Hochstett. l. c. — Fruticulus ramosus: foliis sparsis ovato-lanceolatis lanceolatisve subcoriaceis integerrimis glabris, supra lucidis, subtus reticulato-subvenosis; umbellis terminalibus paucifloris; pedicellis tubo perianthii brevioribus. ♀ — Crescit in Promontorio bonae spei ad Port Natal.

2109/2. PSEUDAIS *Dcne.*

(Dcne. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XIX. 40. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 65.)

Perigonium coloratum urceolato-cylindraceum, limbo quinquedentato aequali brevi, fauce nuda. Stamina 10 medio perigonii tubo subbiseriatim inserta inclusa, filamenta filiformia libera glaberrima. Germen ovoideum, ima basi annulo hypogyno cinctum biloculare, ovula in loculis solitaria ex eorundem apice pendula anatropa. Stylus elongatus, stigmate subpeltato. Fructus subdrupaceus, sarcocarpio fibroso, 2- vel abortu 1-locularis, loculis monospermis. Semen ovoideum inversum, integumento tenui. Embryonis exalbuminosi orthotropi cotyledones carnosae plano-convexae, radicula brevis supera. — Fruticulus Moluccanus: foliis oppositis breviter petiolatis ovalibus, apice acuminatis integerrimis; pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis; floribus in capitulum globosum congestis, basi bracteis involucralibus stipatis.

1. PL. (DAIS Gaudich. Voy. de l'Uranie 443. t. 44.) COCCINEA Dcne. l. c. 41. — Foliis breviter petiolatis ovatis, basi rotundatis, apice acuminatis acutis. ♀ — Crescit in Moluccis insulis.

2110. GYRINOPSIS *Dcne.*

(Dcne. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XIX. 41. t. 1. fig. B. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 65.)

Perigonium coloratum longe tubulosum, limbo quinquefido aequali, aestivatione quincunciali, fauce squamosa, squamis 10 brevibus crassiusculis villosis, laciniis per paria oppositis aequalibus. Stamina 10 summo perigonii tubo uniseriatim inserta, antherae sessiles inclusae biloculares, medio dorso affixae, utrinque emarginatae. Germen ovoideum pilosum breviter stipitatum, annulo hypogyno destitutum biloculare. Gemmulae in loculis solitariae pendulae anatropae. Stylus cylindraceus, stigmate ovoideo hispidulo. Fructus desideratur. — Frutex Luçoniensis: foliis alternis breviter petiolatis

---

*) „*Frutex: rami glabri. Folia opposita vel subopposita breviter petiolata „ovato-lanceolata longe acuteque acuminata integra glaberrima octopollicaria. „Petioli incrassati, stipulae nullae. Pedunculi axillares, interdum ex axillis fo-„liorum jam lapsorum, brevissimi, florum sessilium capitulum gerentes, foliis brac-„teisve plurimis oblongo-ovatis involucratum. Flores magni albi jasminacei. Pe-„rianthii inferi tubus longus, faux pervia glabra, limbi quadripartiti laciniae „ovatae. Stamina 8 fauci inserta exserta longiuscula, antherae bilobae. Ovarium „cupula tenui alba cinctum oblongum, in stylum attenuatum, biloculare, loculis „uniovulatis, ovulo ex apice loculi suspenso, funiculo ovuli basi adnato. Stylus „staminibus parum brevior. Stigma capitatum papillosum. Baccae aggregatae „pyriformes, apice rotundatae, basi attenuatae biloculares dispermae. Semina „exalbuminosa, embryo inversus, cotyledones plano-convexae, radicula parva „supera.*“ — *Crescit in insula Sumatra.*

oblongis acuminatis tenuissime et transverse venosis; pedunculis axillaribus terminalibusque; floribus pedicellatis umbellatis; umbella exinvolucrata.

1. G. CUMINGIANA Dcne. l. c. t. 1. fig. B. — Foliis breviter petiolatis oblongo-ellipticis, apice acuminatis; pedunculis 8–10-floris, pedicellis hirsutis; floribus introrsum et inferne pubescentibus. ♁ — Crescit in Luçonia ad Manillam.

$2110/_{1}$. LEUCOSMIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 231. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 65.)

Perigonium longe tubulosum, limbo quinquefido, laciniis aestivatione imbricatis. Squamae ad faucem 5 laciniis alternae. Stamina 10, quorum 5 ad faucem laciniis perigonii, 5 paullo inferius inserta squamulis opponuntur, filamenta brevia, antherae lineares versatiles biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus, vagina brevis ovarii basin cingens. Ovarium biloculare, ovulis in loculo quovis solitariis ab apice anguli interioris pendulis. Stylus longus filiformis, stigma crassum oblongum leviter emarginatum. Drupa sarcocarpio tenui, putamine lignoso crasso biloculari dispermo. Semina pendula exalbuminosa, cotyledonibus crassis, radicula brevissima supera. — Frutex vel arbor? in insulis Amicorum sponte crescens glaberrimus. Folia opposita exstipulata breviter petiolata ovata, elliptica vel suprema fere orbicularia brevissime acuminata integerrima coriacea nitidula penninervia reticulato-venosa, $2\frac{1}{2}$–$3\frac{1}{2}$-pollicaria; flores in capitulo terminali breviter pedunculato subdeni sessiles. Involucrum nullum? sed cicatrices supersunt bractearum vel deciduarum vel omnino abortientium.

1. L. BURNETTIANA Bth. l. c. — Perigonium gracile basi apiceque leviter ampliatum, extus glabrum bipollicare, laciniae limbi crassae oblongae obtusae concavae 3–4 lin. longae, in alabastro valde imbricatae, tubus intus hirsutus. Squamae faucis parvae ovatae. Vagina brevissima glabra. Ovarium oblongum leviter compressum villosum. Drupa magnitudine nucis *Avellanae* compresso-globosa, siccitate rugosa et interdum subdidyma; putamine crassissimo lignoso-fibroso. Seminum testa nigro-fusca. ♁ v. ♃ — Crescit in insulis Amicorum.

† Genus ex ordine expellendum.

LAGENULA *Lour. Flor. Cochinch. p.* 111. (*Meisn. Gener. plant. vascul. I.* 329. *II.* 241.) *pertinere dicitur ad Fusanum.* (*Cf. Spr. syst. veget. I.* 490, *ubi Lagenula pedata Lour.* = *Fusanus pedatus Spr.*)

Ordo LXVIII. ANACARDIEAE *Lindl.*

(TEREBINTHACEARUM tribus I. et II. DC. Prodr. II. 62. ut 65. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 549. II. 829. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 72. II. 53.)

5894. DUPUISIA *A. Rich.*

(A. Rich. in Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 148. t. 38. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.*)

1. D. JUGLANDIFOLIA A. Rich. l. c. — Arbor. Folia alterna pedalia petiolata imparipinnata, petiolo tereti, basi incrassato; foliola 3–4-juga opposita vel subalterna breviter petiolulata elliptica acuminata coriacea integerrima glaberrima, supra nitida, 3–6-uncialia, $1\frac{1}{2}$–$2\frac{1}{2}$ uncias lata. Flores minimi paniculati. Panicula terminalis ramosa pauciflora, foliis longior. Calyx brevissimus cupuliformis

obsolete et obtuse quinquedentatus persistens albido-roseus. Petala 5 erecta cum calycis dentibus alterna vel oblonga acuta crassa subconcava calyce multo longiora rubella, intus pubescentia. Stamina 5 cum petalis alternantia et breviora perigyna seu circa calycis basin inserta libera, filamentis brevibus subcompressis roseis, antheris rubris oblongis, filamento longioribus introrsis bilocularibus, sulco longitudinali dehiscentibus. Ovarium sessile subglobosum glabrum uniloculare, loculo uniovulato, ovulo laterali, podospermio filiformi appenso. Stylus cum ovarii apice continuus vix distinctus crassus stigmate depresso simplici terminatus. Fructus (immaturus) drupaceus vix carnosus monospermus. — Crescit in Senegambia, in sylvis humidis Casamanciae.

5895. **SORINDEJA** *Pet. Thouars.*

DC. Prodr. II. 80. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.)

1. S. GLABERRIMA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 245. — Foliolis suboppositis 2–3-jugis glaberrimis undulatis; panicula axillari aut laterali, ramulis patentissimis; floribus binis ternisve, rarius solitariis. ♁ — Crescit in insula Java.

5898. **ODINA** *Rxb.*

(Rxb. Flor. Indic. II. 293. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.)

1. O. WODIER Rxb. l. c. — Wght. et Arn. Prodr. fl. Ind. or. I. 171. — Wght. Icon. plant. Ind. orient. I. t. 60. — Royle, Illustr. of Himal. plant. 130. t. 31. fig. 2. — Arbor excelsa. Truncus ad ramificationes strictus crassissimus, cortice cinereo glabro tectus. Rami numerosissimi, inferiores patentes. Folia alterna versus ramulorum apicem imparipinnata, foliolis plerumque 3–4-jugis oppositis sessilibus oblongis ovatis acuminatis integerrimis glabris, subtus pallidioribus glabris vel tomentoso-velutinis, subquinquepollicaribus, 2 poll. latis, extimis maximis. Racemi terminales filiformes (fasciculati) interrupti, floribus parvis fasciculatis. — *Wodur* Anderson mss. — *Haberlia* Dennst. Clavis ad Hort. Malab. IV. 32. — In India orientali crescit.

2. O. (LANNEA A. Rich. in Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 154. t. 42.) VELUTINA Endl. mss. in Wlprs. l. c. no. 2. — Foliis imparipinnatis, foliolis oppositis 3–4-jugis sessilibus ovali-acutis tomentoso-velutinis, subtus pallidioribus; floribus racemosis; racemis elongatis congestis; fructibus velutinis oblongis. ♁ — Arbor 12-pedalis, interdum a basi diffuse ramosa, undique pube velutino-rufa tomentosa. Folia pedalia, petiolo semitereti basi incrassato, foliolis subcordato-oblongis subsessilibus integris, superne viridibus, nervis venisque ferrugineo-velutinis, subtus dense tomentosis discoloribus, foliolum terminale longius petiolulatum. Flores dioici parvuli albido-lutescentes odorati, spicati, spicis elongatis simplicibus, versus ramorum apicem aggregatis, floribus pedicellatis glomerulatis. — Crescit in Senegambia locis siccis prope Albredam.

3. O. (LANNEA A. Rich. l. c. 154.) ACIDA Wlprs. mss. — Foliis imparipinnatis, foliolis oppositis 3–4-jugis ovali-oblongis acuminatis, basi abrupte in petiolum brevem desinentibus glabris, supremis junioribus ferrugineo-tomentosis; floribus pedicellatis spicatis; spicis in apice ramorum congestis; fructibus compressis apice quadricornutis cinereis. ♁ — Arbuscula dumosa 15-pedalis a basi ramosa, fere per totum annum foliis destituta. Foliola integra glabra coriacea subpenninervia, subtus pallidiora subreticulata bipollicaria, pollicem lata, juniora summa ferrugineo-tomentosa. Flores minimi albi unisexuales. Masculi subsessiles tomentoso-ferruginei, in spicas graciles simplices apice ramulorum congestas dispositi, singuli floris pedicellus brevissimus tomentosus. Calyx brevis monosepalus quadridentatus, dentibus acutis. Petala 4 calyce longiora patentia ovali-suborbiculata obtusa concava sessilia, lateraliter incumbentia. Stamina 8 petalis subbreviora libera, filamentis distinctis subulatis glabris, antheris oblongis introrsis, utrinque obtusis emarginatis biloculariibus, longitudinaliter dehiscentibus. Ovarii rudimentum quadrilobum. Flores foeminei similiter spicati, longius tamen pedicellati. Calyx ut in masculis, corolla nulla. Stamina interdum 1–2 castrata

adsunt. Discus annularis parum prominens subsinuatus. Ovarium ovoideum abortu uniloculare, uniovulatum, ovulo appenso, styli 4 brevissimi conformes divaricati. Fructus oblongus compressus obtusus nucleum pruni minoris aequans, subobliquus, calyce persistente nec aucto basi cinctus, apice stylis divaricatis persistentibus duris quadricornutus, parce carnosus?, nucleo osseo extus sublacunoso uniloculari monospermo. — Crescit in Senegambiae Promontorio viridi in sabulosis aridis non procul a Rufisk et ad ripas fluvii Gambiae circa Albredam.

$5898/_1$. **LANNEOMA** *Delile.*

(Delile, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 91. t. 1. fig. 2.)

Flores monoici. Masc. Calyx tetrasepalus tomentosus, petalis brevior. Petala 4 obovata. Stamina 8, filamentis ima basi in annulum connatis; rudimentum ovarii tuberculum centrale oblongum. Foemin. Calyx 4-sepalus, corolla 4-petala. Ovarium superum ovatum, tuberculis quatuor apice stigmatosis coronatum. Fructus: drupa obovata tomentosa, stigmatibus quatuor ab invicem per spatium quadratum remotis terminata, sarcocarpium tenue, putamen biloculare, superficie undulata, uno latere convexa, altero in sinum cymbiformem depressa. Semen in singulo loculo unicum compressum obovatum, spermodermium funiculo umbilicali appensum, chalaza orbicularis in margine seminis, sub sinu laterali depresso putaminis, cotyledones compressae cultriformes, radicula deflexa, accumbens sub apice endocarpii. — Arbuscula Abyssinica foliis plicatis trifoliolatis tomentosis; floribus ad gemmas ramulornm glomerulatis.

1. *L. VELUTINA Delile l. c. t. 1. fig. 2. — ♄ — *Odina? triphylla* Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. p. 98. — Crescit in Abyssina ad Tschellochekenne.

5899. **PEGIA** *Colebr.*

(Colebr. Transact. of the Linn. soc. XV. 364. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.)

1. *P. NITIDA Colebr. l. c. — *P.? Colebrockiana* Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 185? — Wlprs. l. c. — Wght. Icon. plant. Ind. or. I. t. 236. — (Species indescripta.)

5901. **SCHINUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 74. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.)

1. SCH.? DISCOLOR Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur II. † t. 9. — Foliolis 1–7 parvis ovatis obtusissimis, supra puberulis, subtus incano-tomentosis, terminali inciso crenato subtrilobo, inferioribus multo minoribus integris crenatisve; paniculis abbreviatis; pedicellis fasciculatis. ♄ — In California „Bay of Magdalena."

5902. **DUVAUA** *Kth.*

(DC. Prodr. II. 74. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 550.)

1. D. LONGIFOLIA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 59. — Foliis lineari-oblongis, basi angustatis integerrimis; corymbis sessilibus axillaribus; floribus 7–8-andris. ♄ — Crescit in Bonaria.

5903. **MAURIA** *Kth.*

(DC. Prodr. II. 73. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 551. *)

1. M. SUAVEOLENS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 77. † — Ramis laevibus; foliis 3–4-jugis, foliolis ovato-oblongis acuminatis, subtus pubescentibus; paniculis floribusque pulveraceis. ♄ — Arbor 30-pedalis, cortice laevi nitido, in ramulis teretibus atro-purpureo, nullibi verrucoso, tenuissime striato. Folia constanter pinnata cum impari, 8–12-pollicaria, petiolo communi tereti, foliola tri-quadrijuga e basi ovata rotundata sensim in acumen breve attenuata coriacea epunctata, supra glaberrima nitida, subtus imprimis in nervis venisque tenuiter reticulata breve rigideque pubescentia, 3–4-pollicaria. Panicula terminalis folio brevior pulveraceo-tomentosa. Flores albi odorati. Drupa subrotunda paullisper obliqua compressa obtusissima, stylo apiculata coriacea glabra uniocularis, 3 lin. longa, semen pendulum, putamine coriaceo inclusum. — Crescit in sylvis montanis Peruviae subandinae versus Cuchero

5903/1. **PENNANTIA** *Forst.*

(Forst. Char. gener. 67. — Reisseck in Linnaea XVI. 338. t. 12. 13. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 829. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. pag. 99. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 71. II. 51.)

1. P. ODORATA Raoul, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 123. — Ramulis pubescentibus; foliis obovatis ovatisve, superne grosse inaequaliterque dentatis in petiolum pubescentem attenuatis; pedunculis terminalibus corymbosis pedicellisque puberulis, alabastris rotundatis; floribus hermaphroditis; petalis reflexis lineari-oblongis; filamentis gracilibus; ovario oblongo glabro. ♁ — Crescit in nemoribus Novae Zeelandiae.

5905. **RHUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 66. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 551. II. 829.)

1. RH. SUCCEDANEA Linn. — Wght. Icon. plant. II. t. 560. — *β. discolor* Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 245. — Foliolis subulato-acuminatis, subtus glaucis opacis (nec concoloribus) 4–7-jugis, integris aut rarius hinc inde magis minusve profunde incisis; paniculis brevibus terminalibus fastigiatis; fructibus a latere compressis transversalibus; seminibus osseis. — Crescit in insula Java.

2. RH. (CISSUS Brnhrdi. mss.) NATALENSIS Brnhrdi. Flora (B. Z.) XXVII. 1. 349. — Foliis palmato-trifoliolatis glabris, foliolis petiolo canaliculato decurrente longioribus ovatis crenato-serratis emarginatis, basi cuneiformi integerrima; racemis brevibus ramulos terminantibus. ♁ — Racemus unicus in ramuli apice. Fructus desideratur. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Natalbay.

3. RH. DIVERSILOBA Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 218. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) t. 38. — Wlprs. l. c. I. 554. no. 35. — Subglabra: caule vix scandente ramuloso; foliis 3–5-foliolatis, foliolis obtusissimis in foemineo sublobatis, masculo subpinnatifidis, lobis obtusissimis acute incisis; paniculis axillaribus racemosis; drupis subglobosis. — *Rh. lobata* Hook. Flor. Bor. Am. I. 127. t. 46. — Crescit in California, Oregon.

† *Icon addenda.*

RH. BUCKI-AMELA Rxb. (*Rh. semialata* var. *γ. Roxburghii* DC.) — Wght. Icon. pl. t. 561.

5906. **STYPHONIA** *Nutt.*

(Nutt. mss. in Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 220. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 555.)

1. ST. INTEGRIFOLIA Nutt. l. c. — Foliis ovalibus, utrinque obtusissimis integris, breviter petiolatis. ♁ — Arbuscula humilis a basi ramosissima sepem imperviam efficiens glabra, folia juniora ramulique pubescentes. Folia pollicaria vel longiora, subtus prominule nervoso-venosa, petioli triplo breviores. Flores in glomerulos sessiles paucifloros paniculatos collecti. Sepala et petala rubicunda. Drupa pisiformis hirsuta. — Crescit in California ad St. Diego et St. Barbaram.

2. St. SERRATA Nutt. mss. l. c. — Foliis ovalibus vel ovatis breviter petiolatis argute repando-serratis. ♁ — Foliorum dentes parvi mucronulati, demum magis obsoleti. — Crescit cum praecedente in California.

5907/1. **ANAPHRENIUM** *E. Mey.*

(E. Mey. mss. in Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 92. — *Heeria* Meisn. Gener. plant. vascul. I. 75. II. 55. [nec Schlchtd. — cf. Repert. II. 132.] — *Roemeria* Thnbrg. Flor. Capens. 194. [excl. syn. Burm.])

1. A. ARGENTEUM Arnott mss. in Hook. Journ. of bot. III. 148. — Foliis obovato-oblongis subretusis, subtus tomentosis, coriaceis penninerviis alternis; floribus terminalibus paniculatis vel racemosis. ♁ — Resinifera arbor 10-pedalis, trunco saepe 4 ped. circuitu tenente. — *Roemeria* (*Heeria* Meisn. l. c. II. 55.) *argentea* Thnbrg. l. c. — Eckl. Enumer. pl. Capens. no. 1087. — *Sideroxylum argenteum* Spr. Syst. veget. I. 666. — Crescit in Promontorio bonae spei.

2. A. LONGIFOLIUM Brnhrdi. Flora (B. Z.) XXVII. I. 349. — Foliis glaucis petiolatis lineari–oblongis, glabris obtusis, apice plicato subrecurvo; panicula ampla terminali. ♃? — Similis species invenitur in collectione Drègeana sub No. 5582. *Anaphrenium mucronatum* vocanda, quae differt foliis oblongis mucronatis, subtus sericeis, panicula abbreviata. — Crescit in Promontorio bonae spei.

$5907/_2$? **OZOROA** *Delile.*

(Delile, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 91. t. 1. fig. 3.)

Flores minuti. Calyx quinquepartitus. Corolla basi cyathiformis, limbo quinquepartito rotato. Stamina 5 inclusa, laciniis limbi alterna, sub disco pentagono parum elevato corollae fundum occupante basin ovarii cingente inserta, antherae cordato-sagittatae extrorsae. Ovarium globosum superum. Styli 3 erecti fasciculati, apice flexi, stigmatibus extrorsis terminati. Drupa compressa transversim elliptica laevis, sarcocarpium lacunosum, lacunis oleo plenis, endocarpium laeve uniloculare coriaceum, intus nitidum. Semen unicum, spermodermium crassiusculum in medio marginis superioris notatum chalaza orbiculari, cui accedit funiculus ortus e fine transverso cavitatis pericarpii. Cotyledones obovatae compressae virides trinervatae, radicula flexa ascendens. — Arbor Abyssinica excelsa: foliis petiolatis oblongis lanceolatis aut ellipticis ternatim verticillatis, subtus tomentosis nervosis, nervis regularibus oppositis pectinato-transversis; floribus in paniculam pyramidalem terminalem dispositis. — Genus ab *Anaphrenio* vix certe distinguendum.

1. *O. INSIGNIS Delile l. c. — ♃ — *Anaphrenium Abyssinicum* Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. 98. — Crescit in Abyssinia.

5912. **STAGMARIA** *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 267. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 555.*)

1. ST. VERNICIFLUA W. Jack l. c. — Arbor excelsa. Rami ramulique glabri teretes, punctis minutis adspersi. Folia alterna vel sparsa petiolata elliptico–lanceolata, circiter 8–pollicaria, basi subattenuata acutiuscula, interdum obtusa vel apice retusa, integerrima glaberrima firma nitida, suboctopollicaria. Petioli pollicares supra plani, stipulae nullae. Paniculae axillares longiuscule pedunculatae. Flores numerosissimi pedicellati albi narcotice olentes. Calyx tubulosus deciduus in lacinias 2–3 irregulariter rumpens. Corolla calyce multo longior patens subreflexa, petala 5 oblonga obtusiuscula annulo hypogyno inserta. Stamina 5 annulo hypogyno supra petala inserta cum illis alternantia iisque aequilonga, filamentis filiformibus, antheris brevibus oblongis biloculatibus. Ovarium pedicellatum interdum trilobum, sed saepius lobis duobus abortientibus simplex, pedicello oblique impositum, lobis unilocularibus uniovulatis, ovulum angulo centrali adnatum. Styli 1–3 in ovarii apice, staminibus breviores, stigmata obtusa. Bacca magnitudine *Juglandis* reniformis vel subsphaerica, latere uno sulcata, cortice fusco spongioso varicoso–venoso, monosperma, semen fructui conforme gummi vel resinam acidam spargens. Embryo exalbuminosus erectus. — *Arbor vernicis* Rmph. Herb. Amboin. II. 259. t. 86. — In India orientali (frequens in insula Sumatra).

$5915/_1$. **ERYTHROSTIGMA** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Flora (B. Z.) XXV. Beibl. II. 45. et Catal. pl. hort. Bogor. 246. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 100. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 349.)

1. E. DIVERSIFOLIUM Hsskrl. l. c. 46 et 247. — Frutex scandens in omnibus partibus vigentibus rubro–punctatus: foliis impari–pinnatis 2–10–jugis, foliolis ovalibus aut ovato–oblongis imoque ellipticis, cum rachi glaberrimis, supra lucidis glaberrimis; panicula ramosissima. ♂☋ — Crescit in insula Java.

5917. **SEMECARPUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 62. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 556.*)

1. *S. GRAHAMI Wght. Icon. plant. Ind. or. I. t. 235. — ♁ — Species indescripta. — Crescit in India orientali.

5919. **BUCHANANIA** *Rxb.*

(DC. Prodr. II. 63. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 556.)

1. B. FLORIDA Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 481. — Foliis oblongis in petiolum attenuatis obtusis emarginatisve; paniculae terminalis corymbosae ramis pedunculisque patentissimis tenuissime puberulis. ♁ — Arbor ramulis divaricatis teretibus, apicibus innovantibus ferrugineo-pubescentibus. Folia alterna vel sparsa, ad apices ramulorum conferta, oblonga, in petiolum semiteretem attenuata, sursum paullo dilatata, acumine brevi obtuso vel leviter emarginato, integerrima coriacea, costa valida, nervis lateralibus parallelis, glabra nitida, computato petiolo per se 9 lin. longo, 6–7 poll. et quod excedit longa, 2 poll. lata. Panicula terminalis, bracteis minutis cito deciduis nuda, rami articulatim inserti, inferius simplices subglabri, superius ramulis subalternis patentissimis angulatis aucti, qui denique in pedunculos pedicellosque breves divaricatos puberulosque solvuntur. Flores parvi, valde copiosi satisque conferti, omnes hermaphroditi. Calyx corollae trientem aequans, lobis 5 rotundis ciliatis. Petala oblonga acuta revoluta. Stamina 10, corolla triente breviora, filamenta pistilla adaequantia, linearia, apice subulato antheram sagittatam introrsam et incurvam gerentia. Discus hypogynus suburceolatus, pistilla a basi ad medium fere obtegens, margine 10-dentatus, glanduloso-punctatus. Pistilla infera parte pilis appressis vestita, quina, quae sub anthesi saepissime aeque perfecta eoque modo compacta sunt, ut ovarium syncarpum stigmate 5-lobo mentirentur, dum in uno tantum alterove flore unum duove abortiva obveniebant. — Intermedia quasi inter *B. latifoliam* et *B. angustifoliam* Rxb.; illi (v. Delessert, Icon. select. III. tab. 54.) habitu valde similis, sed longe floridior, [forte eadem ac *B. intermedia* Wght. Icon. I. t. 81?] — Crescit in Manilla.

2. B. LANCEOLATA Wght. Icon. plant. Ind. or. I. t. 237. — Foliis lanceolatis acutis vel acuminatis integerrimis glabris versus apices ramorum juniorum aggregatis; paniculis pubescentibus erectis terminalibus axillaribusque, in ramorum apice contractis; floribus parvis numerosis in pedicellis subcapitatis; fructibus.....? ♁ — Crescit in Malabaria prope Quilon.

† *Icon addenda.*

B. ANGUSTIFOLIA Rxb. — Wght. l. c. t. 101.

5919/1. **PHLEBOCHITON** *Wall.*

(Wall. Transact. of the medic. and physic. society of Calcutta VII. 230. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 100. — Meisn. Gener. pl. vascular. II. 54. absq. charact.)

Calyx quinquedentatus. Petala 5 sessilia, dentibus calycinis alternantia, aestivatione imbricantia. Stamina 10 distincta inserta circa discum annularem perigynum. Ovarium sessile depresso-quinquelobum quinquelobulare quinqueovulatum, ovulis pendulis, styli 5 breves basi vix persistentes, stigmata convexa. Drupa carnosa obliqua, abortu monopyrena, putamen coriaceum lacunoso-resinosum, extus grosse vasculoso-reticulatum, unilobulare, embryo rectus exalbuminosus, radicula conica supera. — Frutex Indiae orientalis magnus scandens: ramis longissimis nutantibus; foliis alternis impari-pinnatis plurijugis; floribus parvulis laxe paniculatis; drupis extus carnosis.

1. PHL. EXTENSUM Wall. l. c. 231. — Frutex magnus valde ramosus, alte lateque super alios frutices arboresque scandens. Caulis digitum medium crassus, ramique primarii cylindrici cortice induti laeviusculo fusco nitido, intus medulla farcti. Rami valde numerosi sparsi longissimi, extrorsum gracillimi debiles virides, pilis patentibus fuscescentibus mollibus conspersi, juniores uti petioli, foliorum pagina

inferior pedunculique dense ferrugineo-villosi, nunc ad axillas foliorum a delapso ramulo vel inflorescentia in speciem glandulae dilatati. Folia patentia alterna, interstitiis saepe bis terve longiora palmaria, dodrantalia, pedalia quin ultra, impari-pinnata 4-6-juga petiolata. Petiolus 2-3-pollicaris teres gracilis villosus, supra sulco exiguo exsculptus, basi leviter intumescente subcarnosa utrinque ad insertionem marginula prominente notatus, rhachis gracilis mollissime villosa supra leviter sulcata aequalis. Pinnae oppositae 1-2 poll. distantes nunc paullo alternantes ovatae cordatae, acumine obtuso semiunguiculari terminatae, integerrimae vel extrorsum serraturis aliquot inaequalibus instructae, 1½-3-pollicares, basi obtusae, sinus brevissimi lobis rotundatis, membranacco-coriaceae brevissime petiolatae, supra laete virides, punctulis minutis pubeque secus vasa asperulae, subtus nervoso-venosae villosulae, costa gracili, nervis subalternis arcuatim ad marginem excurrentibus, ad lucem visae nec glandulas exhibentes nec puncta pellucida nisi aliquot valde incerta rarissimaque venulas terminantia, exteriores pinnae paullisper minores, terminalis ovato-lanceolata basi acutiuscula, proximis parum longior, omnes instructae petiolulis cylindricis 1-2 lin. longis dense ferrugineo-villosis. Stipulae omnino nullae. Paniculae gracillimae breviter pedunculatae axillares foliorum longitudine aut parum longiores, vel terminales, ramuli molliter villosi ramulosi, inflorescentiam amplam terminalem paniculatam efficientes. Pedunculi teretes graciles infra primam paniculae ramificationem bipollicares, partiales sparsi remotiusculi tenerrimi filiformes, suffulti bractea foliacea unguiculata spathulato-lineari semipollicari, nunc crenulata obtusiuscula evanida. Flores admodum parvi albi inodori (aliquando polygami?) fasciculatim subracemulosi, pedicellis insidentes subcapillaribus brevissimis bracteola lineari suffultis villosis. Calyx villosus quinquedentatus patens, aestivatione imbricato-globulosa, dentes ovati acutiusculi. Petala vix linea longiora alba glabra patentia, calyce minuto duplo majora sessilia ovata acuta impunctata. Annulus carnosus in fundo calycis ovarium ambiens convexus leviter undulatus pallide flavidus. Stamina 10 patenti-erecta glabra aequalia, circa annulum istum inserta, petalis parum breviora dentibus calycinis alternatim opposita, filamenta subulata, antherae ovatae erectae albae biloculares. Ovarium ratione floris majusculum laeve depresso-subovatum, vertice inaequaliter brevissime quinquelobum, hinc gibbosum propter ovulum unicum tantum impregnatum, quinqueloculare, ovula solitaria oblonga pendula, 4 abortiva, styli brevissimi conici carnosi, stigmata convexa carnosa rugulosa, vix dilatata. Drupae paniculato-racemosae oblique ovatae obtusae, vertice vestigio uno alterove obsoletissimo distante a stylorum basi notatae, ruberrimae carnosae laeves, volumine pisum maximum aequantes uniloculares monospermae absque ullo vestigio loculorum ovarii abortivorum. Caro mollis crassiuscula inodora rubicunda, putamini arcte adhaerens. Putamen drupae figuram fere referens subreniforme obtusum coriaceum, basi umbilicatum, extus reticulatum vasis crassis latisque anastomosantibus, prope verticem hinc in centrum latum confluentibus, intus laeve, parenchyma lacunosum succo resinoso debiliter aromatico flavido repletum. Albumen nullum. Embryo rectus carnosus magnus pallide virescens inversus. Cotyledones oblongae obtusae crassae intus planae, extus gibboso-convexae. Radicula minuta conica, umbilico diametrice opposita supera. — *Rohbergia hirsuta* Rxb. Hort. Benghal. p. 90. et Flor. Indic. II. 455? — Crescit in sylvis montanis provinciae Sillet in India orientali.

5919/2. **CARDIOPHORA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 216. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 100.)

Flores polygamo-monoici. Flor. masc. Calyx liber, sepalis tribus brevibus persistentibus; petala 3 carinato-cucullata, per anthesin deflexa persistentia. Stamina 6, discus carnosus in glandulas 3 bifidas divisus. Fl. hermophrod. Calyx, petala, stamina et discus ut in masculis. Ovarium sessile compressum, apice bilobum, lobis brevibus obtusis, intus biloculare, ovula in loculis solitaria angulo centrali lateraliter affixa. Stigmata 2 crassa, singula in ovarii

loborum margine interiore sessilia. Fructus compressus obcordatus, crassocoriaceus, margine tenui, medio incrassatus indehiscens bilocularis. Semina in loculis solitaria hilo oblongo lateraliter affixa vel subpendula. Testa crassiuscula. Embryo rectus albuminosus, cotyledonibus planis convexis subcarnosis, radicula brevi conica ad apicem fructus spectante. — Arbor in Nova Hibernia indigena: foliis simplicibus exstipulatis oblongo-ellipticis; racemis axillaribus.

1. C. HINDSII Bth. l. c. — Ramuli crassi, juniores pube brevi ferruginea obtecti; folia exstipulata alterna simplicia, petiolo subbipollicari adpresse pubescente subsericeo, lamina 5-6-pollicaris oblongo-elliptica obtusa, basi angustata penninervis, supra glabra nitidula, subtus ad venas adpresse pubescens, inter venas glabra, eglandulosa impunctata. Flores in racemis axillaribus pubescentibus petiolo vix longioribus brevioribusve dispositi, secus rhachin fasciculati. Bracteae minutae, pedicelli 1½–3 lin. longi. ♂? — Crescit in Nova Hibernia.

*SPONDIACEAE Endl. Gener. pl. p. 1134.

5920. SPONDIAS *Linn.*

(DC. Prodr. II. 74. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 556.)

1. SP.? FALCATA Meisn. Flora (B. Z.) XXVII. I. 349. (adnot.) † — Glaberrima: foliolis 5-7-jugis oppositis sessilibus falcato-lanceolatis acuminatis inaequaliteris, margine integerrimo subundulatis, rhachi apice marginato-angulata; racemis folio dimidio brevioribus solitariis ramosis strictis; floribus fasciculatis brevissime pedicellatis; drupa? obovata, laevi.....? ♂ — *Harpephyllum Caffrum* Brnhrdi. Flora (B. Z.) XXVII. I. 349. — Crescit in Promontorio bonae spei in Caffria.

5920/1. SCLEROCARYA *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. II. Besondere Beilage p. 1.)

Flores polygamo-dioici parvuli, masculi spicati, hermaphroditi subsolitarii. Calyx 4-sepalus coloratus, sepalis basi imbricatis, non coalitis subrotundis; petala 4-5 calyce subtriplo longiora, oblonga obtusissima reflexopatentia, aestivatione quincuncialia. In flore masculo stamina quindecim circa discum carnosum depressum integerrimum inserta, filamentis elongatis, antheris oblongis bilocularibus introrsis, in flore hermaphrodito inter stamina fertilia plura substerilia vel ananthera; ovarium subglobosum 2-3-loculare, stylis 2-3 distantibus brevibus crassis, stigmatibus peltatis. Drupa carnosa, putamine durissimo lignoso indehiscente, 2-3-loculari, loculis monospermis (plerumque unus alterve loculus abortivus); semen pendulum exalbuminosum, cotyledonibus crassis plano-convexis. — Arbor Senegalensis: foliis impari-pinnatis, foliolis obovatis, utrinque obtusis mucronatis glabris petiolulatis 6-10-jugis; fructibus subsolitariis nucem juglandis aequantibus.

1. *SCL. (SPONDIAS A. Rich. in Guill. et Perr. Tent. fl. Senegamb. I. 152. † t. 41. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 556. no. 4.) BIRREA Hochstett. l. c. — ♂ — Crescit in Abyssinia et in Senegambia.

5921. POUPARTIA *Commerson.*

(DC. Prodr. II. 75. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 556.)

1. P. MANGIFERA Blume, Bijdragen 1160. — Foliolis ovato-vel elliptico-oblongis acuminatis, basi passim obliquis integerrimis venosis glabris; panicula divaricata. ♂ — Crescit in Java.

2. P. DULCIS Blume l. c. 1161. — Foliolis elliptico-oblongis acuminatis, repando-crenulatis parallele venosis glabris; panicula divaricata. ♂ — In Javae montanis.

† Genera ex ordine expellenda.

OPHIOCARYON *Endl. Gener. plant. Suppl. I. p.* 1425. *ad SAPINDACEAS relatum est.* (*Cf. supra p.* 364.)

EXOTHEA *Mcfd.* (*Flor. Jamaic. I.* 232. — *Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 557.) *hoc loco delcatur, est enim Hypelate oblongifolia Hook.* (*Cf. supra p.* 366.)

HEERIA *Meisn.* (*Gener. pl. vascul. I.* 75. *II.* 55. — *Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 557.) *delcatur, conferas tamen supra p.* 414. *no.* $5907/_1$. *Anaphrenium.*

Ordo LXIX. BURSERACEAE *Kth.*

(TEREBINTHACEARUM tribus IV. DC. Prodr. II. 75. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 557. II. 830. — Endl. Gener. plant. p. 1135. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 77. II. 55.)

5928. **BOSWELLIA** *Rxbrg.*

(DC. Prodr. II. 76. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 557. II. 830.)

1. B. (AMYRIS Delile in Cailliaud, Voy. à Moeroë Bot. 99? — Wlprs. l. c. I. 560. no. 1?) PAPYRIFERA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVI. 81. — Arbor cortice papyraceo; foliis pinnatis 7–8–jugis, foliolis sessilibus lanceolatis crenatis cum petiolo communi tomentoso pubescentibus; paniculae ramis racemosis; capsulis clavatis. ♂ — Cortex in lamellas latissimas papyraceas secedit, etiam rami floriferi et foliiferi usque ad extremitates, ubi resinam suaveolentem thuream exsudant, cortice papyraceo induti sunt. Semina basi et apice cuspidata, subtrigona, dorso lacunoso–gibbosa, ad marginem alae membranaceae lacerae fragmentis evidenter cincta (quandoque hic margo obsoletus, saepe tamen latus et valde conspicuus est praesertim versus basin seminis. — *Ploeslea floribunda* Endl. Nov. stirp. decad. 47. — Endl. Iconogr. gener. t. 119. 120. — Crescit in Abyssinia.

5931. **ELAPHRIUM** *Jcq.*

(DC. Prodr. I. 723. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 558. *)

1. E. CUNEATUM Schlchtd. Linnaea XVII. 629. † — Foliis breviter petiolatis, foliolis 5–9, subduplicato–serratis rugosis, supra scabriusculis, subtus rufescenti–albis molliter tomentosis, ellipticis acutis, lateralibus basi brevius, terminali longius cuneatis; racemis fructiferis petiolo longioribus; fructu ovoideo–orbiculari acutiusculo. ♂ — Crescit in Mexico propo Zamaliztlahuaca.

2. E. RHOIFOLIUM Bth. Bot. of Sulphur 10. † t. 7. — Ramis tortuosis; foliis trifoliolatis, foliolis ovatis obtusis crenatis, utrinque pubescentibus, terminali basi in petiolum alatum contracto, lateralibus basi rotundatis; pedunculis fructiferis brevibus 1–2–carpicis. ♁ — Crescit in California „Bay of Magdalena."

3. E. HINDSIANUM Bth. l. c. 11. t. 8. — Ramis tortuosis; foliis simplicibus ovatis obtusis crenatis, basi late subcordatis, utrinque pubescentibus; pedunculis brevibus 1–2–carpicis. ♁ — Habitus, pubescentia et fructus praecedentis, sed folia semper simplicia. Petiolus pollicaris, lamina 1–$1\frac{1}{2}$–pollicaris inciso–crenata vel sublobata. — Crescit in California „Bay of Magdalena."

5931/1. **JULIANIA** *Schlchtd.*

Schlchtd. Linnaea XVII. 746. [nec Llawe et Lexarza]. — *Hypopterygium* Schlchtd. l. c. 635. nec alior.)

Arbor Mexicana ramosa dioica. Folia decidua alterna imparipinnata in apicibus ramorum conferta et simul cum inflorescentiis axillaribus sese evolventia. Flores dioici, masculi minuti in racemis compositis, perigonio simplici 6-8-phyllo, staminibus 6-8, antheris basifixis bilocularibus. Flores feminei axillares gemini singulive e solis pistillis constanter inter se et cum involucro in nonnullas lacinias liberas apice partito, inferne valde compresso stipitiformi (serius alam formante parte) arcte connati, stylis tribus spathulatis emarginatis, intus canaliculatis et stigmatosis. Ovarium plura loculamenta haud circa axin centralem sed juxtaposita continet. Fructus basi alatus, ala attenuata basi sua sessilis, mox dilatata, altero margine rectiusculo, altero curvato, abit tandem in corpus crassum sublignosum apice depresso-planiusculum, a lateribus convexis compressum, marginibus obtusis, intus plura loculamenta majora et minora quae plerumque semen non fovent, fructus diametro transverso minori parallela. Semina (immatura) solitaria compressa in fundo loculi videntur affixa.

1. *J. (HYPOPTERYGIUM Schlchtd. l. c. 636. †) ADSTRINGENS Schlchtd. l. c. 746. — ♂ — Crescit in regionibus calidis Mexici ad S. Francisco Jetecala prope Mecatlan, ad Tlaquiltenango.

**AMYRIDEAE* Endl. l. c. p. 1139.

5947. **AMYRIS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 81. — Wlprs. Rerpert. bot. syst. I. 560. II. 831.)

1. A. DECANDRA Brotero ex Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeit. I. 561. — Foliis quinato-pinnatis; fructibus sterilibus. ♁ — Crescit in Brasilia.

Ordo LXX. CONNARACEAE *R. Br.*

(TEREBINTHACEARUM tribus VII. DC. Prodr. II. 84. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 561. — Endl. Gener. plant. p. 1139. — TEREBINTHACEARUM trib. VI. Meisn. Gener. plant. vascul. I. 78. II. 56.)

5948. **CONNARUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 84. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 561.)

1. C.? NITIDUS Hsskrl. Flora (B. Z.) XXVII. II. 616. — Frutex scandens: foliis imparipinnatis 18–24-jugis glabris, foliolis oblongis, basi subcordatis, apice retusis, supra lucidis, subtus glaucis, petiolis ramulisque puberulis; racemis axillaribus congestis subpaniculatis; floribus pentagynis; calyce colorato; fructus.....? ♁◡ — Folia juvenilia colore persicino lactissimo excellentia! — Crescit in insula Java.

2. C. LUCIDUS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 248. — Foliis imparipinnatis 18–24-jugis glabris, foliolis oblongis, basi subcordatis, apice retusis, supra lucidis, subtus glaucis, petiolis ramulisque puberulis, racemis axillaribus congestis subpaniculatis; floribus pentagynis; calyce colorato. ♁◡? — An idem ac *C. lucidus* W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 150? (Cf. Repert. I. 561. no. 8.) — Crescit in Java.

3. C. JAVANICUS Blume, Bijdragen 1166. — Foliis ternatis pinnatisque, foliolis ovato–vel elliptico–oblongis obtuse acuminatis venosis glabris; racemis confertis axillaribus; floribus pentagynis; caule sarmentoso. ♁ ∪ — Crescit in insula Java.

4. C. MACROPHYLLUS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 76. † — Foliolis ternatis acuminatis coriaceis, utrinque reticulatis, supra glaberrimis nitidis, subtus glaucis, terminali subrotundo, lateralibus rhombeo–ovatis inaequilateris; pedunculis racemosis petiolo dimidio brevioribus. ♁ ∪ — Rami valde ramulosi tortuosi teretes, verruculosi glabri. Folia alterna in ramulorum apice densiora, petiolus communis teres 3–5–pollicaris, foliola semper terna, petiolulo brevi annulatim rugoso suffulta, basi rotundata, in acumen longum excurrentia undulata valde rigida trinervia, subtus opaca seu tenuissime pulveraceo–puberula, lateralia semper basi superiore angustata acuta, inaequilatera, intermedium 5–pollicare, 4 poll. latum. Pedunculi axillares vel laterales solitarii gemini vel rarissime terni, fructiferi deflexi, pedicelli racemosi. Flores desunt. Calyx in fructu persistens, laciniis late ovatis adpressis. Capsula sessilis obovato–subglobosa obtusissima coriacea glabra unilocularis indehiscens. Semen unicum basi capsulae affixum, arillo oblique cupuliformi membranaceo aurantiaco suffultum erectum, cotyledones carnosae, radicula umbilico opposita. — Crescit in fruticetis Brasiliae borealis circa Egam.

5949. OMPHALOBIUM *Grtnr.*

(DC. Prodr. II. 85. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 561. *)

1. O. RUBRUM Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 76. t. 288. — Foliolis ternatis ellipticis acuminatis coriaceis rigidissimis, glaberrimis, supra nitidis; racemis axillaribus paniculatis, floridis petiolo brevioribus, fructiferis elongatis; ovariis solitariis; capsulis stipitatis subrhombeo–obovatis apiculatis glaberrimis. ♁ — Arbor parum valida 20–pedalis, rami patentes, ramuli erecti teretes, cortice substriato obscure cinereo tecti teretes, penna anserina parum tenuiores. Folia alterna invicem 2 poll. distantia exstipulata ternata, petiolus communis patulo–erectus teres, basi incrassatus 2–5–pollicaris, petioluli incrassati cylindrici breves, epidermide annulatim rugulosa fusca vestiti, foliola inaequalia, lateralia utplurimum intermedio paullo minora elliptica, versus basin rotundata, longe acuminata, margine levissime undulata rigidissima penninervia, supra nitidissima, subtus opaca, 5–6–pollicaria, 2–3 poll. lata. Racemi axillares compositi divaricati basi juncti, paniculati, ramulis sparsis alternisve brevissimis 2–3–floris. Flores parvi albi inodori ebracteati. Calycis laciniae ovales obtusiusculae aequales glabrae. Petala spathulato–obovata subcoriacea glabra. Stamina 10 calyce duplo breviora, filamentis basi in annulum coalitis, alterna petalis opposita breviora glabra, antherae introrsae, ambitu dehiscentes. Ovarium semper unicum setulosum uniloculare biovulatum, ovatis collateralibus, stigma peltatum crenatum. Capsula solitaria stipitata leguminiformis sublignoso–coriacea rubra glabra, sutura ventrali ad medium dehiscens. Semen unicum obovatum, arillo brevi carnoso albo, suturae ventrali capsulae impositum, testa laevissima nitida atra, cotyledones carnosae, intus planae, dorso convexae, radicula brevissima supera, umbilico opposita. — Crescit in Brasiliae borealis sylvis circa Egam.

Ordo LXXI. LEGUMINOSAE *Juss.*

(DC. Prodr. II. 93. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 72. II. 50. 349. — PAPILIONACEAE et MIMOSEAE Endl. Gener. plant. p. 1252. 1223. Suppl. II. 97. 98. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 562—932. II. 831.)

Subordo I. *PAPILIONACEAE* Endl. et Bth.

Tribus I. *PODALYRIEAE* Bth.

Subtribus I. EUPODALYRIEAE Bth.

6418/1. **PIPTANTHUS** *D. Don.*

(D. Don in Sweet's Brit. flow. gard. and bot. III. t. 264. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 831. absq. charact.)

Calyx campanulatus quinquefidus bilabiatus, postice convexus deciduus, basi attenuatus persistens. Petala inaequalia, vexillo lateribus subincurvis, alis apice involutis, carina monopetala obtusa, apice bifida. Stamina 10 decidua. Legumen compressum lineare stipitatum polyspermum. — Frutex Nepalensis: foliis trifoliolatis; stipulis magnis cordato-ovatis basi coalitis caducis; racemis terminalibus; floribus verticillatis bracteatis flavis; bracteis ovatis deciduis.

1. P. (THERMOPSIS DC. Prodr. II. 99. — BAPTISIA Hook. Exotic flora t. 131. — ANAGYRIS Grah. in Wall. Cat. 5340.) NAPALENSIS D. Don l. c. — (Wlprs. l. c.) — Frutex ramosus sempervirens, rami virentes teretiusculi, juniores angulati sericeo-pubescentes. Folia petiolata ternata laete virentia mollia, utrinque sericeo-pubescentia, foliola oblonga vel elliptico-lanceolata acuta, utrinque attenuata penninervia, juniora densius pubescentia, petioli semiteretes, supra canaliculati, pubescentes. Stipulae maximae basi connexae cordato-ovatae cuspidatae, apice saepe reflexae dense molliterque villoso-pubescentes deciduae. Racemi ramos juniores terminantes multiflori, rhachi trigona dense villosa. Flores pallide lutei terni verticillati. Bracteae magnae ovatae acutae undulatae, concavae, dense molliterque pubescentes pedunculum subaequantes. Pedunculi dense villosi. Calyx campanulatus bilabiatus quinquefidus dense villosus, simulcum petalis staminibusque annulatim deciduus, basis attenuata persistens ovariique pedicellum cingens. Vexillum magnum obcordatum reflexum lineolatum. Alae vexillo breviores semicordatae, basi sursum auriculatae, auriculis carinae basin amplectentibus, latere altero in unguem gracilem productae. Carina magna obtusa bipes. Stamina 10 libera; ovarium compressum lineare stipitatum. Stylus glaber ascendens sericeo-pubescens, stigma capitellatum. — *Thermopsis (Thermia* Spr. Syst. veget. IV. II. p. 171.) *laburnifolia* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 239. — In Nepalia.

6425. **BRACHYSEMA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 105. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 566. *)

1. BR. LANCEOLATUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 24. † — Foliis oppositis vel sparsis, lanceolatis mucronatis reticulato-venosis, subtus sericeis glabrisve; floribus axillaribus solitariis; calyce sericeo ebracteolato, pedunculo triplo longiore, vexillum aequante, dimidiam carinam paullo superante. ♄ ∪

α. hypargyreum: Foliis oppositis sparsisve lineari-lanceolatis undulatis, subtus ramulisque argenteo-sericeis.

β. glabrescens: Foliis sparsis lanceolatis vel oblongo-lanceolatis planis vel vix undulatis, mox glaberrimis.

γ. planifolia: Foliis oppositis sparsisve ovato-oblongis vel lanceolatis, margine planis, subtus ramulisque sericeis.

Crescit in Nova Hollandia in glareosis 15 mill. a Kojonup.

2. BR. PRAEMORSUM Meisn. l. c. 25. † — Foliis ternis oppositisque vel subsparsis, obverse triangularibus penninerviis, angulis obtusis vel rotundatis, apice truncato vel breviter acuminato mucronulato, junioribus subtus cum ramulis pedunculis calycibusque pubescentibus; pedunculis axillaribus solitariis apice bracteatis bifidis bifloris, folio parum brevioribus; calyce laxo ebracteolato; vexillo subpanduraeformi exserto; filamento vexillari basi geniculato. ♄ — Crescit in solo limoso ad ripam fluvii Preston.

3 BR. CELSIANUM Lemaire, L'Horticulteur universel (5. ann.) no. 2. Jouin 33. c. tb. — Scandens: ramis cylindrico-compressis elongatis pilosis; foliis oppositis albescentibus oblongo- vel ovali-lanceolatis breviter petiolatis reticulato-venulosis puberulis; pedunculis axillaribus bibracteolatis 2-3-floris; bracteis minimis unguiformibus; stylo exserto. ♄∪ — *Pontania Celsiana* Lem. mss. — Crescit in Nova Hollandia.

6426. **CALLISTACHYS** *Venten.*

(DC. Prodr. II. 104. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 566.)

1. C. CARINATA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 27. † — Ramis cano-pubescentibus, apice corymbosis; foliis exstipulatis sparsis, sessilibus coriaceis oblongis utrinque obtusis, obsolete mucronulatis vel muticis, complicato-canaliculatis, subtus pubescentibus, demum glabris; racemis terminalibus brevibus laxiusculis. ♄ — Crescit in glareosis ad latus meridionale collium Konkoberuphills in Nova Hollandia.

2. C. OXYLOBIOIDES Meisn. l. c. — Ramulis pubescentibus; stipulis capillaribus recurvis; foliis ternis, oppositis sparsisque subsessilibus, oblongo-linearibus subcuneatis obtusis mucronatis, utrinque reticulatis glabris complicato-canaliculatis vel planis, margine haud recurvis; floribus axillaribus 2-3 fasciculatis; calycibus cum pedicellis (ipsis brevioribus) leguminibusque subsericeo-villosiusculis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidum Freemantle.

3. *C. LONGIFOLIA Paxton, Magaz. of bot. VIII. 31. (c. ic.)

6427. **OXYLOBIUM** *Andrws.*

(DC. Prodr. II. 104. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 566.)

1. *O. CAPITATUM Bth. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 566. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. t. 16. — Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 30.

β. ternifolium: Foliis ternatim verticillatis crassiuscule coriaceis; ramis valido-ribus. — An distincta species? — Crescit in Nova Hollandia ad radices montis Monypeak.

2. *O. DILATATUM Bth. — Wlprs. l. c. — Meisn. l. c. 29.

β? trilobum: Foliis apice dilatato-trilobis, lobis mucronatis, intermedio minore. — An species distincta? — In Australia meridionali-occidentali interiori.

3. *O. OBOVATUM Bth. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 567. — Paxton, Magaz. of bot. X. 243. (c. ic.) — Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 29. †

α. latifolium: Foliis obovato-triangularibus, apice valde dilatato truncatis vel subtrilobis, lobis lateralibus rotundatis muticis, intermedio plerumque brevi vel obsoleto, acutiusculo vel obtuso cum mucronulo recurvo.

β. angustatum: Foliis cuneato-spathulatis, apice modice dilatato emarginatis, truncatis vel rotundatis, mucronatis vel acuminato-subtrilobis, lobis lateralibus obtusis, intermedio acuto saepe brevioribus. — *O. cuneatum* Bth. (Wlprs. l. c. 566. no. 7.) — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 36.

4. O. OVALIFOLIUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 28. † — Stipulis setaceis, petiolum subsuperantibus; foliis quaternatim et ternatim verticillatis oppositisque, ovalibus obtusis vel emarginatis mucronulatis, subtus ramulisque sericeis; capitulis axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis, dense multifloris; calycibus leguminibusque villosis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad montem Manypeak et Baldhead ad sinum regis Georgii.
5. O. RETICULATUM Meisn. l. c. 29. † — Foliis oppositis, obovatis oblongisve, obtusis vel emarginatis mucronulatis, grosse reticulatis, junioribus subtus ramulisque puberulis, demum glabris; stipulis setaceis, petiolo aequalibus deciduis; racemis axillaribus brevibus paucifloris; calycibus cano-sericeis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad rivulos prope littora marina et in regionibus interioribus meridionali-occidentalibus.
6. O. BATILLUM Hook. Icon. plantar. t. 612. — Foliis oppositis elliptico-cuneatis, apice truncato-retusis coriaceis, supra glabriusculis impresso-punctatis, subtus arcte reticulatis mucronatis ramulisque dense pubescentibus, legumine ovato-acuminato hirsuto dispermo. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
7. O. TRICUSPIDATUM Meisn. l. c. 30. † — Humifusum glabrum: stipulis rectis spinuliformibus; foliis oppositis subsessilibus cuneato-obovatis, apice truncato 3-mucronulatis, utrinque reticulatis; floribus breve pedunculatis paucis, axillaribus vel in ramulorum apice aggregatis; calycis dentibus setaceo-acuminatis; ovario 4-6-ovulato. ♄ — Crescit in limoso-glareosis districtus „Hay“ in Nova Hollandia.
8. O. DRUMMONDII Meisn. l. c. (adnot.) — Ramis apice puberulis, mox glabris; stipulis setaceis petiolo vix longioribus, deciduis; foliis oppositis, lineari-lanceolatis emarginato-retusis, obsolete mucronulatis muticisve minute reticulatis, mox glabris, margine nec incrassatis nec revolutis; capitulis ramulos terminantibus densifloris, inter folia subsessilibus, calyce ovarioque villosis. ♄ — *O. capitato* valde affine. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

6428. **PODOLOBIUM** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 103. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 567.)

1. *P. STAUROPHYLLUM Sieb. — DC. l. c. — Paxton, Magaz. of bot. IV. 171. (c. ic.)

6429. **ISOTROPIS** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 567.)

1. I. DRUMMONDII Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 31. † (adnot.) — Caulibus subsimplicibus strictis striatis, adpresse pilosulis, superne aphyllis, inferne paucifoliis; foliis coriaceis spathulatis vel lanceolatis, integris acutis subnervosis, demum glabris; stipulis ovato-lanceolatis; racemo terminali laxo; pedicellis calycem aequantibus vel demum superantibus, bractea stipulaeformi suffultis. ♄ — Crescit in Colonia ad fl. Cygnorum in Nova Hollandia.

6431. **CHOROZEMA** *Labill.*

(DC. Prodr. II. 102. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 567. II. 832.)

1. CH. *(Euchorozema)* COSTATUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 37. † — Ramulis pubescentibus; foliis subsessilibus, coriaceis ellipticis vel lanceolatis vel linearibusve, costato-penninerviis submarginatis glaberrimis, margine scabriusculis, apice acuto subrecurvo pungenti-mucronatis; racemis terminalibus laxiusculis paucifloris; calyce piloso, basi vix attenuato, lobis acuminatis. ♄
   α. lanceolatum: Foliis lanceolatis semipolliearibus, 2-2½ lin. latis.
   β. lineare: Foliis linearibus lineam latis, longius mucronatis.
   γ. brevifolium: Foliis ellipticis parvulis (2-3 lin. longis, 1½ lin. latis), apice valde recurvis brevissime mucronatis.
   Crescit in regionibus interioribus Novae Hollandiae meridionali-occidentalis.
2. CH. *(Euchorozema)* RETICULATUM Meisn. l. c. 34. † — Ramis gracilibus, superne pubescentibus; foliis petiolatis lanceolatis submarginatis, apice recto acutis vix mucronulatis glabris, margine scabriusculis, subtus reticulato-venosis; racemis terminalibus, longiuscule pedunculatis laxis; calyce basi attenuato, adpresse

cano-pilosiusculo, lobis lanceolatis vix acuminatis. ♄ — Crescit in solo subarenoso in Nova Hollandia prope montem Wuljenup.

3. CH. *(Aphyllon)* DAVIESIOIDES Meisn. l. c. † — Ramosissimum erectum aphyllum glabrum: ramis teretibus costatis; ramulis foliis rudimento squamaeformi adpresso acuminato suffultis, sulcato 4–6-angulatis, apice mucronato-pungentibus; racemis terminalibus lateralibusque subflexuosis; pedicellis brevibus, basi medioque bracteolatis; floribus nutantibus; calycis labio superiore truncato emarginato, brevissime bidentato, inferiore 3-fido; ovario 4–8-ovulato. ♄ — *Daviesia ramulosa* Bth.? (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 517. no. 16.)

α. Preissianum: Calyce ovarioque glabris; pedicellis calyce multo brevioribus, plerumque vix lineam longis.

β. Drummondianum: Calyce parce minuteque adpresse puberulo; ovario setuloso-piloso; pedicellis calycem subaequantibus 2 lin. longis.

Crescit in Nova Hollandia interiori occidentali et in Colonia ad fl. Cygnorum.

† *Icones addendae.*

CH. HENCHMANNI R. Br. — Paxton, Magaz. of bot. II. 171. (c. ic.)

CH. VARIANS Bth. — Paxton l. c. VI. 175. (c. ic.)

CH. DICKSONII Henslow. — Paxton l. c. VIII. 173. (c. ic.)

CH. CORDATUM Lindl. — Paxton l. c. V. 97. (c. ic.)

CH. SPARTIOIDES Paxton? l. c. X. 127. (c. ic.)

6432. GOMPHOLOBIUM *Sm.*

(DC. Prodr. II. 105. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 568.)

1. G. OVATUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 35. † — Glaberrimum: ramis angulatis compressisque; stipulis setaceo-linearibus patentibus; foliis subsessilibus ovatis vel suborbicularibus subcordatis, acutiusculis vel submucronatis planis penninerviis, supra reticulatis; pedunculis terminalibus geminis elongatis, medio minute bibracteolatis; calyce dimidiam corollam aequante; carina nuda. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis prope oppidum Albany.

2. G. AMPLEXICAULE Meisn. l. c. 36. † — Glaberrimum: ramis gracillimis, superne subcompresso-angulatis; stipulis setaceis minutis recurvis; foliis subsessilibus cordatis semiamplexicaulibus, anguste ovato-oblongis acutis submucronatis, utrinque reticulatis; pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis geminisve, folia subaequantibus, basi et prope medium minute bracteolatis; calyce dimidiam corollam aequante; carina imberbi. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis circa oppidum Albany.

3. G. BURTONIOIDES Meisn. l. c. 37. † — Ramis ramulisque teretibus laevibus puberulis, demum glabris; stipulis minutis deciduis; foliis subsessilibus, inferioribus tri-, summis quinquefoliatis, foliolis anguste linearibus vel subspathulatis obtusiusculis muticis, margine revolutis, supra ciliato-pilosiusculis, demum glabris; capitulis terminalibus sessilibus paucifloris; calycis pubescentis corolla vix dimidio brevioris lobis breviter aristato-acuminatis. ♄

α. subspathulatum: Foliolis lineari-subspathulatis.

β. subacerosum: Foliolis angustissime linearibus.

Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

4. G. SHUTTLEWORTHII Meisn. l. c. 39. † — Ramulis teretibus puberulis; stipulis obsoletis, petiolo brevissimo; foliolis 5 (raro 7 vel 3) filiformibus, obtusiusculis submuticis, margine revolutis, laevibus glabris; racemis terminalibus capituliformibus pedunculatis 3–6-floris; alabastris carinato-pentagonis; calycis lobis acutis muticis, extus glabris, intus ad marginem pubescentibus, corolla parum brevioribus; carina minute ciliata. ♄ — Crescit ad radices jugi montium „Darling's-range" in Nova Hollandia.

5. G. VISCIDULUM Meisn. l. c. † — Ramis subangulatis glabris glutinoso-viscidulis; stipulis obsoletis; foliis pinnatis petiolatis, jugis distantibus, foliolis 5–9 filiformibus, apice obtusiusculo mutice subuncinatis, margine revolutis laevibus, glabris vel parce ciliato-pilosiusculis; floribus terminalibus solitariis breviter

pedunculatis; alabastris subpentagonis; calyce mutico glabro, dimidiam corollam aequante; carina nuda? ♄ — Crescit ad latera collium Konkoberuphills in Nova Hollandia.

6. G. PREISSII Meisn. l. c. 40. † — Molliter laxeque pilosiusculum: stipulis minutis; foliis pinnatis 6–8–jugis, rhachi longiuscula, foliolis anguste linearibus, margine revolutis, acutiusculis vel minute mucronulatis, apice paullo dilatatis saepiusque recurvis, punctato–scabriusculis, terminali caeteris breviore saepius latiore obtusoque; capitulis terminalibus 3–1–floris sessilibus, foliis superatis; floribus breve pedicellatis; calyce piloso, corollam dimidiam superante, lobis breve setaceo–acuminatis; carina imberbi. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in solo turfoso–arenoso ad Stirlings–terrace.

7. *G. KNIGHTIANUM Lindl. — Wlprs. l. c. I. 568. no. 6. — Meisn. l. c. — *G. heterophyllum* A. Cunn. mss. in G. Don, General syst. of gard. and bot. II. 118.

† *Icones addendae.*

G. POLYMORPHUM R. Br. (DC. l. c. 106.) — Paxton, Magaz. of bot. VI. 151. (c. ic.)
G. BARBIGERUM DC. (l. c. 105.) — Hook. Bot. Magaz. t. 4171.

Subtribus II. PULTENEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1256.

6433. **BURTONIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 106. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 569.)

1. B. PULCHELLA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 41. — Ramis laevibus, apice puberulis, mox glabratis; foliolis laevibus glabris, angustissime linearibus, obtusis muticis rectis, margine revolutis; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, calycem aequantibus, basi medioque bibracteolatis; calycis lobis margine intus pilosiusculis. ♄ — *B. scabrae* simillima differt foliolis laevibus obtusioribus perfecte sessilibus, basi non angustatis et legumine dimidio minore glabro. — Crescit in Nova Hollandia inter oppida Perth et Guildford.

2. B. VILLOSA Meisn. l. c. † — Ramis foliis calycibusque breviter villosis; foliolis breviter petiolulatis lineari–subulatis, obtusiusculis muticis, margine revolutis, demum glabrescentibus punctato–scabris; pedunculis axillaribus, folia subaequantibus, calyce brevioribus, basi medioque bracteolatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope montem Wuljenup.

3. B.? TENELLA Meisn. l. c. 42. † — Glaberrima: caulibus prostratis gracillimis ramosissimis; ramis filiformibus; foliis angustissime linearibus acutis, subcarinatis; corymbis 3–1–floris; floribus parvulis; calyce profunde quinquepartito, lobis setaceo–linearibus aequalibus; legumine subsessili lanceolato, compresso tenuiter marginato, parce adpresseque pilosiusculo. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidum Perth.

6434. **JACKSONIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 107. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 569.)

1. *J. STERNBERGIANA Hügel, Bot. Archiv. t. 3. — Wlprs. l. c. I. 569. — Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 43.

β. puberula: Summitatibus calycibusque (leviter 5–costatis) minute sericeo–puberulis; pedicellis vix 2 lin. longis.

γ. filicaulis: Scaberrima: ramis ramulisque tenuissimis angulato–filiformibus (vix ¼–⅓ lin. crassis) debilibus.

Crescit in colonia ad fl. Cygnorum in Nova Hollandia.

2. J. GRACILIS Meisn. l. c. 44. † — Ramis teretibus, striatis ramulisque angulatis gracillimis minute cano–puberulis, sterilibus indivisis inermibus; floribus laxe racemosis subsecundis; pedicellis calyce dimidio brevioribus, infra apicem bibracteolatis; calycis sericei lobis tubo triplo longioribus linearibus, brevissime acuminatis erectis; ovarii villosi stipite calycis tubum parum superante. ♄ — An forte *J. sericeae* varietas?? — Crescit in Nova Hollandia in arenosis circa oppidum Perth.

3. J. DUMOSA Meisn. l. c. † — Tota subsericeo-puberula: ramis teretibus striatis, junioribus angulatis, sterilibus ditrichotomis indivisisve mucronato-pungentibus; floribus ad ramulorum apicem racemosis, majusculis; pedicellis calyce quadruplo brevioribus, apice vel medio bibracteolatis; calycis lobis semierectis; ovarii villosi stipite calycis tubo brevissimo duplo longiore. ♁
   β. glabrata: Ramis ramulisque (tenuibus plerumque divaricato-2-3-fidis rigidis) glabratis; floribus sericeis.
   Crescit in Nova Hollandia occidentali.
4. J. HAKEOIDES Meisn. l. c. 45. (adnot.) † — Ramis ramulisque teretibus, leviter striatis, demum glabris, sterilibus rigidis 2-3-fidis, cruribus divaricatis, pungenti-acutis mucronatisve, plerumque iterum 2-3-fidis; floribus ad apicem ramulorum racemosis; pedicellis calyce triplo brevioribus, prope apicem bibracteolatis; calycis extus fulvo-villosi lobis breviter acuminatis patulis; ovarii villosi stipite calycis tubum brevissimum vix superante. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
5. J. RESTIOIDES Meisn. l. c. 46. † — Aphylla: ramis ramulisque inermibus teretibus leviter sulcato-striatis, subsericeo-incanis, demum glabrescentibus; racemis terminalibus, laxe paucifloris; floribus majusculis subsecundis, brevissime pedicellatis; calyce sericeo-villoso, basi valde attenuata bracteolis 2 lanceolatis cuspidatis adpressis munito quinquepartito, lobis lanceolatis acuminatis erecto-patulis, vexillo brevioribus, alas carinamque superantibus; filamentis apteris; ovario stipitato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.
6. J. LEHMANNI Meisn. l. c. † — Aphylla inermis: ramis ramulisque teretibus profunde sulcatis, saepe incurvis, junioribus pubescentibus, mox glaberrimis; floribus lateralibus sparsis vel laxe racemosis majusculis; pedicellis calycem subaequantibus medio bibracteolatis, alabastris incurvo-rostratis; calyce adpresse puberulo, lobis lanceolatis acuminatis corollam superantibus; petalis subaequilongis; filamentis apteris; ovario stipitato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Canning prope Maddington.

6435. DAVIESIA *Sm.*

(DC. Prodr. II. 113. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 569. II. 832.)

1. D. HAKEOIDES Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 47. † — Glaberrima: ramis ramulisque teretibus striatis, undique foliosis; foliis adscendentibus rigidis teretibus striatis mucronato-pungentibus, inferioribus compressis planisve linearibus; racemulis axillaribus brevissimis paucifloris, basi bracteatis; bracteis squamiformibus imbricatis concavis subpersistentibus, pedicellos subaequantibus; calycis dentibus brevissimis; carina falcata obtusiuscula. ♁
   α. robusta: Foliis elongatis (2-4-pollicaribus) crassioribus ramisque rigidissimis.
   β. intermedia: Foliis elongatis (2-4-pollicaribus) tenuioribus ramisque minus rigidis.
   γ. gracilenta: Foliis plerisque abbreviatis (1-1½-pollicaribus) tenuibus; ramis gracilibus laxis. — Crescit in Nova Hollandia (Swan River).
2. D. BENTHAMII Meisn. l. c. 48. adnot. † — Glaberrima: ramis foliisque teretibus leviter rugoso-striatis; foliis patentibus strictis rigidis mucronato-pungentibus; racemulis axillaribus brevissimis paucifloris; bracteis minutis laxis concavis; pedicellis bracteas excedentibus, calycem brevissime dentatum subaequantibus; carina acutiuscula. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.
3. D. CHORDOPHYLLA Meisn. l. c. (adnot.) — Glaberrima: ramis gracilibus teretibus acute costatis; foliis longissimis laxis filiformibus, sulcato-striatis scabriusculis, breviter mucronatis vel demum muticis; racemis axillaribus terminalibusque laxis pedunculatis, basi nudis; pedicellis basi bractea exigua acuta stipatis; calycis dentibus brevissimis obtusiusculis, superioribus 2 brevioribus obtusioribus; carina obtusa. — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.
4. D. BRACHYPHYLLA Meisn. l. c. 49. † — Glaberrima: foliis brevibus crassis rigidis, teretibus semipatentibus rectis, apice obtusiusculo mucrone recto pungente

armatis ramisque laevibus vel obsolete rugoso-striatis; racemis axillaribus fasciculiformibus, vix folium aequantibus paucifloris, basi minute bracteatis; pedicellis calyci subaequalibus; calycis viridis dentibus brevibus acutis; carina obtusiuscule subrostrata. ♁ — *D. colletioidi* simillima. — Crescit in Nova Hollandia in planitie arenosa Quangen.

5. **D. PREISSII** Meisn. l. c. 50. † — Glabra: ramis inermibus teretibus strictis vel obsolete flexuosis; foliis verticalibus linearibus, leviter incurvis rectisve, pungenti-mucronatis nervoso-pluristriatis, basi nec angustatis nec decurrentibus; racemis axillaribus brevissimis paucifloris; pedicellis calyce longioribus; carina falcata erostri acutiuscula; staminibus monadelphis; legumine stipitato, acute breviterque rostrato. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae locis sublimoso-glareosis in distr. Hay.

6. **D. SPINOSISSIMA** Meisn. l. c. 51. † — Glabra: ramis teretibus sulcatis multifariam densissime foliosis: foliis patentissimis crassis rigidissimis, verticalibus linearibus rectiusculis, sulcato-striatis, attenuato-spinescentibus, basi lata subdecurrentibus; pedunculis axillaribus unifloris subsolitariis, folio dimidio brevioribus, calycem subaequantibus; calycis lobis superioribus brevissimis; carina falcata obtusiuscula; staminibus monadelphis; ovario subsessili. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae distr. Plantagenet.

7. **D. DECURRENS** Meisn. l. c. 52. † — Glabra: ramis strictis acute triquetris; foliis verticalibus rigidis linearibus, rectis vel vix falcatis pungentibus, trifariam anguste decurrentibus, tenuiter nervoso-multistriatis; racemis axillaribus folio dimidio brevioribus; pedicellis calyce subbrevioribus bracteola cochleariformi patula suffultis; calycis dentibus brevibus; carina falcata obtusiuscula; staminibus liberis; ovario stipitato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis prope oppidulum Perth.

8. **D. PRIONODES** Meisn. l. c. 52. † — Glabra: ramis striatis alato-triquetris; foliis verticalibus rigidissimis lanceolatis oblongisve, subrecurvo-falcatis, pungenti-acutis, basi lata decurrentibus, tenuissime striato-multinerviis; racemis axillaribus folio brevioribus; pedicellis calyce brevioribus, bractea cochleariformi patula subpersistente suffultis; calycis dentibus brevibus; carina obtusiuscula; staminibus liberis; ovario stipitato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia occidentali interiori.

9. **D. NUDIFLORA** Meisn. l. c. 53. † — Glabra: ramis inermibus teretibus, apice subangulatis comosis; foliis horizontalibus sessilibus rigidis lanceolatis pungenti-acuminatis, basi valde attenuatis planis, tenuiter marginatis uninerviis, utrinque penniveniis; pedunculis axillaribus vel foliis rudimento spinuliformi suffultis unifloris, folio multo brevioribus, laxiuscule pluribracteatis, sursum incrassatis, persistentibus; calycis dentibus brevibus acutiusculis, carina valde incurva acuta subrostrata; legumine subsessili. ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope Keier-mu-lu.

10. **D. DRUMMONDII** Meisn. l. c. adnot. † — Glabra: ramis inermibus strictis acute triquetris; foliis sessilibus horizontalibus rigidis, elliptico-lanceolatis, planis vel complicatis submarginatis, apice subrecurvo mucronato-spinescentibus uninerviis aveniis, marginibus nervoque in rami angulos decurrentibus; pedunculis axillaribus solitariis unifloris, folio dimidio vel ultra brevioribus; calycis labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus 3 brevibus acutis; carina falcata angusta obtusa; filamentis liberis; ovario subsessili glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.

11. **D. DAPHNOIDES** Meisn. l. c. 54. † — Glabra glaucescens: ramis teretibus, apice ramulisque angulatis; foliis horizontalibus subsessilibus coriaceis lanceolatis, utrinque attenuatis, mucrone brevi pungentibus, nervo venisque obsoletis; racemis axillaribus brevissimis, laxe paucifloris, minute bracteatis; calyce basi attenuato, pedicello longiore; carina obtusiuscula. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae planitie arenosa Quangen.

12. **D. HORRIDA** Preiss mss. ex Meisn. l. c. † — Glabra: ramis teretibus, apice ramulisque aphyllis spinescentibus rigidissimis corniformibus simplicibus vel

divaricato-2-3-fidis, squamula minuta suffultis, inferioribus foliosis; foliis horizontalibus coriaceis planis lanceolatis vel linearibus, pungentibus vel demum inermibus obtusis uninerviis, obsolete venosis; racemis e ramulis aphyllis lateraliter ortis brevibus laxe sparsifloris bracteatisque; calyce acute dentato; ovario subsessili. ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali interiori.

13. D. RHOMBIFOLIA Meisn. l. c. 56. — Ramis inermibus teretibus, apice angulatis glabris vel pubescentibus; foliis sparsis subsessilibus, torsione baseos verticalibus, rigide coriaceis, rhombeo-subrotundis ellipticisve, mucronato-pungentibus planis uninerviis, reticulato-venosis; racemis axillaribus brevissimis fasciculiformibus, basi bracteatis; pedicellis persistentibus, apice demum incrassatis; calycis subcostati labio superiore truncato subintegro, inferioris dentibus brevibus acutiusculis; carina obtusa; legumine sessili. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Sussex.

† *Icon addenda.*

D. ULICINA Sm. (DC. l. c. 114.) — Paxton, Magaz. of bot. IV. 29. (c. ic.)

6436. VIMINARIA *Sm.*

(DC. Prodr. II. 107. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 571.)

1. V.? PREISSII Meisn. in Lehm. Pl. Preiss. I. 57. — Floribus racemosis; calyce bilabiato impunctato, labio superiore latiore sublongiore acute bifido, inferioris laciniis erectis angustis acutissimis. ♁ — An potius *Sphaerolobii* species? — In Nova Hollandia ad fluvium Canning crescit.

6437. SPHAEROLOBIUM *Sm.*

(DC. Prodr. II. 107. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 571.)

1. SPH. STENOPTERUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 57. † — Ramis angulatis; anguste alatis; calycis impunctati tubo labiis breviore; carina obtusa, alas superante; ovario stipitato; stylo subexserto, apice hinc membranula auriculato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Albany in districtu Plantagenet.

6438. ROEA *Hügel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 571.)

1. R. NUDIFLORA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 59. — Caulibus erectis vel adscendentibus costato-angulatis; foliis confertis, spathulato-lanceolatis acutiusculis planis; pedicellis calycis tubo brevioribus; bracteis bracteolisque nullis vel fugacissimis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Plantagenet.

2. R. LINOPHYLLA Hügel, Enumer. plant. 34. (Wlprs. l. c.*) — Meisn. l. c. 58. — Caulibus procumbentibus vel ascendentibus filiformibus tenuissime striatis; foliis anguste linearibus; pedicellis calycis tubum aequantibus; bracteis bracteolisque diu persistentibus. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae distr. Perth et Plantagenet.

6440. (nec 6490.) AOTUS *Sm.*

(DC. Prodr. I. 109. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 572.)

1. A. GRACILLIMA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 59. † — Hook. Bot. Magaz. t. 4146. — Ramis gracilibus laevibus glabris, apice minute puberulis; foliis sparsis vel suboppositis, erectis patulisve anguste linearibus, obtusis vel mucronulo exiguo innixo recurvo apiculatis laevibus glabris, margine revolutis, supra convexis vel obsolete sulcatis, axillis 1-3-floris; pedicellis brevissimis calycibusque adpresse pilosis; calycis labio superiore truncato levissime emarginato. ♁
   β. uncinata: foliis brevibus apice recurvato-mucronatis.
   Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Perth.

2. A. INTERMEDIA Meisn. l. c. 60. † — Ramis gracilibus, strictis laevibus foliisque junioribus tomentoso-pubescentibus; foliis sparsis et suboppositis patulis, anguste linearibus obtusis muticis, laevibus et mox glabris, margine revolutis, supra unisulcis, axillis 1-3-floris; floribus subsessilibus; calycis laxe cano-villosi labio superiore acute bifido. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in distr. Plantagenet.

3. A. PROCUMBENS Meisn. l. c. † — Procumbens: ramis pubescentibus, apice adscendentibus et cum foliis junioribus patentim pilosis; foliis sparsis oppositisque vel ternatim approximatis, patulis linearibus obtusiusculis muticis, mox glabris, margine revoluto subscabris laevibusve, supra convexis laevibus nitidis exsulcis, subtus canaliculatis, saepius subtortis; pedicellis geminis vel solitariis brevissimis; calycis laxe cano-pilosiusculi labio superiore acute bifido. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4. A.(??) DILLWYNIOIDES Meisn. l. c. † — Ramis gracilibus erectis glabris, apice pubescentibus; foliis sparsis vel suboppositis, anguste linearibus obtusis, muticis vel submucronulatis, laevissimis glabris, supra canaliculatis, subtus convexis; floribus axillaribus subsolitariis, spicam terminalem foliosam saepe interruptam formantibus; pedicellis brevissimis decussatim 4-bracteatis, bracteis 2 inferioribus ovatis, superioribus 2 longioribus angustioribusque; calyce albo-villoso, labio superiore bifido, inferiore 3-partito, lobis omnibus acuminatis; vexillo dilatato; stylo brevi crassiusculo glabro. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Canning.

5. A. PASSERINOIDES Meisn. l. c. 61. † — Ramis erectis gracilibus; foliis ternis vel subinde sparsis sessilibus erectis ovato-oblongis, obtusiusculis muticis, margine leviter revolutis ramisque adpresse sericeo-villosis, supra demum glabrescentibus; floribus axillaribus subsolitariis sessilibus, folio brevioribus; calyce parvo membranaceo, basi villoso, superne glabro, labii superioris truncato-emarginati inferiorisque trifidi lobis ciliatis; stylo inferne barbato. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Albany.

6441. (nec 6491.) **DILLWYNIA.**

(DC. Prodr. II. 108. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 572. II. 832.)

1. D. *(Dillwyniastrum)* BRUNIOIDES Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 62. (adnot.) — Ramis ramulisque corymbosis canescenti-puberulis; foliis sparsis approximatis, patulis rectis vel subrecurvis, haud tortis, brevibus obtusiusculis muticis, dense punctato-scabriusculis, dorso subangulato-convexis, supra unisulcis; capitulis terminalibus sessilibus; calycis canescenti-villosiusculi tubo bracteas ellipticas vix superante, labio superiore acute bifido. ♄ — Crescit in Nova Hollandia circa Sydney.

† *Icones addendae.*

D. GLYCINIFOLIA Sm. — Botan. Regist. t. 1514. — Paxton, Magaz. of botan. IV. 99. (c. ic.)

D. SPECIOSA Hortor. — Paxton l. c. VII. 27. (c. ic.)

6442. (nec 6492.) **EUTAXIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 109. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 573.)

1. EU. DILLWYNIOIDES Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 63. † — Glabra: ramulis filiformibus laxis; foliis oppositis subteretibus muticis, supra sulco notatis; racemis capituliformibus terminalibus vel axillaribus 6–1-floris; floribus subsessilibus bibracteatis; calyce bracteas foliaceas aequante membranaceo fusco semiquinquefido, lobis acuminatis, superioribus 2 paullo latioribus altiusque connatis. ♄ — In regionibus interioribus Australasiae meridionali-occidentalis.

2. EU. ERICOIDES Meisn. l. c. † — Glaberrima: ramis gracilibus erectis; foliis oppositis erecto-patulis, anguste linearibus subacutis muticis, planis vel subcanaliculatis; pedicellis axillaribus vel subterminalibus; calycis herbacei viridis labio superiore acute bidentato, inferioris lobis lanceolatis acutis. ♄

β. filicaulis: Ramis ramulisque tenellis; foliis minoribus; floribus 4–1 apice ramulorum subsessilibus.

Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

3. EU. EPACRIDOIDES Meisn. l. c. 64. † — Glaberrima: caulibus strictis simplicissimis vel parce ramosis; foliis oppositis sessilibus, lineari-lanceolatis subpungenti-acutis, supra concavis, dorso convexo absolete uninerviis aveniis; pedi-

cellis axillaribus geminis brevissimis, basi medioque bibracteolatis; floribus pendulis; calyce nervoso-striato, basi attenuato, labii superioris paullo longioris lobis divergentibus brevibus acutis, inferioris linearibus acuminatis. ♄ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Plantagenet.

4. EU. RETICULATA Meisn. l. c. 65. † — Ramis strictis pubescentibus; foliis ternatim verticillatis imbricato-adpressis, ovatis obtusis glabris, leviter carinato-complicatis uninerviis reticulatis; pedicellis infra ramorum apicem axillaribus solitariis; calycis villosi labio superiore acute bifido inferiorisque lobis lanceolatis acuminatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

5. EU. CUNEATA Meisn. l. c. † — Ramosissima glaberrima: foliis oppositis obovato-oblongis cuneatis, apice rotundatis vel obtusiusculis, dorso convexis uninerviis subaveniis; pedicellis axillaribus solitariis; floribus nutantibus; calycis labio superiore truncato emarginato, inferioris lobis lanceolatis acutis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus collium Konkoberuphills.

† Icon addenda.

E. PUNGENS Sweet. — Paxton, Magaz. of bot. III. 245. (c. ic.)

6443. GASTROLOBIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 110. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 573.)

1. G. TRICUSPIDATUM Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 66. † — Ramis pubescentibus; foliis oppositis ternisque cuneatis, apice truncato vel emarginato bilobis, medio lobisque mucronatis, supra laeviusculis, subtus dense minuteque scrobiculato-reticulatis, junioribus cano-villosiusculis; pedicellis axillaribus fasciculatis brevissimis; calycis sericei lobis subaequilongis lanceolatis acuminatis, superioribus altius connatis parum latioribus; ovario sessili sericeo, stylo compresso glabro. ♄

β. latifolium: foliis majoribus dilatatis explanatis.

γ. subinerme: foliis parvis medio tantum mucronatis.

Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

2. G. ILICIFOLIUM Meisn. l. c. 67. † — Ramis, foliis junioribus calycibusque subsericeo-villosiusculis; foliis ternis oppositisque obovatis oblongisve, basi integra cuneatis, apice vel ultra medium spinoso-dentatis, planis vel undulato-sinuatis, supra laevibus, subtus penniveniis minuteque reticulatis glaucis?, demum glabris; racemis axillaribus abbreviatis; calycis lobis subaequalibus, superioribus 2 altius connatis vix latioribus; ovario stipitato villoso. ♄ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali.

3. G. PREISSII Meisn. l. c. 68. † — Glabrum: foliis oppositis subsessilibus, crassiuscule coriaceis cordatis spinoso-mucronatis, margine sinuatis spinoso-dentatis integrisve, utrinque laevibus; racemis terminalibus axillaribusque, folio vix longioribus; calycis labio superiore breviter bifido, lobis obtusiusculis, inferioris lobis acutis vix angustioribus; ovario longiuscule stipitato villoso. ♄

α foliis late ovatis spinescenti-sinuato-dentatis.

β. foliis cordato-deltoideis integerrimis.

Crescit in Novae Hollandiae districtu Hay.

4. G. DRUMMONDII Meisn. l. c. 69. (adnot.) — Ramis gracilibus puberulis; stipulis setaceis erectis, petiolos longiusculos vix superantibus; foliis ternis lanceolatis pungenti-mucronatis reticulatis glaucis; racemis axillaribus terminalibusque laxiusculis; calyce pubescente. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.

5. G. LEHMANNI Meisn. l. c. 70. — Ramis tomentosis; stipulis setaceis petiolum subsuperantibus; foliis oppositis oblongis obtusis, obsolete mucronulatis muticisve, margine subrevoluto obsolete crenulatis, supra reticulatis glabris, subtus adpresse cano-villosis; racemis axillaribus brevissimis fasciculiformibus; calycibus sericeis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

6. G. BROWNII Meisn. l. c. 71. † — Ramulis puberulis; stipulis minutis setaceis deciduis; foliis ternis oppositisque subsessilibus cuneato-oblongis obovatisve

obtusis mucronatis planis reticulato-penniveniis glabris; pedunculis axillaribus brevibus obtusiusculis, inferioribus tribus acutis; ovarii villosi stipite pubescente calycem subaequante. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

7. G. HOOKERI Meisn. l. c. adnot. † — Ramis villosiusculis; stipulis setaceis parvis persistentibus; foliis oppositis ovali-oblongis, utrinque vix angustatis, basi rotundatis, apice obtuso vel subretuso submuticis, tenuiter reticulatis, junioribus pubescentibus; racemis axillaribus brevissimis fasciculiformibus densiusculis; calyce sericeo, pedicello multo longiore, labio superiore bifido, inferiore tripartito, lobis acuminatis; ovarii villosi stipite calycem subaequante. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

8. G. EPACRIDOIDES Meisn. l. c. 72. † — Ramis virgatis gracilibus villosis; foliis ternis exstipulatis sessilibus patulis ovatis acutis pungenti-mucronatis, utrinque reticulatis glabris, axillis 1–2-floris; pedicellis calycem subaequantibus; calycis adpresse cano-pilosi lobis tubo brevioribus acutis, superioribus 2 altius connatis; ovario brevissime stipitato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in rupestribus montium Darling's range.

† *Icon addenda.*

G. ACUTUM Bth. — Hook. Bot. Magaz. t. 4040.

6446. PULTENAEA *Sm.*

(*Pultenaeae* sect. *Hymenota* DC. Prodr. II. 110. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 574. II. 832.)

1. P. GENISTOIDES Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 73. † — Glaberrima: ramis apice subangulatis; foliis sparsis exstipulatis oblongo-linearibus obtusis muticis enerviis laevibus canaliculatis, dorso convexis, apice carinato-incrassatis, junioribus ciliatis; floribus in apice ramulorum brevium basi squamato-bracteatorum solitariis, inter folia sessilibus; calyce brevissimo, subaequaliter 5-dentato; legumine brevissime stipitato ovato-oblongo, adpresse pilosiusculo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia solo turfoso ad portum Princess royal Harbour et ad villam Spencer.

2. P. ASPALATHOIDES Meisn. l. c. † — Ramis corymbosis subsericeo-canescentibus; stipulis minutis adpressis deciduis; foliis linearibus, utrinque attenuatis mucronato-pungentibus reticulatis, in ramorum apice fasciculato-confertis laxe ciliato-pilosis, inferne remotiuscule sparsis glabris; floribus in ramulorum apice subsolitariis sessilibus, folia vix superantibus; bracteolis scariosis; calyce corolla duplo breviore, membranaceo sericeo subaequaliter 5-fido. ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Albany.

3. P. OCHREATA Meisn. l. c. 75. † — Glabra: ramis filiformibus; stipulis membranaceis ochreiformibus, demum laceris deciduis; foliis sparsis lanceolatis ellipticisve muticis planis vel supra concavis, utrinque reticulatis; floribus.....?; legumine ventricoso ovali turgido, extus intusque pubescente. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Wellington.

4. P. STROBILIFERA Meisn. l. c. † — Ramis divaricatis pubescentibus; stipulis setaceis minutis deciduis; foliis brevibus subtriquetro-teretibus obtusis muticis laevibus vel minute corrugatis, supra sulco notatis; capitulis terminalibus strobiliformibus ovoideis; bracteis imbricatim adpressis fuscis pubescentibus ovatis, apice trifidis, lobis lateralibus lanceolatis acuminatis, intermedio subulato; calycis bilabiati lobis acuminatis dense sericeo-plumosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

5. P. EMPETRIFOLIA Meisn. l. c. 76. † — Ramulis canescentibus; stipulis membranaceis lanceolatis adpressis persistentibus; foliis confertis triquetro-linearibus obtusis brevibus glabris; capitulis terminalibus sessilibus pauciforis, basi imbricato-squamatis, saepe proliferis; calyce bracteas bracteolasque superante bilabiato, laciniis acutis rigidulis, inferiorum sinubus tuberculiformi-sphacelatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia occidentali.

Subtribus III. MIRBELIEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1258.

6448. **MIRBELIA** *Sm.*

(DC. Prodr. II. 114. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 576.)

1. M. *(Eumirbelia)* OVATA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 77. † — Foliis ternis oppositisve, breviter petiolatis patentibus, ovatis vel ovato-oblongis obtusis muticis, margine revolutis, supra reticulatis et punctato-scabriusculis, demum glabris, subtus ramulisque adpresse sericeo-pilosulis; floribus terminalibus 3–1 (raro 5–6) brevissime pedicellatis; calycis pilosi laciniis lanceolatis subaequalibus tubo longioribus; ovario 8-ovulato; legumine subsessili villoso. ♄ — Crescit in Nova Hollandia locis sublimoso-glareosis ad portum Princess Royal Harbour.

† *Icon addenda.*

M. FLORIBUNDA Bth. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 247. (c. ic.)

6449. **DICHOSEMA** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 576.*)

1. D. SUBINERME Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 78. † — Ramis fastigiato-ramosis ramulisque tenuibus teretibus puberulis, apice inermibus; foliis sparse fasciculatis patentibus, spina axillari plerumque destitutis, linearibus obtusis muticis glabris, supra convexis, subtus sulco notatis; floribus axillaribus solitariis subsessilibus; calyce subsericeo-pilosulo. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Guildford.
2. D. RACEMOSUM Meisn. l. c. † — Corymboso-ramosum: ramulis rigidis sulcato-subangulatis glabris, apice spinescentibus; foliis oppositis verticillatisque vel subsparsis lineari bus obtusis muticis, margine revolutis, glabris; racemis terminalibus brevibus aphyllis; pedicellis geminis ternisve brevibus calycibusque pubescentibus. ♄ — Crescit in solo subturfoso arenoso prope oppidulum Albany in Nova Hollandia.
3. D. SPINOSUM Bth. Enumer. pl. Hügel. 35. — (Wlprs. l. c. *) — Meisn. l. c. 77. — Ramis subvirgatis glabriusculis, apice inermibus; foliis ad basin spinae patentis ipsis sublongioris fasciculatis linearibus, margine revolutis obtusiusculis glabris; axillis 3–1-floris; floribus subsessilibus; calyce sericeo-pubescente. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

Tribus II. *LOTEAE* DC. — Endl. l. c. p. 1259.

Subtribus I. GENISTEAE DC. — Endl. l. c.

6451. **HOVEA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 115. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 576. II. 832.)

1. H. STRICTA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 79. † — Caulibus simplicibus erectis strictis villosulis; stipulis linearibus parvis mollibus caducis; foliis linearibus, breviter mucronatis, margine revolutis laxe ciliatis, supra reticulatis, junioribus laxe pilosulis, demum glabris; pedicellis solitariis calycem villosulum subaequantibus; legumine stipitato glabro dispermo. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Sussex.
2. H. ILICIFOLIA A. Cunn. in Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 58. — Ramulis tomentosis; foliis coriaceis ovalibus spinoso-dentatis mucronatis pungentibus, subtus reticulatis; stipulis spinescentibus; pedunculis 2–3-floris; calycibus tomentosis; bracteolis pungentibus glabris; legumine subrotundo glabro. ♄ — Folia juniora leviter pubescentia. Flores atro-violacei inter minores. Ovarium dispermum. — Crescit in Nova Hollandia.

† *Icones addendae.*

H. CELSII Bonpl. — Paxton, Magaz. of bot. III. 241. (c. ic.)
H. PUNGENS Bth. — Paxton l. c. VI. 101. et X. 51. (c. ic.)
H. SPLENDENS Hortor.? — Paxton l. c. X. 103. (c. ic.)
H. LINEARIS R. Br. — Paxton l. c. XI. 75. (c. ic.)

6452. **PLAGIOLOBIUM** *Sweet.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 577.)

1. PL. MACROCALYX Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 80. adn. — Foliis deltoideis ovatisve, apice mucronatis, lobis basilaribus nunc acutis mucronatis, nunc rotundatis muticis; bracteis imbricatis, exterioribus ovatis obtusis, interioribus sensim majoribus oblongis acutis dimidium calycem aequantibus; calyce amplo corollam subaequante adpresse sericeo-piloso, labii superioris lobis maximis subrotundis. ♄ — Crescit in Novae Hollandiae ora australi ad Port Philipp.

6453. **LALAGE** *Lindl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 577.)

1. L.? ACUMINATA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 86. † — Ramis gracilibus simplicibus patenti-pilosis, apice compressis; stipulis membranaceis fuscis striatis linearibus acutis patenti-recurvis, petiolo longioribus; foliis cordato-ovatis acuminatis caudatisve acutis submuticis planis, utrinque reticulatis, supra minute punctato-scabriusculis, subtus adpresse pilosulis; floribus.....? ♃ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Wellington.

2. L. ANGUSTIFOLIA Meisn. l. c. adnot. — Ramis gracilibus simplicibus glabris, apice compressis; stipulis linearibus acuminatis petioloque ipsis breviore pilosulis; foliis lanceolato-linearibus acutis submucronulatis, basi obtusis, margine subrecurvis, utrinque reticulatis glabris; pedicellis solitariis brevibus; calyce fulvo-villoso. ♃ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

3. L.? STIPULARIS Meisn. l. c. 87. † — Molliter patenti-pilosa: ramis teretibus erectis strictis; stipulis patentibus lineari-lanceolatis acutis, membranaceis fuscis striatis, petiolo triplo longioribus persistentibus; foliis linearibus mucronulatis, basi obtusis, margine revolutis, supra reticulatis; floribus.....? ♃ — Crescit in Nova Hollandia occidentali interiori.

4. L. ORNATA Lindl. Bot. Regist. t. 1722. — Maund et Henslow, The Botanist III. t. 141. (Wlprs. l. c. no. 1.*) — Meisn. l. c. 85. — Ramis gracilibus pubescentibus glabrisve, apice compressiusculis; stipulis linearibus acuminatis petiolo parum longioribus; foliis ovatis vel ovato-oblongis mucronulatis, basi rotundatis vel emarginatis, utrinque reticulatis glabris vel subtus pubescentibus; pedicellis geminis petiolo duplo triplove longioribus; bracteis interioribus ovatis; calyce sordide albido vel fulvo-villosulo. ♁ — In Nova Hollandia meridionali-occidentali.

6455. **BOSSIAEA** *Vent.*

(DC. Prodr. II. 116. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 578. II. 833.)

1. B. SULCATA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 81. † — Glaberrima ramosissima: ramis ramulisque aphyllis compresso-ancipitibus strictis rigidis acute sulcato-lineatis, apice spinescentibus, margine alternatim obtuse dentatis; floribus e ramulorum denticulis nascentibus subsolitariis subsessilibus; bracteolis minutis; calycis lobis subaequalibus brevibus obtusis; carina nuda; ovario subsessili oblique obovato-oblongo glabro 4-ovulato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in limoso-arenosis ditionis York.

2. B. SPINESCENS Meisn. l. c. 82. † — Glabra ramosissima: ramis adultis teretibus, junioribus ramulisque patentibus compressis subalatisve, apice spinescentibus; stipulis setaceis petiolum aequantibus; foliis confertis obovato-oblongis obtusis retusisve muticis planis; pedicellis solitariis folium superantibus, apice bibracteolatis; calycis labio superiore lato subtruncato emarginato, inferiore breviore acute tridentato; carina apice minute villoso-ciliata. ♁ — *B. paucifolia* Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVI. t. 63. (nec Bth.) — Crescit in Nova Hollandia in limoso-lapidosis montis Bakewell.

3. B. PREISSII Meisn. l. c. — Glabra: ramis ramulisque foliosis teretibus, apice vix compressis spinescentibus; stipulis spinuliformibus, petiolum brevissimum aequantibus; foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis muticis planis; pedicellis

solitariis, folium subaequantibus, medio bibracteolatis, apice incrassatis; calycis labio superiore lato emarginato-bifido, inferiori acute trifido subaequali. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in promontorio Cape Riche.

4. B. ENDLICHERI Meisn. l. c. 83. † — Inermis: stipulis membranaceis linearibus, petiolum superantibus; foliis ovalibus oblongis linearibusve, mucronulatis vel muticis, subtus ramulisque teretibus villosis; pedicellis folio brevioribus, supra medium bibracteolatis; calycis adpresse sericei labiis aequalibus, superioris bifidi inferiorisque lobis acuminatis; ovario sessili villoso. ♁
   α. ovalifolia: foliis coriaceis ovalibus oblongisve mucronulatis (5–6 lin. longis, 2–3 lin. latis). — *B. ovalifolia* Endl. — (Wlprs. l. c. I. 578. no. 7.)
   β. angustifolia: foliis linearibus vel lineari-oblongis obtusis (6–9 lin. longis).
   γ. minor: foliis linearibus obtusis muticis (4–6 lin. longis).
   Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali interiori.

5. B. PULCHELLA Meisn. l. c. 84. † — Laxe ramosa: ramis gracilibus teretibus, apice minute puberulis; stipulis minutis obtusis deciduis; foliis subsessilibus cordato-subrotundis acutiusculis muticis planis coriaceis laevibus glabris; pedicellis solitariis, folio brevioribus, bracteas basilares obtusas vix superantibus; calycis glabri labio superiore emarginato-bilobo, inferiore aequali acute tridentato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia inter Mahagony-creek et Halfwayhouse.

6. B. HUMILIS Meisn. l. c. 85. adnot. — Ramis subdecumbentibus debilibus teretibus; stipulis subherbaceis lanceolatis acutis adpressis, petiolo brevissimo longioribus; foliis coriaceis obovatis ovalibusve mucronulatis, margine subrecurvis, supra glabris subvenosis, subtus ramulisque adpresse pubescentibus; pedicellis solitariis geminisve, folio dimidio brevioribus, basi apiceque bracteis 2 linearibus deciduis instructis; calycis puberuli labiis tubum subaequantibus, superioris bifidi lobis latis divaricatis acutiusculis, inferioris brevioris trifidi lobis lanceolatis acutis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia circa Sidney.

7. *B. PAUCIFOLIA Bth. — Wlprs. l. c. I. 578. no. 5. — Meisn. l. c. 82. — *B. virgata* Hook. — Wlprs. l. c. II. 833. no. 6.

6472. CROTALARIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 124. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 583. II. 835. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 472. sq.)

Series I. SIMPLICIFOLIAE Bth. l. c. 478.
Folia simplicia sessilia, nec in petiolo articulata.

§. 1. *Arenariae*: *Suffrutices vel herbae rigidae prostratae vel divaricato-ramosissimae paucifoliatae. Pedunculi terminales vel demum oppositifolii remotiflori, deflorati saepe spinescentes. Legumen ovoideum vel globosum sessile, saepius pubescens.*

1. CR. AEGYPTIACA Bth. l. c. — Rigida ramosissima subspinescens: ramulis tomento brevi canescentibus vel glabris; foliis raris ovatis oblongisve undulatis calycibusque tomentoso-pubescentibus; ovario 2–3-ovulato; legumine ovoideo calycem duplo triplove excedente glabro vel juniore minute tomentello. ♃ — Rami breves juncei saepe fere aphylli. — Crescit in Aegypto inferiore, in deserto Suez et Sinaïco.

2. CR. THEBAICA DC. Prodr. II. 128. — Bth. l. c. — Prostrata spinescens: ramulis pilis brevibus patentibus villosis; foliis ovatis, rarius oblongis undulatis calycibusque villosis; ovario 2–3-ovulato; legumine calyce dimidio longiore subgloboso pubescente. ♃ — Pedunculi 2–3-flori, ovula saepissime 2 cum tertio abortivo. — Crescit in Aegypto et in Nubia, Sennaar.

3. CR. ARENARIA Bth. l. c. 474. — Prostrata subspinescens: ramulis pilis patenti-reflexis dense villosis; foliis ovatis oblongisve undulatis calycibusque dense villosis; ovario 8–10-ovulato; legumine calycem duplo superante ovoideo villosis-

simo. ♃ — Pedunculi pluriflori. A praecedente ovario facile distinguitur. — *Cr. Thebaica* Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 160. (nec DC.) — In Senegambia.

4. CR. BURHIA Hamilt. in Wall. Catal. 5386. — Bth. l. c. — Divaricato-ramosissima vix spinescens: ramulis sericeo-pubescentibus; foliis oblongis adpresse pilosis; calycibus villosissimis; ovario 4-6-ovulato; legumine ovoideo villosissimo. ♃ — *Cr. Thebaicae* affinis arida paucifoliata, sed altior, ramulis longioribus. Pedunculi elongati saepius multiflori. — Crescit in India orientali inter Delhi et Khurnaul, inter Saintol et Ranjee.

§. 2. *Diffusae: Herbae magis minusve villosae. Caules prostrati saepe filiformes. Folia disticha saepe valde dissimilia ex ovato lanceolata. Stipulae parvae vel nullae, nec decurrentes. Pedunculi per anthesin oppositifolii 1-2- vel rarius pluriflori, flores (nisi in Cr. bifaria et multiflora) parvi.*

* *Legumine hirto subgloboso.*

5. * CR. BIFLORA Linn. Mantiss. pl. 570. — DC. l. c. 127. no. 41. — Wlprs. l. c. I. 587. no. 41.

6. * CR. GLOBOSA Wght. in Wall. Catal. 5412. — Wlprs. l. c. no. 42.

** *Legumine oblongo glabro.*

7. CR. FILIPES Bth. l. c. 475. — Prostrata, pilis longis ciliata: caule filiformi gracillimo; stipulis nullis; foliis oblique cordato-ovatis sublanceolatisque; pedunculis 1-2-floris tenuissimis; calycis laciniis lanceolatis infimaque angustiore, corolla triente brevioribus: ovario multiovulato; legumine ovoideo glabro calycem duplo superante. ♃? ☉? — Species gracillima. Folia vix semipollicaria. Flores magnitudine illorum *Heylandiae*, ovula fere 20, legumen 3 lin. longum. — Crescit in India orientali in insula Salcette prope Bombay.

8. * CR. PROSTRATA Rxb. — DC. Prodr. II. 130. no. 69. — Wlprs. l. c. 587. no. 37.

9. CR. FILIFORMIS Bth. l. c. — Diffusa pubescens: ramulis tenuibus; stipulis parvis subreniformi-acuminatis; foliis ovatis oblongisve, basi angustatis, utrinque pilosulis, subtus pallidis; pedunculis filiformibus 1-2-floris; calycis adpresse pilosi laciniis lanceolatis corolla parum brevioribus; ovario multiovulato; legumine oblongo glabro calycem triplo excedente. ☉? — Folia saepe bipollicaria, flores magnitudine *Heylandiae*. Legumen 8-10 lin. longum. — Crescit in India orientali in montibus „Prome."

10. CR. HUMIFUSA Grah. in Wall. Catal. 5421. — Bth. l. c. 476. — Diffusa prostrata villosa: stipulis parvis setaceis reflexis; foliis obovatis ovatisve, rarius oblongis, utrinque pilosis, subtus canescentibus; pedunculis tenuibus 2-4-floris; bracteis minutis setaceis; calyce subadpresse piloso corollam subaequante; ovario multiovulato; legumine oblongo glabro calyce dimidio longiore. ♃? — Planta saepius parva humilis. Flores minimi. Legumen vix 3 lin. longum. — Crescit in Himalaya et in Nepalia, elevatione 5000 pedum.

11. CR. ACICULARIS Hamilt. in Wall. Catal. 5390. — Bth. l. c. — Diffusa prostrata, pilis longis hirta: stipulis lanceolatis reflexis; foliis obovatis ovatis oblongisve, utrinque pilosis, subtus pallidis; pedunculis 6-20-floris; bracteis cordato-lanceolatis; calycibus pilis longis hirsutissimis corollam aequantibus vel superantibus; ovario multiovulato; legumine oblongo glabro calycem dimidio excedente. ♃ — Folia quam in sequente minora. — Crescit in India orientali (Masurgunj, Sillet, Prome, Taong-Dong).

12. CR. FERRUGINEA Grah. in Wall. Catal. 5398. — Bth. l. c. — Prostrata diffusa ferrugineo-villosa: stipulis oblique lanceolatis acuminatis deflexis; foliis ovato-oblongis, rarius lanceolatis, utrinque pilosis, subtus pallidis; pedunculis 2-4-floris; bracteis bracteolisque parvis linearibus; calyce villoso corollam subsuperante; ovario multiovulato; legumine glabro calyce duplo triplove longiore. ♃ — Affinis *Cr. humifusae* sed flores plus duplo majores et legumen maturum 8-10 lin. longum, simillima *Cr. ovali,* sed folia hujus saepe breviora et stipulae saltem

folii pedunculo oppositi magis minusve decurrunt. — *Cr. obliqua* Wall. Catal. 5388. B. C. — *Cr. canescens* Wall. Cat. 5415. — *Cr. crassifolia* Hamilt. in Wall. Cat. 5416. *β. major:* Calyx 8 lin. longus, legumen sesquipollicare.
Crescit in montibus Indiae orientalis et (*β.*) in insulis Philippinis.

*** *Legumine oblongo hirsuto.*

13. CR. EVOLVULOIDES Wght. in Wall. Catal. 5410. — (Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 188. ex p. — Wlprs. l. c. I. 587. no. 36.) — Bth. l. c. 477. — Prostrata villosa: stipulis lanceolatis deflexis; foliis obovatis ovatisve, rarius oblongis, obtusis, utrinque piloso-hispidulis; pedunculis 3-6-floris; bracteis lanceolato-acuminatis; calycis hirsuti laciniis immarginatis corolla triente brevioribus; ovario multiovulato; legumine oblongo hirsuto calyce subtriplo longiore. ♃ — *Cr. hirsuta* Wall. Cat. 5413. — A sequente differt foliis parvis apice rotundato-obtusis. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.
14. CR. HIRSUTA Willd. Spec. plant. III. 978. — DC. l. c. 126. no. 25. — (Wlprs. l. c. 587. no. 34.) — Bth. l. c. — Prostrata piloso-hispida: ramulis tenuibus rigidulis; stipulis lanceolato-setaceis patentibus; foliis ovatis oblongis lanceolatisve acutis, utrinque parce pilosis; pedunculis 3-5-floris; bracteis lanceolatis acuminatis; calycis pilosi laciniis immarginatis corolla brevioribus; ovario multiovulato; legumine longe piloso oblongo calyce duplo longiore. ♃ — *Cr. dichotoma* Rth. Nov. pl. spec. 340. — *Cr. rubiginosa* Rxb. Flor. Indic. III. 269. (non Willd.) — *Cr. bifaria* Wall. Cat. 5399. (ex p.) — *Cr. triflora* Heyne in Wall. Cat. 5387. — Crescit in peninsula Indiae orientalis et in regionibus borealibus.
15. *CR. BIFARIA Linn. fil. Suppl. 422. — DC. l. c. 127. no. 36. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 30.
16. CR. MULTIFLORA Bth. l. c. 478. — Diffusa hispida: stipulis lanceolato-setaceis deflexis; foliis ovatis lanceolatisve acutis, utrinque hispidulis; pedunculis rigidis plurifloris; bracteis lanceolato-setaceis; calycis hispiduli laciniis lanceolatis late marginatis, corolla (maxima) parum brevioribus; ovario multiovulato; legumine oblongo hirsuto, calyce vix duplo longiore. ♃ — Praecedenti certe affinis, tamen vix ejus varietas. Folia majora firmiora, saepissime acuta. Pedunculi 4-10-pollicares. Bracteae minores angustiores. Flores duplo fere majores, calyce pollicari, vexillo insigniter striato amplo. Carina margine et dorso dense lanata. — *Cr. bifaria* var. *multiflora* Arn. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XVIII. I. 329. — Crescit in Zeylania.

§. 3. *Alatae: Caules nunc diffusi, nunc basi tantum decumbentes vel omnino erecti. Stipulae omnes vel saltem folii pedunculo subopposita magis minusve secus caulem decurrentes. Pedunculi pauci- vel rarius multiflori terminales vel laterales, rarius exacte oppositifolii. Legumen omnium polyspermum glabrum.*

17. *CR. RUBIGINOSA Willd. Spec. pl. III. 973. — DC. l. c. 125. no. 11. — Wlprs. l. c. I. 583. no. 1.
18. *CR. SCABRELLA Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 181. — Wlprs. l. c. no. 2. — *Cr. Wightiana* Wall. Catal. 5358. var.
19. CR. ALATA Rxb. in D. Don, Prodr. fl. Nepal. 241. — DC. l. c. 124. no. 1. — Bth. l. c. 478. — Erecta elata vel basi subdecumbens, adpresse pilosa: stipulis triangularibus longe decurrentibus; foliis ovatis oblongisve, subtus pallidioribus; pedunculis plurifloris; calycis laciniis lanceolatis, superioribus paullo latioribus corollam subaequantibus; legumine breviter stipitato, calyce pluries longiore. ♃ — *Cr. sagittlicaulis* Wall. Catal. 5347. — Crescit in India orientali, in Nepalia.
20. *CR. WIGHTIANA Grah. in Wall. Catal. 5358. — Wlprs. l. c. I. 583. no. 3.
21. *CR. OVALIS Prsh. Fl. Am. sept. II. 469. — DC. l. c. 124. no. 10. — Bot. Magaz. t. 3006.
22. *CR. HOOKERIANA Alph. DC. (ubi?)
23. *CR. PURSHII DC. Prodr. II. 124. no. 6.

24. * CR. SAGITTALIS Linn. spec. pl. 1003. var. *a.* — DC. l. c. no. 8.

25. * CR. BUPLEURIFOLIA Schlechtd. et Cham. Linnaea V. 575. † — Wlprs. l. c. I. 592. no. 95.

26. * CR. STIPULARIS Dsvx. Journ. bot. II. 76. — DC. l. c. no. 2. — *Cr. Expadilla* H. B. Kth. Nov. gener. et sp. pl. VI. 398. — DC. l. c. no. 9. — *Cr. sagittalis* Arrabida, Flor. Flumin. VII. t. 111.

27. CR. MATTHEWSIANA Bth. l. c. 479. Basi decumbens vel erecta, pilis patentibus hirsuta: stipulis floralibus lanceolato-acuminatis longe et anguste decurrentibus, caeteris obsoletis; foliis oblongis lanceolatis linearibusve, subtus glaucis parce pilosis; pedunculis lateralibus elongatis paucifloris; calyce corollam superante patentim piloso; legumine sessili. ♃ — Crescit in Peruvia ad Casapi.

28. * CR. PTEROCAULA Dsvx. l. c. — DC. l. c. no. 4. — Bth. l. c. — *Cr. Genistella* H. B. Kth. l. c. — DC. l. c. no. 3. — *Cr. hexaptera* Schrank. — Wlprs. l. c. I. 593. no. 100.

29. * CR. VELUTINA Bth. Ann. of natur. hist. III. 428. — Wlprs. l. c. 593. no. 106.

30. * CR. POHLIANA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. 593. no. 101. — *Cr. Heldiana* Alph. DC. Not. plant. rar. hort. Genev. VIII. 21.

31. * CR. DIVERGENS Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 105.

32. * CR. VESPERTILIO Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 104. — *Cr. racemosa* Arrabida, Flor. Flumin. VII. t. 106.

33. * CR. OTOPTERA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 103.

§. 4. *Glaucae: Caules ascendentes vel erecti virgati cum tota planta glaberrimi. Folia angusta. Stipulae nullae. Pedunculi pauciflori terminales vel oppositifolii. Legumen polyspermum stipitatum glabrum.*

34. CR. GENISTIFOLIA Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. vidensk. Selsk. afhandl. IV. 109. † (Wlprs. l. c. I. 590. no. 65.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 479. — Glabra tenuis: ramis foliosis subdichotomis; foliis lanceolatis vel oblongo-linearibus mucronatis, subtus pallidis; pedunculis oppositifoliis 2–8-floris; bracteis lineari-subulatis; calycis laciniis subaequalibus lineari-lanceolatis tubo duplo longioribus, corolla paullo brevioribus; legumine cylindraceo, stipite calycem aequante. ☉? — Crescit in Guinea.

35. CR. GLAUCA Willd. Spec. plant. III. 974. — DC. l. c. 127. no. 42. — Bth. l. c. 480. — Glabra glaucescens: ramis teretibus laevibus virgatis; foliis lineari-lanceolatis mucronatis; pedunculis terminalibus 1–4-floris; calycis laciniis inaequilatis tubo paullo longioribus, corolla brevioribus; legumine breviter oblongo, stipite calycem subaequante. ☉ — Crescit in Guinea.

36. * CR. PEDUNCULARIS Grah. in Wall. Cat. 5369. — Wlprs. l. c. 586. no. 25.

§. 5. *Erectae: Herbae vel frutices erecti elati sericei vel villosi. Stipulae nullae vel non decurrentes. Racemi terminales saepius multiflori, rarius demum oppositifolii. Legumen glabrum calyce duplo vel pluries longius polyspermum.*

* *Foliis supra glabris.*

37. * CR. RETUSA Linn. Spec. pl. 1004. — DC. l. c. 125. no. 14. — Wlprs. l. c. 586. no. 26. — *Cr. Paulina* Schrank. — DC. l. c. 127. no. 34?

38. * CR. SERICEA Retz. — Wlprs. l. c. 586. no. 24. — *Cr. macrophylla* Weinm. — Wlprs. l. c. 583. no. 4. — *Cr.* (*Dolichos* Forsk.) *cuneifolia* Zucc. — Wlprs. l. c. 586. no. 28.

39. CR. ASSAMICA Bth. l. c. 481. — Erecta elata: stipulis minutis subulatis; foliis elongato-lanceolatis, utrinque angustatis, supra glabris, subtus cum ramulis calycibusque sericeo-nitentibus; racemis multifloris terminalibus; bracteolis infra medium pedicelli setaceis; legumine sessili glabro. ♀ — Habitu ad *Cr. sericeam* accedit, pubes sericea multo densior, in pedunculis calycibus foliisque junioribus subfulva, demum albida. Folia 4–6-pollicaria acuta, ut in affinibus pellucido-

punctata. Bracteae lanceolatae acuminatae 2 lin. longae. Flores magnitudine *Cr. retusae*. Calyx profunde bilabiatus, labio superiore demum fere ad basin fisso, inferiore cymbaeformi integro vel breviter rariusve ad medium trifido. Vexillum dorso linea longitudinali pilosum. — Crescit in regno Assamico.

40. * CR. LESCHENAULTII DC. l. c. 125. no. 15. — Wlprs. l. c. 586. no. 23.
41. * CR. FORMOSA Grah. in Wall. Cat. 5393. — Wlprs. l. c. 585. no. 22.
42. * CR. VIRGATA Bth. Ann. of nat. hist. III. 429. — Wlprs. l. c. 593. no. 109.

** *Foliis supra sericeis vel pilosis.*

43. * CR. NITENS H. B. Kth. Nov. gener. et sp. pl. VI. 399. — DC. l. c. 127. no. 31. — *Cr. bracteata* Schlchtd. — Wlprs. l. c. 593. no. 96? — *Cr. breviflora* DC. l. c. no. 35. — *Cr. nitidula* Martius. — Wlprs. l. c. no. 99.
44. * CR. FOLIOSA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. 593. no. 107.
45. * CR. FLAVICOMA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 108.
46. * CR. DIVARICATA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. 594. no. 111.
47. CR. ACUTIFLORA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 480. — Fruticosa, divaricato-ramosa: stipulis subnullis; foliis ellipticis lanceolatisve acutis mucronatisque discoloribus, utrinque cum ramulis pedunculisque pilis adpressis canescenti- vel flavo-sericeis; racemis tenuibus paucifloris; bracteis bracteolisque sub calyce subulatis; calycibus maximis adpresse pubescentibus acutis corolla longioribus. ♄ — *Cr. breviflora* Bth. in Hb. Vindob. nec DC. — Crescit in Brasilia.
48. CR. MARTIANA Bth. l. c. — Fruticosa ramosa, undique pilis fulvidis hirsutissima: stipulis subnullis; foliis confertis oblongis mucronatis, margine recurvis discoloribus, utrinque dense sericeis; racemis brevibus paucifloris; bracteolis sub calyce bracteisque lanceolatis calycibusque hirsutis; corolla calycem parum excedente. ♄ — Crescit in Brasilia.
49. CR. TWEEDIANA Bth. l. c. — Erecta, tota pilis longis aureo-fulvis hirsutissima: stipulis minutis subnullis; foliis sessilibus obovatis oblongis lanceolatisve obtusis acutisque, utrinque villosis; racemis longe pedunculatis multifloris; calycis hirsutissimi laciniis inferioribus lineari-subulatis; bracteolis supra medium pedicellum bracteisque linearibus; vexillo praeter lineam dorsalem glabro, calycem superante. ♄ — Crescit ad Porto Alegre.
50. * CR. SALICIFOLIA Heyne. — Wlprs. l. c. 583. no. 8.
51. * CR. BARBATA Grah. — Wlprs. l. c. 583. no. 6.
52. * CR. LONGIPES Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 584. no. 13.

§. 6. *Eriocarpae: Herbae vel frutices erecti, saepius elati et villosi, rarius humiles. Stipulae nullae vel non decurrentes. Racemi terminales saepius multiflori vel paniculati, rarius demum oppositifolii. Legumen adpresse vel velutino-pubescens vel villosum.*

* *Racemis laxis; legumine sericeo vel piloso.*

53. * CR. VERRUCOSA Linn. Spec. pl. 1005. — DC. l. c. 125. no. 12. — *Cr. mollis* Weinm. — Wlprs. l. c. 586. no. 27.
54. * CR. WALLICHIANA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 586. no. 32.
55. * CR. ARNOTTIANA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 560. (absq. diagnosi.) — *Cr. semperflorens* Wall. Catal. 5391. (nec Vent.) — Wght. et Arn. Prodr. flor. penins. Ind. or. I. 187.
56. * CR. SEMPERFLORENS Vent. — DC. l. c. 125. no. 13. — *Cr. Walkerii* Arn. — Wlprs. l. c. 586. no. 29.
57. * CR. HEYNEANA Grah. in Wall. Catal. 5414. — Wlprs. l. c. 586. no. 33.
58. CR. NERIIFOLIA Wall. Catal. 5362. — Bth. l. c. — Erecta glaberrima: ramulis substriatis; stipulis obsoletis; foliis oblongo-lanceolatis mucronulatis sessilibus; racemis laxe pluribus; bracteolis in medio pedicello bracteisque minutis setaceis; legumine (juniore) sessili adpresse piloso. ♄ — Folia 4–5-pollicaria subnitida. Pedicelli tenues. Flores magnitudine *Cr. semperflorentis*. — Crescit in Indiae orientalis monte Taong-Dong.

59. *CR. LEPRIEURII Guill. et. Perr. — Wlprs. l. c. 590. no. 61.

60. CR. VOGELII Bth. l. c. 561. — Erecta: ramulis elongatis teretibus longe pilosis; foliis breviter petiolatis lineari-lanceolatis, utrinque pilosis canescentibus; racemis remote plurifloris; bracteolis sub calyce bracteisque minutis; calycis membranacei laciniis subaequilongis tubum vix aequantibus; ovario stipitato villoso. ♁ - Crescit in Africa tropica.

61. CR. VIRGULTALIS Burch. Catal. 1752. — DC. l. c. 128. no. 49. — (Bth. l. c.) — Glabra vel partibus junioribus foliisque subtus minute sericea: ramulis junceis striatis; stipulis subnullis; foliis anguste oblongo- vel lanceolato-linearibus crassiusculis; racemis laxis plurifloris; bracteolis sub calyce vel supra medium pedicellum bracteisque minutis; calyce adpresse pubescente, pedicello longiore; legumine sessili oblongo-obovato puberulo. ♁ — *Cr. spartioides* E. Mey. Comment. 3. nec. DC. — Crescit in Promontorio bonae spei.

62. CR. SPARTIOIDES DC. l. c. 128. no. 51. — Glabra vel partibus junioribus calycibusque minute puberula: ramulis tenuibus junceis striatis; stipulis subnullis; foliis lineari-subulatis; racemis elongatis plurifloris; bracteolis sub calyce vel supra medium pedicellum bracteisque parvis setaceis; calycibus pedicello subbrevioribus; legumine breviter oblongo sessili adpresse pubescente. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei.

63. *CR. PUSILLA Heyne. — DC. l. c. 128. no. 43.

** *Racemis laxis; legumine dense fusco-velutino.*

64. CR. LEPTOSTACHYA Bth. l. c. 562. — Caule erecto tetragono, ad angulos hirsuto; stipulis minutis linearibus transversis; follis oblongo-ellipticis lanceolatisve acutis, supra glabris, subtus hirtellis; racemis elongatis multifloris; pedicellis calyce adpresse pubescente brevioribus; bracteis bracteolisque minutis; corolla calycem aequante; legumine sessili brevi. ♁? — Flores dimidio minores quam in sequente, cui affinis. Calyx vix 4 lin. longus. — Crescit in India orientali.

65. *CR. JUNCEA Linn. — DC. l. c. 125. no. 19. — Wlprs. l. c. 585. no. 20.

66. *CR. TETRAGONA Rxb. — DC. l. c. 128. no. 45.

67. *CR. OBTECTA Grah. in Wall. Catal. 5372. — Wlprs. l. c. 585. no. 21.

*** *Racemis brevibus paniculatis; legumine fusco-villosissimo, calyce multo longiore.*

68. CR. GLABRESCENS Bth. l. c. 563. — Caule erecto vix angulato brevissime sericeo-pubescente; stipulis lineari-subulatis parvis transversis; foliis breviter petiolatis ovali-ellipticis vel late oblongis, junioribus utrinque sericeo-flavicantibus, adultis supra vel utrinque glabris; racemis brevibus pauciforis subpaniculatis; pedicellis medio bracteolatis; calycibus ferrugineo-sericeis, margine subrevolutis; legumine sessili dense fusco-villosissimo. ♁ — Affinis quidem praecedenti, sed racemi breviores, flores majores et pubes omnino diversa. Legumen bipollicare. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

69. *CR. MADURENSIS Wght. in Wall. Catal. 5376. — Wlprs. l. c. 585. no. 17.

70. *CR. SUBPERFOLIATA Wght. in Wall. Catal. 5377. — Wlprs. l. c. 584. no. 16.

**** *Racemis brevibus paniculatis; legumine calyce breviore vel vix longiore.*

71. *CR. FULVA Rxb. Flor. Indic. III. 266. — Wlprs. l. c. 584. no. 12.

72. *CR. PULCHERRIMA Rxb. — DC. l. c. 125. no. 17. — *Cr. Berteriana* DC. l. c. 127. no. 32.?

73. *CR. CANDICANS Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 585. no. 18.

74. *CR. LUNULATA Heyne in Wall. Catal. 5378. — Wlprs. l. c. 584. no. 15.

75. *CR. RAMOSISSIMA Rxb. — Wlprs. l. c. 584. no. 14. — *Cr. tomentosa* Rottl. in Wall. Cat. 5379. — Spr. syst. veget. III. 236. — *Cr. pellita* DC. l. c. 128. no. 47.

76. *CR. PANICULATA Willd. Spec. pl. III. 982. — DC. l. c. 126. no. 29. — *Ononis glutinosa* Martius, Denkschrift. der München. Acad. VI. 155.

§. 7. *Calycinae*: *Herbae saepius humiles vel diffusae villosae, rarius frutices erecti ramosissimi, ramulis virgatis. Stipulae nullae vel non decurrentes. Racemi terminales, in paucis speciebus elongati multiflori, saepius breves, nunc capitati, rarius demum oppositifolii. Calyces hirsutissimi vel sericeo-pilosi, saepius ampli. Legumen glabrum ovoideum vel breviter oblongum, calyce brevius vel paullo longius, rarissime calyce subduplo longius.*

* *Laciniis calycinis supremis profunde discretis.*

77. *CR. SPECIOSA Heyne. — DC. l. c. 129. no. 54. — *Cr. cephalotes* Madr. Herb.

78. CR. CALYCINA Schrank, Plant. rar. hort. Monac. t. 12. — DC. l. c. 129. no. 64. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 564. — Decumbens vel suberecta: stipulis minutis; foliis oblongis lanceolatis linearibusve, supra glabris vel rariter pilosis, subtus cauleque adpresse pilosis; racemis terminalibus paucifloris; floribus pedunculatis pendulis inter se distantibus; calyce maximo longe rufo-barbato, laciniis superioribus late oblongis vexillum superantibus; ovario multiovulato; legumine sessili incluso. ♃ — *Cr. stricta* Rxb. Fl. Ind. III. 265. (non Bth.) — *Cr. Roxburghiana* DC. l. c. 129. no. 66. — *Cr. anthylloides* D. Don, Prodr. fl. Nepal. 241. (non Lam.) — *Cr. linearis* Madr. Herb. — *Cr. crinita* Grah. in Wall. Cat. 5408. — *Cr. salicifolia* var. Wall. Cat. 5359. B. — Crescit in Asia et Africa tropica.

79. CR. OCCULTA Grah. in Wall. Cat. 5360. — Bth. l. c. — Caule ascendente strigoso-villoso; stipulis subnullis; foliis elliptico-oblongis lanceolatisve, supra parce pilosis glabrisve, subtus adpresse rufo-villosis; racemis abbreviatis; floribus approximatis breviter pedicellatis; bracteis bracteolisque parvis setaceis; calycis breviter rufo-villosi laciniis superioribus late ovatis corolla longioribus; ovario multiovulato; legumine incluso glabro. ♁ — Calyces magnitudine *Cr. sessiliflorae*, sed villis multo brevioribus appressis et laciniis supremis multo latioribus differt. — *Cr. rhizophylla* Grah. in Wall. Catal. 5431. — In Indiae orientalis prov. Sillet.

80. CR. SESSILIFLORA Linn. Spec. pl. 1004. — DC. l. c. 129. no. 61. — Bth. l. c. — Ascendens: stipulis setaceis obsoletisve; foliis oblongo-lanceolatis linearibusve, supra glabris vel rariter pilosis, subtus cauleque adpresse villosis; racemis terminalibus brevibus; floribus subsessilibus confertis; bracteolis sub calyce bracteisque subulatis; calycis barbato-villosi laciniis superioribus ovatis vel late oblongis corollam superantibus; ovario multiovulato; legumine glabro calycem aequante. ♃ — *Cr. anthylloides* Lam. Dict. II. 195. — DC. l. c. 129. no. 63. — *Cr. Nepalensis* Lnk. Enumerat. pl. hort. Berol. II. 228. — DC. l. c. 129. no. 65. — *Cr. venusta* Wall. Catal. 5365. — Crescit in Asia orientali-meridionali.

81. CR. MYSORENSIS Rth. Nov. spec. pl. 338. — DC. l. c. 126. no. 26. — Bth. l. c. 566. — Ascendens: ramulis rufo-pilosis hirsutis; stipulis linearibus lanceolatisve; foliis oblongis linearibusve obtusis, utrinque pilosis; racemis terminalibus remote pauciforis; bracteis bracteolisque foliaceis lanceolatis vel superioribus linearibus; floribus pedicellatis; calycis rufo-barbati laciniis lanceolatis corolla longioribus; ovario multiovulato; legumine late oblongo valde inflato calycem subduplo superante. ♃ — Rami elongati virgati subdichotomi. Flores inferiores nonnumquam axillares. Calyces 7-8 lin. longi. Legumen pollicare. — *Cr. stipulacea* Rxb. Flor. Indic. III. 264. — Crescit in India orientali.

82. CR. CHINENSIS Linn. Spec. pl. 1003. — DC. l. c. 130. no. 67. — Bth. l. c. — Ramosissima diffusa vel ascendens: stipulis parvis obsoletisve; ramulis rufo-hispidis; foliis infimis ovatis ellipticisve, superioribus oblongis linearibusve obtusis, utrinque rufo-pilosis hispidisve; racemis terminalibus abbreviatis; bracteolis sub calyce bracteisque lineari-lanceolatis; calycis hispidissimi laciniis superioribus late lanceolatis corollam superantibus; ovario multiovulato; legumine ovoideo sessili calycem parum superante. ♁ — Calyx quam praecedentis minor, quam sequentis major. Legumen semipollicare valde inflatum. — Crescit in China, ad Tenasserim et in insulis Philippinis, in Sumatra.

83. *CR. HIRTA Willd. Enumer. 747. — DC. l. c. 130. no. 68. — *Cr. Chinensis* Rxb. in Wall. Cat. 5385. — *Cr. pilosa* Rottl. — *Cr. diffusa* Lnk. Enumer. II. 228. — DC. l. c. 127. no. 39.?

84. CR. ALBIDA Heyne in Rth. Nov. pl. spec. 333. — DC. l. c. 126. no. 28. — Bth. l. c. 567. — Fruticosa vel caespitosa: ramulis tenuibus virgatis adpresse pubescentibus; foliis obovato- vel cuneato-oblongis linearibusve obtusis mucronatisve glabris vel parce pubescentibus, subtus adpresse puberulis vel cano-sericeis; racemis plurifloris laxis secundis; bracteolis in calyce bracteisque minutis; calycis adpresse puberuli vel sericeo-villosi laciniis supremis falcato-oblongis profunde discretis corollam aequantibus; ovario sub-10-ovulato; legumine sessili oblongo glabro calycem subdimidio superante. ♃ et ♄ — Variat caule nunc humili suffruticoso caespitoso, floribus numerosis paullo majoribus, nunc fruticoso erecto ramosissimo, ramulis tenuibus adscendenti-virgatis, floribus remotioribus. Folia iis *Cr. linifoliae* subsimilia at saepius minora. Calyces circiter 4 lin. longi. — *Cr. montana* Rxb. Flor. Indic. III. 265. — *Cr. scoparia* Wall. Catal. 5418. — *Cr. parva* Grah. in Wall. Catal. 5402. — *Cr. tenuis* Wall. Catal. 5403. — *Cr. punctata* Grah. in Wall. Cat. 5401. — *Cr. leiocarpos* Vogel, Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 7. — Wlprs. l. c. I. 586. no. 31. — Crescit in montibus Asiae australis.

85. CR. DUBIA Grah. in Wall. Cat. 5404. — Bth. l. c. 568. — Ascendens humilis: caule adpresse villoso; foliis obovato-oblongis, basi longe angustatis, utrinque molliter pilosis; racemis dense spiciformibus; bracteolis in calyce bracteisque lanceolatis acuminatis; calycis piloso-hirti laciniis superioribus lanceolatis acutis profunde discretis corollam aequantibus; ovario circiter sexovulato; legumine ovoideo sessili calycem vix aequante. ♄ vel ♃? — Folia 2-3-pollicaria, ad pollicem usque lata. Flores fere *Cr. hirtae*. — Crescit in India orientali (Sillet).

86. CR. PATULA Grah. in Wall. Cat. 5371. — Bth. l. c. — Humilis caespitosa suberecta: ramis adpresse pilosis; stipulis obsoletis; foliis anguste linearibus, supra glabriusculis, subtus sericeo-pilosis; racemis brevibus paucifloris; bracteolis sub calyce bracteisque subulatis; calycis piloso-hirti laciniis superioribus lanceolatis acutis tubo sublongioribus, corollam aequantibus; ovario 6-8-ovulato; legumine ovoideo-globoso sessili calycem paullo superante. ♃ — Herba 3-4-pollicaris. Flores magnitudine *Cr. nanae*. — Crescit in Burmannia ad ripas fl. Irawaddy prope Yehnanghuen.

** *Laciniis calycinis supremis alte connatis.*

87. CR. STENOPHYLLA Vogel, Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 7. — (Wlprs. l. c. 586. no. 30.) — Bth. l. c. — Caule virgato-ramoso ferrugineo-pubescente; stipulis setaceis vel nullis: foliis anguste lineari-lanceolatis acutiusculis, supra glabris, subtus adpresse pubescentibus; racemo elongato multifloro; bracteis bracteolisque setaceis; floribus parvis pedicellatis; calycis adpresse rufo-villosi laciniis superioribus late oblongis alte connatis corollamque superantibus; ovario multiovulato; legumine sessili calycem vix aequante. ♄ — Crescit in insulis Philippinis.

88. *CR. LINIFOLIA Linn. fil. Suppl. 328. — DC. l. c. 128. no. 46. — *Cr. montana* Heyne in Rth. Nov. pl. spec. 335. (non Rxb.) — DC. l. c. 126. no. 27. — *Cr. caespitosa* Rxb. Fl. Indic. III. 269. — *Cr. sobolifera* Grah. in Wall. Cat. 5420.

89. *CR. TECTA Rth. Nov. plant. spec. 334. — DC. l. c. 126. no. 23. — *Cr. viminea* Grah. in Wall. Cat. 5397. — Wlprs. l. c. 587. no. 39. — *Cr. punctata* Grah. in Wall. Cat. 5401. B.

90. CR. MELANOCARPA Wall. Catal. 5382. — Bth. l. c. 569. — Caespitosa, a basi ramosa: ramis ascendentibus sericeo-pilosis; stipulis subnullis; foliis oblongo-linearibus obtusis, supra glabris pilosisve, subtus dense sericeo-pilosis; racemis interrupte plurifloris; bracteis bracteolisque setaceis; calycis pilosissimi laciniis supremis oblongis alte connatis corollam aequantibus; ovulis circiter 10; legumine subgloboso calyce parum breviore. ♃ — Crescit in India orientali ad ripas fluminis Irawaddy.

91. *CR. NANA Burm. — DC. l. c. 127. no. 40. — (Wlprs. l. c. 588. no. 43. ex p.) — *Cr. umbellata* Wght. in Wall. Cat. 5383. — (Wlprs. l. c. 588. no. 44.) — *Cr. biflora* Madr. Herb. — *Cr. sobolifera* var. Wall. Cat. 5420. B.

† *Simplicifoliae non satis notae.*

92. *CR. ACUMINATA DC. l. c. 128. no. 50. — Typum novi generis exhibet.
93. *CR. BRACTEOSA Bth. — Wlprs. l. c. 593. no. 102.
94. *CR. BURMANNI DC. l. c. 126. no. 24.
95. *CR.? CAPITATA Lam. — DC. l. c. 129. no. 56.
96. *CR. DICHOTOMA Rth. — DC. l. c. 127. no. 37.
97. *CR. DIVARICATA Bth. — Wlprs. l. c. 594. no. 111.
98. *CR. EXSTIPULATA Martius. — Wlprs. l. c. 593. no. 98.
99. *CR. GRANDIFLORA Bth. — Wlprs. l. c. 594. no. 110.
100. CR. HOSTMANNI Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 757. — Caule simplici (?) angulato pubescente; foliis oblongis, basi cuneato-attenuatis, apice obtusis, quandoque undulato-crenatis breviter petiolatis, supra brevissime, subtus piloso-pubescentibus; racemis terminalibus laxis; legumine glabro oblongo-ovato; stylo longe acuminato, polyspermo. ♃? — Crescit in Surinam.
101. *CR. LEIOLOBA Bartl. — Wlprs. l. c. 595. no. 122. — Forte eadem ac *Cr. ferruginea?*
102. *CR. NOVAE HOLLANDIAE DC. l. c. 127. no. 33.
103. *CR. NUMMULARIA Willd. — DC. l. c. 129. no. 59.
104. *CR. PARVIFLORA Rth. — DC. l. c. 124. no. 7.
105. *CR. PROCUMBENS DC. l. c. 129. no. 58.
106. *CR. PULCHRA Andrws. — DC. l. c. 126. no. 30.
107. *CR. PUMILA Schrank. — DC. l. c. 128. no. 44.
108. *CR.? REFLEXA Thnbrg. — DC. l. c. 129. no. 55.
109. *CR. ROTHIANA DC. l. c. 127. no. 38.
110. *CR. SCANDENS Lour. — DC. l. c. 129. no. 57. — Vix hujus generis.
111. *CR. TUBEROSA Hamilt. — DC. l. c. 129. no. 62.
112. *CR. UNDULATA Knwls. et Wstsc. — Wlprs. l. c. 593. no. 97.

Series II. FOLIOLATAE.

Foliola ad apicem petioli 3-5-7-na, rarius solitaria.

§. 8. *Chrysocalycinae: Racemi terminales dense spicaeformes vel capituliformes. Legumen oligospermum globosum vel ovoideum, calyce demum aucto brevius vel vix longius. Foliola saepe inaequalia vel interdum solitaria, petiolo abbreviato. — (Chrysocalyx Guill. et Perr.)*

113. *CR. (CHRYSOCALYX Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 160. t. 43. fig. 2.) PERROTTETII DC. l. c. 129. no. 52.
114. *CR. (CHRYSOCALYX Guill. et Perr. l. c. 159.) GRACILIS Wlprs. l. c. 591. no. 71.
115. *CR. (CHRYSOCALYX Guill. et Perr. l. c. 158. t. 43. fig. 1.) EBENOIDES Wlprs. l. c. 590. no. 69.
116. *CR. JODINA Bth. l. c. 572. — *Chrysocalyx rubiginosa* Guill. et Perr. l. c. 158. — Wlprs. l. c. 590. no. 70.
117. CR. MACROCALYX Bth. l. c. 572. — Decumbens vel ascendens: stipulis lineari-subulatis, petiolo brevissimo; foliolis inaequalibus oblongo-ellipticis lanceolatisve, supra glabris, subtus cauleque adpresse pilosis; racemis densis capitatis pauciforis; bracteolis lineari-subulatis calyce villoso brevioribus; ovario saepius sexovulato; legumine ovoideo dense ferrugineo-villoso, calyce valde aucto breviore. ♃ — Habitu ad *Cr. atrorubentem*, foliis ad *Cr. ebenoidem* accedit. Capitula subglobosa 4-6-flora intra folia suprema sessilia vel pedunculo pollicari insidentia. Calyces floriferi 4 lin. longi, fructiferi duplo majores. — In Africa tropica.

118. CR. ONONOIDES Bth. l. c. 572. — Herbacea diffusa: ramulis laxe pilosis; stipulis parvis lineari-subulatis; petiolo brevi, foliolis oblongo-ellipticis lanceolatisve acutis mucronulatisve, supra glabris, subtus adpresse pubescentibus; racemis pluriflоris globoso-capitatis; bracteis lineari-subulatis calyce longioribus; calycis villosi laciniis lanceolato-subulatis corollam aequantibus; ovario pauci-ovulato. ♃ — Capitula intra folia suprema sessilia ad apices ramorum brevium axillarium. — Crescit in Sierra Leone.

119. CR. ATRORUBENS Hochstett. Hb. fl. Nubic. 265. — Bth. l. c. — Diffusa ramosissima: stipulis lineari-subulatis; petiolo brevi, foliolis cuneato-oblongis obtusis, supra glabris, subtus ramulisque pilis longis laxis subcanescentibus; racemis subglobosis pauciflоris; bracteolis setaceis calyce brevioribus; calycis pilosissimi laciniis lanceolato-subulatis; ovario 8–10-ovulato; legumine oblongo-conoideo, apice piloso, calycem paullo auctum superante. ♃ — Crescit in Africa tropica, in Nubia ad Cordofan.

§. 9. *Oliganthae: Herbae saepius diffusae vel varius suffrutices. Pedunculi omnes vel plerique oppositifolii laxe 1–3-flori, rarissime 4–5-flori. Carinae rostrum longiusculum rectum vel leviter falcatum. Ovarium multiovulatum. Legumen obovoideum vel oblongum.*

120. CR. MICROCARPA Hochstett. Hb. fl. Nubic. 92. — Bth. l. c. 573. — Diffusa ramosissima: stipulis minutis; foliolis cuneato-oblongis obtusiusculis, supra glabris, subtus ramis calycibusque longiuscule sericeo-pilosis, petiolo communi brevissimo; racemis oppositifoliis 2–4-floris; carinae rostro recto; ovario circiter 8-ovulato; legumine subsessili obovato-oblongo sericeo-pubescente. ☉ — Herba dichotome ramosissima floribunda, flores parvuli. Legumen 2–3 lin. longum. — Crescit in Nubia locis arenosis ad montem Arraschkool.

121. CR. SPARSIFLORA E. Mey. Comment. 26. — Wlprs. l. c. 592. no. 88. — Pumila diffusa: stipulis parvis obsoletisve; foliolis obovatis, utrinque cauleque sericeo-canescentibus; pedicellis oppositifoliis unifloris; carinae rostro recto; ovario multiovulato; legumine sessili oblongo sericeo calycem non excedente. ☉ — Accedit hinc *Cr. microcarpae*, a qua indumento et floribus solitariis facile distinguitur, hinc *Lotononidibus* sectionis *Oxydii* sed ob carinam longius rostratam et legumen junius turgidum hujus generis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

122. CR. MICROPHYLLA Vahl, Symbol. I. 52. — DC. l. c. 134. no. 115. — Humilis prostrata, a basi ramosa: stipulis minutis; foliolis parvis obovatis oblongisve, supra glabris, subtus ramulisque adpresse puberulis; racemis brevissimis 1–2-floris oppositifoliis; carinae rostro recto; ovario multiovulato; legumine brevissime stipitato oblongo glabriusculo. ☉? — Rami tenues ½–1-pedales paucifoliati. Legumen oblongum 4–5 lin. longum, stipite quam calyx multo breviore. — *Cr. pumila* Hochst. et Steud. Hb. fl. Arab. 778. — Crescit in Arabia, locis arenosis prope Gedda.

123. *CR. IMPRESSA N. ab Esenb. — Wlprs. l. c. I 590. no. 67. — *Cr. striata* Al. Braun, Flora (B. Z.) XXIV. I. 280. (nec DC.) — Wlprs. l. c. I. 590. no. 66.

124. CR. HUMILIS Eckl. et Zeyh. Enumer. 174. — Wlprs. l. c. 591. no. 83. — Humilis diffusa, a basi ramosissima: ramulis tenuibus puberulis glabratisve; stipulis minutis; foliolis petiolo brevioribus obovatis oblongis vel supremis linearibus, subtus adpresse puberulis; pedunculis oppositifoliis elongatis 1–2-floris; carinae rostro subrecto; ovulis numerosis; legumine subsessili oblongo-cylindraceo minute adpresseque puberulo. ☉? — *Cr. diffusa* E. Mey. Linnaea VII. 151. (non Lnk.) — *Lotononis diffusa* Eckl. et Zeyh. Enum. 177. — *Crotalaria effusa* E. Mey. Comment. 25. (ex p.) — *Cr. stenophylla* Eckl. et Zeyh. Enumer. 174. (non Vogel.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

125. CR. EFFUSA E. Mey. Comment. 25. (ex p.) — Bth. l. c. 574. — Humilis diffusa, a basi ramosissima: stipulis parvis; foliolis petiolo brevioribus obovatis, subtus

ramulisque minute adpresse puberulis; pedunculis terminalibus vel demum oppositifoliis elongatis laxe 3–6–floris; carinae rostro subrecto; ovario multiovulato; legumine subsessili oblongo valde inflato adpresse pubescente. ♃? — Legumen 8–9 lin. longum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

126. CR. MOLLIS E. Mey. Comment. 23. — Bth. l. c. 575. — Wlprs. l. c. 591. no. 76. — Diffusa, a basi ramosissima: stipulis parvis, foliolis obovatis supra glabriusculis, subtus, caulibus, racemis calycibusque molliter pilosis; pedunculis terminalibus demum oppositifoliis laxe 3–6–floris; carinae rostro rectiusculo; ovulis numerosis; legumine subsessili oblongo valde inflato molliter villoso. ☉? — Legumen 8–10 lin. longum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

127. CR. LOTOIDES Bth. l. c. — Humilis, subdichotome ramosissima: ramulis ferrugineo–pubescentibus et patentim pilosulis; stipulis lineari–lanceolatis parvulis; foliolis obovatis, subtus vel utrinque pilosis; pedunculis oppositifoliis folio parum longioribus 1–2–floris; calyce pilosulo; carinae rostro rectiusculo; legumine subsessili cylindraceo piloso–hirto. ☉? — *Cr. obscurae* affinis sed pluribus notis distincta, habitus rigidior et ramosior, caules prostrati?, legumen pollicare vel paullo longius. — Crescit in Promontorio bonae spei.

128. CR. OBSCURA DC. Prodr. II. 134. no. 132. — Bth. l. c. — Decumbens vel diffusa a basi ramosa, pilis longis patentibus rufo–hispida: stipulis lineari–lanceolatis; foliolis late obovatis, subtus vel utrinque longe pilosis; pedunculis terminalibus vel oppositifoliis elongatis 2–5–floris; calyce piloso–hispido; carinae rostro foliato; legumine sessili oblongo piloso–hispido. ☉? — *Cr. pilosa* Thnbrg. Flor. Capens. 572. (nec Mill.) — Legumen 1–1½–pollicare. — Crescit in Promontorio bonae spei.

β. collina Eckl. et Zeyh. Foliolis infimis ovatis, superioribus lanceolatis, omnibus obtusis.

129. CR. ANGUSTISSIMA E. Mey. Comment. 26. — Bth. l. c. 576. — Wlprs. l. c. I. 592. no. 87. — Diffusa, a basi ramosissima: stipulis minutis; foliolis longissime petiolatis subulatis vel foliorum superiorum lineari–cuneatis, subtus cauleque puberulis; pedunculis elongatis apice 1–2–floris; legumine breviter stipitato oblongo puberulo. ☉ — Corolla incarnata, legumen 8–10 lin. longum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

130. CR. SPINOSA Hochstett. Hb. flor. Abyss. 150. — Bth. l. c. — Diffusa rigida ramosissima: foliis subfasciculatis; stipulis minutis; foliolis obovatis vel cuneato–oblongis obtusis emarginatisve, supra glabris, subtus ramulisque minute puberulis; ramulis floriferis brevibus basi foliosis, medio 1–2–floris, apice spinescentibus; carinae rostro longo recto; ovario multiovulato; legumine sessili ovoideo–oblongo minute puberulo. ♃? ♁? — Habitu accedit ad *Ononides* spinescentes. Legumen 4–5 lin. longum. — Crescit in Abyssinia.

β. pubescens: Pube densiori; foliolis paullo angustioribus. — *Ononis emarginata* Bojer mss. — Crescit in Madagascaria.

131. CR. LAEVIGATA Lam. Dict. II. 198. — Bth. l. c. — Diffusa? vel ascendens? ramulis minute puberulis; stipulis minutis obsoletisve; foliolis obovato–oblongis obcordatisve, supra glabris, subtus minute puberulis; racemis oppositifoliis laxe subtrifloris; carinae rostro longo recto; ovario 10–12–ovulato; legumine stipitato oblique ovoideo glabriusculo. ♃ — *Cr. stipitata* Grah. in Wall. Catal. 5425. — Wlprs. l. c. 589. no. 54. — Crescit in Madagascaria.

β. villosior: foliis minoribus. — Mozambique.

§. 10. *Dispermae: Ovarium biovulatum. Legumen sessile subglobosum. — Cyrtolobus R. Br.*

* *Medicagineae: Legumen oblique depresso-globosum. — Suffrutices vel herbae perennes, a basi ramosissimae diffusae, ascendentes vel erectae. Folia floresque parvi.*

132. *CR. RIGIDA Heyne in Rth. Nov. pl. spec. 343. — DC. l. c. II. 133. no. 112.

133. *CR. HERNIARIOIDES Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. I. 588. no. 52. — Bth. l. c. 377. — *Cr. procumbens* Wall. Catal. 5437. (ex p.) — *Cr. virgata* Martius, Denkschrftn. der München. Acad. V. t. G. (excl. descript.)

134. *CR. MEDICAGINEA Lam. Dict. II. 201. — Wlprs. l. c. no. 51. — *Cr. foliosa* Willd. — DC. l. c. 131. no. 83.

135. *CR. NEGLECTA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 588. no. 50.

136. CR. LUXURIANS Bth. l. c. 578. — Suffruticosa erecta: ramis striatis foliosis adpresse villosis; stipulis parvis setaceis; foliolis oblongis obtusis emarginatisve, petiolo longioribus, supra glabris, subtus adpresse pubescentibus; racemis dense multifloris; bracteis subulatis pedicello sublongioribus; floribus parvis; vexillo puberulo. ♃ — Species a praecedente, cui floribus similis est, differt caule pluripedali erecto, foliolis saepius pollicaribus vel longioribus, floribus numerosioribus magisque confertis, habitus fere *Medicaginis sativae*. — *Cr. medicaginea* Hamilt. in Wall. Catal. 5434. — Crescit in India orientali circa Bombay et Poonah.

137. *CR. WILLDENOWIANA DC. l. c. 134. no. 121. — Wlprs. l. c. 588. no. 46. — *Cr. genistoides* Willd. Spec. pl. III. 987. (nec Lam.)

138. *CR. NOTONII Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 588. no. 49.

139. *CR. TRIFOLIASTRUM Willd. — Wlprs. l. c. no. 48.

140. *CR. ROSTRATA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 588. no. 47.

141. CR. MICRANTHA Lnk. — DC. l. c. II. 134. no. 116.

** *Sphaerocarpae: Legumine oblique ovoideo-globoso. — Suffrutices vel frutices.*

142. *CR. SPHAEROCARPA Perrott. in DC. l. c. 133. no. 108.

143. *CR. UNCINELLA Lam. — DC. l. c. no. 107.

144. CR. ELLIPTICA Rxb. Flor. Indic. III. 279. — Bth. l. c. 580. — Suffruticosa: ramis divaricatis pubescentibus; stipulis parvis ovato-lanceolatis; foliolis ovali-ellipticis obovatis vel rarius oblongis, petiolo vix longioribus, supra glabris, subtus sericeis; racemis plerisque oppositifoliis multifloris; legumine adpresse pubescente. ♃ — *Cr. Vachellii* Hook. et Arn. Bot. Beech. 180. — Wlprs. l. c. 588. no. 45. — *Cr. splendens* Vogel. — Wlprs. l. c. 590. no. 60. — Crescit in China, Cochinchina et in insulis adjacentibus.

§. 11. *Longirostres: Herbae diffusae vel erectae, rarius frutices divaricato-ramosi. Stipulae parvae lineares vel setaceae. Racemi oppositifolii vel rarius terminales multiflori. Calycis laciniae tubo longiores lanceolatae, laterales saepius liberae, corolla breviores. Vexillum reflexo-patens. Carina longe et recte rostrata, margine saepissime glabra. Ovarium 4- vel pluriovulatum. Legumen ovoideum vel breviter oblongum, pollice brevius vel rarius longius glabrum vel pubescens nec piloso-hispidum.*

145. CR. POLYCARPA Bth. l. c. 580. — Herbacea divaricato-ramosa glaberrima: stipulis parvis linearibus; foliolis cuneato-oblongis petiolo communi paullo longioribus; racemis oppositifoliis gracilibus multifloris; ovulis quaternis; legumine sessili parvo obovoideo glaberrimo. ♃ — *Cr. sphaerocarpae* affinis sed ovula semper quaterna et legumen longius, habitus ramosior rigidior. — Crescit in Africa tropica occidentali.

146. CR. NUBICA Bth. l. c. 581. — Herbacea, divaricato-ramosa, piloso-pubescens: stipulis parvis lanceolatis; foliolis oblongo-linearibus, supra glabris, subtus adpresse pubescentibus; racemis oppositifoliis gracilibus multifloris; ovario 4-6-

ovulato; legumine parvo sessili obovoideo pubescente. ⊙ — Habitus et legumen praecedentis, differt foliis et pube. — *Cr. sphaerocarpa* var. *angustifolia* Hochst. Hb. fl. Nubic. 282. — Crescit in Nubia.

147. CR. GLOBIFERA E. Mey. Comment. 24. — Wlprs. l. c. 591. no. 79. — Herbacea virgato-ramosa magis minusve puberula: stipulis setaceis obsoletisve; foliolis cuneato-oblongis, supra glabris, subtus magis minusve adpresse pubescentibus; racemis terminalibus brevibus multifloris; ovario quadriovulato; legumine stipitato oblique obovoideo subgloboso adpresse pubescente. ♃ — A reliquis *Longirostribus* differt inflorescentia terminali, caeterum habitu et legumine duplo majore.

β.? *brachycarpa:* Legumine valde oblique depresso-globoso, vix quam in *Cr. polycarpa* longiore.

Crescit in Promontorio bonae spei.

148. CR. EMIRNENSIS Bth. l. c. — Caule herbaceo virgato-ramoso, aureo-pubescente; stipulis setaceis obsoletisve; foliolis pubescentibus; racemis oppositifoliis brevibus multifloris; ovario stipitato puberulo circiter 8-ovulato. ♃ — Habitu accedit ad *Cr. globiferam* at villosior et superne saepius flavescens, inflorescentia et ovario facile distinguitur. — Crescit in Madagascariae provincia Emirnensi.

149. CR. SENEGALENSIS Bacle in DC. l. c. 133. no. 105. — Bth. l. c. 582. — Herbacea divaricato-ramosa: stipulis setaceis; foliolis elliptico-oblongis, rarius ovalibus vel linearibus obtusis, supra glabris, subtus ramulisque pube tenuissima subcanescentibus; racemis oppositifoliis elongatis multifloris; floribus distantibus; ovario 10–12-ovulato; legumine sessili obovoideo valde inflato pubescente. ♃ — *Cr. macilenta* Delile. — Wlprs. l. c. I. 590. no. 68. — Flores in racemo 10–30, legumen 4–5 lin. longum. — Crescit in Africa tropica.

150. CR. DISTANS Bth. l. c. — Herbacea erecta vel ascendens: stipulis setaceis; foliolis oblongo-linearibus obtusis mucronulatisque, supra glabris, subtus ramulisque tenuissime pubescentibus; racemis oppositifoliis remote 2–6-floris; ovario multiovulato; legumine sessili ovoideo oblongo pubescente. ♃ — Praecedenti affinis sed elatior, foliola angustiora et legumen majus, 6–8 lin. longum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

151. * CR. LABURNIFOLIA Linn. — DC. l. c. 130. no. 73. — Wlprs. l. c. 589. no. 53.

152. CR. GALEOTTII Bth. l. c. — Minute puberula: stipulis setaceis recurvis; foliolis linearibus acuminatis acutis, supra glabris, subtus adpresse puberulis; racemis oppositifoliis laxiuscule 10–12-floris; vexillo pubescente, carina glabra; ovario multiovulato; legumine sessili ovoideo-oblongo pubescente. ♃ — Folia fere *Cr. distantis,* habitus et legumen *Cr. lupulinae.* — Crescit in Mexico ad oceanum Pacificum.

153. * CR. LUPULINA H. B. Kth. — DC. l. c. 133. no. 110?? — *Cr. dichotoma* Grah. — Wlprs. l. c. I. 594. no. 118.

154. * CR. LITTORALIS H. B. Kth. — DC. l. c. 134. no. 114.

155. * CR. CUBENSIS DC. l. c. 131. no. 86.

156. * CR. SETIFERA DC. l. c. no. 87.

157. * CR. PUMILA Ortega. — DC. l. c. 132. no. 94.

158. * CR. TEPICANA Hook. et Arn. — Wlprs. l. c. I. 594. no. 119. (ubi errore typographico *Cr. Topicauca.*)

159. * CR. LONGIROSTRATA Hook. et Arn. — Wlprs. l. c. no. 121.

160. * CR. MAYPURENSIS H. B. Kth. — DC. l. c. 132. no. 101. — *Cr. Acapulcensis* Hook. et Arn. — Wlprs. l. c. 594. no. 120.

§. 12. *Farctae: Habitus Macrostachyarum* (*cf.* §. 13.), *legumen intus lana repletum.*

161. CR. LUPINOIDES Hochst. Hb. fl. Nubic. 41. — Bth. l. c. 583. — Herbacea, divaricato-ramosa: stipulis obsoletis; petiolis elongatis; foliolis elliptico-oblongis obtusis, supra glabris, subtus ramulisque pube tenui subcanescentibus: racemis

elongatis multifloris, demum oppositifoliis; carinae latae rostro falcato; ovario multiovulato; legumine breviter stipitato oblongo falcato, extus pubescente, intus lana repleto. ♃ — Racemi saepe pedales, legumen 8–10 lin. longum. — *Cr. farcta* R. Br. in Salt, Abyss.? — Crescit in Africa tropica in Kordofan.

§. 13. *Macrostachyae*: *Herbae, rarius suffrutices. Stipulae minutae, saepius obsoletae. Racemi terminales vel saepius oppositifolii multiflori, floribus reflexis saepius creberrimis. Calycis late campanulati laciniae tubo breviores vel vix longiores. Carinae rostrum saepissime falcatum. Legumen oblongum vel cylindraceum subfalcatum, sutura superiore saepius impressa, extus saepius pubescens vel hirsutum, intus nudum.*

162. *CR. LATHYROIDES Guill. et Perr. — Wlprs. l. c. I. 590. no. 63.

163. CR. PYCNOSTACHYA Bth. l. c. 584. — Diffusa: ramulis angulato-striatis minute puberulis glabrisve; stipulis setaceis; foliolis cuneato-oblongis obtusis emarginatisve, supra vel utrinque glabris; racemis demum oppositifoliis; floribus parvis numerosis; carinae rostro brevi falcato; ovario circiter decemovulato; legumine subsessili oblongo minute puberulo. ♃? — Racemi 20–50-flori, fructiferi 2–3-pollicares, rarius longiores. Legumen 4–5 lin. longum. — Crescit in Africa tropica in Sennaar.

164. CR. ZANZIBARICA Bth. l. c. — Erecta?: stipulis subnullis; foliolis cuneato-oblongis sublanceolatisve obtusis, subtus ramulisque minute puberulis vel tomentosis; racemis terminalibus laxiusculo multifloris; calycis latissimi valde obliqui dentibus tubo subtriplo brevioribus; carinae rostro longo; ovario tomentoso-villoso. ♃ — Rami striati rigiduli. Folia suprema subtus subfloccoso-tomentosa, adultiora subtus minute puberula. Racemi 3–4-pollicares. Corolla quam in *Cr. striata* minor. — Crescit in insula Zanzibar.

165. CR. EMARGINATA Bojer mss. ex Bth. l. c. — Erecta: stipulis subnullis; foliolis obovato- vel cuneato-oblongis emarginatis, utrinque cauleque villosis; racemo elongato terminali; floribus crebris; calycis villosi late campanulati laciniis tubo subaequilongis; ovario villoso multiovulato. ♃ — Racemus 3–4-pollicaris, flores penduli mediocres striati. Carina intense colorata incurvo-rostrata. — Crescit in Pemba insula ad Africae oram orientalem.

166. CR. VASCULOSA Wall. Catal. 5427. — Bth. l. c. — Racemis elongatis virgatis dense hirsutis; stipulis setaceis; foliolis oblongo-ellipticis sublanceolatisve, petiolo communi pluries longioribus, utrinque dense villosis; racemo terminali elongato; floribus parvis numerosissimis; calycis membranacei hirti laciniis tubo vix longioribus; ovario sessili hirsuto multiovulato. ♃ — Racemus adhuc vix florens 3–4-pollicaris. Carinae rostrum falcatum vexillo paullo longius. — Crescit in insula Mauritius.

167. CR. LANCEOLATA E. Mey. Comment. 24. — Wlprs. l. c. 591. no. 80. — Erecta: ramulis striatis glabris vel apice pubescentibus; stipulis subnullis; foliolis elongato-lanceolatis glabris vel subtus adpresse puberulis; racemis terminalibus elongatis multifloris; calycis laciniis tubo subdimidio brevioribus; legumine sessili elongato adpresse pubescente. ♃ — Flores magnitudine illorum *Loti corniculati*. Carinae rostrum breve incurvum. Legumen ultra pollicare. — Crescit in Promontorio bonae spei.

168. CR. BREVIDENS Bth. l. c. 585. — Herbacea erecta: stipulis minutis uncinatis obsoletisve; foliolis elongato-lanceolatis, supra glabris, subtus ramisque junioribus adpresse puberulis; racemo longiusculo plurifloro; floribus amplis dissitis; calycis glabri dentibus tubo triplo brevioribus; carinae rostro vix falcato; legumine sessili elongato polyspermo. ⊙? — Habitus *Cr. lanceolatae*, sed floribus paucioribus maximis distinctissima. Vexillum 7–8 lin. longum striatum. Carinae rostrum fere rectum. — Crescit in Africa tropica (Nubia).

169. *CR. PALLIDA Ait. — DC. Prodr. II. 134. no. 117. ad unam duarum praecedentium referenda esse videtur.

170. CR. FALCATA Vahl. — DC. l. c. 132. no. 95. — Suffruticosa divaricato-ramosa: stipulis subnullis; foliolis obovatis mucronatis obtusisve glabris vel subtus ramulisque adpresse pubescentibus; racemis plerisque oppositifoliis laxiusculis pluriforis; floribus parvis; calycis pubescentis laciniis vix tubo longioribus; legumine elongato subfalcato polyspermo tenuiter puberulo. ♃ — *Cr. striata* Schum. et Thonn. — Wlprs. l. c. 591. no. 73. (nec DC.) — Crescit in Guinea.

171. CR. STRIATA DC. l. c. 131. no. 80. — Hook. Bot. Magaz. t. 3200. — Herbacea vel suffruticosa erecta divaricato-ramosa: stipulis subnullis; foliolis elliptico-oblongis vel obovalibus glabris vel subtus ramulisque pube tenui subcanescentibus; racemis elongatis multifloris; floribus crebris mediocribus; calycis canescéntis laciniis vix tubo longioribus; carina falcata alis duplo longiore; legumine elongato apice subfalcato polyspermo tenuiter puberulo. ♃ ☉ — *Cr. pisiformis* Guill. et Perr.? — (Wlprs. l. c. I. 590. no. 62.) — *Cr. Brownei* Rchb. Flor. exotic. III. 12. t. 232. (an DC. l. c. 130. no. 76?) — *Cr. latifolia* Hort. Calcutt. — *Cr. Hookeri* Arn.?? — (Wlprs. l. c. 594. no. 117.) — Crescit in regionibus tropicis utriusque hemisphaerae.

172. CR. BRACTEATA Rxb. — DC. l. c. 130. no. 77. — Erecta: ramulis pubescentibus; stipulis subnullis; foliolis ovalibus, utrinque acutis, supra glabris, subtus minute pubescentibus; racemis multifloris; floribus crebris; calycis puberuli laciniis latis vix tubo longioribus; legumine sessili oblongo subfalcato rufo-hirsutissimo. ♁? — Habitu *Priotropidi* (*Crotalariae* Rxb.) *cytisoidi* similis, flores fere praecedentis, legumina *Cr. incanae* sed pendula. — Crescit in India orientali.

173. *CR. CLAVATA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. I. 589. no. 56.

174. *CR. JAVANICA Jungh. — Wlprs. l. c. no. 57.

§. 14. *Incanae: Herbae vel suffrutices divaricato-ramosi. Stipulae minutae vel nullae. Racemi oppositifolii laxe multiflori. Calycis saepius profunde fissi laciniae lanceolatae. Carinae rostrum breve vel arcuatum. Legumen oblongum, pilis patentibus saepius hispidum, rarius adpresse pubescens patens vel pendulum nec axi adpressum.*

175. CR. ERIOCARPA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 80. adnot. — Fruticosa: ramulis pubescenti-villosis; stipulis subnullis; foliolis latiuscule oblongis obtusis, basi cuneatis, supra glabris, subtus pubescentibus; racemo elongato multifloro; bracteis setaceo-acuminatis pedicellum subaequantibus, bracteolis minutis; calycibus villosis vexillo pubescente carinaque margine ciliata brevioribus; legumine brevissime stipitato oblongo-cylindraceo dense tomentoso-villoso. ♁ — Species habitu et floribus *Fruticosis* accedens, legumen *Incanarum*. Ramuli superne striati, pube densa subpatente, in junioribus rufo- vel canescenti-nitente. Petioli demum pollicares. Foliola parum inaequalia 1½–2-pollicaria. Racemus demum fere pedalis. — *Cr. incana* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 285. — Crescit in Mexico.

176. *CR. INCANA Linn. — DC. l. c. 132. no. 90. — *Cr. affinis* DC. l. c. no. 93. — *Cr. purpurascens* Lam. — DC. l. c. 131. no. 89. — *Cr. herbacea* Schweigg. — Wlprs. l. c. 594. no. 115.

177. *CR. VITELLINA Ker. — DC. l. c. 132. no. 102.

Ad hanc paragraphum referendae sunt praeter citatas multae aliae species, praesertim Brasilienses. (Bth. l. c. 588.).

§. 15. *Stipulaceae: Herbae vel frutices. Stipulae foliaceae falcatae. Racemi terminales vel oppositifolii, saepius breves vel pauciflori. Flores et legumen Fruticosarum* (§. 17.).

178. *CR. ORIXENSIS Rottl. — DC. l. c. 131. no. 84.

179. CR. XANTHOCLADA Bojer mss. ex Bth. l. c. 588. — Herbacea: stipulis lanceolato-semisagittatis foliaceis petiolum aequantibus; foliolis linearibus glabris vel subtus ramulisque junioribus puberulis; racemis elongatis laxe plurifloris; calycis laciniis lanceolatis tubo aequilongis; carinae rostro leviter falcato; legu-

mine longiuscule stipitato glabro. ☉ — Caules bipedales demum glaberrimi pauci-foliati. Foliola 6–8 lin. longa. Racemi semipedales 6–10-flori. Flores magnitudine *Loti corniculati*, pedicellis 2–3 lin. longis. — Crescit in Madagascaria.

180. CR. PODOCARPA DC. l. c. 133. no. 106. — Erecta herbacea divaricato-ramosa: stipulis foliaceis dimidiato-ovatis acutis subfalcatis; foliolis obovatis oblongisve subtus cauleque longe et laxe pilosis; racemis oppositifolius 2–6-floris; floribus majusculis distantibus; legumine oblongo polyspermo glaberrimo, stipite tubum calycis superante. ☉ — Crescit in Africa tropica ad margines Saharae, Kordofan.

181. CR. GORENSIS Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 165. — Wlprs. l. c. I. 590. no. 64. — Herbacea ramosissima diffusa: stipulis foliaceis falcatis; foliolis obovato- vel cuneato-oblongis obtusis emarginatisve, subtus ramulisque adpresse pubescentibus vel tomentosis; racemis laxe 6–10-floris terminalibus oppositifoliisque; legumine sessili polyspermo breviter oblongo inflato pubescente. ☉ — *Cr. falcata* Schum. et Thonn. (nec Vahl.) — Wlprs. l. c. 591. no. 72. — In Guinea.

182. *CR. CYLINDROCARPA DC. l. c. 133. no. 104.

183. CR. CAPENSIS Jcq. Hort. Vindob. t. 64. — Stipulis hinc inde petiolulatis obovatis foliaceis, caeteris parvis obsoletisve; foliolis obovatis glabris vel subtus, rarius utrinque ramulisque cano-pubescentibus; racemis laxis; floribus magnis longiuscule pedicellatis; calycis laciniis tubo longioribus; legumine longiuscule stipitato, juniore adpresse puberulo. ♄ — *Cr. arborescens* Lam. — DC. l. c. 130 no. 70. — Crescit in Promontorio bonae spei.

184. *CR. NATALITIA Meisn. — Wlprs. l. c. II. no. 2.

§. 16. *Purpureae: Frutices. Stipulae subnullae. Racemi terminales pluriflori breves vel parum elongati. Calyx breviter dentatus. Carina breviter et obtuse subrostrata.*

185. CR. PURPUREA Vent. — DC. l. c. 133. no. 113. — Fruticosa: foliolis ellipticis obovatisve, utrinque glabris vel subtus ramulisque aureo-tomentellis; racemis laxiusculis; calycis dentibus tubo brevioribus, supremis truncatis; carina breviter et obtuse subrostrata; legumine oblongo inflato transverse venoso glabro, stipite calycem vix duplo excedente. ♄ — *Cr. coluteoides* Lam. — DC. l. c. 131. no. 83. — Crescit in Promontorio bonae spei.

186. CR. ASPALATHOIDES Lam. — DC. l. c. 134. no. 122. — Fruticosa, rigide ramosissima: stipulis subnullis; foliolis parvis cuneato-oblongis, utrinque glabris vel subtus ramulisque sericeo-canescentibus; racemis laxiusculis plurifloris; calyce breviter quinquedentato; carina.....?; legumine breviter stipitato oblongo inflato coriaceo glabro subavenio. ♄ — Species parva ab omnibus habitu distinctissima et *Lebeckiis sessilifoliis* affinis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

§. 17. *Fruticosae: Frutices vel rarius suffrutices. Stipulae obsoletae. Racemi laxe pluri- vel saepius multiflori breves vel parum elongati. Calycis profunde fissi laciniae lanceolatae, laterales inter se saepe diu cohaerentes. Carina saepius falcata, marginibus lanata. Legumen stipitatum vel rarius sessile oblongo-cylindraceum ultra pollicare adpresse pubescens vel rarius glabrum vel villosum. Species pleraeque minus adpresse pubescentes, floribus majusculis.*

** Cytisoideae: Legumine minori hirsutissimo.*

187. CR. DIOSMAEFOLIA Bth. l. c. 591. — Suffruticosa dichotoma, tota fulvo-tomentosa: foliolis in caule sessilibus confertis linearibus subcuneatisve acutis, utrinque fulvo-sericeis; racemis paucifloris terminalibus; calycis laciniis lanceolatis tubo sublongioribus; legumine oblongo-ovoideo hirsutissimo. ♃ — *Cr. stenophylla* Bojer mss. (nec alior.) — Legumen 6–8 lin. longum. — In Madagascaria.

188. CR. CYTISOIDES Hels. et Bojer mss. ex Bth. l. c. (nec Rxb.) — Fruticosa ramosissima: ramulis rufo-villosis; stipulis minutis subnullis; foliolis elliptico-

vel cuneato-oblongis obtusis, supra glabris, subtus villosis; racemis paucifloris brevibus laxis; calycis profunde fissi laciniis lanceolatis corolla brevioribus; ovario multiovulato; legumine oblongo hirsutissimo. ♁ — Habitus fere *Cr. uncinellae.* — Crescit in Madagascaria.

** *Axillares: Ramulis floriferis in axillis foliorum saepius abbreviatis subaphyllis pauciforis.*

189. * CR. LOTIFOLIA Linn. — DC. l. c. 134. no. 126. — *Cr. axillaris* Ait. — DC. l. c. 135. no. 127.

*** *Vulgares: Legumine adpresse pubescente vel glabro.*

190. CR. MACROCARPA E. Mey. Comment. 24. — Wlprs. l. c. I. 591. no. 77. — Fruticosa: stipulis minutis; foliolis obovatis, supra glabris, subtus ramulisque minute puberulis; racemis laxiuscule plurifloris; calycis laciniis lanceolatis tubo subtriplo longioribus; legumine magno oblongo obscure transverse venoso minute puberulo; stipite calycem parum excedente. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei.

191. * CR. ANAGYROIDES H. B. Kth. — DC. l. c. 130. no. 75.
192. * CR. DOMBEYANA DC. l. c. 132. no. 91.
193. * CR. CAJANIFOLIA H. B. Kth. — DC. l. c. 131. no. 79.
194. * CR. PUBERA Vahl. — DC. l. c. 132. no. 92.
195. * CR. UNIFOLIOLATA Bth. — Wlprs. l. c. I. 594. no. 112.
196. * CR. LEPTOPHYLLA Bth. — Wlprs. l. c. 594. no. 113.

§. 18. *Polyphyllae: Herbae elatae vel saepius frutices, habitu, inflorescentia et floribus Fruticosarum vel Incanarum, diversae tamen foliis plerisque vel omnibus 5-7-foliolatis.*

197. * CR. QUINQUEFOLIA L. — DC. l. c. 135. no. 130. — *Cr. heterophylla* Linn. fil. — DC. l. c. 131. no. 82.
* 198. * CR. GRAHAMIANA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. I. 589. no. 59.
* 199. * CR. DIGITATA Hook. — Wlprs. l. c. no. 58.
* 200. * CR. TRICHOTOMA Dcne. — Wlprs. l. c. 591. no. 74.

201. CR. BURKEANA Bth. l. c. 593. — Herbacea vel suffruticosa erecta: caule, petiolis racemisque pilis longis patentibus hirsutissimis; stipulis lineari-subulatis; foliolis 3–5 lineari-lanceolatis acutis, supra glabris, subtus pilosis; racemis laxis; bracteolis lanceolatis; calycis profunde fissi laciniis lanceolatis corollam subaequantibus; legumine subsessili oblongo subfalcato hirsutissimo. ♃ — Caules pedales. Pili ramorum et leguminum longissimi fulvi. Flores majusculi, legumen sesquipollicare. — Crescit in Promontorio bonae spei.

† *Species foliolatae ad sectiones nondum relatae.*

202. * CR. ANGULATA Mill. — DC. l. c. 135. no. 133.
203. * CR. BRASILA Zucc. — Wlprs. l. c. I. 594. no. 116.
204. * CR. CURTATA Lnk. — DC. l. c. 132. no. 98.
205. * CR. ELLIPTICA Mart. et Galeotti. — Wlprs. l. c. II. 836. no. 7.
206. * CR. FRUTICOSA Mill. — DC. l. c. 135. no. 132.
207. * CR. FURFURACEA Boiss. — Wlprs. l. c. II. 835. no. 1.
208. * CR. HEPTAPHYLLA Lour. — DC. l. c. 135. no. 135.
209. * CR. HOLOSERICEA Nees et Mart. — DC. l. c. 132. no. 103.
210. * CR. MICANS Lnk. — DC. l. c. 132. no. 97.
211. * CR. MUCRONATA Dsvx. — DC. l. c. 132. no. 96.
212. * CR. MOLLICULA H. B. Kth. — DC. l. c. 132. no. 100.
213. * CR. OBOVATA G. Don. — Wlprs. l. c. II. 836. no. 3.
214. * CR. OCHROLEUCA G. Don. — Wlprs. l. c. II. 836. no. 4.
215. * CR. PARAMARIBOENSIS Miq. — Wlprs. l. c. II. 836. no. 5.
216. * CR. PILOSA Mill. — DC. l. c. 135. no. 131.
217. * CR. PULCHELLA Andrws. — DC. l. c. 134. no. 119.
218. * CR. STRIATA Zucc. — Wlprs. l. c. I. 594. no. 114.

219. *CR. STRICTA Rth. — DC. l. c. 133. no. 111.
220. *CR. TRIANTHA DC. l. c. 135. no. 129.
221. *CR. TURGIDA DC. l. c. 130. no. 72.
222. *CR. VILLOSA Thnbrg. — DC. l. c. 134. no. 124.
223. *CR. VIRGATA Rxb. — DC. l. c. 131. no. 85.

6473. LUPINUS *Tournef.*

(J. Agardh in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 595. II. 836.)

§. 1. *Foliis digitatis.*

1. L. SEMPERFLORENS Hartw. mss. ex Bth. Plant. Hartweg. p. 127. no. 724. — Fruticosus elatus: ramis argenteo-sericeis; stipulis parvis subulatis; foliolis 6–9 oblongo-lanceolatis obtusis petiolo brevioribus, supra glabris, subtus argenteo-sericeis; floribus laxe subverticillatis; bracteis brevibus caducissimis; calycis bibracteolati labio superiore emarginato, inferiore integro; corolla glabra; legumine molliter canescenti-villoso 6–8-spermo. ♄ — Frutex 10–12-pedalis, habitu *L. Hornemanni* similis et pluribus characteribus cum *L. paniculato* (Repert I. 604) conveniens, a priori pube subargenteo-nitente, bracteis multo minoribus etc. distinguitur, ab hoc saltem differt foliolis multo latioribus et obtusioribus et floribus majoribus. Legumen bipollicare, 5 lin. latum, molliter cano-villosum, seminibus 6–8 nigris. — Crescit in Colombiae montibus prope Loxam.
2. L. ARVENSIS Bth. l. c. p. 128. no. 725. — [Lindl. Bot. Regist. (New Ser. XVIII. t. 1.] — Annuus: caule rigide ramoso subadpresse pubescente; stipulis lineari-subulatis breviter adhaerentibus, foliolis 5–9 petiolo brevioribus cuneato-oblongis acutiusculis, supra glabris, subtus adpresse sericeis; racemo densiusculo subverticillato; bracteis subulatis flore brevioribus deciduis; calycis minutissime bracteolati labio superiore brevissime bidentato, inferiore integro; corolla glabra; legumine piloso, subpentaspermo. ☉ — Ad tribum *L. Nootkatensis* (Repert. I. 600.) pertinere videtur. Herba est dura, bipedalis. Foliola vix unquam pollicaria, supra viridia, pilis paginae inferioris sericeis marginata. Stipulae 3 lin. longae. Racemus pedunculatus, 4-pollicaris. Flores quam in *L. Nootkatensi* minores. Legumen pollice paullo longius. — Crescit in Columbiae arvis prope Loxam.
3. L. TAURIS Bth. l. c. no. 726. — Fruticulosus ramosissimus parvifolius ferrugineo-subsericeo-hirsutus: foliolis spathulatis oblongisve, utrinque adpresse pilosis, petiolo longioribus; stipulis petiolo multo brevioribus; floribus in racemo brevi subverticillatis; bracteis brevibus deciduis; calycis bracteolati labio superiore bifido. ♃ — Affinis videtur *L. Smithiano* (Repert I. 604. no. 90.). Ramuli semipedales vel longiores foliosi. Foliola 4–6 lin. longa, supra parce, subtus densius adpresse pilosa. Racemi breviter pedunculati bipollicares. Flores quam in *L. Smithiano* majores. Legumen pollicare hirtellum. Semina non visa. Foliorum decoctum ad purgandum ab incolis adhibetur, quibus fruticulus nomine *Tauris* nota est. — Crescit in Columbiae montibus Chuquiribamba.
4. *L. RAMOSISSIMUS Bth. Plant. Hartweg. inedit. ex Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. t. 25. — Species Mexicana indescripta.

§. 2. *Foliis simplicibus.*

5. L. CHRYSOMELAS Casaretto, Decad. plant. nov. Brasil. (VI.) 52. — Aureo-sericeus nitens: caule fruticoso ramoso; ramis dichotomis compresso-ancipitibus flexuosis, inferius paullatim nudis ac demum una cum petiolis, racemorum rhachi calycibusque magis minusve cinereo-nigrescentibus; foliis simplicibus ovatis vel ovato-oblongis, apice mucronatis, petiolo dilatato vaginante multo longioribus; stipulis in petioli marginem ex ipsius basi usque ad apicem decurrentibus; floribus racemosis subverticillatis; bracteis caducis; calycis bracteolati labio superiore brevissime bidentato, inferiore integro; corolla glabra; leguminibus villoso-lanatis. ♄ — Folia 14–22 lin. longa, 6–12 lin. lata, petioli 4–6-lineares. Flores albi vel albo-purpurascentes? — Crescit in Brasilia in provincia Minas Geraës in montibus Serra de Caraça.

6478. LEBECKIA *Thnbrg.*

(DC. Prodr. II. 130. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 606.)

1. L. *(Calobota)* MUCRONATA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 359. — Inermis, junior adpresse pubescens, demum glabrata: foliis petiolatis, foliolis cuneato-oblongis sublinearibusve mucronatis glabris vel subtus vix puberulis; racemis multifloris; calyce late et acute dentato puberulo; legumine subtereti acuto glaberrimo. ♄ — Ramuli sulcati. Foliola 4–6 lin. longa, lateralia minora. Pedicelli calyce dimidio breviores. — *Acanthobotrya decumbens* Eckl. et Zeyh. Enumer. 193. (excl. syn.) — Crescit in Promontorio bonae spei.

2. L. LEPTOPHYLLA Bth. l. c. — Glabra inermis: foliolis anguste linearibus; racemo elongato; calyce lato, breviter dentato; petalis glabris; legumine compresso demum subturgido glaberrimo. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei prope Zwellendam.

3. L. CINEREA E. Mey. Comment. I. 35. — Bth. l. c. — Subtomentoso- vel sericeo-canescens: ramis rigidis; foliis raris, foliolis oblongo-cuneatis; racemis pauci-floris; calyce tubuloso-campanulato sericeo, dentibus latis acutis; legumine tereti sericeo. ♄ — *Acanthobotrya sericea* Eckl. et Zeyh. Enumer. I. 193. — Crescit in Promontorio bonae spei.

4. L. MULTIFLORA E. Mey. l. c. 34. — Bth. l. c. 360. — Sericeo-canescens: foliolis anguste linearibus; racemo secundo multifloro; calycibus tubuloso-campanulatis, dentibus basi latis acutiusculis; vexillo carinaque apice parce sericeis, rarius glabratis; legumine tenuiter sericeo, demum subtereti. ♄ — *L. decutiens* et *L. canescens* E. Mey. ex p. — Crescit in Promontorio bonae spei.

5. *L. MICROPHYLLA E. Mey. l. c. 155. — Wlprs. l. c. I. 607. no. 13. — Bth. l. c. 361. — *Aspalathus coerulescens* E. Mey. l. c. 54. — *Krebsia argentea* Eckl. et Zeyh. Enumer. 179. — Wlprs. l. c. 623. no. 3.

6. L. *(Phyllodiastrum)* GRANDIFLORA Bth. l. c. 357. — Glabra: foliis subulatis erectis articulatis; racemis multifloris; calycis laciniis acuminatis tubo longioribus; legumine subsessili plano subfalcato, sutura superiore angustissime marginato. ♄ — *Sarcophyllum grandiflorum* E. Mey. Comment. 32. — Wlprs. l. c. 627. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Sectio V. VIBORGIOIDES Bth. l. c.

Carina subrostrata alas vix superans. Legumen teres vel turgidulum. — Frutices rigidi: foliis breviter petiolatis sessilibus trifoliolatis, a *Viborgiis* nonnisi legumine distinguendi.

7. L. FASCICULATA Bth. l. c. — Subglabra, rigide ramosissima: foliis subsessilibus subfasciculatis, foliolis parvis cuneato-oblongis acutis emarginatisve; racemis brevibus laxiusculis; calyce breviter quinquedentato; legumine sessili turgido glaberrimo. ♄ — Fruticulus siccitate nigricans, ramulis quam in sequentibus minus robustis. Petioli brevissimi, basi incrassati, post folia delapsa saepe persistentes, squamaeformes. Foliola 1–3 lin. longa glaberrima. Racemi 1–3-pollicares. Bracteae et bracteolae subulatae, lineam longae, deciduae, pedicellis subbreviores. Calyx lineam longus valde obliquus. Petalorum ungues calyce longiores. Legumen 6–8 lin. longum, intus nudum polyspermum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

8. L. SESSILIFOLIA Bth. l. c. 362. — Rigide ramosissima: ramulis sericeo-pubescentibus; foliis brevissime petiolatis, foliolis obovato- vel cuneato-oblongis crassiusculis; racemis brevibus densis secundis; calycibus late tubulosis, dentibus lanceolatis, tubo paullo brevioribus; legumine sessili oblongo acuto turgido glabriusculo. ♄ — Rami robusti, ramuli numerosi breves rigidi, demum subdenudati, at vix spinescentes. Petioli basi persistentes squamaeformes. Foliola 2–3 lin. longa, crassiora quam in affinibus. Racemi vix pollicares 6–8-flori. Bracteae 1–2 lin. longae lanceolatae, cito deciduae. Calyx 4 lin. longus subcoloratus. Petala glabriuscula, unguibus quam calycis dentes brevioribus. Carina brevissime ob-

tuseque rostrata. — *Acanthobotrya sessilifolia* Eckl. et Zeyh. Enumer. I. 193. — *Viborgia grandiflora* E. Mey. l. c. 31. — Wlprs. l. c. 608. no. 11. — Crescit in Promontorio bonae spei.

9. L. BOWIEANA Bth. l. c. — Ramis rigidis sericeo-pubescentibus; foliis subsessilibus subfasciculatis, foliolis parvis cuneato-oblongis obovatisve, utrinque dense canescenti-pubescentibus; racemis abbreviatis pauciforis; calyce laxe tubuloso glaberrimo breviter quinquedentato; legumine sessili oblongo acuto turgido glaberrimo. ♄ — Frutex ramis subvirgatis, ramulis brevibus dense foliatis, nonnullis demum denudatis, at vix spinescentibus. Petioli *L. fasciculatae*. Flores ad apices ramulorum 1–3 nutantes. Bracteae subulatae deciduae. Calyx siccitate nigricans, 1–2 lin. longus. Petala glabra, unguibus breviter exsertis. Carina brevissime rostrata obtusa. Legumen junius jam valde turgidum. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6479. **VIBORGIA** *Thnbrg.*

(DC. Prodr. II. 135. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 607.)

1. V. CUSPIDATA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 364. — Glabra: ramis rigidis, ramulis brevibus flexuosis divaricatisve, rarius subspinescentibus; foliolis parvis obovato- vel cuneato-oblongis mucronulatis obtusisve; racemis laxis pauciforis; carina subrostrata; legumine stipitato anguste oblongo subturgido hinc alato, faciebus laevibus. ♄ — *V. oblongata β. cuspidata* E. Mey. Comment. I. 29. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6480. **DICHILUS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 136. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 608.)

1. D. PUSILLUS Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 354. — Ramulis tenuibus patentibus; foliis floralibus plerisque oppositis, foliolis cuneato-oblongis; pedunculis brevibus filiformibus 1–2-floris; calyce profunde bilabiato, dentibus lanceolatis. ♄ — Differt a *D. gracili* foliolis angustioribus floribusque minoribus. — *Calycotome pusilla* E. Mey. Comment. I. 113. — In Promontorio bonae spei.

6485. **MELOLOBIUM** *Eckl. et Zeyh.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 618.)

1. M. CALYCINUM Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 350. — Divaricato-ramosissimum spinescens, vix glandulosum: ramulis pubescenti-hirtis; foliolis glabriusculis; stipulis semicordatis petiolum aequantibus; bracteis calycis tubum superantibus; calycibus villosis corollam aequantibus; legumine villoso. ♄ — Rami duri flexuosi intricato-ramosissimi, ramulis spinescentibus numerosissimis. Stipulae foliaceae acutissimae, pleraeque 2 lin. longae. Petioli breves. Foliola cuneato-linearia vel rarius obovata, in sicco complicata, 2–3 lin. longa, tenuiter punctata. Racemi basi 1–3-flori, apice spinescentes nudi. Bracteae stipulaeformes, superiores paucae steriles. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Saudriver.

2. M. (SPHINGIUM E. Mey. Comment. pl. Afr. I. 67.) CANESCENS Bth. l. c. — Divaricato-ramosissimum spinescens, vix glandulosum: ramulis canescenti-velutinis; stipulis bracteisque semicordatis minutis; legumine valde curvato 4–6-spermo calyceque sericeis vix glandulosis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei, Rhinosterkop, Gamka river.

3. M. PARVIFLORUM Bth. l. c. — Divaricato-ramosissimum spinescens, vix glandulosum subglabrum: stipulis bracteisque semicordatis minutis; calyce glabriusculo viscidulo. ♄ — Verosimiliter praecedentis varietas. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Dwaka river.

4. M. (SPHINGIUM E. Mey. l. c.) DECUMBENS Bth. l. c. 352. — Spinosum pubescenti-hispidum glandulosum: stipulis semicordato-lanceolatis; foliolis hispidis; bracteis calycis tubum subaequantibus; legumine subfalcato 2–3-spermo calyceque glanduloso-hispidis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei, Sneeuwebergen, Nieuweveldsbergen prope Graafreynet et Schilob.

6486. **LEPTIS** *E. Mey.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 619. *II.* 837.) *deleatur*; *cf. Lotononidis sect. VIII.* (*p.* 458.)

6487. **LOTONONIS** *DC.*

(*Ononidis* sect. II. DC. Prodr. II. 166. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 619. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot II. 594.)

Sectio I. AULACINTHUS.

Fruticuli humiles ramosissimi. Stipulae nullae vel rarius solitariae. Flores parvi in racemis terminalibus laxis pedicellati. Vexillum obovatum. Carina obtusa. Legumen breve turgidum sutura carinali demum praesertim prope basin leviter intrusa.

(*Aulacinthus E. Mey. Comment. pl. Afric.* 156.)

1. L. (AULACINTHUS E. Mey. l. c.) GRACILIS Bth. l. c. 597. — Fruticulosa ramosissima sericeo-canescens: ramulis gracilibus suberectis; stipulis nullis; foliolis in petiolo longo linearibus; racemis laxe 4–6-floris; calyce sericeo; legumine adpresse puberulo, calyce vix duplo longiore. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei in montibus Roodeberg et Ezelskop.
2. L. RIGIDA Bth. l. c. — Fruticulosa rigide ramosissima subspinescens incano-sericea: stipulis minutis vel nullis; foliolis in petiolo brevi linearibus; racemis brevibus; calyce piloso-hirto; legumine piloso-pubescente calycem plus duplo excedente. ♄ — *Aulacinthus rigidus* E. Mey. l. c. 157. — Crescit in Promontorio bonae spei in Zwarteland.
3. L. VIBORGIOIDES Bth. l. c. — Fruticulosa decumbens laxe ramosissima tenuissime adpresseque puberula vel glabra: ramulis tenuibus hinc inde subspinescentibus; stipulis solitariis lanceolatis; foliolis oblongo-cuneatis; racemis laxe 4–6-floris; calyce glabriusculo; ovario glabro. ♄ — Habitus fere *Viborgiae tetrapterae*, stipulae nunc minutae, nunc petiolum subaequantes, flores praecedentis sed minores, calycis tubulosi laciniae superiores lanceolatae per paria fere ad medium connatae, infima setacea brevior. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Sectio II. KREBSIA.

Frutices saepe humiles ramosissimi. Foliola parva. Stipulae foliolis subsimiles vel minores geminae. Flores majusculi pedicellati, pauci ad apices ramorum primariorum racemosi, plerique tamen in pedunculis brevibus terminalibus (caule excrescente mox oppositifoliis vel ramulo brevissimo subaphyllo axillaribus) solitarii, pedicello in pedunculum articulato. Vexillum amplum. Carina obtusa. Legumen compressum, demum subturgidum.

(*Krebsia Eckl. et Zeyh. Enumer. pl. Afr. austr.* 179. — *Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 623. — *Telinae sect.* 1. 2. *E. Mey. Comment.* 67. — *Wlprs. l. c.* 623. 624.)

4. L. (TELINA E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. 623. no. 1. — KREBSIA Steud. Nomencl.) CYTISOIDES Bth. l. c. 598. — Fruticosa: ramis virgatis subsericeo-hirtis; foliolis cuneato-oblongis obovatisve acutis obtusisve, utrinque sericeis villosisve; pedunculis unifloris brevibus axillaribus terminalibusve; vexillo amplo sericeo vel glabriusculo; legumine hirsuto. ♄ — *Telina* (*Krebsia* Steud.) *eriocarpa* E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. n. 2. — *Krebsia stricta* Eckl. et Zeyh. l. c. 179. — Wlprs. l. c. no. 1. — Crescit in Promontorio bonae spei.
5. * L. (TELINA E. Mey. l. c. 69. — Wlprs. l. c. 624. no. 4. — KREBSIA Steud. Nomencl.) GENUFLEXA Bth. l. c. 598.
6. * L. (KREBSIA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1287. — Wlprs. l. c. 623. no. 4.) CARNOSA Bth. l. c. 598. — *Telina* (*Krebsia* Steud. Nomencl.) *striata* E. Mey. l. c. 68. — Wlprs. l. c. no. 3.
7. * L. (KREBSIA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1285. — Wlprs. l. c. 623. no. 2.) DIVARICATA Bth. l. c. 599.
8. L. SERICOPHYLLA Bth. l. c. — Humilis ramosissima, undique albo-sericea: foliolis parvis linearibus cuneatisve; stipulis parvis; pedunculis abbreviatis; ve-

xillo legumineque dense sericeis. ♁ — *L. divaricatae* similis, sed ramuli tenuiores, foliola angustiora et indumentum alienum. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Wolve kloof.

Sectio III. TELINA.

Suffrutices: caulibus numerosis herbaceis diffusis. Stipulae solitariae vel geminae, foliolis subsimiles vel minores. Flores majusculi in pedunculo mox oppositifolio saepius elongato solitarii vel pauci subsessiles vel breviter pedicellati. Vexillum amplum. Carina obtusa. Legumen demum teres vel turgidum, interdum fere *Crotalariae*. Flores saepius caerulescentes.

(*Telinae sect.* 3. *E. Mey. Comment. p.* 69. — *Wlprs. l. c. I.* 624.)

9. L. BRACTEATA Bth. l. c. 600. — Decumbens subsericeo-pubescens: stipulis geminis parvis linearibus acutis; foliolis linearibus suboblongisve, plerisque acutis petiolo longioribus; pedunculis folio subbrevioribus; bracteis bracteolisque orbiculatis truncatis appressis; legumine compresso demum subtereti sericeo. ♃ — Tota planta pallide virescens. Bracteae bracteolaeque sesquilineares deciduae. Calyx 4 lin. longus subinflatus, laciniis supremis arcuatis cum lateralibus lanceolatis alte connatis, infima subulata profunde soluta. Legumen fere pollicare. — Crescit in Promontorio bonae spei ad „Mooze river."
10. * L. (CROTALARIA Eckl. et Zeyh. Enumer. no. 1262. — Wlprs. l. c. 591. no. 82.) AZUREA Bth. l. c. 600. — *Telina heterophylla* E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. 624. no. 6. (excl. syn. Thnbrg.)
11. * L. (ONONIS Linn. Mantiss. pl. 266. — TELINA E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. 624. no. 7.) PROSTRATA Bth. l. c. — *Lotononis* (*Crotalaria* E. Mey. Linnaea VII. 153.) *vexillata* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1270. — Wlprs. l. c. 619. no. 2.
    β. glabrior: — *Ononis* (*Telina* E. Mey. Comm. 70. — *Lotononis* Steud. Nomencl.) *excisa* Thnbrg. Flor. Cap. 586. — *Crotalaria Thunbergiana* Vogel ex Wlprs. l. c. 592. no. 85.
12. * L. (ONONIS Thnbrg. Fl. Cap. 585? — TELINA E. Mey. l. c. 70. — Wlprs. l. c. 624. no. 8.) VILLOSA Steud. Nomencl. — Bth. l. c. 601.
13. * L. ACUMINATA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1269. — Wlprs. l. c. 618. no. 1. — Bth. l. c.
14. * L. ARGENTEA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1272. — Wlprs. l. c. no. 4.
15. * L. MACROCARPA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1271. — Wlprs. l. c. no. 3.
16. * L. (TELINA E. Mey. l. c. 70. — Wlprs. l. c. 624. no. 9.) VARIA Steud. Nomencl. — Bth. l. c.

Sectio IV. POLYLOBIUM.

Suffrutices: caulibus diffusis ramosissimis. Stipulae geminae vel rarius solitariae, foliolis subsimiles. Flores mediocres in pedunculo mox oppositifolio saepius elongato plurimi umbellati vel breviter subracemosi. Vexillum obovatum carinam obtusam parum superans. Legumen subcompressum vel turgidulum.

(*Polylobii sp. Eckl. et Zeyh. et Lipozygeos sp. E. Mey.* — *Wlprs. l. c.* 620. 621.)

17. * L. (ONONIS Linn. in Thnbrg. Fl. Cap. 587. — LIPOZYGIS E. Mey. Comm. 76.) UMBELLATA Bth. l. c. 602. — *Ononis anthylloides* DC. Prodr. II. 168. — *Ononis glabra* Thnbrg. l. c. 588. — *Crotalaria truncata* E. Mey. Linnaea VII. 151. — *Polylobium truncatum* Eckl. et Zeyh. Enumer. no. 1292. — Wlprs. l. c. 620. no. 5. — *Polybium filiforme* Eckl. et Zeyh. l. c. 1291. — Wlprs. l. c. no. 4.
18. * L. (ONONIS Linn. fil. et Bergius, Flor. Cap. 213. — CROTALARIA E. Mey. Linnaea VII. 152. — LIPOZYGIS E. Mey. Comment. p. 80.) INVOLUCRATA Bth. l. c. 602. — *Polylobium involucratum* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1296. — Wlprs. l. c. 621. no. 9. — *Polylob. tenuifolium* et *angustifolium* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1295. 1297. — Wlprs. l. c. 621. no. 8 et 10. — *Ononis aspalathoides* DC. Prodr. II. 167.
19. * L. (LIPOZYGIS E. Mey. Comment. 79. — Wlprs. l. c. 622. no. 13.) PEDUNCULARIS Bth. l. c.
20. * L. (ONONIS Thnbrg. Flor. Cap. 588.) SECUNDA Bth. l. c. 603. — *Crotalaria fastigiata* E. Mey. Linnaea VII. 152. — *Polylobium fastigiatum* Eckl. et Zeyh.

Enumer. no. 1298. — Wlprs. l. c. 621. no. 11. — *Polylob. Mundtianum* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1299. — Wlprs. l. c. no. 12. — *Telina* (*Lotononis* Steud. Nomencl.) *angustifolia* E. Mey. l. c. 70. — Wlprs. l. c. 624. no. 10.

Sectio V. OXYDIUM.

Suffrutices: caulibus procumbentibus saepe filiformibus. Stipulae solitariae. Flores parvi in pedunculo oppositifolio saepius elongato numerosi vel rarius pauci umbellati. Vexillum ovatum carina acuta vel subrostrata brevius. Legumen turgidum, rarius compressum.

(*Polylobii Eckl. et Zeyh. et Crotalariae E. Mey. sp.*)

21. *L. (CROTALARIA E. Mey. Comment. 154. — Wlprs. l. c. I. 592. no. 93.) TRICHOPODA Bth. l. c. 603. — *Polylobium typicum* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1288. — Wlprs. l. c. 620. no. 1. — *P. intermedium* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1289. — Wlprs. l. c. no. 2.

22. *L. (CROTALARIA E. Mey. l. c. 26. — Wlprs. l. c. 592. no. 86.) PERPLEXA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1275. — Wlprs. l. c. 619. no. 7.

23. *L. ROSTRATA Bth. l. c. 604. — *L. tenuiflora* Steud. Nomencl. — *Crotalaria micrantha* E. Mey. Comment. 28. — Wlprs. l. c. 592. no. 84.

24. *L. DEBILIS Bth. l. c. — *Polylobium debile* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1290. — Wlprs. l. c. 620. no. 3.

25. *L. ACUTIFLORA Bth. l. c. — *Crotalaria quinata* E. Mey. l. c. 27. — Wlprs. l. c. 592. no. 91.

26. *L. (CROTALARIA E. Mey. l. c. 28. et 154. — Wlprs. l. c. no. 92.) OXYPTERA Bth. l. c. 605. — *Connarus* (*Amphinomia* DC. Prodr. II. 522.) *decumbens* Thnbrg. in Roem. Archiv. I. 1. t. 1?

27. *L. (POLYLOBIUM Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1294. — Wlprs. l. c. 621. no. 7.) PALLENS Bth. l. c.

Sectio VI. LIPOZYGIS.

Suffrutices: caulibus decumbentibus vel erectis brevibus. Stipulae solitariae. Flores parvi vel mediocres in capitulis umbellisve sessilibus numerosi. Corolla marcescens, vexillum obovatum vel oblongum carinam obtusam vix aequans vel rarius superans. Legumen compressum vel demum subturgidum.

(*Lipozygeos sp. E. Mey.*)

28. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. Comment. 79. — Wlprs. l. c. 622. no. 12.) PENTAPHYLLA Bth. l. c. 605.

29. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. no. 11.) POLYCEPHALA Bth. l. c.

30. L. ERIANTHA Bth. l. c. — Molliter et laxe piloso-hirta: caulibus brevibus ascendentibus erectisve subramosis; stipulis foliolisque oblongo-ellipticis acutissimis, utrinque pilosis; capitulis laxiusculis sessilibus; bracteis parvis setaceis; calyce hirsuto; vexillo oblongo acuminato carinaque obtusa arcuata dense sericeis; legumine compresso demum subturgido sericeo calycem vix duplo superante. ♃ — Affinis *L. corymbosae*, sed foliola multo angustiora, flores pauciores et duplo majores. — Crescit in Promontorio bonae spei ad Macalisberg.

31. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. no. 10.) CORYMBOSA Bth. l. c. 606.

32. L. (ASPALATHUS E. Mey. l. c. 37. — Wlprs. l. c. 610. no. 18.) LANCEOLATA Bth. l. c. 606. — Parce patentim pilosa: caulibus ascendentibus subramosis; stipulis foliolisque lineari-lanceolatis acutis; capitulis laxis corymbiformibus terminalibus subsessilibus multifloris; bracteis setaceis; vexillo oblongo longe acuminato carinaque subarcuata glabris vel levissime pilosis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei, Witbergen.

Sectio VII. LEOBORDEA.

Herbae pusillae: caulibus decumbentibus saepe dichotomis. Stipulae solitariae. Flores parvi in fasciculis oppositifoliis paucifloris sessiles. Calycis lacinia infima minima. Vexillum oblongum carina obtusa brevius. Legumen compressum vel demum turgidum.

(*Leobordea Delile. — Capnitis E. Mey. — Leptis Eckl. et Zeyh. — Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 622. *II.* 837. *I.* 619. *II.* 837.)

33. *L. (CAPNITIS E. Mey. Comm. 81. — LEOBORDEA Wlprs. l. c. I. 623. no. 4.) PORRECTA Bth. l. c. 606. — *Leptis Crotalaria* E. Mey. Linnaea. VII. 152. *prolifera* Eckl. et Zeyh. Enumer. no. 1265. — Wlprs. l. c. 619. no. 2. — *Leptis debilis* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1264. — Wlprs. l. c. no. 1.

34. *L. (CAPNITIS E. Mey. Comm. 81. — LEOBORDEA Wlprs. l. c. 625. no. 5.) CLANDESTINA Bth. l. c. 607. — Procumbens dichotoma tomentoso-canescens: stipulis minimis; foliolis obovato-oblongis; floribus solitariis geminisve subsessilibus; calycis tubulosi tomentosi dentibus brevibus, infimo minimo; vexillo alisque inclusis, carina exserta arcuata tomentosa; legumine tomentoso vix calycem auctum superante. ♃ vel ☉? — Crescit in Promontorio bonae spei.

35. *L. LEOBORDEA Bth. l. c. 607. — *Lotus platycarpus* Viv. Fl. Aeg. Arab. decad. IV. 14. — *Leobordea lotoides* Delile. — Wlprs. l. c. I. 623. no. 1. — *Leobordea Persica* Spach et *L. sphaerosperma* Spach. — Wlprs. l. c. II. 838. no. 2. et 3.

Sectio VIII. LEPTIS.

Herbae vel suffrutices pusilli: caulibus decumbentibus vel erectis brevibus. Stipulae solitariae vel rarius geminae. Flores parvi solitarii vel rarius 2–3 oppositifolii sessiles vel breviter pedicellati. Calyx tubulosus, lacinia infima caeteris subaequilonga vel paullo brevior. Vexillum obovatum carinam obtusam vel rarius acutam aequans vel subsuperans.

(*Leptis Eckl. et Zeyh., Lipozygis E. Mey., Crotalaria E. Mey. et Leobordea Spach ex p.*)

* *Foliolis quinis; carina obtusa.*

36. *L. (ONONIS Thnbrg. Flor. Cap. 589. — LIPOZYGIS E. Mey. Comment. 77. — Wlprs. l. c. 621. no. 2.) QUINATA Bth. l. c. 608. — Pusilla prostrata tenuissime sericeo-canescens: stipulis parvis solitariis geminisve oppositifoliis subsessilibus; calycis lacinia infima caeteris paullo minore; vexillo obovato-oblongo, dorso medio sericeo, carinam oblongam obtusam subaequante; legumine compresso, demum vix turgido, calyce duplo longiore adpresse puberulo. ☉ — Crescit in Promontorio bonae spei ad Modderfontein.

** *Foliolis ternis; carina obtusa; legumine vix turgido sericeo.*

37. *L. (LEPTIS Steud. Nomencl. — LIPOZYGIS E. Mey. Comment. 78. — Wlprs. l. c. I. 622. no. 6.) BRACHYLOBA Bth. l. c. 608.

38. *L. (LEPTIS Steud. Nomencl. — LIPOZYGIS E. Mey. l. c. — Wlprs. l. c. no. 8.) FALCATA Bth. l. c.

39. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. 80. — Wlprs. l. c. no. 14.) CARINATA Bth. l. c. 609.

40. L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. 77? — Wlprs. l. c. 621. no. 3?, HUMIFUSA Burch. Cat. geogr. 3927. — Ramis filiformibus prostratis pubescentibus; stipulis solitariis parvis oblongis subulatisve; foliolis obovatis obcordatisve, supra glabris, subtus puberulis; floribus oppositifoliis solitariis breviter pedunculatis; calyce tubuloso; vexillo obovato acuminato carinaque obtusa vix longiore, extus puberulis. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei, Witbergen.

41. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. 79. — Wlprs. l. c. 622. no. 9. — LEPTIS Steud. Nomencl.) MOLLIS Bth. l. c. 609.

42. *L. PUMILA Eckl. et Zeyh. Enumer. no. 1283. — Wlprs. l. c. 620. no. 15. — Bth. l. c. — *Lipozygis* (*Leptis* Steud. Nomencl.) *erubescens* E. Mey. Comment. 76. — Wlprs. l. c. 621. no. 1.

43. *L. (LIPOZYGIS E. Mey. l. c. 77. — Wlprs. l. c. 622. no. 4.) RADULA Bth. l. c.

**** Foliolis ternatis; carina obtusa; legumine turgidiore piloso.*

44. *L. (CROTALARIA E. Mey. Linnaea VII. 152. — LEPTIS Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1267. — Wlprs. l. c. I. 619. no. 4.) VERSICOLOR Bth. l. c. 610. — *Leptis divaricata* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1266. — Wlprs. l. c. no. 3? — *Leptis filicaulis* Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1268? — Wlprs. l. c. no. 5. — *Leptis* (*Lipozygis* Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 79.) *Kraussiana* Wlprs. l. c. II. 837. no. 1?

45. *L. (CROTALARIA E. Mey. Linnaea VII. 152. — LIPOZYGIS var. γ. E. Mey. Comment. 78.) TENELLA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1282. — Wlprs. l. c. 620. no. 14.

46. *L. (LEPTIS Steud. Nomencl. — LIPOZYGIS E. Mey. Comment. 78. — Wlprs. l. c. 622. no. 5.) CALYCINA Bth. l. c. 611.

***** Foliolis ternis; carina acuta.*

47. *L. (CROTALARIA E. Mey. Comment. 26. — Wlprs. l. c. I. 592. no. 89.) LENTICULA Bth. l. c. 611.

48. *L. (CROTALARIA E. Mey. l. c. 27. — Wlprs. l. c. no. 90.) DIVERSIFOLIA Bth. l. c.

49. *L. MICRANTHA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1280. — Wlprs. l. c. 620. no. 12.

50. L. CRUMANINA Bth. l. c. 612. — Procumbens argentea vel cinerascens sericeo-pubescens: stipulis solitariis parvis; foliolis cuneato-oblongis; capitulis 3-4-floris sessilibus oppositifoliis; calycis profunde fissi laciniis subaequalibus corollam superantibus; vexillo oblongo carinaque acuta glabris; legumine oblique ovato sericeo, demum subturgido, calycem vix aequante. ♃ — Planta basi lignescens prostrata, ramulis 2-3-pollicaribus vel rarius elongatis foliisque pube densa appressa sericeo-flavicantibus. — An cum praecedente conjungenda? — Crescit in Promontorio bonae spei ad Caledon river.

51. L. BURCHELLII Bth. l. c. — Humilis decumbens ramosissima, dense sericeo-villosa cinerascens vel argentea: stipulis cordato-ovatis orbiculatisve; foliolis obovatis; capitulis densis paucifloris sessilibus; bracteis latissimis subcordato-reniformibus; corolla calyce breviore; vexillo oblongo acuminato carinaque arcuata glabriusculis; legumine sericeo, demum turgido calycem aequante. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei.

† *Caeterum hujus generis sunt:*

52. *L. (LEOBORDEA Ldb. Flor. Rossic. I. 512. — Wlprs. l. c. II. 838. no. 4.) SERICEA Bth. mss.
53. *L. (LEOBORDEA Fnzl. Pugill. pl. Syr. 6. — Wlprs. l. c. I. 623. II. 838.) GENISTOIDES Bth. mss.
54. *L. (LEOBORDEA Jaub. et Spach, Ann. sc. nat. [2. Sér.] XIX. 237. — Wlprs. l. c. II. 838.) ARGYROLOBIOIDES Bth. mss.

Ad sectionem octavam pertinent.

55. *L. LAXA Eckl. et Zeyh. Enumer. no. 1270. — Wlprs. l. c. I. 629. no. 9.

56. *L. PUNGENS Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1277. — Wlprs. l. c. no. 8.

57. *L. AFFINIS Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1279. — Species indescripta.

58. *L. DECIDUA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1281. — Wlprs. l. c. no. 13.

59. *L. (TELINA E. Mey. Comm. 69. — Wlprs. l. c. 624. no. 5.) CAPNITIS Bth. mss.

60. *L. (LIPOZYGIS Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 80. — LEPTIS Wlprs. l. c. II. 837.) ARGENTEA Bth. mss. (nec Eckl. et Zeyh.)

6487/1. **MARIA ANTONIA** *Parlatore.*

(Parlatore, Dissertazione di uno novello genere della famiglia delle Leguminose. [Firenze, Coi Torchi della Società tipographica. 1844. 4to. cum tabula lithographica.] p. 3. † t. 1.)

Calyx bibracteolatus persistens membranaceus subcampanulatus quinquelobo-bilabiatus, lobis superioribus duobusque lateralibus subaequalibus ovato-lanceolatis acuminatis, infimo minore lineari-subulato. Corolla papilionacea. Petala basi breviter unguiculata. Vexillum ovato-rhombeum, apice

mucrone parvo recurvo munitum, carinae subaequale, alis longius. Alae lineari-oblongae obtusae planae. Carina basin versus superne auriculata, auriculis rotundatis obtusissimis, margine inferiore saccata, sacco promiuulo obtuso (!!), deinde in rostrum obtusum longum producta, genitalia includens, ab alis vexilloque maxima ex parte tecta. Stamina monadelpha pistilli basin vaginantia, filamentis superne liberis inaequalibus incurvis, antheris biloculariibus, loculis linearibus, basi divergentibus. Ovarium compressum ovale. Stylus longus, basi compressus conicus ibique superne tantum pilis longiusculis subbarbatus, in medio geniculatus et subarticulatus, dein assurgens rectus, inferne teres, superne compressus margineque superiori ciliolatus. Stigma obtusum barbatum. Legumen ovato-subrotundum subinflatum villosum uniloculare bivalve, valvis cartilagineis dehiscentibus, demum tortis, stylo persistente coronatum oligospermum. Semina subdena funiculi umbilicalis ope horizontaliter suspensa reniformia subcymbaeformia badia laevia. — Herba annua Kordofana humilis diffusa villosa: foliis exstipulatis breviter petiolatis trifoliolatis, foliolis oblongo-ellipticis integerrimis; pedunculis oppositifoliis folio brevioribus 3-5-floris; floribus umbellatis breviter pedicellatis parvis luteis; leguminibus ovato-subrotundis.

1. M.-A. ORIENTALIS Parlatore l. c. p. 5. ¦ t. 1. — ○ — Icon cum descriptione non omnino quadrat. — Crescit in regno Kordofan.

6488. **POLYLOBIUM** *Eckl. et Zeyh.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 620.) *deleatur; cf. Lotononidis sect. IV.* (*p.* 456.)

LIPOZYGIS *E. Mey.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 621.) *deleatur; cf. Lotononidis sect. VI.* (*p.* 457.)

6489. **LEOBORDEA** *Delile.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 622. *II.* 837.) *deleatur*; *cf. Lotononidis sect. VII. et VIII.* (*p.* 458.)

6490. **KREBSIA** *Eckl. et Zeyh.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 623.) *deleatur; cf. Lotononidis sect. II.* (*p.* 455.)

TELINA *E. Mey.* (*Wlprs. Repert. bot. syst. I.* 623.) *deleatur; cf. Lotononidis sect. III.* (*p.* 456.)

6493. **ONONIS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 158. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 624. II. 839.)

1. O. AUCHERI Jaub. et Spach, Illustr. plant. orientat. I. 85. † t. 96. — Suffrutex subsemipedalis ramosissimus. Radix lignosa, demum crassitie digiti minoris. Caules vetuli 1–2-pollicares, crassitie pennae anserinae vel tenuiores, erecti vel diffusi, stricti vel tortuosi vel flexuosi, lignosi aphylli corticati, epidermide demum testacea. Rami diffusi vel patentes vel ascendentes stricti vel subflexuosi teretes striatuli, plerumque subfasciculati, vetuli superstites 1–3-pollicares lignosi aphylli glabri vel glabriusculi virides, novelli graciles foliati paniculati incano-puberuli, ramulis simplicibus vel subsimplicibus alternis subfiliformibus strictis, plerisque florigeris. Folia alterna remota. Foliola ½–1 lin. longa (pleraque minima) crassa subcoriacea subsessilia obovata vel ovalia vel cuneato-oblonga obtusa vel retusa uninervia avenia complicata vel margine involuta, in quovis folio subaequalia, supra glabra, subtus incano-tomentosa, petiolulo albido glabello brevissimo, basi articulato. Flores parvi solitarii subsecundi subcernui ebracteolati, in racemos magis minusve laxos dispositi, in quovis ramulo 3–7 (plerumque 3–4), saepe ex axillis inferioribus solum orti. Pedicelli hirsuto-tomentosi, calyce multo breviores. — Crescit ad sinum Persicum prope Mekran.

6500. **GENISTA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 145. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 628. II. 841. — E. Spach, Annal. des sciences naturelles [3. Sér.] II. 237–279. et III. 129–158.)

Calyx herbaceus vel subcoriaceus (nec scariosus) campanulatus vel turbinato-campanulatus trifidus (nec bilabiatus), fissura summa haud raro fissuris lateralibus profundiori, marcescens vel demum basi circumscissa deciduus, segmenta dissimilia, 2 superiora lateralia conformia integerrima, segmento infimo trifido vel tridentato vel tripartito, magis minusve breviora, rarius aequilonga. Corolla marcescens vel decidua flava, petalorum ungues calyce breviores non adhaerentes vel 4 inferiorum vaginae stamineae inferne adnati. Vexillum erectum vel ascendens vel reflexum esaccatum, dorso plicato-carinatum, sub anthesi explanatum vel concavum, dein complicatum vel replicatum. Alae (sub anthesi carinae accumbentes) rectae vel subrectae inaequilaterae elongatae, carinae subaequales, lineari- vel oblongo- vel ovato-cultriformes obtusae concavae, juxta basin lateris superioris extus transverse plicato-rugulosae, ibidem extus sacculatae et intus gibbae, ad ejusdem lateris basin plerumque auriculatae, latere altero immediatim in unguem angustatae. Carina vexillo subaequilonga vel longior, recta vel subincurva obtusa vel rarius acuminulata, oblongo- vel lineari-cultriformis compressa bipes, basi utrinque auriculata, ante ungues extus gibba et intus saccata, sub anthesi porrecta et genitalia fovens, dein plerumque deflexa et genitalia nudans, rarissime demum cum alis arrecta et vexillo admota nec unquam a genitalibus recedens. Stamina 10 marcescentia vel decidua monadelpha, vagina sub anthesi clausa, tandem superne fissa. Filamenta capillaria incurvata, 5 petalis opposita praefloratione alternis breviora, dein sublongiora. Antherae minutae citrinae dithecae, dorso affixae, introrsae dissimiles, basi cordatae vel emarginatae, apice obtusae vel apiculatae, 5 staminum petalis antepositorum subrotundae vel ovatae, seriores minores. Ovarium sessile vel brevissime stipitatum compressum uniloculare, 2–12-ovulatum. Ovula 1-2-serialia appensa campylotropa, micropyle supera. Stylus deciduus elongatus filiformis, ovario contrarie compressus, apice incurvus. Stigma terminale papillulosum, imberbe, nunc unilaterale, nunc utrinque productum. Legumen elongatum vel abbreviatum rostratum vel acutum torosum vel etorosum compressum (*in unica specie subtereti-inflatum*) sessile vel substipitatum, uniloculare, 1-2-polyspermum bivalve incrassato-marginulatum, suturae subaequicrassae ecarinatae. Semina ovata, ovalia, subrotunda, subcordata, lenticularia vel subplano-compressa (*in unica specie subglobosa*), strophiolata vel estrophiolata, pendula vel oblique appensa, laevigata lucida campylotropa, hilum ovatum v. orbicularem concavum subterminalem, exostomate infrapositum et contiguum. Chalaza superficie inconspicua, raphe nulla, integumentum crassum coriaceum. Embryo curvus, strato albuminoso crassiusculo corneo inclusus, cotyledones subrotundae vel obovatae vel ovales carnosae plano-convexae rectae, radicula subclavata obtusa ascendens subarcuata, cotyledonibus aequilonga vel sublongior accumbens, apice decurva et ad exostoma versa. Funiculi breves crassiusculi subhorizontales. — Frutices vel fruticuli spinosi vel inermes, habitu vario, rarius ephedroideo. Rami et ramuli oppositi vel alterni striati vel angulati, novelli foliati, seniores plerumque foliorum delapsorum pulvinulis persistentibus nodulosi vel quasi tuberculati. Ramuli floriferi haud raro annui vel biennes. Gemmae perulatae, perulis scariosis, herbaceis vel coriaceis. Folia opposita vel alterna sessilia vel petiolata, stipulata vel exstipulata 1-3-foliolata, floribus praecoriora vel coaetanea, petiolus pulvinulo squamaceo vel tuberculiformi tricostato durescenti persistenti insertus, stipulae dentiformes vel aculeoliformes durescentes persistentes, inferne cum pulvinuli margine concretae, foliola fugacia vel incunte hieme decidua vel subpersistentia integerrima

brevissime petiolulata, plerumque crassiuscula. Flores vernales vel aestivales brevius vel longius pedicellati aut ad ramulos novellos terminales vel axillares terminalesque (racemosi, fasciculati vel subcapitati), aut ad ramos annotinos solitarie vel fasciculatim laterales (e gemmis solitariis axillaribus simul foliigeris orti), pedicelli ad basin foliolo (bractea) stipati vel supra basin bractea fulti, apice vel secus medium bibracteolati, bracteolis saepissime oppositis, interdum calyci adnatis.

Subgenus I. SPARTOCARPUS Spach, Ann. sc. natur. (3 Sér.) II. 240.

Calyx persistens. Corolla marcescens. Ovarium 2–8– *(vel rarius* 10–12–) *ovulatum, ovula plerumque biserialia. Legumen breve ovatum vel ovale vel subrotundum oblique rostrato-acuminatum compressum etorosum, abortu* 1–2– *vel rarius* 2–4–*spermum, suturae subaequicrassae. Semina estrophiolata saepissime verticalia, radicula ascendente.*

Sectio I. ASTEROSPARTUM Spach l. c.

Frutices vel fruticuli ramosissimi inermes ephedroidei, rami ramulique (nunc omnes, nunc saltem plerique) oppositi vel rarius ternato-verticillati, mutici stricti, sulcato-angulati. Folia opposita vel rarius ternata verticillata, saltem pleraque trifoliolata sessilia, pulvinulo conspicuo squamiformi tricostato, demum crasso, foliolis non fugacibus. Stipulae nullae vel breves. Flores subcapitati vel interrupte racemosi terminales, pedicelli oppositi vel ternato-verticillati brevissimi, nunc folio 2–3-foliolato, nunc bractea membranacea stipati, superne bibracteolati, bracteae et bracteolae non deciduae.

§. 1. *Folia pleraque stipulis dentiformibus comitata. Flores subcapitati terminales, accedunt interdum flores pauci axillares a capitulo magis minusve remoti, pedicelli plerique bractea submembranacea stipati. Stigma subcapitatum retrorsum declive.*

1. G. RADIATA Scopoli, Flor. Carniol. II. 51. — Spach l. c. 240. — Ramulis novellis subsericeis proliferis, internodiis quam foliola duplo triplove longioribus; foliolis linearibus vel lanceolato-linearibus acutis calycibusque argenteo-sericeis; capitulis 3–7-floris; segmentis calycinis triangularibus, superioribus cuspidato-acuminatis, tubo subbrevioribus, segmento infimo tridentato aequilongis vel sublongioribus; petalis subtus sericeo-tomentosis, vexillo cordato-subrotundo emarginato, carina sublongiori, alis paullo brevioribus; leguminibus sericeo- vel sublanato-tomentosis 1–2-spermis subovatis subfalcato-acuminatis; seminibus castaneis vel spadiceis. ♄ — *Spartium radiatum* Linn. — Guimp. et Hayne, Dtschlnds. Hlzpflnzn. t. 115. — *Cytisus* (*Asterocytisus*) *radiatus* Koch, Deutschl. Flora. V. 111. — Crescit in Europa australi.

β. *nana* Spach l. c. — Fruticulus 2–4-pollicaris, foliolis angustioribus, internodiis sublongioribus; vexillo apice subintegerrimo. — *G. holopetala* Rchb. Fl. Germ. exsicc. — Crescit prope Tergestum.

γ. *leiopetala* Spach. l. c. — Vexillo alisque glabris. — Var. hortensis.

§. 2. *Folia exstipulata. Flores axillares et terminales in racemum interruptum dispositi. Pedicelli folio* 1- *vel saepius* 3-*foliolato stipati. Stigma introrsum.*

2. G. AUCHERI Boiss. Diagnos. plant. orient. II. 7. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 841. no. 4.) — Spach l. c. 241. — Ramulis novellis subsericeis, internodiis foliolis 3–5-plo longioribus; foliolis lanceolato- vel spathulato-oblongis acumilatis, juventute argenteo-sericeis, demum subcalvescentibus; calyce petalisque superficie externa sericeis; calycinis segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo subduplo brevioribus, segmento infimo lato cuneiformi ad medium trifido (laciniis triangularibus acutis subaequilongis) sublongioribus, vexillo cordato-ovato acutiusculo; carina obtusissima sublongiori; leguminibus incano-sericeis subovatis, subfalcato-acuminatis, monospermis. ♄ — Frutex erectus subpedalis,

cortice in ramis senioribus flavescente, in caulibus vetulis rugoso, fuscescente. Ramuli oppositi vel verticillati elongati sulcati virgati, plerumque simplices. Foliola 3–7 lin. longa, floralia superiora minuta. Pedicelli oppositi vel ternato-verticillati sericeo-tomentosi. Bracteolae ovatae vel ovato-lanceolatae minimae sericeo-tomentosae, calyci adpressae. Calyx 2 lin. longus submembranaceus argenteus campanulatus, segmentis aequalatis. Vexillum 6–7 lin. longum. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina angustiores. Carina cultriformi-oblonga recta, vel demum subfalcata, 1½–2 lin. longa. Ovarium sericeo-tomentosum, lanceolatum, 4-ovulatum, ovulis biserialibus. Legumen (imperfecte maturum) 5–6 lin. longum (adjecto rostro), ad suturas incrassato-marginulatum. — Crescit in Cappadocia ad Euphratem.

3. G. CAPPADOCICA Spach l. c. 242. — Ramulis novellis foliolisque (lanceolato-oblongis) argenteo-sericeis; internodiis foliolis 2–5-plo longioribus; calycibus petalisque superficie externa sericeis; calycinis segmentis superioribus e dilatata basi lineari-lanceolatis, tubo duplo longioribus, segmento infimo profunde trifido (laciniis subulatis subaequalibus) subaequilongis; vexillo ovali obtuso, carina obtusa paullulo longiori, alis carina sublongioribus; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus erectus semipedalis, caulibus vetulis crassitie digiti, cortice rugoso abscedente. Ramuli novelli oppositi vel verticillati, graciles simplices. Foliola 2–4 lin. longa, floralia superiora minima. Pedicelli oppositi sericei, paribus remotis. Bracteolae minutae sericeae filiformi-subulatae, calycis tubo subaequilongae adpressae. Calyx 2½–3 lin. longus submembranaceus argenteus campanulatus. Vexillum 4 lin. longum, basi et apice rotundatum. Alae vexillo subaequilongae cultriformi-oblongae obtusae, carina angustiores. Carina alis et vexillo paullulum brevior, subrecta cultriformi-oblonga lineam lata. Ovarium sericeo-tomentosum lanceolatum 4–6-ovulatum, ovulis biserialibus. — Crescit in Cappadocia.

4. G. JAUBERTII Spach. l. c. — Foliolis linearibus vel lanceolato-linearibus acutis ramulisque novellis argenteo-sericeis; internodiis foliolis 3–5-plo longioribus; calycibus petalisque superficie externa sericeo-tomentosis; calycinis segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo subduplo brevioribus, segmento infimo lato cuneiformi eroso-tridenticulato (denticulis triangularibus, acutis subaequalibus) sublongioribus; vexillo ovali retuso, carina obtusa subbreviori, alis paullo longiori; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus ½–1-pedalis erectus, cortice in caulibus vetulis griseo rugoso abscedente, in ramis laevigato, flavescente. Rami oppositi tenues. Ramuli novelli graciles virgati, plerumque simplices. Foliola 2–3 lin. longa, floralia superiora subulata vel filiformia minima. Racemi 3–9-flori, floribus remotis, nonnumquam ex parte alternis. Pedicelli sericei, bracteolae minimae sericeae denticuliformes adpressae. Calyx circiter 2 lin. longus submembranaceus, lutescens campanulatus, segmenti infimi dentes minuti. Petala subtus subargentea, supra flava. Vexillum circiter 6 lin. longum, basi rotundatum. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina duplo angustiores. Carina 6½–7 lin. longa, lineam lata cultriformis. Ovarium sericeo-tomentosum lanceolatum 5–6-ovulatum, ovulis biserialibus. — In Phrygia prope Taouchanley et in Olympo Bithyno.

Sectio II. EPHEDROSPARTUM Spach l. c. 243.

Frutices ramosissimi inermes ephedroidei: ramis ramulisque alternis vel fasciculatis muticis vel obsolete mucronatis strictis striatis; folia alterna exstipulata trifoliolata (saltem pleraque) sessilia, pulvinulo squamaeformi tricostato, foliolis fugacibus vel cito deciduis; flores racemosi, racemi ad ramulos novellos terminales, pedicelli sparsi, apice bracteolati, inferiores axillares, caeteri bractea minuta stipati, bracteae bracteolaeque fugaces. Stigma subcapitatum terminale.

§. 1. *Foliorum pulvinula minima. Legumen (simulac vexillum) glaberrimum. Ramuli subangulati.*

5. G. SPARTIOIDES Spach l. c. 243. — Ramulis muticis, novellis sparse puberulis; foliolis .....?; racemis laxifloris; calycibus subsericeis, segmentis superio-

ribus triangularibus acutis, tubo subduplo brevioribus, segmento infimo late cuneiformi sinuolato-tridentato, dentibus subaequilongis sublongioribus, vexillo subrhombeo-orbiculari emarginato, carina obtusa, extus sericea paullo breviori, alis glabris, carinae aequilongis; leguminibus subovatis longe rostratis monospermis; seminibus spadiceis. ♁ — Frutex erectus, ramorum adultiorum cortice flavescente. Ramuli annotini et recentiores graciles, virides elongati virgati, nunc simplices, nunc paniculati, fructiferi aphylli. Foliorum pulvinula subovata truncata. Foliola non visa. Calyx fere 2 lin. longus, flavescens subcoriaceus campanulatus, segmenti infimi dentes dissimiles, laterales triangulari-lanceolati, dente medio subulato subbreviores. Corolla emarcida flava. Vexillum 3½–4 lin. longum. Alae cultriformi-oblongae, carina angustiores, vexillo longiores. Carina 4½–5 lin. longa cultriformis. Pedicelli fructiferi crassi, vix lineam longi. Legumen castaneum, adjecto rostro 3–4 lin. longum. Semen ovale vel subrotundum, magnitudine grani sinapini. — Crescit in Mauritania prope Oran.

§. 2. *Ramuli teretes. Foliorum pulvinula conspicua crassiuscula. Vexilli et carinae superficies externa sericea. Legumen sericeo- vel lanato-tomentosum.*

6. G. NUMIDICA Spach l. c. 244. — Ramis ramulisque muticis; foliolis spathulatis vel lanceolatis, vel lanceolato-lincaribus vel subfiliformibus ramulisque novellis calycibusque argenteo-sericeis, demum calvescentibus; racemis 5-20- (raro pluri-) floris, saepissime densis; segmentis calycinis triangularibus, superioribus acuminatis, tubo sublongioribus, segmento infimo tridentato (dentibus triangularibus vel triangulari-subulatis, inaequilongis) subdimidio brevioribus; vexillo cordato-subrotundo emarginato, carina ¼–⅓-plo breviori, alis glabris cultriformi-ovatis, vexillo subbrevioribus, carina latioribus; leguminibus ovatis vel ovato-subrotundis 1–2-spermis lanato-tomentosis; seminibus flavis vel spadiceis. ♁ — Frutex erectus 2–3-pedalis, cortice ramorum vetulorum flavescente rimoso, demum abscedente. Rami recentiores virides. Ramuli novelli simplices vel paniculati graciles virgati, nonnumquam flaccidi, plerumque ½–1-pedalis, internodiis foliolis longioribus. Foliola 2–7 lin. longa, haud raro complicata. Racemi ½–2 poll. longi, nunc laxiusculi, nunc magis minusve densi. Pedicelli ½–1 lin. longi subfiliformes, fructiferi nonnumquam cernui. Bracteae et bracteolae argenteo-sericeae submembranaceae, jam praefloratione deciduae, lineares vel filiformes. Bractea pedicello sublongior. Bracteolae calycis tubo subaequilongae. Calyx 2 lin. longus. Vexillum ut carinae petala subtus argentea sericea, supra flava. Vexillum 3½–4 lin. longum. Alae obtusae flavae, auricula brevi obtusa. Carina 5–5½ lin. longa cultriformi-oblonga obtusa. Ovarium 4–6-ovulatum, lanceolatum sericeo-tomentosum. Legumen 2½–4 lin. longum (adjecto rostro subfalcato ½–1 lin. longo), sub tomento nigrum. Semina ovalia vel subrotunda, 1–1½ lin. longa. — *Spartium sphaerocarpum* Dsf. mss. — Crescit in Numidiae collibus et montosis.

7. G. GASPARINI Gussone, Index semin. hort. Boccadif. 1825. — Spach l. c. 245. — Ramis ramulisque muticis; foliolis lineari- vel oblongo- vel subfiliformi-spathulatis vel lanceolato-lincaribus ramulisque novellis calycibusque argenteo-sericeis, demum calvescentibus; racemis 5–20-floris, demum laxiusculis; segmentis calycinis dissimilibus, superioribus triangularibus acutis, tubo dimidio brevioribus, segmento infimo cuneiformi trifido (lacinulis subulatis, subaequalibus) subtriente brevioribus; vexillo cordato-subrotundo emarginato, carina ⅓–¼ breviori, alis glabris sublatiori vix longiori; leguminibus ovatis vel ovato-subrotundis 1- vel 2-spermis sericeo-tomentosis; seminibus.....? ♁ — Frutex erectus vel subdiffisus, cortice ramorum vetulorum flavescente rimoso, demum abscedente. Rami juniores virides. Ramuli novelli simplices vel paniculati subfiliformes virgati, haud raro flaccidi, fructiferi aphylli, annotini virides vel flavescentes glabri, internodia foliolis 2-4-plo longiora. Foliola 2–6 lin. longa subcoriacea, plerumque complicata. Racemi ½–2 poll. longi, magis minusve laxiflori,

raro densiusculi. Pedicelli vix lineam longi. Bracteae et bracteolae argenteo-sericeae, filiformes vel subulatae submembranaceae, jam praefloratione deciduae. Bractea pedicello sublongior. Bracteolae calycis tubo subaequilongae. Calyx sesquilineam longus, lutescens submembranaceus. Vexillum 3½–4 lin. longum, dorso argenteo-sericeum, facie flavum. Alae flavae cultriformi-ovales, obtusissimae, auricula brevi obtusa. Carina 4½–5 lin. longa, lineam lata, cultriformi-oblonga obtusa, extus argenteo-sericea. Ovarium 4–6-ovulatum lanceolatum. Legumen 3–4 lin. longum. — *Genista ephedroides* Gussone, Flor. Sicul. II. 365. (excl. syn. DC. et Vivian.) — *Spartium triphyllon* etc. Cupan. Hort. Carth. 208. — Crescit in Sicilia.

8. G. EPHEDROIDES DC. Mém. Legumin. VI. t. 36. et Prodr. II. 147. (nec Guss.) — Spach l. c. 246. — Ramis ramulisque obsolete mucronatis; foliolis lineari- vel oblongo-spathulatis vel lanceolato-linearibus ramulisque novellis calycibusque argenteo-sericeis, demum subcalvescensibus; racemis laxe 5–15-floris; segmentis calycinis triangularibus, superioribus cuspidatis, tubo subaequilongis, segmento infimo trifido (lacinulis subulatis vel triangulari-subulatis, subaequilongis) ⅓–½ brevioribus; vexillo cordato-subrotundo retuso, carina ¼–½ breviori, alis glabris, vexillo subbrevioribus, carina sublatioribus; leguminibus ovatis vel ovalibus, sericeo-tomentosis, 1–2-spermis; seminibus.....? ♁ — Frutex erectus vel subdiffusus, habitu *G. Gasparini*, ramorum vetulorum cortice flavescente rimoso, tandem abscedente. Rami recentiores virides. Ramuli simplices vel paniculati graciles vel subfiliformes, virgati elongati, nunc stricti, nunc subflaccidi, novelli sericei, annotini glabri virides. Foliola 2–6 lin. longa subcoriacea, plerumque complicata. Racemi 1–3 poll. longi, floribus magis minusve remotis. Pedicelli 1–1½ lin. longi. Bracteae et bracteolae argenteo-sericeae submembranaceae, saepissime jam praefloratione deciduae. Bractea pedicello brevior vel subaequilonga subulata, bracteolae ovato- vel oblongo-lanceolatae acutae ciliolatae minimae, calycis tubo sublongiores. Calyx 1½–2 lin. longus submembranaceus lutescens. Vexillum 3–4 lin. longum, dorso subargenteo-sericeum, facie glabrum flavum. Alae cultriformi-oblongae obtusae flavae. Carina 4–5 lin. longa, cultriformi-oblonga obtusa, extus argenteo-sericea. Ovarium 4–6-ovulatum, sericeo-tomentosum. Legumen 4 lin. longum. — *Spartium gymnopterum* Viviani, Flor. Corsic. prodr. App. 6. — Crescit in maritimis Corsicae et Sardiniae.

Sectio III. ACANTHOSPARTUM Spach l. c. 247.

Frutices ramosissimi: ramis ramulisque teretibus striatis rigidis aristatis pungentibus, aliis oppositis, aliis (saepissime paucis) alternis vel fasciculatis; foliis oppositis v. alternis sessilibus, pulvinulo squamaeformi tricostato, foliolis subfugacibus. Flores racemosi, racemi ad ramulos novellos terminales, (ramuli macriores 1- vel 2-flori, pedicellis oppositis vel collateralibus, subterminalibus), pedicelli sparsi vel subopposite, apice bibracteolati, inferiores axillares, caeteri bractea minuta stipati, bracteae et bracteolae fugaces.

§. 1. *Rami et ramuli plerique oppositi, saepissime recti. Folia exstipulata, pleraque trifoliolata. Stigma subcapitatum terminale.*

9. G. ALPINI Spach l. c. 247. — Ramulis glabellis; foliolis lineari- vel subfiliformi-spathulatis vel lanceolato-linearibus calycibusque subargenteo-sericeis; racemis laxe vel interrupte 3–7-floris; calycis segmentis triangularibus, superioribus acutis, tubo et segmento infimo (tridentato) paullo brevioribus; vexillo cordato-ovato vel cordato-ovali retuso, dorso sericeo-tomentoso, carina (extus sericeo-tomentosa saepissime subfalcata) ⅓–¼ breviori, alis glabris, vexillo brevioribus; leguminibus ovatis vel ovalibus, sericeo-tomentosis. ♁ — Frutex 1–2-pedalis erectus, cortice vetulo rimoso flavescente. Rami divergentes vel subdivaricati, plerique oppositi. Ramuli virides vel flavescentes divaricati vel magis minusve divergentes, modo recti, modo deorsum arcuati, plerique oppositi, graciles paniculati, arista

brevi recta nigra vel fusca, internodia foliolis plerumque longiora. Foliola 1–9 lin. longa crassiuscula, mox decidua, plerumque angustissima et complicata. Racemi breves. Pedicelli vix ultra dimidiam lineam longi. Bracteae et bracteolae subulatae vel filiformes minutae, sericeo-tomentosae, jam praefloratione deciduae, bracteolae calycis tubo vix aequilongae, bractea pedicello nunc longior, nunc brevior. Calyx 1½–2 lin. longus, segmenti infimi dentes e basi dilatata subulati, laterales medio angustiores et paullo breviores. Vexillum 3–4 lin. longum, dorso argenteo-tomentosum, facie in sicco croceum. Alae cultriformi-oblongae obtusae flavae, carina angustiores. Carina 4–5 lin. longa, lineam lata, obtusissima argenteo-tomentosa, cultriformi-oblonga. Ovarium 6–8-ovulatum, sericeo-tomentosum. Legumen (immaturum) circiter 3 lin. longum. — *Echinopoda* Prosp. Alpin. Exotic. 14. — *Echinopoda di Candia* Pona, Ital. 118. — *Genisto-Spartium spinosum alterum aphyllum* etc. C. Bauh. Pinx. 394. — *Asparago aculeato affinis triplici semper spina* C. Bauh. Pinax 490. — *Genista Lobelii* d'Urville, Enumer. 85. (non DC.) — *Spartium horridum* Sibthrp. et Sm. Prodr. fl. Graec. II. 54. — *Genista acanthoclada* DC. Prodr. II. 147. (ex part.) — Crescit in Creta, in Graecia et in Archipelagi insulis.

10. G. BRUGUIERI Spach l. c. 248. — Ramulis novellis glabriusculis; foliolis lanceolato- vel spathulato-oblongis vel lanceolatis calycibusque subsericeis; racemis laxe vel interrupte 3–7-floris; segmentis calycinis superioribus triangularibus acuminatis, tubo subaequilongis, segmento infimo cuneiformi ad medium trifido paullo brevioribus; vexillo cordato-ovato retuso, dorso sericeo-tomentoso, carinae (rectae sericeo-tomentosae) aequilongo vel subaequilongo, alis glabris, vexillo brevioribus; leguminibus.....? ♁ — Frutex omnino habitu *G. Alpini*. Foliola subviridia crassiuscula acuta, 1–6 lin. longa. Racemi ½–1 poll. longi vel ad ramulos macriores brevissimi. Pedicelli ½–1 lineam longi filiformes. Bracteae et bracteolae minutae sericeae, jam praefloratione deciduae. Calyx lutescens submembranaceus, 2 lin. longus, segmenti infimi lacinulae subulatae subaequilongae. Vexillum 4–4½ lin. longum, dorso argenteum, facie glabrum, in sicco croceum. Alae cultriformi-oblongae obtusae, ad marginem juxta basin pubescentes flavae, carina angustiores. Carina cultriformi-oblonga obtusa argentea. Ovarium 4–6-ovulatum sericeo-tomentosum. — *G. acanthoclada* DC. Prodr. II. 147. (ex p.) — Crescit in Graecia prope Athenas.

11. G. ECHINUS Spach l. c. 249. — Foliolis lineari- vel subfiliformi-spathulatis vel lanceolato-linearibus ramulisque novellis calycibusque argenteo-sericeis; racemis 3–7-floris densiusculis; calycis segmentis triangularibus, superioribus acutis, tubo subbrevioribus, segmento infimo breviter tridentato aequilongis; vexillo ovali vel subrotundo retuso, dorso sericeo-tomentoso, carinae rectae, extus sericeo-tomentosae aequilongo vel sublongiori, alis glabris, carina brevioribus; leguminibus.....? ♁ — Habitu et foliis duabus praecedentibus speciebus omnino similis. Racemi subsemipollicares. Pedicelli filiformes, circiter lineam longi. Bracteae et bracteolae minutae sericeae, jam praefloratione deciduae, bractea filiformis, pedicello plerumque brevior, bracteolae filiformes vel subulatae, calycis tubo subaequilongae. Calyx 2–2¼ lin. longus, segmenti infimi dentes dissimiles, laterales sublineares, medio triangulari breviores et angustiores. Vexillum 3–5½ lin. longum, dorso argenteum, facie glabrum et in sicco croceum, basi rotundatum vel levissime cordatum. Alae 4 lin. longae, carina subdimidio angustiores, cultriformi-lineares obtusae flavae, juxta basin ad marginem inferiorem puberulae. Carina lineam lata argentea cultriformi-oblonga obtusa. Ovarium 4–6-ovulatum sericeo-tomentosum. — Crescit in littoribus Cariae.

12. G. PELOPONNESIACA Spach l. c. — Foliolis filiformi- vel lineari-spathulatis vel lanceolato-linearibus; ramulis novellis calycibusque sericeis; racemis laxe 3–7-floris; segmentis calycinis triangularibus, superioribus acuminatis, tubo subdimidio brevioribus, segmento infimo ad medium trifido paullo brevioribus; vexillo ovato vel ovali obtuso, dorso sericeo-tomentoso, carinae rectae extus sericeo-

tomentosae aequilongo vel sublongiori, alis glabris, carina brevioribus; leguminibus.....? ♁ — Habitu et foliis *G. Alpini* et affinibus similis. Foliola 1–6 lin. longa crassiuscula, saepissime complicata. Racemi ½–1-pollicares. Pedicelli vix ultra dimidiam lineam longi. Calyx 2½ lin. longus, segmenti infimi lacinulae subulatae inaequilongae. Vexillum 5½–6 lin. longum, basi rotundatum vel levissime cordatum, dorso argenteum, facie glabrum, in sicco croceum. Alae 4½–5 lin. longae cultriformi-oblongae obtusae, flavae vel croceae, carina angustiores. Carina cultriformi-oblonga obtusa argentea. Ovarium 6–8-ovulatum sericeo-tomentosum. — Crescit in Peloponneso prope Navarin ad promontorium Colonna.

§. 2. *Rami et ramuli omnes vel plerique alterni, saepe arcuati. Folia alia (plerumque pauca) unifoliolata stipulis dentiformibus comitata, alia abortiva, scilicet in squamulas minutas cartilagineas persistentes, apice sphacelatas mutata, exstipulata. Stigma introrsum.*

13. G. SPHACELATA Dcne. Ann. sc. natur. (2. Sér.) IV. 360. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 629. no. 10.) — Spach l. c. 250. — Ramis ramulisque subdivaricatis, novellis glabellis vel puberulis; foliolis lineari- vel oblongo-spathulatis vel obovatis emarginatis adpresse puberulis parcis; racemis laxe 3–7-floris; pedicellis calyci subaequilongis; calycis glabriusculi segmentis superioribus triangularibus acutis, segmento infimo late cuneiformi tridentato tuboque brevioribus; vexillo suborbiculari obtuso, dorso puberulo, carina extus puberula breviori, alis glabris vexillo subaequilongis; leguminibus subovatis vel ovalibus monospermis, demum glabris; seminibus coerulescentibus. ♁ — Frutex habitu *G. Scorpius* erectus, parce foliatus vel fere omnino aphyllus, cortice ramorum vetulorum flavescente vel fusco, demum rimoso, recentiorum viridi. Ramuli rigidi virides, floriferi graciles aphylli, plerumque simplices ½–2-pollicares alterni approximati, raro gemini vel subfasciculati, arista recta glabra brevi nigra vel nigro-fusca pungente. Folia sparsa (vel paucissima subopposita), pleraque abortiva squamulaeformia minima ovata vel ovato-lanceolata acuta nigra vel atro-fusca adpressa. Foliola 1–6 lin. longae subcoriacea mox decidua, saepissime complicata. Stipulae minutae atro-fuscae. Pulvinula parum prominula minuta. Pedicelli erecti vel ascendentes vel cernui vel patentes, solitarii vel gemini filiformes, squamula minima atro-fusca persistente haud raro bifida stipati, fructiferi apice subincrassati. Bracteolae denticuliformes vel subulatae obtusiusculae vel acutae minimae subpersistentes. Calyx vix ultra sesquilineam longus rufescens vel lutescens, minute puberulus submembranaceus campanulatus, segmenti infimi dentes e basi dilatata subulati vel triangulari-lanceolati, laterales medio duplo breviores. Corolla flava. Vexillum 2½–3½ lin. longum, basi subcordatum. Alae subcultriformes obtusae, carina angustiores. Carina 3½–4 lin. longa cultriformi-oblonga obtusa. Ovarium 6-ovulatum sericeo-tomentosum. Legumen 4 lin. longum castaneum. Semen subrotundum, circiter lineam latum. — Crescit in Syria et in Archipelagi insulis.

Sectio IV. ECHINOSPARTUM Spach l. c. 251.

Frutices humiles erecti ramosissimi: ramis ramulisque oppositis subdichotomis teretibus striatis rigidis, spinis axillaribus sterilibus aphyllis simplicibus rectis teretibus striatis aristatis persistentibus armatis. Ramuli novelli terminales breves simplices, plerique floriferi (dum steriles apice spinescentes), seniores foliorum pulvinulis nodulosi; folia sessilia vel petiolata opposita trifoliolata, stipulis dentiformibus vel aculeoliformibus comitata, pulvinulo crassiusculo tricostato, petiolo gracili subpersistente, foliolis subcoriaceis non fugacibus; flores solitarii vel gemini vel capitato-cymosi, ad ramulos novellos terminales, pedicelli breves vel brevissimi, apice bibracteolati, laterales bractea stipati, centrales basi nudi; bracteae et bracteolae persistentes membranaceae subscariosae coloratae oppositae subconformes cuspidatae, dorso sericeae vel tomentosae; calyx coloratus subscariosus, pro genere maximus; carina indeflexa, vexillo brevior; stigma subcapitatum, retrorsum productius.

§. 1. *Ramuli apice biflori vel hebatione uniflori.*

† Folia petiolata. Stipulae subulatae aculeoliformes. Ramuli floriferi mutici.

14. G. HORRIDA DC. Fl. Franc. IV. 500. — Spach l. c. 252. — Foliolis lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus vel oblongis mucronulatis argenteo-sericeis; bracteolis obovatis vel subrotundis, longe cuspidatis calycibusque sericeis; segmentis calycinis tubo duplo longioribus subaequilongis, superioribus ovatis cuspidatis, infimo subcuneiformi bifido, lacinulis dissimilibus, lateralibus e basi ovata vel triangulari subulatis, media subulato-filiformi; vexillo ovali vel subrotundo bilobo, dorso subsericeo, calyce subdimidio longiori; carina extus sericea; leguminibus ovali-oblongis sericeo-tomentosis 1-3-spermis. ♄ — *Spartium horridum* Vahl, Symbol. bot. I. 51. (excl. syn.) — *Genista erinacea* Gilib. Bot. II. 259. (e. ic.) — *G. radiata* Villars. — Crescit in agro Lugdunensi et in Pyrenaeis.

†† Folia sessilia. Stipulae minimae denticuliformes. Ramuli floriferi inter flores mucronati.

15. S. WEBBII Spach l. c. 252. — Foliolis lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus mucronulatis argenteo-sericeis; bracteolis flabelliformibus truncatis setaceo-cuspidulatis, dorso (calyce, carina vexilloque) lanato-tomentosis (pube ferruginea); segmentis calycinis tubo duplo longioribus, superioribus obovato-subrotundis setaceo-cuspidatis, infimo subflabelliformi trifido, lacinulis conformibus, e rotundata basi setaceo-subulatis; vexillo obcordato-subrotundo, calyce paullo longiori. ♄ — Habitu omnino similis *G. horridae* DC. Bracteae subrotundae setaceo-cuspidatae, bracteolae paullo minores, dorso ferrugineo-lanatae. Calyx 4 lin. longus, segmentis subaequilongis, margine undulatis. Vexillum 5-5½ lin. longum. Alae vexillo paullulum breviores, carina sublongiores, cultriformi-ovales obtusissimae. Carina subfalcata obtusissima. — *G. horrida* B. Webb, It. Hisp. 51. (nec DC.) — Crescit in montibus Baeticis Alpujarras, Sierra de Gador et Sierra Nevada.

16. G. BOISSIERI Spach l. c. 253. — Foliolis lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus mucronulatis argenteo-sericeis; bracteolis ovatis vel subrotundis cuspidato-acuminatis, dorso calycibusque hirsutis; segmentis calycinis tubo subduplo longioribus, superioribus acutis cuspidato-acuminatis, segmento infimo subcuneiformi trifido, lacinulis dissimilibus, lateralibus e basi triangulari subulatis, media lineari-subulata; vexillo calyce paullo longiori obcordato-ovali, dorso (simulac carina) sericeo-tomentoso; leguminibus oblique ovatis sericeo-tomentosis. ♄ — Habitu et foliis omnino *G. Webbii* referens. Calyx 5 lin. longus flavescens, segmentis margine undulatis subrevolutis et imbricatis. Vexillum circiter 6 lin. longum. Alae vexillo paullo breviores, carina paullo longiores, cultriformi-oblongae obtusae. Carina cultriformi-oblonga obtusissima recta vel tandem subfalcata, alis latior. Legumen calyce paullo longius. — *G. Lusitanica* Boiss. Voyage p. 140. (ex p.) — *G. horrida* Boiss. mss. — Crescit in regione alpina montium Bacticorum.

§. 2. *Ramuli apice 3-7-flori, floribus capitato-cymulosis.*

17. G. LUSITANICA Brotero, Flor. Lusit. II. 88. (nec Andrws. Bot. Repos. t. 419.) — Spach l. c. 254. — Foliis brevissime petiolatis; stipulis subulatis petiolo plerumque longioribus: foliolis lanceolatis vel lanceolato-linearibus argenteo-sericeis; bracteolis orbicularibus cuspidato-acuminatis, dorso (calyce, vexillo carinaque) lanato-tomentosis; segmentis calycinis tubo subtriplo longioribus, superioribus ovatis cuspidato-acuminatis, segmento infimo subcuneiformi trifido, lacinulis e basi triangulari subulatis; vexillo obcordato, calyce paullo longiore; leguminibus.....? ♄ — Frutex 1-2-pedalis, speciebus affinibus validior, ramulis et spinis plerumque remotioribus. Spinae ½-2 poll. longae erectae vel divergentes rectae. Foliola 2-4 lin. longa complicata. Flores quasi capitati, pedicellis bre-

vissimis. Bracteae ovatae vel ovales cuspidatae, bracteolis minores, dorso sericeo-tomentosae. Calyx 5-6 lin. longus, pube in sicco ferruginea dense lanatus. Vexillum 6½-7½ lin. longum. Alae vexillo paullo breviores, carina paullo longiores, cultriformi-ovatae obtusae, 1½-2 lin. latae. Carina obtusa, alis subconformis et subaequilata. Ovarium sericeo-tomentosum 3-4-ovulatum. — *Genista altera Lusitanica* Tournef. Hb. — Crescit in Lusitania.

Sectio V. CEPHALOSPARTUM Spach l. c. 254.

Frutex inermis humilis conferte ramulosus, rami ramulique alterni mutici angulati, ramillulis axillaribus sterilibus annuis (at emarcide persistentibus) rigidis sulcato-angulatis subdichotomis vel paniculatis tenuibus, citissime aphyllis instructi, folia alterna unifoliolata sessilia, stipulis aculeoliformibus subulatis comitata, pulvinulo minuto, foliolo fugaci; flores capitati, ad ramulos novellos terminales; capitula bracteis foliaceis subinvolucrata; pedicelli brevissimi, apice bibracteolati, bracteolae persistentes herbaceae; semina teretia vel subglobosa.

18. G. CEPHALANTHA Spach l. c. — Ramulis ramillulisque novellis, bracteis calycibusque hirsutis; foliolis argenteo- vel incano-sericeis spathulatis vel lanceolatis vel lanceolato-oblongis; capitulis multifloris; bracteis inferioribus calyces subaequantibus; calycinis segmentis superioribus e dilatata basi subulatis, tubo paullo longioribus, segmento infimo fere ad basin partito (laciniis filiformi-subulatis) subaequilongis; vexillo ovato vel ovato-lanceolato acuto glabro, carina obtusissima, extus ad marginem inferiorem sericea paullo longiori, alis subglabris, vexillo aequilongis; leguminibus ovalibus vel ovatis 1-2-spermis hirsutis, demum glabris; seminibus globosis vel ovalibus variegatis. ♁ — Frutex ½-1-pedalis erectus dumosus subfastigiatus, confertissime ramillulosus, habitu distinctissimo. Caules dichotomi vel subdichotomi subtortuosi, seniores crassitie digiti, cortice flavescente vel stramineo tenui, demum rimoso et abscedente. Ramuli novelli breves, mox glabrescentes, haud raro terminales et terni. Ramilluli steriles 1-3 poll. longi obtusi (nonnumquam obsolete mucronati), nunc stricti, nunc flexuosi, erecti vel subdivaricati vel recurvi, annotini virides, veteriores straminei emarcidi. Foliola obtusa vel acuta mutica vel mucronata uninervia, breviter petiolulata subcoriacea, saepissime complicata, ramealia 4-8 lin. longa, 1-2 lin. lata, ramillularia 1-3 lin. longa, lanceolato-linearia. Stipulae ½-1 lin. longae fuscae rectae. Pulvinula subplana tricostata, costis lateralibus tenuioribus. Capitula subglobosa vel ovalia vel ovata solitaria, ad ramulos novellos terminalia. Flores foliis coaetanei. Bracteae cuspidato-acuminatae mucronatae, dorso sericeo-hirsutae, facie glabrae, infimae ovato- vel oblongo- vel rhombeo-lanceolatae vel ovatae, superiores lanceolatae vel lanceolato-lineares, summae bracteolis similes. Bracteolae lineari-lanceolatae vel subulatae mucronatae, basi tubo calycino adnatae eoque breviores. Calyx circiter 4 lin. longus herbaceus. Corolla flava, calyce subdimidio longior. — Crescit in Mauritania in littoribus prope Oran.

Sectio VI. LEPTOSPARTUM Spach l. c. 256.

Suffrutex inermis: ramis ramulisque angulatis alternis muticis tenuibus virgatis, folia alterna exstipulata unifoliolata sessilia, foliolo non fugaci, pulvinulo vix conspicuo; flores ad ramulorum novellorum apicem racemosi; pedicelli sparsi, bractea minuta herbacea stipati, apice bracteolati; bracteae et bracteolae persistentes; vexillum carina brevius; stigma introrsum.

19. G. GRACILIS Spach l. c. 256. — Caulibus ramisque vetulis diffusis vel decumbentibus; ramulis floriferis gracillimis ascendentibus; foliolis linearibus vel lineari-oblongis glabriusculis acutis; racemis laxifloris elongatis, rhachi submucronata; calyce glabriusculo, laciniis subulatis; vexillo glabro, carina subdimidio breviori, alis subsuperato; leguminibus ovali- vel ovato-rhombeis demum glabris. ♃ — Suffrutex caespitosus, habitu et ramorum tenuitate simulac foliis *G. depressae* similis. Radix vetula nonnumquam pennae anserinae crassitie. Caules vetuli ¼-1-pedales ramosissimi, raro pennae corvinae crassitiem superantes, ra-

mis 5- vel 6-angulis, annotinis viridibus vel fuscis, senioribus stramineis. Ramuli floriferi 3-8 poll. longi, foliati copiosi 5- vel 6-anguli virgati simplices, nunc stricti, nunc subflexuosi. Foliola 5-6 lin. longa, ½-1 lin. lata, subcoriacea, saturate viridia, sublucida uninervia subavenia, plerumque mucronulata, nunc in utraque pagina, nunc subtus vel marginibus solum parce adpresse puberula (pube plerumque ferruginea), infima haud raro ovalia vel obovata. Racemus in ramulis macrioribus 7-12-florus et 10-15 lin. longus, in ramulis vegetioribus pluri- vel multiflorus et 2-4 poll. longus, magis minusve laxus, raro densiusculus. Pedicelli brevissimi. Bracteae pedicello paullo longiores (infimae nonnumquam majores, foliis similes) simulac bracteolae et calyx nunc glabrae, nunc parce adpresseque puberulae. Bracteolae adpressae, calycis tubo paullo longiores. — Crescit in montibus Graeciae et circa Byzantium.

Sectio VII. VOGLERA Flor. Wetteraw. ex Spach l. c. 257.

Frutices vel suffrutices (plerumque humiles) spinis saepissime ramosis) frutescentibus vel marcescentibus axillaribus sterilibus initio foliiferis armati: ramis ramulisque alternis angulatis; folia alterna, (spinarum nonnumquam opposita) sessilia, in speciebus plerisque exstipulata, pulvinulo vix conspicuo, foliolis tarde deciduis vel subpersistentibus (numquam fugacibus); flores ad ramulorum novellorum apicem racemosi, pedicellis sparsis bractea foliacea stipatis, apice vel infra apicem bracteolatis; bracteae et bracteolae persistentes; vexillum (specie unica excepta) carina brevius; stigma introrsum.

§. 1. *Caules ramique fruticulosi inermes, saepissime breves et tenues, ramulos floriferos annuos saltem basibus solum frutescentes spinosos edentes. Folia unifoliolata exstipulata.*

† Spinae filiformes molles, pleraeque decomposite ramulosae elongatae.

20. G. SYLVESTRIS Scopol. Flor. Carniol. II. 51. — Spach l. c. 257. — Ramulis floriferis erectis vel ascendentibus striatis virgatis caespitosis; foliolis calycibusque adpresse pilosulis; spinis erectis vel erecto-patentibus striatellis flexuosis; foliolis subduplo longioribus, foliolis linearibus vel lanceolato-linearibus, (spinarum filiformibus) mucronulatis viridibus; racemis 7-20-floris laxiusculis, rhachi obtusiuscula, pedicellis brevissimis, apice bracteolatis; calycis segmento infimo fere ad basin usque partito (laciniis filiformi-subulatis) tubo subduplo, segmentis summis paullo longiori; vexillo ovato vel subrotundo glabro, carina obtusissima ad marginem inferiorem pubescente subtriente breviori, basi subcordato; leguminibus subreticulatis, margine hirsutis, caeterum glabris. ♁ — Caules (vel potius caudices) diffusi vel suberecti breves. Ramuli floriferi 4-12 poll. longi. Spinae 6-18 lin. longae virides, breviter aristulatae. Foliola laete viridia tenuia, 3-8 lin. longa, ⅓-1 lin. lata. Racemi 1-3 poll. longi. Pedicelli crassiusculi. Bractea lineari-subulata, calycis tubum superans. Bracteolae filiformi-subulatae, calycino tubo subbreviores. Calyx 2-3 lin. longus viridis subcoriaceus, segmenta superiora e basi dilatata subulata. Carina 4-5 lin. longa, 1-1½ lin. lata, oblongo- vel ovali-cultriformis. Alae carinae subconformes, at minores, vexillo subaequilongae. Ovarium 4-6-ovulatum sparse pilosum, vel excepto margine glabrum. Legumen adjecto rostro 3-3½ lin. longum flavescens vel pallide fuscum, ovato- vel ovali-rhombeum. — *G. Hispanica* Wulff. in Jcq. Collect. II. 165. (non Linn.) — Jcq. Icon. pl. rar. III. t. 557. — Crescit.....?

†† Spinae validiores magis minusve rigidae, plerumque breves.

21. G. ARCUATA Koch, Synops. flor. Germ. 154. (edit. 1.) — Spach l. c. 258. — Ramulis floriferis erectis vel ascendentibus angulato-striatis, superne rhachique sericeo-incanis, spinis compositis divaricatis arcuatis subflexilibus, foliolis linearibus (spinarum angustissimis); calyce, vexillo carinaque sericeis, dentibus calycinis

longitudine tubi. ♁ — Planta habitu *G. Dalmaticae* similior quam *G. sylvestri*, ab ista sequentibus notis differt: caules (ramuli floriferi) humiliores spinaeque profundius sulcatae, tetragonae vel pentagonae compositae sicut in *G. sylvestri*, at divaricatae et arcuatae. Ramuli floriferi (saltem superne), pedicelli, bracteae et praesertim calyces sericeo-incani. Flores dimidio breviores, in sicco rubro-flavi. Dentes calycini longitudine tubi. Vexillum dorso sericeum. — Crescit in Dalmatia

22. G. DALMATICA Bartl. et Wendl. Beitraege II. 74. — Rchb. Iconogr. IV. fig. 562. — Spach l. c. 259. — Ramulis floriferis erectis vel adscendentibus angulatis; foliis calycibusque subpatenti-pilosis; spinis trifurcatis vel pinnato-ramulosis angulatis rigidis divaricatis, foliis sublongioribus; foliolis linearibus vel lanceolato-linearibus (spinarum filiformi-subulatis) acutis; racemis 5–12-floris densiusculis spiciformibus, rachi mutica; segmentis calycinis tubo subduplo longioribus; vexillo cordato-subrotundo truncato, alis subaequilongo, carina obtusa extus pubescente ⅓–¼ breviori, dorso pubescente; leguminibus hirsutis. ♁ — Caules vetuli subdiffusi breves tenues. Ramuli floriferi caespitosi, 3-5 poll. longi tenues virgati. Spinae 4–6 lin. longae. Foliola 3–4 lin. longa, ½–1 lin. lata, tenuia viridia, parce venulosa, sub lente subtriplinervia. Racemus 6–15 lin. longus. Pedicelli brevissimi, apice bracteolati, bracteolis filiformibus pilosiusculis, calycino tubo subbrevioribus. Bractea lineari-subulata, calyce brevior. Calyx viridis 2 lin. longus, segmenta 2 superiora segmento infimo paullo breviora, e basi triangulari subulata, segmentum infimum fere ad basin usque partitum, laciniis subaequilongis filiformi-subulatis. Carina vix ultra 3 lin. longa, lineam lata, oblongo-cultriformis. Alae ovato- vel ovali-cultriformes obtusae, carina angustiores, margine posteriori pubescentes, caeterum glabrae. Ovarium 4–6-ovulatum hirsuto-tomentosum. — Crescit in Dalmatia.

23. G. MICHELII Spach l. c. — Ramulis floriferis erectis vel adscendentibus; foliis bracteis calycibusque sparse hirsutis; spinis trifurcatis vel pinnato-ramulosis subpatentibus rigidis angulatis, plerumque foliolis longioribus; foliolis linearibus vel lanceolato-linearibus spinarum filiformi-subulatis) acutis; racemis 5–12-floris spiciformibus densiusculis, rachi spinescente aristulata; segmentis calycinis tubo subduplo longioribus; vexillo ovato truncato, alis subaequilongo, carina obtusa ad marginem inferiorem pubescente, caeterum glabra ¼–⅓ breviore, dorso juxta apicem pubescente, caeterum glabro; leguminibus.....? ♁ — Caules vetuli 3–6-pollicares, crassitie pennae corvinae, verosimiliter diffusi vel decumbentes. Ramuli floriferi graciles virgati subcaespitosi, 3–6 poll. longi. Spinae 4–8 lin. longae subrectae. Foliola 3–6 lin. longa tenuia viridia. Racemus ½–1 poll. longus. Pedicelli brevissimi, apice bracteolati, bracteolis filiformi-subulatis, calycis tubo longioribus. Bractea subulata, pedicello subtriplo longior, calyce brevior. Calyx 2½–3 lin. longus viridis, segmenta superiora et basi triangulari subulata, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum profunde partitum, laciniis filiformi-subulatis subaequalibus. Alae 4½–5 lin. longae obtusae ovali- vel oblongo-cultriformes, carina angustiores, margine inferiori pubescentes, caeterum glabrae. Ovarium hirsuto-tomentosum 6–8-ovulatum. — *Genisto-Spartium Garganicum pumilum Lini folio angustissimo* Michel. Pl. Rom. et Neapol. no. 602. — *Genista Dalmatica* Ten. Syll. fl. Neapol. 344. — *G. hirsuta* Ten. Flor. Neapol. II. 130. (nec Vahl.). — Crescit in monte Gargano.

24. G. ARISTATA Prsl. Delic. Prag. I. 34. — Spach l. c. 260. — Ramulis floriferis erectis vel adscendentibus angulatis; foliis, bracteis calycibusque hirsutis; spinis trifurcatis vel raro pinnato-ramulosis rigidulis filiformibus erectis subrectis, subangulatis glabris, foliolis brevioribus; foliolis lineari- vel oblongo-lanceolatis vel oblongis (spinarum filiformi-subulatis) acutis mucronatis; racemis 4–12-floris laxiusculis spiciformibus, rhachi mutica; calycis segmentis superioribus tubo subaequilongis, segmento infimo plus duplo brevioribus; vexillo ovato obtuso, alis sublongiore, carina acuta v. acuminulata, margine inferiori villosa, caeterum glabra, ⅓–¼ breviori, ad margines puberulo, caeterum glabro; leguminibus ovato- vel ovali-rhombeis, hirsutis. ♁ — Caules vetuli crassitie pennae corvinae diffusi, vel

adscendentes, nonnumquam subsemipedales. Ramuli floriferi 2–6 poll. longi, graciles virgati. Spinae 2–5 lin. longae glabrae virides, ramillulis lateralibus brevissimis. Foliola viridia tenuia, 3–6 lin. longa, ½–1½ lin. lata, infima ovata vel ovalia obtusa. Racemi 4 lin. usque ad 2 poll. longi, rhachi hirsuta. Pedicelli ½–1 lin. longi, apice bracteolati, bracteolis filiformibus, calycis tubo longioribus. Bractea lanceolato-subulata, calyce paullo brevior, medio vel supra medium pedicelli inserta. Calyx 2½–3½ lin. longus, e viridi lutescens, segmenta 2 superiora triangularia vel e triangulari basi linearia, segmentum infimum fere ad basin usque partitum, laciniis filiformi-subulatis magis minusve inaequilongis (laterales media ⅓–½ breviores). Corolla in sicco aurantiaca vel fulva. — *G. hirsuta* Tinco mss. — Crescit in Siciliae montibus Nebrodensibus.

§. 2. *Ramuli floriferi simulac rami caulesque frutescentes, novelli inermes, seniores spinosi. Folia exstipulata unifoliolata. Vexillum carina brevius.*

25. G. GERMANICA Linn. Spec. plant. 999. — Guimp. et Hayne, Dtschlnds. Hlzpflnzn. t. 122. — Spach l. c. 261. — Caulibus erectis vel adscendentibus vel demum diffusis; ramulis novellis angulosis; foliis calycibusque hirsutis; spinis rigidis angulosis, plerisque pinnato-ramulosis arcuatis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis vel lanceolato-oblongis, (infimis ovalibus vel obovatis) mucronulatis; racemis densiusculis spiciformibus, rhachi mutica; segmentis calycinis parum inaequilongis, tubo subquadruplo longioribus; vexillo cordato-ovato acutiusculo glabro, alis sublongiore, carina obtusa pubescente dimidio breviore; ovario 8–12-ovulato; leguminibus subrhombeo-oblongis hirsutis 2–4-spermis. ♁ — Spinae floribus magis minusve seriores, nonnumquam omnino deficientes. — *Scorpius spinosus* Mnch. Method. pl. 134. — *Voglera spinosa* Flor. Wetteraw. II. 500. — Crescit in Germania.

26. G. WELWITSCHII Spach l. c. 262. — Caulibus ramisve erectis spinosissimis; spinis rigidis validis subangulatis pinnato-ramulosis subpatentibus; ramulis floriferis angulosis calycibusque villoso-tomentosis; foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis acutis mucronulatis, sparse villosis; racemis densissimis multifloris, initio ovatis, demum spiciformibus, rhachi mutica; segmentis calycinis superioribus triangularibus, tubo subdimidio longioribus, segmento infimo subtriplo brevioribus; vexillo subcordato-ovato obtusissimo glabro, alis sublongiori; carina obtusissima juxta marginem inferiorem tomentosa subtriente breviori; ovario hirsuto-tomentoso, 5–6-ovulato; leguminibus.....? ♁ — Frutex bipedalis vel forsan altior. Spinae vetulae 6–12 lin. longae crassiusculae, breviter ramulosae glabrae. Ramuli floriferi 2–5 poll. longi virgati graciles, foliosi erecti. Foliola 3–6 lin. longa penninervia tenuia viridia, infima ovalia vel ovata obtusa. Racemi demum 1–2 poll. longi. Pedicelli brevissimi, medio bracteolati, bracteolis minimis subulatis. Bractea hirsuta subulata, ad pedicelli basin inserta, calycem subaequans. Calyx 4 lin. longus, segmentum infimum tripartitum, laciniis filiformi-subulatis, lateralibus media brevioribus. Carina 5 lin. longa, sesquilineam lata, oblongo-cultriformis. Alae ovato- vel oblongo-cultriformes obtusae, juxta basin marginis inferioris pubescentes, caeterum glabrae. — *G. hirsuta* var. Steud. et Hochstett. mss. — Crescit in collibus herbidis Extramadurae Cistaganae ad basin montium in Serra de Cintra.

§. 3. *Ramuli floriferi simulac rami caulesque frutescentes spinosi. Folia exstipulata unifoliolata. Vexillum carina brevius.*

† Spinae validae elongatae, simplices vel trifurcatae, nullae vel paucissimae pinnato-ramulosae. Pedicelli brevissimi bracteam bracteolasque apice gerentes.

27. G. HIRSUTA Vahl, Symb. I. 51. — Spach l. c. 263. — Ramulis novellis angulatis, sparse hirsutis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis mucronatis, spinis

2–3-plo brevioribus, margine costaque longe hirsutis, caeterum subglabris; racemis densissimis spiciformibus, rhachi mutica; calycis tubo subglabro vel sparse hirsuto, segmentis, bracteis bracteolisque hirsutissimis, superioribus e basi dilatata subulatis, tubo subtriplo longioribus, segmento infimo subdimidio brevioribus; corolla extus subtomentoso–villosa; vexillo subcordato-ovato acutiusculo, carina obtusissima subtriente breviore; leguminibus („pubescentibus, monospermis“ DC.) ♁ — Frutex 2–3-pedalis erectus ramosissimus spinosissimus. Ramuli novelli 3–6 poll. longi virgati, villis albidis hirsuti. Spinae 4–8 lin. longae erecto-patentes vel patentes, rectae v. subrectae subtetragonae strictae, arista fusca v. lutescente cartilaginea terminatae, annotinae et seniores glaberrimae, novellae juxta basin sparse hirsutae, caeterum glabrae, nonnumquam glaberrimae, ramilluli laterales breves divaricati, saepissime paullo supra basin siti. Foliola 3–4 lin. longa viridia tenuia subtrinervia, spinarum subulata. Racemi 1–2 poll. longi multiflori. Bractea oblongo- vel lineari–lanceolata, subulato–acuminata. Bracteolae spathulato- vel lanceolato–subulatae minutae, calycis tubo nunc paullo longiores, nunc subbreviores. Calyx fere 4 lin. longus, segmentum infimum profunde trifidum, laciniis e parum dilatata basi filiformi–subulatis, lateralibus media brevioribus. Carina 5–6 lin. longa oblongo–cultriformis. Alae ovato- vel oblongo–cultriformes obtusae, margine pubescentes, caeterum glabrae, vexillo ⅓–¼ breviores. Ovarium lanceolatum hirsutissimum 4–8-ovulatum. — *Genisto–Spartium Lusitanicum longioribus aculeis, spicato flore* Tournef. Herb. — *Genista tricuspidata* var. *villosa* Dsf. — Crescit in Lusitania nec non in Baetica.

28. G. LANUGINOSA Spach l. c. 264. — Ramulis novellis angulatis; foliis bracteis calycibusque dense hirsutis; foliolis ovato- vel oblongo–lanceolatis mucronatis, spinis 2–4-plo brevioribus; racemis densissimis brevibus, initio subovatis; segmentis calycinis superioribus e dilatata basi subulatis, tubo subtriplo longioribus, segmento infimo subdimidio brevioribus; corolla extus lanato–hirsuta, vexillo rhombeo- vel subcordato–ovato obtuso (nonnumquam apiculato), carina obtusa vel acutiuscula subdimidio breviori; leguminibus.....? ♁ — Frutex habitu *G. hirsutae*, spinis tamen tenuioribus et confertioribus armatus. Ramuli floriferi 1–4 poll. longi virgati, villis copiosissimis albidis hirsuti. Spinae ½–2 poll. longae erectae vel patentes, striatae subtetragonae aristatae rectae, novellae hirsutae (saltem a basi ad medium). Folia *G. hirsutae*, at multo hirsutiora. Racemi ½–1 poll. longi. Bracteae et flores, excepta hirsutie copiosiori, illis *G. hirsutae* similes. — *Genisto–Spartium Hispanicum lanuginosum longissimis et tenuissimis aculeis tridentatis munitum* Tournef. Hb. — *Scorpium Erinaceae facie luteum* etc. Tournef. — *Genista hirsuta* DC. Prodr. (ex p.) et var. *β*? — Crescit in Hispania in collibus Marbella et Estepona.

†† Spinae validae elongatae, aliae simplices, aliae trifurcatae, nullae pinnato–ramulosae. Pedicelli brevissimi bracteam ad basin, bracteolas apice gerentes.

29. G. ERIOCLADA Spach l. c. 264. — Erecta: ramulis novellis angulatis lanato–tomentosis; foliolis ovato- vel oblongo–lanceolatis mucronatis, spinis brevioribus, subtus et margine hirsutissimis, supra glabriusculis; racemis densissimis spiciformibus vel abbreviatis, rhachi mutica vel demum in ramulum excrescente; calycis tubo subglabro, segmentis (bracteisque) hirsutissimis, superioribus triangulari–lanceolatis, longitudine tubi, segmento infimo dimidio brevioribus; bracteis bracteolisque lanceolatis; corolla extus lanato–tomentosa, vexillo cordato–ovato acuminulato, carina obtusissima subtriente breviore; leguminibus ovalibus vel ovato–subrotundis lanato–tomentosis, rostro recto. ♁ — Frutex 6–15-pollicaris spinosissimus dumosus ramosissimus, cortice demum rugoso abscedente, ramis erectis vel subdivergentibus, plerumque approximatis. Ramuli floriferi graciles virgati 1–5 poll. longi, simulac caeterae partes herbaceae magis minusve lanati villis albidis. Spinae 5–12 lin. longae patentes vel recurvae aristatae striatae

4– vel 5-gonae, novellae magis minusve hirsutae. Foliola 3–6 lin. longa, tenuia viridia subtrinervia, infima ovalia vel ovata obtusa, spinarum minuta subulata. Racemi oblongi vel subovati multiflori, ½–1½ poll. longi. Bractea calyce nunc brevior, nunc sublongior. Bracteolae minutae calycis tubum subaequantes. — Crescit in Mauritania prope Oran.

30. G. ATLANTICA Spach l. c. 265. — Erecta: ramulis novellis angulatis foliisque sparse hirsutis vel glabriusculis; foliolis lineari– vel oblongo–lanceolatis mucronatis; spinis brevioribus; racemis densis spiciformibus, rhachi mutica; bracteolis bracteisque subulatis segmentisque calycinis margine pilosulis; calycis tubo subglabro, segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo vix aequilongis, segmento infimo subtriplo brevioribus; corolla extus sericea, vexillo ovato obtuso, carina obtusa vel acutiuscula subdimidio breviori; leguminibus.....? ♁ — Frutex ut videtur humilis, habitu *G. eriocladae*. Ramuli floriferi graciles virgati conferti, 1–3 poll. longi. Spinae erectae vel patentes, glabrae (vel juxta basin solum pilosae) aristatae striatae subtetragonae rectae vel subarcuatae, 3–8 lin. longae. Foliola viridia tenuia subtrinervia, 3–4 lin. longa, infima ovata vel ovalia obtusa. Racemi ½–1½ poll. longi multiflori. Bractea calyci subaequilonga. Bracteolae minutae, calycis tubo vix longiores. Calyx 3 lin. longus, tubus brevis coriaceus, in sicco stramineus, segmenta viridia herbacea, segmentum infimum ultra medium fissum, laciniis filiformi–subulatis, lateralibus media subduplo brevioribus. Vexillum cum alis in sicco croceum. Carina pallide flava cultriformi–oblonga angusta, 5 lin. longa. Alae cultriformi–ovales, vexillo subtriente breviores. — Crescit in Atlante prope Tlemcen.

31. G. OLIVIERII Spach l. c. 266. — Erecta: ramulis novellis angulatis; spinis (novellis) calycibusque lanato–tomentosis canescentibus; foliolis oblongo– vel lineari–lanceolatis mucronatis, spinis vix brevioribus, subtus et margine hirsutis, supra glabris; racemis densis brevibus spiciformibus, rhachi spinescente; bracteis lineari–subulatis; bracteolis minimis filiformibus; segmentis calycinis superioribus tubo vix longioribus triangulari–lanceolatis, segmento infimo paullo brevioribus; vexillo rhombeo–ovato truncato vel retuso, dorso juxta apicem tomentoso, carina obtusa extus tomentosa subtriente breviore; leguminibus.....? ♁ — Frutex subpedalis erectus ramosissimus spinosissimus, caulibus vetulis crassitie pennae anserinae. Ramuli floriferi graciles virgati conferti 2–4 poll. longi. Spinae rectae vel arcuatae patentes aristatae striatae subtetragonae, 3–5 lin. longae. Foliola 3–4 lin. longa tenuia, uninervia vel subtriplinervia, acuta vel acuminulata (infima ovalia vel oblonga obtusa) viridia, spinarum subulata minima. Racemi 7–15–flori, ½–1 poll. longi. Pedicelli crassi rhachisque tomentosi. Bractea calyce modo brevior, modo subaequilonga, subhirsuta. Bracteolae minutae hirsutae, calycis tubo subbreviores. Calyx 2½–3 lin. longus, tubus coriaceus, segmenta herbacea, infimum fere usque ad basin partitum, laciniis filiformi–subulatis subaequilongis. Corolla in sicco crocea. — *G. hirsuta* var. *orientalis* DC. Prodr. — Crescit in Lydia prope Tschechme.

32. G. ORIENTALIS Spach l. c. 267. — Prostrata vel diffusa: ramulis novellis angulatis; spinis (novellis) calycibusque lanato–tomentosis canescentibus; foliolis ovato– vel oblongo– vel lineari–lanceolatis mucronatis, margine subtusque sparse hirsutis, supra glabris, spinis brevioribus; racemis densis vel laxiusculis spiciformibus 5–20–floris, rhachi spinescente; bracteis lineari–subulatis, bracteolis filiformibus vel setaceis; segmentis calycinis superioribus tubo subtriplo longioribus, segmento infimo paullo brevioribus, e basi dilatata subulatis; vexillo subcordato vel rhombeo–ovato emarginato, dorso subsericeo (juxta apicem lanato), carina obtusa sericea subtriente breviori; leguminibus.....? ♁ — Frutex ramosissimus spinosissimus subpedalis, caulibus ramisve vetulis crassitie pennae anserinae. Ramuli floriferi graciles virgati conferti erecti vel ascendentes, 2–4 poll. longi. Spinae rectae vel subarcuatae, 3–9 lin. longae, patentes striatae subtetragonae aristatae. Foliola 3–5 lin. longa, uni– vel subtrinervia tenuia viridia, in–

fima oblonga vel ovalia obtusa, spinarum minuta subulata. Racemi 6–15 lin. longi; pedicellis crassis rhachique incano-tomentosis. Bracteae bracteolaeque ciliatae. Bractea calyce paullo brevior. Bracteolae calycis tubo nunc sublongiores, nunc breviores. Calyx 3–4 lin. longus, tubus brevissimus coriaceus, segmenta herbacea, infimum profunde partitum, laciniis filiformi-subulatis subaequilongis. Corolla in sicco crocea. — Crescit in Syria prope Smyrnam.

††† Spinae tenuiores vel subfiliformes, aliae pinnato-, aliae decomposito-ramulosae, paucae vel nullae simplices vel trifurcatae.

33. G. ULICINA Spach l. c. 268. — Erecta: caulibus inferne subsimplicibus confertissime spinosis; ramulis novellis angulatis hirsutis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis subciliatis, subtus adpresse pilosis, supra glabris; racemis subovatis vel oblongis densissimis vel densiusculis, ramulo excrescente coronatis; pedicellis brevibus, bracteam et bracteolas apice gerentibus; bracteis ovato- vel oblongo-lanceolatis, calyces subaequantibus ciliatis, bracteolis lanceolatis hirsutis, calyce brevioribus; calycis tubo glabro vel glabriusculo, segmentis hirsutis, superioribus triangulari-lanceolatis, longitudine tubi, segmento infimo plus dimidio brevioribus; vexillo ovali obtusissimo glabro, alis subaequilongo, carina obtusissima ad marginem inferiorem pubescente, caeterum glabra 1/6–1/5 breviori; leguminibus subrhombeo-ovalibus hirsutis. ♁ — Frutex magis minusve ramosus pluricaulis spinosissimus 1–2 pedalis, propter spinarum copiam et indolem *Ulici minori* similis. Radix ramosa descendens, nonnumquam crassitie digiti. Caules erecti vel ascendentes virgati, plerumque penna anserina tenuiores. Ramuli floriferi 3–8 poll. longi tenues virgati, villis albidis brevibus magis minusve copiosis hirsuti. Spinae 3–15 lin. longae erectae vel divergentes vel divaricatae rectae vel raro subarcuatae, aristulatae, pleraeque vel omnes pinnato- vel bipinnato-ramillulosae, ramillulis nunc spinae primariae subaequicrassis, nunc tenuiorb us et magis minusve elongatis, infimis plerumque paullo supra basin sitis, novellae filiformi-subulatae, modo glabrae, modo subhirsutae, adultiores magis minusve crassiores tetragonae, nunc striatae, nunc sublaevigatae. Foliola 3–6 lin. longa, uninervia vel obsolete trinervia tenuia viridia, infima ovalia obtusa minuta, spinarum minima subulata. Racemi 1–2 poll. longi, multiflori (ad ramulos macriores 5–7-flori, abbreviati) nunc densissimi, nunc densiusculi, vel raro laxiusculi, pedicelli crassiusculi rhachisque hirsuti. Bracteae et bracteolae acutae herbaceae. — Crescit in Numidia prope Lacalle, Stora et Bona.

34. G. TOURNEFORTII Spach l. c. 269. — Subdiffusa: ramulis floriferis angulatis; spinis (novellis), bracteis calycibusque hirsutis; spinis subfiliformi-subulatis ramosissimis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis, subtus et margine hirsutis, supra glabris vel parce pilosis; racemis densissimis ecoronatis, initio ovatis, demum oblongis, rhachi mutica, pedicellis brevibus, bracteam basi, bracteolas infra apicem gerentibus; bracteis filiformibus vel lanceolato-subulatis, calyces subaequantibus, bracteolis setaceis minimis (vel obliteratis); calycis segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis, tubo paullo longioribus, segmento infimo subtriplo brevioribus; vexillo subcordato-ovato acutiusculo, dorso juxta apicem pubescente vel glabro, carina obtusa ad marginem inferiorem subtomentosa triente vel dimidio breviore; leguminibus subrhombeo-ovatis vel ovalibus hirsutis. ♁ — Frutex debilis subpedalis, habitu *G. Hispanicae* subsimilis. Rami vetuli spinosissimi, crassitie pennae corvinae, teretes vel obsolete angulati. Ramuli floriferi erecti vel ascendentes graciles virgati, 2–8 poll. longi, ultra racemum non producti. Spinae pinnato- vel subpinnato-ramulosae aristulatae tetragonae striatae vel inter angulos estriatae, patentes vel subrecurvae, annotinae et seniores glabrae tenues rigidae, 1/2–1 1/2 poll. longae, novellae tenerrimae, foliolis tandem duplo vel ultra longiores. Foliola tenuia viridia 3–5 lin. longa, nunc mutica, nunc mucronulata, infima ovalia vel ovata obtusa, spinarum lineari- vel filiformi-subulata, 1–3 lin. longa. Racemi 1–2 poll. longi multiflori, pedicelli 1/2–1 lin. longi subfiliformes, cum rhachi hirsuti. Bractea fere 3 lin.

longa. *Genisto-Spartium minus Lusitanicum spicatum* Tournef. Hb. — *Genista Lusitanica supina* Vaill. — Crescit in Lusitania circa Bellas in Extremadura et prope Cintram.

35. G. DECIPIENS Spach l. c. 270. — Diffusa: ramulis floriferis angulatis calycibusque hirsutis; spinis demum crassiusculis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis ciliatis, caeterum glabris vel parce pilosis; racemis 5-12-floris brevibus subcapituliformibus, rhachi mutica, pedicellis brevibus, bracteam basi gerentibus, bracteolis nullis, bracteis setaceis minimis; calycis segmentis superioribus triangularibus, tubo subdimidio longioribus, segmento infimo subtriplo brevioribus; vexillo ovato obtusissimo, dorso linea media pubescente, carina obtusa ad marginem inferiorem tomentoso-villosa subtriente breviori; leguminibus subrhombeo-ovalibus vel ovatis hirsutis. ♄ — Fruticulus habitu omnino *G. Hispanicam* referens, characteribus autem imprimis *G. Tournefortii* affinis. Caules procumbentes vel diffusi, plerumque penna corvina tenuiores, in speciminibus obviis 3-5 poll. longi, demum inermes vel subinermes. Ramuli erecti vel ascendentes, novelli 2-6 poll. longi, graciles virgati. Spinae 3-12 lin. longae, patentes tetragonae substriatae aristulatae, ramillulis divaricatis, plerumque foliola vix superantibus. Foliola 3-5 lin. longa viridia tenuia uninervia submucronata, infima obovata vel ovalia obtusa, spinarum subulata 1-3 lin. longa. Racemi densissimi, pedicellis circiter dimidiam lineam longis, cum rhachi subtomentosis. Bracteae vix pedicellis longiores. — *G. Germanica* Brot. Flor. Lusit.? — Crescit in Lusitaniae monte Arabriga.

§. 4. *Ramuli floriferi simulac rami caulesque frutescentes spinosi. Folia exstipulata unifoliolata. Vexillum carinae aequilongum vel sublongius.*

36. G. HISPANICA Linn. Spec. pl. 999. — Spach l. c. 271. — Erecta vel suberecta: ramulis floriferis angulatis; spinis (novellis), foliolis calycibusque hirsutis, spinis gracilibus vel subfiliformibus, pinnato- vel decomposito-ramillulosis, demum patentibus; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis; racemis 5-12-floris densis abbreviatis subcapituliformibus, rhachi mutica, pedicellis bractea et bracteolis orbatis filiformibus, calyce brevioribus; segmentis calycinis superioribus triangularibus acutis tubo subduplo longioribus, segmento infimo (vix ad medium fisso, laciniis dentiformibus) subtriplo brevioribus; vexillo subcordato-ovato obtusissimo glabro, calyce dimidio longiore, alis subbreviore vel aquilongo; carina obtusissima, extus ad marginem inferiorem subtomentosa; ovario adpresse villoso 4-6-ovulato; leguminibus subrhombeo-ovalibus vel ovatis 1- vel 2-spermis, rostro subfiliformi cuspidatis, demum glabris. ♄ — Crescit in Hispania.

§. 5. *Ramuli floriferi simulac rami caulesque frutescentes spinosi. Folia unifoliolata stipulata vel alia exstipulata. Vexillum carina brevius.*

† Foliola nec coriacea, nec pungentia. Carina juxta marginem inferiorem pubescens. Ovarium tomentosum 6-12-ovulatum.

37. G. DURIAEI Spach l. c. 271. — Ramulis floriferis angulatis; spinis (novellis), foliolis calycibusque adpresse puberulis subcanescentibus; spinis simplicibus vel cruciatis validis divaricatis, foliolis longioribus; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis vel oblongis acutis; racemis 5-15-floris brevibus, demum laxiusculis, rhachi gracili mutica; pedicellis filiformibus, calyce brevioribus, bracteam ad basin, bracteolas apice vel infra apicem gerentibus; bracteis bracteolisque filiformi-subulatis; segmentis calycinis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo subduplo longioribus, segmento infimo subtriente brevioribus; vexillo subcordato-ovato obtuso glabro, carina obtusa subtriente breviori; leguminibus oblongis subfalcato-acuminatis hirsutis. ♄ — Frutex 1-2-pedalis erectus ramosissimus spinosissimus. Caules crassiores digitum minorem aequantes. Rami erecti vel subdivergentes stricti, demum teretes. Ramuli floriferi tenues virgati conferti, plerumque breves, rarius 3-4 poll. longi. Spinae 5-18 lin. longae divaricatae vel

reflexae, rectae vel subarcuatae aristatae angulatae vel striatae, demum rigidissimae. Foliola 3–5 lin. longa submucronata crassiuscula uninervia, infima obovata vel ovalia obtusa, spinarum lanceolata vel lanceolato-linearia minora. Racemi 6–15 lin. longi, pedicelli circiter lineam longi. Bracteae et bracteolae subsericeae. Bractea pedicellum subsuperans. Bracteolae minutae, calycis tubo breviores. — Crescit in Mauritania circa Oran, Arzew et Mostaganem.

38. G. TRICUSPIDATA Dsf. Flor. Atl. II. 138. t. 138. (mala). — Spach l. c. 272. — Ramulis floriferis angulatis spinisque (novellis) adpresse pubescentibus; spinis simplicibus vel cruciatis (paucis vel nullis pinnato-compositis) validis, plerumque divaricatis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis acutis, supra glabris, subtus adpresse pubescentibus vel incano-subsericeis; racemis elongatis multifloris virgatis densiusculis ecoronatis, rhachi mutica; pedicellis calyce duplo vel ultra brevioribus filiformibus, bracteam basi vel secus medium, bracteolas apice vel paullo demissius gerentibus; bracteis bracteolisque filiformi-subulatis; calycis tubo glabro vel adpresse piloso; segmentis villosis, superioribus triangularibus vel e basi dilatata subulatis, tubo aequilongis vel longioribus, segmento infimo subduplo brevioribus; vexillo subcordato-ovato acuto vel acuminato glabro vel dorso juxta apicem pubescente, carina obtusa vel acuminulata ⅓–½ breviori; leguminibus subrotundis vel ovato-subrotundis, juventute adpresse villosis, demum glabris, rostro recto. ♁ — Frutex 1–3-pedalis erectus ramosissimus spinosissimus. Ramuli floriferi virides vel subcanescentes graciles virgati foliosi, haud raro subpedales, interdum breves, saepissime simplices, nonnumquam subpaniculati. Spinae 4–18 lin. longae crassae angulatae virides aristatae, plerumque rectae, rarius arcuatae. Folia alia exstipulata, alia stipulis setaceis mox induratis comitata. Foliola 3–6 lin. longa mutica vel obsolete mucronulata uninervia tenuia, supra viridia, subtus nunc sparse villosa et concoloria, nunc subincano-sericea, spinarum lanceolata vel lineari-lanceolata, plerumque minima. Racemi 2–8 poll. longi (in ramulis macris ½–1-pollicares laxiores, 5–12-flori), pedicelli ½–1½ lin. longi, cum rhachi adpresse villosi vel tomentoso-hirsuti. Bracteae nunc calycis tubum subaequantes, nunc pedicellis vix vel paullo longiores. Bracteolae minutae, calycis tubo subaequilongae vel paullo longiores villosae vel sericeae. — Crescit in Mauritania in collibus circa Algeriam, Belidam, Mostaganem etc.

†† **Foliola coriacea crassa aristulata pungentia. Corolla glaberrima. Ovarium glabrum biovulatum.**

39. G. GIBRALTARICA DC. Prodr. II. 148. — Spach l. c. 274. — Glaberrima: ramulis angulatis; spinis foliis longioribus validis, plerumque divaricatis, aliis simplicibus, aliis cruciatis; foliolis linearibus vel subulatis, plerisque (vel omnibus) stipulatis; racemis laxiusculis virgatis, plerumque elongatis, rhachi spinescente; pedicellis filiformibus, bracteam ad basin bracteolasque apice gerentibus; segmentis calycinis superioribus triangularibus aristatis pungentibus, tubo sublongioribus, segmento infimo brevioribus; vexillo subcordato-ovato emarginato, carina subdimidio breviore. ♁ — Frutex ramosissimus erectus ½–1-pedalis spinosissimus, ramis erectis vel ascendentibus vel subdiffusis, demum teretibus. Ramuli floriferi virgati graciles, nunc 3–6 poll. longi, nunc breviores. Spinae 3–6 lin. longae angulatae rigidissimae, arista fusca pungente cuspidatae, nunc crassae, nunc tenuiores, rectae vel deorsum arcuatae, paucae (vel nullae) pinnato-ramulosae, novellae racemo proximae nonnumquam 1–3-florae. Folia stipulis setaceis brevibus persistentibus mox induratis pungentibus comitata. Foliola 2–6 lin. longa viridia, spinarum angustissima. Racemi 7–30-flori, 1–4 poll. longi. Pedicelli calyce breviores. Bracteae filiformi-subulatae pungentes, pedicellis paullo longiores. Bracteolae bracteis conformes et minores, calycis tubo sublongiores. — *G. tricuspidata* Slzm. Pl. exsicc. — Crescit in Baetica circa St. Roques nec non in Mauritania circa Tingidem.

§. 6. *Ramuli floriferi simulac rami caulesque frutescentes spinosi, nonnumquam variatione inermes vel subinermes. Folia omnia vel pleraque trifoliolata. Vexillum carina brevius.*

† Folia stipulata, foliola rigida aristulata pungentia. Ovarium glabrum biovulatum.

40. G. JUNIPERINA Spach l. c. 275. nec Meyen.) — Glaberrima: caulibus prostratis vel erectis; ramis ramulisque spinosis angulatis; spinis simplicibus vel cruciatis subdivaricatis rigidissimis, foliolis longioribus; foliolis subulatis linearibus oblongis vel lanceolato-linearibus acutis, subtus plerumque carinatis; racemis 5–20-floris densiusculis ecoronatis, rhachi spinescente; pedicellis filiformibus calyce brevioribus, bracteam ad basin, bracteolas apice gerentibus; segmentis calycinis superioribus e basi dilatata subulatis, tubo subduplo longioribus, segmenti infimi laciniis, bracteis et bracteolis aristulatis pungentibus; vexillo truncato retuso subcordato-ovato, carina obtusissima subdimidio breviore; stigmate subcapitato. ♁ — Caules plerumque vix crassitie pennae corvinae ramosissimi ½–1-pedales, vetuli inermes. Rami prostati diffusi ascendentes vel erecti. Ramuli floriferi 1–4 poll. longi graciles virgati magis minusve conferti foliosi. Spinae 3–6 lin. longae rectae vel deorsum arcuatae crassiusculae aristatae angulosae sulcatae, novellae virides. Stipulae setaceo-subulatae minutae. Foliola 1½–3 lin. longa saturate viridia lucida, infima ovata vel oblonga, spinarum minima subfiliformia. Racemus initio brevis et plerumque pyramidatus, demum ½–1½ poll. longus, pedicellis ½–1 lin. longis. Bracteae filiformi-subulatae pedicellis longiores, calycibus breviores. Bracteolae bracteis conformes at minores, calycis tubo sublongiores.

β. inermis vel parcissime spinosa: ramuli floriferi confertissime foliosi graciliores; racemi densiores. — Crescit in Mauritania Tingitana et in rupestribus montis Djibbel-dersa prope Tetuan.

†† Folia exstipulata, foliola mutica vel obsolete mucronulata. Ovarium 4–8-ovulatum pubescens vel hirsutum.

41. G. SCORPIOIDES Spach l. c. 276. — Erecta: ramis junioribus angulosis spinosissimis, spinis crassis divaricatis, plerisque elongatis simplicibus, deorsum arcuatis; ramulis floriferis brevissimis filiformibus subinermibus subtomentosis, demum ultra racemos excrescentibus; foliolis ovalibus vel oblongis vel linearibus crassis glabris, plerumque concavis; racemis 3–12-floris brevibus, bracteam (ovatam) supra basin, bracteolas (lineares) apice gerentibus; calyce glabro vel glabriusculo, segmentis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo sublongioribus, segmento infimo paullo brevioribus; vexillo subrotundo obtusissimo glabro, carina obtusa ad marginem inferiorem puberula subtriente breviori; ovario parce adpresseque piloso; leguminibus.....? ♁ — Rami subdivergentes glabri, crassitie pennae corvinae, cortice demum castaneo. Spinae 4–8 lin. longae aristatae angulatae cruciatae, ramillulis brevissimis. Ramuli floriferi infra spinas annotinas siti iisque vix vel paullo longiores. Folia pleraque trifoliata. Foliola 1–3 lin. longa viridia lucida, infima obtusissima, caetera modo obtusa, modo acuta, nunc mutica, nunc obsolete mucronata. Racemi nunc laxiusculi et pauciflori, nunc densiores et pluriflori. Pedicelli ½–1 lin. longi. Bractea pedicellum vix superans. Bracteolae minutae, calycis tubum subsuperantes. — *G. triacanthos* Boiss. mss. — Crescit in Baetica in montibus Sierra d'Estepona.

42. G. TRIACANTHOS Brotero, Flor. Lusit. II. 89, Phytogr. t. 54. — Spach l. c. 277. — Erecta: ramulis floriferis simplicibus vel paniculatis glabris vel glabriusculis angulosis magis minusve spinosis, ultra racemos excrescentibus; spinis tenuibus vel crassiusculis, plerisque brevibus cruciatis; foliolis linearibus vel oblongis vel lanceolato-linearibus glabris vel glabriusculis planis vel concavis crassiusculis; racemis 5–15-floris coronatis; pedicellis filiformibus, calyce brevioribus, bracteam

(subulatam) ad basin, bracteolas (subulatas) apice gerentibus; calyce glabro vel glabriusculo, segmentis superioribus tubo subduplo longioribus, e dilatata basi subulatis, segmento infimo paullo brevioribus; vexillo ovato-subrotundo obtusissimo glabro, carina obtusa ad marginem inferiorem pubescente subdimidio breviori; ovario parce adpresseque piloso; leguminibus subovatis glabrescentibus subfalcato-acuminatis. ♄ — Frutex ½–1-pedalis. Caules vetuli crassitie pennae anserinae, demum inermes. Rami erecti vel divergentes magis minusve spinosi. Ramuli floriferi 1–8 poll. longi erecti vel ascendentes. Spinae 2–6 lin. longae divaricatae vel deorsum arcuatae angulatae aristatae, aliae cruciatae, aliae simplices (plerumque parciores) paucae (vel nullae) pinnato-ramillulosae. Folia magis minusve conferta. Foliola lucida viridia, infima ovalia vel obovata obtusa, caetera plerumque obtusa, nunc mutica, nunc mucronulata. Racemi ad ramulos vegetiores demum 1–3 poll. longi, ad ramulos macriores breves pauciflori. Pedicelli ½–1½ lin. longi. Bractea pedicelli sublongior. Bracteolae minutae, calycis tubo sublongiores. Calyx 1½–2 lin. longus glaberrimus vel solum segmentorum marginibus puberulus viridis vel rufescens subcoriaceus, segmentum infimum ultra medium partitum, lacinulis filiformi-subulatis, lateralibus media paullo brevioribus. Corolla in sicco crocea.

α. Tournefortiana Spach l. c. — Ramulis floriferis foliolisque parce adpresse puberulis spinisque tenuibus; foliolis minutis, plerisque 1–2 lin. longis; racemis laxiusculis. — Crescit in Lusitania, circa Coimbram nec non in Baeticis montibus Sierra d'Estepona et in Mauritania.

β. galioides Spach l. c. — Ramulis floriferis foliolisque glaberrimis virgatis foliosissimis spinisque crassioribus; foliis non raro quinquefoliolatis, foliolis majoribus (3-4 lin. longis); racemis densioribus. — Crescit in Baetica circa Carmona et in Mauritania Tingitana prope Tetuan.

43. **G. CUPANI** Gussone, Linnaea II. 614. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 628. no. 7.) — Spach l. c. 278. — Prostrata vel suberecta: ramulis floriferis angulosis spinosis, ultra racemos excrescentibus, simplicibus; foliis calycibusque hirsutis; spinis cruciatis vel simplicibus elongatis crassiusculis; foliolis oblongis vel lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus crassiusculis; racemis laxe 4–9-floris; pedicellis filiformibus, calyce brevioribus, bracteam (lanceolato-subulatam) ad basin, bracteolas filiformi-subulatas ad apicem vel demissius gerentibus; segmentis calycinis superioribus triangularibus, tubo subbrevioribus; vexillo obtuso vel acuminulato subcordato-ovato glabro, carina obtusa margine inferiori pubescente vix triente breviori; ovario hirsuto-tomentoso; leguminibus magis minusve hirsutis subovatis subfalcato-acuminatis. ♄ — Frutex humilis ramosissimus, plerumque spinosissimus, caulibus vetulis crassitie pennae anserinae, ramis erectis vel diffusis vel divaricatis, junioribus angulosis. Ramuli floriferi erecti vel ascendentes vel divergentes, 2–4 poll. longi virgati, apice spinescentes. Spinae 5–12 lin. longae validae angulosae aristatae rectae vel deorsum subarcuatae, saepissime horizontales, aliae simplices, aliae cruciatae, ramillulis suberectis vel divergentibus, plerumque elongatis, novellae nunc hirsutae, nunc glabrae. Folia magis minusve approximata, pleraque trifoliata, spinarum unifoliolata. Foliola 2–4 lin. longa obtusa vel acuta mutica vel mucronulata crassiuscula viridia, infima obovata vel ovalia, spinarum lanceolata vel linearia minima. Racemi breves, pedicelli ½–1 lin. longi, simulac rhachis hirsuti. Bractea lanceolato-linearis mucronata minuta, pedicello paullo longior. Bracteolae minimae filiformes vel filiformi-subulatae, calycis tubo subbreviores. — *G. rigens* Prsl. Delic. Pragens. I. 34. — Crescit in Siciliae pascuis aridis montis Cozzo del Predicatore.

Subgenus II. CAMPTOLOBIUM E. Spach, Ann. sc. natur. (3. Sér.) III. 102.

Frutex spinis ramosis sterilibus perennantibus axillaribus, demum lateralibus armatus. Folia unifoliolata exstipulata, alterna, ad spinas saepe opposita subsessilia, petiolo nempe ad pulvinulum minutum reducto, foliolo subsessili non fugaci. Flores ad ramulorum novellorum apicem subracemosi pauci, pedicellis bractea minima stipatis, apice bibracteolatis, bracteolis minimis. Calyx marcescens, segmento infimo tridentato productiori. Corolla cum staminibus marcescens. Vexillum surrectum carina vix brevius, demum lateribus reflexum. Ovarium lineare multiovulatum, ovulis biserialibus. Legumen cartilagineum compressum elongatum, calyce multoties longius, etorosum subfalcatum rostrato-acuminatum polyspermum, sutura seminifera crassiori.

44. G. FALCATA Brot. Flor. Lusit. II. 89. et Phytogr. 133. t. 55. — Spach l. c. 103. — Ramulis novellis adpresse pilosis angulatis, demum spinosis; spinis plerisque cruciatis, vetulis crassis rigidis angulosis subdivaricatis; foliolis ovalibus vel oblongis vel oblongo-lanceolatis (infimis obovatis vel subrotundis) tenuibus viridibus, margine et subtus ad costam villosis; pedicellis calyce brevioribus; segmentis calycinis margine puberulis, superioribus ovatis vel subrotundis obtusissimis, tubo glabro subduplo longioribus, segmento infimo subdimidio brevioribus; petalis pistilloque glabris. ♄ — Caules vel rami vetuli glabri teretes, plerumque spinosissimi, crassitie pennae anserinae, spinis ½–1 poll. longis sulcato-angulosis glabris viridibus (demum stramineis) aristatis, paucis pinnato-ramulosis vel simplicissimis. Ramuli floriferi 1–3 poll. longi foliosi graciles simplices, floratione subinermes 1–4-flori. Foliola 2–5 lin. longa uninervia, parce venulosa, inferiora obtusa, caetera acutiuscula, plerumque obsolete apiculata. Pedicelli ½–1½ lin. longi filiformes. Bractea setacea vel filiformi-subulata, pedicello plerumque brevior. Bracteolae setaceae villosae, oculo nudo vix conspicuae. Calyx 2 lin. longus membranaceus campanulatus e viridi lutescens, segmentum infimum oblongo-liguliforme, dentibus triangularibus acutis, lateralibus medio brevioribus et angustioribus. Corolla flava. Vexillum 4–5 lin. longum ovale subretusum, ungue calyce sublongiori. Alae vexillo subaequilongae. Carina vexillo paullulum longior cultriformi-oblonga acuminulata. Legumen fere pollicem longum, 2 lin. latum glaberrimum fuscum. — *Genisto-Spartium Lusitanicum siliqua falcata* Tournef. — Crescit in Lusitaniae provinciis Extremadura et Beira.

Subgenus III. PHYLLOBOTRYS Spach, Ann. sc. nat. (3. Sér.) III. 103.

Suffrutices spinis ramosis vel simplicibus perennantibus sterilibus axillaribus, tandem lateralibus armati, ramulis floriferis annuis vel saltem basi solum frutescentibus inermibus tenuibus. Folia uni- vel trifoliolata exstipulata alterna subsessilia, petiolo scilicet ad pulvinulum minutum persistens reducto, foliola non fugacia. Flores ad ramulorum novellorum apicem racemosi, racemi solitarii, pedicellis bractea magna foliacea persistente stipatis, supra basin bibracteolatis, bracteolis minimis setaceis deciduis. Calyx marcescens, segmento infimo tridentato productiori. Corolla cum staminibus marcescens. Vexillum reflexum carina brevius, alis paullo longius, demum lateribus reflexum. Ovarium lanceolato-lineare multiovulatum, ovulis biserialibus. Stigma introrsum. Legumen cartilagineum elongatum, calyce multoties longius etorosum turgidum subteres rostrato-acuminatum rectum vel subrectum 8–12-spermum, sutura seminifera crassiori. Semina appensa lenticularia, radicula horizontali, cotyledonibus aequilonga.

† Folia omnia unifoliolata, legumen supra basin curvulum ideoque in calyce porrectum, rostello brevi subrecto.

45. G. ANGLICA L n. Spec. plant. 999. — Flor. Danic. t. 619. — Guimp. et Hayne, Dtschlnds. Hlzpflnzn. t. 121. — Spach l. c. 104. — Erecta vel suberecta glabra: spinis simplicibus vel pinnato-ramillulosis subulatis patentibus striatulis, haud

recurvis; ramulis floriferis subfiliformibus, basi foliosissimis, demum inferne ramillulos steriles edentibus; foliolis subcoriaceis mucronatis, ramulorum floriferorum inferioribus et ramulorum sterilium omnibus lanceolatis vel oblongo-lanceolatis, ramulorum floriferorum superioribus bracteisque ovalibus vel obovatis obtusis majoribus; racemis 5–15-floris laxiusculis; pedicellis filiformibus, calyci subaequilongis, bractea brevioribus; calycis segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo subduplo longioribus, segmento infimo late liguliformi paullo brevioribus; corolla glaberrima, vexillo ovali vel subrhombeo-ovali subapiculato, carina obtusa vel acuminulata paullo breviori; leguminibus ovali- vel subclavato-oblongis laevigatis; seminibus nigris lucidis. ♁ — *G. minor* Lam. — Crescit in Anglia, Germania et in Gallia.

†† **Folia ramulorum floriferorum unifoliolata, folia ramealia et ramorum sterilium trifoliolata. Legumen rectum vel subrectum, rostello conspicue inflexo vel subcircinnato longiusculo.**

46. G. ANCISTROCARPA Spach l. c. 105. — Erecta: spinis simplicibus vel pinnato-ramillulosis crassiusculis subpatentibus; ramulis novellis angulosis adpresse puberulis, floriferis subfiliformibus simplicibus; foliolis coriaceis ternatis linearibus vel lanceolato-linearibus acutis mucronatis glabris, rigidioribus solitariis bracteisque ovalibus vel ovatis acuminulatis submuticis, subtus et margine puberulis; racemis 4–11-floris laxiusculis; pedicellis filiformibus calyci subaequilongis, bractea brevioribus; calycis segmentis superioribus ovatis vel subtriangularibus acutiusculis, tubo paullo longioribus, segmento infimo subtriente brevioribus; corolla glaberrima, vexillo subrhombeo-ovato acuto, carina acuminulata subtriente breviori; leguminibus oblongis laevigatis. ♁ — Frutex ramosissimus 1½–2-pedalis vel forsan elatior, magis minusve spinosus. Caules vel rami vetuli crassitie pennae cygneae stricti, cortice castaneo vel griseo, rami recentiores erecti vel divergentes, nunc virgati, nunc subpaniculati. Ramuli annotini virgati, ramulis floriferis saepissime copiosis axillaribus instructi, foliolis praeteriti anni floratione adhuc ornati. Spinae 3–15 lin. longae subulatae aristatae, nunc rectae, nunc deorsum subarcuatae, modo subteretes, modo angulatae. Ramuli floriferi 1–2 poll. longi, ad basin confertissime foliosi. Foliola viridia coriacea ternata, 2–4 lin. longa, approximata, solitaria 1–2 lin. longa, inferiora obovata obtusa confertissima, plerumque retrorsum imbricata, superiora ovalia vel oblonga acuminata. Racemi vix pollicem longi vel plerumque breviores. Pedicelli 1–1½ lin. longi. Bracteae ovales vel ovatae acuminulatae, ramulorum floriferorum foliis subsimiles et majores, pedicellis subduplo longiores, calyces subaequantes. Calyx circiter sesquilineam longus submembranaceus, e viridi lutescens campanulatus, segmentorum marginibus puberulus, caeterum glaber, segmentum infimum late liguliforme, dentibus triangularibus acutiusculis subaequalibus. Corolla in sicco flava. Carina 5 lin. longa, vix lineam lata, cultriformi-oblonga. Alae cultriformi-oblongae obtusae exauriculatae, carina dimidio angustiores et subduplo breviores, vexillo paullo breviores. Pistillum glabrum. Legumen (perfecte maturum non visum) 8–9 lin. longum fuscum. — Crescit in Lusitaniae transtaganae ericetis.

Subgenus IV. STENOCARPUS Spach Ann. sc. nat. (3. Sér.) III. 106.

Calyx persistens vel circumscisse deciduus. Corolla marcescens vel decidua. Ovula uniserialia. Legumen lineare vel oblongum vel sublanceolatum rectum, interdum subfalcatum, elongatum acuminulatum compressum torosum polyspermum vel abortu oligospermum, suturis subaequicrassis. Semina ecarunculata appensa, radicula horizontali.

Sectio I. SCORPIOIDES Spach l. c. 106.

Frutices spinis axillaribus (aphyllis vel novellis parce foliatis) frutescentibus aristatis sterilibus vel anno postero ramillulos floriferos edentibus armati: rami ramillulique alterni, plerique vel omnes apice spinescentes; folia aculeolis stipularibus subulatis comitata 1–3-foliolata alterna, pulvinulo minimo, foliolis haud fu-

gacibus; flores racemosi vel subfasciculati vel solitarii, ad ramillulos abbreviatos filiformes vel ad ramulos graciles simplices terminales; pedicelli bractea herbacea vel foliolo stipati, apice vel paullo demissius bibracteolati, bracteolis mox deciduis; calyx mox supra basin circumscissus, cum corolla deciduus; carina cum alis deflexa; stigma introrsum.

§. 1. *Folia alia trifoliolata, alia ramulorum floriferorum saepe omnia unifoliolata.*

† Spinae validissimae, pleraeque elongatae simplicissimae, annotinae ramulos floriferos edentes.

47. G. (SPARTIUM Desf. Flor. Atlant. II. 136. t. 182.) FEROX Poir. Encycl. méth. Suppl. II. 708. — Spach l. c. 106. — Spinis erectis vel divergentibus rectis ramisque striatis; foliolis lanceolato- vel spathulato-oblongis (infimis obovatis) mucronatis, supra glabriusculis, subtus (ramulisque novellis sericeis; stipulis minimis; racemis 5–15-floris densis foliatis; pedicellis calycis tubo subaequilongis; bracteolis ovato- vel oblongo-lanceolatis minimis; calycis subsericei segmentis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo subaequilongis, segmento infimo subcuneiformi trifido (lacinulis subulatis subaequalibus) paullo brevioribus; corolla glabra, vexillo obtuso vel acuminato ovali, carina subbreviori, alis aequilongo; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis (haud raro subarcuatis incano-sericeis 5–12-spermis; seminibus flavis vel spadiceis. ♁ — *Spartium heterophyllum* l'Herit. Stirp. 183. t. 87. — Crescit in humidis prope La Calle et Bona nec non in Mauritania circa Algeriam.

†† Spinae tenues subulatae, omnes steriles. Ramuli floriferi infra spinas annotinas ex axillis foliorum jam delapsorum orti.

48. G. MORISII Colla, Herb. Pedem. II. 65. — Moris, Flor. Sardoa 104. t. 32. (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 628. no. 9.) — Spach l. c. 107. — Spinis suberectis vel divaricatis rectis vel arcuatis simplicibus ramisque angulatis; foliolis lanceolato-linearibus vel lanceolato-oblongis mucronatis ramulisque novellis villosis; stipulis longiusculis; racemis 5–10-floris foliatis, demum elongatis sublaxis; pedicellis calyce sublongioribus; bracteolis subulatis minutis; calyce hirsuto vel pilosulo; segmentis superioribus triangulari-lanceolatis acutis, tubo subaequilongis, segmento infimo cuneiformi trifido (lacinulis lineari-subulatis subaequalibus) paullo brevioribus; corolla glabra, vexillo subrhombeo-ovato obtuso, alis aequilongo, carina paullo breviori; leguminibus linearibus vel sublanceolatis (raro subarcuatis) angustis 2–7-spermis, juventute hirsutis, demum glabris; seminibus nigris vel fuscis. ♁ — *G. microphylla* Moris, Stirp. Sard. elench. 13. (nec Cav.) — Crescit in Sardinia.

§. 2. *Folia omnia unifoliolata.*

† Spinae foliiferae, annotinae ramulos floriferos edentes.

49. G. (SPARTIUM Linn. Spec. plant. 995.) SCORPIUS DC. Flor. Franc. IV. 498. — Spach l. c. 108. — Spinis simplicibus vel ramulosis vel cruciatis striatis vel angulatis validis, plerumque divaricatis, novellis ramulisque adpresse puberulis; foliolis supra glabris, subtus marginibusque adpresse pilosis vel sericeis, floralibus subrotundis vel obovatis, saepissime muticis retusis, caeteris spathulato- vel lanceolato-oblongis vel spathulatis vel lanceolatis aristulatis vel muticis; stipulis brevibus; floribus fasciculatis (variatione geminis vel solitariis); pedicellis calyci subaequilongis vel longioribus; bracteolis ovatis vel ovato-lanceolatis minimis; calyce adpresse puberulo, segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo aequilongis vel paullo brevioribus, segmento infimo subcuneiformi trifido (lacinulis triangularibus vel triangulari-lanceolatis aequalibus) aequilongis vel subbrevioribus; corolla glabra, vexillo ovali vel subrotundo emarginato, alis et carina sublongiori; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis (raro subarcuatis) 2–6-

spermis glaberrimis; seminibus.....? ♁ — *G. spiniflora* Lam. Dict. II. 621. — Crescit in Europa australi et in Africa boreali.

†† Spinae aphyllae omnes steriles. Ramuli floriferi brevissimi filiformes, infra spinas annotinas ex axillis foliorum jam delapsorum orti.

50. C. CORSICA DC. Flor. Franc. Suppl. 548. — Moris, Flor. Sard. 403. t. 31. — Spach l. c. — Spinis simplicibus vel furcatis vel iterum dichotomis brevibus validis divaricatis ramisque teretibus vel angulatis; foliolis glabris vel puberulis spathulato- vel lanceolato- vel lineari-oblongis vel lanceolato-linearibus (infimis et floralibus obovatis vel spathulato-obovatis vel subrotundis) acutis vel obtusis; stipulis minimis; floribus solitariis vel geminis; pedicellis calyce sublongioribus; bracteolis minimis subulatis; calycis glabri segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo aequilongis, segmento infimo cuneiformi trifido (lacinulis subulatis aequalibus) paullo brevioribus; corolla glabra, vexillo obcordato-subrotundo, alis et carina paullo longiori; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis (raro subarcuatis) 3–8-spermis glaberrimis; seminibus fuscis. ♁ — *Spartium Corsicum* Lois. Flor. Gallic. 440. — Crescit in Corsica et Sardinia.

51. G. LUCIDA Cambess. Mém. Mus. XIV. 231. t. 14. — Spach l. c. 109. — Spinis simplicibus vel trifurcatis elongatis crassis subdivaricatis ramisque sulcato-angulatis; foliolis coriaceis glabris, ramillularibus ovalibus vel oblongis obtusis, caeteris.....?; stipulis minimis; racemis 5–10-floris brevibus densis aphyllis; pedicellis brevibus; bracteis bracteolisque subulatis minutis; calycis subsericei segmentis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo subduplo longioribus, segmento infimo cuneiformi trifido (lacinulis lineari-subulatis subaequalibus) aequilongis; vexillo obtuso vel acutiusculo rhombeo-ovato, dorso sericeo, alis sublongiori, carina (margine inferiori et apice sericea) ⅓ breviori; ovario sericeo-tomentoso 6–8-ovulato; leguminibus.....? ♁ — Crescit in collibus lapidosis insulae Majorcae.

Sectio II. ERINACOIDES Spach l. c. 109.

Frutices vel fruticuli: ramis ramulisque spinescentibus in aristam cartilagineam desinentibus rigidis alternis teretibus striatis, quasi tuberculosis, foliorum pulvinulis incrassatis. Folia sessilia exstipulata vel stipulis minutis dentiformibus comitata uni- vel trifoliolata, ad ramulos novellos alterna, ad annotinos in pulvinulorum axillis fasciculata, foliola mox decidua. Flores laterales in ramulis annotinis subfasciculati 2–4 vel interdum solitarii, pedicelli longiusculi basi ebracteati, superne tribracteolati, bracteolis persistentibus, 2 superioribus suboppositis, tertia inferiori, vel nudi. Calyx persistens. Petala marcescentia subaequilonga, carina alisque porrectis vel demum deflexis.

§. 1. *Carinae et alae inflexae, demum vexillo admotae.*

† Frutex 1–3-pedalis. Folia ramulorum novellorum uni- vel trifoliolata, annotinorum omnia unifoliolata, pulvinula minuta. Calycis segmentum infimum tridenticulatum vel breviter trifidum liguliforme.

52. G. (SPARTIUM Dsf. Flor. Atlant. II. 136.) ASPALATHOIDES Poir. Voyage II. 209. — DC. Prodr. II. 147. — Spach. l. c. 110. — Ramulis divergentibus vel subdivaricatis, saepe arcuatis, novellis sericeis; foliolis subargenteo-sericeis, floralibus obovatis vel oblongis vel ovalibus obtusis, ramulorum novellorum lanceolato-oblongis vel lanceolatis vel lanceolato-linearibus acutis; pedicellis subfasciculatis (2–5) bracteolatis, calyci subaequilongis; calycis sericei segmentis subaequilongis, tubo subduplo longioribus, superioribus triangulari- vel oblongo-lanceolatis acutis; vexillo ovato vel ovato-subrotundo emarginato, dorso (carinaque) sericeo, alis glabris; stigmate hippocrepidoideo; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis incano-sericeis 3–6-spermis; seminibus flavescentibus et spadiceis compressis. ♁ — Frutex erectus ramosissimus. Rami vetuli flavescentes vel fusci.

Ramuli magis minusve conferti graciles, plerumque paniculati, modo recti, modo arcuati, annotini et seniores glabri virides, arista pungente brevi fusca recta. Foliola coriacea, breviter petiolulata, saepissime complicata, ramulorum novellorum 3–9 lin. longa, floralia 1–3 lin. longa, pulvinula apice rotundata vel truncata. Pedicelli 1½–3 lin. longi filiformes suberecti, plerumque terni, raro solitarii vel quini. Bracteolae minimae subulatae. Calyx 2–3 lin. longus lutescens obconico-campanulatus, segmenti infimi dentibus conniventibus triangulari-lanceolatis vel sublinearibus acutis, plerumque subaequalibus. Corolla pallide lutea. Vexillum 4–5 lin. longum. Carina cultriformi-oblonga obtusissima subrecta, vexillo aequilonga vel paullulum brevior. Alae oblongo- vel lineari-cultriformes obtusae, carina angustiores et paullulum breviores. Ovarium 4–5-ovulatum sericeo-tomentosum. Stigma ad styli apicem utrinque subaequaliter declive. Legumen 6–9 lin. longum, circiter 2 lin. latum, acutum rectum vel nonnumquam subarcuatum. Semina subrotunda, vix lineam lata. — Crescit in Numidiae collibus prope La Calle.

†† Fruticulus caespitosus 4–8-pollicaris vel raro subpedalis. Folia omnia unifoliolata, pulvinula crassa conspicua copiosa. Calycis segmentum infimum cuneiforme trifidum.

53. G. LOBELII DC. Flor. Franç. IV. 499. † — Spach. l. c. 111. — Ramulis erectis vel subdivergentibus rectis confertissimis, novellis sericeis; foliolis argenteo-sericeis, floralibus ovalibus vel obovatis obtusis, ramulorum novellorum lanceolatis vel lanceolato-linearibus acutis; pedicellis calyci aequilongis vel longioribus ebracteolatis vel minutissime bracteolatis subsolitariis; calycis sericei segmentis inter se et tubo subaequilongis, superioribus triangularibus acutis; vexillo ovali vel ovato retuso, dorso (carinaque) sericeo; stigmate introrso; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis incano-sericeis 2–4-spermis; seminibus.....? ♁ — Fruticulus erectus vel subdiffusus ramosissimus, habitu *Erinaceae*. Rami vetuli stricti vel tortuosi, crassitie pennae anserinae, cortice demum castaneo vel flavescente laevigato. Ramuli graciles stricti, conspicue tuberculosi confertissimi, plerumque breves, annotini virides glabri, seniores flavescentes vel straminei, demum emarcidi. Foliorum pulvinula ovata vel subrotunda tricostata, apice nunc truncato vel rotundato, nunc propter stipulas haud obliteratas bidentato-emarginato. Foliola subcoriacea, saepissime complicata, floralia 1–2 lin. longa, ramulorum novellorum 1–2 lin. longa. Pedicelli solitarii vel raro gemini erecti vel ascendentes sericei filiformes, 1½–3 lin. longi. Bracteolae subulatae minimae (nonnumquam omnino obsoletae). Calyx 1½–2½ lin. longus obconico- vel turbinato-campanulatus, extus subargenteo-sericeus, segmentum infimum superioribus segmentis aequilongum vel paullo productius, lacinulis triangularibus vel triangulari-lanceolatis acutis subaequalibus. Corolla flava. — *Spartium crinaceoides* Loisel. Flor. Gallic. 441. — *Genista aspalathoides β. Lobelii* Boiss. — *G. aspalathoides β. confertior* Moris, Flor. Sardoa I. 405. t. 30. (mala). — Crescit in Galloprovincia, in Sardinia, Corsica, Etruria et Baetica.

β. Salzmanni Spach. l. c. 112. — Ramulis gracilioribus laxiusculis non raro subarcuatis; foliolis supra glabris vel glabriusculis; pedicellis calyce plerumque brevioribus; vexillo dorso sparse adpresseque puberulo. — *Genista Salzmanni* DC. Prodr. II. 499. — *G. umbellata* Loisel. (nec Poir.) — *G. aspalathoides* Moris, Flor. Sardoa I. 405. t. 29. — Crescit in Sardinia et in Corsica.

§. 2. *Carina cum alis deflexa, genitalia nudans.*

54. G. BAETICA Spach l. c. 113. — Ramulis strictis vel subarcuatis erectis, novellis subsericeis; foliis unifoliolatis, foliolis sericeis, floralibus ovalibus vel obovatis obtusis, ramulorum novellorum lanceolato- vel lineari-oblongis acutis; pedicellis solitariis vel geminis ebracteolatis, calyce brevioribus; calycis sericei segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo subbrevioribus, segmento infimo cuneiformi trifido subaequilongis; vexillo ovali retuso, dorso (carinaque) sericeo-

tomentoso; stigmate introrso; leguminibus.....? ♁ — Frutex pedalis vel forsan altior erectus, habitu *G. Lobelii* laxiori. Rami vetuli cortice castaneo laevigato instructi, recentiores flavescentes striati. Ramuli graciles 2–4 poll. longi, annotini virides glabri, seniores flavescentes. Foliorum delapsorum pulvinula crassa tricostata emarginato-bidentata subovata. Foliola subcoriacea, saepissime complicata, floralia plerumque vix lineam longa, caetera 1–3 lin. longa. Pedicelli erecti vel ascendentes filiformes pubescentes, circiter lineam longi. Calyx 3 lin. longus flavescens, segmenti infimi lacinulae lineari- vel triangulari-lanceolatae acutae subaequales. Corolla flava. Vexillum 6–6½ lin. longum. Carina vexillo aequilonga vel paullulum brevior cultriformi-oblonga obtusa subrecta, sesquilineam lata. Alae carina paullo breviores istaque angustiores glabrae lineari-cultriformes obtusae. Ovarium 6–8-ovulatum sericeo-tomentosum. — *G. aspalathoides* Boiss. Voyage p. 141. (excl. syn. et var. *β.*) — Crescit in montibus Bacticis Sierra Nevada.

Sectio III. SPARTIOIDES Spach l. c. 113.

Frutices vel fruticuli inermes: ramis ramulisque alternis muticis subteretibus striatis, foliorum pulvinulis incrassatis quasi tuberculosis. Folia stipulis minutis dentiformibus nonnumquam obsoletis comitata sessilia unifoliolata alterna, vel alia (in ramulis novellis) alterna, alia (in ramulis annotinis) fasciculata, foliola non fugacia, pulvinulo tricostato. Flores aut ad ramulos annotinos laterales, gemini, terni vel solitarii, aut ad ramulos novellos terminales, capitati, fasciculati vel racemosi, pedicelli basi ebracteati vel bractea minuta stipati, superne bibracteolati, bracteolis persistentibus. Calyx persistens. Petala marcescentia. Vexillum carinae aequilongum vel ea paullo longius. Carina et alae porrectae inflexae, demum vexillo admotae.

§. 1. *Flores in ramulis annotinis laterales e gemmis solitariis axillaribus. Pedicelli foliolo stipati. Stigma introrsum vel utrinque subaequaliter declive.*

† Frutices erecti elatiores ephedroidei ramosissimi, ramis ramulisque gracilibus virgatis strictis, foliolis parvulis.

55. G. RAMOSISSIMA Poir. Encycl. méth. Suppl. II. 715. — Spach. l. c. 114. — Foliolis subtus (ramulis novellis calycibusque) villoso-tomentosis, supra glabris vel glabriusculis, floralibus obovatis vel ovalibus vel oblongis obtusis, ramulorum lanceolatis vel lanceolato-oblongis acutis; floribus subgeminis subsessilibus; calycis segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis acuminatis, tubo paullo longioribus, segmento infimo liguliformi tridentato paullo brevioribus; vexillo ovali emarginato, dorso pubescente, carina villoso-tomentosa, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus.....? ♁ — Frutex 2–3-pedalis. Rami vetuli cortice laevigato castaneo instructi, recentiores striati flavescentes. Ramuli ½–1-pedales, annotini aphylli glabri virides, seniores flavescentes. Foliola plana vel complicata annua subcoriacea, floralia fasciculata 1–2 lin. longa, ramulorum novellorum 3–4 lin. longa. Stipulae plerumque obsoletae. Pulvinula ovata vel obovata crassiuscula, apice truncata vel rotundata vel retusa. Flores copiosissimi, e quavis gemma gemini vel nonnumquam solitarii, raro terni, ad ramulos annotinos racemos laxiusculos vel densiores efficientes. Pedicelli circiter lineam longi erecti subfiliformes villoso-tomentosi, secus medium vel paullo altius bracteolati. Bracteolae minimae setaceae villosae. Calyx 2½–3 lin. longus turbinato-campanulatus, extus incanus, segmenti infimi denticuli subaequales subulati. Corolla lutea. Vexillum 6–7 lin. longum. Carina cultriformi-oblonga obtusa subrecta, vexillo paullulum brevior. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina paullulum breviores et plerumque angustiores. Ovarium lanato-tomentosum 4–6-ovulatum. — *Spartium ramosissimum* Dsf. Flor. Atlant. II. 132. t. 177. — Crescit in Atlante prope Tlemsen.

56. G. CINEREA DC. Flor. Franç. IV. 494. — Spach l. c. 115. — Foliolis subtus (ramulis novellis calycibusque) argenteo- vel incano-sericeis, supra glabriusculis, floralibus obovatis vel ovalibus obtusis, ramulorum novellorum lanceolatis vel lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus acutis; pedicellis subgeminis, calyce dimidio vel duplo brevioribus; calycis segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis acutis, tubo aequilongis vel sublongioribus, segmento infimo subcuneiformi tridentato subtriente brevioribus; vexillo subrotundo emarginato glabro vel dorso sparse puberulo, carina sericea, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis, argenteo-sericeis 2-4-spermis; seminibus spadiceis vel fuscis. ♄ — Frutex 1-3-pedalis. Ramuli annotini ½-1-pedales glauco-virides floribundi, seniores flavescentes nudi. Foliola plana vel complicata subcoriacea annua, 1-3 lin. longa. Pulvinula ovata obtusa v. truncata vel retusa, magis minusve prominula. Flores e quavis gemma 1-3. Pedicelli erecti vel ascendentes filiformes, 1-2 lin. longi sericei, medio vel supra medium bracteolati. Bracteolae subulatae vel setaceae minutae pubescentes. Calyx 2-3 lin. longus subargenteus obconico- vel turbinato-campanulatus, segmenti infimi dentes triangulari- vel lineari-lanceolati acuti subaequales. Vexillum 5-6 lin. longum, plerumque ad dorsi lineam mediam solum pubescens. Carina cultriformi-oblonga obtusa subrecta, vexillo vix brevior. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina paullulum breviores et angustiores. Ovarium sericeo-tomentosum 4-6-ovulatum. Legumen 6-8 lin. longum, 2 lin. latum, acuminulatum. Semina subrotunda circiter lineam lata. — *Spartium cinereum* Villars, Prosp. 60. — *Genista scoparia* Vill. Fl. Dauphin. III. 420. excl. syn.) — *G. florida* Asso (non DC.) — *G. ramosissima* Boiss. Voyage p. 142. (non Poir.) — Crescit in montibus Galliae australis, Hispaniae, Italiae superioris, Dalmatiae et Majorcae.

57. G. OBTUSIRAMEA Gay mss. ex Spach l. c. 116. — Foliolis ramulisque novellis argenteo-sericeis, demum calvescentibus, floralibus obovatis vel ovalibus vel oblongis obtusis, ramulorum novellorum lanceolatis vel lanceolato-oblongis acutis; pedicellis calyce brevioribus subsolitariis; calycis puberuli segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis acutis, tubo sublongioribus, segmento infimo subcuneiformi tridentato vix brevioribus; vexillo emarginato ovali, dorso sericeo, carina extus sericeo-tomentosa, alis glabris; stigmate hippocrepidoideo; leguminibus oblongis lanato-tomentosis 2-4-spermis; seminibus nigris. ♁ — Crescit in Asturiae summis jugis montium altissimorum.

†† Fruticuli decumbentes vel prostrati, caulibus ramisque magis minusve tortuosis.

58. G. ALBIDA M. Bieberst. Flor. Taur. Caucas. II. 149. — Spach l. c. 117. — Ramulis novellis, foliolis (saltem subtus), pedicellis calycibusque villoso-tomentosis albidis; foliolis ramulorum novellorum lanceolatis vel oblongis acutis, floralium obovatis vel ovalibus vel spathulatis obtusis; pedicellis calyce brevioribus; calycinis segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo aequilongis, segmento infimo cuneiformi trifido paullo brevioribus; petalis breviter unguiculatis, vexillo (ovali retuso) carinaque extus sericeo-tomentosis, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus 3-6-pollicaris, caulibus ramisque prostratis vel decumbentibus. Ramuli ascendentes vel diffusi, graciles tuberculosi, annotini virides glabri, seniores flavescentes. Foliola 1-3 lin. longa annua subcoriacea, saepissime complicata, supra nunc glabriuscula, nunc pariter ac subtus tomentosa. Pedicelli erecti vel ascendentes solitarii vel gemini crassiusculi, 1-2 lin. longi. Bracteolae minimae hirsutae. Calyx 2-2½ lin. longus obconico-campanulatus, segmenti infimi lacinulae subulatae vel lineari-lanceolatae, subaequales. Corolla flava. Vexillum 4-5 lin. longum. Carina vexillo modo aequilonga, modo paullulum brevior, circiter lineam lata, cultriformi-oblonga obtusa. Alae carinae subaequilongae (nunc paullulum breviores, nunc sublongiores) et subdimidio angustiores, cultriformi-oblongae obtusae, margine juxta basin pubescentes, caeterum glabrae. Ovarium sericeo-tomentosum 5-6-ovulatum. Stigma minutum. —

Genista pilosa Pallas. — *Cytiso-Genista Armenia minima* Tournef. — Crescit in saxosis Tauriae, Bessarabiae et in Armenia.

59. G. ARMENIACA Spach l. c. 118. — Ramulis novellis, foliolis (saltem subtus), pedicellis calycibusque subargenteo-sericeis; foliolis ramulorum novellorum lanceolatis vel oblongis acutis, floralibus obovatis vel ovalibus vel spathulatis obtusis; pedicellis calyce brevioribus; calycinis segmentis superioribus triangularibus acutis, tubo aequilongis, segmento infimo subcuneiformi tridenticulato paullo brevioribus; petalis breviter unguiculatis, vexillo (ovali retuso) carinaque extus sericeis, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus habitu *G. pilosae*, caulibus ramisque prostratis vel decumbentibus. Ramuli ascendentes vel diffusi graciles conferti 3–5-pollicares tuberculosi, annotini virides glabri, seniores flavescentes. Foliola 1–3 lin. longa subcoriacea annua, saepissime complicata, juvenilia utrinque sericea, adultiora supra glabra vel sparse puberula. Pedicelli solitarii vel gemini, 1–2 lin. longi, bracteolis minimis setaceis. Calyx 2 lin. longus obconico-campanulatus, segmenti infimi denticuli subulati subaequales. Corolla flava. Vexillum 4–5 lin. longum. Carina vexillo aequilonga vel subbrevior cultriformi-oblonga obtusa. Alae carina angustiores eique aequilongae vel sublongiores cultriformi-lineares obtusae, juxta basin margine pubescentes, caeterum glabrae. Ovarium lanceolato-lineare sericeo-tomentosum 4–6-ovulatum. Stigma minutum. — *Cytiso-Genista Armeniaca minima* Tournef. Hb. — Crescit in Armenia.

60. G. GODETII Spach l. c. 118. — Foliolis supra incano-puberulis, subtus (ramulisque novellis) argenteo-sericeis, ramulorum novellorum lanceolatis vel lanceolato-oblongis acutis, floralibus ovalibus vel obovatis vel spathulatis obtusis; pedicellis calyce brevioribus; calycis villoso-tomentosi segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis acutis, tubo sublongioribus, segmento infimo subcuneiformi trifido paullo brevioribus; petalis longius unguiculatis, vexillo (ovali obtuso) carinaque extus sericeis, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus habitu *G. pilosae*. Foliola 4 lin. longa annua subcoriacea complicata. Flores illis *G. albidae* et *Armeniacae* majores solitarii vel gemini. Pedicelli sericeo-tomentosi 1–1½ lin. longi. Calyx 3–3½ lin. longus obconico-campanulatus canescens, segmenti infimi lacinulae subulatae subaequales. Petalorum ungues calyce paullo breviores. Vexillum 6 lin. longum. Carina vexillo nunc aequilonga, nunc paullo brevior cultriformi-oblonga obtusa. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina angustiores. — Crescit in Tauria.

61. G. MONTBRETII Spach l. c. 119. — Foliolis juvenilibus (ramulisque novellis) argenteo-sericeis, demum supra glabrescentibus, subtus adpresse pilosis, ramulorum novellorum oblongis vel lanceolato-oblongis acutis, floralibus ovalibus vel obovatis vel spathulatis obtusis; pedicellis calyce brevioribus; calycis villoso-tomentosi segmentis superioribus triangularibus vel subovatis acuminatis, tubo subaequilongis, segmento infimo subcuneiformi tridentato paullo brevioribus; petalis breviter unguiculatis, vexillo ovali emarginato carinaque sericeo-tomentosis, alis glabris; stigmate introrso; leguminibus lanato-tomentosis oblongis. ♁ — Fruticulus 3–6-pollicaris prostratus vel diffusus. Caules et rami vetuli tortuosi, crassitie digiti, cortice rugoso. Ramuli graciles virgati. Foliola 1–4 lin. longa subcoriacea annua, pleraque plana. Flores solitarii, gemini vel terni lutei. Pedicelli erecti vel ascendentes crassiusculi 1–2 lin. longi. Bracteolae subulatae minimae. Calyx 2 lin. longus obconico-campanulatus, segmenti infimi denticuli subulati subaequales. Vexillum 6 lin. longum. Carina 5 lin. longa, vix ultra lineam lata, cultriformi-oblonga obtusa. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carinae aequilongae et subaequilatae, juxta basin ciliolatae, caeterum glabrae. Ovarium lanato-tomentosum 4–6-ovulatum, stigma minutum. Legumen (immaturum) rectum vel subfalcatum acuminatum, fere pollicem longum, 2 lin. latum. — Crescit in Tauro orientali.

§. 2. *Flores ad ramulorum novellorum apicem fasciculati vel subcapitati, accedentibus interdum paucis axillaribus, subsessiles; pedicelli foliolis involucrum constituentibus stipati. Stigma introrsum. Fruticuli humiles.*

62. G. INVOLUCRATA Spach l. c. 120. — Erecta vel suberecta: ramulis novellis, foliolis, pedicellis calycibusque hirsuto-tomentosis canescentibus; foliolis ovalibus vel oblongis, inferioribus obtusis, caeteris plerisque acuminulatis: segmentis calycinis superioribus triangularibus acutis, tubo aequilongis, segmento infimo cuneiformi trifido paullo brevioribus; vexillo ovali emarginato carinaque extus sericeis, alis glabris; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus subsemipedalis, caulibus ramisque vetulis tortuosis, nonnumquam crassitie digiti minoris, cortice rugoso. Ramuli graciles virgati conferti, annotini glabri flavescentes aphylli, novelli simplices foliosi tenues 4–8-flori, erecti vel ascendentes. Foliola 3-6 lin. longa plana annua, uninervia subavenia subcoriacea, internodiis plerumque subaequilonga, floralia caeteris vix minora, floribus breviora. Pedicelli ½–1 lin. longi crassiusculi. Flores subcapitati. Bracteolae minutae subulatae hirsutae, medio pedicello vel paullo altius insertae. Calyx 2 lin. longus obconico-campanulatus, segmenti infimi lacinulae subulatae subaequales. Corolla lutea. Vexillum 4–4½ lin. longum. Carina vexillo subaequilonga, lineam lata, cultriformi-oblonga obtusa. Alae cultriformi-lineares obtusae, carinae subaequilongae et ista subduplo angustiores. Ovarium 4–5-ovulatum sericeo-tomentosum. Stigma minutum. — Crescit in Cappadocia.

63. G. SERICEA Wulff. in Jcq. Collect. II. 167. — Jcq. Ic. plant. rar. III. t. 141. — Spach l. c. — Caulibus decumbentibus; ramis ramulisque erectis; foliolis supra glabris, subtus argenteo-sericeis (tandem lucidis, sparse strigulosis), infimis ovalibus vel obovatis obtusis, caeteris oblongis vel lanceolatis acutis; ramulis 1–5-floris; calycis villoso-tomentosi segmentis superioribus ovato- vel triangulari-lanceolatis acutis, tubo subduplo longioribus, segmento infimo liguliformi trifido paullo brevioribus; vexillo (subrotundo emarginato) carinaque extus sericeis, alis glabris; leguminibus villoso-tomentosis. ♁ — Fruticulus caespitosus. Caules vetuli ½–1-pedales, raro crassitie pennae anserinae, cortice laevigato castaneo. Ramuli graciles virgati, annotini et seniores glabri aphylli, novelli foliosi simplices subfiliformes sericei. Foliola 3–9 lin. longa plana, plerumque triplinervia, supra laete viridia, floralia calyce sublongiora. Pedicelli filiformes, vix ultra lineam longi. Calyx 2½–4 lin. longus turbinato-campanulatus, segmenti infimi lacinulae subulatae acutae subaequilongae. Corolla flava. Vexillum 5–6 lin. longum. Carina vexillo paullulum brevior cultriformi-oblonga obtusa, circiter 2 lin. lata. Alae vexillo subaequilongae, carina paullulum longiores et subdimidio angustiores cultriformi-oblongae obtusae. Ovarium 6–8-ovulatum sericeo-tomentosum. Stigma minutum. Legumen circiter 6 lin. longum et 2 lin. latum, rectum oblongum acutum 4–6-spermum. — In Austriae et Croatiae subalpinis.

§. 3. *Flores ad ramulorum novellorum apicem racemosi, pedicelli sparsi, bractea minuta subulata stipati. Stigma extrorsum. Frutices elatiores.*

64. G. POLYGALAEFOLIA DC. Prodr. II. 151. — Spach l. c. 121. — Foliolis spathulato-oblongis, supra glabris, subtus subsericeis, inferioribus obtusis muticis, caeteris acutis vel acuminulatis mucronatis; racemis subsecundis multifloris laxiusculis; calycis subsericei segmentis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo subduplo longioribus, segmento infimo liguliformi trifido paullo brevioribus; vexillo suborbiculari bilobo alisque glabris, carina extus sericea; leguminibus sublanceolatis glabriusculis 3–6-spermis. ♁ — Frutex erectus 4–6-pedalis. Ramuli floriferi graciles virgati subsimplices subsericei elongati foliosi, haud raro pedales. Foliola 4–9 lin. longa, trinervia plana. Pedicelli calyce paullo breviores (circiter 2 lin. longi) filiformes, medio bracteolati, bracteolis minutis subulatis. Bracteae pedicellis subaequilongae. Calyx circiter 3 lin. longus obconico-campanulatus, e viridi flavescens, segmenti infimi lacinulae subulatae subaequales.

Corolla flava. Vexillum 5½–6½ lin. longum breviter unguiculatum. Carina vexillo paullulum brevior, sesquilineam lata, cultriformi-oblonga obtusa. Alae carinae subaequilongae obtusae cultriformi-oblongae. Ovarium sericeum 8–9-ovulatum. Legumen oblongum sublanceolatum glabriusculum 3–6-spermum. — *Genista tinctoria Lusitanica maxima* Tournef. Instit. rei herb. 643. — *G. polygalaephylla* Brotero, Flor. Lusit. II. 56. (excl. syn.) — *G. exaltata* Lnk. — Crescit in Lusitania boreali in monte Herminio.

65. G. FLORIDA Linn. Spec. pl. 999. — Spach l. c. 122. — Foliolis lanceolato- vel spathulato-oblongis vel lanceolatis, subtus calycibusque argenteo-sericeis; racemis secundis densiusculis multifloris; calycinis segmentis superioribus lineari- vel triangulari-lanceolatis, segmento infimo liguliformi trifido paullo brevioribus, tubo subtriplo longioribus; vexillo ovali vel subrotundo retuso alisque glabris, carina extus sericea; leguminibus oblongis vel lanceolato-oblongis 2–4-spermis argenteo-sericeis. ♁ — Frutex erectus elatus, *G. polygalaefoliae* persimilis. Ramuli floriferi simplices vel subsimplices virgati graciles elongati foliosi sericei. Foliola 4–9 lin. longa plana uninervia, supra glabella vel sparse puberula, pleraque mucronulata. Racemi 3–6 poll. longi. Pedicelli calyce subduplo breviores filiformes, paullo infra apicem bracteolati, bracteolis minutis subulatis. Bracteae pedicellis sublongiores. Calyx 3–4 lin. longus obconico-campanulatus, segmenti infimi lacinulae subulatae subaequales. Corolla flava. Vexillum 5½–6 lin. longum. Carina vexillo paullulum brevior cultriformi-oblonga obtusa. Alae vexillo aequilongae cultriformi-oblongae vel cultriformi-ovatae obtusae, carina paullulum longiores et latiores. Ovarium sericeum 6–8-ovulatum. Legumen ½–1 poll. longum, 2 lin. latum, acuminulatum. Semina nigra subrotunda, lineam lata. — Crescit in Hispania in Sierra de Guaderrama.

66. G. LEPTOCLADA Gay mss. ex Spach l. c. — Foliolis lanceolato- vel spathulato-linearibus, subtus calycibusque subargenteo-sericeis; racemis 5–15-floris laxiusculis; calycinis segmentis superioribus triangulari-lanceolatis, tubo vix longioribus, segmento infimo triangulari tridentato paullo brevioribus; vexillo subcordato-orbiculari emarginato alisque glabris, carina extus sericea; leguminibus.....? ♁ — Frutex habitu *G. floridae* et *G. polygalaefoliae*, ramulis floriferis tamen tenuioribus insignis. Foliola 4–8 lin. longa uninervia, plerumque complicata et vix ⅓ lin. longa. Racemi 1–2 poll. longi. Pedicelli circiter lineam longi filiformes, supra medium bracteolati, bracteolis subulatis minimis. Bracteae pedicellis duplo vel ultra breviores. Calyx vix ultra 2 lin. longus lutescens obconico-campanulatus, segmenti infimi dentes subulati subaequales. Corolla flava. Vexillum 4–5 lin. longum. Carina vexillo paullulum brevior, sesquilineam lata, cultriformi-oblonga obtusa. Alae carinae aequilongae et subaequilatae cultriformi-oblongae obtusae. Ovarium sericeo-tomentosum 6–8-ovulatum. — Crescit in declivitatibus montium Asturiae altissimorum.

Sectio IV. GENISTELLA Tournef. ex Spach l. c. 123.

Suffruticulus inermis. Rami alato-ancipites, quasi articulati. Ramuli floriferi 3–6-pteri simplices annui. Folia unifoliolata sessilia alterna, stipulis denticuliformibus non raro obliteratis comitata, pulvinulo minimo, foliolo non fugaci. Flores in ramulis novellis terminali-racemosi, pedicelli bractea minuta stipati, apice vel infra apicem bracteolati. Calyx persistens. Corolla marcescens. Petala subaequilonga. Carina inflexa, demum vexillo admota. Stigma subcapitatum, retrorsum productius.

67. G. SAGITTALIS Linn. Spec. plant. 998. — Guimp. et Hayne, Dtschl. Hlzpflnzn. t. 117. — Spach l. c. 123. — Ramis sterilibus prostratis fruticulosis, demum radicantibus, floriferis ascendentibus vel erectis villosulis; foliolis ovalibus vel oblongis laete viridibus planis, inferioribus obtusis, superioribus plerumque acuminatis; racemis elongatis vel subovatis densis multifloris; calyce villoso subtomentoso, segmentis tubo longioribus; alis vexilloque glabris, carina margine inferiori villosa; leguminibus oblongo-linearibus subtomentosis 4–6-spermis;

seminibus flavis vel spadiceis. ♄ — *G. herbacea* Lam. Fl. Franc. — *Genistella racemosa* Mnch. — *Spartium sagittale* Rth. — *Salzwedelia sagittalis* Flor. Wetteraw. — *Cytisus sagittalis* Koch. — *Syspone sagittalis* Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 5. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 845.) — Crescit in arenosis Germaniae, Galliae ad Rumeliam usque.

Sectio V. GENISTOIDES Mnch. ex Spach l. c. 124.

Frutices vel fruticuli inermes: ramuli ramique saltem annotini striati vel angulati (speciebus nonnullis alati) alterni, mutici virgati, folia stipulis subulatis vel dentiformibus comitata, alterna sessilia unifoliata, pulvinulo planiusculo, plerumque minuto, foliolo haud fugaci; flores ad ramos novellos in racemum terminalem dispositi; pedicelli sparsi, bractea foliacea (vel foliolo inferioribus foliolis conformi) stipati, apice vel infra apicem bibracteolati; bracteae et bracteolae persistentes; calyx deciduus; corolla calyce citius decidua, petala subaequilonga, unguibus non cohaerentibus, carina demum (cum alis) deflexo-pendula, vexillum post anthesin complicatum, genitalia arrecta amplectens; stigma introrsum.

§. 1. *Rami saepe late alati, modo subaequaliter triquetri, modo inaequaliter 4-5-quetri. Foliola coriacea subpersistentia, vere sequente solum decidua, margine cartilagineo subhyalino, jam oculo nudo conspicuo, sub lente serrulato-ciliolato cincta.*

68. G. SCARIOSA Viviani, Flor. Ital. fragm. I. t. 8. — Loddig. Bot. Cabin. t. 1135. — Spach l. c. 124. — Glabra: ramis annotinis senioribusque procumbentibus vel ascendentibus, novellis erectis vel suberectis, floriferis simplicibus subfiliformibus; foliolis uninerviis aveniis, ramorum sterilium ovato- vel oblongo- vel lineari-lanceolatis vel sublinearibus, aristulatis acuminatis, ramorum floriferorum ovatis vel subovalibus vel oblongis vel lanceolato-oblongis (infimis obovatis) muticis vel mucronulatis, plerisque obtusissimis; racemis 5-12-floris; pedicellis calyci aequilongis vel sublongioribus; calycis segmentis tubo subaequilongis; leguminibus lanceolato- vel cultriformi-oblongis 4-8-spermis. ♄ — Fruticulus ½-2-pedalis. Rami vetuli nonnumquam crassitie pennae corvinae, at saepius tenuiores, modo tripteri, modo subaequaliter marginato-3-6-quetri, modo inaequaliter 4- vel 5-pteri, novelli alii steriles foliosi virgati 3-8-pollicares graciles, alii floriferi tenuiores, parcius foliati 2-4 poll. longi, vetulorum cortex castaneus vel lutescens, demum laevigatus. Foliola laete viridia (saltem juniora), ramulorum sterilium 6-9 lin. longa, 1-2½ lin. lata, ramulorum floriferorum plerumque minora, floralia inferiora plerumque calycem superantia, superiora gradatim minora, summa pedicellis breviora. Stipulae subulatae vel e triangulari basi subulatae, ½-1½ lin. longae, demum pungentes. Racemi nunc abbreviati, nunc 1-2 poll. longi, modo densiusculi, modo magis minusve laxi. Pedicelli subfiliformes, apice vel paullo demissius bracteolati, bracteolis minimis subulatis. Calyx vix 2 lin. longus viridis campanulatus, segmenta superiora acuta vel acuminata triangularia, segmento infimo subbreviora, segmentum infimum subcuneiforme, ad medium vel profundius fissum, lacinulis filiformi-subulatis vel e dilatata basi subulatis subaequalibus. — *G. Januensis* Viviani ex Bertol. Plant. rar. Genuens. (edit. 1.) 85. — *G. Genuensis* Pers. — *G. triangularis* Willd. Spec. plant. III. 939. — *G. triquetra* Waldst. et Kit. Pl. rar. Hungar. II. t. 153. — *G. scariosa* et *triangularis* DC. Prodr. — Crescit in Europa australi, in Transylvania, Carniolia, Styria, in Liguria, Neapoli, in Albania et in Bulgaria boreali.

§. 2. *Rami numquam late alati striati vel angulosi. Folia immarginata (saltem oculo nudo), ineunte hieme decidua.*

† Rami novelli graciles v. subfiliformes, floriferi simplices (saltem sub anthesi). Foliola uninervia avenia (saltem obsolete et parce venosa). Floratio vernalis.

69. G. LAMPROPHYLLA Spach l. c. 126. — Glaberrima: ramis 3-5-quetris, annotinis senioribusque decumbentibus vel reclinatis, novellis erectis vel assurgenti-

bus strictis; foliolis coriaceis, margine subscariosis, ramorum floriferum oblongis vel lanceolato-oblongis (infimis obovatis vel spathulatis), inferioribus obtusis muticis, superioribus mucronato-acuminulatis; racemis paucifloris brevibus; calycis segmentis tubo vix longioribus; leguminibus approximatis oblongis 3–6-spermis. ♁ — Fruticulus sequentibus robustior et ut videtur elatior. Rami vetuli crassitie pennae anserinae subteretes, cortice castaneo laevigato. Rami annotini ½–1-pedales, crassitie pennae corvinae aphylli virides rigidi subarcuati vel stricti. Rami novelli tenuiores foliati simplicissimi 2–4 poll. longi. Foliola rigida lucida saturate viridia, 3–5 lin. longa, 1–1½ lin. lata. Stipulae filiformi-subulatae, annotinae circiter lineam longae, novellae breviores. Pedicelli vix lineam longi. Calyx circiter 2½ lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta superiora e triangulari basi subulata, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme profunde trifidum, lacinulis subulatis. Corolla.....? Legumen 9–12 lin. longum, 2 lin. latum, castaneum lucidum rectum acuminulatum erectum. Semina spadicea subrotunda compressa, vix lineam lata. — Crescit in Olympo Bithynico vel circa Byzantium.

70. G. PONTICA Spach l. c. 127. — Ramis modo subteretibus elevato-striatis, modo 4–5-gonis, annotinis gracilibus senioribusque prostratis vel decumbentibus, novellis ascendentibus vel erectis subfiliformibus flaccidis glabris; foliolis glaberrimis vel margine parce pilosulis, ramorum sterilium lanceolato-linearibus (plerumque angustissimis) cuspidato-acuminatis, floriferorum oblongis vel linearibus (plerisque obtusis), summis lanceolato-linearibus acutiusculis; racemis 3–7-floris laxis; calycis subglabri segmentis tubo subdimidio longioribus; ovario glaberrimo; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus ramosissimus subcaespitosus. Rami vetuli nonnumquam crassitie pennae corvinae, annotini debiles subpedales, novelli alii floriferi, parce foliati 2–4 poll. longi annui, alii steriles parciores foliosi frutescentes ½–1-pedales. Foliola tenuia, ramorum sterilium pleraque circiter 6 lin. longa et dimidiam lineam lata, floriferorum 3–4 lin. longa, lineam lata, summa angustiora. Stipulae filiformi-subulatae minimae. Pedicelli calyce breviores (vix lineam longi). apice bracteolati, bracteolis minimis subulatis calyci adpressis. Calyx 2½–3 lin. longus turbinato-campanulatus, segmentorum margine puberulus, caeterum glaberrimus, segmenta superiora triangulari-lanceolata vel e triangulari basi subulata, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, profunde trifidum (ad ⅔–¾), lacinulis filiformi-subulatis subaequalibus. Corolla glaberrima. — *Genista Pontica humilis verna Linariae folio utrinque glabro* Tournef. — Crescit in Ponto.

71. G. LEPTOPHYLLA Spach l. c. — Ramis elevato-striatis, modo subteretibus, modo 4–5-gonis, annotinis senioribusque prostratis vel decumbentibus vel patulis gracilibus, novellis subfiliformibus strictis glabris ascendentibus vel erectis; foliolis parvulis angustis mucronulatis, ramorum floriferorum linearibus vel linearispathulatis, plerumque obtusis, ramorum sterilium lanceolato-filiformibus acuminatis; racemis 3–7-floris laxis; calycis subglabri segmentis tubo vix longioribus; ovario glaberrimo; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus humilis ramosissimus caespitosus. Rami vetuli crassitie pennae corvinae vel tenuiores, annotini virides vel flavescentes sulcati 3–5 poll. longi aphylli, novelli 2–4 poll. longi, parce foliati 9–11-sulci, alii steriles, alii floriferi. Foliola 2–4 lin. longa, ¼–½ lin. lata tenuia. Stipulae minimae filiformi-subulatae. Racemi ½–1½ poll. longi. Pedicelli brevissimi, apice bracteolati, bracteolis minimis. Calyx 2 lin. longus turbinato-campanulatus, segmentorum margine puberulus, caeterum glaberrimus, segmenta superiora triangularia vel triangulari-lanceolata acuminata infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, profunde trifidum, lacinulis filiformi-subulatis. Corolla glaberrima. Vexillum 5 lin. longum ovale acutiusculum. Alae vexillo subaequilongae vel paullo breviores, carinae aequilatae cultriformi-oblongae obtusae. Carina vexillo subaequilonga subrecta, alis conformis. Ovarium 8–10-ovulatum. — Crescit in Olympo Bithynico, in Sipylo et in Mysiae monte Gargara.

72. G. SPATHULATA Spach l. c. 128. — Ramis teretibus vel subangulatis elevato-striatis, annotinis tenuibus senioribusque prostratis vel decumbentibus, novellis ascendentibus vel erectis filiformibus vel subfiliformibus strictis; foliolis calycibusque sparse adpresseque pilosulis, foliolis ramorum sterilium lanceolato-linearibus acutis mucronatis, floriferorum lineari- vel oblongo-spathulatis obtusis muticis, summis linearibus vel oblongis acutiusculis; racemis laxis 3–7-floris; calycinis segmentis tubo vix longioribus; ovario glaberrimo; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus humilis ramosissimus subcaespitosus. Rami vetuli crassitie pennae anserinae vel tenuiores, annotini ½–1-pedales, crassitie pennae corvinae vel tenuiores, magis minusve arcuati vel flexuosi, virides aphylli sulcati, novelli parce, alii densius foliati, floriferi 1–3 poll. longi, alii parciores steriles elongati. Foliola subcoriacea, in sicco glauco-viridia, ramorum floriferorum inferiora plerumque 6 lin. longa et 1-1½ lin. lata, superiora gradatim minora, ramorum sterilium 3–6 lin. longa, ½–1 lin. lata. Stipulae minimae filiformi-subulatae. Racemi ½–1½ poll. longi, magis minusve laxi. Pedicelli breves. Calyx 2 lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta superiora triangularia vel triangulari-lanceolata acuminata, infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, profunde trifidum, lacinulis subulatis. Corolla glaberrima, in sicco bicolor (vexillo luteo, alis et carina croceis). Vexillum 5 lin. longum ovale acutiusculum alis et carina sublongius. Alae cultriformi-oblongae obtusae. Carina recta vel subrecta obtusa, alis conformis. Ovarium 8–10-ovulatum. — Crescit in Olympo Bithynico et prope Byzantium.

73. G. DEPRESSA M. Bieberst. Flor. Taur. Caucas. III. 460. — Spach l. c. 129. — Ramis 3–5-gonis elevato-striatis, annotis senioribusque prostratis vel decumbentibus tenuibus, novellis ascendentibus vel erectis filiformibus subflexuosis, foliolisque parce adpresseque puberulis subcoriaceis cuspidato-acuminulatis (infimis obtusis), ramorum sterilium lanceolato-linearibus, floriferorum lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus vel linearibus; racemis laxis vel laxiusculis brevibus 3–7-floris; calycis sericei segmentis tubo subdimidio longioribus; ovario sericeo-tomentoso; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus humilis subcaespitosus ramosissimus. Rami etiam vetuli tenues, annotini graciles fere filiformes ½–1-pedales, e viridi flavescentes aphylli, novelli foliati, alii floriferi 2–6 poll. longi, alii steriles demum ½–1-pedales. Foliola 3–6 lin. longa, ½–1 lin. lata. Stipulae minimae filiformi-subulatae. Pedicelli vix lineam longi subsericei, apice vel paullo demissius bracteolati, bracteolis subulatis minimis. Calyx 2-2½ lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta superiora triangulari-lanceolata acuta vel acuminata, infimo aequilonga vel paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, profunde ¾ trifidum, lacinulis filiformi-subulatis, basi subdilatatis. Corolla glaberrima, in sicco concolor (flava). Vexillum 5–6 lin. longum ovale acutiusculum. Alae vexillo paullo longiores vel aequilongae, carina sublatiores cultriformi-oblongae obtusae. Carina alis conformis recta vel subrecta, vexillo aequilonga vel paullulum brevior. Ovarium 6–8-ovulatum. — Crescit in Tauriae maxime meridionalis montibus.

74. G. TETRAGONA Besser, Enumer. pl. Volh. Podol. 73. — Spach l. c. 130. — Ramis 4–5-gonis striatis, annotinis tenuibus senioribusque decumbentibus, novellis erectis vel ascendentibus strictis subfiliformibus calycibusque subincano-sericeis; foliolis (in sicco glauco-viridibus) subcoriaceis, juventute utrinque sericeis, dein sparse adpresseque pilosulis, ramorum floriferorum oblongis v. lanceolato-oblongis (infimis spathulato-oblongis) obtusis muticis, ramorum sterilium lanceolato-oblongis vel lanceolato-linearibus vel lanceolatis, plerisque acutis; racemis elongatis dissitifloris; calycinis segmentis tubo sublongioribus, superioribus triangularibus vel triangulari-oblongis, infimi tripartiti laciniis oblongis vel lineari-oblongis; ovario glabro; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus humilis. Rami annotini aphylli, penna corvina tenuiores. Rami novelli foliati, alii floriferi subdigitales, alii steriles. Foliola mutica vel obsolete mucronata, ramorum floriferorum inferiora subpollicaria 2-2½ lin. lata, superiora gradatim minora, plera-

que flores superantia, ramorum sterilium angustiora, 6–9 lin. longa. Stipulae minimae filiformi-subulatae. Racemus pauciflorus laxissimus. Pedicelli incano-sericei, vix lineam longi, apice bracteolati, bracteolis minutis filiformi-subulatis. Calyx incanus turbinato-campanulatus, 2½–3 lin. longus, segmenta superiora obtusa vel acutiuscula, infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, fere ad basin usque partitum, laciniis acutis vel acutiusculis, lateralibus media subduplo latioribus (nonnumquam segmentis superioribus fere aequilatis). Corolla glaberrima flava. Vexillum 4½–5 lin. longum ovale acutiusculum. Alae carinae aequilatae et paullo breviores cultriformi-oblongae obtusae. Carina vexillo aequilonga vel paullo brevior, alis conformis subrecta. Ovarium 6–8-ovulatum. — *Genista albida* Besser l. c. 28. — Crescit in Podolia.

75. G. PTILOPHYLLA Spach l. c. 131. — Ramis erectis vel ascendentibus angulosis strictis, novellis calycibusque hirsutis; foliolis subcoriaceis obsolete venulosis obtusissimis vel obsolete mucronato-acuminulatis oblongis (infimis obovatis vel spathulatis), margine subtusque ad costam hirsutis; racemis brevibus densis 5–9-floris; calycis segmentis tubo vix longioribus; corolla glabra; ovario sericeo-tomentoso; leguminibus.....? ♁ — Frutex pedalis vel forsan elatior. Rami vetuli teretes crassitie pennae anserinae, cortice laevigato castaneo, annotini tenuiores virides aphylli, nunc aequaliter pentagoni, nunc subtriquetri, novelli foliati tenues, omnes floriferi et simplicissimi. Foliola 4–9 lin. longa, 1½–2 lin. lata laete viridia, floralia summa acuta sublinearia, calyce vix vel paullo longiora. Stipulae filiformi-subulatae, ½–1 lin. longae. Pedicelli vix lineam longi hirsuti, apice vel paullo demissius bracteolati, bracteolis minutis filiformi-subulatis. Calyx magis minusve hirsutus turbinato-campanulatus, 2½ lin. longus, segmenta superiora triangularia vel triangulari-lanceolata subulato-acuminata, infimo paullo breviora vel subaequilonga, segmentum infimum subcuneiforme, fere ad basin usque tripartitum, lacinulis subulatis. Corolla flava. Vexillum 6 lin. longum ovale, nunc acutiusculum, nunc retusum. Alae carina subbreviores eique subaequilatae cultriformi-oblongae, carina obtusissima recta vel subrecta. Ovarium 10–12-ovulatum. — Crescit in Olympo Bithynico et prope Byzantium.

†† Rami novelli graciles vel subfiliformes, floriferi saltem sub anthesi simplices. Folia uninervia magis minusve venosa. Floratio vernalis.

76. G. POLYTRICHA Spach l. c. 132. — Ramis teretibus vel angulatis, annotinis decumbentibus vel prostratis, novellis erectis vel ascendentibus tenuibus strictis calycibusque hirsutis; foliolis elongatis subcoriaceis, margine subtusque ad costam hirsutis, ramorum floriferorum inferioribus oblongo-linearibus obtusis, superioribus lanceolatis; segmentis calycinis tubo subdimidio longioribus; ovario dense sericeo; leguminibus..... ♁ — Rami annotini crassitie pennae corvinae, magis minusve striati, novelli floriferi subsemipedales sulcati foliosi. Foliola pleraque 9 lin. longa, 2 lin. lata, infima spathulata, floralia inferiora corollam subaequantia, superiora gradatim minora, summa vix calycem aequantia lineari-lanceolata. Stipulae minutae filiformi-subulatae. Racemi 5–12-flori, initio breves densi, dein elongati laxiusculi. Pedicelli calycis tubo breviores (vix lineam longi) apice vel paullo demissius bracteolati, bracteolis minutis subulatis. Calyx 3 lin. longus turbinato-campanulatus. Corolla flava glaberrima. Ovarium 10–12-ovulatum. — Crescit in Olympo Bithynico.

77. G. COMMIXTA Spach l. c. — Ramis angulosis vel subteretibus, annotinis decumbentibus vel prostratis tenuibus, novellis erectis vel assurgentibus subfiliformibus calycibusque hirsutis; foliolis subcoriaceis, margine subtusque ad costam hirsutis ovatis vel ovalibus vel oblongis, ramorum floriferorum plerisque obtusis; calycis segmentis tubo subduplo longioribus; ovario dense sericeo; leguminibus.....? ♁ — Fruticulus humilis. Ramuli vetuli teretes vel obsolete angulati, crassitie pennae corvinae. Rami annotini ½–1-pedales, tenuiores subflexuosi striati aphylli virides vel subflavescentes, modo subteretes vel obsolete angulati,

modo 4–5–quetri. Rami novelli 3–6 poll. longi copiosi striati foliosi, nunc stricti, nunc flexuosi virides. Foliola penninervia venulosa, pauca superiorum acuminulata, infima obovata, floralia inferiora calycem superantia, summa calyce plerumque breviora. Stipulae minutae, modo triangulari-, modo filiformi-subulatae. Racemi 5–9-flori, ineunte floratione densi breves, dein laxiores. Pedicelli calycis tubo breviores hirsuti, apice bracteolati, bracteolis minimis subulatis. Calyx fere 3 lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta superiora triangulari-lanceolata acuta, infimo paullulum breviora, segmentum infimum subcuneiforme profunde trifidum, laciniis subulatis. Corolla glabra, in sicco crocea. — *Genista orientalis minima humifusa foliis subrotundis ad oras pilosis* Tourn. Coroll. 44. — Crescit in Ponto.

a. buxifolia: Foliolis ovatis vel ovalibus, plerisque 4–6 lin. longis, 2–3 lin. latis.
β. parvifolia: Foliolis oblongis 3–4 lin. longis, 1–1½ lin. latis.

78. G. ANXANTHICA Tenore, Fl. Napol. prodr. 41., Flor. Neapolit. II. 127. t. 66. — Spach l. c. 133. — Ramis angulosis, novellis erectis vel ascendentibus virgatis glabris vel sparse puberulis, senioribus patentibus vel diffusis; foliolis coriaceis, juventute ciliolatis, dein glaberrimis, ovatis vel ovalibus vel oblongis, ramorum floriferorum obtusis, sterilium acuminulatis; calycis glabri vel grabriusculi segmentis tubo vix longioribus; leguminibus glaberrimis, elongatis oblongis 6–10-spermis. ♁ — Frutex 1–2-pedalis. Rami vetuli subteretes, demum pollicem crassi. Rami annotini crassitie pennae corvinae aphylli, magis minusve angulati, obsolete vel tenuiter striati. Rami novelli marginato-pentagoni striati foliati, demum glaberrimi, alii floriferi (praecociores) 3–8 poll. longi, alii seriores steriles, demum 1–2-pedales. Foliola saturate viridia, conspicue venosa, 4–9 lin. longa, floralia inferiora caeteris conformia, superiora pleraque minuta, in bracteas mutata. Stipulae triangulari-subulatae vel triangulares minimae. Racemi 7–20-flori, nunc densi, nunc laxiusculi, demum 1–2 poll. longi. Pedicelli ½–1½ lin. longi, apice bracteolati. Bracteolae minimae subulatae. Calyx subcampanulatus lutescens, circiter 2 lin. longus, segmenta superiora infimo paullo breviora, e triangulari basi subulata, segmentum infimum cuneiforme, ultra medium fissum, laciniis subulatis, basi dilatatis. Corolla glaberrima glabra flava. Vexillum 6 lin. longum ovatum retusum. Alae carinae subaequilongae eaque sublatiores cultriformi-oblongae obtusae. Carina vexillo aequilonga vel paullo longior, alis conformis obtusa recta. Legumen 15–18 lin. longum, 2½ lin. latum, subfalcatum patens castaneum acuminulatum. Semina ovalia vel subrotunda spadicea, circiter lineam lata. — Crescit in Anxanthi valle (Principatu ulteriore) et in Rumelia.

79. G. OVATA Waldst. et Kit. Plant. rar. Hungar. I. t. 34. — DC. Prodr. II. 151. (ex p.) — Spach l. c. 134. — (Guimp. et Hayne, Fremde Holzpfl. t. 59.) — Subherbacea caespitosa: ramis subteretibus vel angulatis tenuibus, novellis ascendentibus vel erectis, foliolis calycibusque hirsutis, annotinis (plerumque subnullis) prostratis vel decumbentibus; foliolis ovatis ovalibus oblongis vel ovato- aut oblongo-lanceolatis vel lanceolatis submembranaceis; calycis segmentis tubo longioribus; leguminibus lanato-tomentosis oblongis. ♁ — Fruticulus caudice brevi multicipiti. Rami vetuli raro pennae corvinae crassitiem aequantes teretes, plerumque vix superstites, annotini modo teretes, modo angulati, striati, novelli 4–12 poll. longi sulcati virgati vel nonnumquam subfiliformes stricti foliosi. Foliola laete vel saturatius viridia, conspicue venosa, nunc utrinque, nunc nonnisi margine subtusque ad costam hirsuta, floralia inferiora plerumque flores aequantia vel superantia, superiora aut gradatim minora aut pleraque minuta et calyce breviora. Stipulae minimae filiformi- vel triangulari-subulatae. Racemi plerumque multiflori, nunc breves densi, nunc laxiores, magis minusve elongati. Pedicelli calycis tubo breviores vel subaequilongi, apice bracteolati, bracteolis minimis subulatis. Calyx fere 3 lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta tubo plerumque subdimidio longiora, superiora triangulari-lanceolata subulato-acuminata, infimo subaequilonga, segmentum infimum subcuneiforme, profunde partitum, laciniis subulatis. Corolla flava glabra.

α. macrophylla Spach l. c. — (Icones supra citatae.) — Foliola ovata aut ovalia 1½–2-pollicaria. — In Bulgaria et in Banatu.

β. media Spach l. c. 135. — Foliola ovato- vel oblongo-lanceolata, vix ultra semipollicaria. — Crescit in Banatu.

γ. lanceolata Spach l. c. — Foliola lanceolata vel lanceolato-oblonga vel lanceolato-elliptica, pleraque 9–12 lin. longa. — Crescit in Bulgaria.

††† Rami novelli (saltem floriferi) paniculati vel racemoso-ramulosi. Folia saltem ramealia venosa, modo uninervia, modo subtriplinervia. Floratio aestivalis.

80. G. LASIOCARPA Spach l. c. 135. — Ramis (novellis) teretibus vel subangulatis elevato-striatis erectis paniculatis calycibusque subtomentoso-villosulis; foliolis ovato- vel oblongo-lanceolatis vel lanceolato-oblongis mucronatis acuminulatis submembranaceis, utrinque et margine villosulis; calycis segmentis tubo longioribus, segmento infimo fere ad basin partito; leguminibus oblongis lanato-tomentosis. ♁ — Rami novelli foliosi tenues virgati subpedales, ramuli copiosi stricti subfiliformes foliati erecti vel subdivergentes, plerique floriferi, paniculam nunc subcoarctatam, nunc magis minusve laxam efformantes. Foliola modo uni-, modo subtriplinervia viridia, ramealia pleraque circiter pollicem longa, 2–4 lin. lata, ramularia minora, floralia (exceptis infimis) pleraque calyce minora. Stipulae subulatae vel triangulari-subulatae minutae. Racemi 7–15-flori (racemus in ramo terminalis plerumque pluriflorus), incunte floratione densi, dein laxiores. Pedicelli calycis tubo breviores tomentoso-villosi, sub apice bracteolati, bracteolis minutis filiformi-subulatis. Calyx fere 3 lin. longus turbinato-campanulatus, segmenta superiora triangulari-lanceolata vel e triangulari basi subulata, infimo paullo breviora, segmentum infimum tubo subtriente longius subcuneiforme, laciniis subulatis. Corolla flava glabra. Vexillum 6–7 lin. longum ovale acutiusculum. Alae carina paullo breviores cultriformi-oblongae obtusae. Carina vexillo aequilonga vel paullo brevior, alis conformis, subrecta. — *G. ovata* Balbis. — DC. Prodr. II. 151. (ex p.) — In Italia et in Gallia australi.

β.? Perreymonti Spach l. c. 136. — Ramis novellis sparse pilosulis vel glabris; foliolis lanceolatis vel lanceolato-oblongis subcoriaceis ciliatis, subtus calycibusque sparse pilosis; leguminibus lineari-oblongis sparse adpresseque puberulis, junioribus sublanato-tomentosis. — Ramuli novelli ½–1-pedales tenues, e caudice brevi ramuloso orti, assurgentes vel erecti subangulati striati foliosi, modo subcorymboso-ramulosi, modo simplices. Foliola nunc uni-, nunc subtriplinervia viridia, ramealia 6–15 lin. longa, 1½–3 lin. lata, ramularia minora, floralia (exceptis infimis) calyce breviora vel ei vix aequilonga. Flores omnino *G. lasiocarpae* (calyce tamen parcius pubescente). Legumen circiter pollicem longum, vix ultra sesquilineam latum rectum vel subfalcatum acuminulatum nigricans. ♁ — Crescit in Gallia australi.

81. G. TINCTORIA Linn. Spec. plant. 998. — Spach l. c. 137. — Ramis elevato-striatis (modo teretibus, modo magis minusve angulatis), annotinis senioribusque diffusis vel decumbentibus vel patulis (haud raro subnullis), novellis erectis vel ascendentibus paniculatis vel subpaniculatis glabris vel subadpresse puberulis; foliolis coriaceis, margine ciliolatis vel adpresse puberulis, subtus glabris vel ad costam sparse puberulis; calycis glabelli segmentis tubo subaequilongis, segmento infimo ad medium vel paullo profundius fisso; leguminibus oblongis 6–12-spermis ovarioque glaberrimis. ♁ — Planta modo caespitosa subherbacea (praeter caudicem frutescentem multicipitem), modo frutescens. Ramuli vetuli nonnumquam digiti crassitiem aequantes. Rami novelli foliosi subpedales (raro 1½–2-pedales), nunc subsimplices, nunc paniculato- vel corymboso- vel racemoso-ramulosi, raro penna corvina crassiores, plerumque tenuiores, ramulis erectis vel patentibus vel erecto-patentibus vel assurgentibus strictis foliosis angulosis annuis, plerisque vel omnibus floriferis. Foliola laete viridia lucida, floralia

plerumque ovalia vel ovata, pleraque (exceptis infimis) calycem vix aequantia. Stipulae minutae subulatae vel triangulari-subulatae. Racemi densi 1–3 poll. longi, plerumque multiflori. Pedicelli 1–2 lin. longi, apice vel demissius bracteolati, bracteolis minimis ovato- vel oblongo-lanceolatis vel subulatis. Calyx 2–2½ lin. longus turbinato-campanulatus glaber vel segmentorum marginibus puberulus, segmenta superiora triangularia vel triangulari-lanceolata subulato-acuminata, infimo subaequilonga, segmentum infimum subcuneiforme, lacinulis subulatis. Corolla glabra flava.

α. vulgaris: Foliola oblonga vel lanceolato-oblonga vel lineari-oblonga, pleraque mucronato-acuminulata, ramealia 9–12 lin. longa 1¾–3 lin. lata, triplinervia vel penninervia. — Engl. Bot. t. 44. — Flor. Danic. t. 526. — Guimp. et Hayne, Dtschl. Hlzpflnz. t. 118. — ***Genistoides tinctoria*** Mnch.

β. latifolia: Folia ramealia ovata vel obovata vel lanceolato-ovalia, 4–8 lin. lata. — *G. tinctoria* var. *latifolia* DC. Flor. Franc. Suppl. 547. — *G. pubescens* Lang in Rchb. Flor. excurs.

82. G. PATULA M. Bieberst. Fl. Taur. Cauc. II. 148. — Spach l. c. 138. — Foliis lineari-lanceolatis acuminatis glabris; ramis teretibus striatis paniculatis patulis. ♁ — Frutex 2–4-pedalis ramosissimus glaberrimus. Folia quam illa *G. tinctoriae* duplo angustiora. Flores duplo fere minores. Ramuli floriferi breves copiosi patuli. Caetera omnia *G. tinctoriae*. — Crescit in collibus lapidosis ad fluvium Cyrum prope Tiflin.

83. G. ELATA Wenderoth, Linnaea XV. Literaturb. 100. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 629. no. 17.) — Spach l. c. 138. — Frutescens 3–6-pedalis: ramis teretibus vel subangulatis striatis, omnibus erectis, novellis longissimis paniculatis glabris vel adpresse puberulis; foliolis ciliolatis vel adpresse puberulis coriaceis mucronato-acuminulatis; calycis glabriusculi segmentis tubo aequilongis, segmento infimo ad medium vel paullo profundius fisso; leguminibus oblongis breviusculis 3–6-spermis. ♁ — Rami vetuli haud raro digito crassiores teretes vel subteretes. Rami novelli 2–3-pedales stricti virgati foliati, superne paniculati, ramulis foliatis angulosis, plerisque floriferis. Foliola laete viridia, plerumque excepto margine glabra, ramealia oblongo-lanceolata vel lanceolato-oblonga vel lanceolata 6–15 lin. longa, nunc tripli-, nunc penninervia, ramularia minora uninervia, plerumque lineari-lanceolata vel lanceolato-linearia. Stipulae subulatae. Inflorescentia et flores omnino *G. tinctoriae*. Legumen 6–9 lin. longum, 1½–2 lin. latum. Semina *G. tinctoriae*. — *Genistoides elata* Mnch. — *Genista virgata* Willd. Berlin. Baumzucht. p. 160. — Guimp. et Hayne, Fremde Hlzpfl. t. 58. — *Genista tinctoria* var. *virgata* Koch, Dtschl. Flor. V. 90. — *G. Sibirica* Rchb. Fl. excurs. 519. — *G. tinctoria* Hayne, Arzneigew.? — Crescit in Italia superiori et in Istria.

β. Sibirica: Differt ramis omnino teretibus estriatis foliolisque glaberrimis, etiam rameis angustissimis lineari-lanceolatis. — *G. Sibirica* Linn. — Jcq. Hort. Vindob. t. 190. — In Sibiria.

84. G. DRACUNCULOIDES Spach l. c. 139. — Ramis novellis paniculatis elevato-striatis, juventute adpresse puberulis; foliolis subcoriaceis oblongo- vel lineari-lanceolatis elongatis angustis cuspidato-acuminatis ciliolatis vel margine adpresse puberulis; calycis glabriusculi segmentis tubo subaequilongis, infimo profunde partito; ovario glaberrimo; leguminibus.....? ♁ — Rami novelli 1–1½-pedales (vel verosimiliter longiores) stricti foliosi virgati, penna corvina inferne crassiores, ramulis ascendentibus vel erecto-patentibus foliosis subfiliformibus, omnibus floriferis. Folia laete viridia vix lucida, ramealia pleraque 1½–2½ poll. longa, 1½–2 lin. lata, plerumque subtriplinervia, ramularia minora sensim breviora et angustiora, floralia pleraque subulata vel subfiliformia. Stipulae subulatae vel triangulari-subulatae, rameae circiter lineam longae. Racemi 7–15-flori, nunc laxi, nunc densiores. Pedicelli breves, bracteolis minimis subulatis. Calyx vix 2 lin. longus turbinato-campanulatus, segmentorum marginibus puberulus, caeterum glaber, segmenta superiora triangularia subulato-acuminata,

infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme, lacinulis subulatis. Corolla flava glabra. Vexillum 5 lin. longum ovale acutiusculum, carinae aequilongum vel paullulum longius. Alae cultriformi-oblongae obtusae, carina paullulum breviores eaque sublatiores. Carina recta vel subincurva, alis conformis. Ovarium 8–12-ovulatum. — *Genista Armenia Linariae foliis auritis* Tournef. — Crescit in Armenia et in Kachetia.

†††† Rami novelli (saltem floriferi) paniculati. Foliola etiam ramealia uninervia, obsolete venosa.

85. G. TENUIFOLIA Loisel. Flor. Gall. Suppl. 169. — Spach l. c. 140. — Ramis teretibus vel subangulatis tenuibus obsolete striatis, omnibus erectis, novellis glabris vel parce adpresseque puberulis paniculatis; foliolis linearibus vel oblongo-linearibus mucronato-acuminulatis coriaceis, margine subtusque ad costam puberulis; calycis puberuli segmentis tubo subaequilongis, segmento infimo ad medium vel paullo profundius fisso; leguminibus linearibus 4–8-spermis glaberrimis. ♁ — Frutex 2–3-pedalis vel forsan elatior. Rami annotini crassitie pennae corvinae. Rami novelli 1–2-pedales virgati foliosi, superne paniculati. Foliola laete viridia, ramea pleraque 6–7 lin. longa, ½–1 lin. lata, ramularia minora. Inflorescentia et flores omnino *G. tinctoriae* et *G. elatae*. Legumen 6–7 lin. longum, lineam latum, subfalcatum acuminulatum patens castaneum. Semina castanea ovata vel subrotunda minuta. — Forsan varietas *G. elatae?* (cf. pag. 496. no. 83.) — Crescit in Pedemontio.

Sectio VI. CHAMAESPARTUM Spach l. c. 140.

Fruticulus prostratus inermis: rami ramulique angulati alterni mutici, pulvinulis persistentibus quasi tuberculosi; folia stipulis dentiformibus comitata alterna (ad ramulos annotinos fasciculata) unifoliolata sessilia, pulvinulo crasso, foliolo haud fugaci; flores ad ramos annotinos laterales (e gemmis axillaribus orti) subgemini, foliorum fasciculo comitati, pedicelli ebracteolati; calyx persistens; corolla mox decidua, petala subaequilonga, unguibus non adhaerentibus, carina demum cum alis deflexa, genitalia nudans.

86. G. PILOSA Linn. Spec. plant. 999. — Guimp. et Hayne, Dtschlnds. Hlzpflnzn. t. 120. — Spach l. c. 141. — Foliolis oblongo- vel obovato-spathulatis vel obovatis acuminulatis vel obtusis, saepissime complicatis, supra glabris, subtus (ramis novellis, pedicellis, calycibus leguminibusque) argenteo-sericeis; pedicellis calyci subaequilongis; calycis segmento infimo tridentato, tubo subtriente longiori, segmentis superioribus triangularibus paullo longiori; vexillo ovato acutiusculo, extus carinaque sericeo, alis glabris; leguminibus oblongis 5–8-spermis. ♁ — *Genistoides tuberculata* Mnch. — *Spartium pilosum* Rth. — *Genista repens* Lam. — *G. humifusa* Thore (nec alior.) — *G. decumbens* et *pilosa* Willd. Sp. pl. (ex p.) — Crescit in Europa media et australi.

Sectio VII. LASIOSPARTUM Spach l. c. 141.

Frutices ramosissimi inermes ephedroidei erecti: rami ramulique teretes striati mutici, mox vel citissime aphylli, alii fasciculati, alii oppositi vel alterni, adultiores foliorum pulvinulis quasi tuberculosi, novelli tenues, ramillulos (plerosque steriles) magis minusve elongatos simplices vel subsimplices edentes; folia uni- vel trifoliolata, stipulis minimis (haud raro obsoletis vel omnino obliteratis) dentiformibus comitata sessilia, alia alterna, alia opposita vel subopposita, foliola fugacia vel mox decidua; flores ad ramulos novellos terminales capitati subsessiles vel breviter pedicellati; pedicelli bractea stipati, apice vel paullo demissius bibracteolati; bracteae et bracteolae submembranaceae concavae, in capitulo juvenili imbricatae et flores superantes; calyx persistens, segmento infimo tridentato; corolla decidua, carina (non deflexa) extus sericeo- vel lanato-tomentosa; ovarium 3–5-ovulatum, stigma subpeltatum subhemisphaericum, extrorsum productius; legumen sericeo- vel lanato-tomentosum 1–5-spermum.

† Ramuli novelli parce foliati, plerumque jam ineunte florationе aphylli, internodia foliolis multo longiora. Folia unifoliolata. Vexillum dorso sericeo- vel lanato-tomentosum. Alae vexillo subtriente breviores.

87. G. **UMBELLATA** Poir. Encycl. méth. Suppl. II. 715. — DC. Prodr. II. 146. (excl. syn. Cav. et var. *β.*) — Spach l. c. 142. — Ramulis novellis ramillulisque strictis tenuibus, juventute sericeis, mox glabrescentibus; foliolis lanceolatis vel lanceolato-linearibus sericeis vel subsericeis; bracteis ovatis vel subovatis acuminulatis vel apiculatis (infimis subrotundis, nonnumquam cuspidatis); bracteolis, calyce, vexillo carinaque extus sericeo-tomentosis subargenteis; bracteolis obovatis vel oblongo-obovatis vel subspathulatis; vexillo orbiculari- vel obovato-subrotundo subintegerrimo; leguminibus lineari-oblongis subargenteo-velutinis 2–5-spermis, calyce 2–3-plo longioribus. ♁ — Frutex ½–1-pedalis erectus caespitosus rigidus. Caules vetuli crassitie digiti minoris. Rami annotini flavescentes vel straminei, pulvinulis subovatis crassis, tricostatis remotis. Ramuli novelli conferti virides *Ephedrae distachyae* similes paniculati 2–6 poll. longi, ramilluli oppositi vel alterni (haud raro e singulis axillis bini vel terni) simplices, nunc steriles, nunc florum capitulo ornati. Foliola 3–6 lin. longa, ½–1½ lin. lata subcoriacea uninervia, acuta vel obtusiuscula subargentea vel supra subargentea et subtus glabriuscula, pleraque vel omnia jam ineunte floratione delapsa. Capitula 10–13-flora densa, virginea subhemisphaerica vel ovato-globosa. Pedicelli sericei, vix dimidiam lineam longi. Bracteae 1½–2 lin. longae (calyce breviores), adpressae uninerviae vel subtrinerviae, dorso subcarinatae. Bracteolae bracteis subaequilongae at angustiores acuminulatae vel cuspidulatae subcomplicatae, basi magis minusve angustatae. Calyx 2–3 lin. longus submembranaceus turbinato-campanulatus, extus subargenteo-sericeus, intus lutescens glaber. — *Spartium umbellatum* Dsf. Flor. Atl. II. 133. t. 179. — Crescit in Mauritaniae collibus aridis maritimis ad Oran et Mastaganem.

88. G. **EQUISETIFORMIS** Spach l. c. 143. — Ramillulis subfiliformibus subflaccidis, ramulisque juventute sericeis, mox glabrescentibus; foliolis lanceolatis vel lanceolato-linearibus sericeis vel sericeo-subvillosis; bracteis spathulatis (infimis ovatis vel subrotundis) acuminatis; calyce, vexillo carinaque sublanato-tomentosis canescentibus; bracteolis lineari- vel spathulato-filiformibus plumosis; vexillo subrotundo- vel obovato-orbiculari subintegerrimo; leguminibus lineari-oblongis villoso-tomentosis canescentibus 2–5-spermis, calyce duplo triplove longioribus. ♁ — Frutex 2–3-pedalis erectus. Rami annotini flavescentes. Ramuli novelli subpedales, magis minusve conferti, nunc stricti, nunc subflaccidi virides tenues paniculati, ramillulis simplicibus parcissime foliatis oppositis vel alternis, nunc sterilibus, nunc capitulo terminali ornatis, haud raro e singulis axillis binis vel ternis. Foliola 2–6 lin. longa, ½–1½ lin. lata subcoriacea uninervia acuta, supra argenteo-sericea, subtus glabriuscula vel parcius puberula, plerumque ut videtur ad florationis exitum persistentia. Capitula 10–25-flora densa, virginea subglobosa lanata, bracteis exsertis quasi comosa. Pedicelli ⅓–⅔ lin. longi, lanato-tomentosi. Bracteae calyce breviores (1½–2½ lin. longae) uninerviae vel subtrinerviae cuspidato-acuminulatae complicatae. Calyx fere 3 lin. longus membranaceus turbinato-campanulatus, intus glaber et lutescens, segmenta superiora tubo aequilonga vel paullo longiora, segmento infimo breviora (nunc paullo, nunc subtriente) et aequilata vel sublatiora triangularia vel oblique ovata acuminata, segmentum infimum subcuneiforme vel late liguliforme, dentibus aequilongis, nunc conformibus subulatis, nunc lateralibus triangularibus vel triangulari-lanceolatis, medio subulato vel sublineari latioribus. Vexillum 4½–5 lin. longum, facie flavum, apice rotundatum, nunc integerrimum, nunc retusum, basi rotundatum vel levissime cordatum, breviter unguiculatum. Carina vexillo aequilonga vel paullo brevior, sesquilineam lata, cultriformis obtusissima. Alae 3–3½ lin. longae, carina angustiores at caeterum conformes glabrae (excepto

margine superiori juxta basin pubescente). Ovarium tomentosum 3–5-ovulatum. Legumen 5–7 lin. longum, 2 lin. latum, rectum subhorizontale breviter acuminatum. — *Spartium Hispanicum Equiseti facie* Tournef. — *Genista umbellata* B. Webb, It. Hisp. 51. (excl. syn.) — Crescit in collibus aridis maritimis Baeticis.

†† Ramuli novelli foliosi, internodia foliolis subbreviora. Folia trifoliolata. Vexillum glabrum. Alae vexillo paullo breviores.

89. G. CLAVATA Poir. l. c. — Spach l. c. 144. — Ramulis novellis sericeis, mox glabrescentibus; foliolis (saepissime complicatis) lanceolato-linearibus v. lanceolatis, utrinque argenteo-sericeis; pedicellis, bracteis, calycibus, carina leguminibusque lanato-tomentosis canescentibus; bracteis bracteolisque spathulatis (summis lineari- vel filiformi-spathulatis); calycis segmento infimo cuneiformi, breviter tridentato, lateralibus aequilato; vexillo subrotundo subretuso; leguminibus oblongis vel obovato-oblongis 1–3-spermis. ♁ — Frutex ramosissimus erectus 2–3-pedalis. Rami seniores flavescentes, juniores ramulique jam calvescentes virides. Ramuli novelli 3–6 poll. longi tenues paniculati, ramillulis magis minusve confertis, nunc strictis erectis, nunc flexuosis, magis minusve laxis, modo plerisque floriferis, modo plerisque sterilibus, aliis oppositis, aliis alternis, haud raro e singula axilla binis vel ternis. Foliola 3–6 lin. longa, ½–2 lin. lata, tenuia uninervia acuta. Pulvinula truncata vel bidentato-emarginata ovata tricostata crassa. Capitula 10–30-flora, nunc quasi pedunculata, nunc folio stipata, juvenilia subhemisphaerica, densissima lanugine obtecta. Pedicelli crassiusculi, sub anthesi brevissimi, dein ½–1 lin. longi. Bracteae calyce paullo breviores obovato- vel subrhombeo-spathulatae acutiusculae vel obtusae uninerviae membranaceae adpressae, facie anteriori flavescentes. Bracteolae bracteis conformes et subaequilongae, at 2–4-plo angustiores acuminulatae. Calyx fere 3 lin. longus membranaceus turbinato-campanulatus, superficie interna flavescens, segmenta lata subaequalia, superiora subovata vel triangularia acuta vel obtusiuscula, tubo paullo longiora, infimo paullo breviora, segmenti infimi dentes triangulares acuti subaequales. Vexillum 5–5½ lin. longum, breviter unguiculatum flavum. Alae flavae glabrae cultriformes obtusissimae, 4½–5 lin. longae, carina ⅓–½ angustiores. Carina vexillo aequilonga vel paullulum brevior, sesquilineam lata subrecta cultriformis obtusissima. Ovarium 3–5-ovulatum. Legumen 9–12 lin. longum, circiter 2 lin. latum, mucronato-acuminatum rectum erectum. — *Spartium sericeum* Vent. Choix I. 17. — *G. umbellata β. capitata* DC. Prodr. II. —. *Spartium capitatum* Cav. — Crescit in Mauritania prope Mogador et Tingidem.

β.? Webbiana Spach l. c. 145. — Foliolis supra subsericeis canescentibus, subtus sericeo-tomentosis argenteis, margine villosis; calycis segmento infimo oblongo-liguliformi, lateralibus plerumque angustiori; vexillo obcordato subrotundo. — Foliola lanceolata vel lanceolato-linearia, lineari-oblonga vel spathulato-oblonga, non raro pollicaria. — In Mauritania prope Tingidem.

γ.? Goudotiana Spach l. c. 146. — Foliolis margine villosis, utrinque argenteo-sericeis; calycis segmentis superioribus triangularibus vel triangulari-lanceolatis, segmento infimo oblongo-liguliformi (dentibus subulatis) plerumque latioribus; vexillo ovato vel ovali subretuso. — Crescit prope Tingidem.

δ.? casuarinoides Spach l. c. — Ramulis sterilibus tenuioribus copiosissimis elongatis flexuosis patenti-puberulis. — Crescit in Mauritania prope Tingidem.

Subgenus V. PTEROSPARTUM Spach, Ann. sc. nat. (3. Sér.) III. 146.

Frutices inermes: rami et ramuli bi- vel trialati (alis coriaceo-herbaceis) angulati, quasi articulati alterni; folia omnia mutata in phyllodia (nonnumquam subabortiva) exarticulata coriaceo-herbacea persistentia plana heteromorpha (saepe bi- vel tricuspidata vel tridentata vel emarginato-bidentata, dentibus aristulatis), utrinque decurrentia (cum alis ramorum continua); flores fasciculati vel subcorymbosi vel capitati, e gemmis axillaribus et terminalibus perulatis, nunc cutcitium aphyllum, nunc ramillulum oligophyllum edentibus, orti (ideoque aut ad ra-

nulos annotinos immediatim axillares vel terminales, aut ad ramillulos novellos terminales; pedicelli bractea stipati, apice bibracteolati; bracteae et bracteolae membranaceae scariosae concavae deciduae; calyx persistens; corolla marcescens (vexillo demum deciduo), petala erecta subaequilonga, carina demum vexillo admota; ovarium 3–4-*ovulatum, stigma hippocrepidoideum, utrinque subaequaliter declive; legumen lineari-oblongum acuminulatum breviusculum subtorulosum* 1–3-*spermum, carina subinclusum; semina strophiolata.*

§. 1. *Flores dense capitati.*

90. G. LASIANTHA Spach l. c. 147. — Ramis late alatis, novellis velutinis; bracteis obovato-orbicularibus (infimis subrotundis), bracteolis angustis spathulatis, calyci subaequilongis; calyce corolla dimidio breviore; segmenti infimi lacinulis lineari- vel triangulari-lanceolatis subaequalibus; vexillo, carina, calyce bracteisque extus lanato-tomentosis, alis extus juxta marginem inferiorem lanatis, caeterum glabris. ♁ — Frutex erectus, irregulariter ramosus. Rami subflexuosi, vetuli apteri, cortice laevigato, recentiores alis laete viridibus 1–4 lin. latis, margine cartilagineis scabriusculis (sub lente denticulatis), haud raro undulatis, basi plerumque angustatis. Phyllodia 1–4 lin. longa (saepissime internodiis multo breviora), forma quam maxime variantia. Capitula 7–15-flora, nunc e gemmis aphyllis orta et subsessilia, nunc ramillulis phyllodia pauca edentibus sustenta, solitaria, pleraque lateralia. Pedicelli tomentosi crassi, vix lineam longi. Bracteae calyce breviores latae squamaceae obtusissimae aveniae rufescentes, margine hyalino cinctae. Bracteolae bracteis multo angustiores subfiliformi-spathulatae obtusae aveniae, obsolete uninerviae ciliatae, dorso sericeae. Calyx circiter 4 lin. longus campanulatus submembranaceus, sub lanugine rufescens, segmenta superiora infimo paullo breviora, tubo subaequilonga ovato-oblonga vel triangulari-ovata acuminulata obliqua, segmentum infimum cuneiforme, ad medium fissum, lateralibus segmentis sublatius, lacinulae acutae. Vexillum 6 lin. longum ovale vel subrotundum, retusum vel emarginatum flavum, dorso lanugine albescente obtectum. Alae flavae, vexillo subaequilongae cultriformi-oblongae obtusissimae. Carina vexillo plerumque paullo longior subargentea. Ovarium sericeum. — *G. tridentata* B. Webb, It. Hisp. 50. (ex p.) — Crescit in Baetico ad fretum Herculeum.

§. 2. *Flores* 3–7-*ni fasciculati vel subcorymbosi.*

† Vexillum dorso sericeum.

91. G. SCOLOPENDRIA B. Webb, It. Hisp. 50. (ex p.) — Spach l. c. 148. — Ramis anguste alatis; floribus subsessilibus; bracteolis spathulatis, calyce paullo brevioribus; calyce sericeo-tomentoso argenteo, segmenti infimi ad dimidium fissi lacinulis lateralibus media duplo latioribus; carina lanato-tomentosa, alis juxta marginem inferiorem sericeis, caeterum glabris. ♁ — Frutex erectus ramosissimus 1–2-pedalis. Rami vetuli stricti vel substricti apteri teretes, juniores magis minusve flexuosi, adjectis alis 1–2 lin. lati, annotini glabri, novelli velutini, alae latae virides, basi plerumque angustatae, margine subcartilagineae scabriusculae, sub lente erosae vel denticulatae. Phyllodia 1–3 lin. longa, forma valde variantia. Flores subcorymboso-fasciculati. Inflorescentiae laterales et terminales solitariae copiosae, pleraeque subsessiles. Bracteae 1–2 lin. latae, calyce breviores, castaneae subrotundae vel obovatae aveniae obtusissimae, margine hyalinae ciliolatae, dorso sericeae. Bracteolae bracteis triplo vel quadruplo angustiores apiculatae ciliolatae, dorso sericeae. Calyx campanulatus 2 lin. longus, segmenta superiora ovata vel triangularia obliqua acutiuscula, tubo aequilonga vel subbreviora, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum cuneiforme, lateralibus paullo latius, lacinulae acutae, laterales triangulari-lanceolatae, media sublinearis. Vexillum subrotundum retusum 4–5 lin. longum, in sicco croceum. Alae cultriformi-oblongae obtusissimae, in sicco croceae, vexillo subaequilongae. Carina vexillo aequilonga vel paullo longior, alis conformis et subdimidio latior obtusissima. — Crescit in Lusitania.

†† Vexillum glabrum.

92. G. STENOPTERA Spach l. c. — Ramis anguste alatis; pedicellis calycis tubo sublongioribus; bracteolis filiformibus vel anguste spathulatis, calycis tubo vix longioribus; calyce carinaque argenteo-sericeis; segmenti calycini infimi laciniis brevibus subaequalibus subulatis. ♄ — Habitu et ramis omnino similis *G. scolopendriae*, flores laterales et terminales vel nonnumquam omnes terminales subgemini. Pedicelli graciles 1–1½ lin. longi. Bracteae calyce breviores sericeae, pleraeque subrotundae. Calyx 2 lin. longus campanulatus, segmenta superiora triangularia vel triangulari-ovata obliqua, hinc cuspidata, tubo subaequalia, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum subcuneiforme. Vexillum 4 lin. longum subrotundum vel subrhombeo-ovatum retusum. Alae vexillo subaequilongae glabrae cultriformi-oblongae obtusissimae, in sicco (simulac vexillum) croceae. Carina vexillo aequilonga vel paullo longior, alis subconformis at latior. — *Genistella fruticosa angustifolia Lusitanica* Tournef. — *Genista tridentata β.* Linn. — Crescit in montibus Lusitaniae.

93. G. CANTABRICA Spach l. c. 149. — Ramis latiuscule alatis; pedicellis brevissimis; bracteolis lineari-spathulatis, calyce paullo brevioribus; calyce carinaque argenteo-sericeis, segmenti calycini infimi lacinulis inaequalibus, lateralibus media subduplo latioribus. ♄ — Rami adjectis alis plerumque 2 lin. lati, novelli subargenteo-sericei, alae magis minusve undulatae, margine scabrae, sub lente erosodenticulatae. Phyllodia heteromorpha, 2 lin. longa. Inflorescentiae 2–6-florae, pleraeque terminales. Pedicelli semilineam longi sericeo-tomentosi, modo fasciculati, modo subcorymbosi. Bracteae.....? Bracteolae circiter 3 lin. longae rufescentes, dorso sericeae. Calyx 2½–3½ lin. longus, exacte campanulatus submembranaceus, segmenta superiora tubo subaequilonga, segmento infimo paullulum breviora triangularia vel triangulari-ovata obliqua, nunc acuminulata, nunc obtusa et hinc mucronulata, segmentum infimum subcuneiforme, lateralibus sublatius, ad ⅓–½ fissum, lacinulis subaequilongis acutis, lateralibus triangularibus vel triangulari-lanceolatis, media lineari- vel triangulari-lanceolata. Vexillum ovato- vel rhombeo-subrotundum retusum vel emarginatum glaberrimum. Alae vexillo aequilongae vel sublongiores glabrae cultriformi-oblongae obtusissimae. Carina vexillo aequilonga vel sublongior, alis conformis at latior. Legumen 5–6 lin. longum, 2 lin. latum subsericeum acuminulatum 1–3-spermum. Semina ovata vel ovalia castanea compressa, circiter lineam longa, strophiola albida. — Crescit in Cantabriae montibus altissimis.

94. G. TRIDENTATA Linn. Sp. plant. 998. (excl. *β.*) — Spach l. c. 150. — Ramis late alatis; pedicellis brevissimis; bracteolis angustis spathulatis, calycis tubo sublongioribus; calyce argenteo-sericeo, segmenti infimi lacinulis inaequalibus, lateralibus media subtriplo latioribus; carina lanato-tomentosa. ♄ — Frutex 1–2-pedalis. Ramorum alae 1½–3 lin. latae virides, sicut in speciebus affinibus magis minusve undulatae, margine scabrae et sub lente eroso-denticulatae, novellae argenteo-sericeae, mox glabrescentes. Phyllodia forma maxime ludentia. Inflorescentiae laterales et terminales 2–7-florae. Pedicelli circiter dimidiam lineam longi sericei fasciculati crassiusculi. Bracteolae lineari- vel lanceolato- vel oblongo-spathulatae acutiusculae complicatae rufescentes ciliatae, dorso sericeae. Calyx 2½–3 lin. longus submembranaceus, exacte campanulatus, segmenta superiora ovata vel triangulari-ovata obliqua obtusa, hinc mucronulata, tubo subaequilonga, segmento infimo paullo breviora, segmentum infimum superioribus subduplo latius subcuneiforme, ad medium fissum, lacinulae acutae subaequilongae, laterales triangulares, media lineari- vel triangulari-lanceolata. Vexillum 5 lin. longum glabrum subrhombeo-ovatum retusum, in sicco croceum. Alae glabrae (excepto margine inferiori pubescente) cultriformi-oblongae obtusae, vexillo subbreviores, in sicco croceae. Carina vexillo aequilonga vel paullulum longior, alis conformis at latior, extus argentea. Ovarium 3–4-ovulatum. — *Genistella fruticosa latifolia Lusitanica* Tournef. — Crescit in Lusitania.

Subgenus VI. TELINE Medicus ex B. Webb, Phytogr. Canar. II. 34. — Spach, Ann. sc. natur. (3. Sér.) III. 160.

Frutices inermes: ramis teretibus vel angulatis striatis; folia trifoliolata (saltem pleraque), petiolata vel subsessilia exstipulata vel stipulis minutis dentiformibus comitata, foliola persistentia vel subpersistentia. Flores racemosi vel fasciculati terminales, pedicelli basi aut medio unibracteati, apice bibracteolati. Calyx marcescens. Corolla decidua. Carina et alae deflexae. Stigma extrorsum hippocrepoideum vel subcapitatum terminale. Legumen oblongum, plerumque breviusculum acuminulatum torulosum 2-8-spermum. Semina strophiolata.

95. *G. (TELINE B. Webb, Phytogr. Canar. II. 36.) CANDICANS Linn. Spec. pl. 997. — *Cytisus candicans* Linn. Spec. pl. (edit. 1.) — *Cytisus pubescens* Mnch. — *Genista Canariensis* Bot. Regist. t. 217. (et DC. Prodr. quoad plantam Hispanicam).

96. *G. (TELINE B. Webb l. c. 37.) MADERENSIS Spach.

97. *G. (TELINE B. Webb l. c. 37. t. 41.) CANARIENSIS Linn. Spec. plant. 997. (excl. syn. Clus. et Bauh.) — *Cytisus candicans β.* Lam. — *Spartium albicans* Cav. — *Genista rhodophon* B. Webb ex Delile, Semin. hort. Monsp. 1836. p. 25.

98. *G. (TELINE B. Webb l. c. 38.) RAMOSISSIMA Spach. — *Cytisus ramosissimus* Poir. — *Cytisus paniculatus* Lois. — *Genista Canariensis* DC. Prodr. (excl. syn.)

99. *G. (TELINE B. Webb l. c. 39. t. 45.) STENOPETALA Spach.

100. *G. (TELINE B. Webb l. c. 40.) CONGESTA Lnk. in Buch, Beschrbng. der Can. Inseln. — *Genista microphylla* B. Webb l. c. t. 42. et DC. Prodr. — *Spartium congestum* Willd. Enumer.

101. *G. (GENISTOIDES Mnch. — TELINE B. Webb l. c. p. 41.) LINIFOLIA Linn. Spec. plant. 997. — *Spartium linifolium* Dsf. — *Cytisus linifolius* Lam. — *Genista nitens* Lnk. l. c. (nec B. Webb).

β. latifolia: — *Cytisus pallidus* Poir. — *Genista splendens* B. Webb l. c. t. 43. — *Teline linifolia β. latifolia* B. Webb l. c. p. 41.

102. *G. (TELINE B. Webb l. c. 43. t. 44.) ROSMARINIFOLIA Spach.

103. *G. VIRGATA Ait. Hort. Kewens. (sub *Spartio*). — Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 11. — *Cytisus tener* Jcq. Ic. pl. rar. t. 147. — *Genista gracilis* Poir.

104. *G. TRIQUETRA Ait. (non Waldst. et Kit.)

105. G. (TELINE) SPACHIANA B. Webb in Hook. Bot. Magaz. t. 4195. — Ramis striatis nodulosis, pilis ascendentibus puberulis sterilibus, apice obtuse mucronulatis, floralibus pendulis; foliis omnibus trifoliolatis, foliolis ellipticis lanceolatisque acuminatis, subtus praecipue sericeo-hirtis, nervo medio crasso, mox supra fusco-virentibus; stipulis brevissimis anguste lineari-lanceolatis; spica terminali ovata; bracteolis linearibus tubo calycino brevioribus, labio inferiore longius tridentato, dentibus linearibus labium superius excedentibus; vexillo rotundato profunde emarginato, e medio ad apicem subpubescente, alis latis apice rotundatis glabellis, carina oblonga hirta alis subbreviore; stigmate antrorsum (versus axin) declivi; legumine hirsutissimo; seminum caruncula flavicante. ♄ — Crescit in insulis Canariensibus.

† *Genistae (et Spartii) species minus notae.*

G. ACUTIFOLIA Lindl. (sub *Spartio*) — *Spartianthi juncei* var.?

G. AEGYPTIACA Spr.

G. ALPINA Host (sub *Spartio*).

G. ALGARBIENSIS Brotero. (*G. hirsutae* var. DC. Prodr.)

G. AMERICANA Meyen (sub *Spartio*).

G. ANATOLICA Boiss. (Cf. Repert. bot. syst. II. 841. no. 5.)

G. ANDICOLA Gill. (Cf. Repert. bot. syst. I. 629. no. 14.)

G. APETALA Labill. (sub *Spartio*).

G. BIVONAE Prsl.

G. BRACTEOLATA Lnk.

G. BROTERI Poir. (*G. parviflora* Brot. [nec alior.])

G. CAPITATA Cav. (sub *Spartio*) = *G. clavata* Poir.??

G. CUMINGII Hook. et Arn. (Repert. bot. syst. I. 629. no. 13.)
G. CUSPIDATA Cav. (sub *Spartio*).
G. DEPRESSA Tenore (nec M. Bieb.) — *G. Tenorei* Steud. (Nomencl. bot.)
G. DEPRESSA Griseb. (nec alior.)
G. DESIDERATA DC. (vix hujus generis).
G. ELEGANS Gillies. (Repert. bot. syst. I. 629. no. 11.)
G. ELLIPTICA Willd. Herb. (sub *Spartio*).
G. GLABRA Mill. (sub *Spartio*).
G. HETEROPHYLLA DC. — *Cytisus heterophyllus* Lapeyr.
G. HUMILIS Tenore.
G. HUMIFUSA Linn. — DC. Prodr.
G. INFESTA Prsl. (sub *Spartio*). — *Spartium sericeum* Prsl.
G. INTERRUPTA Cav. (sub *Spartio*). — *Genista triacanthos β. interrupta* DC.
G. ITALICA Loddig.
G. JUNIPERINA Meyen. (Cf. Repert. bot. syst. I. 629. no. 15.)
G. LUSITANICA Andrws. Bot. Reposit. t. 419. (excl. syn.) Forte *G. triacanthos* male delineata.
G. LYDIA Boiss. (Repert. bot. syst. II. 841. no. 6.)
G. MANTICA Pollini.
G. MICRANTHA Ortega.
G. MOLLIS Cav. (sub *Spartio*).
G. MULTIBRACTEATA Tausch. (*G. Sibirica* Hort.)
G. NERVATA Kitaib. — *G. lasiocarpa* Spach?? — *G. Anxanthica* var.?
G. NODOSA Tausch.
G. NUDA Willd. (sub *Spartio*).
G. PULCHELLA Visiani.
G. RIGIDA Gillies. (Repert. bot. syst. I. 629. no. 12.)
G. SESSILIFOLIA DC.
G. STRIATA Hill.
G. STYLOSA Spr. (Repert. bot. syst. II. 841. no. 2.)
G. TENOREI Steudel. — (*G. depressa* Tenore).
G. TRIDENS Cav.
G. VALENTINA Steudel. — *Spartium Valentinum* Willd. Hb.
G. VERSICOLOR Wall.
G. VERSIFLORA Tausch. (Repert. bot. syst. I. 629. no. 16.)

†† *Species excludendae.*

G. AETNENSIS Bivona = DENDROSPARTUM AETNENSE.
G. ALBA Dsfont. = CYTISUS ALBUS.
G. ANGULATA Linn. = CYTISUS ANGULATUS.
G. APHYLLA Linn. fil. = EREMOSPARTUM APHYLLUM.
G. ARBOREA Dsf. = SAROTHAMNUS ARBOREUS.
G. ARBORESCENS Mill. = BRYA EBENUS.
G. BIFLORA Dsf. = CYTISI sp.? vel forte genus novum?
G. CAPENSIS Burm. = PELECYNTHIS OPPOSITA.
G. CONTAMINATA Ait. = INDIGOFERA JUNCEA.
G. CONTAMINATA L. = LEBECKIA CONTAMINATA.
G. CRETICA Dsf. =ANTHYLLIS ASPALATHI.
G. CUSPIDOSA DC. = LEBECKIA PSILOLOBA.
G. CYTISOIDES Linn. = LEBECKIA CYTISOIDES.
G. DECUMBENS Jcq. = CYTISUS DECUMBENS.
G. DIFFUSA Willd. = CYTISUS ??
G. DISPERMA Willd. = CYTISUS ALBUS.
G. FRAGRANS Lam. = CYTISUS FRAGRANS.
G. GRANDIFLORA Brotero. = CYTISUS GRANDIFLORUS.
G. HAENSELERI Boiss. (Repert. I. 628. no. 4.) = CYTISUS sp.??

G. HALLERI Jcq. = CYTISUS DECUMBENS.
G. HIRSUTA Mnch. = SAROTHAMNUS SCOPARIUS.
G. HIRSUTA Mill. = CYTISUS MILLERI.
G. JUNCEA Linn. = SPARTIANTHUS JUNCEUS.
G. LANIGERA Dsf. = CALYCOTOME VILLOSA.
G. LIPARIOIDES Boiss. (Repert. II. 841. no. 3.) = Genus nov. affine ARGYROLOBIO.
G. LUSITANICA Mill. = CYTISUS GRANDIFLORUS.
G. MONOSPERMA Lam. = RETAMA RAETAM (??).
G. MULTICAULIS Lam. = ANTHYLLIS HERMANNIAE.
G. MULTIFLORA Ait. = CYTISUS ALBUS.
G. NUBIGENA Ait. = CYTISUS FRAGRANS.
G. ODORATA Mnch. = SPARTIANTHUS JUNCEUS.
G. ODORATISSIMA D. Don = SPARTIANTHUS JUNCEUS.
G. OVATA Bergius = RAFNIA CUNEIFOLIA.
G. PARVIFLORA Vent. = GONOCYTISUS ANGULATUS.
G. (SPARTIUM) PATENS Cav. = Verosimiliter novi generis typus.
G. PATENS Linn. = SAROTHAMNUS PATENS.
G. PEDUNCULATA Hérit. = CYTISUS DECUMBENS.
G. PERSICA Willd. = ARGYROLOBIUM ??
G. PINASTRIFOLIA Burm. = LEBECKIA SEPIARIA.
G. PROCERA Willd. = CYTISUS PROCERUS.
G. PROSTRATA Lam. = CYTISUS DECUMBENS.
G. (SPARTIUM) PUNGENS Willd. = CYTISUS PUNGENS.
G. RAETAM Forsk. = RETAMA RAETAM.
G. RIGIDA Viviani = CALYCOTOME VILLOSA.
G. SCANDENS Loureiro = BUTEA LOUREIRII.
G. (SPARTIUM) SOPHOROIDES Bergius = HYPOCALYPTUS OBCORDATUS.
G. (SPARTIUM) SPHAEROCARPUM L. = RETAMA SPHAEROCARPA.
G. SPINOSA Linn. = CALYCOTOME SPINOSA.
G. SUPRANUBIA L. = CYTISUS FRAGRANS.
G. THEBAICA Delile = CROTALARIA THEBAICA.
G. TRISPERMA Sm. = DENDROSPARTUM AETNENSE.
G. VILLOSA Vahl = CALYCOTOME VILLOSA.
G. VIRGATA Lam. = EREMOSPARTON APHYLLUM.
G. VISCOSA Willd. = ADENOCARPUS FRANKENIOIDES.

6500/1. **DENDROSPARTUM** *E. Spach.*

(E. Spach, Ann. sc. natur. [3. Sér.] III. 152. adnot.)

Calyx membranaceus subscariosus coloratus persistens turbinato-campanulatus, breviter bilabiatus, basi urceolatus, fructifer spathaceus, supra fissus, urceolo basilari incrassato cyathiformi, labium superius bilobum, labio inferiori tricrenato brevissimo subtriplo longius. Corolla papilionacea ringens flava, mox decidua, petalorum 4 inferiorum ungues vaginae stamineae adhaerentes. Vexillum surrectum vel reflexum esaccatum, lateribus reflexum, dorso plicato-carinatum. Carina vexillo sublongior bipes cultriformi-oblonga obtusissima compressa subfalcata porrecta, mox cum alis deflexa et genitalia nudans, laminae basi et apice liberae, ad basin marginis superioris auriculatae, supra basin intus saccatae, extus conico-gibbae. Alae carinae subconformes at paullo breviores, primo accumbentes, dein divaricatae non adhaerentes, juxta basin lateris superioris transverse plicato-rugulosae, ibidem extus saccatae, intus callosae. Stamina monadelpha cum petalis urceolo calycino apice inserta, vagina per anthesin clausa, dein supra fissa, filamenta capillaria incurva, 5 petalis anteposita aestivatione breviora, postea alternis (excepto infimo) longiora. Antherae apiculatae, 5 (oppositipetalae) cordatae, alternis cordato-oblongis minores. Ovarium lanceolato-

lineare substipitatum compressum uniloculare 7-9-ovulatum, ovula campylotropa appensa uniserialia. Stylus elongatus filiformis anceps, sub anthesi apice incurvus, inferne rectus, dein sigmaoideo-deflexus marcescens, demum supra basin deciduus. Stigma terminale hippocrepidoideum, utrinque aequaliter decurrens. Legumen breve cultriforme (hinc cuspidato-acuminulatum) substipitatum ecarinatum immarginatum coriaceum rugulosum compressum etorosum subventricosum uniloculare bivalve, 1-3-spermum, suturae planiusculae subcanaliculatae, seminifera dorsalis vix crassior, valvae persistentes demum subtortae. Semina appensa estrophiolata subcordata laevigata lenticulari-compressa, ad hilum subemarginata, funiculus filiformis brevis horizontalis, hilum laterale subterminale minutum orbiculare concavum, chalaza inconspicua, raphe nulla, exostoma hilo contiguum et superpositum, integumentum tenue testaceum. Embryo curvus strato albuminoso corneo crassiusculo inclusus, cotyledones crassae subrotundae obtusae, radicula cotyledonibus longior clavata obtusa ascendens, cotyledonum alteri incumbens, apice decurva. — Frutex in monte Aetna spontaneus, elatus dumosus erectus ramosissimus inermis: rami alterni vel subfasciculati, novelli angulati foliati, citissime autem simulac ramuli aphylli, adultiores foliorum pulvinulis persistentibus quasi nodulosi, vetuli teretes. Folia alterna, superiora nonnumquam opposita unifoliolata, petiolo praeter pulvinulum nullo, foliolo fugacissimo angusto, stipulae minutae dentiformes cum pulvinulo persistentes. Flores in ramulis novellis in racemum laxum terminalem aphyllum subsecundum digesti aestivales fragrantissimi, sub anthesi porrecti vel cernui, pedicelli breves bractea stipati, apice bibracteolati, floriferi tenues, fructiferi incrassati erecti. Bracteae et bracteolae membranaceae subscariosae concavae fugacissimae (jam praefloratione deciduae), bractea pulvinulo denticuliformi inserta, bracteolae subopppositae, nonnumquam urceolo calycino subadnatae.

1. *D. (SPARTIUM Bivona, Stirp. Sicul. manip. 2.) AETNENSE E. Spach l. c. — ♄ — *Spartium trispermum* Sm. in Rees's Cycl. XXXII. no. 5. — *Genista Aetnensis* DC. Prodr. II. 150 no. 48. — In Sicilia in montis Aetnae regione sylvatica superiore.

6500/2. **GONOCYTISUS** *E. Spach.*

(E. Spach, Ann. sc. natur. [3. Sér.] III. 153. adnot.)

Calyx brevis membranaceus scariosus subcoloratus persistens turbinatus, breviter trilobus, mox subspathaceus (inter lobos 2 superiores magis minusve profunde fissus), basi urceolatus, lobi duo superiores laterales conformes integerrimi, lobo infimo subprotenso, apice tridenticulato breviores et angustiores. Corolla papilionacea subringens flava, mox decidua, unguibus petalorum brevibus, inferiorum 4 vaginae stamineae adhaerentibus. Vexillum carinae subaequilongum incumbens (superne surrectum), sub anthesi esaccatum, dorso plicato-carinatum. Carina subfalcata obtusa vexillo admota, genitalia includens bipes dicephala, laminae per marginem inferiorem fere omnino cohaerentes auriculatae, juxta basin marginis superioris intus saccatae, extus gibbae. Alae carina breviores accumbentes subassurgentes cultriformes obtusae, ad basin lateris superioris auriculatae, juxta auriculam pliculis parvis transversis rugulosae, extus saccatae, intus gibbae. Stamina monadelpha decidua, cum petalis calycis fundo inserta, vagina sub anthesi clausa, dein ventre fissa, filamenta capillaria incurva, 5 petalis anteposita per aestivationem alternis breviora, deinde excepto infimo longiora. Antherae muticae, basi apiceque barbatae, 5 oppositipetalae cordato-subrotundae vel ovales, alternis oblongis subtriplo minores. Ovarium lanceolatum compressum estipitatum uniloculare 2-3-ovulatum, ovulis campylotropis appensis uniserialibus. Stylus lineari-subulatus anceps glaber, sensim incurvus marcescens, demum deciduus. Stigma

terminale subcapitatum imberbe. Legumen lanceolatum vel subrhombeo-oblongum vel cultriforme breve rectum, oblique acuminulatum coriaceum plano-compressum ecarinatum, incrassato-marginulatum estipitatum uniloculare bivalve, 1-2-spermum, ad semina torosum, sutura seminifera dorsalis paullo crassior. Semina appensa estrophiolata compressa laevigata ovalia, ad hilum subemarginata, funiculus brevis dentiformis hilum minutum orbiculare concavum, supra medium marginis anterioris situm, exostomati contiguum et infrapositum, raphe nulla, chalaza inconspicua, integumentum tenue coriaceum. Embryo curvus, strato albuminoso corneo tenui inclusus, cotyledones carnosae ovales obtusae plano-convexae, radicula cotyledonibus duplo brevior decurva clavata obtusa accumbens. — Frutices Asiae minoris elati erecti ramosissimi inermes. Rami alterni, novelli angulati striati paniculati foliati, annotini et seniores aphylli, foliorum pulvinulis persistentibus nodulosi. Ramuli angulosi virgati lenti, plerique vel omnes floriferi. Folia alterna pleraque trifoliolata (ramulorum summa unifoliolata) exstipulata, petiolus praeter pulvinulum nullus, foliola subpersistentia petiolulata subcoriacea integerrima. Flores in ramulis novellis in racemos terminales et axillares aphyllos laxos elongatos digesti parvuli suberecti. Pedicelli filiformes angulosi, basi unibracteati et infra apicem bibracteolati, jam sub anthesi nudi. Bracteae et bracteolae minimae nudae.

1. G. ANGULATUS Spach l. c. 155. (adnot.) — Ramis annotinis teretibus, novellis angulatis; ramulis subpatentibus triquetris, basi incrassatis et articulatis; foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis vel ovalibus mucronatis, juventute subsericeis, adultis sparse strigulosis vel subglabris; lobis calycinis triangulari-ovatis; vexillo carina breviori, alis carina subtriente brevioribus. ♁ — *Cytisus angulatus* Boiss. — *Spartium parviflorum* Venten. Hort. Cels. t. 87. — *Genista parviflora* DC. Prodr. II. 145. no. 1. — *Spartium angulatum* Linn. — Sibthrp. et Sm. Ic. flor. Graec. t. 672. — Bxbm. Centur. II. t. 41. fig. 1. — *Retama angulata* Griseb. Spicil. fl. Rumel. I. 5. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 342. no. 1. — In Bithynia.

2. G. (CYTISUS Boissier, Diagnos. plant. nov. orient. II. 10. — Wlprs. Repert. bot. system. II. 844. no. 4.) PTEROCLADUS Spach l. c. — Ramis annotinis angulatis, ramulis simplicibus vel subsimplicibus erectis ramisque novellis alato-triquetris, basi exarticulatis; foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis mucronatis, juventute subsericeis, adultis glabellis vel sparse strigulosis; laciniis calycinis rotundatis; vexillo carinaque aequilongis, alis carina vix brevioribus. ♁ — Crescit in Syriae monte Libano prope Anthura.

6501. **RETAMA** *Boiss.*

(Boiss. Voy. bot. dans le midi de l'Esp. p. 143. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 620. — B. Webb, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. p. 276. — *Spartium* E. Spach, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XIX. 285. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 839. ex parte.)

Calyx urceolato-campanulatus vel turbinatus subspathaceus, saepe coloratus, prope basin circumscisse caducus vel raro persistens bilabiatus, labio superiore profunde fisso, lobis lanceolatis vel ovatis acutis, inferiore apice tridenticulato. Corolla papilionacea, petalis inter se liberis, unguibus calyce brevioribus, 4 inferiorum vel rarius omnium cum vagina staminea cohaerentibus, mox post anthesin decidua, vexillum plicatum surrectum vel imbricans, alae lanceolatae v. ovatae, vexillum aequantes v. eo parum breviores, basi sacculatae, carina ovata vel oblongo-lanceolata acuta vel obtusa, alis brevior vel subaequalis, basi utrinque sacculata. Stamina 10 monadelpha, 5 petalis alternantia et ante anthesin longiora, 5 opposita breviora, per anthesin longiora. Antherae dorso affixae muticae vel apiculatae, staminum petalis alternantium oblongae, oppositorum minores ovato-rotundatae. Ovarium ellipticum vel ovatum sessile vel breviter stipitatum 2-4- vel rarius pluriovulatum. Ovula biserialia medio appensa. Stylus leviter incurvus, apice filiformis, basi

anceps, staminum longitudine glaber. Stigma papillosum capitatum vel retrorsum declive. Legumen bacciforme sphaeroideum vel ovatum compressiusculum, epicarpio laevi vel rugoso, junioris sarcocarpio saepe pulposo, endocarpio membranacco vel subcartilagineo, styli basi persistente mucronatum rostratum vel muticum, sessile vel breviter stipitatum, urceolo calycino vel rarius calyce suffultum indehiscens vel tardius ad saturam axilem imperfecte dehiscens, diu persistens vel ante maturitatem deciduum 1-2-spermum. Semen sphaeroideum ovatum vel subreniforme, saepe compressum ecarunculatum, hilo magno sphaerico vel mediocri angulato, fere mediano, micropyle superna inconspicua remotiuscula, raphe visibili lineari, chalaza conspicua remota, ventrali vel fere basilari, testa crassa coriacea, tegmine perispermo corneo induto. Embryo planus, ad hilum emarginatus. Cotyledones oblongae vel ovatae, utrinque rotundatae. Radicula crassa incurva cotyledonibus incumbens, subdimidio brevior. — Frutices albiflori (unico flavifloro) Mediterranei: ramis 4- vel polygonis, demum cylindraceis striatis duris fragilibus ephedroideis laevibus, mox aphyllis, foliorum pulvinulis nodulosis, apice obtuse mucronatis, junioribus foliosis pluries dichotomis breviter denseque pilosis. Folia parva unifoliolata caducissima, foliolo lineari vel lineari-lanceolato subsessili, petiolo brevi (pulvinulum persistens stipulis bicorne vel exstipulatum efficienti) imposito. Stipulae brevissimae apice liberae, basi cum pulvinulo coalitae vel subnullae. Flores copiosi per ramos praesertim juniores in spicas breves aphyllas ante anthesin incurvas demum assurgentes vel subhorizontales e pulvinorum axillis promissas, fructificatione exacta caducas digesti. Pedicelli brevissimi erecti vel horizontales, ante anthesin incurvi, basi bracteati, apice bracteolis 2 oppositis ornati, bracteis bracteolisque spathaceis scarioso-hyalinis, saepe coloratis, alabastrum enascens includentibus, mox ante anthesin deciduis.

Subgenus I. RAETAM B. Webb l. c. 278.

Calyx campanulatus vel turbinato-campanulatus, saepe coloratus, mox circumscisse caducus. Petalorum 4 inferiorum ungues vaginae stamineae adhaerentes. Legumen sessile, ante maturitatem deciduum vel per annum integrum persistens, sutura axili dilatata vel filiformi. Flores conspicui albi. Rami polygoni striati.

§. 1. *Legumen deciduum, sub arena maturescens, sutura axili dilatata vel filiformi. — Species Boreali-Africanae vel Australi-Europaeae.*

† Leguminis sutura axilis dilatata.

1. R. (GENISTA Lam. Encycl. méth. II. 616.) MONOSPERMA Boiss. Voy. bot. dans le midi de l'Esp. p. 144. (excl. syn. plurim.) — B. Webb l. c. 278. — Erectiuscula: ramis diffusis pendulis; foliis linearibus longiusculis, pulvinulis angustis saepius (stipulis persistentibus) bidentatis, demum truncatis; racemis laxis; calyce longius campanulato basi purpurascente, lobi inferioris denticulis longiusculis linearibus, carina acuta alis breviore (raro subobtusa, alis vix breviore); ovario ovato acuto, stigmate leviter declivi vel subcapitato; leguminibus subrhombeo-ovatis compressiusculis coriaceis laevibus vel rugosis nigrescentibus vel nigro-virentibus, ad saturam axilem dilatatam flavicantibus cuspidato-mucronatis; seminibus reniformibus nigris. ♁ — *Spartium II. Hispanicum* Clus. Pl. Hisp. 206. 207. — *Spartium III. Hispanicum* Clus. Hist. I. 103. — *Spartium monospermum β.* Linn. Sp. plant. 995. — *Spartium monospermum* Ait. Hort. Kew. III. 10. et Bot. Magaz. t. 683? — *Sp. Clusii* Spach, Ann. sc. nat. [2. Sér.] XIX. 291. t. 16. fig. 3. — Wlprs. Repert. II. 839. no. 3. — *Sp. Webbii* Spach l. c. fig. 4. — Wlprs. l. c. 840. no. 4.

β. Bovei B. Webb l. c. 279. — Floribus majoribus, carina subobtusa alis vix breviore. — *Spartium Bovei* Spach l. c. 297. — Wlprs. l. c. 840. no. 11.

Crescit in Hispania ad Gades, in Lusitaniae prov. Algarbia et in Mauritania.

†† Leguminis sutura axilis angusta.

2. R. (GENISTA Forsk. Fl. Aeg. Arab. 214. — SPARTIUM Spach l. c. 288. t. 16. fig. 1. — Wlprs. l. c. 839. no. 1.) RAETAM B. Webb, Phytogr. Canariens. II. 56. et Ann. sc. natur. 2. Sér.) XX. 279. — Erecta: ramis robustis, apice pendulis; foliis brevibus lanceolato-linearibus, pulvinulis latiusculis ovatis quondoque (stipulis persistentibus) bidentatis, demum acutis; racemis strictis; calyce suburceolatim campanulato atropurpureo, lobi inferioris denticulis triangularibus latiusculis; carina obtusiuscula alis vix breviore; ovario elliptico, stigmate subcapitato; leguminibus oblongo-ovatis teretiusculis nigricantibus, ad suturam axilem tenuem flavicantibus, apice sensim in mucronem attenuatis, epicarpio chartaceo nitido subruguloso cum endocarpio coalito; seminibus nigris vel atro-viridibus. ♄ — *Genista monosperma* Delile, Flor. Aeg. 21. (excl. syn. Linn.) — DC. Prodr. II. 150. (ex p.) — *G. monosperma β. rigidula* DC. Prodr. II. 150. — Crescit in Arabia, Aegypto et in Syria in promontorio montis Carmel.

3. R. (SPARTIUM Spach l. c. 289. t. 16. fig. 2. — Wlprs. l. c. 839. no. 2.) DURIAEI B. Webb l. c. 279. — Erecta: ramis strictis striatis; foliis.....?; pulvinulis latiusculis saepe (stipulis persistentibus) bidentatis, demum acutis; racemis strictis; calyce breviter campanulato cinnamomeo-purpurascente, lobi inferioris denticulis brevibus triangularibus; vexillo rotundato-ovato, carina acuta alis breviore; ovario oblongo-ovato, stigmate retrorsum leviter declivi; leguminibus rotundato-ovatis luteis, sutura angustissima breviter mucronatis, epicarpio chartaceo subruguloso, endocarpio fere absoleto; seminibus globulosis citrinis. ♄ — *Spartium monospermum* Dsf. Fl. Atlant. II. 129. (excl. synon. et descr. fructus.) — Crescit in regno Tunetano et in Algeria.

4. R. GUSSONEI B. Webb l. c. 280. — Erecta: foliis subspathulato-linearibus, pulvinulis latis ovatis, demum trinerviis acutis; stipulis distinctis caducis; calyce brevi campanulato, lobi inferioris denticulis subulatis; vexillo elliptico angusto, apice obtuso crenato, alis lineari-acinaciformibus, carina cymbaeformi obtusa duplo longioribus breviore; ovario elliptico, stigmate retrorsum declivi; leguminibus ovatis rugulosis luteis brevissime mucronatis, sutura tenuissima, epicarpio coriaceo, endocarpio chartaceo; seminibus ovato-reniformibus nigris vel atrovirentibus. ♄ — *Genista monosperma* Guss. Flor. Sicul. prodr. II. 363. (excl. synon.) — Crescit in arenosis marinis Siciliae meridionalis.

§. 2. *Legumen per annum integrum persistens, sutura axili tenui vel subevanida. — Species Canarienses.*

5. R. MICROCARPA B. Webb l. c. — Frutex 8–10-pedalis: ramis crassiusculis sulcatis glabris pendulis, apice saepe tumidis flavescente-viridibus; foliis.....? pulvinulis rotundato-acutis, demum saepe truncatis; floribus.....?; leguminibus parvis globosis bacciformibus luteis, demum quandoque subrugosis, apice medio brevissime mucronulatis, carina tenuissima, epicarpio subchartaceo, sarcocarpio tenui demum fibrilloso vel subnullo, endocarpio chartaceo; seminibus rotundato-ovatis flavis. ♄ — *Retama rhodorhizoides* B. Webb, Phytogr. Canar. (quoad plantam Lancerottensem.) — *Spartium microcarpum* Spach l. c. 292. t. 16. fig. 5. — Wlprs. l. c. 840. no. 5. — Crescit in insula Canariensi Lancerota.

6. R. SPACHII B. Webb l. c. 281. — Frutex 3–4-pedalis (cultus 8–9-pedalis): ramis erectiusculis rigidis, apice pendulis, ramulis striatis glabrescentibus vel puberulis divaricato-dichotomis; foliis tenuibus filiformibus breviusculis acutis pubescentibus, pulvinulis angustis obtusis; calyce campanulato pallide virescente subpurpurascente, lobi inferioris denticulis minutissimis; vexillo suborbiculari obtuso vel emarginato, alis subbreviore, carina apice rotundata alarum longitudine; stigmate capitato; leguminibus ellipsoideis compressiusculis flavis fulvisve quandoque reticulato-rugosis, sutura tenui acuta in rostrum elongatum plerumque recurvum acutum productis, basi aliquando angustatis, sarcocarpio cum epicarpio corneo coalito, endocarpio subchartaceo vix solubili; seminibus aurantiacis vel

fulvis ovato-oblongis. ♄ — *Retama rhodorhizoides* B. Webb (quoad specim. insulae Teneriffae.) — *Spartium ambiguum* Spach l. c. 295. — Wlprs. l. c. 840. no. 8. — *Spartium rostratum α.* et *β.* Spach l. c. 293. t. 16. fig. 6. et 7. — Wlprs. l. c. no. 6. — Crescit in insula Teneriffa in vallibus Sti. Jacobi, Massa et del Carizal.

7. R. RHODORHIZOIDES B. Webb, Phytogr. Canar. II. 54. t. 48. et Ann. sc. natur. (2. Sér.) XX. 281. — Frutex 4–5-pedalis: ramis suberectis, apice lentis pendulis, ramulis striatis glabrescentibus vel puberulis (junioribus hirtis), ad dichotomias subdivaricatis vel ascendentibus; foliis tenuibus filiformi-elongatis hirtis acutiusculis, pulvinulis angustis obtusis; calyce breviter campanulato pallide viridi vel subpurpurascente, lobi inferioris denticulis minutis; vexillo subrhomboidali vel ovato-suborbiculari acuto, obtuso vel emarginato, alarum longitudine vel subbreviore, carina subobtusa alarum longitudine; leguminibus ovatis vel rotundato-ovatis flavis, raro reticulato-rugosis, sutura tenui acuta in rostrum breve saepius rectum producta; seminibus luteis ovato-subrotundis. ♄ — *Genista monosperma* Lindl. Bot. Regist. t. 1918. — *Spartium dubium* Spach l. c. 295. — Wlprs. l. c. 840. no. 9. — *Sp. affine* Spach l. c. 296. — Wlprs. l. c. no. 10. — *Sp. semperflorens* Spach l. c. 294. t. 16. fig. 10. — Wlprs. l. c. no. 7. — *Sp. rostratum γ.* Spach l. c. 293. t. 16. fig. 8. 9. — Wlprs. l. c. no. 6. — Crescit in rupestribus insulae Salmae nec non prope la Hoya del Cedro in insula Gomer.

Subgenus II. SPHAEROSPARTON B. Webb l. c. 282.

Calyx turbinatus persistens. Petalorum omnium ungues vaginae stamineae adhaerentes. Legumen stipitatum persistens indehiscens, suturis connatis. Flores parvi flavi. Rami juniores tetragoni.

8. R. (GENISTA DC. Prodr. II. 150.) SPHAEROCARPA Boiss. l. c. — Wlprs. l. c. I. 630. no. 2. — B. Webb l. c. 282. — Erecta: ramis profunde sulcatis pendulis; foliis filiformibus pubescentibus, pulvinulis angustis acutis; calyce albido, lobis lanceolatis apice attenuatis, inferioris denticulis angustis longiusculis; petalis subaequalibus, carina ovata obtusa; stigmate capitato, demum retrorsum subdeclivi; leguminibus reniformibus muticis vel brevissime apiculatis; semine nigro. ♄ — *Ὑποσφαιρολόβιον* Renealm. Spec. tab. 33. — *Spartium I. Hispanicum* Clus. Hisp. 203–5. — *Spartium II. Hispanicum* Clus. Hist. II. 102. — *Spartium monospermum α.* Linn. Spec. plant. 995. — *Genista sphaerocarpos* Lam. Encycl. méth. II. 616. (*Spartium Clusii* Spach 290. t. 16. fig. 3. — Wlprs. l. c. II. 839. no. 3. ex p.) — Crescit in Mauritaniae collibus, in Hispania Baetica (ubi vulgaris).

(† Caeterum conferas de hoc genere Repert. II. 842.)

6504. ARGYROLOBIUM *Eckl. et Zeyh.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 630. II. 842.)

1. A. PEDUNCULARE Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 348. — Laxe ramosum sericeo-pilosum: stipulis lineari-subulatis subfalcatis; foliolis ovato-ellipticis subsericeo-marginatis aveniis, lateralibus petiolo subbrevioribus; pedunculo longissimo unifloro; calycis labio inferiore tridentato; vexillo sericeo. ♃ — Habitus fere *A. Andrewsiani*. Ramuli tenues elongati paucifoliati. Stipulae 2–3 lin., petioli 6–12 lin. longi. Foliola in foliis majoribus lateralia 6–9 lin. longa, 4–5 lin. lata, terminale fere pollicare, foliorum inferiorum minora, obovato-orbicularia, omnia utrinque pilis longis laxis hirsuta et pube brevi dense adpressa marginata. Pedunculus 8-pollicaris, bracteola parva subulata auctus. Calyx 4 lin. longus. Vexillum calyce subduplo longius. Alae glabrae calycem paullo excedentes. Carina obtusa. — Crescit in Madagascaria.

2. A. STRICTUM Steudel, Nomencl. bot. (edit. 2.) I. 130. — Bth. l. c. 346. — Diffusum vel suberectum, pilis longis sericeum: stipulis lineari-lanceolatis subulatisve subfalcatis; foliolis obovatis oblongis lanceolatisve longe pilosis; pedunculis folio 2–3-plo longioribus 1–2-floris vel infimis rarius brevissimis; calycis pilosi labio inferiore tridentato; vexillo sericeo. ♄ — *Chasmone stricta* E. Mey. Comm. 75. — In Promontorio bonae spei.

3. A. GRACILE Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. I. 394. † — Suffruticulosum erectum sericeo-incanum: caules simplices vel virgato-ramosi, ramis erectis florigeris; folia petiolata, summa subsessilia vel sessilia, foliolis oblongis et oblongo-linearibus obtusis, utrinque sericeis, plerumque complicatis, petiolo aequilongis ac 2-3-plo longioribus; stipulae minimae subulatae erectae; racemi elongati terminales et axillares, plerumque multiflori; bracteolis subulatis minutissimis, pedicellos aequantibus floribus remotis, alternis solitariis vel binis aut ternis fasciculatis; calycis bilabiato-subbipartiti labium superius subsemibifidum, inferius triente superiore subulato-tridentatum; corollae calyce sublongioris vexillum suborbiculare retusum glaberrimum; alae oblongae apice haud latiores; staminum vagina integra; stigma capitellatum; ovarium 2-5-ovulatum; legumen sericeum. ♃ — Crescit inter Aleppo et Orfa.

4. *A. ANDREWSIANUM Steud. Nomencl. bot. (edit. 2.) I. 189. — Bth. l. c. — *Cytisus tomentosus* Andrews. Bot. Repos. t. 237. — *Goodia? polysperma* DC. Prodr. II. 118. — *Dichilus ciliatus* E. Mey. Linnaea VII. 154. — *Chasmone Andrewsiana* E. Mey. Comment. I. 74. — *Trichasma ciliatum* Wlprs. Linnaea XIII. 411.

5. *A. MODESTUM Hochstett. Flora. B. Z.) XXVII. I. 100. absque descript.) — *Tephrosia modesta* Hochst. mss.

6. *A. SCHIMPERIANUM Hochstett. l. c. (absque descript.) — *Cytisus Schimperianus* Hochstett. mss.

6505/1. DIOTOLOTUS *Tausch.*

(Tausch in Flora [B. Z.] XXV. I. 284. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. pag. 103. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 844.*)

Calyx bilabiatus, labio superiore bifido, inferiore oblongo truncato levissime tridentato. Corollae papilionaceae vexillum oblongum apice profunde emarginatum bilobum, lateribus reflexum, alae vexillo breviores, carina obtusissima longiores eamque obtegentes. Stamina monadelpha, decimo semilibero. Germen lineare multiovulatum, stylus filiformis, stigma orbiculare capitato-depressum. Legumen lineare compressum, ad semina nodoso-torosum polyspermum. — Fruticulus Capensis: ramis virgatis dense foliosis pilosis; foliis trifoliatis, foliolis lanceolato-linearibus crassiusculis pilosis; stipulis cauli adnatis subsemisagittatis; spicis terminalibus laxis; floribus nutantibus, pedicellis brevissimis; bracteis bracteolisque minimis linearibus; corolla lutea.

1. *D. ECKLONIS Tausch l. c. † — Wlprs. l. c.* — *Ononis elongata* Eckl. Herb. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6505/2. LEMBOTROPIS *Griseb.*

(Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 10.)

Calyx bilabiatus, tubo abbreviato, labio superiore apice bi-, inferiore tridentato, dentibus minutis. Corolla papilionacea, petalis subaequalibus, carina navicularis in rostrum acutiusculum apice minute truncatum producta, stamina includens, stylum incurvum demum exserens, alae obliquae breviter unguiculatae, inferne in latere vexillari dense foveolatae. Glandula stigmatica terminalis capitulata in apice styli attenuati paullo extrorsum declivis, papillis ciliata. Legumen oblongo-lineare polyspermum. Semina exarillata. — Frutex in Europa media et australi, etiam in Asia minore sponte proveniens: ramis teretibus virgatis; foliis petiolatis trifoliolatis, subtus cum ramis, calyce leguminibusque adpresse pubescentibus, foliolis ellipticis; racemis elongatis terminalibus erectis; calycibus ebracteatis.

1. *L. (CYTISUS Linn. Spec. pl. 1041. — DC. Prodr. II. 153. no. 5.) NIGRICANS Griseb. l. c. — Jcq. Fl. Austr. t. 387. — Lam. Illustr. gener. t. 618. fig. 3. — Duham. Arbor. (edit. nov.) V. t. 46. fig. 1. — Crescit in collibus Pedemontii, Bohemiae ad Byzantium et Rumeliam usque.

6505/3. **CYTISOPSIS** *Jaub. et Spach.*
(Jaub. et Spach, Illustr. pl. oriental. I. 154. t. 84.)

Calyx membranaceus tubulosus subventricosus, breviter bilabiatus, post anthesin ovarii incremento spathaceo-fissus et tandem basi circumscissa cum petalis deciduus, labium superius bifidum, laciniis divergentibus, inferius tripartitum, labio superiori brevius, laciniis parallelis erectis. Corolla flava papilionacea marcescens, demum cum calyce decidua, petala erecta, longe unguiculata, unguibus 4 inferiorum vaginae staminali adnatis. Vexillum a petalis inferioribus distans iisque longius assurgens ovale esaccatum, dorso plicato-carinatum, sub anthesi explanatum, dein complicatum, ungue concavo lineari, superne dilatato. Alae carinae accumbentes, non adhaerentes undulatae, oblique oblongae, pliculis transversis orbatae, ad basin lateris superioris auriculatae et extus juxta unguem gibbae. Carina angusta subfalcata acuta bipes, extus utrinque plico longitudinali instructa, exauriculata, laminae per marginem inferiorem excepta basi cohaerentes, ungues lineares, superne liberi. Stamina diadelpha (9 et 1) marcescentia, fundo calycis inserta. Filamenta filiformi-spathulata apiculata monadelpha, vagina multo breviora, incurva, 5 sepalis anteposita alternis longiora, filamentum liberum (vexilli axi antepositum) caetera superans. Antherae minutae, citrinae 2-thecae versatiles, dorso affixae emarginatae subconformes. Ovarium breviter stipitatum tomentosum lanceolato-lineare compressum uniloculare 7-10-ovulatum, ovula uniserialia subovata amphitropa appensa. Stylus filiformis elongatus glaber marcescens (demum deciduus), superne subinfractus, apice parum dilatatus. Stigma minutum terminale obliquum truncatum glabrum. Legumen calyce nudatum elongatum coriaceum crassum substipitatum subteres acinaciforme (margine anteriori recto vel subrecto, margine altero curvo) acutum uniloculare, abortu oligospermum bivalve (tarde dehiscens), inter semina immatura septulis transversis membranaceis incompletis demum obliteratis instructum, ad suturas incrassato-marginatum, valvae concavae subrectae persistentes (Semina matura non visa). — Suffrutex habitu et floribus *Tubocytisos* aemulans, foliis *Dorycnio argenteo* simillimus. Folia subsessilia (petiolo nempe ad pulvinulum dilatatum vaginans subamplexicaule persistens reducto) alterna exstipulata 3-7- (pleraque 5- vel 6-) foliolata, foliola coriacea subpersistentia subsessilia inaequilonga (lateralia minora). Pedunculi ad ramulos ramosque annotinos aut immediatim axillares, aut ramillulos axillares dense foliosos subterminantes, solitarii breves bibracteati 1- vel 2-flori, pedicelli breves nudi. Bracteae concavae subcoriaceae scariosae persistentes oppositae, nunc pedunculi basi, nunc altius insertae.

1. C. **DORYCNIIFOLIA** Jaub. et Spach l. c. 155. t. 84. — Suffrutex subpedalis vel humilior, ramulis ramisque novellis foliisque argenteo-sericeis. Radix lignosa corticata descendens ramosa pluriceps, nonnumquam crassitie pollicis. Caules erecti vel ascendentes vel subdiffusi flexuosi vel tortuosi, irregulariter ramosi, vetuli aphylli, raro penna anserina crassiores, cortice castaneo vel griseo-fusco, tandem rugoso. Rami vagi subteretes, magis minusve flexuosi, modo breves et subsimplices, modo elongati (nonnumquam subpedales) et irregulariter paniculati, vetusti glabri aphylli, foliorum pulvinulis persistentibus induratis vaginulaeformibus quasi nodulosi, raro pennam anserinam crassitie aequantes, novelli graciles foliosi. Folia internodiis rameis nunc longiora, nunc breviora, pleraque 5- vel 6-foliolata (pauciora 3-5- vel 7-foliolata), ramillularia minora confertissima. Foliola lanceolato-oblonga vel lanceolato-obovata vel spathulata obtusissima vel acuminulata, plerumque mucronulata, in quovis folio saepissime magis minusve inaequalia (2 marginalia haud raro caeteris subduplo minora) nonnumquam subaequalia. Pedunculi erecti vel ascendentes vel subpatentes uniflori vel apice geminiflori crassiusculi subsericei rufescentes, 1-3 lin. longi, pedicelli pedunculo

breviores. Bracteae obovatae vel ovales vel cuneiformes rufescentes sericeae, apice rotundatae, nunc mucronatae, nunc muticae, dorso subcarinatae. Calyx 7–9 lin. longus pallide fuscus, intus villoso-tomentosus, tubus striatulus subcylindraceus, medio subinflatus, basi angustatus, labium superius inferiori nunc subdimidio, nunc paullo solum longius, laciniis erectis divergentibus aequalibus triangulari-lanceolatis acutis, labii inferioris segmenta aequalia lineari-lanceolata acuta. Corolla ex sicco flava, unguibus anguste linearibus, calycis tubo longioribus, petala emarcida crispa. Vexillum circiter pollicem longum, lamina ovalis striatula, 3–4 lin. lata, apice rotundata, basi subcuneata. Alae 10–11 lin. longae, vexillo paullo breviores, carina paullo longiores, laminae oblongae obtusae inaequilaterae, basi hinc in auriculam rotundatam productae, illinc in unguem decurrentes. Carina 9–10 lin. longa, laminae unguibus duplo breviores angustae. Genitalia sub anthesi inclusa. Stylus ovario subtriplo longior. Legumen 8–9 lin. longum, directione vaga, juvenile sericeum, maturum glabrum castaneum, flavo-marginatum, stipite crasso vix lineam longo insidens, valvae fere 2 lin. latae. Semina matura non visa. — Crescit in Syriae montibus nec non in Tauro.

Subtribus II. TRIFOLIEAE DC. — Endl. l. c. p. 1267.

6508/1. **BOTRYOLOTUS** *Jaub. et Spach.*

(Jaub. et Spach, Illustr. plant. oriental. I. 124. tab. 63.)

Legumen (indehiscens?) sublanceolatum vel acinaciforme rectum elongatum obtusissimum compressum chartaceum, transverse striatum subreticulatum, nervo filiformi ad suturam trophospermicam marginato vel anguste alato cinctum, stylo filiformi immutato persistente uncinulatum, abortu 1-3-spermum. Caetera omnia *Meliloti.*

1. *B. PERSICUS Jaub. et Spach.
2. *B. CASHEMIRICUS Jaub. et Spach.

} cf. Repert. bot. syst. II. 905.

6511. **TRIFOLIUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 189. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 639. II. 850.)

1. TR. *(Lagopus)* PALAVICUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. I. 32. — Caule ascendente ramoso (digitali vel spithamaeo) adpresse cinerascenti-puberulo; stipulis connatis ovalibus membranaceis striato-nervosis subulato-acuminatis villoso-pilosis; foliolis obverse lanceolatis, apice rotundato-obtusis adpresse cinereo-pubescentibus; capitulis spiciformibus; calycis villosi dentibus subulatis villosis, infimo reliquis longiore; corolla purpurea calyce longiore, vexillo elongato. ♃ — Species intermedia quasi inter *Tr. angustifolium* et *Tr. incarnatum.* — Crescit circa Palavium.
2. TR. *(Fragiferum)* NEGLECTUM Fisch. Mey. et Lallem. Linnaea XVIII. 218. † — Perenne: caulibus decumbentibus, basi radicantibus; foliolis obovatis ellipticisve argute serratis; pedunculis folio longioribus; capitulis fructiferis oblongis subglobosisve; involucro multipartito bracteisque calyces aequantibus; calycibus fructiferis corolla vix brevioribus, dentibus inferioribus labio superiore inflato reticulato piloso brevioribus, superioribus deflexis; carina obtusissima. ♃ — Crescit prope Tiflin.

6519. **PAROCHETUS** *Hamilt.*

(DC. Prodr. II. 402. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 651. II. 855.)

1. *P. MAJOR D. Don. — DC. l. c. 403. no. 2. — Wght. Icon. plant. Ind. or. II. 483.

Subtribus III. GALEGEAE DC. — Endl. l. c. p. 1270.

6523. **DALEA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 244. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 652. II. 855.)

1. D. AGASTACHYA Moric. Plant. nouv. ou rar. d'Amér. 65. t. 44. — Tota cinereo-rufescens villosa eglandulosa: caule basi suffruticoso erecto ramoso; foliis subquadrijugis, foliolis obovatis obtusis; spicis terminalibus cylindricis maximis densissimis; floribus minimis; bracteis latis ovatis longe cuspidatis calyce duplo longioribus. ♃ — Habitat in Texas.
2. D. PENICILLATA Moric. l. c. 66. t. 45. — Ramosissima glabra: foliolis 9 linearibus obtusis, subtus glandulis nigris tuberculatis; spicis terminalibus laxiusculis; bracteis late ovatis mucronatis complicatis, glandulis nigris crebris tuberculato-punctatis; calycibus villosissimis, dentibus subulatis plumosis, bracteis longioribus, inter costas pellucido-punctatis. ♃ — Habitat in Texas, inter Rio della Trinidad et Bexar.
3. D. RAMOSISSIMA Bth. Bot. of Sulphur 11. t. 10. — Fruticulosa ramosissima diffusa glabra: foliolis 11–13 parvis cuneatis glaucis, subtus ramulisque insigniter nigro-punctatis; spicis terminalibus pedunculatis ovatis villosis; bracteis ovatis acuminatis calyce subbrevioribus; calycis villosi dentibus subulatis tubo aequilongis. ♄ — Crescit in California „Bay of Magdalena".
4. D. DIVARICATA Bth. l. c. 12. † — Herbacea diffusa tenuis glabra: foliolis 15–21 parvis obovato-oblongis obcordatisve, glandulis paucis marginalibus; racemis oppositifoliis dissite paucifloris; calycibus glabris 10-costatis pauciglandulosis, dentibus 4 brevibus obtusis, infimo longiore acuto. ♃ — Crescit in California „Bay of Magdalena".
5. D. CANESCENS Bth. l. c. † — Herbacea diffusa pusilla, tota canescenti-hirtella: foliolis 11–15 cuneato- vel obovato-oblongis obtusis vel retusis; spicis densis ovatis pedunculatis oppositifoliis; calycis hirsuti dentibus lanceolatis acutis, infimo paullo longiore. ♃ — Crescit in California „Bay of Magdalena".
6. D.....? Bth. l. c. — Suffruticosa divaricato-ramosa: ramulis dense niveo-tomentosis et punctis elevatis glandulosis conspersis; stipulis parvis subulatis acutis; foliolis 5–11 orbiculatis (1½–3 lin. longis latisque), terminali saepius majori, utrinque cum petiolis niveo-tomentosis, supra venosis impunctatis, margine recurvis; pedunculis oppositifoliis 2–4-pollicaribus niveo-tomentosis punctatisque. ♃ — Crescit cum praecedentibus.
7. D. HUMIFUSA Bth. Plant. Hartweg. p. 170. no. 954. — Suffruticosa prostrata ramosissima sericeo-pubescens: foliolis 7–9 cuneato-oblongis linearibusve, plerisque acutis, subtus punctatis; spicis numerosis ovatis oblongisve; bracteis ovatis acuminatis; calycis undique sericeo-villosi dentibus tubo multo brevioribus. ♃ — Partes juniores pube sericea incanae. Foliola 2 vel rarius 3 lin. longa. Spicae breviter pedunculatae 6–9 lin. longae iis *D. elegantis* subsimiles. Bracteae in sicco fuscescentes, extus pubescentes, margine anguste membranaceae. Corolla coerulea? — Crescit in planitie Rumibamba prope Quito.

6526. **PSORALEA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 262. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 655. II. 856.)

1. PS. JAUBERTIANA Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. I. 392. † — Annua (?) erecta ramosa, molliter pubescens: caules teretes striati crassi, glandulis nullis vel sparsis basi punctati; folia longe petiolata, pinnatim trifoliolata, foliolis amplis ovalibus suborbicularibus vel obovatis repando-dentatis, villo inter venas medio confluente, adpresse primum sericeo-incanis, serius viridibus; flores terni, rarissime quini, in racemis folio 2–4-plo longioribus interrupte spicati plurimi; bracteae membranaceae lanceolatae, calyce breviores; calyces brevissime pedicellati cum rhachi incano- vel fuliginoso-villosissimi impunctati; corolla calyce (2½ lin. longa) triente exserta, primum albida, demum dilute miniata, carina apice atropurpurea, alis supra ungues carinae adnatis. ☉? — In Mesopotamia inter Aleppo et Orfa.

6530. **INDIGOFERA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 221. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 660. II. 856.)

1. I. SIEBERIANA Scheele, Linnaea XVII. 337. — Caule fruticoso tereti cancellato ramosissimo; foliis ternatis, foliolis obovatis nivco-sericeis mucronatis, mucrone obliquo arcuato-recurvato; stipulis subulatis; racemis multifloris, folium longe superantibus; pedunculis sericeis horizontaliter patentibus vel deflexis; pedicellis calyce multo brevioribus; calycibus sericeis; sepalis lanceolato-subulatis corolla paullo minoribus; leguminibus.....? ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei.
2. I. KRAUSSIANA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 83. — Fruticosa glabra: ramis ascendentibus non spinescentibus; foliis unifoliolatis petiolatis coriaceis spathulato- vel obovato-oblongis, ex apice rotundato minute mucronulatis; stipulis minutis acutis; racemis axillaribus paucifloris folio vix longioribus; calycis canescentis lobis obtusiusculis. ♁ — Affinis *I. dumosae* et *I. nudicauli*. — Crescit in Promontorio bonae spei.
3. I. CANDOLLEANA Meisn. l. c. 85. — Fruticosa: ramis patentibus dense foliosis foliisque junioribus utrinque incanis, adultis minute strigillosis; foliis sessilibus 4–5-foliolatis patentibus, foliolis obcordatis recurvato-mucronulatis; racemis axillaribus paucifloris folio triplo longioribus; leguminibus subcylindricis glabris. ♁ — Affinis *I. Burchellii* E. Mey. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6532/1. **MERISTOTROPIS** *Fisch. et Mey.*

(Fisch. et Mey. Index semin. hort. Petropolit. IX. 93. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 857. absq. charact. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. pag. 103.)

Calyx ebracteolatus campanulatus quinquedentatus, dentibus subaequalibus, in fructu marcescens. Corollae papilionaceae vexillum ovato-oblongum, apice ascendens, alae carinam dipetalam obtusam subsuperantes. Stamina 10, filamento vexillari libero diadelpha. Ovarium sessile, ovulis 3–6. Stylus filiformis rectus, stigma capitatum. Legumen exsertum ovato-oblongum turgidum coriaceum indehiscens echinatum, 2–6-spermum. Semina reniformia laevia. — Herba Asiae mediae glabra, glandulis sessilibus odoratis adspersa. Folia alterna stipulata trifoliolata, foliolis obovatis, apice emarginatis. Racemi axillares elongati. Flores bractea scariosa suffulti parvi albi.

1. *M. (GLYCIRRHIZA Fisch. et Mey. l. c. I. 1834. p. 29. et Linnaea X. Literaturbl. 91. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 672. no. 1.) TRIPHYLLA Fisch. et Mey. l. c. IX. 94. — ♃ — Crescit ad mare Caspium.

6539. **TEPHROSIA** *Pers.*

(DC. Prodr. II. 248. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 673. II. 857.)

1. T. *(Craccoides)* GLABRESCENS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 81. — Herbacea glabriuscula: foliolis 5–9 obovatis oblongisve tenuiter membranaceis, supra glabris, subtus adpresse pilosis glabratisve; racemis laxis, folio sublongioribus; calycis puberuli laciniis subulatis, superioribus tubo subaequilongis, infima paullo longiore, alis dimidio breviore; legumine glaberrimo. ♃ — *T. ochroleucae* affinis, at satis distincta videtur glabritie, foliolis tenuibus, pedicellis duplo longioribus, floribus paullo majoribus. — Crescit in Columbia.
2. T. *(Craccoides)* GLANDULIFERA Bth. l. c. et Plant. Hartweg. p. 115. no. 648. — Herbacea: foliolis 11–21 oblongo-ellipticis, utrinque, praesertim subtus ramisque molliter subsericeo-pubescentibus villosisve; racemis folio multo longioribus laxis; pedunculo, pedicellis calycibusque glanduloso-pubescentibus; calycis laciniis subulatis tubo subtriplo longioribus, carinam subaequantibus; legumine tenuiter pubescente. ♃ — Habitus et folia fere *T. Caribaeae*, cui ut *T. ochroleucae* affinis. Foliola 4–5 lin. vel in umbrosis 8–10 lin. longa, basi obliqua, parum angustata vel rotundata, apice obtusa cum mucrone. Stipulae subulato-setaceae, 2–3 lin. longae. Stipellae minutae, rarius obsoletae. Racemi cum pedunculo 4–8-pollicares, pube molli cum pilis glanduliferis magis minusve intermixta Flores in

racemo 6–10, majores quam in *T. ochroleuca*, minores quam in *T. Caribaea*. Pedicelli circa 2 lin. longi. Bracteae setaceae deciduae. Legumen sessile, leviter incurvum, undique aequilatum vel basi parum angustatum, uti in affinibus obtusum compressum, lineis transversis depressis inter semina torulosum, intus septatum. Semina quadrata. — Crescit in sylvis prope Guayaquil.

3. T. *(Xiphocarpus)* CRASSIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 80. — Fruticosa rubiginoso- vel subcanescenti-villosa: foliolis 5–9 ovali-ellipticis, utrinque obtusis, supra rugoso-pubescentibus, subtus rufo- vel subcanescenti-villosis; racemis axillaribus, pedicellis brevissimis subfasciculatis; calycis laciniis setaceo-acuminatis, infimis tubo longioribus; vexillo dense sericeo-villoso; legumine ferrugineo-villoso, intus celluloso. ♁ — Rami crassiusculi subflexuosi, pube densa velutini. Stipulae lanceolatae acutae deciduae, extus villosae, intus glabrae. Foliorum petiolus communis 1–2-pollicaris. Foliola opposita, inferiora a caule parum distantia, 6–18 lin. longa, superiora majora, terminale 2–3-pollicare, omnia obtusissima, basi rotundata, margine recurva, venis subtus prominentibus. — Crescit ad Acapulco.

4. T. *(Brissonia)* GLOMERULIFLORA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 86. — Suffruticosa erecta canescens: stipulis lanceolatis petiolo brevioribus; foliolis 8–10-jugis lanceolatis mucronato-acutis lineato-venosis; pedunculis terminalibus et axillaribus folio longioribus; floribus in glomerulos interrupte spicatos dispositis, glomerulis 2–3-floris, bractea ovata acuta demum decidua fultis; vexillo extus sericeo; legumine ad marginem pubescente. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei ad Port Natal.

5. T. *(Brissonia)* LONGIPES Meisn. l. c. 87. — Suffruticosa erecta subcanescens: ramis angulatis; stipulis setaceis petiolo brevioribus; foliolis 8–10-jugis linearibus complicatis mucronulato-acutis, supra glabris; racemo terminali foliola superante longe pedunculato; floribus intra bracteas angustas paucis fasciculatis, fasciculis remotis; calyce, vexilli dorso legumineque lineari recto fulvo-villosis. ♃ — Affinis *T. lineari* Pers. et *T. discolori* E. Mey. — Crescit in Promontorio bonae spei ad latera montium Tafelberge.

6. T. *(Reineria)* GYNOTHRIX Miquel, Linnaea XVIII. 29. † — Humifusa pubescenti-hirta: caulibus subangulatis; petiolis, rhachidibus calycibusque hirtis; foliis imparipinnatis, foliolis oppositis 6–8-jugis brevissime petiolulatis lineari-spathulatis obtusis vel rarius retusis mucronulatis, utrinque adpresse sparseque pilosis; stipulis lineari-subulatis; racemis terminalibus oppositifoliis, folio duplo longioribus; floribus aggregatis, 5–2 infimorum fasciculis breviter pedunculatis; vexillo unguiculato adpresse hirtello; staminibus monadelphis; stigmate basi longe piloso. — Crescit in Surinam.

7. T. *(Reineria)* KRAUSSIANA Meisn. l. c. — Fruticosa erecta corymboso-ramosa piloso-canescens: stipulis lineari-setaceis petiolo brevissimo longioribus; foliolis 7–10-jugis linearibus complicatis recurvato-submucronatis; racemis terminalibus pedunculatis laxiusculis folio duplo longioribus; floribus in bractearum setacearum axillis 2–3-nis fasciculatis. ♁ — Crescit in Promontorio bonae spei in graminosis ad latera montium Tafelberge.

8. T.(??) DESERTORUM Scheele, Linnaea XVII. 338. — Caule herbaceo prostrato angulato sericeo ramoso; foliolis 4-jugis obcordatis emarginatis integerrimis sericeis; stipulis lanceolatis sericeis; racemis oppositifoliis elongatis; pedicellis ternis calycem subaequantibus; laciniis calycinis ovato-lanceolatis tubum subaequantibus; bracteis lanceolato-linearibus hirsutis; leguminibus.....? ♃ — Crescit in desertis prope Dscheddam.

6539/1. **POGONOSTIGMA** *Boiss.*

(Boissier, Diagnos. plant. novar. oriental. II. 39.)

Calyx ebracteolatus, tubo brevissimo, dentibus 5 subaequalibus subulatis. Corollae papilionaceae vexillum suborbiculatum carinam alasque superans. Alae basi cum carina incurva acutiuscula in duo petala secedente

connexae. Filamenta in tubum fissum coalita, filamento vexillari basi cum tubo connexo. Stylus verticalis incurvo-verticalis (!). Stigma capitatum longe barbatum. Ovarium biovulatum, Legumen compressum ovatum sessile monospermum. Funiculus brevis dilatatus. Semen compressum. — Herbae perennes Arabicae et Nubicae pube adpressa sericeae: foliis imparipinnatis plurijugis; stipulis petiolaribus liberis; racemis floriferis oppositifoliis.

1. P. ARABICUM Boiss. l. c. — Foliis 2–3-jugis, foliolis lanceolato-linearibus acutis. 4 — *Psoralea Arabica* Hochst. Hb. fl. Arab. no. 775. — Crescit in Arabia felici et in regno Mascate.
2. P. NUBICA Boiss. l. c. 40. — Foliis 4–5-jugis, foliolis ovato-oblongis retusis. 4 — *Onobrychis Arabica* Hochst. Hb. fl. Nubic. 44. — Foliola iis praecedentis duplo triplove latiora, flores majores, calyces longius lanati. — In regno Kordofano.

6543. **XIPHOCARPUS** *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 13. t. 7. — Wlprs. Repert. bot. syst. 1. 678. absq. charact. et excl. syn.)

1. X. MARTINICENSIS Prsl. l. c. 14. t. 7. — Arbor vel frutex. Rami teretes, lineis parum elevatis obtusis angulati foliati, undique pilis adpressissimis densissimis, aetate rufescentibus pubescentes. Stipulae caulinae subulatae erectae, ultra duas lineas longae. Folia alterna pinnata cum impari erecto-patentia. Petiolus 4–6-pollicaris sericeo-pubescens inermis, superne longitudinaliter canaliculatus, dorso convexus, basi incrassatus inarticulatus deciduus. Petioluli lineam longi teretes sericeo-pubescentes oppositi, petiolo inarticulati. Foliola 8–10-juga sesquipollicaria, 4 lin. lata vel paullo latiora oblongo-lanceolata aristato-mucronata, supra glabra, subtus pallida sericeo-pubescentia, nervo medio et lateralibus pinnatis simplicibus prominulis. Racemus terminalis pedunculo erecto 1–2-pollicari sericeo-pubescenti tereti striato insidens, erectus multiflorus simplex 3–7-pollicaris. Bracteae ad basin pedicellorum, rhachi angulatae sericeo-pubescenti affixae, lanceolatae acuminatae scariosae albido-pubescentes persistentes, vix lineam longae. Pedicelli usque semipollicares teretes sericeo-pubescentes ebracteolati fasciculati, bini ternive, ante et sub anthesi patentes, postea erecti. Calyx duabus lineis longior sericeo-pubescens. Corolla alba, vexillum 10 lin. longum, extus velutinum, alis carinaeque glaberrimis aequilongum. Legumen tripollicare, 3 lin. latum adpressissime sericeum. — *Robinia sericea* Sieb. Herb. fl. Martinic. no. 181. — Crescit in Martinica insula.

6552. **HERMINIERA** *Guill. et Perr.*

(Guill. et Perr. Tentam. flor. Seneg. I. 201. t. 51.)

1. H. ELAPHROXYLON Guill. et Perr. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 681. absq. charact.) — Frutex erectus 8–10-pedalis ramosus aculeatus, truncus cruris vel etiam corporis humani crassitie, fibris textu cellulari copioso intermixtis et ideo ligno instar medullae levissimo, ramis teretibus striatis, aculeis conicis rectis duris flavidis, in ramis et rhachide foliorum insidentibus. Folia abrupte pinnata 10–20-juga, foliolis alternis ovali-oblongis, apice emarginatis vix pubescentibus laete viridibus, 4–6 lin. longis, 2 lin. latis, rhachi pubescente subtus aculeata, supra canaliculata in acumen desinente. Stipulae lanceolatae magnae erectae, extus pubescentes, supra aculeum et basin petioli utrinque sitae persistentes. Flores magni speciosi aurantiaci in racemum folio breviorem dispositi bracteolati, pedicellis crassis paucifloris axillaribus. Calyx magnus inaequaliter bilabiato-partitus, labiis concavis lanceolatis acutis integris, superiore breviore, extus rufescenti-tomentosis. Vexillum rotundum, apice vix emarginatum, breviter unguiculatum subpollicare, alae dolabriformes breviter unguiculatae, vexillo paullo longiores, hinc auriculatae, carina cucullata alis brevior bipes, extus pubescens. Stamina 10 monadelpha, tubus antice basin usque, postice ad medium fissus. Ovarium lineare compressum villosum stylo longe arcuato subulato terminatum. Legumen lineari-oblongum spiraliter contortum compressum, utraque

sutura emarginatum subtorulosum, hirsutum et verruculosum 6-10-spermum. — Crescit in Senegambia in parvis insulis lacus N'Gher seu Paniè-Foul ad oras fluvii Marigot de Taoué.

6563. **LESSERTIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 271. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 682.)

1. L. ASTRAGALINA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 88. — Suffruticosa: caulibus subsimplicibus angulato-sulcatis glabris; stipulis membranaceis ovato-lanceolatis petiolo brevi longioribus; foliolis 10-14-jugis oblongis vel obovatis truncatis vel emarginatis mucronulatis ciliolatis; racemis terminalibus et axillaribus longe pedunculatis oblongis laxiusculis; calyce pilosulo, basi bibracteolato, dentibus obtusiusculis. ♃ — Crescit in arenosis planitiei Capensis.

6567. **CLIANTHUS** *Soland.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 684. II. 860.)

1. *CL. PUNICEUS Soland. mss. ex Wlprs. l. c. I. 684. no. 1. — Paxton, Magaz. of bot. II. 169. (c. ic.)

Subtribus IV. ASTRAGALEAE DC. — Endl. l. c. p. 1277.

6571. **PHACA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 273. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 684. II. 860.)

1. PH. CANDIDISSIMA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 13. † — Decumbens, tota pube adpressa subsericea candidissima: stipulis minutis latis acutis; foliolis 18-17 obovatis obtusissimis, basi cuneatis; pedunculis folia superantibus; spicis oblongis laxiusculis; bracteis brevissimis; calycis ovati dentibus late subulatis brevibus rectis subaequalibus; legumine sessili ovato inflato membranaceo incano. ♃ — Crescit in California „Bay of Magdalena".
2. PH. VESTITA Bth. l. c. † — Decumbens, pube brevi densa candidissima: stipulis brevibus membranaceo-tomentosis (!), inferioribus in unicam oppositifoliam coalitis; foliolis 25-39 ovatis orbiculatisve; pedunculis folio longioribus, spica oblonga laxa; bracteis parvis; calycis ovati dentibus late subulatis brevibus; ovario sessili villoso. ♃ — Crescit in California, „Bay of Magdalena" et prope San Quentin.
3. PH. ELONGATA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 51. — Caule elato ramoso glabro; foliolis 10-12-jugis ellipticis pilosulis; stipulis lineari-subulatis; pedunculis folio longioribus multifloris; alis carina sublongioribus; legumine stipitato pendulo inflato glabro. ♃ — Caulis bipedalis, flores purpurascentes. — Affinis *Ph. astragalinae,* sed caule elato, stipulis linearibus, alis vexillo et carina longioribus abunde differt. — In rupibus Yopeleteque in prov. Mexicana Oaxaca.

6572. **OXYTROPIS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 275. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 690. II. 861.)

1. O. *(Verticillares)* RHYNCHOPHYSA Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 196. — Sericea subacaulis: caudice brevissimo frutescente; stipulis scariosis glabriusculis ciliatis, auriculis brevissimis rotundatis; foliolis conjugatis ternisve lineari-oblongis obtusiusculis; scapis folia subaequantibus; floribus paucis subcapitatis; bracteis (herbaceis) lanceolatis, calyce brevioribus; calycis dentibus tubo patentim piloso duplo brevioribus; leguminibus (amplis) inflatis ovatis acuminato-rostratis albo-pubescentibus. ♁ — Folia *O. pumilae,* flores *O. prostratae,* legumina *O. ampullatae.* — Crescit in Soongariae montibus Alatau.

6573. **ASTRAGALUS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 281. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 694. II. 863.)

§. 2. *Dissitiflori DC. l. c.* 284. — *Wlprs. l. c. I.* 696. *II.* 864.

1. A. PAUCIJUGUS Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 196. — Caule fruticoso angulato ramisque junioribus teretibus, setis adpressis

bipartitis canis; stipulis abbreviatis in vaginam truncatam scariosam glabram ciliatam connatis, petiolo elongato persistenti adnatis; foliolis ternis (rarissime quinis) distantibus suborbiculato-ovatis crassis viridibus, subtus setis bipartitis incumbentibus scabris, infimis a ramo remotis; racemis ad ramorum hornotinorum basin dissitis, foliorum longitudine; bracteis obtusis brevissimis; calycis glabri dentibus brevibus, intus villosissimis. ♄ — Species ex affinitate *A. Hyrcani* et *Gebleri*. — Crescit in Soongaria ad fluvium Ssaryssu.

§. 5. *Vesicarii DC. l. c.* 288. — *Wlprs. l. c. I.* 701.

2. A. **MEDIUS** Schrenk l. c. — Setis bipartitis adpressis subcanescens: caule erectiusculo ramoso, basi fruticoso; stipulis brevibus liberis subovatis; foliis 3–4-jugis, petiolo foliolis oblongis obtusis breviore; pedunculis folio multo longioribus; floribus subcapitatis; bracteis ovatis calyce subtriplo brevioribus; calycibus ovatis, pilis simplicibus villosis, dentibus subulatis tubo triplo brevioribus; vexillo emarginato mutico alis paullo, calycis tubo duplo longiore; leguminibus semibiloculariibus ovatis acuminatis corrugatis pilosissimis calyce (rupto) paullo longioribus. ♄ — Inter *A. vesicarium* et *A. albicaulem* medius. — Crescit in Soongaria in collibus versus Ters-Akkan, in montibus Ulutau et ad ripas fluvii Kara-Kingir.

§. 11. *Alopecuroidei DC. l. c.* 294. — *Wlprs. l. c. II.* 869.

3. A. **LAGOCEPHALUS** Schrenk l. c. 197. — Caule erecto pubescente; stipulis herbaceis; foliolis ovato-subrotundis vel ovato-ellipticis obtusis, subtus villosis; spicis sessilibus subgloboso-ovatis; calycis ebracteolati dentibus tubo corollaque brevioribus; vexillo puberulo; legumine coriaceo pubescente ovato acuminato, calyce longiore. ♃ — *A. vulpinus* Ldb. Fl. Alt. III. 318. (excl. syn.) — Crescit in desertis Soongoro-Kirghisicis, inter fl. Irtysch et Arkaul alibique.

§. 13. *Tragacanthae DC. l. c.* 295. — *Wlprs. l. c. I.* 705. *II.* 871.

4. A. **OLIGOPHYLLUS** Schrenk l. c. — Floribus subsolitariis breviter pedunculatis; foliis bi- (subtri-)foliolatis; calyce tubuloso breviore legumine oblongo-lanceolato triquetro glabro transversim ruguloso biloculari polyspermo. ♄ — Crescit in Soongaria in desertis a fluvio Tschu septentrionalibus.

5. A. **DIPHTHERITES** Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. I. 396. † — Humifusus: ramis crassis protractis tomentosis; foliola 2–3-juga sessilia elliptica (4–10 lin. longa) producta spinescentia, supra rugoso-venosa, utrinque tomento brevi crassissimo candida; stipulae late ovatae acuminatae, apice ciliato fragili reflexo demum calvescentes; florum fasciculi axillares solitarii 3–9-flori subcapitato-congesti, bracteis chartaceis latissimis obtusis involucrati; calycis semiquinquefidi laciniae setaceae patulae niveo-lanatae; vexillum calycem triente superans (7–9 lin. longum) obovatum rotundatum, basi biauriculatum glabrum incarnatum purpureo-striatum; carina ovalis basi biauriculata, alis cultriformibus subbrevior; ovarium cum stylo supra medium glabro tomentoso-lanatum. ♄ — Crescit trans Tigrim inter Bauerd et Zacho.

§. 15. *Anthylloidei DC. l. c.* 300. — *Wlprs. l. c. I.* 706. *II.* 875.

6. A. **SCHRENKIANUS** Fisch. et Mey. Bullet. de la classe phys. méth. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 197. — Subacaulis, setis bipartitis incumbentibus sericeus: stipulis liberis; foliolis 5 vel 7 lanceolatis ellipticisve acutis; scapis folio duplo longioribus; spica ovato-subglobosa; calycibus bractea multo longioribus, setulis bipartitis adpressis canescentibus, in fructu ovatis inflatis, dentibus tubo 3–4-plo brevioribus; vexillo calycis tubo duplo, alis emarginatis paullo longiore; legumine incluso oblongo rostrato, setis bipartitis adpressis incano. ♃ — *A. subuletorum* proximus. — Crescit in Soongaria in montibus Arganaty et in collibus ad Ters-Akkan.

Tribus IV. *HEDYSAREAE* DC. — Endl. l. c. p. 1280.

Subtribus I. CORONILLEAE DC. — Endl. l. c.

6585. **CORONILLA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 309. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 724. II. 887.)

1. C. GRANDIFLORA Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. V. 88. — Annua: caulibus erectis, superne parce ramoso-paniculatis glabriusculis; stipulis oblongis obtusis anguste albo-marginatis; foliis 15-17-foliolatis, petiolis inferne parce hirtellis glabrisve; foliolis glabris, subtus glaucescentibus cuneato-retusis cum mucronulo; pedunculis folia 2-3-plo superantibus glabris vel basi hirtellis; umbellis 10-floris; pedicellis calyce paullo longioribus; calyce minimo bilabiato, secus labii superioris dorsum papillis albis densis obsito, caeterum glaberrimo, labio superiori uni-, inferiori ultra medium tridentato, dentibus omnibus triangulari-ovatis attenuato-acuminatis, inferiori labii inferioris aliis longiori; corolla lutea, vexilli oblongi retusi plicati subreflexi alas paullo superantis ungue calyce longiori incurvo-gibbo, alis obovatis cucullatis, carina angusta incurva acuta latioribus paulloque longioribus; leguminibus junioribus elongatis linearibus subarcuatis, non alatis, apice mucrone laterali longo subulato instructis. ⊙ — *Securigera grandiflora* Boiss. mss. — Crescit in Caria.

6586. **ARTHROLOBIUM** *Desv.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 724.* — *Astrolobium* DC. Prodr. II. 311.)

1. A. TAURICUM Kaleniczenko, Bullet. de l'acad. de Mosc. XVIII. I. 233. — Pedunculis 1-2-floris, folio paullo longioribus compressis, apice subebracteatis; stipulis albis pellucidis concretis subvaginantibus; foliis trifoliolatis, foliolis infimis minimis subreniformibus inaequalibus, quorum alterum subreniforme glaucum vel rotundato-emarginatum, alterum vero inaequale formae irregularis vix vestigia folii repraesentat, (in aliquot speciminibus foliola aequalia subreniformia subsessilia, terminali maximo oblongo ovali, cauli approximato uti infima foliola). Flores cernui virescenti-flavi; calycis dentes subaequales. Legumina subincurva. Radix tenuis fusiformis multicaulis. Caules debiles subteretes subsimplices 4-5-pollicares. ♃? — Crescit in Tauria ad littora meridionalia maris Nigri.
2. A. SPASSKYI Kaleniczenko l. c. — Pedunculis unifloris brevissimis axillaribus; stipulis bracteaeformibus liberis, in statu juniori pilis crebris albidis obtectis vel ciliatis; foliis primariis vel integris clavaeformibus cornutis, saepe cauli subaequalibus vel trifoliatis, foliolis infimis subrotundatis minimis deciduis, terminali subtriangulari, foliis caulinis imparipinnatis, foliolis obovatis emarginatis glaucis, in statu juniori pilis crebris tectis praecipue ad petiolum; leguminibus (immaturis) laevissimis fusco-cinnamomeis, apice rostro adunco articulum ultimum longitudine superante instructis. ♃ — Flores ex flavo et albo mixti. Calyx glaberrimus, dentes utplurimum ad marginem ciliati, vix pollicares. Radix tenuissima flexuosa, tubercula ovoidea hinc inde gerens. — Crescit in Tauria ad littora meridionalia maris Nigri.

6586/$_1$. **ANTOPETITIA** *A. Rich.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 724.)

1. *A. ABYSSINICA A. Rich. — Wlprs. l. c. — *Ornithopus coriandrinus* Hochst. et Steudel, Flora (B. Z.) XXIV. Intelligenzbl. 32. — Gardner, Sertum plant. t. 49.

6588. **HIPPOCREPIS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 312. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 724. II. 888.)

1. H. CORNIGERA Parlatore, Giornale botanico Italiano I. 307. † — Caule herbaceo erectiusculo; foliis lineari-cuneatis truncato-emarginatis; pedunculis subquadrifloris folio longioribus; lomentis subarcuatis undique puberulo-glandulosis, adultis glabris, articulis ad latus superius in cornu arcuatum longum utrinque productis, sinubus circularibus omnino clausis. ⊙? — Crescit in Arabia petraea ad Aboukir, Arysch et Gazam.

Subtribus II. EUHEDYSAREAE DC. — Endl. l. c. p. 1281.

6595. **POIRETIA** *Venten.*

DC. Prodr. II. 315. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 725.

1. P. MULTIFLORA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 179. — Glabra: caule scandente; foliolis bijugis obovato-retusis pellucido-punctatis; racemis multifloris, folio longioribus reflexis; leguminibus substipitatis compressis linearibus 2–4-articulatis glanduloso-punctatis. ♃ ∪ — Flores flavi. Affinis *P. scandenti* DC., sed racemis multifloris longioribus differt. — Crescit in Mexico in Savannis Zacuapan.

6598. **PHYLACIUM** *Bennet.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 720.)

1. PH. (HELEIOTIS Hasskarl mss.) SCANDENS Hasskarl, Tijdschrift voor naturl. Geschiedn. X. I. 147. — Volubile: ramis gracilibus; foliis trifoliolatis, foliolis petiolulatis bistippellatis ovalibus, utrinque subemarginatis, subtus glaucis; stipulis stipellisque setiformibus; pedunculis axillaribus solitariis aut 3–5-nis congestis petiolo brevioribus, apice foliolo florali unico grandi cucullato praeditis, flores binos ternosve breviter pedicellatos occultante; calyce bibracteolato, dentibus 5 subulatis; legumine stylo persistente mucronato. ♃ ∩ — Habitus *Glycinarum.* — Crescit in insula Java.

2. PH. BRACTEOSUM Horsf. et Bennet, Plant. Jav. rarior. 159. t. 33. — Volubile: ramis gracilibus breviter adpresse pubescentibus; foliis trifoliolatis, foliolis petiolulatis bistipellatis ovalibus obtusis, quandoque subretusis mucronulatis, supra glabris, subtus adpresse rigideque sericeo-pilosis, stipulis lanceolatis acuminatis; racemis pluribus aggregatis, pedicellis pilosulis, singulis bractea foliacea munitis; calycibus bibracteolatis ad medium quadrifidis pilosulis, lacinia infima lanceolata, superiore ovata vix emarginata. ♃ ∩ — Petioli 1–2-pollicares, basi glandulosi, supra sulcati, petioluli laterales breves, terminalis semipollicaris, foliola lateralia 1–2-pollicaria, 8–12 lin. lata, terminale 2–3-pollicare, 1–1½ poll. latum. Racemi 2–10 ex eadem basi oriundi pauciflori, longitudine petioli communis. Bractea cucullata membranacea oblique ovata sesquiuncialis. Ovarium breviter stipitatum uniovulatum lanceolatum pilosum, legumen breviter stipitatum ovato-subrotundum antice convexum, postice rectiusculum, compressum, styli basi persistente mucronatum, pergamentaceum reticulato-nervosum hirsutum monospermum. — Crescit in insula Java.

6599. **ZORNIA** *Gmel.*

(DC. Prodr. II. 316. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 726. II. 888.)

1. Z. SERICEA Moric. Pl. nouv. ou rar. d'Amér. 126. t. 75. — Bifoliolata sericeo-canescens eglandulosa: foliolis lanceolatis acutis; bracteis nervosis acutis, basi obtuse auriculatis; leguminibus quadriarticulatis villosis et aculeatis, bracteis longioribus. ☉? — Crescit in Serra Jacobina.

2. Z. FLEMMINGIOIDES Moric. l. c. 127. t. 76. — Quadrifoliolata suffruticosa glabra, glandulis pellucidis crebris tota conspersa: foliolis ovato-cuneiformibus obtusis mucronulatis; bracteis late ovalibus, basi obliquis, margine ciliatis. ♃ — Crescit in Serra Jacobina.

3. Z. GARDNERIANA Moric. l. c. 129. t. 77. — Quadrifoliolata suffruticosa ramosissima pubescens: foliolis obovato-lincaribus minutissime punctatis et parce pertusis; bracteis ovalibus appendiculatis, utrinque obtusis pellucido-punctatis; leguminibus tri-quadriarticulatis, glandulis aculeis retrorsum scabris breviusculis obsitis. ♃ — Crescit in Brasiliae prov. Piauhiensi.

4. Z. VIRGATA Moric. l. c. 131. t. 78. — Quadrifoliolata glabra: caule elongato rigido virgato, superne aphyllo; foliis breviter petiolatis, foliolis lanceolato-linearibus acutis glanduloso-punctatis; spicis terminalibus paniculatis; bracteis latis

obtusis, basi oblique auriculatis quinque– ad septemnerviis reticulatis pellucido–punctatis; leguminibus biarticulatis, in disco longe aculeatis, bracteis brevioribus. ♃ — Crescit in Brasilia.

5. Z. TENUIFOLIA Moric. l. c. 132. t. 79. — Quadrifoliolata erecta ramosa: caule glabro tereti; foliolis filiformibus petiolo longioribus; spicis elongatis laxis tomentoso–pubescentibus; bracteis oblique lanceolatis brevissime appendiculatis striatis pellucido–punctatis; leguminibus subquadriarticulatis reticulatis villosis parce aculeatis. ♃ — Crescit in Brasilia prope S. Thomé prov. Bahiensis.

6600. **STYLOSANTHES** *L.*

(DC. Prodr. II. 317. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 727. II. 889.)

1. ST. SURINAMENSIS Miquel, Linnaea XVIII. 567. † — Caule erecto simplicissimo vel virgatim ramoso, inferne patentim setuloso, superne subglabro, linea lata dense breviterque pubescente; stipularum dentibus filiformi–linearibus setiferis; foliolis linearibus vel lanceolato–linearibus pungenti–mucronatis trinerviis parce setulosis ciliatisque, petiolo paullo longioribus; spicis terminalibus capitatis densifloris folio involucratis; bracteis calycibusque setosis ciliatisque. ♃ — Crescit in Surinam in arenosis ad Onoribo.

6604. **RATHKEA** *Schum. et Thonn.*

(Schum. et Thonn. Kongel. Dansk. videnskal. Selsk. Afhandl. IV. 129.)

1. R. GLABRA Schum. et Thonn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 732. absq. char.) — Frutex 2–3–pedalis ramosissimus teres, ramulis nudis; folia imparipinnata 6–8–juga, foliola alterna obovato–oblonga obtusa mucronata glaberrima, subtus glauca. Stipulae angustissime lanceolatae acutae patentes marcescentes. Racemi axillares foliis breviores 3–6–flori laxi. Bracteae lanceolatae subsetosae. Bracteolae binae lanceolatae ad calycis basin. Calyx campanulatus hinc gibbus, mucronibus minutis atrovirentibus adspersus subaequaliter quadrifidus, lacinia superiori semifissa. Petala flava venis atrorubentibus striata. Vexillum ovatum emarginatum, intus basi bicallosum, calyce vix duplo longius reflexum. Alae ovatae erectae conniventes. Carina falcato–semiorbiculata obtusa, parum declinata longitudine vexilli. Filamenta 10 connata in tubum superne fissum. Germen pedicellatum marginibus ciliatum. Nectarii annulus callosus cingens basin pedicelli germinis. Lomentum pedicellatum moniliforme compressiusculum, articulis 3–5 ellipticis striatis vix semipollicaribus, extimo acuminato. Semina ovalia compressa. — Crescit in Guinea.

Adnotatio. ROBINIA SQUAMATA Vahl, Symb. bot. III. 88. t. 69. (*Hedysarum sennoides* Willd. Spec. pl. III. 1207. — *Hedysarum fruticosum* Rottl.) ad hoc genus pertinere dicitur.

6605. **AESCHYNOMENE** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 320. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 732. II. 889.)

1. AE.? VERSICOLOR Wenderoth in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 347. — Caule herbaceo, superne glanduloso–fasciculato–piloso; foliolis lineari–oblongis marginatis ciliatis; pedunculis 1–2–floris; leguminibus (maturis) glabris. ♃ — Crescit in Abyssinia? in Mexico?

2. AE. GRACILIS Miquel, Linnaea XVIII. 566. † — Caule suffruticoso gracili glabro, superne parce ramoso pilisque tenerrimis consperso; petiolis, foliolis subtus pedicellisque adpresse sparse strigillosis, foliolis 35–45–jugis spathulato–linearibus obtusis mucronatis; inflorescentia racemoso–paniculata; floribus subsecundis; legumine breviter stipitato subcurvato 3–6–articulato moniliformi parce puberulo. ♃ — Crescit in Surinam in Savana arenosa prope Berlyn.

3. AE. SCOPARIA Splitgerber in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 95. — Caule suffruticoso erecto, superne pubescente; foliolis linearibus 20–30–jugis; racemis brevissimis 4–6–floris; leguminibus pubescentibus, articulis 4–7 semiorbiculatis. ♃ — Crescit in Surinam in paludibus prope Paramaribo.

4. AE. RUDIS Bth. Plant. Hartweg. p. 116. no. 649. — Caule perenni; petiolis racemisque hispidis; foliolis 8–15–jugis oblongo–linearibus obtusis uninerviis glabris ciliatisve; racemis 1–3–floris; bracteis ciliato–serratis; legumine sub–8–articulato, sutura postica recta, antica leviter sinuata, faciebus tuberculato–hirtis. ♃ — Affinis *Ae. ciliatae*, sed omnibus partibus multo minor. Foliola vix 2 lin. longa. Legumen submembranaceum. — Crescit in Peruvia prope Limam et ad Guayaquil.

5. AE. FLORIBUNDA Mart. et Galeotti, Bulletin de l'acad. de Bruxelles X. II. 180. — Caule tereti glanduloso–hirto; foliolis sub–20–jugis oblongis mucronatis subtrinerviis glabriusculis; racemis axillaribus subcompositis folio brevioribus; bracteis ovato–lanceolatis, apice subulatis striatis ciliatis; leguminis sessilis articulis 2–4 semiorbiculatis glanduloso–punctatis hirtis. ♃ — Affinis est *Ae. Americanae* DC., sed racemis multifloris in pedunculo axillari saepius bipartito legumineque nigro–punctato hirsuto diversa. — Crescit in Mexico in cordillera occidentali Oaxaca.

6. AE. LAEVIS Mart. et Galeotti l. c. 181. — Caule herbaceo tereti laevi subglabro, apice pilosulo; foliolis 25–40–jugis lineari–oblongis, apice truncatis mucronulatis glabris; stipulis ovato–lanceolatis; floribus laxe racemosis; racemis paucifloris longe pedunculatis; leguminis glabriusculi articulis suborbiculatis. ☉ — Caulis pedalis, foliola 3 lin. longa. Species affinis *Ae. hedysaroidei* sed stipulis brevioribus et caule apice piloso differt. — In Mexico in Savannis prope Zacuapan.

7. AE. HEDYSAROIDES Mart. et Galeotti l. c. — Glaberrima: foliis breviter petiolatis, foliolis 30–50–jugis oblongo–linearibus mucronatis; stipulis lanceolato–subulatis elongatis; floribus laxe racemosis longe pedicellatis axillaribus et terminalibus; racemis terminalibus paniculatis: leguminis longe stipitati sutura vexillari subsinuosa, carinali profunde sinuata. ☉? — Flores flavi striati, stipulae lineari–lanceolatae. — Crescit in savannis prope Zacatepeque in Mexico (Oaxaca).

$6605/_{1}$. PLANARIUM *Dsvx.*

(Dsvx. Ann. sc. natur. IX. 411. — Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 81. t. 30.)

Calyx campanulatus breviter quinquedentatus. Vexillum ovato-orbiculatum complicatum. Alae oblongae falcatae. Petala carinalia alis subsimilia, apice dorso connata. Stamina ad medium connata in vaginam postice fissam. Antherae conformes. Legumen breviter stipitatum elongatum planum. Sutura utraque ala subcartilaginea marginata, articulis numerosis quadratis indehiscentibus. — Frutex Austro-Americanus.

1. PL. LATISILIQUUM Dsvx. l. c. — Bth. l. c. 82. t. 30. — Frutex? eglandulosus: ramis subteretibus volubilibus elongatis, junioribus pube brevi molli canescentibus, demum glabris. Stipulae subfoliaceae lanceolatae, acute acuminatae persistentes, 1–2 lin. longae liberae. Folia imparipinnata. Petiolus communis bipollicaris tenuis. Foliola 5, opposita cum terminali distante, petiolulata obovata vel orbicularia, obtusissima cum mucronulo, basi rotundata, 4–8 lin. longa, membranacea impunctata, utrinque tenuiter puberula, subtus pallida. Racemi axillares, folio multo breviores pluriflori. Pedicelli 2 lin. longi, ad axillas bractearum stipulis conformium solitarii, ebracteolati. Calyx 2 lin. longus canescenti–pubescens, dentibus brevissimis latis obtusis subaequalibus. Vexillum semipollicare, basi in unguem brevem latum angustatum, inappendiculatum, supra unguem medio obsolete bigibbosum. Alae vexillo parum breviores, breviter unguiculatae, margine postice supra unguem angulatae, foveolis transversis nullis. Carina alis vix brevior, petalis ultra medium liberis, margine basi ciliatis. Legumen 2–3–pollicare, cum alis 4 lin. latum, glabrum vel pube tenuissima subcanescens, medio utrinque costatum et venis obliquis tenuiter reticulatum, alis fere lineam latis subaveniis, articulis 12–15 monospermis. — Crescit in America tropica occidentali ad Atacames.

6605/2. **ISODESMIA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 339.)

Calyx bracteolis duabus persistentibus instructus, campanulatus quinquefidus subbilabiatus, laciniis subaequalibus, duabus superioribus obtusis, caeteris acutis. Corollae papilionaceae vexillum suborbiculatum emarginatum reflexo-patentissimum, alae oblongae liberae vexillo breviores, carinae petala libera obtusa, alis paullo breviora. Stamina 10 in phalanges duas pentandras coalita, antherae conformes ellipticae. Ovarium sessile 9-ovulatum. Stylus filiformis, stigma obtusum. Legumen sessile integrum lineare compressum apiculatum 6-9-articulatum, articulis utrinque truncatis monospermis secedentibus. Semina compressa subreniformia. — Frutex Brasiliensis scandens villoso-tomentosus: foliis imparipinnatis, foliolis 7-jugis impunctatis; pedunculis axillaribus solitariis 2-3-floris; floribus flavis pedicellatis, pedicellis basi bracteatis.

1. I. TOMENTOSA Bth. l. c. 340. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 889. absq. charact.) — Frutex fulvo-villoso-tomentosus, rami teretes, folia alterna 4–5-pollicaria, foliolis impunctatis breviter petiolatis lineari-oblongis obtusis apiculatis, supra pubescentibus, subtus dense fulvo-tomentosis, 10–15 lin. longis, 2½–3 lin. latis. Stipulae parvae reflexae lineari-subulatae, 3 lin. longae. Pedunculi axillares subtriflori, pollicares et longiores. Pedicelli 3 lin. longi basi bracteati, bracteolis brevibus acutis. Flores fere pollicares. Ovarium tomentellum. Legumen immaturum 3–4-pollicare, 4–6 lin. latum. — Crescit in Brasilia locis umbrosis ad Imbuhy.

6607. **KOTSCHYA** *Endl.*

(Endl. Novar. stirp. mus. Vindobon. decad. p. 4. et Iconogr. gener. pl. t. 125.)

1. K. AFRICANA Endl. l. l. c. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 725. absq. charact.) — Fruticis rami striati digitum minimum crassi, cortice fuscescenti-stramineo longitudinaliter rimoso tecti, piloso-hirti, setae e tuberculis parvis subviscidis oriundae. Folia alterna 1½–1-pollicaria abrupte pinnata sub-20-juga, petiolo setuloso-hispido, apice in mucronem desinente. Foliola alterna ovato-oblonga, infima 4 lin. longa, linea una paullo latiora, superiora gradatim minora, basi rotundata brevissimeque petiolulata inaequilatera mucronulata, in nervo subtus pilosula. Stipulae ad basin petioli geminae acuminato-lanceolatae 2 lin. circiter longae, basi lineam latae scarioso-membranaceae striato-nervosae setoso-ciliatae persistentes. Racemi in foliorum axillis solitarii 2–16-flori folio breviores, pedunculo patente pedicellisque apice inflexis setosis. Bracteae ad basin pedicellorum scarioso-membranaceae stipulis foliorum omnino conformes. Bracteolae calycis basin stipantes geminae sessiles lanceolatae (3½ lin. longae) acutae erectiusculae rigidulae nervosae pilosae ciliatae, apice subserrulatae foliaceae virides. Calyx ad basin fere usque bilabiato-bipartitus fuscescens striato-nervosus, piloso-setulosus ciliatus. Vexillum elliptico-oblongum, 9 lin. longum, 3 lin. latum complicatum, alae oblongae obtusae circiter semipollicares, 2 lin. latae, basi abrupte unguiculatae, margine superiori barbato-ciliatae. Carinae dipetalae petala subfalcata 7 lin. longa, abrupte unguiculata. Staminum monadelphorum tubus antice fissus. Ovarium moniliformi-7–8-articulatum compressum. Legumen calyce inclusum stipitatum 7–8-articulatum, articulis secedentibus dorso truncatis coriaceo-membranaceis setosis monospermis; semina spadicea nitida globoso-compressa. — Crescit in Africae boreali-orientalis insula fluvii Tumad in confinibus Schangul et Camamil.

6610. **URARIA** *Desv.*

(DC. Prodr. II. 324. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 755. II. 889.)

1. U. PANICULATA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 273. — Perennis: foliis trifoliolatis, foliolis oblongis vel oblongo-ellipticis, supra hispidulis, subtus subvelutinis; racemis terminalibus laxis paniculatis, folia longe superantibus; pedicellis caly-

cibusque uncinato-hirtellis; bracteis linearibus caducis; leguminibus glabriusculis 4-6-articulatis. ♃ — Crescit in insula Java.

2. U. LINEARIS Hsskrl. l. c. — Annua: ramis et petiolis hamuloso-strigulosis, pinnis subsessilibus linearibus, margine subrepandis, supra ad nervum medium pallide maculatis, subtus reticulatis, in reticulatione pubescenti-strigosis; racemo fructigero elongato-cylindrico hirto; calycis laciniis setaceis hirsutissimis; leguminibus glabris. ⊙ — Crescit in insula Java.

6611. **MECOPUS** *Bennet.*

(Bennet in Horsf. et Benn. Plant. Javan. rar. I. 154. t. 32.)

1. M. NIDULANS Bennet l. c. — Herba perennis? sesquipedalis, a basi ad apicem ramosissima. Caulis crassitie pennae corvinae teres striatus glaber. Rami strícti glabri, basi teretes, apicem versus angulati, inferiores quandoque sesquipedales simplices vel ramulosi, ramulis 3–4-pollicaribus angulatis. Stipulae lineari-lanceolatae nervosae 2–4 lin. longae adpressae erectae distinctae, post folia delapsa persistentes, inferiores laevigatae, superiores pilis raris adspersae. Folia numerosissima, praecipue versus caulis apicem et in ramulis conferta simplicia reniformi-suborbiculata, paullo latiora quam longa, vix pollicaria, basi profundius, apice leviter emarginata, utrinque glabra, ad marginem integerrimum parce ciliato-pilosa penninervia venosa, obsolete et minute pellucido-punctata, cito decidua. Petioli longitudine foliorum, basi glandulosi, juxta apicem sub articulo saepe geniculato stipellis duabus minutis instructi, sub folio ipso (in petiolulo, interdum glandulosi, nunc una cum foliis decidui, nunc, articulo apicis soluto postea brevi tempore manentes. Ad basin cujusque ramuli exstat utrinque appendix foliacea lanceolata semilineam longa adpressa aliaeque subsimiles in axillis foliorum ramealium plerumque latent. Racemi plurimi in caule, ramis ramulisque terminales dense ovati, pedicellis alternatim fasciculatis, fasciculo quovis pedicellisque singulis unibracteatis. Bracteae fasciculorum pedunculorumque lateralium extimorum subaequales, majores 3–5 lin. longae, stipulis simillimae et nonnisi apicibus pilisque apicalibus longioribus ab illis diversae, reliquae minutae. Pedicelli 6–8-ni in quovis fasciculo, 6–9 lin. longi, pilis subviscidis basi bulbosis hispidi et pube breviore e pilis mollibus apice uncinulatis vestiti, juxta apicem subito retrofracti, sub calyce articulati, articulo soluto saepe non floriferi. Flores minuti. Calyx minimus pilosus breviter campanulatus quadrifidus, lobo postico obsolete bidentato, reliquis acutiusculis. Vexillum parvum sessile obovatum vix emarginatum, alae minores dimidiato-obovatae breviter unguiculatae, denticulo postico subobsoleto, carina parum longior, unguibus brevibus, denticulis minimis, limbo connato cucullato mucronulato. Stamina diadelpha (9 et 1) persistentia, apicibus liberis filamentorum brevibus incurvis, antherae minimae. Ovarium breviter stipitatum, sutura posteriore subrecta, ovulis duobus subsessilibus. Stylus ejusdem fere longitudinis incurvus, stigmate parvo capitatus. Legumen planiusculum pubescens membranaceum reticulato-venosum 1–2-articulatum, articulis monospermis suborbiculatis, ope stipitis post anthesin valde elongati (3–5 lin. longi) legumen longitudine longe excedentis teretis pubescentis intra capitulum dense comosum nidulans. Semina reniformia subsessilia compressiuscula. Cotyledones parum convexae, radicula longiuscula versus hilum inflexa accumbens. — Crescit in insula Java.

6612. **NICOLSONIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 325. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 736.)

1. N. MAJOR Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 757. — Fruticulosa: caule flexuoso ramoso cum petiolis pedunculisque pilosis; foliis basi stipulatis; stipulis membranaceis lanceolatis setoso-acuminatis; pedicellis basi setoso-stipulatis; foliolis ovatis vel oblongo-ovatis obtusis, supra glabriusculis, subtus adpresse pilosis; floribus in racemis axillaribus terminalibusque confertis; leguminibus pilosulis. ♃ — Crescit in Surinam.

2. N. RADICANS Steudel l. c. — Caule fruticuloso ramoso; ramis radicantibus cum petiolis, pedicellis pedunculisque pilosis; stipulis lanceolatis acutis, stipellis minimis; foliolis ovatis obtusis minutissime (decidue) mucronulatis, demum subemarginatis, supra glabris, subtus sparsim adpresseque pilosis; racemis terminalibus, rarius etiam axillaribus; bracteis ovato-lanceolatis acutissimis; leguminibus pilosulis. ♃ — Crescit in Surinam.

6615. **DESMODIUM** *DC.*

(DC. Prodr. II. 325. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 737. II. 890.)

Sectio I. SCORPIURUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 83.

Legumen angustum elongatum, maturum vix compressum aequilatum vel ad articulationes levissime constrictum, articulis latitudine multo longioribus aequilateris.

Sectio II. CHALARIUM Bth. l. c.

Legumen elongatum compressum, inter articulationes ad utramque suturam valde constrictum, articulis orbiculatis vel ovatis aequilateris vel parum inaequilateris.

Sectio III. HETEROLOMA Bth. l. c.

Legumen elongatum pluriarticulatum vel breviter 1–2-articulatum valde compressum, sutura seminali continua, ad alteram suturam inter articulos valde constrictum, articulis semiorbicularibus, hinc rectis, illinc convexis.

Sectio IV. NEPHROMERIA Bth. l. c. 84.

Legumen plano-compressum, sutura seminali subcontinua, ad suturam alteram valde constrictum, articulis magnis reniformibus, saepius membranaceis, sutura seminali cujusve articuli intrusa, altera valde convexa.

---

1. D. (*Chalarium?*) PARVIFLORUM Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 185. — Caule herbaceo repente ramoso pilosulo; foliolis obovato-rotundatis adpresse pilosis, subtus glaucescentibus; racemis laxis elongatis subterminalibus; pedicellis ternis; leguminibus linearibus canescenti-tomentosis, articulis 6 oblongis. ♃ — Crescit in arenosis maritimis prope Vera Cruz.

2. D. *(Chalarium)* HIRSUTUM Mart. et Galeotti l. c. 186. — Caule elato tereti rufo-hirsutissimo; stipulis magnis oblique ovatis acuminatis nervoso-striatis ciliatis; petiolis longis fulvo-hirsutis; foliolis ovato-oblongis obtusis pilosulis dense rufo-ciliatis; stipulis elongatis lineari-subulatis; floribus laxe racemoso-paniculatis; legumine glabriusculo. ♃ — Caulis 3–5-pedalis, panicula ampla laxa terminalis, flores parvi violacei. — Crescit in sylvis prope Zacuapan et Mirador in Mexico.

3. D. (*Chalarium*) NITIDUM Mart. et Galeotti l. c. — Glaberrimum: caule tereti elato laevigato subsimplici; stipulis oblique ovato-lanceolatis acuminatis subfalcatis patentibus vel reflexis; stipellis subulatis; foliis ternatis, foliolis ovatis acuminatis nitidis; panicula terminali laxa; leguminis stipitati articulis orbiculatis 5–6; floribus violaceis longe pedicellatis patentibus subgeminis; bracteolis subulatis ternis reflexis inaequalibus. ♃? — Crescit in sylvis alpinis in Cordillera Mexicana Oaxaca prope Yaveziam et alibi.

4. D. (*Chalarium*) SYLVATICUM Bth. Plant. Hartweg. p. 116. no. 650. — Annuum erectum, pube subhamosa canescens, basi glabratum: stipulis lanceolato-subulatis recurvo-patentibus deciduis; foliolis late ovatis subrhombeisve acutis, utrinque adpresse pubescentibus; panicula laxa gracili; floribus minimis; calycis quadrifidi laciniis tubo aequilongis; legumine moniliformi tortuoso uncinato-hirto. ☉ — Affine *D. tortuoso*, *D. spirali* et *D. tenello*, at ab omnibus distinctum videtur. Caules tenues sulcati (bipedales?). Stipulae 2–3 lin. longae, membranaceae striatae pilosae. Stipellae consimiles minores. Foliola majora bipollicaria, sesquipollicem lata, basi rotundata, pilis sparsis adpressis in pagina superiore n uerosis, in inferiore raris, ad marginem densioribus adspersa, lateralia terminali breviora. Petiolus communis 1–2 poll. longus, petioluli vix lineares. Folia floralia

sub racemis inferioribus caulinis similia nisi multo minora, foliolis angustioribus acutioribus, suprema minima vel obsoleta. Racemi 2–3 poll. longi, subsimplices graciles, in paniculam terminalem basi paucifoliatam dispositi. Bracteae stipulis subconformes at multo minores, supremae minutae. Pedicelli filiformes 2–4 lin. longi solitarii vel saepius gemini vel terni. Calyx vix ½ lin. longus campanulatus hirtellus, laciniis late lanceolatis acutis, suprema (ex duabus coalitis constante) paullo latiore, infima angustiore. Corolla linea paullo longior. Petala subaequilonga, vexillum obovatum, basi angustatum non appendiculatum, alae oblongae non plicatae, carinae petala inter se vix cohaerentia, alis leviter adhaerentia. Legumen semipollicare sessile, articulis 4–6 ovato-orbiculatis, marginibus alternatim involutis revolutisque sic dictum spirale, pilis uncinatis undique hispidulum. — Crescit in sylvis ad Guayaquil.

5. D. (*Heteroloma*) GRACILE Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 182. — Caule herbaceo gracili elongato glabriusculo ramoso paucifoliato; foliolis ternis ovatis subrotundis pilosulis; stipulis lineari-subulatis; racemis terminalibus laxis gracillimis paucifloris; bracteis ovato-lanceolatis deciduis; pedicellis geminis; leguminis pubescentis articulis 3–4 semiorbicularibus. ♃ — Flores parvi purpurei remoti. — Cresit in Mexico in Cordillera orientali Oaxaca.

6. *D. STROBILACEUM var. ACUTIFOLIUM Mart. et Galeotti l. c. 183. — Caule erecto sulcato adpresse villoso; petiolis sericeo-villosis trifoliolatis, foliolis ovato-oblongis acutis, supra adpresse pilosulis, subtus pubescenti-sericeis glaucescentibus, basi stipellatis; racemis axillaribus et terminalibus elongatis; bracteis magnis ovato-acuminatis scariosis ciliatis imbricatis; floribus densis reflexis violaceis. ♁ — Distinguitur a speciei typo foliis acutis minusque villosis. — Crescit in Mexico in Cordillera occidentali Oaxaca.

7. D. (*Heteroloma*) GLAUCESCENS Miquel, Linnaea XVIII. 569. † — Caulibus e basi radicante ascendenti-erectis subsimplicibus subherbaceis teretibus adpressissime hirtellis, dein glabratis striatis; foliolis membranaceis, supra nitidis et minute puberulis, subtus glaucis strigoso-pubescentibus mucronulatis, foliorum inferiorum obovatis vel obovato-rotundatis, superiorum obovato-ellipticis ellipticisve acutis; stipulis scariosis e basi obliqua lanceolato-linearibus filiformi-attenuatis, praesertim versus basin ciliatis, persistentibus; racemis terminalibus; bracteis deciduis; pedicellis solitariis rhachique pubescentibus et parce setulosis; calycis dentibus longe acuminato-filiformibus ciliatis; legumine pauciarticulato hinc recto, illinc sinuato, pilis uncinatis puberulo. ♃ — Affine *D. racemifero* et *ancistrocarpo*. — Crescit in Surinam prope Zwarigheid.

8. D. (*Heteroloma?*) SPECTABILE Miquel l. c. 570. † — Caule tereti vel tetragono-tereti, pilis hamatis scabro-pubescente hirtove; foliis tri- vel quandoque unifoliolatis, foliolis coriaceis, supra subscabro-puberulis, subtus incano-hirtis mucronatis, summo ovato obtuso vel acutiusculo, lateralibus multo minoribus oblongis; stipulis e basi dilatata ovato-lanceolatis inaequilateris acuminatis striatis coriaceis marcescentibus, stipellis lanceolatis; inflorescentia ampla paniculata; racemis rufescentibus; bracteis lanceolatis acuminatis viridulis hirtis deciduis; floribus plerumque geminis breviter pedicellatis; legumine 5–6-articulato hyalino spiraliter torto mucronato, inferne uncinato-puberulo, superne glabro. ♁? — Crescit in Surinam ad Onoribo in savanna arenosa inter gramina alta.

9. D. (*Heteroloma*) SINCLAIRI Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 82. — Elatum decumbens? uncinato-hirsutum: stipulis late lanceolatis acuminatis fusco-membranaceis deciduis, stipellis elongatis; foliolis ovato-lanceolatis subrhombeis acuminatis, utrinque pilis adpressis, supra raris pubescentibus; bracteis basi latis longe acuminatis, ante anthesin comosis; calycis laciniis lanceolatis acuminatis; leguminis articulis 5–8 hirsuto-scabris. ♃? — Species *D. Limensi* valde affinis, at planta subscandens videtur, foliola majora (2–4-pollicaria), stipulae et bracteae multo majores, longius acuminatae, et pili caulis ut in *D. uncinato* hamato-prehensiles nec ut in *D. Limensi* molles. — Crescit in Columbia.

10. D. (HEDYSARUM? Vahl, Symbol. bot. II. 83.) *(Nephromeria)* MOLLE Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 83. — Elatum, undique breviter subadhaerente-pubescens: stipulis parvis e basi lata striata subulato-acuminatis; foliolis ovato-rhombeis subacuminatis obtusis mucronatis, utrinque pubescentibus; racemis paniculatis; floribus minutis; calycis laciniis setaceo-acuminatis, suprema bifida; legumine juniore tortuoso pubescente articulo terminali demum plano reniformi membranaceo glabriusculo isthmo angustissimo affixo. ♃ — In America centrali.

11. D. (*Nephromeria*) BARCLAYI Bth. l. c. — Caule flexuoso hirtello; stipulis brevibus latis deciduis, foliolis ovato-rhombeis acutiusculis, utrinque praesertim subtus puberulis; racemis paniculatis; leguminis stipitati demum glabri articulis 1-2 orbiculato-reniformibus submembranaceis glabris, sutura seminali intrusa, isthmis angustissimis. ♃? — Species ex diagnosi brevissima *D. infracto* DC. affinis, sed hujus leguminis articuli semiorbiculati discrepant. Ramuli crassiusculi virides, obtuse angulati. Stipulae desunt nisi in gemmulis ubi breves sunt, latae, brevissime acuminatae striatae. Stipellae parvae lanceolatae acutissimae. Petioli 2-3-pollicares. Foliola 2-3-pollicaria, lateralia minora, breviter petiolulata. — Crescit in Columbia.

6618. **HEDYSARUM** *Jeaume.*

(DC. Prodr. II. 340. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 744. II. 892.)

1. H. (*Echinolobium*) PALAVICUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. I. 32. — Caule, petiolis, pedunculis foliolisque subtus tenuiter sericeo-puberulis; foliis 4-5-jugis, foliolis ovato-ellipticis petiolulatis; stipulis lanceolatis longe acuminatis, fere medium usque coalitis; racemis floriferis brevibus; bracteolis subulatis pedicellos subtriplo superantibus; dentibus calycinis subaequalibus subulatis pilosis tubo paullo longioribus; corolla magna lutescenti-albida, carina obtusa alisque aequilongis apice azureis. ♃ — *Hed. Lydii* Boiss. (Wlprs. l. c. II. 893. no. 5.) forte varietas grandiflora. — Crescit in agro Palavico.

6622. **CAMPYLOTROPIS** *Bnge.*

(Bnge. Annales des sc. natur. [2. Sér.] VI. 58.)

1. C. CHINENSIS Bnge. l. c. — Foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis integerrimis; stipulis caulinis subulatis subpungentibus persistentibus; racemis axillaribus; bracteis integris unifloris; pedicellis patentibus cum calyce articulatis; floribus purpureis saepe resupinatis. ♁ — *Lespedeza macrocarpa* Bnge. Mémoir. des sav. étrang. II. 92. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 748. no. 2.) — In China boreali.

6624/1. **EBENIDIUM** *Jaub. et Spach.*

(Jaub. et Spach, Annales des sc. natur. [2. Sér.] XIX. 162.)

Calyx tubulosus subventricosus membranaceus persistens, profunde quinquefidus, laciniis dense plumosis subaequilongis, e dilatata basi filiformi-subulatis, fructifer immutatus. Discus tenuis obliquus postice productior, calycis fundum vestiens, margine stamina et petala excipiens. Corolla papilionacea glabra marcescens, calyce brevior, petalis unguiculatis erectis, inter se et a vagina staminea liberis. Vexillum alis carinaeque admotum. Alae exsertae carina sublongiores accumbentes oblique oblongae, latere superiore ad basin callosae et auriculatae, plicis transversis orbatae. Carina cymbaeformis compressa erostris obtusa, unguibus nonnisi basi discretis, laminis margine inferiore omnino cohaerentibus. Stamina diadelpha (9 et 1) sensim incurva. Filamenta capillaria marcescentia, alterna longiora. Antherae conformes aequales subrotundae dithecae, dorso affixae versatiles deciduae, aestivatione introrsae. Ovarium stipitatum compressum lanatum uniloculare 6-ovulatum, ovulis campylotropis appensis. Stylus filiformis glaber, superne incurvatus. Stigma terminale uncinatum incurvum papillosum. Legumen calyce brevius submembranaceum lanuginosum stipitatum lanceolatum compressum indehiscens, abortu monospermum. Semen lenticulare subrotun-

dum, radicula decurva accumbens. — Herba Persica perennis humilis: foliis alternis imparipinnatis, foliolis oppositis integerrimis subsessilibus remotis; stipulis lateralibus discretis angustis integerrimis foliaceis; floribus subsessilibus unibracteatis in spicas densissimas, calycum et bractearum villis lanuginosas crassas cylindraceas obtusissimas longe pedunculatas dispositis; pedunculis axillaribus solitariis monostachyis rigidis teretibus subflexuosis; bracteis subulatis herbaceis muticis persistentibus plumoso-hirsutis.

1. E. LAGOPUS Jaub. et Spach l. c. 163. ♱ (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 899. absq. charact.) — Folia 2–3–4–5-juga, petiolus 1–3-pollicaris, foliola 6–15 lin. longa lineari-lanceolata vel sublinearia mucronata, stipulae 3–6 lin. longae. Pedunculi petiolis subbreviores, spicae 1–2-pollicares. Corolla ochroleuca. ♃ — Crescit in Persia australi.

Subtribus III. ALHAGEAE DC. — Endl. l. c. p. 1287.

6626. **ALYSICARPUS** *Neck.*

(DC. Prodr. II. 352. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 749. II. 899.)

1. A. *VAGINALIS DC. l. c. 353. — (Wlprs. l. c. I. 749. no. 2.) var. *Americana* Miquel, Linnaea XVIII. 30. — Caulibus glabris, nascentibus tenerrimis hirtellis; foliis supra glabris, subtus praesertim in nervis et ad margines pubescenti-hirtellis, infimis minutis orbicularibus vel oblongis obtusis, basi subcordatis, reliquis superioribus oblongis vel lanceolatis acutiusculis vel acutis mucronatis, petiolis apice stipellatis, stipulis scariosis lanceolatis petiolorum longitudine, margine praesertim antico tenerrime ciliolatis; legumine tereti-compresso reticulato tenerrime puberulo 6–8-articulato. ♃ — Crescit in Surinam.

$6627/_1$. **HEGETSCHWEILERA** *Heer.*

(Heer, Indx. semin. hort. Turic 1842. p. 2. adn. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 104.)

Calyx infundibuliformis bilabiatus, labio superiore bifido, inferiore tripartito. Corollae papilionaceae vexillum unguiculatum, lamina orbiculari emarginata, carina obtusa alis paullo longior. Stamina 10 monadelpha. Legumen teretiusculum, articulis 6–8 clausis monospermis. — Herba Guianensis procumbens, ramis decumbentibus; foliis simplicibus, basi stipulis duabus membranaceis instructis.

1. *H. PULCHELLA Heer l. c. — ☉? — Genus non satis notum. — In Guiana.

Tribus V. *PHASEOLEAE* Bth. — Endl. l. c. p. 1287.

Subtribus I. CLITORIEAE Bth. — Endl. l. c.

6633. **COLOGANIA** *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. II. 236. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 751.)

1. C.? AFFINIS Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 188. — Caule volubili retrorsum villoso; foliolis ovatis obtusis submucronulatis adpresse pilosulis, subtus glaucescentibus; floribus axillaribus subfasciculatis, fasciculis folio brevioribus; calyce piloso; legumine ignoto. ♁∽ — Flores purpureo-rubri. — Affinis *C. ovalifoliae.* — Crescit in Mexico prope coloniam Germanicam Mirador.

6635. **CLITORIA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 233. [excl. sect. 3. et 4.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 751.)

1. CL. BRACHYSTEGIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 84. — Fruticosa scandens elata glabra (vel junior puberula?): foliolis ovatis breviter acuminatis amplis subcoriaceis; racemis petiolo brevioribus densifloris; bracteis bracteolisque brevissimis suborbiculatis; calycis late tubulosi glabri dentibus brevibus latis obtusis; vexillo sericeo; ovario villoso. ♁∪ — Habitus, folia et inflorescentia *Cl. arborescentis,* sed racemi breviores, flores arctius sessiles. Calyx vix semipollice

longior, dentibus non acuminatis. Bracteolae latiores quam longae, vix lineam attingentes. — Crescit in Columbia.

2. CL. MULTIFLORA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 188. — Caule scandente adpresse villoso; foliolis ovato-lanceolatis acuminatis, supra glabris, subtus adpresse villosis canescentibus; racemis laxis subpaniculatis folio sublongioribus; bracteis linearibus calyce dimidio brevioribus; calycis tubo sericeo-villoso, laciniis lanceolato-acuminatis, infimo longiore. ♁ ∪ — Legumen ignotum, flores ampli lilacini, foliola 3 poll. longa, 1½ poll. lata, stipellae lineari-subulatae. Affinis *Cl. glycinoidei* DC. — Crescit in Mexico prope Mirador.

3. *CL. TERNATEA Linn. — DC. l. c. no. 1. — Paxton, Magaz. of bot. VII. 147. (c. ic.)

6635/1. MINKELERSIA *Mart. et Galeotti.*

(Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 200.)

Calyx campanulatus quinquefidus vel quinquepartitus, laciniae oblongae obtusae subaequales. Corolla papilionacea: carina cum stylo staminibusque spiraliter torta, vexillo obovato-oblongo erecto conduplicato, carina et alis longitudine aequalibus; involucro trifoliato sub calyce; stipulis ovalibus obtusis involucelli foliolis similibus. Legumen lineare planum elongatum polyspermum, semina rotundata. — Herba Mexicana volubilis: foliis trifoliolatis; pedunculis axillaribus unifloris elongatis.

1. M. GALACTIOIDES Mart. et Galeotti l. c. — Herbacea glabra: ramis volubilibus; foliolis oblique ovato-oblongis obtusis; stipulis minutis ovatis obtusis; pedunculis axillaribus folio multo longioribus unifloris; bracteolis tribus ovatis a calyce parum remotis. ♃ ∩ — Foliola semipollicaria petiolulata, petiolus pollicaris, pedunculus tripollicaris, calyx ovatus quinquepartitus persistens, corolla pollicaris coeruleo-violacea, legumen bipollicare non stipitatum. — Crescit in Mexico ad Oceanum pacificum prope Oaxaca.

6636. NEUROCARPUM *Dsvx.*

(DC. Prodr. II. 235. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 752. II. 909. — *Martia* Leandro. — DC. l. c. 236.)

1. N. RETUSUM Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 276. — Frutescens erectum: foliis sessilibus trifoliolatis, foliolis oblongis aut ovato-oblongis vel oblongo-lanceolatis emarginatis aut retusis subcoriaceis, supra glabris, subtus glaucis; pedunculo axillari solitario subracemoso-subtrifloro, foliis breviori. ♁ — Crescit in Java.

6638. CENTROSEMA *DC.*

(*Clitoriae* sect. 3. DC. Prodr. II. 234. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 753.)

1. C. HEPTAPHYLLUM Moric. Pl. nouv. ou rar. d'Amér. 96. t. 61. — Caule humili ascendente subflexuoso villoso-pubescente; petiolis velutinis heptaphyllis, foliolis ovato-oblongis, utrinque obtusis, lateribus subparallelis, apice mucronatis reticulatis; pedunculis axillaribus 1–2-floris folio brevioribus; leguminibus linearibus puberulis. ♁ — Crescit in sabulosis ad ripas fluminis S. Francisco prope Utinga.

2. C. GRANDIFLORUM Wlprs. mss. — Caule scandente petiolisque pilosulis; foliolis ovato-lanceolatis acuminatis subpilosulis, nervis praesertim subtus pilosulis; pedunculis axillaribus, apice 3–5-floris; bracteis ovatis lanceolatis calyceque quinquepartito fulvo sericeo-pilosis; vexillo amplo, extus sericeo-villoso; legumine lineari compresso elongato glabro; flore purpureo. ♁ ∪ — *Clitoria grandiflora* Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 189. — Crescit in Mexico prope Mirador et Zacuapan.

Subtribus II. KENNEDYEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1290.

6641. KENNEDYA *Vent.*

(DC. Prodr. II. 383. ex p. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 757.)

1. K. BAUMANNI Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 89. adnot. † — Fruticosa volubilis: stipulis ovato-lanceolatis brevibus, stipellis obsoletis; foliolis 3 petiolulatis oblongis, petiolo duplo triplove longioribus, utrinque rotundatis subemarginatisve

muticis, margine planis subaequalibus vel medio longiore, subtus cum ramis, petiolis, pedunculis calycibusque fulvo-villosulis, supra parce pubescentibus; racemis laxe plurifloris petiolum aequantibus. ♄⌒ — Crescit in Nova Hollandia.

2. K. SPLENDENS Meisn. l. c. adnot. † — Fruticosa volubilis parce minuteque adpresse puberula: stipulis lanceolatis parvis, stipellis setaceis petiolulos subaequantibus, foliolis ternis subaequalibus petiolo subduplo longioribus, subovato-oblongis obtusis vel emarginatis muticis, basi rotundatis, margine planis; pedunculis folio longioribus, pedicellis racemosis calyce brevioribus, apice minute bibracteolatis; calycis laxiusculi campanulati quadrifidi basi attenuati lobis tubo subtriplo brevioribus acutis, superiore latiore indiviso. ♄⌒ — In Nova Hollandia.

3. K. PARVIFLORA Meisn. l. c. 91. † — Prostrata laxe pilosula: stipulis herbaceis ovatis acutis venoso-striatis, floralibus (bracteis) saepius 2–3-fidis, stipellis falcato-lanceolatis, petiolulos superantibus; foliolis 3 subaequalibus, petiolo parum brevioribus, late obovatis obcordatisve muticis, margine planis, lateralibus subsessilibus; pedunculis bifloris, pedicellos subaequantibus, folium subsuperantibus; calycis corolla dimidio brevioris lobis tubum subaequantibus, superiore latiore breviter bifido. ♃⌒ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

4. K. MICROPHYLLA Meisn. l. c. — Fruticosa humifusa: ramis glabris vel apice pilosis; stipulis herbaceis ovatis acuminatis venoso-striatis, floralibus (bracteis) conformibus parvis, stipellis nullis, foliolis 3 subaequalibus, petiolo brevioribus, late obcordatis mucronulatis, margine planis venosis, utrinque parce adpresseque pilosulis; pedunculis bifloris cum pedicellis brevibus folium superantibus; calyce dimidiam corollam aequante puberulo, lobis tubo sublongioribus acuminatis, superiore latiore brevissime bidentato. ♄⌒ — Crescit in Nova Hollandia ad lacum Mathilde.

6642. **ZICHYA** *Hügel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 757. II. 900.)

1. Z.? LATROBEANA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 94. adnot. † — Pumila procumbens: ramis filiformibus cum petiolis pedunculisque breviter denseque retrorsum pilosis; stipulis parvis ovatis obtusis; foliolis 3 petiolo parum brevioribus subsessilibus obovato-subrotundis oblongisve muticis planis, supra glabris, subtus adpresse subsericeo-pilosis, stipellis nullis; pedunculis folio triplo longioribus, apice racemoso-paucifloris; floribus subsessilibus parvis; calyce subsericeo breviter quadrifido, labio superiore latiore brevissime bidentato; vexillo orbiculari emarginato, carina alis breviore. ♄⌒? — Crescit in Nova Hollandia circa Port Philipp.

† *Icones addendae.*

Z. COCCINEA Bth. — Paxton, Magaz. of bot. II. 99. (c. ic.)
Z. PANNOSA Paxton (??) l. c. VIII. 147. (c. ic.)

6644. **HARDENBERGIA** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 758.)

1. H. LINDLEYI Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 94. ⸸ — Foliis 3–5-foliolatis, foliolis ovato-oblongis obtusis, terminali longius petiolulato; stipulis anguste triangularibus; racemis pedunculatis, folio longioribus multifloris; vexillo acuto. ♄⌒
α. trifoliolata: foliis omnibus trifoliolatis.
β. digitata: foliis 3–5-foliolatis. — *H. digitata* Lindl. — Wlprs. l. c. 758. no. 7.
Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

† *Icones addendae.*

H. COMPTONIANA Bth. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 27. (c. ic.)
H. MACROPHYLLA Bth. — Paxton l. c. 267. (c. ic.)

Subtribus III. GLYCINEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1291.

6646. **JOHNIA** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 759.)

1. *J. (NOTONIA Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 208.) WIGHTII Wght. et Arn. l. c. 449. — Wlprs. l. c. et Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX Suppl. I. 324.

   β. Pilis caulinis plerisque horizontalibus; segmentis calycinis corolla brevioribus. — Caule ramisque volubilibus ferrugineo-pilosis; foliis pinnatim trifoliolatis subrotundis obovatis ovalibusque, basi obliquis mucronatis trinerviis, supra glabriusculis, subtus puberulis reticulato-venosis, secus nervos ferrugineo-pilosulis; racemis axillaribus paucifloris folio brevioribus. — Crescit in China ad promontorium Syng-moon.

   γ. lancea Sieb. Hb. fl. Maurit. 154. — Foliis obovatis lanceolatis vel obovato-lanceolatis angustioribus, pilis caulinis retrorsis brevissimis. — Crescit in insula Sti. Mauritii.

6650. **GLYCINE** *Wght. et Arn.*

(DC. Prodr. II. 396. ex p. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 759. II. 900. — *Teramnus* P. Br. — DC. l. c. 382.)

1. GL. OBLONGA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 84. — Ramulis angulatis retrorsum ferrugineo-villosis; foliolis oblongis lanceolatisve, rarius ovato-lanceolatis obtusis mucronulatis, supra glabris vel sparse pilosis, subtus adpresse pilosis; racemis folio longioribus remote multifloris vel inferioribus abbreviatis paucifloris; calycis rufo-villosi labio superiore bidentato; vexillo calyce dimidio longiore; legumine adpresse piloso. ♃? — Species *G. molli* Wght. et Arn. (*Bujaciae gampsonychiae* E. Mey.) arcte affinis, sed foliis angustioribus, calycis labio superiore brevius fisso et corolla majore distincta. Folia valde variabilia, nunc vix pollicaria tenuia, pilis raris, nunc bipollicaria, pilis praesertim in pagina inferiore copiosis ferrugineis conspersa. Racemi nunc vix semipollicares, petiolo communi breviores, nunc semipedales. Flores solitarii, gemini vel subfasciculati remoti. — *Teramnus volubilis* Swrtz. — DC. l. c. 382. — Crescit ad Guayaquil.

2. GL. DISCOLOR Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 190. — Caule volubili petiolisque retrorsum rufo-villosis; foliis trifoliatis, foliolis ovali-oblongis obtusis, supra adpresse villosis, subtus sericeo-villosis candicantibus; racemis axillaribus laxis folio longioribus; calycis sericeo-villosi laciniis subulatis corolla parvula vix brevioribus; leguminibus linearibus elongatis fulvo-hirsutissimis. ☉⌒ — Corolla purpurea miniata. — Crescit in Savannis Zacuapan in Mexico.

3. GL. CAJANOIDES Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 324. — Erecta fruticulosa ramosa glabra: foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis conformibus lanceolatis acuminatis obtusis penninerviis subcoriaceis, supra glabris, subtus glaucis nervisque prominentibus; racemis axillaribus folio multo brevioribus; calycibus argenteo-sericeis campanulatis quadrifidis, lacinia suprema acuminata caeteris paullo latiori; corolla calyce majore ferruginea glabra. ♄⌒ — Crescit in Manilla ad Hali-hali.

6653. **GALACTIA** *P. Br.*

(DC. Prodr. II. 237. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 761. II. 900.)

1. G. HIRTA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 190. — Fulvo-pubescenti-hirta: caule volubili; foliis trifoliatis, foliolis ovalibus subrotundis, utrinque pilosulis; racemis axillaribus 3–4-floris, folio sublongioribus, pedicellis basi bractea ovali concava striata suffultis; legumine fulvo-subtomentoso. ♄⌣ — Flores punicei pollicares, folia vix pollicem longa, pollicem et amplius lata. — Crescit in Mexico in Cordillera orientali Oaxaca.

2. G.? PURPUREA Mart. et Galeotti l. c. 191. — Caule angulato volubili petiolisque retrorsum villosis; foliolis ovatis obtusis mucronulatis adpresse villosis, subtus

glaucescentibus, lateralibus sessilibus, terminali longe petiolulato; racemis axillaribus petiolo brevioribus; calyce cylindraceo sericeo-pubescente. ♃⌒ — Legumen immaturum lineare sericeum, corolla purpurea. — Crescit in Mexico prope Real del Monte.

3. G. FLORIDANA Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 288. — Prostrata, tota albescenti-puberulo-tomentosa: foliolis ovalibus obtusissimis; racemis folio parum longioribus, florum fasciculis approximatis; pedicellis calyce dimidio brevioribus; leguminibus villosis. ♃ — Caulis quam in speciebus reliquis Boreali-Americanis brevior, foliola sesquipollicaria utrinque obtusa venosa. Calyx corolla dimidia brevior. Petala pallide rubescenti-purpurea. Antherae oblongo-lineares. — Crescit in Florida locis arenosis ad „Tampa bay".

6656. **BARBIERIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 239. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 762.)

1. B. MAYNENSIS Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 58. t. 264. — Fruticosa scandens: ramulis pedunculisque hirsutis; foliolis quinque- ad decemjugis ellipticis oblongisve, utrinque obtusis mucronatis, subtus cinereis strigosis; racemis folium aequantibus quadrifloris, bracteolis lanceolatis; calycis pilosi laciniis inaequalibus; legumine hirto. ♄⌣ — Frutex arborum 30-pedalium cacumina scandens, caulibus lignosis pennam cygneam crassis, ramis longissimis saepe ramulosis liberis. Ramuli teretes atro-purpurei breviter rigideque hirsuto-pilosi fragiles. Stipulae lanceolato-subulatae acutissimae nervosae lineam longae. Folia adulta 5-pollicaria, petiolus communis teres pilosus, foliola 5-10-juga breviter petiolulata, stipellis subulatis, ovato-elliptica, utrinque obtusa, mucronulata membranacea, supra puberula, subtus strigosa cinerea, vix pollicaria. Pedunculi folium aequantes vel superantes teretes subhirsuti utplurimum quadriflori. Flores per paria oppositi distantes majusculi pulcherrime coccinei inodori. Bracteolae ad basin calycis lanceolatae nervosae, calyx membranaceus dilute purpureus, demum rumpens. Corollae petala glaberrima venosa. Legumen lineare, inter semina paullo constrictum subcompressum, suturis parum incrassatis, hirtum tripollicare. — Crescit in sylvis primaevis ad flumen Huallaga Peruviae orientalis versus Tocache et Yurimaguas.

Subtribus IV. DIOCLEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1292.

6658. **BIONIA** *Martius.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 763.)

1. B. (GALACTIA Nees et Martius. — DC. Prodr. II. 238.) CORIACEA Bth. Ann. des Wien. Mus. II. 130. — Fruticosa glabra: foliolis tribus ovatis obtusis retusis vel brevissime acuminatis, basi rotundata truncatis immarginatis; pedunculis folio sublongioribus, supra medium interrupte racemiferis. ♄ — Petiolus sesquipollicaris, foliola 2-3-pollicaria, supra nitida, subtus subglauca, oculo nudo glaberrima, sub lente subtus ad nervos pilis minutis sparsis rigidis adpressis nigrescentibus donata. Flores fere *B. coccineae*, racemi parum longiores, calyces incurvi. — Crescit in Brasiliae prov. Minas Geraës.

6659. **CAMPTOSEMA** *Hook. et Arn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 766.)

1. C. RUBICUNDUM Hook. et Arn. in Hook. Bot. Miscell. III. 202. — (Wlprs. l. c. absq. charact.) — Fruticosum volubile glabrum: foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis basi bistipellatis elliptico-oblongis, apice retusis cum mucronulo, supra viridibus nitidis, subtus pallidis; racemis axillaribus folio longioribus, pedicellis calycem vix aequantibus. ♄⌒ — Calyx 4 lin. longus coriaceus, nigro-fuscus. Corolla rubra calyce triplo longior. — Crescit in America tropica (Banda orientale).

6661. **CRATYLIA** *Martius.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 764.)

1. CR. **DESVAUXII** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. nat. IV. 67. † — Ramis glabratis laevibus; foliolis amplis late ovatis, breve obtuseque acuminatis retusis, basi subcordatis, supra vix puberulis, subtus dense argenteo-sericeis nitentibus, lateralibus inaequilateris, impari distante majore regulari; paniculis racemiformibus longis tomentosis; calycibus sericeis brevibus; vexillo obovato integro, apice sericeo. ♁ — *Dioclea argentea* Dsvx. Ann. sc. nat. IX. 420. — (Wlprs. l. c. I. 765. no. 17.) — Crescit in Brasiliae prov. Paraënsi.

2. CR. **NUDA** Tulasne l. c. 68. † — Foliolis subcoriaceis ovato-oblongis acutis, basi rotundatis, supra glabris, inferne oculo armato parce piligeris; paniculis foliis multo longioribus, terminalibus et axillaribus, racemulis brevissimis bracteatis; calycis dente superiore latiore integro, lateralibus obtusis; vexillo extus admodum sericeo, antice basi bifloccoso-piligero, alis carinaque marginem versus pubescentibus et ciliatis; ovario tomentoso. ♁ — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

3. CR. **SPECTABILIS** Tulasne l. c. 69. † — Foliolis ovatis breviter acuminatis, utrinque molliter pubescentibus, tandem glabratis; racemo longissimo, racemulis nodiformibus priori applicatis, 2–4-floris; calycis longe tubulosi dente supremo lato, vix emarginato; corolla longissima, vexillo integro, alis petalisque carinalibus rectis, linearibus obtusis; unguibus cunctis glabris longis, admodum liberis; ovarii lateribus pellucidis subglabris. ♁⌒? — In Brasiliae prov. Minas Geraës.

6662. **DIOCLEA** *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. II. 403. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 764.)

1. D. **FUNALIS** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. III. 59. — Foliolis coriaceis cordato-subrotundis acutis, lateralibus basi obliquis, supra pubescentibus, subtus cum petiolis fulvo-villosis; racemis longissimis strictis; calycibus leguminibusque tomentosis. ♃⌒ — Caules ex arboribus funium instar dependentes lignosi, digitum crassi, spiraliter torti. Ramuli ascendentes, pilis brevibus rigidis densissimis castaneis hirti teretes, petioli 3-4-pollicares villosi, foliola coriacea, supra atro-viridia, villis adpressis fulvido-micantibus dense obtecta 4–5-pollicaria, intermedium longius pedicellatum, stipellae subulatae minutae, stipulae deciduae. Racemi sesquipedales pennam anserinam crassi tomentosi, spicularum rhachides fere hemisphaericae (?) subalternae. Flores magnitudine *D. lasiocarpae* lilacini. Legumen nonnumquam 9-pollicare oblongum densissime castaneo-tomentosum. — Crescit in sylvis Peruviae subandinae ad Cuchero.

2. D. **PURPUREA** Poepp. et Endl. l. c. — Pubescens: foliolis membranaceis ovato-ellipticis obtusis acutisve, utrinque pubescentibus, supra scabridis, subtus mollibus; racemis petiolos duplo superantibus; pedicellis brevissimis; carina obtusa; leguminibus hirsutis. ♃⌒ — Caules ramosissimi teretes scabrido-pubescentes. Stipulae ovato-semisagittatae parvae deciduae, stipellae subulatae. Petiolus subcompressus tripollicaris. Foliola 3–4-pollicaria, 2–3 poll. lata. Racemi vix ad medium floriferi, bracteae ad basin fasciculorum minutae ovatae acutae. Flores laxi, pro genere magni, speciosi purpurei. Calyx pubescens. Vexillum fornicatum incumbens, medio bicallosum, alae oblongae, carina incurva obtusa. Legumen oblongum vel rhombeo-ellipticum oblique acuminatum compressum coriaceum, pilis rigidis fulvis deciduis strigoso-hirsutum. Semina 4–7 transversa oblonga, testa atra nitida, umbilico longo lineari. — Crescit in praeruptis argillosis, ad confluentia flumina Teffé et Amazonum.

3. D. **PILIGERA** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. nat. IV. 71. † — Ramis, ramulis petiolisque pilis longis divaricatis mollibus fuscis vestitis; foliolis subobovatis, breviter et abrupte acuminatis, supra glabris, subtus in nervis prominentibus et sparse piligeris; paniculis racemiformibus pubescentibus, foliis duplo longioribus; ramulis simplicibus brevissimis subnodiformibus, apice discretis, multifloris; alabastris elongatis, versus apicem fulvo-sericeis infraque carinatis, tubo caly-

cino glabrato nigrescente; pedicellis multo brevioribus. ♄⌒ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

4. D. RUBIGINOSA Tulasne l. c. 72. ♮ — Ramis ramulisque volubilibus, rufo-tomentosis nec non et petiolis longis; foliolis amplis ellipticis oblongis, brevissime obtuseque acuminatis, utraque facie, inferiore vero densius, molliter tomentosis; paniculis folio longioribus, ferrugineo-sericeis alabastrisque et pedicellis brevioribus. ♄⌒ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6662/1. **CYMBOSEMA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 61. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 96. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 351.)

1. C. ROSEUM Bth. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 765. absq. charact.) — Caulis herbaceus volubilis, pilis reflexis villosus, demum glabratus. Folia trifoliolata, foliola ovali-oblonga tripollicaria obtusa, lateralia basi subobliqua, supra et subtus ad venas hirtella. Pedunculus pedalis supra medium florifer, nodi floriferi sessiles. Pedicelli breves. Bracteolae ovatae minutae. Flores fere bipollicares. Calyx semipollicaris adpresse puberulus vel fere glaber. Corolla rosea, vexillum glabriusculum. Legumen (immaturum) 1½–2-pollicare, ¾ poll. latum, adpresse pilosum, acumine longo rigido. ♃? — Crescit in Guiana Britannica.

6663. **CANAVALIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 403. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 765. II. 900.)

1. C. CRYPTODON Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 96. — Glaberrima: caule suffruticoso volubili; foliolis oblongis subacuminatis obtusiusculis, basi rotundatis glabris; calycis labio inferiore tridentato, dentibus lateralibus minutis, sub labio superiore maximo absconditis. ♃⌒ — Valde affinis *C. monodonti* E. Mey., quae differt foliolis ovato-oblongis et calycis labio inferiore unidentato. — Crescit in Promontorio bonae spei in sylvis primitivis circa Port Natal.

Subtribus V. ERYTHRINEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1294.

6665/1. **ROBYNSIA** *Mart. et Galeotti.*

(Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 193.)

Calyx ebracteolatus bilabiatus, labio superiori latiori ovato integro vel emarginato, inferiore tripartito, laciniis lanceolatis acuminatis. Corolla papilionacea, vexillo subrotundo, basi sulcato bicalloso reflexo, alis oblongis obtusis, carina angulo subrecto incurvata obtusa; stamina diadelpha, antheris ovato-rotundatis glabris; stylus compressus, subtus pilosus elongatus; legumen compressum bivalve lineari-elongatum stylo apiculatum. — Frutices Mexicani volubiles: foliis trifoliolatis, foliolis stipellatis, terminali remoto; racemis axillaribus elongatis; floribus subfasciculatis.

1. R. MACROPHYLLA Mart. et Galeotti l. c. — Caule fruticoso volubili fulvo-hirsuto; foliis 3-foliolatis longe petiolatis, foliolis late obovatis, basi cuneatis trinerviis sublobato-angulatis, lobis aristato-acuminatis, supra pubescenti-pilosis, subtus villosiusculis, nervis ferrugineo-pilosis; racemis longe pedunculatis axillaribus folio longioribus multifloris; floribus pedicellatis subfasciculatis ternis; calyce fulvo-sericeo pubescente campanulato; corolla calyce duplo longiore; legumine fulvo-sericeo 1–2-pollicari. ♄⌒ — Foliola 5–6 poll. longa, 4–5 poll. lata, flores caerulei. — Crescit in Mexico prope Mirador.

2. R. LOBATA Mart. et Galeotti l. c. 194. — Rufo-villosa: caule fruticoso volubili hirsuto; foliolis ternatis, basi stipellatis late obovato-cuneatis, basi trinerviis 3–5-lobo-palmatis, adpresse villosis, lobis acuminatis; racemis axillaribus elongatis folio duplo longioribus; floribus subfasciculatis vix pedicellatis; calycis rufo-sericei labio superiori bidentato, inferiori tripartito; corolla calyce duplo majori; fructu ignoto. ♄⌒ — Folia 3 poll. longa, 2½ poll. et amplius lata, flores subpollicares caerulei longe racemosi. — Crescit in Mexico in Cordillera occidentali Oaxacana.

6666. **WENDEROTHIA** *Schlchtdl.*

(Schlchtd. Linnaea XII. 331.)

1. W. DISCOLOR Schlchtd. Linnaea XII. 331. — Caule volubili reflexo-pubescente albido-flavescente; foliis trifoliatis, foliolis late ovalibus breviter et acute acuminatis, basi aliquantulum angustatis, infra albo-tomentosis, supra obsolete pubescentibus; racemis axillaribus multifloris breviter pedunculatis; floribus patentissimis subdeflexis breviter pedicellatis; calyce maximo breviter bibracteolato; corollis violaceis. ♃ ⌒? — Petioli 2–2½ poll. longi, petioluli bilineares, foliola 1¾–2¼ poll. longa, 12–20 lin. lata, racemi 3–5-pollicares, floribus approximatis, e tuberculis semiglobosis persistentibus geminatim ternatimque propullulantibus, pedicelli breves e vagina quasi truncata brevissima oriuntur, apicem versus bracteolis instructi duabus minutis depresso-semiorbicularibus ciliolatis. Calyx fere glaber. Vexillum pollicare, alae paullo breviores, carina duabus lineis paullo latior, vexillo aequilonga. — Crescit in Mexico prope Jalapam.
2. W. PILOSA Mart. et Galeotti, Bullet de Bruxelles X. II. 191. — Frutex volubilis: ramis, petiolis pedunculisque patentim fulvo-pilosis; foliolis ovalibus acuminatis, utrinque adpresse piloso-pubescentibus; racemis elongatis longe pedunculatis multifloris; legumine torto subcylindraceo fulvo-tomentoso-hirsuto; floribus magnis reflexis; calyce et vexillo extus fulvo-pilosis. ♁ ⌒ — Differt species haec a praecedente, cui affinis, foliolis subtus non sericeo-tomentosis cauleque hirsuto non dense pubescente. — Crescit in Mexico ad Zacuapan.
3. W.? HIRSUTA Mart. et Galeotti l. c. 192. — Caule volubili; petiolis pedunculisque fulvo-hirsuto-lanatis; foliolis oblongo-ovalibus subacuminatis, supra pubescenti-velutinis, subtus molliter tomentosis; pedunculis axillaribus racemosis, folio brevioribus; racemis confertis brevibus; calyce fulvo-hirsutissimo bilabiato, labii inferioris lobis tribus rotundatis, bracteis duabus rotundatis magnis ad basin calycis. ♁ ⌒ — Habitus omnino *Wenderothiae*, sed calycis labium inferius non brevissime tridentatum sed trilobatum, lobis incumbentibus, legumine ignoto. — Crescit in Mexico ad Oaxacam.
4. W. GLABRA Mart. et Galeotti l. c. 193. — Caule volubili fulvo-pilosulo; foliolis oblique ovatis acuminatis glabris; racemis axillaribus elongatis calycibusque glabris. Flores albi. ♁ ⌒ — Crescit in Mexico ad Mirador.

6667. **ERYTHRINA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 410. — Wlprs. Repert. bot syst. I. 768. II. 901.)

1. E. SETOSA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 194. — Caule fruticoso aculeato; ramis angulatis, petiolis nervisque foliorum spinulosis; foliolis late subcordato-ovatis acuminatis obtusiusculis, setulis utrinque adpressis; calyce tubuloso oblique truncato margine inaequaliter dentato. ♁ — Flores coccineo-rubri 2–3-pollicares, stamina 9 connexa, decimo libero, legumen pubescenti-hirtum. — Crescit in Mexico prope Reglam et Oaxacam.
2. E. RAJA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 96. — Glaberrima fruticosa: petiolo angulato foliolorumque nervis aculeatis, foliolis triangularibus attenuato-acuminatis, basi subtruncatis, angulis lateralibus rotundatis; racemis longe pedunculatis spicaeformibus; calycis campanulati dentibus 5 brevibus subaequalibus e basi lata recurvato-apiculatis; vexillo oblongo, alis carinaque calyce vix longioribus; genitalibus exsertis; staminibus monadelphis; legumine moniliformi. ♁ — *E. Caffra* Rchb. Fl. exotic. V. t. 312. (nec Thnbrg.) — Crescit in Promontorio bonae spei prope fluvium Umlaas.
3. *E. CRISTA GALLI Linn. — Paxton, Magaz. of bot. III. 175. (c. ic.)

6667/1. **CHIROCALYX** *Meisn.*

(Meisn. Gener. pl. vascular. II. 351. no. 246/1. et in Hook. Lond. journ. of bot. II. 97.)

Calyx bibracteolatus, tubo oblongo, utrinque angustato, per anthesin subtus profunde fisso, demum unilabiato, labio (postico) lato, margine subtruncato, dentes 5 lineari-filiformes exserente. Petala omnia libera sub-

sessilia glabra, vexillum ovatum plicato-concavum ecallosum, carina alas subaequante vix duplo longius. Stamina basi monadelpha, vagina clausa, superne diadelpha. Stylus basi rectus pilosus, apice uncinatus, glaber, stigmate obtuso. Ovarium stipitatum? dense longeque antrorsum lanato-villosum. Legumen.....? — Suffrutices Capenses?) habitu *Erythrinarum* inermes (semper?).

Observatio. Ad hoc genus *Erythrinae* species ab auctoribus calyce spathaceo descriptae pertinere videntur.

1. CH. MOLLISSIMUS Meisn. l. c. 98. — Foliis inermibus, utrinque petioloque longo densissime lanato-tomentosis, foliolis lateralibus oblique lateque ovatis obtusissimis, terminali longissime petiolulato suborbiculari palmato-quinquenervi, petiolulo apice utrinque glandulifero; pedunculo rigido; floribus dense spicatis; calycibus villosissimis. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei in summis montibus Tafelberge.

6670. **BUTEA** *Koen.*

(DC. Prodr. II. 414. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 769.)

1. *B. PARVIFLORA Rxb. — DC. l. c. 415. no. 3. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 210.

Subtribus VI. WISTERIEAE Endl. l. c. p. 1296.

6671. **WISTERIA** *Natt.*

(DC. Prodr. II. 389. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 769.)

1. W. DUBIA Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 324. — Volubilis glaberrima: foliis pinnatis bijugis cum impari, foliolis ovalibus obtusis mucronatis, subtus glaucis membranaceis; floribus axillaribus solitariis subsessilibus. ♁∽ — Species distincta, sed quoad inflorescentiam non satis nota, nam unicum semper vidi florem axillarem pedunculo brevissimo articulato bracteolato insidentem. — Crescit in China australi.
2. *W. CONSEQUANA Paxton, Magaz. of bot. VII. 127. (c. ic.) — Liber a me non visus.

6672. **CYRTOTROPIS** *Wall.*

(Wall. Plant. Asiat. rar. I. 50. t. 62. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 770.*)

1. C. CARNEA Wall. l. c. — (Wlprs. l. c.*) — Planta altissime volubilis, e radice fibrosa vix non perenni. Caulis praelongus ramos emittens gracillimos pallide rubicundos teretes pilosulos. Folia magna patentia palmaria remota alterna petiolata imparipinnata bijuga. Petiolus teres, basi parum incrassatus, parce pilosus tripollicaris, supra leviter sulcatus, rhachis inter pinnas 1½–2-pollicaris articulata, saepe purpureo-colorata. Pinnae oppositae ovato-oblongae cuspidato-acuminatae 4–6-pollicares integerrimae membranaceae inaequilateres, basi deorsum convexiores, praecipue in jugo infimo, terminalis reliquis parum major aequalis, supra saturate virides, pilis aliquot sparsis scabriusculae, subtus pallidae, costa elevata nervisque gracilibus pilosulis, inferioribus oppositis, reticulato-venosae, venis nunc coloratis. Petioluli cylindrici breves rugosi. Stipulae parvae lanceolatae acutae adpressae pilosulae deciduae. Racemi axillares solitarii nutantes folia subaequantes vel iisdem parum breviores, pedunculo gracili tereti pilosulo, nunc colorato. Flores magni sparsi carnei, pedicellis brevibus, utrinque articulatis unguicularibus. Calyx cylindricus, basi suffultus, bracteolis binis linearibus deciduis, fauce bilabiato-quadridentatus, dentes membranaceo-marginulati ciliati, superior late ovatus acutus, inferiores lanceolati angustiores. Vexillum patens ovatum retusum, supra convexum, radiatim striatum, basi callis duabus transversis parvis instructum, ungue brevi. Alae vexitlo carinaque duplo breviores divaricato-patulae subrecurvatae, cuneatae obtusae, ungue gracili longiusculo. Carina anguste linearis ascendens arcuato-incurva polliuaris, vexillo parum longior dipetala. Stamina 10 diadelpha, filamento libero extrorsum subspirali. Ovarium lineare pubescens. Legumen gracile compressum lineare angustum sexpollicare leviter torulosum reticulato-venosum glabrum 16–20-spermum. — Crescit in montibus altissimis Napaliae, Sheopore et Chandagiry.

Subtribus VII. EUPHASEOLEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1296.

6674. **PHASEOLUS** *L.*

(DC. Prodr. II. 390. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 770. II. 901.)

1. PH. HUMILIS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 278. — Caule glabro erecto; foliolis subrotundo-ovatis acutiusculis vel obtusis; pedunculis brevissimis; floribus capitatis (flavis); leguminibus teretibus glabris subtorulosis breviter rostratis; seminibus compressiusculis, utrinque truncatis (hyacinthinis), umbilico lineari (albido). ⊙⌒ — Crescit in China.
2. PH. HISPIDULUS Hsskrl. l. c. 279. — Caule flexuoso retrorsum hispidulo; foliis lanceolato- vel lineari-oblongis obtusiusculis; pedunculis petiolo longioribus, folio brevioribus paucifloris; leguminibus teretibus glabriusculis subtorulosis (8-spermis) rostratis horizontalibus; seminibus oblongo-cylindricis. ⊙⌒ — Flores aurei. — Crescit in insula Java.
3. PH. (*Euphaseolus*) LOBATUS Hook. Bot. Magaz. t. 4076. — Caule herbaceo volubili tereti; foliolis hastato-trilobis, intermedio longe petiolulato, lobis lateralibus iterum sublobatis, intermedio elongato; pedunculis folium aequantibus multifloris; petalis (flavis) omnibus subcontortis, carina longissime acuminata, apice dense spiraliter convoluta; stylo longissimo spiraliter convoluto. ⊙⌒ — Crescit in Banda orientali Rio Negro in Brasilia.
4. PH. (*Leptospron*) AMPLUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 85. — Caule volubili petiolisque pilosulis, demum glabratis; foliolis late ovato-rhombeis acuminatis membranaceis glabris vel ad venas pilosulis; pedunculis petiolo longioribus, apice breviter racemiferis; bracteolis parvis ovatis obtusis; calycis glabri late 4-fidi laciniis ciliatis, superiore brevissima emarginata, inferioribus tubo paullo brevioribus ovatis acutis. ⊙⌒ — Habitus *P. membranacei*. Foliola 2-3-pollicaria vel etiam majora, margine subsinuata. Stipulae parvae, ovato-oblongae. Stipellae minutae oblongae nervosae. Pedunculi nunc vix 3 poll. longi, nunc pedales. Flores in racemo pauci. — Crescit in America centrali.
5. PH. MICRANTHUS Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 196. — Caule volubili petiolisque hirsutis; foliolis oblongo-linearibus subacuminatis ciliatis glabris reticulatis; pedunculis folio longioribus, apice pubescenti-sericeis; floribus spicato-capitatis; bracteolis minimis subulatis; legumine plano oblongo-lineari puberulo. ⊙⌒ — Flores violacei. — In Mexico in Cordillera occidentali Oaxaca.
6. PH. CANESCENS Mart. et Galeotti l. c. — Caule volubili cano-pubescente; foliolis ovatis obtusis, supra canescenti-villosis, subtus villoso-tomentosis, intermedio trilobo, lateralibus bilobis; calyce sericeo-villoso; legumine lineari sericeo-tomentoso-velutino; pedunculis axillaribus longissimis, apice laxe racemosis; bracteolis subulatis deciduis; floribus purpureis. ⊙⌒ — Affinis *Ph. microspermo* DC. — Crescit in Mexico prope Tehuacan de las Granadas.
7. PH. (*Drepanospron*) FILIFORMIS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 13. † — Volubilis glaber: ramis gracillimis; foliolis hastato-trilobis, lobo medio productiore oblongo vel rarius ovato-deltoideis subrhombeisve; pedunculis folio longioribus, supra medium interrupte paucifloris; bracteis bracteolisque minimis lanceolatis; pedicellis calyce minimo vix duplo longioribus; calycis labio superiore truncato vix emarginato, dentibus lateralibus latis brevibus, infimo acuto, tubo dimidio breviore; legumine pendulo falcato glabro. ⊙⌒ — Crescit in Californiae „Bay of Magdalena".

6675. **VIGNA** *Savi.*

(DC. Prodr. II. 401. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 778.)

1. V. ROTUNDIFOLIA Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 279. — Perennis: ramis flexuosis vix puberulis teretibus; stipulis persistentibus semilanceolatis; petiolo patente, basi incrassato, supra sulcato-subalato, foliolis ad basin stipellatis membranaceo-subcarnosis rotundis aut ovato-rotundatis emarginatis subbilobis, utrinque glaberrimis, margine subciliatis; pedunculis foliis brevioribus oliganthis;

floribus racemosis luteis; vexilli flavi callis semilunaribus; styli apice bilamellato bifido, laciniis recurvatis; legumine tereti recto styli persistentis basi uncinato mucronato 5-spermo; seminibus subquadratis badiis. ♃? ⌒? - In insula Java.

2. V. BRACHYSTACHYS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 86. — Caule volubili retrorsum hirto; foliolis ovatis acutis pilosiusculis glabratisve; pedunculis folio longioribus, apice breviter densiflоris; pedicellis inferioribus calyce longioribus; bracteolis oblongo-lanceolatis calyce dimidio brevioribus; calycis late campanulati pilosuli laciniis tribus superioribus ovatis acutis, tubo aequilongis, inferiore longiore lineari acuta; carinae fornicatae rostro brevi. ♃⌒ — Caules et petioli pilis brevibus albidis retrorsis hirti. Stipulae erectae lanceolatae obtusae hirtae venosae, 1-1½ lin. longae. Petioli 1½-2-pollicares. Stipellae minutae oblongae obtusae. Foliola 1-2-pollicaria, basi rotundata membranacea, pilis in venis raris hispidula vel subglabra. Pedunculi 3-4-pollicares glabri, 6-10-flori. Bracteae parvae deciduae. Flores quam in *V. villosa* majores. Pedicelli 2 lin. longi. Calyces glabriusculi, tubo lineam longo, laciniae 3 superiores latae, suprema latissima, infima fere 2 lin. longa concava. Corolla glabra. Vexillum semipollicare late rotundatum, basi biauriculatum biappendiculatum et supra unguem medio leviter bicallosum. Alae vexillo subaequilongae oblique obovatae, basi unidentatae. Carina fornicata breviter rostrata, alis vix brevior. Stamen vexillare supra basin obscure geniculatum exappendiculatum. Ovarium villosum. — *V. villosae* affinis. — Crescit ad Guayaquil.

3. V. OBLONGA Bth. l. c. — Glabra: foliolis late oblongis ellipticisve obtusis retusis mucronatisve; pedunculis folio longioribus, apice breviter paucifloris; pedicellis calyce brevioribus; bracteolis minutis deciduis; calycis late campanulati glabri vel vix puberuli lacinia suprema latissima, lateralibus lanceolatis acutis, infima acutiore tubo aequilonga; carinae arcuatae rostro brevi. ♃⌒ — Tota planta glabra vel ad apices pedunculorum et in petiolulis parce pilosa. Stipulae vix semilineam longae acutae. Stipulae minutissimae ovatae obtusae. Petiolus communis cum rhachi vulgo vix pollicaris. Foliola 1-1½-pollicaria, 4-8 lin. lata trinervia reticulato-venosa, rigidule membranacea. Pedunculi 3-4-pollicares crassiusculi, nodis floriferis ad apicem paucis approximatis. Flores magnitudine praecedentis. Pedunculi vix linea longiores. Calyx quam in praecedente minor, carina minus incurva acuta. Bracteae et bracteolae acutae, calyce quadruplo breviores. — Crescit in insula Gorgona.

4. V. CARINALIS Bth. l. c. — Setis patentibus retrorsisve hispida: stipulis membranaceis, nonnullis basi productis; foliolis ovatis obtusis acutisve mucronatis integris vel sinuato-subtrilobis, supra sparse, subtus ad venas pilosis; pedunculis folio longioribus, apice brevissime paucifloris; bracteolis parvis setaceis, calycis tubuloso-campanulati quinquefidi laciniis setaceo-acuminatis tubo sublongioribus, carinae fornicatae rostro elongato valde incurvo obtuso. ♃⌒ — Habitu similis est *Phaseolo ovato* vel *Vignae Brasiliensi*. Setae caulis, pedunculorum et petiolorum rigidulae, saepe fuscescentes. Stipulae 2-3 lin. longae late lanceolatae obtusiusculae membranaceae striatae pilosae, basi breviter infra insertionem productae. Petioli communes cum rhachi bipollicares. Stipellae subulatae 1-1½ lin. longae. Foliola 1½-3-pollicaria, nunc late ovata subrhombea obtusissima, nunc sublanceolato-ovata acuta, rarius lobata, margine ciliata, pilis in pagina superiore longiusculis suberectis, infra pallida. Pedunculus 4-6-pollicaris, basi glabriusculus, superne retrorsum setosus. Nodi floriferi gemini ad apicem pedunculi approximati pauciflori. Pedicelli brevissimi. Bracteolae lineam longae. Calycis tubus fere glaber, laciniae puberulae, 2 superiores basi latae. Corolla 9-10 lin. alta, vexillum reflexum, supra unguem basi acute biauriculatum inflexo-appendiculatum, alae oblongae subtortuosae, carina insigniter striata in cyclum fere integrum curvata. — Crescit in Columbia.

5. V. HIRTA Hook. Icon. plant. t. 637. — Caule volubili retrorsum hirsuto; foliolis oblongo-acuminatis hirsutis, intermedio petiolulato; pedunculo longissimo bifloro

glaberrimo; calyce leguminibusque rufo-villosis. ♄⌒ — In Africae australis regionibus interioribus crescit.

6676. **DOLICHOS** *Linn.*

(Sect. I. *Eudolichos* DC. Prodr. II. 397. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 779. II. 901.)

1. D. OBLIQUIFOLIUS Schnitzlein, Flora (B. Z.) XXV. Beibl. 145. — Caule volubili angulato firmiori lineis setarum retrorsum scabro; racemis elongatis 5–6-floris axillaribus; leguminibus teretibus scabriusculis rectis, post dehiscentiam unaquaque valvula contortis; foliolis ternatis scabris inaequaliter oblique ovatis acutis. ♃⌒? — Crescit in Nubia.
2. D. HASTAEFOLIUS Schnitzlein l. c. 146. — Racemis elongatis 5–6-floris; leguminibus teretibus rectis glabriusculis; foliis ternatis, foliolis subtrilobis inaequaliter hastatisve acutiusculis mucronatis. ♃⌒? — Crescit in Nubia.
3. D. BENTHAMII Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 95. — Volubilis glabriusculus: foliis trifoliolatis, foliolis petiolulatis late ovato-triangularibus ciliatis, terminali basi subtruncato trinervio, lateralibus inaequilateris; racemis axillaribus folio longioribus; pedunculis rigidis apice puberulis; calycis glabri dentibus brevissimis ciliolatis, superioribus duobus alte connatis rotundatis, infimo angusto acuto; stylo apice superne barbato; legumine acinaciformi substipitato glabro. ♃?⌒ — *D. hastaeformi* E. Mey. (Wlprs. l. c. I. 779. no. 7.) solummodo affinis. — Crescit in Promontorio bonae spei.
4. *D. DECUMBENS Thnbrg. — DC. l. c. no. 47. — Meisn. l. c. — *β. longepedunculatus:* Caule glabro; foliolis ciliolatis; pedunculo foliis duplo longiore, apice paucifloro, pedicellis subumbellatis vel brevissime racemosis. — Crescit in Promontorio bonae spei.

6677. **LABLAB** *Adans.*

(DC. Prodr. II. 401. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 781.)

1. *L. VULGARIS Savi. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — Wght. Icon. plant. Ind. or. I. t. 57. 203.

Subtribus VIII. CAJANEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1299.

6685. **FAGELIA** *Neck.*

(DC. Prodr. II. 389. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 782.)

1. F. FLEXUOSA Meisn. in. Hook. Lond. journ. of bot. II. 93. — Fruticosa volubilis, tota (excepta corolla) hispido-pilosa glandulisque minutis conspersa: ramis flexuosis; foliis trifoliolatis, foliolo terminali late ovato rotundato-obtusissimo, basi subtruncato, lateralibus valde gibbis; racemis axillaribus longe pedunculatis; bracteis ovalibus obtusis diuque persistentibus; calycis laciniis superioribus corolla dimidio brevioribus. ♄⌒ — Crescit in Promontorio bonae spei.

6686. **CAJANUS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 406. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 782.)

1. *C. INDICUS Spr. System. veget. III. 248. — Wlprs. l. c. — *β. bicolor:* — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. t. 31.

6689. **PSEUDARTHRIA** *Wght. et Arn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 783.)

1. *PS. (RHYNCHOSIA DC. Prodr. II. 387.) VISCIDA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. — Wght. Icon. pl. Ind. orient. I. t. 286.

Subtribus IX. RHYNCHOSIEAE Bth. — Endl. l. c. p. 1299.

6690. **ORTHODANUM** *E. Mey.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 784.)

1. O. GLABRATUM Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 91. — Fruticulosum: ramis apice puberulis; foliis (omnibus?) trifoliolatis, foliolis oblongis mucronulato-acutis reticulato-nervosis, demum glabris nitidulis, novellis pilosiusculis;

floribus subsolitariis brevissime pedunculatis. ♃ — Affine *O sordido*, sed caules humiles 6–8-pollicares, folia triplo minora glabra floresque minores. — Crescit in Promontorio bonae spei prope Kromme rivier, Uitenhage.

2. O. MUEHLENBECKII Meisn. l. c. 92. — Fruticulosum: foliis (omnibus?) trifoliolatis, foliolis ovalibus, utrinque subrotundatis recurvato-mucronulatis reticulato-nervosis, subtus ramulisque pilosulis; pedunculis axillaribus geminis brevissimis; leguminibus turgidis puberulis. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei in summis montibus Outeniqua.

6691. **ERIOSEMA** *DC.*

(*Rhynchosiae* §. 3. DC. Prodr. II. 388. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 784. II. 902.)

1. E. FLAVIFLORUM Miquel, Linnaea XVIII. 573. † — Caulibus erectis retrorsum rufo-sericeo-pilosis; stipulis in unam oppositifoliam connatis, basi apiceque liberis, lanceolatis acuminatis; petiolo brevissimo, foliolis 3 anguste lanceolatis mucronatis, margine revolutis, utrinque arachnoideo-pulverulento-pubescentibus, subtus in nervo costisque rufo-strigillosis; racemis folia aequantibus densiflоris; floribus flavis sericeo-puberulis; legumine elliptico mucronato sericeo-villoso. ♄ — Crescit in Surinam ad Onoribo.

2. E. KRAUSSIANUM Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 91. — Caule erecto antrorsum cano-piloso; foliolis oblongis obtusiusculis, novellis sericeo-argenteis, adultis utrinque parce pilosulis; pedunculis axillaribus folio duplo longioribus; floribus subsessilibus retrorsum imbricatis, helvolo-pilosis; calycis dentibus triangularibus brevibus. ♄ — Intermedium inter *E. salignum* et *E. polystachyum*, ab utroque tamen jam pubescentia differt. — Crescit in Promontorio bonae spei ad latera montium Tafelberge.

6692. **RHYNCHOSIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 384. [excl. §. 3.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 785.)

1. RH. HIRSUTA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 198. — Caule suffruticoso erecto; ramis junioribus petiolisque hirsutis, pilis deflexis; foliolis 3 oblongis, superne pilosulis, subtus subsericeo-villosis; racemis capitatis pedunculatis; leguminibus ovatis rufo-hirsutissimis. ♃ — Foliola bipollicaria. Affinis *Rh. diffusae* var. *β.* DC. — Crescit in Mexico in sylvis prope Zacuapan.

2. RH. LONGERACEMOSA Mart. et Galeotti l. c. — Caule volubili; petiolis, pedunculis calycibusque fulvo-pilosis; foliolis subrhombeo-ovato-lanceolatis acuminatis trinerviis molliter pubescentibus; racemis axillaribus multifloris longe pedunculatis folio 4–5-plo longioribus; calycis laciniis lineari-subulatis corolla sublongioribus; legumine ovato nigricante fulvo-piloso dispermo. ♃∽ — Foliola subtus reticulata glanduloso-punctata, in nervis pilosa, 2–3 poll. longa, pollicem et amplius lata, flores subsessiles 4–5 lin. longi, legumen 8 lin. longum, 5 lin. latum. Affinis *Rh. reticulatae* DC. — Crescit in Mexico prope Mirador.

3. RH. DISCOLOR Mart. et Galeotti l. c. 199. — Caule volubili molliter villoso; foliolis rhombeo-ovatis acuminatis, basi obtusis trinerviis, supra molliter pubescentibus, subtus resinoso-punctatis, canescentibus et tomentoso-villosis; racemis axillaribus multifloris glanduloso-hirsutis longe pedunculatis; floribus calyce duplo longioribus; vexillo extus villoso carina obtusa breviore; legumine plano oblongo rufo sericeo-villoso. ♃∽ — Affinis est *Rh. phaseoloidi* DC., sed folia subtus resinoso-punctata nec superne glabra. Flores lutei magni, foliola 2–3 poll. longa, sesquipollicem lata. Ad *Rh. macrocarpam* Bth. (Wlprs. l. c. 788. no. 31.) proxime accedit. — Crescit in Mexico in Sierra de Yavezia.

6696/1. **SIGMODOSTYLES** *Meisn.*

(Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 93.)

Calyx ebracteolatus profunde subbilabiato-quadripartitus, lobis lanceolatis acutis, superiore brevissimo bifido. Vexillum complicatum subrotundum, basi minute bicallosum et utrinque processu brevi deorsum auricula-

tum, ungue brevi. Alae basi superne breviter auriculatae et carinae paullo longiori adglutinatae. Carina angulo fere recto rotundato sursum flexa obtuse subrostrata. Stamina diadelpha (9 et 1), liberum basi geniculatum. Stylus sigmoideo-flexus glaber, a medio inde subito incrassatus et in processum falciformem teretiusculum productus. Ovarium et legumen *Eriosematis* (Cf. no. 6691.) — Herba? Capensis volubilis: stipulis membranaceis; foliis pinnato-trifoliolatis exstipellatis, foliolis 3–5-nerviis; racemis spicaeformibus axillaribus longe pedunculatis; floribus singulis bractea fultis.

1. S. (WALPERSIA Meisn. in Pl. Krauss. no. 246.) VILLOSA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 94. — Tota praeter corollam molliter villosa: caule herbaceo volubili tetraquetro; stipulis ovato-oblongis acutis; foliis brevissime petiolatis, foliolis late ovatis vel obovatis acutis, terminali longe petiolulato majori, lateralibus brevissime petiolulatis; pedunculis folio longioribus; spica ovata densiflora. ♃ ∽ — Crescit in Promontorio bonae spei ad latera montis Bosjesmansrand, prope Pieter, Mauritzburg, Port Natal etc.

Subtribus X. ABRINEAE Wght. et Arn. — Endl. l. c. p. 1301.

6698. **ABRUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 381. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 791.)

1. A. MELANOSPERMUS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 282. — Seminibus oblongis compressis nigris immaculatis; foliis abrupte accrescenti-pinnatis, foliolis oblongis (paris summi obovatis) obtusis mucronulatis 10-jugis, subtus glaucis subsericeis; leguminibus oblongis 10-spermis. ⊙∽? — Crescit in insula Java.

Tribus VI. *DALBERGIEAE* Bth. — Endl. l. c. p. 1302.

6700. **CYCLOLOBIUM** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. systemat. I. 792.)

1. C. BLANCHETIANUM Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 84. † — Ramis glabris, ramulis distichis tomentosis; foliis distichis unifoliolatis; stipulis linearibus longis, petiolo gracili petioluloque crassiori pubescentibus, stipellis filiformibus, petiolulo majoribus; foliolis amplis tenuibus pellucidis (junioribus) oblongis acuminatis, margine inaequali subangulosis; racemis brevibus lutescenti-tomentosis densifloris axillaribus; bracteis lanceolatis, pedicellos solitarios medio bibracteolatos subaequantibus; calycis dentibus 5 obtusatis subaequalibus; alis carina paullo longioribus; ovario ad marginem aureo-ciliato. ♄ — Crescit in Brasiliae montibus Ilheos prope Bahiam.

6703. **HECASTOPHYLLUM** *Kth.*

(DC. Prodr. II. 420. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 792.)

1. H. BENTHAMIANUM Miquel, Linnaea XVIII. 575. † — Ramulis foliisque subtus minutissime adpresse puberulis; foliolis 5 (rarius 3) alternis v. suboppositis, inferioribus minoribus, terminali multo majore, late ovatis abrupte acuminatis, acumine lanceolato obtuso; pedunculis e veteribus etiam axillis ortis confertis dichotome subcymosis; calyce adpresse puberulo; petalis longe unguiculatis, vexillo emarginato; staminibus plerumque 9 diadelphis, quinto fasciculi vexillaris ad ½ longo vel toto libero, reliquis alte connexis vel 8 aequaliter diadelphis; legumine (immaturo) elliptico-orbiculato. ♄ — Crescit in Surinam inter Paramaribo et Tourtonne.

6707. **CENTROLOBIUM** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 793.)

1. C. PARAENSE Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 87. — Ramis, racemis petiolisque dense rufo-tomentosis; foliis 5–6-jugis cum impari distante, foliolis

subopppositis amplis late oblongis vel ovato-oblongis, brevissime acuminatis, nervo medio subexcurrente, basi cordatis, supra rufo-tomentosis, subtus glanduliferis nervisque prominentibus tantum tomentosis; racemis folio brevioribus; calyce amplo persistente tomentoso; legumine pariter tomentoso purpureo obscuro, stipitato, basi ellipsoideo loculato longeque echinato, antice in alam multo longiorem cultriformem producto, stylo mox distincto incrassato pungente. ♃? — Crescit in Brasiliae provincia Para.

2. C. TOMENTOSUM Guillem. ex Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 66. — Wlprs. l. c. no. 1. — (Tulasne l. c. 85. ††) — Ferrugineo-tomentosum: foliis 5-6-jugis cum impari, foliolis amplis subopppositis petiolulatis exstipellatis ovato-oblongis obtusis vel obtuse breviterque acuminatis, basi emarginatis, supra pubescentibus, subtus discoloribus, tomentosis et glandulosis; panicula ramoso-divaricata ampla, folio breviore; bracteis ovatis acutis, mox caducis, bracteolis linearibus pedicellum utrinque stipantibus longis; calyce profunde quadridentato, dente superiore obtuso emarginato, inferiore longiore acuto; petalis subaequalibus; legumine late longeque alato falcato aculeato. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6708/1. **ANCYLOCALYX** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 136. t. 2.)

Calyx gamophyllus tubulosus, apice adunco quinquedentatus, dentibus acutis, aestivatione valvatis aut vix ac ne vix marginibus imbricatis, inferioribus subaequalibus, posticis 2 multo latioribus aduncis. Corolla papilionacea imo calycis tubo, disco vestito cum staminibus inserta, vexillum obovatum integrum, basi nudum, alae petalaque carinalia libera subsimilia et aequilonga obovata integra obtuse auriculata unguiculata, unguiculis liberis latis. Stamina 10 monadelpha, filamentis in vaginam superne e basi fissam suberectam coalitis, 5 alternis minoribus, antheris elliptico-rotundis bilobis introrsis, longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium ovato-lineare sessile uniloculare pluriovulatum, ovulis 5-6 anatropis, funiculo subnullo. Stylus rectus glaber brevis, stigmate apicali minuto. Legumen coriaceum oblongum rectum compressum exalatum laeve indehiscens, mucrone recurvo terminatum. — Arbor Brasiliensis: foliis simpliciter impari-pinnatis, foliolis 9-11 alternis exstipellatis oblongis v. ovato-oblongis longe angusteque acuminatis, basi rotundatis glaberrimis; floribus racemosis; racemis brevibus densifloris arcuatim demissis.

1. *A. ACUMINATA Tulasne l. c. 137. t. 2. et Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 74. † — ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

6709. **DREPANOCARPUS** *C. F. W. Mey.*

(DC. Prodr. II. 420. ex p. — Wlprs. Repert. bot. system. I. 794.)

1. DR. FALCATUS Miquel, Linnaea XVIII. 576. † — Foliolis plerumque 9 subalternis elongato-ellipticis, utrinque obtusis, in nervo medio supra, petiolo petiolulisque hirtellis, subtus glaucis subaveniis, minute sericeo-puberulis; racemis axillaribus solitariis vel confertis brevibus densifloris; legumine subsessili dimidiato-falcato rugoso subvaricoso glabro, suturis incrassatis, monospermo. ♃ — Crescit in Surinam prope Bergendaal.

6710. **MACHAERIUM** *Pers.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 794.)

1. M. ACULEATUM Raddi, Mem. Modena XVIII. 398. — Ramulis petiolisque tomentoso-hispidis obscuris; stipulis inferioribus spinescentibus complanatis; foliis 35-43-foliolatis, foliolis lineari-oblongis, utrinque rotundatis, basi subinaequilateris, apice mucronulatis, supra glabris laevibus, subtus piligeris; ramis floriferis axillaribus vel terminalibus, ramulis abbreviatis subsimplicibus 1-4 in quaque axilla; bracteolis brevissimis rotundatis; calyce subsericeo campanulato; corolla calycem duplo superante, vexillo extus sericeo profunde emarginato, alis

carinaque multo breviore, versus basin parce sericeis; staminibus diadelphis; ovario villoso stipitato. ♃? — *Nissolia aculeata* DC. Prodr. II. 258. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

2. M. MARTII Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 92. † — Ramis, petiolis paniculisque albido-tomentosis; foliis utrinque aculeo longo subadunco basi incrassato stipatis, foliolis 57–75-suboppositis angustissimis linearibus subacutis mucronulatis, basi inaequilateris subsessilibus marginatis, utrinque glabris obscuris; paniculis axillaribus folio brevioribus subdeflexis; calyce campanulato bracteolisque albo-tomentosis; corolla glabra, vexillo orbiculato emarginato, alis carina falcata paullo longioribus; staminibus monadelphis. ♄ — In Brasilia.

3. M. SCLEROXYLUM Tulasne l. c. 93. † — Ramis ramulisque glabris; foliis 9–13-foliolatis, petiolis rotundatis, foliolis alternis lineari-oblongis, utrinque obtusis, apice emarginatis, supra glabris laevibus aveniis, subtus adpresse piliferis nervosis discoloribus; racemis paucifloris subsimplicibus axillaribus solitariis vel binis, folio brevioribus; floribus admodum sessilibus ferrugineis minutis; calyce cylindrico angusto striato persistente, extus vexilloque tomentoso-sericeo; legumine coriaceo ferrrugineo, podogynio filiformi, ala acinaciformi obtusa. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

4. MINUTIFLORUM Tulasne l. c. 94. † — Ramis novellis pubescentibus; foliis inferioribus 13–15-foliolatis, superioribus multo brevioribus, foliolis ovato-oblongis vel sublanceolatis angustis truncato-obtusis retusis coriaceis, saepius alternis, demum petiolisque glaberrimis; floribus paniculatis minutis secundis sessilibus sericeis nigrescentibus; bracteis acutis persistentibus; ovario longe stipitato; calyce marcescente. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

5. M. LANATUM Tulasne l. c. 96. † — Tomentoso-lanatum: foliis 7–9-jugis cum impari distante, foliolis ovato-elongatis obtusis, basi rotundatis oppositis alternisve; racemis elongatis densifloris axillaribus, folio brevioribus patulis vel demissis; floribus nigrescentibus mediocribus sessilibus; calyce vexilloque extus dense sericeis. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6713. **PONGAMIA** *Lam.*

(DC. Prodr. II. 416. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 798. II. 902.)

1. *P. ELLIPTICA Wall. — Wlprs. l. c. I. 798. no. 5. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 420. — *Galedupa elliptica* Rxb. Fl. Indic. III. 242.

6714/1. **LONCHOCARPUS** *H. B. Kth.*

(Endl. Gener. pl. no. 6544. — DC. Prodr. II. 259. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 678.)

1. L. TOMENTOSUS Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 82. † — Ramis, paniculis petiolisque tomentosis pallide rufis vel albescentibus; foliis alternis 3–4-jugis cum impari distante, petiolo supra applanato; foliolis oppositis impunctatis exstipellatis oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi rotundatis, supra subglabris, subtus obscuris tomentosis; paniculis racemiformibus folia aequantibus aut longioribus patentibus; floribus amplis binis; vexillo extus argenteo-nitente subintegro. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Matto Grosso.

2. L. HEDYOSMUS Miquel, Linnaea XVIII. 564. † — Foliolis plerumque undenis elliptico-lanceolatis acuminatis mucronatis coriaceis, supra minute adpresseque puberulis, subtus sericeo-tomentosis, petiolo ramulisque glabriusculis, petiolulis hirtellis; racemis paniculato-terminalibus densifloris; pedicellis geminis unifloris vel solitariis bi-trifloris; calyce subobliquo inaequaliter 5-denticulato vexilloque dense sericeo. ♄ — Crescit in Surinam prope Paramaribo.

6714/2. **NEUROSCAPHA** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 137.)

Calyx campanulatus subcyathiformis brevissime quinquedentatus aut subinteger bibracteolatus. Vexillum orbiculatum emarginatum, basi minute biappendiculatum nec callosum, alae carinae aequales et vix adhaerentes

subobovatae obtusae molliter curvatae, carinae erostris obtusae petala alis conformia, unguiculis omnium liberis, vexillari intus hispidulo. Stamina 10, medio monadelpha, cum petalis in fundo calycis inserta, filamentorum vagina recta basi tantum breviterque aperta, filamento vexillari hinc libero, apice cum caeteris sensim incurvato, antheris ovatis acutis, dorso inferiore affixis bilobis, antice longitudinaliter dehiscentibus, lobis connectivo integro impositis. Discus vaginans nullus. Ovarium lineare deorsum sterile et attenuatum uniloculare pluriovulatum, ovulis reniformi-elongatis medio appensis subanatropis. Stylus glaber abrupte incurvatus, stigmate capitato apicali. Legumen lignosum indehiscens 1-2-spermum, utrinque attenuatum rectum, sutura carinali tenui incurvata, vexillari recta incrassata marginibusque ampliatis elevatis, subcyathiformi. Semina oblongo-reniformia compressa, testa crustacea, hilo medio marginali elliptico, cotyledonibus crassis, quarum commissurae caudicula incurvata hilo proxima incumbit. — Arbores Brasilienses foliis simpliciter imparipinnatis, foliolis exstipellatis epunctatis; floribus pedicellatis binis in pedunculo brevissimo et racemosis.

1. N. GUILLEMINIANA Tulasne l. c. et Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 76. † t. 4. — Ramis ramulisque glabris; foliis 3-4-jugis cum impari distante; petiolo nudo, basi rufo-pubescente, foliolis ellipticis obtusis vel obtuse brevissimeque acuminatis, basi saepius rotundatis, supra glabris nitidis, subtus (oculo armato) sparse piligeris, petiolulis rufo-pubescentibus; paniculis racemiformibus densifloris reflexis, folio brevioribus; bracteolis brevissimis; calycis sericeo-rufescentis truncati dentibus minimis, superioribus subnullis; vexillo extus sericeo albido-lutescente. ♃ — Crescit in Brasiliae monte Corcovado.
2. N. MARTIANA Tulasne l. l. c. c. 137. et 78. † — Ramis ramulisque glabris; foliis 3-4-jugis cum impari, petiolo supra sulcato et pubescente, caeterum glabro, foliolis obovato-sublanceolatis, molliter acuminatis subcoriaceis, supra glabris, subtus (oculo armato) parcissime piligeris; paniculis racemiformibus, saepius demissis pubescentibus; ramulis seu rachidibus brevissimis bifloris; calycis rufo-sericei dente supremo integro; vexillo extus admodum dense albo-sericeo. ♃ — Crescit in Brasilia.
3. N. PUBIGERA Tulasne l. l. c. c. 137. et 79. † — Ramis pubescentibus, demum glabratis, ramulis paniculisque pallide rufo-tomentosis; foliis saepius 4-jugis cum impari, foliolis obovato-lanceolatis vel subellipticis obtusis aut obtuse acuminatis, basi magis minusve attenuatis, subtus pubescentibus; paniculis spiciformibus dense multifloris; bracteis bracteolisque cito deciduis; calycis accreti brevis hypocrateriformis dentibus subnullis; vexillo extus admodum albo-sericeo. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Minarum generalium.

6715. **MILLETIA** *Wght. et Arn.*

(Wlprs. Repert. bot. system. I. 799. II. 902.)

1. M. CAFFRA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 99. † — Arborea: ramulis, petiolis foliolorumque nervis pilosulis; foliis paripinnatis 5-6-jugis, petiolo supra canaliculato; stipellis setaceis, foliolis oppositis petiolulatis lanceolato-oblongis, nervo excurrente apiculatis ciliatis, praeter nervos glabris, inferioribus minoribus; racemis terminalibus paniculatis; calyce subbilabiato pedunculisque rufo-pubescentibus, labio superiore emarginato, inferiore trilobo, laciniis obtusis; vexillo extus sericeo; legumine lanceolato acuto dispermo dense fusco-velutino. ♃ — Arbor 25-30-pedalis, folia semipedalia, foliola 2-2½-pollicaria, 8-10 lin. lata, petioluli bilineares. Panicula folii circiter longitudine, ramis simplicibus a basi florigeris, pedicellis ebracteatis 1-2 lin. longis. Corolla purpurea, calyce triplo longior, vexillum dorso helvolo-sericeum, demum rejectum subrotundum emarginatum. Legumen 3½-pollicare, 8 lin. latum, totum densissime fusco-velutinum coriaceum. Semina remotiuscula oblonga. — Crescit in Promontorio bonae spei in territorio Caffrorum.

6717. **DALBERGIA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 416. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 799. II. 903.)

1. D. MYRIANTHA Meisn. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 100. † — Fruticosa scandens inermis: foliis imparipinnatis 10–12–jugis, foliolis oblongis, utrinque rotundatis muticis, supra glabris, subtus, petiolis, pedunculis ramulisque pilosulis; paniculis axillaribus et terminalibus corymboso–ramosis, folio brevioribus; floribus confertissimis parvulis bibracteolatis; staminibus 9 monadelphis, decimo prorsus deficiente; leguminibus tenuiter membranaceis stipitatis obtusis 2–1–spermis parce venosis glabris. ♄ ∪ — Crescit in Promontorio bonae spei ad Port Natal.

6717/1. **CHADSIA** *Bojer.*

(Bojer, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 104.)

Calyx hemisphaericus obliquus ebracteatus inflatus quinquedentatus, dentibus inaequalibus linearibus vel late oblongis acutis, inferiore saepe longiore. Corollae papilionaceae vexillum lanceolatum acutum vel acuminatum, basi inflatum, breviter unguiculatum, alas partim tegens, abrupte retrorsum deflexum, alae vexillo breviores lanceolatae acuminatae, basi attenuatae unguiculatae, margine superiore a basi ad medium usque cohaerentes, carinae adpressae vaginantes, carina falcata ascendens longe acuminata incurva, inferne cum alis connata, superne libera navicularis. Stamina 10 monadelpha, tubo longo integro, stylo breviora, filamenta gracilia, antherae lineares biloculares, loculis basi discretis. Stylus filiformis carinae aequilongus, stigma acutum. Ovarium lineare subsessile dense sericeum. Legumen adultum lineare strictum sessile pilosum uniloculare polyspermum bivalve, suturis depressis, stylo longo persistente apiculatum. Semina.....? — Frutices Madagascarienses: foliis imparipinnatis, foliolis lanceolatis ovatisve acuminatis vel acutis, subtus sericeo-pubescentibus penninerviis, infimis minoribus, stipellis parvis caducis. Flores intense coccinei e ramis adultis enati fasciculati pedunculati, pedunculis patentibus.

1. CH. FLAMMEA Bojer l. c. 106. — Frutex 10–15–pedalis: ramis erectis, junioribus pubescentibus; foliis imparipinnatis 8–10–jugis, foliolis anguste lanceolatis acutis, subtus adpresse pilosis vel demum glabris venosis, infimis minoribus, subalternis, sesquipollicaribus, 6 lin. latis, petiolis petiolulisque pubescentibus; floribus coccineis; vexillo bipollicari lanceolato acuminato undulato, extus viridi, alis carina 2½–pollicari duplo brevioribus; leguminibus linearibus pendulis stylo longo apiculatis. ♄ — Crescit in insula Madagascaria in collibus aridis ad pagum Majungay.
2. CH. VERSICOLOR Bojer l. c. — Frutex 6–10–pedalis laxe ramosus: ramis foliisque junioribus aureo–velutinis; foliis imparipinnatis 5–8–jugis, foliolis ovali–lanceolatis breviter acuminatis vel acutis, subtus adpresse sericeis, supra nitidis glabris, 1¼–pollicaribus, semipollicem latis, nervis creberrimis parallelis, infimis brevioribus, obovatis retusis, interdum alternis, rhachi petiolulisque aureo–pubescentibus; floribus rubris, dein albescentibus; calyce sericeo fusco persistente, dentibus linearibus tubo aequilongis; vexillo ovato–lanceolato acuminato striatello, alis linearibus subliberis carina multo brevioribus, carina falcata acuminata; leguminibus anguste linearibus 5–pollicaribus, 2 lin. latis pendulis sericeo–velutinis. ♄ — Crescit in insula Madagascaria cum praecedente.

6719/1. **SPATHOLOBUS** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Flora [B. Z.] XXV. Beibl. 57. 79. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 104. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 352.)

1. SP. LITTORALIS Hsskrl. l. c. 79. — Frutex summas arbores scandens: ramis ramulisque teretibus; stipulis lanceolatis acutis parvis, folia pinnatim tri– vel unifoliolata, foliola lateralia stipellata, foliola oblongo–lanceolata acuta vel acuminata, juniora minutissime strigulosa, adultiora glaberrima sublucida coriacea, 3–6½–pollicaria, 1–2¼ poll. lata. Racemi axillares saepe gemini, altero longiori,

pedunculi infimi breves triflori, superiores 1–2–flori, ad ramificationes bracteolati, flores parvi, calyx albido–flavescens, corolla rosea calyce triplo major, alae carinam aequantes, vexillum majus. Legumen 4–5–pollicare, pollicem latum. — Crescit in insula Java.

6720/1. **PHYLLOCARPUS***) *Riedel.*

(Riedel mss. ex Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 142. et in Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 171. t. 10. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 97. no. 6720/1.* — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 352.*)

Calyx tetraphyllus, sepalis coriaceis liberis ellipticis obtusis concavis aequalibus, aestivatione imbricatis. Petala 3 obovata integra obtusa, receptaculo inserta, altero superiore sepalo postico opposito, petalis reliquis majoribus utrinque ad margines obtecto. Stamina 10 cum petalis inserta diadelpha, filamento vexillari libero, reliquis in vaginam elongatam crassam superne fissam apertam coalitis, apice liberis leviterque sursum incurvatis, 5 (quorum etiam filamento libero) alternis minoribus, antheris ellipticis basi retusis introrsis, dorso sub medio affixis bilocularibus birimosis. Ovarium lineare utrinque acutum glabrum crassum, quasi suberosum stipitatum, stipite libero, uniloculare quadriovulatum. Stylus longissimus crassus glaber, in alabastro deorsum spiraliter incurvatus, demum extensus subrectus, apice stigmatico clauso incrassatus. Ovula oblonga hemianatropa, funiculo brevi oblique appensa. Legumen tenue phylloideum coriaceum lanceolatum apice adunco, sutura dorsali exalata subrecta, fructifera arcuata superne cristato-marginata. — Arbor Brasiliensis praealta: foliis simpliciter et abrupte pinnatis 5–7–jugis, foliolis oblongo-ellipticis vel ovato-oblongis, apice attenuatis vel rotundatis, utrinque pubescentibus; floribus racemosis; racemis fasciculatis brevibus; calyce, corolla staminibusque purpureis.

1. *PH. RIEDELII Tulasne l. l. c. c. 143. et 172. † t. 10. — ♃ — *Phyllocarpus* (*Pterocarpus* DC. Prodr. II. 260.) *pterocarpus* Riedel mss. ex Wlprs. Repert. bot. syst. I. 802. (absq. char.) — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

6721. **CALLISEMAEA** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 802.)

1. *C. PUBESCENS Bth. Ann. Wien. Mus. II. 105. — Wlprs. l. c. no. 1. — Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 94. † — *Platypodium viride* Vogel, Linnaea XI. 422. — *Callisemaea viridis* Wlprs. l. c. no. 5.

6727. **EUCHRESTA** *Bennet.*

(Bennet in Horsf. et Benn. Plant. Javanic. rar. I. 148. t. 31.)

1. EU. (ANDIRA Leschen. Ann. du Mus. XVI. 481. t. 12. — DC. Prodr. II. 476. no. 6.) HORSFIELDII Bennet l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 804. absq. char.) — Frutex parvus, rami crassitie pennae gallinaceae teretiusculi longitudinaliter rugosi grisei, novelli angulati glabri. Folia alterna patentia imparipinnata, stipulis manifestis nullis. Petioli 6–8–pollicares angulati glabri, basi incrassato–glandulosi. Foliola 3–5, raro terminali abortivo 4, lateralia opposita vel subopposita 3–5–pollicaria elliptica, basi acuta, apice plerumque acuminata integerrima, utrinque glabra lacunoso–pellucido–punctata. Petiolulus foliorum lateralium lineam longus glandulosus, terminalis semipollicaris vel ultra, apice tantum glandulosus. Stipellae nullae. Racemus terminalis simplicissimus pauciflorus 2–4–pollicaris, pedunculo communi pedicellisque brevissime ferrugineo–velutino–pubescentibus. Pedicelli floriferi 3–4 lin. longi, singuli bracteola minuta ovato–lanceolata membranacea suffulti. Calyx pubescens, flores pallidissime albo–flavescentes. — Crescit in sylvis insulae Javae.

*) *Genus a* **St. Endlicher** *ad Dalbergieas relatum eadem affinitate conjunctum est cum Amherstieis et Swartzieis.*

6728. **DIPTERYX** *Schreb.*

(DC. Prodr. II. 477. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 804.)

1. D. NUDIPES Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 100. † — Glabra: foliis alternis 4–6-foliolatis, petiolo aptero in appendicem arescentem filiformem et deciduum exeunte, foliolis ovato-ellipticis, longe acuminatis coriaceis laevibus integerrimis, saepius alternis et aequilateris; panicula amplissima ramosa pubescente; corollae calyce longioris alis apice bipartitis; ovario ad margines piloso-tomentoso, breviter stipitato. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

6729. **COMMILOBIUM** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 805.)

1. O. ABRUPTUM Moric. Plant. rar. ou nouv. d'Amér. 98. t. 62. — Pubescens: foliis abrupte pinnatis, foliolis 10–14 ovalibus, apice emarginatis; paniculis foliosis terminalibus; ovario stipitato glabro. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

6730. **PTERODON** *Vogel.*

(Vogel, Linnaea XI. 384. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 805.*)

1. PT. EMARGINATUS Vogel l. c. — Wlprs. l. c.* — Arbor? Rami teretes, folia sparsa, stipulae nullae?, petiolus communis compresso-angulatus tomentosus 4–5-pollicaris, foliola septena alterna breviter petiolulata ovato-oblonga, basi rotundata, apice emarginata pellucido-glanduloso-punctata, utrinque glabra, subtus pallida, circiter pollicaria. Racemus terminalis paniculato-compositus, rhachis compressa tomentosa subquadripollicaris, pedunculi similes patentes 1–2-pollicares multiflori, pedicelli singuli pluresve aggregati erecto-patuli tomentosi, infra apicem articulati (bibracteolati?). Calyx glaber. Corolla mox decidua. Legumen sessile elliptico-oblongum subobliquum glaberrimum, circumcirca membranaceo-alatum monospermum, loculus seminifer coriaceo-lignosus. — *Dipteryx emarginata* Spr. mss. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës ad Barra do Rio das Velhas.

6730/$_1$. **PODIOPETALUM** *Hochstett.*

(Hochst. Nov. gen. pl. Afric. austr. p. 1. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 97. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 352.)

1. P. RETICULATUM Hochstett. l. c. 2. — Foliis imparipinnatis bijugis, petiolo puberulo; stipulis brevissimis triangularibus, foliolis alternis obovatis obtusis bipollicaribus, utrinque reticulatis glabris integerrimis, supra lucidis; panicula terminali ramosa; pedunculo communi ramulisque atro-rubentibus glanduloso-pubescentibus; floribus parvulis in ramulis dense aggregatis; pedicellis bracteis minutis obtusis stipatis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei ad Port Natal.

*

6731. **APOPLANESIA** *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 63. t. 41. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 805. absq. char.)

1. A. PANICULATA Prsl. l. c. 64. t. 41. — Arbor verosimiliter procera: ramis teretibus gracilibus striatis pubeque pulverea vestitis cinereis, glandulis verrucaeformibus oblongis sessilibus adspersis foliatis, apice floriferis. Folia alterna petiolata imparipinnata, foliolis 6–9-jugis oppositis alternisve pollicaribus, semipollicem usque latis, petiolulatis oblongis emarginatis, basi acutiusculis obtusisve integerrimis, utrinque pube minuta vestitis, subtus glandulis punctiformibus flavo-translucentibus adspersis deciduis. Petiolus usque semipollicaris, pube minuta dense vestitus, subtus convexus, supra canaliculatus, basi paullo incrassatus, cum ramulo articulatus. Rhachis minute puberula, supra canaliculata, subtus convexa. Petioluli glandulis subglobosis verrucaeformibus nigricantibus pubeque minuta vestiti, foliolorum lateralium linea longiores, terminalis longior. Stipulae nullae. Spicae lineares multiflorae ramosae, ex axillis foliorum supremorum provenientes paniculatae pedunculatae erecto-patentes. Pedunculi teretes puberuli semipollicares. Rhachis angulata pulveraceo-puberula. Bracteae minutissimae tuberculiformes, flores alterni pedicellati albi? Legumen vix sesquilineam longum, unam latum. — Crescit.....?

6741/1. **SPIROTROPIS** *Tulasne.*

(Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 113.)

Calyx tubuloso-cylindricus bilabiatus, labiis approximatis brevibus aequilongis, superiore bi-, inferiore tridentato, dentibus acutis, aestivatione carinatim brevissime imbricatis, inferioribus angustioribus, tubo demum in lacinias duas inaequales extrorsum convolutas usque ad basin lacerato. Corolla papilionacea glabra, imo calyci inserta ipsoque longior, aestivatione axillari, petalis cunctis brevissime unguiculatis, vexillum ellipticum breviter emarginatum ecallosum exappendiculatum, alae rectae lineari-oblongae obtusae liberae, deorsum angustatae, brevissime hinc auriculatae, vexillo breviores, carina ipsis aequalis recta obtusa erostris, petalis crassiusculis, margine inferno tantum connexis nec involutis, lineari-oblongis. Stamina 10 libera cum petalis inserta et alis breviora, filamentis glabris deorsum complanatis, sursum apice vix incurvatis, 5 paullo brevioribus, antheris conformibus ellipticis integris obtuse mucronulatis bilobis introrsis birimosis, dorso inferiore affixis, subadnatis. Ovarium lineare subsessile centrale liberum acutum et in stylum abiens sericeum, uniloculare pluriovulatum, stylo filiformi glabro, stamina superante, molliter sursum incurvato; stigmate apicali papilloso. Ovula anatropa, funiculo subnullo. Legumen oblongum, utrinque acutum planum exalatum. — Arbor Guianensis: foliis alternis simpliciter imparipinnatis, stipulis amplis latis obovatis instructis; gemmis perulatis; floribus racemoso-paniculatis.

1. SP. CANDOLLEI Tulasne l. c. 114. — Arbor 10–14 met. alta: ramulis teretibus, cortice verrucoso, initio pube sordide violaceo-ferruginea minutissima adpressa vestito, tandem glabrato. Gemmae globosae compressae perulatae sessiles, sordide pubescentes, saepius 3 collaterales in quaque axilla, lateralibus minimis squamula crassa longiori exceptis. Folia alterna simpliciter imparipinnata 3–4-juga stipulata, stipulis crassis subcoriaceis obovatis obtusis, deorsum in petiolulum attenuatis simplicibus, 5–7 mm. latis et duplo longioribus nigrescenti-puberulis, demum glabris, supra gemmas fornicatis et persistentibus, decidui cujusque nota lineari. Petiolus communis validus erectus admodum teres, hinc et illinc esulcatus, tandem glaber, 18–20 centim. et ultra longus, proprii teretes glabri rugulosi 5–7 millim. circiter longi. Foliola exstipellata opposita vel paullo alternantia, lateraliter petiolo communi imposita ovato- vel elliptico-oblonga aequilatera, deorsum acutiuscula, apice longe angusteque acuminata, 14–20 centim. et ultra longa, 45–60 millim. lata, subcoriacea rigidula, superne glaberrima nitentia, nervo medio impresso, subtus pallida minutissime adpresseque sericea, nervo medio prominente caeterisque minutissimis, foliolo impari ab ultimo jugo circiter 3 centim. remoto, acumine cujusvis folioli cuspide 5–7 millim. longa pungente, ex angustissimo limbo utrinque involuto confecta, terminato. Flores laxe racemosi, pedicello pallido adpresse sericeo, 5 millim. circiter longo, erecto-patente, bractea ovato-acuta minuta dimidio breviori sordida ad basin, bracteolisque minutissimis acutis sordidis oppositis ad apicem stipato, fulciti. Racemi pallide sericei, 5–7 centim. longi, saepius solitarii in bracteae cujusvis axilla, paniculam efformantes ramosam amplam divaricatam foliis minorem, terminalem vel axillarem, cujus rami crassiores pube vestiuntur sordide violaceo-ferruginea basique stipulis latis obovatis, foliis floralibus etiam deficientibus vel abortivis instructi. Calyx tubulosus rectus aequalis, 7–9 millim. longus, extus adpresse sericeus pallidus, intus glaber bilabiatus et mox secus labiorum commissuras regulariter in lacinias duas, extus revolutas usque ad basin laceratus, labiis primum sinu acuto angusto parum profundo utrinque sejunctis subaequilatis, superiore bidentato, dentibus latiusculis acutiusculis, inferiore in dentes 3 angustos acutos subaequales nec dentibus posticis longiores, marginibus subcontiguos et aestivatione brevissime imbricatos, antico dente plane exteriore, diviso. Corolla papilionacea purpurea exserta glaberrima, imo calyci inserta, aestivatione vexillari, vexillum subellipti-

cum obtusum brevissime retusum, 10–12 millim. longum, 7–9 medio circiter latum, ecallosum et appendiculatum nec nota discolori maculatum, minutissime venosum, venis crebris tenuibus oblique pennatim dispositis simplicibus et subparallelis; alae aequales vexilli dodrante longae, admodum liberae subplanae rectae lineari–oblongae obtusae, deorsum angustatae et inferius latere superiore auriculatae; petala inferiora inter se consimilia lineari–oblonga obtusa, alis aequilonga, deorsum non angustata et brevissime auriculata, auricula arcuata acutiuscula, caeteris petalis tenuibus paullo crassiora margineque inferiore, mediante lanugine albida gossypina parca, e basi fere usque ad apicem connexa nec invicem imbricata, carinam efficiunt rectam obtusam erostrem, quae demum flore aperto introrsum spiraliter convolvitur, petalis cunctis caeterum subsessilibus, unguiculo scilicet brevissimo (vix 1 millim. longo) instructis. Stamina 10 cum petalis inserta et subhypogyna glaberrima, filamentis admodum e basi liberis deorsum applanatis, etiam in alabastro erectis nec plicatis, sub anthesi vix sursum incurvatis et alis paullo minoribus, petalis alternis 5 caeʿera paullo excedentibus, antheris conformibus ellipticis minutis, dorso inferiore affixis, subadnatis bilobis introrsis, lobis connectivo crassiusculo dorso superiore convexo nec sulcato et in minutum tuberculum apici prominenti parallele impositis utrinque non discretis, longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium lineare pubescenti–sericeum, basi vix attenuatum, unde subsessile, centrale liberum, apice acuto in stylum abiens subrectum glabrum stamina superantem, sed vexillo breviorem, cujus apex subincrassatus et sursum molliter incurvatus stigmate terminatur non ampliore et papilloso. Ovarii loculus simplex, ovula 6–8 elliptica anatropa remota includit. Legumen lineari–oblongum glabrum planum paullo arcuatum, utrinque attenuatum, apice acuto styli basi recta mucronatum, sutura utraque exalata, fructifera crassiore, ovulis lineari–ellipticis absque funiculo distincto affixis. — *Swartzia longifolia* DC. Prodr. II. 406. — Crescit in sylvis umbrosis Guianae Gallicae.

Tribus VII. *SOPHOREAE* DC. — Endl. l. c. p. 1307.

6747. **ORMOSIA** *Jacks.*

(DC. Prodr. II. 97. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 807.)

1. O. **NOBILIS** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 106. † — Foliis amplissimis imparipinnatis 3–4–jugis, petiolo valido triquetro, subtus pallide aureo, foliolis oppositis exstipellatis longe petiolulatis late oblongis, basi cordatis, apice rotundato breviter subacuminatis, supra glaberrimis, subtus aureo–sericeis; paniculis brevissime rufo–sericeis; ramulis sulcatis inaequalibus densifloris; floribus amplis; bracteis bracteolisque minutissimis acutis; calycis rufo–sericei divisionibus longis acutis; corolla longe exserta glabra, vexillo bicalloso. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

2. O. **FASTIGIATA** Tulasne l. c. 108. † — Ramulis petiolisque tomentosis rufo–ferrugineis; foliis 3–4–jugis, foliolis petiolulatis late elliptico–oblongis, basi subcordatis, apice obtusis vel brevissime acuminatis crassis, supra glabris pallidis, subtus rufis hirto–tomentosis; paniculis amplissimis fastigiatis dense rufo–tomentosis; calycis dentibus obtusis; corolla brevi glabra pallida, vexillo vix calloso emaculato; ovario hirsuto–tomentoso sessili 3–4–ovulato, stylo glabro, latere apicali glandulifero. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6748. **DIPLOTROPIS** *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 808.)

1. D. **GRANDIFLORA** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 109. † — Foliis bijugis, petiolo tereti, foliolis oppositis lanceolato–ellipticis vel oblongis, anguste acuminatis, basi acutis, impari tantum bistipellato; paniculis pauciramosis vel racemis axillaribus et terminalibus petiolo multo brevioribus, minute tomentosis rufescentibus; floribus pendulis; calyce amplo subfoliaceo tenui; corolla glabra

longe exserta, petalis carinalibus margine inferno cohaerentibus. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

2. D. **BRACHYPETALA** Tulasne l. c. 111. † — Foliis 4–5-jugis, foliolis exstipellatis coriaceis late ellipticis vel oblongo-ellipticis, brevissime obtuseque acuminatis, basi rotundatis; floribus racemosis secundis; racemis patentibus demissis paniculatis, adpresse sericeo-pubescentibus griseis calyceque coriaceo 4-dentato, dente postico truncato emarginato; petalis aequilongis vix exsertis, inferioribus margine invicem sese obtegentibus liberis. ♄ — Crescit in Guiana Batava.

6748/1. **DIBRACHIUM** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 138.)

Calyx tubulosus obovatus incurvus quinquedentatus, dentibus mediocribus aequilongis, aestivatione valvatis, superioribus duobus latioribus curvilateris, tubo usque ad medium disco oblinito. Corolla subpapilionacea disci coronae inserta, praefloratione vexillari. Vexillum superne oblongum angustum obtusum integrum, medio ampliatum quasi bibrachiatum, minute plicato-appendiculatum nec callosum, in unguem crassum desinens. Alae petalaque carinalia conformia subaequalia vexillo longiora, admodum inter se libera obovato-rotundata obtusa integra, unguiculis longis fulcrata. Stamina 10 libera cum petalis inserta, iisdem opposita dimidio minora, omnibus fertilibus inclusis, antheris ellipticis anticis longitudinaliter birimosis. Ovarium breve lineare in stipitem brevem angustatum, oblique fundo calycis insidens uniloculare 5-6-ovulatum. Stylus filiformis sursum incurvatus, stigmate apicali vix distincto. Ovula anatropa transversa elliptica. — Arbores Brasilienses: foliis distichis abrupte et imparipinnatis, foliolis alternis exstipellatis; floribus paniculatis.

1. D. **BRASILIENSE** Tulasne l. c. et Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 103. † t. 7. — Ramis teretibus glabris; foliis glabris 9–11-foliolatis, petiolo anguloso striato, foliolis alternis petiolulatis oblongis integerrimis, obtuse breviterque acuminatis, basi rotundatis vel subacutis, saepius inaequilateris subcoriaceis, supra nitentibus; paniculis axillaribus et terminalibus ferrugineis obscuris, inferioribus folio brevioribus; ramulis laxis abbreviatis densifloris; bracteis acutis, bracteolis minutis. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

2. D. **GUIANENSE** Tulasne l. l. c. c. 138. et 105. † — Ramulis farinosis; foliis 5–9-foliolatis, petiolo tereti, foliolis alternis petiolulatis subcoriaceis glabris lucidis ovato-ellipticis obtusis vel subretusis; panicula ampla dilute ferruginea; ramulis calycibusque brevissime tomentosis; bracteis persistentibus brevibus acutis erassis patenti-erectis, bracteolis minutissimis; alis petala carinalia excedentibus auriculatis. ♄ — *Tachigalia? purpurea* L. C. Rich. mss. in Act. soc. hist. nat. Paris. I. 108. — Crescit in sylvis Guianae Gallicae.

Subordo II. *CAESALPINIEAE* DC.

Tribus I. *LEPTOLOBIEAE* Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 72. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 97.

I. (6751.) **LEPTOLOBIUM** *Vogel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 808.)

1. L. **LANCEOLATUM** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 113. † — Ramulis, racemis petiolisque dense rufo-tomentosis; foliis 1–2-, rarius 3-jugis cum impari, foliolis amplis oppositis vel suboppositis lanceolatis coriaceis, superne nitentibus subglabratis, subtus dense tomentosis, utrinque attenuatis, apice obtusatis integris, nervo medio excurrente submucronatis; racemis axillaribus abbreviatis; calycis tomentoso-hispidi laciniis acutis subaequalibus; petalis obovatis longe unguiculatis; ovario dense tomentoso; stylo glabro. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

2. L. GLABRIFOLIUM Tulasne l. c. 119. † — Ramis glaberrimis foliisque bijugis cum impari, foliolis brevissime petiolulatis stipellatis ovato-ellipticis vel ovato-oblongis, basi rotundatis subcordatisve, apice retusis, sinu acuto; stipellis brevibus rigidis ligneis; panicula hirto-tomentosa; calyce pallido tenui; petalis spathulaeformibus; ovario hirsuto 2–3-ovulato, stylo vix glabro, staminibus glabris paullo longiore. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Ceara.

3. *L. DASYCARPUM Vogel, Linnaea XI. 388. — Wlprs. l. c. no. 1. — Tulasne l. c. 117.

α. Ramulis, petiolis paniculisque dense tomentosis, foliolis 3–7 ovatis vel ovato-elongatis emarginatis obtusis, basi magis minusve cordatis et nonnumquam inaequilateris, supremis attenuatis, petiolulis brevissimis aut subnullis; stipellis longioribus tomentosis linearibus, saepe vero abortivis; alabastris elongatis obovatis; leguminibus 1–3-spermis jam adultis dense pubescentibus nec nitentibus. — Flores albi odori. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

β. Ramis glabris, cortice suberoso: ramulis, racemis petiolisque pubescentibus, pube divaricata, foliolis 5–9 ovatis, ovato-oblongis vel ellipticis obtusis emarginatis, basi rotundatis, rarius subcordatis aequilateris petiolulo longiusculo nigrescente suffultis, supra nitidis, infra ad venas tantummodo puberulis vel etiam glabratis; stipellis brevissimis vel subnullis; leguminibus maturis nitentibus glabratis. — *L. tortum* Mart. Hb. flor. Brasil. no. 1151. — Crescit in Brasiliae provincia Matto grosso.

Ia. (6751/1.) **DIPTYCHANDRA** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 139.)

Calyx obovatus gamophyllus, laciniis (5?) ellipticis concavis aequalibus, aestivatione quincunciali imbricatis, sub anthesi reflexis, tubo minore angusto longiuscule deorsum attenuato, intus disco crasso vestito. Petala 5 obovata aequalia cum sepalis alterna, in disco summo sessilia, ante explicationem sepalorum instar imbricata, petalo postico et anticorum uno externis. Stamina 10 fertilia cum petalis inserta, 5 iisdem opposita interiora paulloque minora, totidem alterna, filamentis liberis tomentosis erectis, in alabastro extrorsum biplicatis, antheris ellipticis bilobis, dorso inferiore affixis, loculis infra distinctis, antice longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium oblongum tomentosum longe stipitatum (stipite libero) uniloculare, 4-6-ovulatum, ovulis subtetraquetris transversis anatropis. Stylus tandem subrectus, stigma apicale vix incrassatum glabrum. Legumen.....? — Frutices Brasilienses: foliis abrupte pinnatis, foliolis exstipellatis, interdum punctato-glandulosis; floribus racemosis longe pedicellatis; calycibus ebracteolatis.

1. D. AURANTIACA Tulasne l. c. et Archives du Mus. IV. 128. † t. 8. — Cinereo-pubescens: foliis 4–6-jugis, foliolis punctatis ovato- vel elliptico-oblongis obtusatis emarginatis, basi subcordatis, nervis secundariis utrinque prominulis; racemis axillaribus vel terminalibus foliis subbrevioribus densifloris; calycinis laciniis reflexis nec non et petalis basi filamentisque deorsum albido-tomentosis farinosis; ovario albido-tomentoso, stylo glabro. ♄ — *Leptolobium aurantiacum* Martius, Hb. fl. Brasil. no. 1149. — Crescit in Brasilia ad Cubajam.

2. D. EPUNCTATA Tulasne l. l. c. c. 139. et 129. † — Ramulis petiolisque molliter pubescentibus; foliis 2–3-jugis, foliolis oppositis impunctatis, ovatis vel ovato-ellipticis, obtuse brevissimeque acuminatis, basi rotundatis cordatisve, supra glaberrimis, nervo medio subtus tomentoso; racemis albido-tomentosis calycibusque longe pedicellatis; petalis subglabris; ovario tomentoso 4-ovulato. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

II. (6755.) **SCLEROLOBIUM** *Vogel.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 809).

1. SCL. RUBIGINOSUM Martius, Hrb. flor. Brasil. no. 1147. ex Tulasne, Archivesdu Mus. d'hist. natur. IV. 123. † — Ramulis, petiolis foliisque subtus ferrugineis

hirsutis, pube molli patente; foliis 4–6–jugis alternis, foliolis oppositis petiolulatis oblongis mucronatis, mucrone crasso, basi maxime inaequilateris rotundatis; paniculae ramis nutantibus; floribus innumeris minutis pedicellatis, alabastris globosis albido-pubescentibus. ♂ — Crescit in Brasilia meridionali prope Cubajam.

2. SCL. SERICEUM Tulasne l. c. 125. † — Foliis amplissimis 4–6–jugis, petiolo intus profunde sulcato, foliolis oppositis petiolulatis oblongis, basi rotundatis et maxime inaequilateris acuminatis, supra glabris, subtus sericeo-nitentibus pallidis; panicula amplissima; floribus minutis sessilibus. ♂ — *Chrysostachys? sericea* Poepp. Coll. pl. Amer. exs. no. 2666. — Crescit secus fluvium Amazonum.

3. SCL. CHRYSOPHYLLUM Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 60. † t. 266. — Petiolis glabris acute triquetris sulcatis, foliolis sex- ad novemjugis oblongis acuminatis, basi rotundata inaequalibus, obliquis coriaceis, subtus adpresse sericeis fulvis; paniculis terminalibus ramosis; floribus racemoso-spicatis; calycibus tomentosis. ♂ — Crescit in sylvis primaevis circa Egam in Brasilia boreali.

VI. POEPPIGIA *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 15. t. 8. — *Ramirezia* A. Rich. Flor. ins. Cub. t. 39.)

1. P. PROCERA Prsl. l. c. 16. t. 8. — Ramis teretibus petiolisque semiteretibus glabris; foliis pinnatis 16–22–jugis, foliolis oppositis oblongis obtusis glabris, basi inaequilateris, subtus pallidioribus; panicula terminali decomposita, ramulis puberulis trichotomis; calycis pubescentis dentibus ovatis obtusis; ovario (puberulo substipitato) 15–ovulato. ♂ — Petiolus communis 4–5–pollicaris, apice in mucronem tenuem nudum desinens, basi ad semipollicem nudus, foliola 4–6 lin. longa, 2 lin. lata, versus apicem petioli sensim minora. Paniculae pedicelli 2–4 lin. longi teretes pubescentes, infra medium bracteolis 2 minutis subrotundis instructi. — *Caesalpinia procera* Poepp. Coll. pl. Cubens. — Crescit in sylvis siccis insulae Cubae.

2. P. FERRUGINEA Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 120. † — Ramulis novellis rufo–tomentosis; foliis 20–27–jugis, foliolis lineari–oblongis, basi inaequilateris, apice rotundatis integris glabris, subtus glaucis; paniculis ferrugineis axillaribus et terminalibus folio brevioribus; calyce tubuloso-campanulato, superne gibboso, inferne coarctato pubescente; petalis oblongo–linearibus glabris; ovario lineari ferrugineo–tomentoso; legumine glabrato tenuissimo. ♀ vel ♂? — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

3. P. DENSIFLORA Tulasne l. c. 122. † — Ramulis hirtello–tomentosis petiolisque teretibus; foliis 12–16–jugis, foliolis lineari–oblongis obtusis, basi rotundata inaequilateris; paniculis terminalibus brevibus densis; dentibus calycinis obtusis ciliatis; ovario subglabro longe stipitato, stipite sursum lanuginoso, inferne glabro; ovulis 5–6 elongatis. ♀? ♂? — Crescit in Brasilia prope Babiam.

VII a. (677¾.) CERCIDIUM *Tulasne.*

(Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 133.)

Calyx 5-partitus, laciniis lineari-acutis aequalibus planis tenuibus, aestivatione marginibus induplicatis approximatis, deorsum in cupulam brevem obconicam disco oblinitam coalitis, ultra patentibus, tandem deciduis, cupula persistente. Petala 5, disco ad calycis faucem inserta sepalisque alterna lineari-oblonga flabellato-venosa unguiculata, postici ungue multo longiori, limbo contra minori, praefloratione carinatim imbricativa. Stamina 10 cum petalis inserta fertilia, flore aperto subaequalia, filamentis liberis, e basi complanata sursum attenuatis pilosis, etiam in alabastro erectis, absque plicatura vel apicali; antheris oblongis abbreviatis dorso sub medio affixis introrsis bilobis, lobis connectivo crassiusculo conjunctis, non discretis, rima longitudinali apertis. Ovarium lineare, oblique fundo calycis impositum subsessile uniloculare pluriovulatum, in stylum filiformem ante

anthesin supra suturam fertilem undulato-recurvatum, desinens; stigmate apicali haud incrassato acuto minutissime fimbriato. Ovula anatropa uniserialia. Legumen lineari-oblongum obtusum subexalatum planum aequael venosum indehiscens uniloculare 1-2-spermum. Semen oblongum mucronulatum, funiculo filiformi longo appensum, testa crustacea laevi, hilo punctiformi apicali nudo, albumine corneo. Embryo rectus, cotyledonibus planis aequalibus applicatis, basi emarginatis obtusis, radicula brevi acutiuscula hilo proxima, plumula minuta. — Arbor: ramis spinosis; foliis saepius fasciculatis bipinnatis 1-2-jugis absque impari, foliolis oppositis linearibus; floribus racemosis; racemis paucifloris; leguminibus glabris.

1. C. SPINOSUM Tulasne l. c. 134. — Arbor. Rami teretes glabri, spinis alternis patentibus simplicibus pungentibus 8–10 millim. longis glabris horridi, cortice laevi, novelli parce albido-sericei. Folia 2–4 simul ramulo abbreviato gemmaeformi ferrugineo-tomentoso, spinae superposito vel laterali circumcirca insidunt, abrupte bipinnata unijuga, rarius bijuga, undique pilis albidis mollibus vestita. Petiolus communis gracilis teres 5–10 vel rarius 15 millim. longus, mucrone indurato adunco nigro brevi terminatus, basi in ramis novellis stipula subtriangulari acuta cito decidua, utroque latere stipatus, petioli proprii consimiles oppositi abrupte pinnati saepius 8-jugi, in setam brevissimam desinentes. Foliola opposita brevissime petiolulata lineari-oblonga, basi rotundata subaequilatera emarginata, apice rotundata subtruncata brevissime mucronulata, 5–7 millim. longa, 2-3 millim. lata, utraque pagina pilis longis albis sericeis tecta, nervo medio tantum conspicuo. Flores racemosi; racemi pauciflori axis 15-25 millim. longa pedicellique (8–10 millim. longi) teretes erecti, medio bibracteolati, pube albida patente velutina. Alabastra oblonga, utrinque obtusata velutina. Calycis 5-partiti laciniae 6–8 millim. longae tenues sublineares, e basi scilicet latiore (1 millim. vix excedente) usque ad apicem acutiusculum attenuatae aequales, marginibus introflexis in alabastro invicem praefloratione induplicativa convenientes, tandem patentes, linea media subpilosiori in facie interna notatae, basi in cupulam mediocrem disco vestitam coadunatae, mox deciduae, cupula marginibus introflexis persistente. Corolla pentapetala disci coronae inserta glabra, petala libera, sepala alterna paullulum excedentia lineari-elongata obtusa integra flabellato-venosa, marginibus subundulata, basi rotundata, in unguem crassiusculum intus cano-tomentosum abrupte angustata, 4 inferiora subconsimilia, ungue plano fulcrata, quintum posticum multo longius unguiculatum, unguis marginibus in limbum inferiorem excurrentibus introplicatis, limbo contra minori donatum, cunctis ante explicationem quincunciali ratione imbricatis, postico interiore (aestivatione carinali). Stamina 10 fertilia demum subaequalia, cum petalis inserta, filamentis liberis basi compressiusculis et undique longe pilosis canis erectis (etiam in alabastro) petala vix excedentibus, antheris minutis glabris ovatis obtusis bilobis, dorso sub medio affixis, lobis non discretis, antice longitudinali rima apertis, pollinis lutei granulis elliptico-elongatis, linea longitudinali notatis laevibus. Ovarium lineare compressum glaberrimum, basi lata sterili vix attenuatum, fundo calycis oblique impositum, in stylum filiformem rectum stamina longe superantem, ante florem apertum sub petalo postico undulato-replicatum, in apicem stigmaticum non incrassatum acutum exiens, uniloculare 8–10-ovulatum, ovulis ellipticis anatropis, micropyle mucronulo superiore antice aperta, funiculo crasso brevi appensa uniserialia pressa. Legumen lineari-oblongum aequale compressum tenue, utrinque attenuatum, oblique truncatum minutissimeque fimbriato-plicatum indehiscens, 35–45 millim. longum, 8–10 millim. latum 1–2-spermum, utrinque venis prominulis, ex utroque margine natis et versus medium excurrentibus, notatum, sutura utraque angustissime (vix 1. millim.) alata, valvis tenuibus membranaceis, interno pariete glaberrimis politis, nonnisi utrinque in legumine extremo, conferruminatis et natura discretis. Semen oblongum compressum, basi rotundato-truncatum, apice obtuse mucronatum fuscum laeve du-

rum, funiculo praelongo gracili undulato libero appensum, legumen medium longitudinaliter occupans, integumento crasso ligneo, albumine corneo tenui aegre solubili intus vestito. Embryo rectus, semini conformis, cotyledonibus obtusis aequalibus planis accumbentibus crassis luteis, basi cordatis, caudicula recta acutiuscula sub seminis mucrone latente paullo brevioribus, plumula minutissima. — Crescit in Brasilia.

X. (6766.) **POINCIANA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 483. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 809. II. 903.)

1. *P. GILLIESII Hook. Bot. Misc. I. 129. t. 34. — Wlprs. l. l. c. c. no. 1. — Van Houtte, Flora der Gewächshäuser I. 301. (c. ic.)
2. *P. PULCHERRIMA Linn. — DC. l. c. — (Wlprs. l. c. I. p. 810. — Paxton, Magaz. of bot. III. p. 3. (c. ic.)

Tribus II. *EUCAESALPINIEAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 97.

XII. (6765.) **CAESALPINIA** *Plum.*

(DC. Prodr. II. 481. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 810. II. 904.)

1. C. NITIDA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 285. — Pinnis 4–5-jugis, foliolis 4–8-jugis ovali-oblongis, acuminatis vel acutis, rhachidibus minutissime puberulis aculeatis, cum foliolis laete viridibus nitidis; floribus paniculatis; calycibus ferrugineo-tomentosis; corollis flavis. ♁ — Crescit in insula Java.
2. C. ERIOSTACHYS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 88. — Inermis: pinnis 6–8-jugis cum impari, foliolis 15–30 alternis oblongo-rhombeis obtusis valde obliquis, supra nitidis, subtus minute puberulis, petiolis pubescentibus; racemis laxis simplicibus calycibusque ferrugineo-tomentosis; staminibus corollam aequantibus; filamentis (omnibus?) glanduloso-hirtis. ♁? — Foliola pleraque 3–4 lin. longa. Racemi 4–6-pollicares. Pedicelli 8–10 lin. longi. Calyces 5 lin. longi, tubo brevissimo, laciniis oblongis 4 superioribus subaequilongis, inferiore paullo majore concava. — Crescit in insulis Nicoya et Cocos.
3. C. CORYMBOSA Bth. Plant. Hartweg. p. 117. no. 651. — Inermis, glabra vel petiolis superioribus inflorescentiaque puberulis: pinnis 6–8-jugis, foliolis 6–10-jugis ovato- vel oblongo-ellipticis obtusis; panicula densa subcorymbosa; calycis laciniis subpetaloideis; staminibus corollam vix excedentibus, filamentis pilosulis, seriei interioris glanduliferis; legumine recto crasso compresso spongioso-coriaceo sub-8-spermo. ♁ — Arbor 15–20-pedalis, dense foliosa. Folia 4–6-pollicaria, foliola pleraque 3–4 lin. longa, utrinque obtusa, margine subrecurva venulosa. Stipulae inconspicuae (vel in specimine delapsae?). Paniculae ad apices ramorum foliis superioribus breviores, corymbosae multiflorae. Bracteae minutae membranaceae, cito deciduae. Pedicelli 2–3 lin. longi, in ramis paniculae dense racemosi puberuli ebracteati. Calyx 3½ lin. longus, glaber, tubo turbinato, limbo 5-partito tubo suo subduplo longiore, laciniis per anthesin reflexis, 4 superioribus lanceolatis acutis, infima paullo longiore late oblonga obtusa concava. Stamina inter se subaequilonga. Ovarium glabrum. Stylus stamina aequans, apice clavato-incrassatus, stigmate terminali truncato perforato. Legumen brevissime stipitatum 3–4 poll. longum, 6–7 lin. latum, crasse carnoso-coriaceum, intus spongiosum, circa semina induratum. Semina oblonga transversa, in loculis leguminis solitarie nidulantia. — Crescit in littoribus Peruvianis et ad Guayaquil.
4. C. FERREA Martius, Reise in Brasilien II. 611. (absq. char.) — Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 137. † — Ramis novellis petiolisque dense pubescentibus; foliis 2–3-jugis, pinnis imparipinnatis 4–6-jugis, foliolis oppositis lineari-oblongis obtusis obtuseve attenuatis, supra minute, subtus densissime pubescentibus; racemis terminalibus paniculatis puberulis; calyce subcylindrico, sepalo

inferiore a caeteris vix dissimili et longiore; petalis eglandulosis; ovario pubescente 10–12–ovulato. ♃ — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

β. petiolulata: Foliolis parcius pubescentibus latioribus, petiolulo linea longiori suffultis. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

5. C. PYRAMIDALIS Tulasne l. c. 139. † — Ramis glabris foliisque 1–2–jugis, petiolis teretibus glandulosis, foliolis subcoriaceis alternis ellipticis vel elliptico–rotundatis subemarginatis, basi inaequilateris; racemis pyramidatis, paniculatim terminalibus; pedicellis calycibusque tomentoso–ochraceis; petalis dissimilibus glanduligeris et nigro–punctatis; ovario tomentoso 6–ovulato. ♃

β. Alagoënsis: Foliolis petiolisque sparse pubescentibus; racemis pallidis.

Crescit in Brasiliae provinciis Bahiensi et Alagoënsi.

6. C. FLORIBUNDA Tulasne l. c. 140. † — Ramis glabris; foliis 5–7–jugis; pinnis oppositis alternisve 12–18–foliolatis, foliolis alternis oblongis obtusis integris, basi inaequilateris obliquis, petiolo communi secundariisque teretibus cinereo–velutinis eglandulosis; floribus paniculatim congestis; paniculis sordide luteo–ferrugineis. ♃ — Crescit in campis („Chiquitos") inter San Raphael et St. Anna in Brasilia.

7. C. BRACTEOSA Tulasne l. c. 141. † — Foliis 1–2–jugis, pinnis oppositis 5–7–foliolatis, petiolis gracilibus teretibus anguste sulcatis glandulosis pubescentibus, foliolis margine nigro–punctatis ellipticis vel ovato–oblongis obtusis, basi inaequilateris, utrinque glabris venosis; racemis terminalibus ferrugineo–tomentosis; bracteis amplis concavis ovatis acutis; calycis sepalo inferiore obtusissimo, margine fimbriato crenato; petalis parce basi glandulosis; stylo glanduloso piloso. ♃

β. desertorum: Foliis foliolisque majoribus obscuris; calycis bractearumque tomento sordido luteo; petalis non vel vix nigro–punctulatis, dorso creberrime glanduliferis. — *Caesalpinia desertorum* Martius.

Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

8. C. LAXIFLORA Tulasne l. c. 143. † — Foliis 2–3–jugis, pinnis suboppositis 5–7–foliolatis, petiolis gracilibus glandulosis, partialibus superne pubescentibus; foliolis alternis elliptico–rotundatis rotundatisve obtusissimis, basi emarginatis, ciliato–pilosis, caeterum glabris, crebre pellucido–punctatis; racemo laxifloro terminali; calycis velutini laciniis nigro–punctatis, inferiore obtusa caeteris subaequali; petalis nigro–punctatis basi dorsali glanduliferis, vexilli ungue esquamuloso; ovario velutino, stylo glabro. ♃ — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

9. C. MICROPHYLLA Martius, Reise durch Brasilien II. 611. — Tulasne l. c. 144. † — Gemmis subglobosis hirsuto–pilosis; foliis 7–10–jugis, pinnis 9–12–foliolatis, foliolis suboppositis parvis ellipticis, basi rotundata inaequilateris, apice obtusatis, subtus piligeris et sparse glanduliferis; floribus racemosis; pedunculo, pedicellis, calycibus fructibusque dense glandulosis. ♃ — Crescit in deserto Bahiensi.

10. C. FIMBRIATA Tulasne l. c. 145. † — Foliis 4–jugis, petiolis teretibus esulcatis, pubescentibus sparseque glanduliferis, pinnis oppositis 6–8–jugis, foliolis oppositis lineari–oblongis, utrinque obtusissimis glabris epunctatis subaveniis; racemis terminalibus densifloris glanduliferis; calyce tenui colorato glanduloso, sepalis fimbriatis subaequalibus; petalis longioribus integris obovatis glabris eglandulosis. ♃ — Crescit in Bolivia prope Chivesivi et La Patz.

11. C. MARGINATA Tulasne l. c. 147. † — Foliis 3–4–jugis glabris, foliolis oppositis ellipticis vel elliptico–oblongis, basi attenuatis, apice obtusis coriaceis, pellucido–glandulosis, utrinque reticulato–prominentique venosis, nervo tuberculoso marginatis; floribus racemosis; racemis erectis terminalibus; calyce cinereo nigro–punctato; petalis subaequalibus. ♃ — Crescit ad oras sylvarum apud Chiquitos prope San Jouan in Brasilia.

12. C. MONOSPERMA Tulasne l. c. 148. † — Foliis 4–6–jugis glaberrimis, petiolo subtereti esulcato, foliolis ovato–oblongis longe attenuatis acutis, basi obtusis integris aequilateris, utrinque prominenti–venosis, subtus sparse nigro–punctatis, nervo tenui nudo marginatis; racemo glabro laxifloro; calyce epunctato. ♃ — *Tachia punctata* Plée mss. — Crescit in Antillis insulis.

XIIa. (6765/1.) **CENOSTIGMA** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 140.)

Calyx gamosepalus, foliolis patentibus oblongis acutis concavis, quatuor superioribus subaequalibus, quorum aestivatione tribus intermediis, reliquo (e supremis uno alterove) plane obtecto, inferiore vero longiore cymbaeformi caetera partim excipiente, omnibus basi in tubum latum brevem patulum disco intus occupatum coalitis. Corolla subregularis pentapetala, disci coronae inserta, petalis ante explicationem quincunciali (carinali) modo imbricatis, quatuor inferioribus subconformibus oblongis obovatis acutis brevissime unguiculatis, quinto supremo vexilliformi obovato sublanceolato acuto, medio sulcato-plicato, postice reflexo, in unguem longum crassum nudum desinente, petalis reliquis paullo minore. Stamina 10 cum petalis inserta biserialia, omnia fertilia, filamentis liberis lanuginosis rectis (etiam in alabastro) e basi lata sursum attenuatis subaequalibus, antheris oblongis obtusis dorso affixis bilobis, lobis deorsum ad insertionem usque liberis approximatis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium subsessile lineari-oblongum tomentosum uniloculare 3-4-ovulatum, ovulis oblongis hemianatropis. Stylus rectus stamina aequans, apice tumidus inanis, ore stigmatoso circulari fimbriato apertus. Legumen.....? — Arbores Brasilienses glanduloso-pilosae, pilis stellatis et simplicibus: gemmis nudis acutis; foliis stipulatis simpliciter et imparipinnatis plurijugis, foliolis exstipellatis; floribus laxe racemosis, alabastris oblongis acutis.

1. C. MACROPHYLLUM Tulasne l. c. 141. et Archiv. du Mus. IV. 152. † — Ramulis, petiolis foliolisque subtus glanduloso-pilosis; foliis 3-4-jugis, foliolis ovatis vel ovato-oblongis, breviter acuminatis ciliatis; racemis terminalibus laxis erectis glanduloso-pilosis; calyce luteo tomentoso ellipsoideo, apice adunco; vexillo apiculato brevi; filamentis compressis lanuginosis, antheris dorso pilosis. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Matto Grosso.
2. C. ANGUSTIFOLIUM Tulasne l. l. c. c. 141. et 153. † — Ramulis glanduloso-tomentosis petiolisque teretibus; foliis 3-4-jugis, foliolis angustis ovato-oblongis, apice obtusato mucronatis, basi rotundatis, supra nitentibus, subtus glanduloso-tomentosis, tandem nudis; racemis pyramidatis terminalibus; calyce glanduloso tomentoso-lutescente; petalis flavis, unguiculis subeglandulosis; ovario tomentoso subsessili 4-ovulato; stylo glabro. ♃ — Crescit in Brasilia ad ripas fluminis San Francisco.
3. C. GARDNERIANUM Tulasne l. l. c. c. 141. et 154. † — Foliis 2-3-jugis, petiolo glanduloso-tomentoso, foliolis ovato- vel elliptico-oblongis obtusis breviter mucronatis, basi rotundata in petiolulum perbrevem subdecurrentibus, coriaceis, junioribus utrinque glanduloso-tomentosis; racemis pyramidatis terminalibus tomentosis; calycis sepalo inferiore margine serrato. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

XIIb. (6765/1.) **CALLERYA** *Endl.*

(Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 104. — *Marquartia* Vogel, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. nat. cur. XIX Suppl. I. 35. t. 1. 2. [nec Hsskrl.])

Calyx campanulatus bilabiatus, dente infimo caeteris parum longiore, basi bibracteolatus. Corolla papilionacea, petalis parum inaequilongis subsessilibus, carinalibus dorso subconnatis, apice rotundatis. Stamina (9-1) diadelpha, antheris oblongis aequalibus. Ovarium oblongo-compressum pluriovulatum, stylo compresso apice uncinato, stigmate capitato. Legumen compressum, valvis 2 dehiscens submonospermum lignoso-coriaceum. Semen anatropum ovali-rotundum plano-compressum exalbuminosum. Embryo semini conformis, cotyledones planae tenuissimae corneae, radicula recta inclusa, plumula parum evoluta. — Arbor? Chinensis: foliis imparipinnatis; inflorescentia paniculata.

1. C. (MARQUARTIA Vogel l. c. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 855. sub no. LXIX. absq. char.) TOMENTOSA Endl. mss. — Rami teretes, superne et imprimis inflorescentiae aureo-nitenti-tomentosi. Folia sparsa imparipinnata, petiolus subteres, supra canaliculatus, basi incrassato-dilatatus tomentosus 1–3-pollicaris et ultra. Foliola bijuga, opposita uni-, terminale bistipellata petiolulata oblonga obtuse acuminata, supra laevia glabra, subtus prominenti-reticulato-venosa, ad nervos hirta coriaceo-membranacea 1–3-pollicaria, $^3/_4$–$1^1/_2$ poll. lata, terminali caeteris majori. Inflorescentia paniculata, racemis erecto-ascendentibus, fere e basi multifloris. Bracteae ovato-lanceolatae acutae lineam longae, pedicellis longiores. Calyx basi bracteolis 2 adnatis lanceolatis minutis saepe mox deciduis stipatus campanulatus subbilabiatus, dentes 2 superiores triangulares ultra medium connati, trium inferiorum 2 laterales quam superiores profundius fissi, infimus caeteris longior, tubum non aequans, totus circiter 3 lin. longus tomentellus. Corolla calyce non duplo longior basi calycis inserta. Vexillum rotundum vix unguiculatum complicatum, extus sericeum, carinam vix superans. Alae brevissime stipitatae late oblongae subquadrangulares, apice subtruncatae, carina parum breviores. Petala carinalia oblique quadrangulari-oblonga unguiculata, apice subrotunda, medio dorso adpressa subconnata. Stamina diadelpha, inferiora sensim minora, filamenta subulata ad medium usque plano-compressa, supra basin connata. Ovarium sessile compressum suboblongum aureo-hirsutum 6-ovulatum, stylus uncinatus, stigma truncato-capitatum. Legumen bipollicare velutino-tomentosum. — Crescit in China in fruticetis promontorii Syng-moon.

XIII. (6765. e.) **PELTOPHORUM** *Vogel.*

(*Caesalpiniae* sect. 5. Vogel, Linnaea XI. 406.)

1. P. VOGELIANUM Wlprs. Repert. bot. syst. I. 811.* — Pinnis 12–16-jugis, foliolis 20–30-jugis lineari-oblongis mucronatis, subtus ferrugineo- adpresse pubescentibus; racemis paniculatis; calycibus petiolisque ferrugineo-tomentosis. ♂? — Ovarium breviter stipitatum compressum ferrugineo-hirsuto-sericeum biovulatum. Pinnae spithameae, petioli digitum longi, flores et pedicelli circiter semipollicares. — *Caesalpinia dubia* Spr. Syst. veget. II. 343. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

XIV. (6760.) **SCHIZOLOBIUM** *Vogel.*

(Vogel, Linnaea XI. 399. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 811.*)

1. SCH. GLUTINOSUM Tulasne, Archiv. du Mus. d'hist. nat. IV. 156. † — Glabrum: ramulis novellis admodum viscosis; foliis bipinnatis 12–15-jugis, pinnis 18–22-jugis, petiolo communi partialibusque viscosis, petiolulis longiusculis puberulis eviscosis, foliolis lineari-oblongis, supra glabris, subtus vix puberulis; legumine fulvo obscuro. ♂ — Crescit in Brasilia prope Sebastianopolin.

2. SCH. EXCELSUM Vogel l. c. — Wlprs. l. c.* — Ferrugineo-puberulum: petiolis glabriusculis (ad pinnarum insertionem interdum ferrugineo-pubescentibus), foliis bipinnatis 18-jugis, foliolis circiter 20-jugis oblongis brevissime petiolulatis, supra glabris, subtus albidis nervoque medio aureo-pilosulis; racemis axillaribus terminalibusque paniculatis, pedunculis glabris, pedicellis adpresse tomentosis. ♂ — Arbor 120-pedalis, petiolus communis saepe bipedalis, foliola semipollicaria, 2 lin. lata. — Crescit in Brasiliae provinciis Rio de Janeiro et Sti. Paulli.

XVI a. (6769/1.) **PTEROGYNE** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 140.)

Calyx pentaphyllus patulus, sepalis lineari-oblongis obtusis concavis aequalibus, basi brevissime disci ope conniventibus, praefloratione imbricatis. Petala quinque sepalis conformia alterna illisque longiora, sub disci margine inserta, in alabastro imbricata, flore aperto patentia. Stamina 10 fertilia cum petalis biseriatim inserta, filamentis liberis subaequalibus, basi com-

pressis hirtis, antheris rotundatis glabris, dorso medio affixis bilobis, introrsum birimosis. Discus planus inter stamina et ovarium expansus. Ovarium ellipticum stipitatum hirtum uniloculare uniovulatum, sutura ventrali late alatum. Stylus rectus liber crassus, apice recte truncatus, stigma tenue peltatum integrum imperforatum. Ovulum subtriquetrum oblique brevissimeque appensum. Legumen.....? — Arbor vel arbuscula Brasiliensis: foliis abrupte simpliciterque pinnatis, foliolis 10-14 suboppositis alternisve elliptico-oblongis coriaceis glabris nitentibus; floribus racemosis minimis densissimis; racemis brevibus tomentosis ante explicationem amenta mentientibus.

1. *P. NITENS Tulasne l. c. et Archives du Mus. d'hist. nat. IV. 131. † t. 9. — ♄ — Crescit in Brasiliae provinciis Bahiensi et Piauhyensi.

XVII. (6767.) COLVILLEA *Bojer.*

(Bojer in Hook. Bot. Magaz. t. 3325. 3326.)

1. C. RACEMOSA Bojer l. c. — (Wlprs. Repert. bot. system. I. 811. absq. char.) — Arbor 40-50-pedalis, habitu similis *Poincianae regiae* sed truncus crassior et foliorum coma amplior, cortex roseo-cinerascens glaber, lignum album fragile. Rami longissimi patentes teretes cinerei, juniores virescentes, verruculoso-punctati. Folia alterna remota patentissima, inferiora reflexa, bipinnata 20-30-juga oblongo-ovalia tripedalia, pinnae oppositae quadripollicares, foliola 20-28-juga opposita horizontalia linearia semipollicaria, inferiora supremaque minora brevissime petiolulata puberula. Rhachis basi tumida, supra sulcata, virescens vel purpurascens. Stipulae minutae setaceae deciduae. Flores laete coccinei racemosi. Racemi quaterni ad duodeni ex apice ramorum axillisque foliorum superiorum oriundi 1½-pedales simplices vel ramosi. Pedunculi teretes ferrugineo-puberuli, saepe verrucosi. Pedicelli aggregati cum rhachi articulati rubentes, bracteae valde deciduae coloratae. Alabastrum oblique globosum acutiusculum coccineum sericeum. Calyx intus virescens alas et vexillum includens. Vexillum minimum convolutum ab alis saepe omnino absconditum flavescens venosum. Stamina 10 libera, 3 vexillo, 2 alis, 1 carinae opposita, reliqua infra ovarium posita. Ovarium glabrum viride stylo longissimo terminatum. — In insula Mauritius.

XVII a. (6767/1.) BURKEA *Hook.*

(Hook. Icon. plant. t. 693. 694.)

Calyx quinquepartitus, lobis aequalibus, aestivatione imbricatis. Petala 5 subaequalia reflexo-patentia integerrima, aestivatione carinali. Stamina 10 corolla breviora, filamenta brevissima, alterna paullo longiora, antherae oblongae aequales, connectivo glandula decidua apiculato. Ovarium subsessile villosum biovulatum. Stylus brevissimus, stigma oblique peltatum concavum, margine undulatum. Legumen plano-compressum oblongum, basi angustatum stipitatum tenuiter coriaceum glabrum indehiscens, medio leviter convexum. Semina in medio legumine 1-2 ovato-orbicularia compressa, funiculo filiformi, cavitatis margini affixa. Embryo rectus. — Frutex vel arbor Capensis 12-15-pedalis. Ramuli crassi breves, seniores tomento rufo vestiti. Stipulae minutae. Folia abrupte bipinnata, pinnis bijugis oppositis, foliolis circa 8 alternis distantibus petiolulatis oblique ovatis oblongisve obtusis, junioribus utrinque minute argenteo-sericeis, adultis coriaceis subglabris. Racemi axillares simplices folio parum breviores. Flores parvi sessiles, bractea minuta suffulti. Sepala margine submembranacea, breviter ciliata, breviter glabra. Petala calyce duplo longiora oblique ovali-oblonga obtusa concava.

1. *B. AFRICANA Hook. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 904. absq. charact.) — ♁? ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei (Macalisberg).

XIX. (6774.) **POMARIA** *Cavan.*

(DC. Prodr. II. 485. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 811.)

1. P. HUMILIS Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 302. — Frutex humilis: petiolis, pedunculis calycibusque glanduloso-pilosis; foliis impari-bipinnatis, foliolis subsexjugis ellipticis mucronulatis minutis, subtus pilosulis; racemis axillaribus folio subbrevioribus densifloris; pedunculis fructiferis deflexis; leguminibus ovali-ellipticis planis pilosulis stylo apiculatis; stipulis ovato-lanceolatis acuminatis. ♄ — Differt a *P. glandulosa* Cav. stipulis integerrimis, foliis non abrupte bipinnatis foliolisque pinnarum magis approximatis ac subimbricatis. — Crescit in Mexico in montibus calcareis ad Tehuacan.

XXII. (6780.) **MOLDENHAUERA** *Schrad.*

(DC. Prodr. II. 488. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 812.*)

1. M. BLANCHETIANA Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 158. † — Foliis 4–6-jugis, foliolis elliptico-elongatis, utrinque attenuatis, apice obtusatis emarginatis, coriaceis, supra glaberrimis nitentibus, subtus minute pubescenti-ferrugineis ac demum glabratis decoloribus; panicula terminali ampla, pedicellis calycibusque longis pubescenti-ferrugineis; alabastris elongato-obovatis crassissimis; staminibus minoribus vix ovarium excedentibus. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

Tribus III. *CASSIEAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. pag. 97.

XXIII. (6781.) **CASSIA** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 812. II. 904.)

1. C. (*Fistula?*) REINWARDTII Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 286. — Foliolis 3–4-jugis, infimis subrotundo-obliquis, apice obtuse emarginatis, terminalibus obliquе obovatis, apice obtusiusculis nunc mucronulatis, subtus subglaucescentibus, tomento tenuissimo, glandula globosa inter par infimum; racemo cymoso axillari; leguminibus subtorosis flexuosis puberulis, dein nitidissimis. ♄ — Crescit in insula Java.
2. C. (*Chamaefistula*) HARTWEGI Bth. Plant. Hartw. p. 117. no. 652. — Fruticosa: ramulis flexuosis teretibus molliter pubescentibus; foliolis bijugis obliquis, inferioribus ovato-rhombeis, superioribus ovali-ellipticis acuminatis, supra tenuiter, subtus dense et molliter pubescentibus, glandula conica acuta inter foliola inferiora; panicula floribunda. ♄ — Frutex 4–5-pedalis, ramulis ad quemquam nodum inflexis. Foliorum forma fere *C. bacillaris*, at minora et pube distincta. Stipulae non visae. Racemi breves, ad axillas foliorum floralium multo minorum paniculam efformant latam foliosam, ramis flexuosis. Pedicelli pollicares, rubescentes hirtelli. Corolla pollicem diametro tenens puberula. Ovarium dense tomentosum. — Crescit in Brasilia prope Guayaquil.
3. C. (*Chamaefistula*) FOCKEANA Miquel, Linnaea XVIII. 579. † — Ramulis teretiusculis vel obsolete tetragonis striatis, petiolis foliisque utrinque tenerrime puberulis, his bijugis, foliolis inaequilateris acuminatis, inferioribus ovatis, superioribus oblongis vel lanceolato-oblongis subfalcatis, latere interiore ad ⅔ alt. rectilineo membranaceis, petiolo subpentagono antice canaliculato in setam piliformem minutam deciduam desinente, glandula ovato-conica truncata inter jugum infimum; racemis axillaribus et terminalibus cymosis; sepalis anguste oblongis pallide marginatis adpresse hirtellis; petalis magnis unguiculatis obovatis, utrinque praesertim extus pubescentibus; ovario albo-sericeo, stigmate subsessili incurvo subbilabiatim perforato ciliato. ♄ — Crescit in Surinam ad Paramaribo.
4. C. (*Chamaefistula*) DENSIFLORA Mart. et Galeotti, Bullet de Bruxelles X. II. 304. — Caule flexuoso glabro; foliolis bijugis acutis inaequilateris, supra glabris nitidis, subtus molliter pubescenti-tomentosis, superioribus ovato-lanceolatis, infe-

rioribus ovatis minoribus, glandula oblongo-conica inter infima; racemis densis ovatis pedunculatis axillaribus; legumine lineari incurvo sericeo-villoso. ♁ — Petioli pollicares pubescentes, foliola superiora 4 poll. longa, 1½ poll. lata, inferiora 2 poll. longa, 1½ poll. lata, pedunculi pollicares, pedicelli ½-1-pollicares approximati. Affinis *Cassiae oxyphyllae* H. B. Ktb. — Crescit in Mexico ad Oceanum pacificum prope Oaxaca.

5. C. *Coluteoideae* APICULATA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 304. — Frutex ramosus eglandulosus: ramis canescenti-pubescentibus velutinis; foliis pinnatis 4–5-jugis, stipulis filiformibus persistentibus, foliolis cano-villosulis oblique ellipticis apiculatis; racemis axillaribus paucifloris longe pedunculatis; legumine villoso plano subfalcato acuminato longe pedicellato; floribus ochroleucis. ♁ — Foliola ¾ poll. longa, 3–4 lin. lata, subtus subsericeo-villosa, pedunculi bipollicares folio longiores, apice 4–5-flori, legumina subpollicaria. — Crescit in montibus calcareis prope Tehuacan de las Granadas in Mexico.

6. C. (*Chamaefistula*) GALEOTTIANA Mart et Galeotti l. c. 305. — Arborea: ramulis, petiolis pedunculisque dense ac molliter villosis; foliis eglandulosis, foliolis 3–4-jugis obovatis submucronulatis, supra glabriusculis, subtus villosis; floribus corymbosis magnis axillaribus ac terminalibus; leguminibus tenuibus glabris pedicello longioribus. ♁ — Caulis ramosus divaricatus, folia pollicaria, foliolis 4 lin. longis, 2–3 lin. latis, flores subpollicares, sepala obtusissima petalis dimidio minora, legumina pollicaria. — Crescit in Mexico in planitiebus cactiferis Tehuacan.

7. C. (*Chamaefistula*) OVALIFOLIA Mart. et Galeotti l. c. — Caule apice ramoso; petiolis pedunculisque puberulis; foliolis 4-jugis ovato-rotundatis glabris, glandula clavata inter infimum par; racemis multifloris axillaribus longe pedunculatis, folio longioribus; leguminibus subteretibus tenuibus hirsutis pendulis flexuosis, pedicello subbrevioribus. ♁ — Flores aurantiaci subpollicares, foliola ¾ poll. longa, ½ poll. lata. — Affinis *C. crotalarioides* H. B. Ktb. — Crescit in Mexico ad coloniam Mirador.

8. C. (*Chamaefistula*) MULTIFLORA Mart. et Galeotti l. c. 307. — Frutex glaber: ramulis angulatis; foliolis trijugis obovato-oblongis nitidis glaberrimis, subtus resinoso-punctatis, glandula oblonga pedicellata inter infimum par; racemis axillaribus laxis paucifloris; floribus magnis longe pedicellatis; legumine subtereti falcato sericeo. ♁ — Affinis *C. pendulae* DC. — Crescit in Mexico in Cordillera orientali Oaxaca.

9. C. (*Chamaecrista, mimosoideae*) RUFA Mart. et Galeotti l. c. 306. — Caule elato ramoso petiolisque rufo-hirsutissimis; foliolis 25–35-jugis oblongo-linearibus cultriformibus setoso-aristatis subpilosis, glandula clavata pedicellata inter infimum par; pedunculis solitariis aut geminis axillaribus pilosis; petalis obovato-rotundatis magnis calycis laciniis lanceolatis acuminatissimis pilosis majoribus; legumine oblongo-lineari nigro-piloso. ♁ — Affinis *C. tristiculae* H. B. Ktb. — Crescit in Mexico prope Mirador.

10. C. (*Senna?*) CHRYSOGYNE Miquel, Linnaea XVIII. 579. † — Ramulis pentagonis minute puberulo-adspersis; foliis bijugis, foliolis inaequilateris ellipticis obtusis mucronatis vel muticis, quandoque retusis, inferioribus minoribus, angulo externo valde extenso rotundato, subovatis coriaceis, subtus glaucis, utrinque minute puberulis, glandula conica tereti acuta paullo supra jugum infimum; racemis axillaribus terminalibusque cymosis fusco-hirtellis; ovario aureo-sericeo, stylo brevi glabro, stigmate minuto. ♁ — Crescit in Surinam.

11. C. (*Lasiorhegma*) VISCOSO-PILOSA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 760. — Tota viscoso-pilosa; foliis bijugis, foliolis apice emarginatis obverse cordatis, utrinque pilosis viscidis, glandulis interpetiolaribus nullis; stipulis minutis; racemis in axillis foliorum superiorum paucifloris folio longioribus; calycibus ovato-oblongis obtusis. ♁ — (A *C. viscosa* H. B. Ktb. racemis paucifloris [nec multifloris] tantum an specie? differre videtur.) — Crescit in Surinam.

12. C. *Lasiorhegma*) DISADENA Steudel l. c. 760. — Caule flexuoso; petiolis pedunculisque pilosis; foliis 12–15-jugis, foliolis oblongo-linearibus obtusis striatis

setoso-mucronatis; stipulis angustis lanceolato-setosis petioli parte nuda longioribus, glandulis in parte nuda petioli binis stipitatis cupuliformibus; racemis axillaribus paucifloris folio brevioribus; leguminibus pilosis. ♁ — In Surinam.

13. C. (*Lasiorhegma*) AMPLIFLORA Steudel l. c. 760. — Caule striato glabro; petiolis excavatis tenuissime pubescentibus; foliis 15–25-jugis, foliolis breviter petiolulatis ovatis obtusis brevissime tenuiter (decidue) mucronulatis glabris, subtus pallidioribus, glandula lineari-oblonga inter par infimum; pedunculis terminalibus et in apice ramorum axillaribus multifloris paniculam amplissimam formantibus; petalis amplis oblique ovatis unguiculatis nervosis. ♁ — Affinis *C. magnificae* Mart. (Vogel l. c. no. 141.) — Crescit in Surinam.

14. C. PUNCTATA Scheele, Linnaea XVII. 386. — Caule fruticoso tereti; pedunculis petiolisque glanduloso-pilosis; foliis 8–12-jugis eglandulosis, foliolis brevissime petiolatis ovalibus integerrimis mucronatis, basi inaequalibus subcordatis, margine subrevolutis, utrinque pubescentibus, subtus glanduloso-punctatis; stipulis subulatis pilosis; racemis axillaribus paucifloris; sepalis oblongis acutis, subtus glandulosis asperis, intus coloratis glabris; staminibus inaequalibus; antheris striatis poro gemino dehiscentibus; germine lanato, stylo piloso; petalis 5 inaequalibus, 2 majoribus e basi cuneata cordato-lobatis, 3 minoribus obovatis. ♁ — Crescit in Brasilia in provincia Minas Geraës.

15. C. MULTIFLORA Scheele l. c. 337. — Caule fruticoso angulato; pedunculis petiolisque holosericeis ferrugineis, petiolis canaliculatis; foliis multi-(20–25-)jugis, foliolis brevissime petiolatis ovali-oblongis integerrimis marginatis obtusis mucronatis, basi inaequalibus, subtus tomentosis, supra sericeis, glandula stipitata subulata sericea inter omnia paria; racemo terminali paniculato multifloro; calycis irregularis sepalis 2 majoribus subrotundo-ovalibus obtusis glabris, 3 minoribus ovatis acutis ciliolatis; staminibus declinatis inaequalibus, antheris poro gemino dehiscentibus, inferioribus elongatis, filamentis glabris; stylo elongato inflexo glabro; petalis 5 inaequalibus, maximo inclinato. ♁ — Crescit in Brasilia.

† *Icones addendae.*

C. BROGNIARTII Gaudich. Voy. de la Bonite t. 10. (Species indescripta.)

C. NODOSA Buchanan. — (Wlprs. l. c. I. 813. no. 9.) — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 410.

XXIII a? (6781/4?) **CHRYSOXYLON** *Casaretto.*

(Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasiliens. p. 59.)

Flores.....? Legumen stipitatum oblongum planum continuum bivalve, marginibus utrinque elevatis cinctum exsuccum polyspermum, endocarpii membranacei laminis arcte simul adnatis ac nonnisi circum semina solutis. Semina horizontalia verticaliter compressa transversim ovata, testa coriacea nitida, utraque facie circum areolata. Embryo rectus exalbuminosus, cotyledones subfoliaceae, radicula exserta, plumula inconspicua. — Arbor procera Brasiliensis: foliis abrupte bipinnatis, foliolis subsessilibus oblongo-ellipticis subobliquis, utrinque obtusis, apice subretusis glabris.

1. *CHR. VINHATICO Casaretto l. c. — *Vinhatico* Casal, Corogr. Brasil. (1. edit.) I. p. 114. — *Cassia Fluminensis* Arrabida, Flor. Flumin. IV. t. 72. — Crescit in Brasilia in sylvis primaevis provinciae Rio de Janeiro.

XXIV. (6782.) **LABICHEA** *Gaudich.*

(DC. Prodr. II. 507. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 840.)

1. L. DIVERSIFOLIA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 23. † — Foliis impari?-pinnatis sessilibus, foliolis 6–3–1, lanceolatis spinoso-mucronatis coriaceis marginatis, supra laevibus, terminali brevissime petiolulato caeteris sessilibus multo longiore, junioribus subtus ramulisque puberulis; racemis axillaribus simplicibus vel ramosis brevibus paucifloris; calyce corollaque 4-meris; anthera altera biloculari apice uniporosa, altera duplo longiore acuminata, apice obtusa clausa. ♁

α. brevifolia: Foliis omnibus compositis, foliolis 3–6 brevibus; racemis simplicibus folium subaequantibus.

β. longifolia: Foliis plerisque unifoliolatis anguste lanceolatis, interdum foliolis 2 lateralibus brevibus auctis; racemis folio dimidio brevioribus saepe ramosis. — An *L. lanceolata* Bth. hujus forma constanter unifoliolata? — Crescit in Nova Hollandia ad latus occidentale montis Bakewell et ad fl. Canning.

2. *L. BIPUNCTATA Paxton, Magaz. of bot. X. 150. (c. ic.) — Liber a me non visus.

XXV. (6782/1.) DICORYNIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 82. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 98.)

1. D. PARAENSIS Bth. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 840.*) — Arbor? rami glabri, stipulae.....?, folia glabra abrupte vel imparipinnata, petiolus subteres semipedalis, foliola 2–3-juga petiolulata, pleraque opposita ovata obtuse acuminata 3–5-pollicaria, basi rotundato-subcordata penninervia coriacea, supra nitida. Panicula terminalis subcymosa foliis brevior multiflora. Pedicelli 4–6 lin. longi cum rhachi ferrugineo-tomentosi. Bracteae et bracteolae.....? Sepala subcoriacea intus glabra, extus adpresse ferrugineo-pubescentia. — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

Tribus IV. *SWARTZIEAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. pag. 97.

XXVI. (6812/1.) MARTIUSIA *Bth.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 841.)

1. *M. PARVIFOLIA Bth. — Wlprs. l. c. no. 2. — Gardn. Sertum pl. t. 11. 12.

XXVII. (6813.) ZOLLERNIA *Neow. et N. ab E.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. I. 841.)

1. Z. HOULLETIANA Tulasne, Archives du Mus. d'hist. nat. IV. 190. † — Ramis ramulisque glabris; foliis crassis coriaceis breviter petiolatis oblongis vel oblongo-lanceolatis acutis, basi attenuatis glaberrimis marginatis subundulatis remote minuteque dentatis vel subintegerrimis, utrinque reticulato-nervosis; stipulis supremis longis angustis coriaceis rectis; racemis rufo-tomentosis obscuris in paniculas terminales corymbiformes quasi dispositis; bracteis ovatis minutissimis, bracteolis calycis basi approximatis; alabastris longiuscule rostratis, rostro recto truncato; antheris glabris acutis. ♂ — Crescit in Brasiliae provincia Rio de Janeiro haud procul ab urbe Tijuco.

2. Z. VOGELII Tulasne l. c. 192. — Rami teretes glabri. Folia coriacea glaberrima oblonga vel ovato-oblonga vix acuta, basi attenuato-rotundata, margine nervosa undulata remote serrato-dentata, dentibus pungentibus, petiolo brevissimo crasso suffulta 7–8 cm. longa, 30–35 mm. lata. Stipulae coriaceae magnae 10–12 mm. longae, 3 mm. latae ovato-oblongae subacutae falcatae erectae diu persistentes etiam in ligno bimulo. Gemmulae in quavis axilla solitariae ovatae squamosae, squamis obtusis striatis. Racemi axillares 2–3 in ramulo brevi insidentes atro-ferruginei crassi densiflori, axi compresso-striato. Bracteae ovatae acutae 2 mm. circiter longae, bracteolae consimiles paullo minores pedicello 7–8 mm. longo crasso ultra medium impositae. Alabastra 12 circiter mm. longa in mucronem truncatum producta. Petala 6 glabra oblongo-elliptica obtusata integra, unguiculo brevissimo obtuso suffulta vel subsessilia in alabastro stamina stylumque aequantia. Stamina 10–13, filamentis glabris, antheris linearibus acutis lateralibus anticeque pilis aureis longis hispidulis, in alabastro stylum subaequantibus vestitis. Ovarium tomentosum aureum. Stylus glaber. Ovula 7–8 anatropa. — *Zollernia ilicifolia* Vogel, Linnaea XI. 166. (excl. synon.) — Wlprs. l. c. 841. no. 4. — Crescit in Brasilia.

3. Z. (COQUEBERTIA Brogn. Ann. sc. natur. [1. Sér.] XXX. 108. †) **ILICIFOLIA** Tulasne l. c. (nec Vogel). — Distinguitur a praecedente: stipulis setaceis rectis, panicula pallida, bracteolis ovatis minutissimis vel subnullis ad apicem pedicelli sitis cito deciduis, antheris glabris in cuspidulam tenuem longiusculam desinentibus.

   α. Clausseniana: Stipulis setaceis minutissimis vix perspicuis ramulisque novellis pube tenui sordida vestitis; racemis axillaribus terminalibusque erectis, paniculam fastigiatam inferne foliosam efformantibus, plerumque duobus collateralibus e quavis axilla, pedunculis pedicellisque aureo-pubescentibus; bracteis uncinatis, bracteolis minutissimis angustis acutis, pedicello infra medium impositis, dorso glabris lineaeque glabrae deorsum productae continuis; antheris glabris acutis; ovario fulvo. — In prov. Minas Geraës.

   β. erostris: Ramis ramulisque sordide brevissimeque pubescentibus; stipulis brevibus (2–3 mm. longis); pedunculis pallidis, pedicellis ovarioque albidis; bracteis minutissimis mollibus, bracteolis punctiformibus fulvis tomentosis versus pedicelli basin sitis; alabastro elliptico erostri, apice fulvo et stylo prominente protruso, antheris glabris acutis. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

XXVIII. (6814.) SWARTZIA *Willd.*

(DC. Prodr. II. 423. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 841.)

1. SW. CALOPHYLLA Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 61. t. 267. — Foliis simplicibus ellipticis acutis, brevissime petiolatis coriaceis, tenuissime reticulatis, utrinque glaberrimis, supra nitidis; racemis solitariis vel geminis, folio duplo brevioribus, erectis paucifloris; calyce bilobo quam petalum ovatum crenatum breviore; staminibus sexaginta ad septuaginta, serici exterioris circiter viginti majoribus; legumine pubescente. ♁ — Frutex tripedalis vix umquam altior a basi ramosus, rami simplices cortice viridi instructi. Folia breviter petiolata, petioli semiteretes crassi stipularum subulatarum longitudine, undulata coriacea rigida, supra nitidissima viridia, 4–6-pollicaria, 2–3 poll. lata. Racemi axillares solitarii vel rarius gemini folio dimidio breviores, rarissime ultra quadriflori, interdum depauperati uniflori, pedicelli fere pollicares. Flores mediocres. Calyx coriaceus griseo-viridis in lobos 2 intus purpureos concavos rumpens. — Crescit in fruticetis provinciae Maynas prope Yurimaguas.

2. SW. AURICULATA Poepp. et Endl. l. c. — Foliis simplicibus oblongis, breviter acuminatis membranaceis, tenuissime reticulatis, utrinque glaberrimis, petiolo brevi apice minute biauriculato; racemis solitariis ac geminis folio sexies ad octies brevioribus paucifloris; petalo integerrimo, calycem tri-quinquelobum aequante; staminibus viginti ad triginta. ♁ — Frutex orgyalis, rami pauci simplices cortice scabrido vestiti. Folia non raro 9–10-pollicaria chartaceo-membranacea rigida, in acumen obtusum desinentia, petiolus vix 3 lin. longus semiteres, apice utrinque in alam lineam latam subrotundam foliaceam protensus. Racemi pollicares vel parum longiores 6–8-flori patuli, alabastrum globosum glabrum, petalum unicum luteum vix 2 lin. longum ovatum. — Crescit in Brasilia boreali circa Egam.

3. SW. BIFIDA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 757. — Foliis trifoliolatis, petiolo communi tenuiter marginato bidentato, pedicellis pubescentibus, foliolis ovatis vel oblongo-ovatis, utrinque glaberrimis nitidis, apice protracto obtusiusculo bifido; pedunculis 6–8-floris; floribus 12-andris; petalo unico (deciduo) longe unguiculato, lamina minuta; legumine oblique ovato glaberrimo; stylo apiculato. ♁? — Crescit in Surinam.

4. SW. DICARPA Moricand mss. in Meisn. Gener. pl. vascul. comm. p. 68. — Fruticosa vel arborea: foliis imparipinnatis, foliolis 2–3-jugis stipellatis ovato-oblongis acuminatis coriaceis glabris, impari majori petiolulato, reliquis subsessilibus oppositis; paniculis axillaribus corymbiformibus subdichotomis folio brevioribus; pedunculis, calycibus ovariisque velutino-tomentosis rufo- vel aureo-flavescen-

tibus; alabastris globosis, pisi majoris magnitudine; calyce profunde et subaequaliter quadripartito, lobis oblongis obtusis, intus fuscis glabratis patenti-reflexis; petalo unico ?, ex sicco rufo, calycem non superante; staminibus plurimis; antheris aequalibus; ovariis constanter geminis stipitatis deflexis, stylo brevi ascendente rostratis semiovatis unilocularibus 3–5-ovulatis, sutura inferiore arcuata, superiore recta. ♁ vel ♃ — Crescit in Brasilia circa Bahiam.

5. SW. RECURVA Poepp. et Endl. l. c. — Foliis imparipinnatis bijugis, petiolo compresso marginato, foliolis ellipticis acuminatis, basi acutis coriaceis, subtus tenuissime reticulatis, utrinque glaberrimis nitidis; racemis axillaribus terminalibusve paniculatis recurvis, cum calyce ferrugineo tomentosis; floribus bibracteatis; petalo subrotundo calycem adaequante; staminibus majoribus ternis, minoribus ultra centum liberis; ovario stipite suo breviore falcato. ♃ — Arbor 30–40-pedalis, cortex asperrimus niger, ramuli laeves atropurpurei vel fusci. Folia pedalia constanter bijuga, petioluli 4 lin. longi teretes. Foliolum terminale reliquis majus, 6–7-policare, 3 poll. latum, lateralia paullo rotundiora, omnia supra nitidissima, subtus pallidiora, utrinque glaberrima. Racemi bipollicares recurvi, tomento brevi ferrugineo tecti multiflori, in paniculam axillarem vel terminalem digesti. Bracteae in pedicelli apice geminae oblongo-lanceolatae acutae caducae. Petalum flavum integerrimum. — Crescit in Brasilia boreali ad littora lacus Egensis.

6. SW. DISCOLOR Poepp. et Endl. l. c. 62. — Foliis imparipinnatis, quadriquinquejugis, petiolo tetragono, foliolis oblongis, obtuse acuminatis, basi acutis coriaceis glabris, supra laevissimis nitidis, subtus cinereis; racemis axillaribus folium adaequantibus; pedunculis ebracteatis; calycibus ovarioque ferrugineo-tomentosis; petalo subrotundo calycem adaequante; staminibus majoribus binis, minoribus triginta pluribus liberis; legumine tomentoso tereti. ♃ — Arbor speciosa floribus suffusa. Ramuli teretes nodosi tortuosi fusci, folia densissima 8-pollicaria, rhachi acutangula profunde sulcata, foliola brevissime petiolulata 2½–4-pollicaria, pollicem lata vel parum angustiora, non reticulata. Racemi curvati basin usque floridi, flores parvi pedicello longo fulti, calycis lobi 4 coriacei revoluti, petalum flavum dentatum caducum. — Flores odorem *Violae* suavissimum spirant. — Crescit in Brasilia boreali ad littora lacus Egensis.

7. SW. POLYANTHERA Steudel l. c. — Foliis 11-foliolatis, petiolo aptero subquadrato tomentello, foliolis superioribus ovato-oblongis apiculatis, inferioribus sensim minoribus subrotundis obtusiusculis, omnibus supra glaberrimis, subtus ferrugineo-tomentellis; floribus racemosis; petalo unico ovato magno; staminibus numerosissimis (50 et ultra), exteriorum filamentis longissimis pilosis. ♃? — Crescit in Surinam.

XXVIIIa. (6814/.) **ALEXANDRA** *Schombrgk.*

(Schombrgk. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 12.)

Calyx campanulatus carnosus amplus breviter et latissime quinquedentatus, dentibus superioribus majoribus. Discus fere ad medium calyci adnatus. Petala aestivatione papilionacea crassa subaequilonga, vexillum bilobum, apice revolutum, alae et petala carinalia consimilia aequalia oblonga, basi parum angustata. Stamina 10 vix inaequilonga, omnia fertilia libera, petala aequantia, filamentis crassis, antheris linearibus versatilibus. Ovarium longiuscule stipitatum pluriovulatum. Stylus incurvus acutus, summo apice minutissime depresse stigmatosus. Legumen elongatum compressum lignosum bivalve, intus biloculare. Semina crassa compressa suborbicularia. Embryo rectus, cotyledones crasso-carnosae, lateraliter compressae. Plumula inconspicua. Radicula brevissima. — Arbor Guianensis excelsa 90-120 pedes alta: floribus magnis speciosissimis; leguminibus 18-20-pollicaribus; foliis.....?

1. *A. IMPERATRICIS Schombrgk. l. c. — ♃ — Crescit in Guiana Britannica ad ripas fluviorum Cuyuni et Pomeroon.

XXIX. (6815.) **ALDINA** *Endl. mss.*

(*Allania* Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 91.)

1. A. (ALLANIA Bth. l. c.) INSIGNIS Endl. mss. in Wlprs. Repert. bot. syst. I. 843. (absque descript.) — Arbor 20–30-pedalis, ramuli crassi; folia imparipinnata, petiolo nudo semipedali vel longiore. Foliola 7–9, petiolulata ovali- vel oblongo-elliptica breviter acuminata 5–6-pollicaria vel inferiora saepius dimidio breviora, basi rotundata coriacea, supra glabra nitida, subtus tomento brevissimo pallida vel subferruginea. Stipulae vel stipellae nullae vel deciduae. Racemi simplices subpedales pluriflori tomentosi. Bracteae.....? Pedicelli crassi semipollicares ebracteolati. Calyces crassi coriacei tomentosi, ante anthesin globosi, 6–7 lin. diametro tenentes, per anthesin fere ad medium in lacinias 4–5 fissi, in cupulam latam aperti. Petala sesquipollicaria patentia late obovato-orbiculata, basi cuneata alba. Stamina plura quam 100, filamenta glabra petalis breviora, antherae 3–4 lin. longae, tomentosa. Ovarium stipite crasso 8–9 lin. longo instructum ovoideum tomentosum. Ovula 3–4, sed in legumine (adhuc juniore) fere omnia abortiva. Stylus rigidus apice incurvo-hamatus. — In Essquibo superiore.

XXIXa. (6812/4.) **BRACTEOLARIA** *Hochstett.*

(Hochstett. Nov. gener. pl. Afric. 2. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. pag. 99. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. p. 352.)

1. BR. RACEMOSA Hochstett. l. c. — Frutex 6–8-pedalis: foliis simplicibus ovatis vel ellipticis acutis integerrimis venosis glaberrimis, supra nitidis petiolatis, stipulis minutis; racemis axillaribus folia subaequantibus; bracteis ad basin pedicellorum minutis; calycibus bibracteolatis, margine integro minute ciliatis; corollae albidae vexillo lineolis purpureis a basi oriundis picto. — Crescit in sylvis Natalensibus Africae australis.

XXIXb. (6815/4.) **TRISCHIDIUM** *Tulasne.*

(Tulasne, Ann. sc. natur. [2. Sér.] XX. 141. t. 4.)

Calyx ovatus vel ellipsoideus, utrinque attenuatus, primum sacciformis integer, demum subregulariter in lacinias 3 (rarius 2) lineari-lanceolatas ruptus, laciniis extrorsum revolutis, basi in tubum brevissimum angustissimumque coalitis, tandem deciduis. Petalum unicum obovato-rotundatum amplum longe unguiculatum, imo calyci insertum et inter ejus lacinias superiores intermedium. Stamina 22-24 biserialia perigyna, inferne monadelpha, filamentis teretibus tubo calycino simul adhaerentibus, sursum liberis, antheris linearibus basifixis bilobis, introrsum birimosis tenuibus, effoetis spiraliter contortis. Ovarium compressum latum stipitatum uniloculare 12-ovulatum, sutura fertili petalo opposita, ovulis ovatis anatropis pressis, duplici serie ordinatis. Stylus longus, stigma apicale tenue peltatum integrum. Legumen cylindrico-oblongum membranaceo-lignosum siccum exalatum bivalve plane dehiscens mucronatum. Semina.....? — Arbor vel arbuscula Brasiliensis: foliis alternis simpliciter imparipinnatis, foliolis 4-7 alternis exstipellatis ovato-lanceolatis, utrinque obtuse attenuatis tomentosis; floribus racemosis, racemis brevibus paucifloris.

1. *TR. VESTITUM Tulasne l. c. et Archives du Mus. IV. 194. † — ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

Tribus V. *AMHERSTIEAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. pag. 97.

XXX. (6810.) **BROWNEA** *Jcq.*

(DC. Prodr. II. 476. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 843.)

1. BR. CAULIFLORA Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. plant Chil. III. 32. t. 292. — Foliis bi- vel trijugis elliptico-oblongis acuminatis, petiolis ramulisque glabris; capitulis subglobosis bracteatis, in trunco sessilibus; petalis sericeis; legu-

minibus ventre marginatis pubescentibus. ♂ — Arbor 20-pedalis, ligno durissimo insignis, rami pauci longi laxi, ramuli oppositi teretes cinereo-fusci punctulati. Gemmae foliorum stipulaceo-imbricatae. Folia magna sesquipedalia. Petiolus teres glaberrimus, basi leviter intumescens. Foliola 2- vel rarius 3- vel rarissime 1-juga elliptico-oblonga breviter obtuseque acuminata membranacea, utrinque glabra eglandulosa pallide viridia, supra nitidula, brevissime petiolulata, 10-pollicaria, 4 poll. lata, subalterna, suprema opposita. Flores capitati, capitula pomi mediocris magnitudine, in trunco et in ipsius radicis ramis supraterraneis validioribusque prorumpentia solitaria vel plura aggregata bracteata, bracteae arcte imbricatae subrotundae vel latissime ovatae obtusissimae integerrimae glabrae nitidae purpureae, intimae maximae membranaceae, utrinque adpresse tomentosae roseae. Flores circiter 40 cum staminibus bipollicares. Calyx ebracteolatus? ovatus subtetragonus, fauce subhirsutus, laciniis verosimiliter post anthesin deciduis. Petala vix unguiculata obovato-oblonga paullo reflexa alba, extus molliter sericeo-pubescentia. Legumina 2-8-na lineari-subfalcata 7-8-pollicaria. — Crescit.....?

2. BR. ARIZA Bth. Plant. Hartweg. p. 171. et in Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. Plant. misc. p. 19. — Foliolis 6-8-jugis (vel numerosioribus?, oblongo-lanceolatis, longe cuspidatis, basi plerisque angustatis, jugorum inferiorum brevioribus, basi cordatis; floribus dense capitato-spicatis; bracteolis connatis extus tomentosis, calycis tubum triplo superantibus; staminibus 11 corollam vix aequantibus, a basi liberis. ♂ — Affinis *Br grandicipiti*, sed bracteae uti flores majores, proportio partium floris diversa et stamina omnino libera. Arbor 30-40-pedalis. Spicae florum densae, pulchre coccineae, saepe 5-6 poll. longae. — Crescit in sylvis juxta Guaduas in provincia Bogota, altitudine 1400 ped., ubi ab incolis *Ariza* dicitur.

XXXa. (6810/4.) **THYLACANTHUS** *Tulasne.*

(Tulasne, Archiv. du Mus. d'hist. natur. IV. 175.)

Calyx 5-foliolatus, foliolis aequalibus planis tenuibus petaloideis ovato-rotundatis ciliatis, basi in cupulam brevissimam coalitis, flore inaperto imbricatis. Corolla pentapetala calycis fauci inserta, petalis cum sepalis alternantibus inaequalibus obovatis angustis longis, aestivatione invicem sese imbricantibus, postico latiore a proximis obtecto. Stamina monadelpha duplici petalorum numero et cum iisdem brevioribus inserta, omnia fertilia, filamentis teretibus nudis, basi complanata simul in vaginulam brevem liberam conjunctis, initio apice introrsum replicatis, sub anthesi curvatim porrectis; antheris ellipticis brevibus muticis nudis, dorso medio profunde sulcato affixis bilobis, lobis contiguis vix ima basi liberis, fronte etiam in alabastro antica longitrorsum rimosis, granulis pollinis elliptico-oblongis laevibus. Ovarium lineare crassum in fundo calycis medio subsessile, in stylum longum, deorsum in alabastro spiraliter recurvatum abiens, uniloculare 3-4-ovulatum, ovulis suborbiculatis. Stigma crassissimum apicale peltatum integrum imperforatum nudum. Flos inexplicatus bracteolis duabus brevissimis ima pedicelli basi insertis oppositis ellipticis obtusis crassissimis aequalibus, margine applicatis obtectus inclusus, explicatus iisdem basi coadunatis involucratus. — Frutex foliis distiche alternis, simpliciter abrupte pinnatis; gemmis sub petioli basi abrupte dilatata vaginanti latentibus; floribus paniculatis brevissime pedunculatis late bracteatis; paniculae terminalis axillarisve ramulis patenti-divaricatis brevibus densifloris axique ferrugineo-tomentosis.

1. TH. FERRUGINEUS Tulasne l. c. 176. — Arbor (vel arbuscula) ramis teretibus distichis, cortice crassissimo, tomenti ferruginei panno obducto, tandem subglabro. Gemmae axillares in cupula crassa persistente, e basi dilata petioli nata primum exceptae velatae solitariae sericeo-tomentosae, saturate ferrugineae globosae plano-convexae obtusae vel subacutae perulatae, squamarum externarum commissura gemmae medium latus obtinente. Folia distiche alterna simpliciter ab-

rupte pinnata, saepius trijuga patula, petiolus 5–7 centim. longus teres rigidus esulcatus, tomento denso cinereo patulo tectus, basi in vaginulam crassam semi-amplexicaulem abrupte dilatatus, apice appendice sterili brevi terminatus. Foliola opposita exstipellata subcoriacea epunctata elliptico-oblonga vel sublanceolata, basi inaequilatera, illa foliorum caulinorum apice obtuse attenuata, basi contra utroque limbi latere acute, inferno longius, attenuato, pagina alterutra prominenti-venosa, superiore tandem glabra, inferna basin versus et in nervis semper sordide tomentosa, nervis secundariis pinnatim dispositis, duobus asymmetrice e basi inferiore folioli ortis, altero pube ciliato limbum marginante, folia contra quae floribus proxima sunt 35–45 millim. longitudine non excedunt, foliola 20–25 millim. longa, 12–15 lata, oblonga obtusa mucronulata, venis utriusque paginae tomento sordide cinereo spisso, aeque super totum limbum profuso, velata. Flores in paniculas patenti-divaricatas, 4–7 centim. altas, terminales axillaresve digesti, axi cinereo vel ferrugineo-tomentoso hinc et illinc in angulos ramiferos flexo, ramis simili modo vestitis alterne distichis patentibus vel demissis, 3–5 centim. longis, basi bractea patula semiamplexicauli sursum filiformi, medio sessili (parte inferiore persistente) stipatis, ramulis brevibus (1–2 centim. longis) dense floriferis distichis, basi bracteatis onustis. Flores subsessiles, initio bractea caulina cochleata crassa late ovato-rotundata obtusa, extus ferrugineo-tomentosa, intus glaberrima nitente involuti, hacce tandem inferne circumscissa caduca, basi sola in modum cupulae vel scutellae patulae crassae remanente. Alabastrum globosum subquadricostatum, e bracteolis constat 2 aequalibus crassissimis ellipticis obtusissimis integris, 9–10 millim. longis, 8 circiter latis, utrinque pube ferruginea densa, metallum renitente, obductis, dorso medio acutiusculis, margine invicem arcte applicatis et florem includentibus, tandem superne disjunctis, basi vero perpetuo conniventibus floralem apparatum involucrantibus. Pedunculus ultra bracteolas vix ac ne vix quidem productus. Calyx utraque pagina glaber pentamerus, sepalis subaequalibus planis tenuibus subpetaloideis obovato-rotundatis obtusissimis, acie inaequali pilis aureis rigidis ciliatis, aestivatione imbricatis, 3 millim. circiter longis, totidem fere latis, basi in cupulam brevissimam disco oblinitam connatis. Petala 5 inaequalia disco calycis ad faucem inserta sepalisque alterna, in alabastro imbricata, glaberrima integra nec ciliata bracteolas excedentia, postico seu axillari multo latiore obovato, 6–7 millim. lato totidem fere longo, baseos subcordatae marginibus introflexis, utrinque appendiculato et in unguem latum brevem abeunte, caeteris longioribus obovato-linearibus ab apice acutiusculo 2-3 millim. lato ad basin usque longe attenuatis exappendiculatis, inferioribus 2 conformibus etiam angustioribus et paullo brevioribus. Stamina 10 fertilia cum petalis inserta glaberrima, 5 paullo minoribus filamentisque basi in annulum liberum calycis tubo non longiorem coalitis, monadelpha, iisdem ultra teretibus, apice attenuato in alabastro introrsum contorto-plicatis, flore aperto arcuatim porrectis petalis longioribus, antheris ellipticis anthesi peracta subdisciformibus brevibus introrsis, dorso medio umbilicato affixis bilobis, lobis longitudinaliter rimosis, sulco lato antice disjunctis, basi brevissime distinctis, connectivo crassiusculo interjecto, pollinis obscuri fusci granulis oblongis laevibus. Ovarium lineare stipite brevi centrali libero fulcratum crassum, pilis ferrugineis densissime undique obtectum, uniloculare 3–4-ovulatum, ovulis rotundatis suturae petalo majori postico bracteolis intermedio oppositae addictis. Stylus crassus longus, inferne piliger, superne glaber, in alabastro deorsum (suturam sterilem versus) spiraliter contortus, stigma apicale crassum rotundato-peltatum integrum planum imperforatum glabrum. Legumen desideratur. — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

XXXIII. (6793.) **AMHERSTIA** *Wall.*

(Wall. Plant. Asiat. rarior. I. 1. t. 1. 2. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 844.*)

1. A. NOBILIS Wall. l. c. — Arbor 30–40-pedalis, trunco crasso 12-pedali, cortice cinereo-fuscescente, ramuli cylindrici crassi glauci, novelli laxe pubescentes.

Folia 1–1½-pedalia abrupte pinnata 6–8-juga, petiolus glaber cuspidula terminatus, foliola 2 uncias distantia, opposita patenti-nutantia oblonga, basi rotundato-acuta vix inaequalia, apice in acumen gracile lineare cuspidatum abrupte acuminata membranacea, subtus glaucescentia reticulato-venosa 6–7- vel etiam 10–12-pollicaria. Folia tenera pendula glauca, pinnis purpurascentibus adpresse sericeo-puberulis conduplicatis. Stipulae oppositae, interdum alternae vel rarius omnino deficientes foliaceae lanceolatae attenuato-acutae integerrimae subunguiculatae erectae puberulae 1–1½-pollicares deciduae. Racemi cubitales vel tripedales axillares solitarii penduli coccinei, basi diametrum pedis exhibentes, 20–26-flori, flores speciosissimi inodori coccinei, vexillo alisque apice flavo-oculatis. Pedicelli puberuli uniflori 5-pollicares, basi bractea caducissima lanceolata pollicari viridi stipati, bracteolae sub calyce duae oppositae 2½-pollicares lanceolatae acutae coccineae, demum reflexae. Calyx coccineus tubulosus, apice quadrifidus bipollicaris persistens, laciniae integerrimae acutae membranaceo-marginatae tenuiter nervosae deciduae. Vexillum tripollicare obcordatum coccineum, disco albo, versus sinum macula flava magna orbiculato-reniformi radiatim venulosa, (excepto margine superiori, cincta fascia atro-sanguinea, alae cuneiformes vexillum aequantes coccineae, apice ocello flavo notata, petala 2 carinalia cuneato-subulata albicantia, 2 lin. longa, infra laciniam calycinam infimam abscondita. Legumen immaturum oblongum ruberrimum glabrum 7-pollicare, 2 poll. latum 5-spermum, stipite bipollicari suffultum. — Crescit in Martabania provincia regni Burmannici ad oram Tanasserim sita.

XLI. (6810½.) CAMPSIANDRA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 93. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 98.)

1. C. COMOSA Bth. l. c. — Foliolis 5–9; calycibus pedicello parum brevioribus. ♁ — Rami glabri. Folia alterna imparipinnata glabra; stipulae lineares crassae deciduae. Petioli angulati vel subalati 4–5-pollicares, foliola oblongo-elliptica acuminata, basi rotundata 3–5-pollicaria coriacea, supra nitida. Racemi breves dense subcorymbosi ad apices ramorum paniculatim aggregati, rhachi ferrugineo-tomentosa. Pedicelli circa semipollicares aggregati uniflori glabriusculi vel tomentosi. Bracteae parvae deciduae. Calyx crassiusculus, tubo 2½, limbo 1½ lin. longo. Petala semipollicaria lutea. Filamenta filiformia glabra corolla duplo terve longiora in alabatro replicata. Ovarium glabrum circiter 6-ovulatum. Legumen immaturum ultrapedale 2 poll. latum, valvulis arcte cohaerentibus, glabrum. — Essequibo.
2. C. (INGA Bongard mss.) LAURIFOLIA Bth. l. c. 94. (adn.) — Valde affinis praecedenti, sed foliola 13 angustiora minusque coriacea transverse magis parallele venosa, flores et praesertim calyces minores. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Rio Negro.
3. C. ROSEA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Brasil. III. 62. t. 268. — Foliolis nonis vel undenis oblongo-ellipticis obtuseque acuminatis, basi acutis, subcoriaceis; corymbis terminalibus ramosis; calycibus quam pedicelli duplo brevioribus rhachique velutinis. ♁ — Arbor socialis magnas plagas occupans speciosa 15–20-pedalis, truncus pede vix crassior, lignum album admodum durum, coma depressa ampla, ramuli glabri, cortice viridi-purpurascente tecti. Stipulae ovato-lanceolatae mox deciduae, folia 10–12-pollicaria. Foliola opposita brevissime petiolulata, juniora oblonga, demum magis elliptica, in acumen obtusum sensim vel abrupte attenuata, supra nitidissima, subtus glabra pallidiora, secus nervum puberula, 2½–4-pollicaria, 1–1½ poll. lata. Corymbus terminalis erectus semipedalis, pedicellis capitato-corymbosis densissimis. Rhachis e glauco ferrugineo-puberula. Flores numerosissimi decidui, calyx coriaceus, laciniae late ovatae tubi quartam partem adaequantes virescenti-purpureae. Petala 5 tubi calycini fauci inserta patentia aequalia obovato-elliptica, basi angustata, venosa rosea, margine alba. Stamina 15, terna petalis opposita, iisque triplo quadruplove longiora laxa, antherae postice setulosae. Ovarium compressum glabrum 9–11-ovulatum, stylus

capillaris longitudine staminum, stigma subcapitato-bilobum. Legumen 8-pollicare, 1½ poll. latum coriaceum indehiscens, sutura dorsali alatum. Semina circiter octo reniformia laevia. — Eadem esse videtur ac *C. laurifolia* Bth. — Crescit in Brasilia boreali copiosissima ad littora lacus Egensis.

XLII. (6752.) **TACHIGALIA** *Hull.*

(DC. Prodr. II. 487. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 845.)

Sectio I. GALITACHIA Wlprs.

Staminum trium superiorum filamenta reliquis crassiora assurgentia et postice recurva, ovarii stipite e medio tubi calycini pariete supremo oriundo.

1. T. (TACHIA Pers. Enchir. I. 460.) PANICULATA Aubl. Pl. Guian. 373. t. 143. — Tulasne, Archiv. du Mus. IV. 160. † — Foliis 5–8-jugis, petiolo triquetro, foliolis oppositis oblongo-lanceolatis acuminatis rigidulis, initio utrinque sericeo-puberulis, tandem glabris; panicula ampla terminali pauciramosa, ramis densifloris adpresse pubescentibus dilute ferrugineis; calycibus elongatis longiuscule pedicellatis; bracteis ovato-linearibus caducis; ovarii tomentosi stipite adnato; legumine lanceolato, utrinque acuto. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.
2. T. (TASSIA Rich. mss.) SERICEA Tulasne l. c. 163. — Foliis 5–8-jugis, petiolo valido, acute triquetro glauco pubescente, foliolis oppositis oblongis breviter acuminatis, basi rotundatis, supra glabriusculis, subtus dense sericeo-nitentibus, lutescentibus; paniculae ramis subsimplicibus longissimis calycibusque et bractea ovato-lineari acuta pubescenti-ferrugineis; ovario 10–12-ovulato; legumine oblongo obtuso mucronulato basi attenuato. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.
3. *T. PUBIFLORA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 84. — Wlprs. l. c.
4. T. ERIOCALYX Tulasne l. c. 164. — Foliis 4–5-jugis, subglabris, petiolo triquetro, foliolis late oblongis acuminatis; racemis longissimis dilute ferrugineo-tomentosis, bracteis setaceis; calyce tomentoso albicante, tandem maxime in obliquum truncato; petalis brevibus; ovario lineari-obovato sericeo-piloso saturate ferrugineo. ♃ — Crescit prope Egam in Brasilia boreali.
5. T. GLAUCA Tulasne l. c. 165. † — Pubescenti-sericea glauco-virescens: foliis 3–4-jugis, petiolo crasso subtereti vel obscure trigono, foliolis oppositis late oblongis acuminatis, basi subattenuatis, subcoriaceis; stipulis bifoliolatis, foliolis subaequilateris lanceolatis acutis; panicula ramosa amplissima; floribus dense spicatis subverticillatis; bracteis linearibus longis alabastro incumbentibus; petalis dorso glabris; ovario ferrugineo sericeo-tomentoso, ovulis 14–16 compressis. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.
6. T. RICHARDIANA Tulasne l. c. 166. † — Ramis teretibus glabris; foliis 3–4-jugis glabris, petiolo gracili tereti laevi, foliolis oppositis exstipellatis ovatis, basi nonnihil inaequilatera rotundatis vel attenuatis, apice abrupte acuminatis, acumine lato obtuso; racemis paucis erectis densifloris ferrugineis; floribus bractea ovata lata acuta patenti stipatis, tubo calycino longo semel et iterum prope basin reciso; ovario 9–10-ovulato sericeo-tomentoso styloque staminibus longiore. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.

Sectio II. COSYMBE.

Staminum superiorum filamenta non incrassata nec a caeteris directione discrepantia, ovarii stipite e fundo tubi calycini orto.

7. T. POEPPIGIANA Tulasne l. c. 168. † — Foliis multijugis, petiolo subtrigono aureo-pubescente petiolulisque rotundatis, foliolis oppositis oblongis angustis acuminatis, basi maxime inaequilatera rotundatis, superne nervo primario excepto glabris, subtus secus nervos minute aureo-sericeis; floribus parvis racemosis, racemis densifloris in paniculam amplam ramosam digestis; calyce albido-sericeo; petalis exsertis quam stamina duplo longioribus subaequalibus, cunctis subrectis, filamentis posticis non crassioribus; ovario rufo deorsum incurvato 7–8-ovulato stipitato, stipite sublibero. ♃ — *Chrysostachys glabra* Poepp. Coll. pl. Americ. no. 2837. — Crescit in Brasilia boreali prope Egam ad fl. Amazonum.

8. **T. AUREA** Tulasne l. c. 169. † — Ramulis petiolisque molliter tomentosis aut pubescentibus cinereis; foliis suboppositis 5–7-jugis, foliolis ovatis vel ovato-oblongis, apice integro attenuatis obtusis, basi rotundatis aut subcordatis, saepius inaequilateris coriaceis, utraque facie mollibus tomentosis vel subglabris; paniculа ampla terminali minute aureo-pubescente; floribus minutis confertis mox ebracteatis; calycibus globoso-pyriformibus aureis pedicellatis; petalis glabris; filamentis aequaliter crassis; podogyno subcentrali. ♃ — *Leptolobium luteum* Mart. Hb. fl. Brasil. no. 1148.

α. Ramulis, petiolis petiolulisque molliter tomentosis, foliolis supra pubescentibus.

β. Ramulis, petiolis petiolulisque cinereo-puberulis, foliolis supra glabris.

Crescit in Brasiliae prov. Minas Geraës et in Cubaja.

9. **T. POLYPHYLLA** Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 60. — Petiolis tetragonis, foliolis novem- ad quindecim-jugis oppositis oblongis acuminatis, basi valde inaequali obliquis coriaceis, supra glaberrimis, subtus pubescentibus discoloribus; racemis axillaribus fasciculatis vel in paniculam terminalem folio aequalem dispositis puberulis; calyce sericeo-tomentoso. ♃ — Arbor saepe 80-pedalis pulcherrima, ligno durissimo albo, cortice aspero. Ramuli ferrugineo-tomentosi, stipulae caducae, folia pedalia abrupte pinnata, petiolus semiteres, apice obsolete tetragonus leviter pubescens, foliola brevissime petiolulata subcoriacea oblonga, superiora magis angustata, in acumen longum mucronatum attenuata, basi subinaequilatera, supra glabra atro-viridia, subtus pallida, 4-pollicaria, pollicem lata. Racemi nunc simplices, nunc bifidi erecti, sericeo-pubescentes albido-nitidi, paniculam terminalem erectam constituentes, 4-6-pollicares. Flores innumeri densi sparsi vel fasciculati pedicellati spicato-racemosi albido-flavidi inodori. Bracteae nullae. Calyx subcoriaceus extus subsericeus canescenti-nitidus, laciniis ellipticis subaequalibus obtusis. Stamina 10 exserta aequalia fulvo-hirsuta. Ovarium semiovatum stipiti libero impositum, dense ferrugineo-sericeum, quadriovulatum. — Crescit in Brasilia boreali in sylvis primaevis circa Egam.

XLIV. **MELANOXYLUM** *Schott.*

(Schott in Spr. Syst. veget. cur. post. 406. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 845.)

1. **M. BRAUNA** Schott l. c. — (Wlprs. l. c.*) — Arbor. Rami teretes glabri, juniores ferrugineo-tomentosi. Folia simpliciter pinnata cum impari, petiolus communis subteres pedalis, basi parum dilatatus, dense ferrugineo-tomentosus, foliola 29–33 subopposita breviter petiolulata sublanceolato-oblonga, impari saepe elliptico-oblongo, subinaequilatera, basi hinc rotundata, illinc cuneata, apice obtuso subacuminata, supra glabra nitida, subtus ferrugineo-pubescentia pallida rigide membranacea, 2½ poll. longa, 9 lin. lata, inferiora minora, petiolulus subteres ferrugineo-tomentosus bilinearis. Racemus terminalis ample paniculatus, totus ferrugineo-tomentosus. Calycis tubus intus glaberrimus violaceus, laciniis oblongis apice rotundatis, intus extusque ferrugineo-tomentosis, margine glaberrimis atroviolaceis. Petala oblongo-obovata, apice rotundata, margine subcrenulata, fere pollicaria lutea basi violacea). Stamina petalis breviora, in alabastro alterna minora, basi ferrugineo-hirsuta. Ovarium ferrugineo-hirsutum 10-ovulatum, 7–8 lin. longum. — *Peritium ferrugineum* Vogel, Linnaea XI. 408. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

XLVI. (6803/.) **OUTEA** *Aubl.*

(DC. Prodr. II. 510. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 845.)

1. **OU. RACEMIGERA** Tulasne, Archives du Mus. d'hist. nat. IV. 174. † — Glabra: foliis distiche alternis pinnatis unijugis, petiolo brevi setigero, foliolis falcatis oblongis, breviter obtuseque acuminatis, basi attenuatis integerrimis subcoriaceis; racemis longis gracilibus erectis; floribus laxis pedicellatis, pedicellis horizontalibus, alabastris ovato-acutis. ♃ — Crescit in regionibus Amazonicis.

XLIX. (6803/2.) **VOUAPA** *Aubl.*

(DC. Prodr. II. 511. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 845.)

1. V. ELEGANS Miquel, Ann. des sc. nat. (3. Sér.) I. 40. — Foliis breviter petiolatis unijugis, foliolis breviter pedicellatis magnitudine inaequalibus, oblongo-ellipticis inaequilateris obtusis mucronulatis coriaceis glabris; floribus racemosis homomallis; bracteolis ellipticis concavis persistentibus, extus tenuiter tomentosis; petali stipite antice ciliato. ♁ — Crescit in Surinam.

XLIXa. (6803/4?) **ZENKERIA** *Arn.*

(Arn. Magaz. of zool. and bot. II. 548. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 109. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 353.)

1. Z. DALBERGIOIDES Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 855. absq. char.) — Arbor? glabra. Rami teretes. Folia pinnata, foliolis 4–5 alternis petiolulatis ovalibus obtusis vel retusis. Stipulae oblongae. Flores fasciculati vel subcorymbosi, secus basin ramulorum juniorum digesti, ante foliorum evolutionem expansi. Pedicelli flores aequantes. Petala alba. Stamina petala aequantia. Stylus ovario semiovali duplo brevior. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

LIIa. **RODSCHIEDIA** *Miquel.*

(Miquel, Linnaea XVIII. 585.)

Calycis triphylli lobi colorati subaequales, basi in cupulam brevissimam persistentem connati, 2 postici aequales, tertius paullo dispar anticus. Carinae (in praefl. extimae) petala 2 libera unguiculata obovato-rotundata caduca, alae anguste spathulatae obtusae, vexillum saccatum stipitatum, stipite alis adnato, iisque parum brevius, genitalia includens. Stamina 8 monadelpha, tubo antice fisso, intus pubescente. Ovarium uniovulatum antice appendice hirto auctum, stylus ascendens compressus glaber, stigmate subcapitellato. Legumen orbiculare in alam productum? — Frutex Surinamensis sericeo-pubescens: foliis simplicibus ovatis ellipticis penniveniis; floribus racemosis violaceis.

1. R. SURINAMENSIS Miquel l. c. 586. — Rami teretes, pube molli retrorsa lutescente sericeo-pubescentes. Folia alterna simplicia, petiolis 1–2 mm. longis, ovata, basi late rotundata, apice obtusa vel emarginata, superiora elliptica vel oblonga obtusa vel acutiuscula, raro truncata, crassiuscule membranacea, supra praeter nervum medium puberulum glabra, subtus puberula reticulato-venosa, 5–7 centimetralia, 2½–3 cm. lata. Racemi 5–12 cm. longi terminales paniculatim conferti, densius pubescentes. Pedicelli filiformes 5–3 mm. longi, bractea tripartita suffulti (lacinia media foliacea, laterales stipulaceae breviores) incano-pubescente. Calyx triphyllus, lobi basi in tubum brevissimum coaliti fusci membranacei, dorso parce puberuli subaequilongi ovali-elliptici, 2–3 mm. longi, demum decidui. Petala 2 carinalia libera, totam corollam obtegentia obovato-rotundata paullo inaequilatera unguiculata glabra, subtiliter ciliolata, 8–9 mm. longa lutescentia, alae anguste subspathulatae obtusae carinam subaequantes, vexillo basi adnatae semiorbiculari-saccato ciliato genitalia arcte includenti alisque paullo breviori. Stamina 8 ad ¾ monadelpha, tubo superne fisso. Legumen (valde immaturum) orbiculare pilosum monospermum exiguum. — Flores in vivo violacei, in sicco lutescentes. ♁ — Crescit in Guiana Batava (Surinam) prope plantationem Zwarigheid ad Vredenburgerkreek.

Tribus IV. *BAUHINIEAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. pag. 98.

LIII. (6791.) **CASPARIA** *Kth.*

(*Bauhiniae* sect. I. DC. Prodr. II. 512. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 847.)

1. C. (BAUHINIA Hsskrl. Flora [B. Z.] XXV. Beibl. II. 54. — Wlprs. l. c. II. 904. no. 1.) CASTRATA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 288. — Foliis basi cordatis, in nervis

petiolis, ramulis, pedicellis calycibusque magis minusve rufo-puberulis aut tomentosis, supra glabris, foliolis ultra medium coalitis late ovatis, apice rotundatis subdivergentibus; calycis limbo regulariter 5-fido; staminum filamentis in coronulam 10-denticulatam connatis, antheris plerumque abortivis minutissimis. ♁ — Crescit in insula Java.

LIV. (6791.) BAUHINIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 512. excl. sect. I. et V. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 851. II. 904. excl. sect. V.)

1. B. DEBILIS Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 287. — Caule volubili scandente cirrhis destituto; foliolis glabris longiter acuminatis ad medium usque coalitis. ♁⌒ — *B. divaricata* Dennstädt ex p. — Crescit in insula Java.
2. B. (*Pauletia*) AÇURUANA Moric. Pl. nouv. ou rares d'Am. 77. t. 51. — Inermis: ramulis, racemis foliisque cordatis obtusiusculis 5–7-nerviis brevissime petiolatis, utrinque velutino-hirsutis. ♁ — Crescit in Brasilia in sylvis caeduis montium „Serra d'Açurua" in prov. Bahia.
3. B. (*Pauletia*) ODORATISSIMA Moric. l. c. 78. t. 52. — Aculeata glabra: foliis integris oblongo-lanceolatis trinerviis, basi truncatis vel leviter cordatis, apice acuminatis et setoso-mucronatis; racemis subterminalibus bifloris; petalis oblongis longe stipitatis. ♁ — Habitat in Brasilia, prope Nagé, in provincia Bahiensi.
4. B. SCHLECHTENDALIANA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 308. — Foliis basi cordatis, ultra medium bilobis late ovatis 7-nerviis ciliatis, nervis subtus puberulis; racemis folio brevioribus; petalis lanceolatis stipitatis alboroseis. ♁ — Species haec affinis est *B. latifoliae* DC., sed foliis glabriusculis profundius lobatis differt. — Crescit in Mexico ad Rio de la Vuelta prope Oaxacam.

LV. (6789.) SCHNELLA *Raddi.*

(*Bauhiniae* sect. V. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 853.)

1. SCHN. VESTITA Bth. Plant. Hartweg. p. 171. no. 962. — Caule tomentoso; foliis suborbiculatis, basi profunde cordatis, foliolis longe ultra medium connatis, apice rotundatis, supra pubescentibus, subtus calycibusque molliter ferrugineo-villosis; racemis brevibus confertis; petalis villosis. ♁∪ — Frutex alte scandens, trunco compresso. Folia 2–4 poll. diametro, crassiuscula, apice sinu acuto breviter fissa, in sinu longiuscule aristata, basi 9–11-nervia, subtus villis densis ferrugineis mollibus vestita subnitentia. Racemi breviter pedicellati, 1–2-pollicares, superiores confertim paniculati. Calyces striati 4 lin. longi, dentibus mollibus lanceolatis. Corolla calyce plus duplo longior. — Crescit prope pagum Pandi in provincia Bogota.
2. SCHN. (BAUHINIA Moric. Pl. nouv. d'Amér. 80. t. 53.) FLEXUOSA Wlprs. mss. — Scandens: foliis cordatis ultra medium bilobis, lobis parallelis obtusis novemnerviis; ramis teretibus, apice flexuosis velutinis cirrhiferis. ∪ — Hab. in Serra d'Açurua provinciae Bahiensis, ad radices montium.
3. SCHN. (BAUHINIA Miquel, Linnaea XVIII. 588. †) ROSEA Wlprs. mss. — Ramis obtuse tetragonis sulcatis glabris cirrhosis; foliis unifoliolatis late-deltoideo-ovatis subacutis, basi recte vel concaviuscule truncatis septemnerviis coriaceis, supra nitidis, subtus (et in petiolulo) aureo-subsericeis; racemis elongatis multifloris ramulos terminantibus, axi glabriusculo, pedicellis supra medium bibracteolatis aureo-sericeis; calyce virgineo ovato-conico, florente campanulato, parce sericeo, apice breviter quinquedentato dense aureo-pubescente; petalis longe unguiculatis basi puberulis. ♁∪ — Crescit in Surinam.

LVI. (6788/1.) ETABALLIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 99. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 98. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 353.)

1. E. GUIANENSIS Bth. l. c. — Hook. Icon. plant. t. 453. 454. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 853.*) — Foliis acuminatis; florum spicis densis. ♁ — Rami ramosissimi glabri. Folia simplicia (unifoliolata) brevissime petiolata ovato-oblonga breviter

acuteque acuminata, basi rotundata vel cordata, saepe obliqua 2–4-pollicaria penninervia coriacea, utrinque glabra vel subtus ad venas sparse pubescentia. Spicae florum axillares et terminales numerosae densae 2–4-pollicares. Bracteae parvae ovato-orbiculatae concavae, bracteolae minimae lanceolatae. Flores sessiles. Calyx 2 lin. longus ferrugineus minute dentatus. Petala lutea pollicaria, medio vix lineam lata, basi angustata, omnia subsimilia. Stamina calycem aequantia fere ad apicem monadelpha. Stylus calyce parum brevior. — Crescit in Guiana Britannica.

2. E. MACROPHYLLA Bth. l. c. — Foliis obtusis 8–9-pollicaribus; floribus laxissime spicatis. ♃? — Crescit in insula Sti. Vincentii.

Tribus VII. *CYNOMETREAE* Bth. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. pag. 98.

LVIII. (6784.) **CYNOMETRA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 509. [excl. sect. II.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 853.)

1. C. CUNEATA Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV. 179. † — Ramulis lentis gracilibus; foliis unijugis, foliolis subsessilibus glabris venosis rhomboideo-ob-ovatis, deorsum inaequilateris et longe cuneatis, sursum late acuminatis et breviter emarginatis; pedicellis tenuibus longis ferrugineo-tomentosis; ovario elliptico obovato obtusissimo, stylo glabro arcuato, stigmate minutissimo. ♃ — Crescit in Guiana Gallica.
2. C. HOSTMANNIANA Tulasne l. c. 180. † — Ramulis funiformibus lentis glabris; foliis unijugis glabris, foliolis aequalibus ovato-oblongis lanceolatisve, longiuscule acuminatis brevissimeque emarginatis, basi aequilatera breviter attenuatis; racemis fasciculatis; pedicellis sursum sparseque tomentosis; ovario utrinque acuto, stylo recto deorsum tomentoso, stigmate crassiusculo. ♃ — Crescit in Guiana Batava (Surinam).
3. C. PARVIFOLIA Tulasne l. c. 181. † — Cortice tenui rimoso secedente; ramulis confertis tomentoso-hirtellis, gemmis perulatis; foliis parvis unijugis brevissime petiolatis, petiolo hirtello, foliolis sessilibus oblongis glabris maxime inaequilateris emarginatis subglandulosis et interdum pellucido-punctatis; racemis pauciforis tomentosis pedicellisque longis; calyce petaloideo corollaque glabris; ovario obovato obtuso violaceo tomentoso. ♃ — Crescit in Guiana Batava.

LXIa? (6805/1?) **ACROCARPUS** *Wght. et Arn.*

(Wght. et Arn. in Magaz. of zool. and bot. II. 547. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 98. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 353.)

1. A. FRAXINIFOLIUS Wght. et Arn. l. c. — Wght. Icon. pl. Ind. or. I. t. 254. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 855. absq. charact.) — Arbor magna speciosa glabra. Folia alterna imparipinnata decidua, petiolus 4–6-pollicaris teres, foliola 3–4-juga lanceolata acuminata, basi paullo inaequalia, tripollicaria integerrima, subtus pallida, petiolulo semipollicari. Flores ante foliorum evolutionem expansi majusculi coccinei racemosi, racemis spiciformibus densifloris 6–8-pollicaribus, pedicellis lineam vel sesquilineam longis recurvis. Stamina fere pollicaria. — Crescit in India orientali ad Courtalloum.

LXIV. (6802.) **CRUDYA** *Willd.*

(DC. Prodr. II. 519. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 854.)

1. CR. ORIENTALIS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 288. — Foliolis 7-jugis, infimis ovatis minoribus, summis oblongis majoribus acutis, basi rotundatis, margine ferrugineo-ciliatis, reliqua parte glabris lucidis, rhachibus et ramulis ferrugineo-tomentosis; legumine crassissimo sublignoso uniloculari dispermo (5 poll. longo, 3 poll. lato, 2 poll. crasso) tombacino-tomentoso; seminibus crassissimis exalbuminosis. ♄ — Crescit in insula Java.

2 CR. ACUMINATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 89. — Foliis subsenis oblongis longe acuminatis, basi inaequalibus subfalcatis, utrinque ramisque gla-

bris; pedicellis abbreviatis; legumine late ovato plano reticulato-rugoso ferrugineo-villoso. ♄ — Foliola alterna, basi hinc rotundata, illinc angustata, terminali 3–4 poll. longo, supra medium latiora 1½ poll. lata, infra apicem abrupte angustata in cuspidem 6–9 lin. longam obtusam, lateralia gradatim minora. Racemorum rhachis semipedalis. Pedicelli fructiferi 2 lin. longi, crassi. Legumen 2½ poll. longum, fere 2 poll. latum, coriaceum. — Crescit in America centrali.

3. **CR. OBLONGA** Bth. l. c. 89. adnot. — Foliolis 4–5 oblongis, basi parum inaequalibus rectis breviter acuminatis, subtus puberulis, supra cauleque glabris; pedicellis gracilibus; ovario ferrugineo-villoso. ♄ — Cayenne.

Tribus VIII. *DIMORPHANDREAE* Bth. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 98.

LXV. (6754.) **MORA** *Bth.*

(Bth. Transact. of the Linn. soc. XVIII. 210. t. 16. 17.)

1. **M. EXCELSA** Bth. l. c. et Ann. of nat. hist. I. 252. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 854.*) — Foliis abrupte pinnatis trijugis; corolla calycem excedente. ♄ — Folia alterna glabra, petiolus communis infra foliola inferiora angulatus, superne teres, supra angulatus. Foliola 3- vel rarius 4-juga opposita breviter petiolulata, oblongo-elliptica coriacea, supra nitida, penninervia reticulato-venosa 5–6-pollicaria. Stipulae et stipellae desunt. Flores sessiles densissime spicati. Spicae in paniculas terminales simplices dispositae, rhachi pubescente. Bracteae parvae squamaeformes citissime deciduae. Calyx circiter 2 lin. longus glaber nitidus, dentes inter se fere aequales late rotundati, margine breviter ciliati. Petala obovato-oblonga calyce subduplo longiora, omnia in unguem brevem angustata. Stamina fertilia lana longa intertexta citissime decidua barbata, filamentis praesertim basi crassiusculis, sterilia glaberrima. Stylus glaber stamina subaequans. Legumen semipedale, 3 poll. latum; semen 3 poll. latum. — Crescit in Guiana ad fl. Essequibo superius.

2. **M. CONJUGATA** Splitgerb. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitng. I. 95. — Foliis conjugato-pinnatis; corollis calyce inclusis. ♄ — Crescit in Brasiliae prov. Paraënsi.

LXVI. (6824.) **DIMORPHANDRA** *Schott.*

(Schott. in Spr. syst. veget. Cur. post. 404. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 854.)

§. 1. *Eudimorphandra Tulasne, Archives du Mus. d'hist. natur. IV.* 183. — *Calyx subglaber brevissimus obconicus quinquefidus, divisionibus obtusissimis, aestivatione imbricatis, sinubus interjectis acutis; petala glabra late obovata obtusissima, calyce duplo longiora patenti-reflexa; stamina exserta; pistillum glabrum staminibus brevius. — Flores sessiles spicato-corymbosi; folia bipinnata.*

1. **D. MOLLIS** Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 102. — Tulasne, Archiv. du Mus. IV. 183. † — Ramis petiolisque ferrugineo-tomentosis; foliis alternis abrupte bipinnatis 10–14-jugis, pinnis vix oppositis 20–30-foliolatis, foliolis subsessilibus saepius alternis lineari-oblongis, utrinque obtusis integris axique secundario tomentoso, utraque facie pilosis; floribus spicatis subglabris; spicis densis in corymbis terminalibus amplis dispositis; filamentis sterilibus apice clavato globosis. ♄ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

2. **D. BIRETUSA** Tulasne l. c. 184. — Foliis bipinnatis 6–8-jugis, pinnis abruptis 16–20-foliolatis, pinna interdum (?) impari, petiolo crasso profunde secundariis petiolulisque angustius sulcatis pannoso-pubescentibus sublutescentibus, foliolis alternis distantibus subovato-oblongis, lobis basi cordatis, apice lato obtuso-emarginatis muticis, utraque facie minute sericeo-pubescentibus; floribus glabris dense spicatis, spicis corymbosis. ♄ — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

3. **D. GARDNERIANA** Tulasne l. c. 185. † — Foliis abrupte bipinnatis 5-jugis, petiolo communi secundariis propriisque brevissime tomentosis cano-luteis, pinnis

abruptis 18–22-foliolatis vix oppositis, foliolis alternis latis elliptico-oblongis, basi inaequilatera cordatis, apice obtusis vel brevissime obtuseque subacuminatis, integris aut vix ac ne vix retusis, coriaceis, supra minutissime, subtus manifestius pubescentibus, margine subrevolutis; floribus glabris corymboso-spicatis. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

4. D. UNIJUGA Tulasne l. c. † — Glaberrima: foliis alternis abrupte 2-pinnatis unijugis, pinnis oppositis abrupte pinnatis 5–7-foliolatis, foliolis alternis distantibus petiolulatis amplis coriaceis, ovato-oblongis, longe acuminatis, basi acutis; floribus subglobosis dense spicatis; spicis terminalibus erectis approximatis in corymbos subdispositis. ♁ — Crescit in Brasilia.

5.? D. EXALTATA Schott l. c. — Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 102. — Foliis bipinnatis, pinnis 5–6-jugis, foliolis 8–10-jugis ovato-lanceolatis oblongisve acutis, supra glabris nitidis, subtus pubescentibus; spicis numerosis oblongo-cylindricis multifloris corymboso-paniculatis. ♁ — Crescit in Brasilia.

6.? D.? MACROSTACHYA Bth. l. c. 101. — (Wlprs. l. c. 854. no. 1.) — Pinnis 10–12-jugis, foliolis 20–30-jugis oblongo-linearibus obtusis, basi obliquis coriaceis glabris; spicis paucis longis crassis; ovario hirsuto. ♁ — Ramuli crassi. Folia rigide coriacea, petiolo communi angulato 6–8-pollicari, pinnae 4–5-pollicares, foliola vix semipollice longiora. Spicae ad apices ramorum 5–6 paniculatim dispositae 8–10-pollicares densae, flores numerosissimi minores quam in *Mora excelsa*, majores quam in *Dimorphandra exaltata*. Rhachis crassa, pedicelli lineam longi. Calyx lineam longus fere ad medium 4–5-dentatus. Petala 5 imbricata concava crassa glabra, calyce duplo longiora. Stamina 5 fertilia, 5 sterilia filiformia, omnia glabra. Ovarium sessile ferrugineo-pilosum, stylus glaber, stigma obtusum. — Crescit in Guiana.

§. 2. *Pocillum Tulasne l. c.* 186. — *Calyx ferrugineo-tomentosus crassus coriaceus poculiformis brevissime quinquedentatus, dentibus acutiusculis, sinubus latis obtusissimis; corolla glabra exserta, petalis obovatis obtusis; stamina normalia petalis minora; ovarium dense rufo-tomentosum, staminibus brevius. — Flores breviter pedicellati racemosi, folia bipinnata. — An genus proprium?*

7. D. PENNIGERA Tulasne l. c. 187. † — Foliis impari- bipinnatis 13–15-jugis, petiolo tereti subtus tomentoso-ferrugineo, pinnis imparipinnatis oppositis approximatis 35–40-jugis, foliolis coriaceis oppositis sessilibus linearibus obtusis integris, basi oblique truncatis, supra glabris nitidis, subtus ferrugineis minuteque aureo-tomentosis; racemis spiciformibus crassis rectis longissimis ferrugineo-tomentosis densifloris; floribus breviter pedicellatis; calycibus coriaceis campanulatis cyathiformibus breviter 5-dentatis, utraque facie aureo-tomentosis; corollis glabris; staminibus sterilibus clavatis, filamentis trialatis; ovario hirsuto-tomentoso rufo, breviter stipitato, stylo acuto glabro; stigmate perforato integro. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Rio Negro.

§. 3. *Phaneropsia Tulasne l. c.* 188. — *Calyx sericeo-tomentosus cylindricus tubulosus quinquedentatus, dentibus brevissimis obtusiusculis, sinubus subacutis; petala obovata acuta, antice rufo-sericea calyce breviore inclusa, stamina ananthera longiora; ovarium sericeo-pilosum rufum. — Flores sessiles spicato-corymbosi, folia abrupte (simpliciter) pinnata. — An genus proprium?*

8. D. LATIFOLIA Tulasne l. c. 189. † — Ramulis ferrugineis; foliis simpliciter abrupte pinnatis bijugis, foliolis oppositis exstipellatis petiolulatis obovatis obtusis amplis coriaceis, supra glabris nitidis, subtus nervosis minuteque aureo-pubescentibus; floribus densissime spicatis corymbosis minutis; calyce brevissime 5-dentato; petalis inclusis antice aureo-sericeis; staminum antheris styloque longiuscule exsertis. ♁ — Crescit in Guiana Batava (Surinam) prope Paramaribo.

Subordo III. *MIMOSEAE* DC. Prodr. II. 424.

(Meisn. Gener. plant. vascul. I. 69. II. 68. et 353. — MIMOSEAE R. Br. — Endl. Gener. plant. pag. 1323. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 857—932. II. 905. 906.)

Tribus I. *PARKIEAE* Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 279. — (Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 327.)

Calyx et corolla aestivatione leviter imbricata. Stamina definita cum corolla perigyna.

I. (6825.) **FILLAEA** *Guill. et Perr.*

(Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 242. t. 55. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 327. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 857.)

Calyx turbinatus, dentibus 5, aestivatione levissime imbricata, mox aperta. Petala 5 calycem vix excedentia perigyna, aestivatione subvalvata. Stamina 10 perigyna libera exserta, omnia fertilia. Antherae non glanduliferae, granula pollinis numerosissima. Ovarium stipitatum lanatum, stylus conicus obtusus. Legumen oblongum compressum valvis 2 crassis coriaceis dehiscens, intus inter semina pulposum. — Arbores Africanae: foliis bipinnatis eglandulosis, e pinnis paucijugis, foliolis paucis majusculis alternis; floribus late cylindraceo-spicatis, spicis paniculatis.

1. F. SUAVEOLENS Guill. et Perr. l. c. — (Wlprs. l. c.*) — Arborea inermis: foliis bipinnatis, pinnis 2–3-jugis; foliolis 6–9 alternis ovato-lanceolatis integris brevissime petiolulatis, utrinque glabris; spicis axillaribus terminalibusque late paniculatis. ♃ — Arbor 40–50-pedalis ramosissima, ramis crassis divaricatis, trunco 1½ ped. crasso suberecto, cortice griseo rimuloso, ramulis griseis albo-punctulatis, apicem versus rufo-pubescentibus. Rhachis teres glabra fere pedalis, foliola 2½–3-pollicaria, sesquipollicem lata ovata acuminata (vix ovato-oblonga!), petiolis petiolulisque basi pubescentibus tumidis articulatis. Flores creberrimi suaveolentes albido-rosei spicati bracteolati, spicae densissimae basi nudae circiter 3-pollicares. Calyx turbinatus tomentosus, petala lanceolata tomentosa calycis fauci inserta. Ovarium oblongum dense lanuginosum stipitatum, stylus vix incurvus stigmateque obtuso terminatus. Legumen planum elliptico-ovatum, sutura seminali recta, ventrali curvata, lignosum glabrum fuscum 4–8-spermum. Semina pulpa gelatinosa saccharata cooperata ovata, funiculo longiusculo appensa. — Crescit in Africa tropica ad ripas Gambiae fluminis prope Albreda.

2. F.? BRUCEI Fresenius, Flora (B. Z.) XXII. 54. — (Wlprs. l. c. no. 2.) — Aculeis rameis petiolaribusque uncinatis, spinis stipellaneis rectis; foliis bipinnatis, pinnis 8–10-jugis, foliolis 7–12-jugis oblongis aequilateris obtusis; racemis spiciformibus in apice ramorum subpaniculatis. ♃ — Crescit in Abyssinia.

II. (6819.) **PARKIA** *R. Br.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 328. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 857. II. 905.)

Calyx cylindraceus, limbo bilabiato, labio superiore bifido, inferiore trifido, aestivatione imbricativa. Petala 5 medio coalita vel libera, aestivatione subimbricata. Stamina 10 perigyna, basi monadelpha. Antherae non glanduliferae. Massae pollinis in quovis loculo biseriatae subdefinitae. Ovarium glabrum. Legumen stipitatum lineare vel oblongum compressiusculum, valvulis crasso-coriaceis, intus pulpa semina obtegente farctum. — Arbores tropicae: foliis bipinnatis, petiolo pauciglanduloso, pinnis foliolisque numerosissimis; pedunculis axillaribus vel racemosis longissimis pendulis; floribus ad apicem pedunculi densissime capitato-spicatis numerosissimis, superioribus hermaphroditis, inferioribus masculis.

1. P. (INGA Willd. Spec. plant. IV. 1025. — DC. Prodr. II. 442. — Palis. Fl. Owar. II. 53. t. 90. — MIMOSA Jcq. Americ. t. 179. fig. 87.) BIGLOBOSA Bth. l. c. — Pinnis 16–40-jugis; receptaculo florum oblongo clavato. ♁ — (Arbor speciosa 40–50-pedalis ramosa, ramis crassis cortice cinereo tectis. Petiolus communis subangulatus pubescenti-griseus, basi glandula ovali-oblonga, apice et basi pinnarum partialium 2–3 supremorum glandula umbilicata instructo, pinnis 15–20-jugis, foliolis 50-jugis et ultra linearibus obtusiusculis, basi inaequilateris, hinc auriculatis subimbricatis alternis cinereis, subtus puberulis 3 lin. longis, semilineam latis. Stipulae minutae. Flores eruberrimi purpurei in spicas pedunculatas clavatas dispositi, pedunculis axillaribus terminalibusque, plerumque longissimis [tripedalibus] pendulis. Alabastrum squamis ereberrimis ferrugineis onustum, flores pedicellati. Calyx circiter 4 lin. longus purpureus,corolla parum longior. Legumen pedicellatum lineare subfalcatum 10–15-pollicare, semipollicem latum, 20–25 spermum, intus pulpa flavescente farinacea semina obtegente repletum.) — *Parkia Africana* R. Br. Observ. on plants collect. by Oudn. Denh. et Clapperl. p. 29. — Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 237. † — Wlprs. l. c. no. 1.* — Rchb. Flor. exotic. t. 231. — *Inga Senegalensis* DC. Prodr. II. 241. — *Parkia biglandulosa* Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 279. — Wlprs. l. c. no. 2. — *Mimosa grandiflora* Madr. Herb. — *Mimosa pedunculata* Rxb. Flor. Indic. II. 551? — *Parkia Brunonis* Grah. in Wall. Catal. 5288. — *Parkia Roxburghii* G. Don. — *Inga? Timoriana* DC. l. c. 442. no. 111. — *Mimosa peregrina* Blanco, Flora de ilas Filipinas 737. — Crescit in Africa tropica, in India orientali, in insulis Philippinis et in America australi.
2. P. PLATYCEPHALA Bth. l. c. 329. — (Wlprs. l. c. no. 2.) — Pinnis 6–12-jugis; receptaculo florum depresso-globoso late capitato. ♁ — Crescit in Brasiliae provinciis Ceara et Bahia.
3. *P. (INGA Willd. Spec. plant. IV. 1025. — DC. l. c. 442. no. 105.) PENDULA Bth. mss.
4. *P. (INGA Willd. l. c. — DC. l. c. no. 107.) FILICINA Bth. mss.

III. (6824/.) **PENTACLETHRA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 330. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 99. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 353.)

Flores hermaphroditi vel polygami. Calyx campanulatus, dentibus 5 brevibus aestivatione imbricatis; corolla profunde quinquefida, petalis aestivatione valvatis, basi connatis subperigynis. Stamina basi monadelpha et corollae adnata, 5 fertilia petalis alterna exserta, antheris ovatis, glandula decidua superatis, 5, 10 vel 15 petalis opposita filiformia ananthera. Annulus decemcrenatus intra stamina, tubo stamineo adnatus. Ovarium subsessile. Stylus filiformis, apice breviter dilatatus concavus, margine stigmatifero. — Arbores tropicae: foliis bipinnatis, petiolis eglandulosis, pinnis foliolisque multijugis nitidis; stipulis lanceolatis parvis, stipellis minutis setaceis; spicis elongatis ad apicem ramorum solitariis vel pluribus; floribus sessilibus albido-flavicantibus suaveolentibus.

(Quoad species cf. Repert. bot. syst. I. 857.)

Tribus II. *EUMIMOSEAE* Bth. l. c. 331.

Calyx et corolla aestivatione valvata. Stamina definita, numero petalorum aequalia vel dupla, una cum petalis hypogyna. Filamenta libera vel basi brevissime inter se et cum petalis coalita. Pollinis granula numerosissima distincta.

Subtribus I. ADENANTHEREAE.

Antherae glandula stipitata caduca terminatae.

IV. (6832.) **ENTADA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 424. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 332.)

Calyx campanulatus brevissime quinquedentatus; petala 5 libera vel leviter cohaerentia. Stamina 10, antheris glanduliferis. Legumen lineare plano-compressum, suturis incrassatis persistentibus marginatum, valvulis transverse articulatis, articulis monospermis a margine secedentibus indehiscentibus vel saepius endocarpio ab exocarpio recedente spurie dehiscentibus. — Frutices saepius altissime scandentes subinermes: foliis bipinnatis, pinnis jugi supremi saepe in cirrhos mutatis; stipulis parvis setaceis: florum spicis tenuibus solitariis vel geminis axillaribus vel in paniculam terminalem dispositis; floribus singulis sessilibus, plerisque hermaphroditis, paucis tamen fructiferis.

(Species enumerantur in Repert. bot. syst. I. 858.)

V. **PLATHYHYMENIA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 333.)

Calyx campanulatus brevissime quinquedentatus sessilis; petala 5 libera vel leviter cohaerentia. Stamina 10, antheris glanduliferis. Legumen stipitatum late lineare planum, valvulis submembranaceis dehiscentibus, endocarpio membranaceo excepto, quod circa semina persistit et inter semina transversim divisum est. — Frutices vel arbores parvae Brasilienses inermes: foliis bipinnatis eglandulosis, foliolis ellipticis; spicis supra-axillaribus, superioribus paniculatis; glandula in ramo inter spicam et folii axillam saepius accedente; ovario villoso; legumine glabro.

(Species enumerantur in Repert. bot. syst. I. 858.)

VI. **PIPTADENIA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 334. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 858.)

Calyx sessilis campanulatus brevissime quinquedentatus; petala 5 libera vel leviter cohaerentia. Stamina 10, antheris glanduliferis. Legumen stipitatum vel rarius sessile late lineare planum membranaceum vel subcoriaceum bivalvatim dehiscens, intus uniloculare epulposum. Semina compressa, funiculo filiformi appensa. — Frutices vel arbores australis Americanae inermes vel spinescentes. Stipulae parvae setaceae. Folia bipinnata, pinnis foliolisque saepe multijugis. Glandulae petiolares prope basin petioli, infra pinnas supremas et interdum infra vel intra foliola suprema, rarius deficientes vel obscurae. Flores parvi sessiles albi vel virescentes spicati vel capitati. Stamina exserta.

Sectio I. EUPIPTADENIA Bth. l. c. 335.

Legumen continuum, valvulis tenuiter membranaceis brevibus reticulatisve. — Frutices vel arbores parvae: floribus spicatis.

* *Latifoliae: foliolis ovatis oblongisve; ovario stipitato villoso.*

1. P. PATENS Bth. Bot. of the voy. of Sulphur 89. — Scandens: ramulis petiolisque pubescentibus aculeatis, pinnis 3–4-jugis, foliolis subtrijugis obovatis glabris vel basi ciliatis; corolla calyce triplo longiore, staminibus corolla dimidio longioribus,

ovario brevissime stipitato villoso. ♁ — Species *P. latifoliae* valde affinis, differt panicula ampliore, pube in ramulis petiolis paniculaeque ramis molli, floribus minoribus, staminibus calyceque proportione corollae brevioribus et ovario brevius stipitato minus villoso. Legumen quam in *P. latifolia* multo glabrius; stamina certe decem, nec sub-20, ut habent Hook. et Arn. — *Inga? patens* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 419. — Crescit in America tropica occidentali ad Realejo.

** *Angustifoliae: foliolis linearibus vel oblongo-linearibus parvis; ovario stipitato villoso.*

2. P. SUAVEOLENS Miquel, Linnaea XVIII. 589. † — Inermis: ramulis petiolisque puberulo-hirtellis, glandula in petiolo lineari impressa; pinnis 6–10-jugis, foliolis multijugis dimidiato-subfalcato-linearibus acutiusculis, basi truncata sessilibus rigidis, supra nitidis glabris, subtus fuscescenti-glaucis tenerrime adpresse puberulis, sensim glabratis, nervo medio excentrico; spicis axillaribus solitariis vel geminis breviter pedunculatis tomentellis; floribus adpresse hirtellis. ♁ — Petiolus in medio partis nudae glandula lineari instructus, pinnae oppositae vel suboppositae, foliola 10–35-juga, 4–6 mm. longa, 1½–2 mm. lata. Spicae 12–15 cm. longae rufescenti-tomentellae. Calyx fusco-pubescens, corolla puberula. — Crescit in Surinam prope Bergendaal.

Sectio II. PITYROCARPA Bth. l. c. 339.

Legumen inter semina magis minusve contractum, valvulis coriaceis, siccitate glanduloso-leprosis subrufescentibus. — Frutices? vel arbores parvae: floribus subspicatis.

3. P. POLYSTACHYA Miquel, Linnaea XVIII. 590. † — Ramulis petiolisque subtiliter subleproso-tomentellis, pinnis 3–4-jugis, foliolis 4–5, vel 7-jugis breviter petiolulatis ovato- vel elliptico-lanceolatis acuminatis acumine obtuso, aequilateris, supra nitidis, subtus fuscescentibus, utrinque praeter nervum medium supra pubescentem glabris, petiolo infra singulam pinnam, excepta quandoque suprema, glanduloso, pinnis infra foliola, excepta quandoque jugo infima, glandulosis, glandulis conicis truncatis vel concavis; spicis densifloris paniculatis fusco-tomentosis, singulis paullo supra basin bracteis 2 vaginanti-connatis stipatis; calyce pubescente; corolla glabra; ovario breviter stipitato albo-hirsuto, stylo filiformi. ♁ — Crescit in Surinam prope Bergendaal.

Sectio III. NIOPA Bth. l. c. 340.

Legumen inter semina saepius magis minusve contractum, valvulis membranaceo-coriaceis, extus siccitate glanduloso-leprosis rufescentibus, rarius laeviusculis. — Arbores inermes: pedunculis fasciculatis brevibus axillaribus; floribus globoso-capitatis. Legumina stipitata.

(Repert. bot. syst. I. 860. no. 21–25.)

VII. **STRYPHNODENDRON** *Martius.*

(Martius, Herb. fl. Brasil. 117. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 341. — Wlprs. Repert. bot, syst. I. 860.)

Calyx sessilis campanulatus brevissime quinquedentatus; petala 5 libera vel leviter cohaerentia. Stamina 10, antheris glanduliferis. Legumen lineare compressum crasso-coriaceum, ad suturas bimarginatum, intus carnosum et incomplete septatum, valvulis maturitate subbaccantibus dehiscens. Semina transversa, funiculo filiformi appensa. — Arbores Brasilienses saepius parvae: ramulis crassis; foliis bipinnatis multifoliolatis, foliolis saepius latiusculis, basi subtus ad axillas nervi medii barbatis; glandulis ut in *Piptadeniis* majusculis prope basin petioli, - minores inter vel infra foliola suprema et interdum inter vel infra pinnas supremas; floribus parvis spicatis, spicis axillaribus breviter pedunculatis.

1. STR. PANICULATUM Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 81. t. 291. — Foliis bipinnatis bi-trijugis, foliolis tri-quadrijugis ovatis acuminatis;

panicula terminali ramosa; spicis ternis. ♂ — Arbor 50–70-pedalis, cortex cinereus, lignum albidum. Ramuli tomento atropurpureo pulveraceo detergibili obducti. Stipulae nullae vel deciduae. Petiolus communis tripollicaris glandulam singulam parum infra infimum jugum sitam hemisphaericam magnam nigram ferens, caeterum squamulis minutissimis deciduis adspersus. Petioluli acute triquetri, supra inter omnium foliolorum juga glandula instructi. Foliola breviter petiolulata ovalia, inferiora ovata, basi rotundata, apice mucronata, nervo utrinque pubescente, caeterum glaberrima, supra nitida, adulta 3 pollicibus paullo breviora, sesquipollicem lata. Panicula terminalis aphylla 10-pollicaris ramosissima, ramis tomento atropurpureo pulveraceo obsitis, fere ad basin usque spicigeris. Flores numerosissimi, linea una vix majores. Legumen desideratur. — Crescit in sylvis primaevis flumini Amazonum conterminis prope Egam.

2. STR. MICROSTACHYUM Poepp. et Endl. l. c. 82. — Ramulis teretibus petiolisque pubescentibus; foliis bipinnatis 5–6-jugis, foliolis 9–10-jugis oblique linearioblongis rhombeis, basi cuneatis, supra nitidis, subtus puberulis glaucis; spicis folio triplo quadruplove brevioribus. ♂ — Arbor altissima speciosa florum spicis aurantiacis insignis. Ramuli angulato-subcompressi fusco-purpurei puberuli albidoque punctulati. Folia 7–8-pollicaria, petiolus communis basi teres, sursum angulosus, minute squamuloso-pubescens, supra basin glandulam magnam oblongam fornicatam glutinosam gerens, caeterum eglandulosus, inferne nudus, pinnae non exacte oppositae approximatae subalternae patentes, inferiores minores, rhachis angulosa, apice biglandulosa, glandulae solitariae inter juga tria terminalia intermediae magnae. Foliola paullo irritabilia supra glabra atro-viridia nitida, subtus sparse piloso-strigosa glauca, demum badia, basi acute rhombea et valde inaequalia semipollicaria, 3 lin. lata. Spicae fasciculatae axillares ternae subsessiles bipollicares, flores numerosissimi minutissimi, dimidia linea vix longiores. Legumen desideratur. — Crescit in sylvis primaevis flumini Amazonum conterminis prope Egam.

VIII. (6820.) **ADENANTHERA** *Linn.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 343.)

Flores pedicellati. Calyx brevis quinquedentatus. Petala lanceolata, demum libera. Stamina 10. Antherae glandula substipitata decidua superatae. Legumen lineare falcatum compressum uniloculare, valvis membranaceo-coriaceis dehiscens. Semina lata compresso-convexa (in pulpa tenui nidulantia?) funiculo brevi affixa strophiolata. — Arbores Asiae tropicae inermes: foliis bipinnatis, pinnis foliolisque pluri- vel multijugis; racemis subspiciformibus axillaribus vel ad apices ramorum paucis racemosis; floribus albis vel flavescentibus.

1. A. PAVONIANA Linn. Spec. plant. 550. — (Wght. Illust. of Ind. bot. I. t. 80.) — Bth. l. c. — (DC. Prodr. II. 446. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 861.*) — Subglabra: pinnis 2–5-jugis, foliolis 6–10-jugis alternis distantibus ovatis vel ovato-oblongis; staminibus vix corolla longioribus. ♂ — Crescit in India orientali, colitur in America calidiore.
2. A. (MIMOSA Hels. mss. — ACACIA Sweet mss.) CHRYSOSTACHYS Bth. l. c. — (Wlprs. l. c.) — Ramulis, petiolis rachidibusque pubescentibus, pinnis 3–6-jugis, foliolis oppositis oblique oblongis, subtus pallidis pilosulis; staminibus corolla dimidio longioribus. ♂ — Foliola 4–6 lin. longa, vix sesquilineam lata. Spicae tripollicares. Flores paullo minores quam in specie praecedente. Legumen desideratur. — Crescit in Madagascaria.
3. A. FALCATA Linn. l. c. DC. l. c. — Foliolis ovalibus subacutis, subtus tomentosis; legumine recto. ♂ — Flores flavescentes. — Rmph. Herb. Amboin. III. t. 11. — In Moluccis insulis.

Species reliquae a **Candolleo** enumeratae aut ad unam praecedentium aut ad genus *Prosopis* referendae erunt.

IX. **ELEPHANTORRHIZA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 344.

Flores breviter pedicellati. Calyx brevis quinquedentatus. Petala lanceolata, demum libera. Stamina 10, antherae glandula substipitata decidua superatae. Legumen rectiusculum compressum, suturis constanter clausis, valvulis autem ut in siliqua demum a suturis incrassatis secedentibus, perfecte uniloculare, pulpa farctum ut conjiciendum est ex substantia nigricante valvulas interne obducente, exsiccata quidem, sed in aqua fervida solubili. — Suffrutex? Capensis glaber inermis: radice lignoso-tuberosa; caulibus herbaceis 1-2-pedalibus; foliis bipinnatis, pinnis foliolisque multijugis, petiolis eglandulosis; florum racemis spiciformibus.

1. *E. BURCHELLII Bth. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 861.*) — *Prosopis (Acacia* Burchell in DC. Prodr. II. 457. no. 97.) *elephantorrhiza* Spr. Syst. veget. Cur. poster. 165. — *Prosopis elephantina* E. Mey. Comm. pl. Afric. austr. I. 165. † — Crescit in Promontorio bonae spei.

X. **TETRAPLEURA** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 345.)

Flores pedicellati. Calyx brevis quinquedentatus. Petala lanceolata, demum libera. Stamina 10, antherae glandula substipitata decidua superatae. Legumen obtusum compressum, margine aculeatum lignosum, loculis transversis remotis monospermis, medio per totam longitudinem utrinque latere auctum, crista subcarnoso-dura pericarpio conformi eoque fere crassiori, margine obtusa, quo pericarpium quadrialatum primo adspectu mentitur. Semina ovata compressa alteri sutura affixa, magnitudine seminis „*Tamarindi*“. — Arbor alta Guincensis: foliis oppositis bipinnatis, pinnis foliolisque multijugis; floribus spicatis.

1. *T. THONNINGII Bth. l. c. — (Wlps. Repert. bot. syst. I. 861.*) — *Adenanthera tetraptera* Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. videnskab. Selsk. Afhandl. IV. 213. † — ♃ — Crescit in Guinea.

XI. (6833.) **GAGNEBINA** *Neck.*

(DC. Prodr. II. 431. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 345.)

Flores sessiles. Calyx campanulatus brevissime quinquedentatus. Petala 5 libera vel leviter cohaerentia. Stamina 10, antherae glanduliferae. Legumen oblongo-lineare compressum indehiscens, margine ex utraque sutura membranaceo-alatum, intus transverse multiloculare epulposum. Semina transversa funiculo filiformi appensa. — Arbor inermis in insulis Africae australis indigena: foliis bipinnatis, pinnis foliolisque parvis multijugis; floribus parvis spicatis.

1. *G. (MIMOSA Lam. Dict. I. 13. — ACACIA Willd. Spec. plant. IV. 1062. — Pluk. t. 329. fig. 3.) TAMARISCINA DC. l. c. 432. et Mém. Légum. t. 64. fig. B. — Bth. l. c. — ♃ — *G. axillaris* DC. l. l. c. c. t. 64. fig. A. — *Mimosa pterocarpa* Lam. l. c. — Crescit in insulis Mauritius et Madagascar.

XII. (6821.) **PROSOPIS** *Linn.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 346. — [DC. Prodr. II. 446.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 861.)

Flores fere *Entadae*, sessiles vel brevissime pedicellati. Antherae (exceptis *Pr. denudante* et *humili*) ut in praecedentibus glandula superatae. Legumen lineare compressum vel subteres, rectum, falcatum vel varie contortum indehiscens, transverse multiloculare et inter semina saepe solubile, endocarpio maturitate spongioso-subcarnoso, farinaceo vel pulposo. Semina funiculo filiformi appensa nuda vel pulpa tenui circumdata. — Arbores vel frutices aculeati, inermes vel spinis axillaribus (pedunculis ramulisve abor-

tivis) solitariis binisve stipularibus armati: foliis bipinnatis, saepius rigidis, pinnis 1-2-jugis, rarius 3-5-jugis, foliolis pluri- vel multijugis, glandulis inter pinnas parvis vel obscuris, inter foliola saepe minimis vix conspicuis, rarius autem in petiolo communi vel partiali omnino deficientibus; spicis cylindricis vel globosis axillaribus.

Sectio I. ADENOPSIS DC. l. c. — Bth. l. c. 347.

Petala intus glabra. Ovarium glabrum. Legumen teres vel incrassato-difforme. — Species Asiaticae aculeis sparsis armatae, rarius inermes.

1. PR. SPICIGERA Linn. Mantiss. pl. 68. — Rxb. Coromand. t. 63. — Burm. Flor. Indic. t. 25. fig. 3. — DC. l. c. — Bth. l. c. — Arborea vel frutescens glabra: aculeis sparsis vel rarius nullis, pinnis 1-2-jugis, foliolis 6-12-jugis oblongis vel late linearibus; spicis elongatis subinterruptis solitariis geminisve; legumine elongato subtereti toruloso. ♀ et ♂ — *Adenanthera aculeata* Rxb. Flor. Indic. II. 371. — Crescit vulgaris in India orientali.

2. PR. ACACIA M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. II. 449. STEPHANIANA Kth. mss. ex Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 2*. — Frutescens: aculeis sparsis; ramulis petiolisque pubescentibus, pinnis 2-5-jugis, foliolis 8-12-jugis oblongis, subtus puberulis; spicis laxiusculis folio longioribus; legumine ovoideo-oblongo crasso subincurvo vel difformi. ♀ — *Lagonychium Stephanianum* M. Bieb. Flor. Tauric. Caucas. Suppl. 288. — DC. Prodr. II. 448. — *Mimosa micrantha* Vahl mss. — Buxb. Centur. III. t. 48. — Breyn. Centur. I. t. 56. fig. 4. — *Mimosa agrestis* Sieb. in Spr. Syst. veget. II. 206. — Crescit in Persia septentrionali et in Syria.

Sectio II. ANONYCHIUM Bth. l. c.

Petala intus glabra. Ovarium villosum. — Species Africanae inermes, habitu *Algarobiis* affines. — Legumen non satis notum et ideo de genere dubitandum erit.

(Repert. I. 861. no. 3 et 4.)

Sectio III. ALGAROBIA DC. l. c. 446. — Bth. l. c. 348.

Petala apice intus lanata. Ovarium villosum. Legumen elongatum, saepius falcatum planum, convexum vel demum subteres. — Species Americanae, spinis axillaribus solitariis geminisve armatae vel inermes.

(Repert. I. 861. no. 5–17.)

Sectio IV. STROMBOCARPA Bth. l. c. 351.

Petala intus apice lanata. Ovarium villosum. Legumen crassum vel subteres cochleato-contortum, saepius spirale. — Fruticuli Americani stipulis spinescentibus armati: spicis oblongis vel saepius globosis.

(Repert. I. 862. no. 18–21.)

XIII. (6828. sect. 3.) DICHROSTACHYS *DC.*

(DC. Prodr. II. 445. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 352. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 863.)

Flores in spica biformes, superiores hermaphroditi sessiles *Entadae*, inferiores neutri calyce corollaque ut in hermaphroditis, filamentis 10 longis filiformibus anantheris, ovarii rudimento parvo. Legumen lineare contortum compressum membranaceo-coriaceum vel subcarnosum, intus uniloculare epulposum indehiscens vel valvulis a suturis irregulariter secedentibus. Semina plurima obovata compressa. — Frutices Africani vel Asiatici: ramulis hinc inde abbreviatis vel abortivis spinescentibus, caeterum inermes. Ramuli floriferi ad axillas brevissimi fasciculato-foliiferi, stipulis imbricatis obtecti. Spicae pedunculatae nutantes solitariae vel geminae. Flores sessiles hermaphroditi flavi, steriles albidi vel purpurascentes.

1. *D. CINEREA Wght. et Arn. — Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 2. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 357.

2. D. (CAILLIEA Steudel, Flora [B. Z.] XXVI. II. 759.) MACROSTACHYA Wlprs. mss. — Foliis bipinnatis 15–25-jugis, foliolis basi auriculatis subfalcato-linearibus acutissimis glabris, petiolis canaliculatis pubescentibus, petiolulis teretibus; floribus dense longeque spicatis. ♁ — Crescit in Guiana Batava (Surinam).

XIV. (6828. a.) NEPTUNIA *Lour.*

(Lour. Flor. Cochinch. 654. — DC. Prodr. II. 444. — Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 354. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 863.)

Flores superiores vel rarius omnes hermaphroditi sessiles. Calyx campanulatus. Petala 5 ad medium cohaerentia vel rarius libera. Stamina 10, rarius 5 libera exserta. Antherae ovatae, glandula stipitata superatae. Flores inferiores nunc neutri, filamentis filiformibus anantheris, nunc masculi. Legumen oblongum a stipite deflexum planum continuum, valvulis duabus membranaceis dehiscens, intus inter semina incomplete septatum epulposum. Semina transversa, funiculo filiformi appensa. — Herbae suffruticesve inermes prostratae vel natantes. Folia bipinnata, foliolis parvis. Glandula inter vel infra pinnas jugi infimi vel saepius nulla. Stipulae membranaceae oblique cordatae acuminatae. Pedunculi axillares solitarii, bracteis 1-2 stipuliformibus deciduis instructi. Capitulum ad apicem pedunculi ovato-globosum.

1. N. OLERACEA Lour. l. c. — Bth. l. c. — (Wlprs. l. c. no. 1.*) — Natans radicans glabra: ramis teretibus, pinnis 2–3-jugis, petiolo eglanduloso, foliolis 8–20-jugis; capitulis ovoideis; floribus neutris numerosis; staminibus 10; legumine longe stipitato 6–8-spermo. ♃? — *Desmanthus natans* (nec *nutans*) Willd. — *D. lacustris* Willd. — *D. stolonifer* DC. l. c. 444. — *Neptunia stolonifera* Guill. et Perr. Tent. fl. Seneg. I. 239. — Crescit in lacubus Asiae, Africae et Americae tropicae.

2. N. PLENA Bth. l. c. 355. — Wlprs. l. c. no. 2.* — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIX. t. 3. — Prostrata vel ascendens glabra vel hinc inde minute puberula: ramis compressis triquetrisve; pinnis 3–5-jugis, glandula inter pinnas infimas, foliolis 12–40-jugis; capitulis ovoideis; floribus neutris numerosis; staminibus denis; legumine breviter stipitato 5–20-spermo. ♃? — *Desmanthus plenus* Willd. — *D. punctatus* Willd. — *D. polyphyllus* DC. l. c. 444. 445. — *Mimosa plena* Linn. Spec. plant. 1502. — *Mimosa punctata* Linn. l. c. — *Neptunia polyphylla* Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 129. — *Mimosa adenanthera* Rxb. Flor. Indic. II. 554. — Crescit vulgaris in America tropica.

3. N. (MIMOSA Vahl, Symbol. bot. III. 102.) TRIQUETRA Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 4.* — Glabriuscula diffusa: ramis gracilibus triquetris compressisve, pinnis 2–3-jugis, petiolo glanduloso vel obscure uniglandulifero, foliolis 6–12-jugis; capitulis globosis; floribus anantheris paucis parvis vel nullis; staminibus denis; legumine breviter stipitato 4–8-spermo. ♃ — *Mimosa natans* Linn. fil. Suppl. 439. — *Desmanthus triquetrus* Willd. Spec. pl. IV. 1045. — DC. l. c. 444. — Crescit in India orientali et in Brasilia.

4. N. SURINAMENSIS Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. 759. — Caule erecto flexuoso striato; foliis bipinnatis quadrijugis, pinnis 18–24-jugis, pinnarum petiolo subalato eglanduloso, foliolis linearibus; pedunculis axillaribus folio parum brevioribus basi bracteis duabus amplexicaulibus alternis ovatis foliaceis instructis; capitulo florum obovato, apice antherifero. ♃ — Crescit in Surinam.

5. *N. GRACILIS Bth. l. c. — Wlprs. l. c. no. 5. — *Desmanthus acinaciformis* Spanoghe, Linnaea XV. 198. — Wlprs. l. c. I. 864. no. 9. — *Desmanthus trispermus* Spanoghe l. c.

Subtribus II. GYNMANTHEREAE.

Antherae apice non glanduliferae.

XV. (6828. b. et 6830.) **DESMANTHUS** *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 356. — *Desmanthi* sect. II. et *Darlingtonia* DC. Prodr. II. 444. et 443. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 864.)

Flores superiores nunc omnes hermaphroditi, inferiores pauci masculi vel anantheri steriles. Calyx campanulatus quinquedentatus. Petala 5 libera vel medio leviter cohaerentia. Stamina 10 vel 5. Legumen lineare rectum vel falcatum planum continuum, valvulis 2 membranaceis dehiscens, intus epulposum uniloculare vel inter semina incomplete septatum. Semina longitudinalia vel obliqua, funiculo filiformi appensa. — Herbae suffruticesve inermes: ramis herbaceis magis minusve angulato-striatis; foliis bipinnatis sensitivis, foliolis parvis, glandula unica infra pinnas infimas, rarius nulla vel pluribus infra pinnas omnes; stipulis setaceis; pedunculis axillaribus solitariis ebracteatis; capitulo ovato-globoso.

(Species enumerantur in Repert. I. 864.)

XVI. **MIMOSA** *Linn.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 358. — [DC. Prodr. II. 425.] — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 864. II. 905.)

Flores superiores vel plerique hermaphroditi 4-5-meri, rarius 3- vel 6-meri, inferiores saepe abortu masculi. Calyx nunc minutus inconspicuus vel paleaceo-plicatus pappiformis, nunc campanulatus, dentibus tot quot petalis. Petala magis minusve coalita. Stamina numero petalorum aequalia vel dupla, antherae parvae suborbiculatae. Legumen compressum saepius planum, valvulis 2 a margine persistente secedentibus eoque latioribus integris vel transversim articulatim divisis dehiscens, intus epulposum, inter semina subseptatum vel uniloculare. Semina funiculo filiformi appensa. — Herbae, frutices vel rarius arbores: foliis sensitivis bipinnatis, rarissime nullis vel ad petiolum phyllodineum reductis; glandulis petiolaribus nullis vel in perpaucis speciebus (*Habbasiis glanduliferis*, cf. Repert. I. 878. no. 145. 146.) obviis. Seta tamen vel tuberculum rarius glanduliforme inter pinnas saepe adest. Petioli partiales saepissime bistipellati. Flores sessiles capitati vel spicati; pedunculis axillaribus vel ad apicem ramorum racemosis vel paniculatis. Stamina saepius corolla plus duplo longiora et in speciebus plerisque rosea vel alba.

Adnotatio. Specierum infra additarum sectiones e diagnosi brevissima saepe non cognoscendae erant.

1. M. ARCUATA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 310. — Glabra: spinis geminis validis; foliis bipinnatis; pinnis 2–3-jugis, pinnulis 10–15-jugis oblongis minutis; pedunculis axillaribus folio sublongioribus solitariis; leguminibus arcuatis lineari-elongatis multiarticulatis laevibus. ♂? — Flores albi in capitula globosa dispositi. Affinis *M. montanae* DC. — Crescit in Mexico ad Tehuacan de las Granadas.

2. M. NOTATA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 758. — Ramis sparsim aculeatis petiolisque cum pedunculis inermibus patenti-pilosis; foliolis ovatis obtusis brevissime (minoribus acutissime) mucronulatis, petiolis infra foliola stipulis 2 minutis setaceis notatis. ♁ — Crescit in Surinam.

3. M. STRIATO-STIPULA Steudel l. c. — Fruticulosa (?): ramis subflexuosis glabris striatis; aculeis sparsis (praesertim infra petiolos utrinque subgeminis) subreflexis vel rectis; stipulis lanceolatis profunde striatis ciliatis; petiolis striatis basi et apice pilosis pinnas 4-jugas aequantibus, foliolis basi obliquis sublinearibus obtusiusculis, sparsim pilosis; pedicellis solitariis folio brevioribus; legu-

minibus margine longe setoso-ciliatis, caeterum glabris articulis 4-6. ♁ — Crescit in Surinam.

4. M. ATACTA Steudel l. c. — Fruticosa (?) inermis: ramulis, petiolis pedunculisque tenuiter pubescentibus, pinnis 4 subremotis 4–5–jugis, foliolis subrhombeo-ovatis obtusis integris, supra glabris nitidis, subtus pallide flavescentibus tenuissime pubescentibus; pedunculis axillaribus pluribus evolutis petiolo longioribus, folio brevioribus. ♁ — Crescit in Surinam.

5. M. *(Habbasia? glandulosae?)* MILLEFOLIATA Scheele, Linnaea XVII. 337. — Ramis angulatis pubescentibus aculeatis, aculeis sparsis compressis recurvatis; petiolis tomentosis aculeatis, glandula subulata ad basin petioli; foliis bipinnatis, pinnis 12–15-jugis, pinnulis 20–30–jugis imbricatis linearibus ciliatis; pedunculis tomentosis aculeatis; floribus purpureis spicatis, spicis axillaribus binis cylindricis elongatis folium subaequantibus; leguminibus.....? ♁? — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6. M. FLAVESCENS Splitgerber in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 95. — Suffruticosa: aculeis sparsis rectis brevibus; caule, petiolis pedunculisque pilis patentibus flavescentibus hirtis; foliis 3–7–jugis, foliolis 20–30–jugis, linearibus glabris ciliatis (!!?) axillaribus, capitulo longioribus; legumine piloso margine setoso. ♃ — Crescit in paludibus prope Jood Savanne in Surinam.

7. M. ([*Ameria* §. 4. *Acanthocarpae*] ACACIA H. B. Kth. in Willd. Spec. plant. IV. 1089.) ACANTHOLOBA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 90. — Fruticosa: ramulis puberulis, aculeis sparsis recurvis; stipulis setaceis; pinnis 4-10–jugis, foliolis 15–30–jugis oblongo–linearibus, subtus pubescentibus; pedunculis axillaribus, folio brevioribus, superioribus racemosis; capitulis globosis; bracteis minutis; floribus 4–5–meris 8–10–andris; calycibus corolla quadruplo brevioribus; ovario villoso; legumine membranaceo oblongo vel late lineari-falcato puberulo, margine leviter aculeato. ♁? — Crescit in Guayaquil.

8. M. (*Habbasia* §. 2. *Dormientes*) AESCHYNOMENES Bth. l. c. 89. — Herbacea? procumbens inermis: caule petiolisque setoso-hispidis; stipulis ovato-cordatis lanceolatisve acuminatis; pinnis 3–6–jugis, foliolis 10–30–jugis oblongo–linearibus ciliatis glabriusculis; capitulis parvis brevissime pedunculatis; bracteolis lanceolatis ciliato-setosis corollam superantibus; legumine oblongo 1–2–articulato vix obliquo, undique setoso. ☉ — Rami teretes 1–2–pedales divaricato-ramosi, setis numerosis rigidis hispidi, inter setas puberuli. Aculei nulli visi. Stipulae 2–3 lin. longae glabrae ciliatae fuscae insigniter striatae. Petioli communes 1–2 poll. longi. Pinnae pollice longiores vel inferiores breviores, inter se distantes. — Crescit ad Realejo.

9. M. PUSILLA Bth. l c. — Herbacea annua inermis: caule petiolisque hispidis; stipulis ovatis acutiusculis; pinnis 1–3–jugis, foliolis 6–15–jugis oblongis ciliatis; capitulis breviter pedicellatis parvis paucifloris; bracteolis late lanceolatis ciliatis corollas aequantibus; legumine oblongo 1–2–articulato vix obliquo, undique setoso. ☉ — Caules tenues graciles 4–6–pollicares. Capitula dimidio fere minora et tota planta minus hispida quam *M. aechynomenes* cui caeterum affinis est. — Crescit in America tropica occidentali ad Realejo.

XVII. (6829.) SCHRANKIA *Willd.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 413. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 883. — DC. Prodr. II. 443.)

Flores superiores vel plerique hermaphroditi pentameri vel rarius tetrameri, inferiores saepe abortu masculi. Calyx membranaceus brevis, nunc minimus. Corolla gamopetala membranacea. Stamina numero petalorum aequalia vel dupla, antherae parvae suborbiculatae. Legumen anguste lineare, valvulis 2 indivisis a margine persistente secedentibus et eo latioribus vel aequilatis, undique echinatum, intus polyspermum epulposum uniloculare. — Herbae prostratae vel frutices subscandentes. Aculei in angulis

ramorum, petiolis pedunculisque numerosi recurvi. Folia bipinnata eglandulosa sensitiva, stipulis stipellisque setaceis, petioli inter pinnas saepius setiferi, foliola parva; pedunculi axillares vel vix racemosi solitarii vel gemini; flores capitati vel spicati rosei vel purpurascentes, filamenta in floribus masculis saepe complanata.

1. SCHR. *(Rhodostachya)* ELATA Mart. et Galeotti, Bullet. de l'acad. de Bruxelles X. 309. — Caule pentagono villoso; pinnis quinquejugis petiolatis, foliolis multijugis oblongis mucronatis adpresse villosis; pedunculis solitariis geminisque villosissimis brevibus uncinato-aculeatis; legumine.....? ♄ — Caulis 15–20-pedalis. — Affinis *Schr. rhodostachyae* sed caule robustiore foliolisque undique pilosis differt. — Crescit in Mexico prope Oaxaca.

XVIII. LEUCAENA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 416. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 884.)

Calyx tubuloso-campanulatus quinquedentatus. Petala 5 libera membranacea, basi angustata, stamina 10, antherae ovato-oblongae vel subglobosae, saepe pilosae. Legumen stipitatum late lineare plano-compressum, valvulis 2 rigide membranaceis dehiscens, intus uniloculare, seminibus numerosis transversis. — Arbores vel frutices Americae tropicae inermes. Folia bipinnata, petiolo saepius infra jugum infimum pinnarum glandula majuscula, interdum evanida onusto. Pedunculi axillares subfasciculati, folio multo breviores, apice vel infra apicem bibracteati. Capitula globosa. Flores albi. — Genus a *Piptadeniis Niopis*, quibus habitu affine est, differt calyce majori, petalis tenuibus, antheris non glanduliferis, legumine laevi.

1. L. (MIMOSA Linn. Spec. plant. 1504. — ACACIA Willd. Spec. plant. IV. 1075. — DC. Prodr. II. 467. no. 192.) GLAUCA Bth. l. c. — (Wlprs. l. c. *) — Pinnis 4–8-jugis, foliolis 10–20-jugis distantibus lineari-falcatis membranaceis, subtus pallidis glaucisve; bracteolis apice ovatis calycem subaequantibus; calyce corolla dimidio breviore. ♄ — *Acacia biceps* Willd. l. c. — DC. l. c. no. 191. — *A. leucocephala* Lnk. Enumer. II. 444. — *A. frondosa* Willd. l. c. 1075. — DC. l. c. 468. no. 207. — Crescit in insulis Americae tropicae (Antillis).
2. L. (ACACIA Willd. l. c. 1063. — DC. l. c. 466. no. 176. — MIMOSA Jcq. Hort. Schoenbr. t. 394.) TRICHODES Bth. l. c. 417. — (Wlprs. l. c. *) — Pinnis 2–3-jugis, foliolis 2–5-jugis ovatis; calyce corolla parum breviore; antheris pilosis. ♄ — *Acacia pseudotrichodes* DC. l. c. 466. no. 177. — Crescit in insulis Antillis, in Carracas et in Peruvia.
3. L. CANESCENS Bth. Plant. Hartweg. p. 117. no. 655. — Pube brevi canescens: pinnis 1–2-jugis, foliolis 2–3-jugis oblique ovatis obtusis amplis; pedunculis confertis axillaribus racemosisve capitulo longioribus. ♁ — Frutex biorgyalis. Ramuli teretes, uti pedunculi et petioli molliter tomentoso-puberuli. Stipulae brevissimae subobsoletae. Petioli communes 1–2-pollicares, partiales paullo longiores, setula minima terminati. Glandulae inter vel paullo infra pinnas inferiores et foliola suprema elevatae, magis minusve conspicuae. Foliola 1–1½, rarius 2 poll. longa, ultima inferioribus majora, omnia saepius obtusissima cum mucronulo minimo, basi valde obliqua vel inferiora rarius subaequilatera, supra viridia parce puberula, subtus pallida molliter tomentoso-puberula, penninervia, venis reticulatis vix conspicuis. Inflorescentia et flores fere *L. glaucae*. Antherae pilosae. Legumen *L. glaucae*, junius molliter tomentoso-puberulum, adultum glabrescens. — Crescit in Columbiae sylvis ad Guayaquil.
4. L. MACROPHYLLA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 90. — Glabra: pinnis 2–3-jugis, foliolis 2–4-jugis ovatis acuminatis acutis amplis; pedunculis capitulo subbrevioribus fasciculatis, in racemos axillares terminalesque dispositis. ♁ — Arbor? Ramuli albidi verruculosi. Stipulae breves latae. Foliorum petioli subteretes, setula terminati, communes 3–4-pollicares, partiales inferiores 1½–2-pollicares, ultimi duplo longiores. Glandulae elevatae, demum concavae, infra

pinnas inferiores et foliola ultima magis minusve conspicuae. Pinnae inter se distantes. Foliola opposita remota, in pinnis inferioribus saepius bijuga, in ultimis 3–4-juga, 1½–2 poll. longa, basi oblique angustata subcoriacea pennineryia et insigniter reticulato-venosa, breviter petiolulata, inferiora saepius multo minora. Racemi axillares 3–4-pollicares, terminalis pedalis, polycephali. Rhachis crassa teres. Bracteae breves late orbiculatae fusco-membranaceae. Pedunculi in axillis bractearum complures 2–4 lin. longi crassi subangulati. Capitula iis *Acaciae sphaerocephalae* haud dissimilia, suffulta bracteolis 4 fusco-membranaceis late orbiculatis flore brevioribus. Flores numerosissimi densissime imbricati. Bracteolae subulatae, apice peltatae ciliatae. Calyx tubuloso-campanulatus membranaceus ¾ lin. longus hirtellus brevissime quinquedentatus. Corolla vix calycem excedens. Stamina 10 corolla paullo longiora. Antherae pilosae. Legumen.....? — Crescit in Mexico ad Acapulco.

XIX. XYLIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. IV. 417. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 884. *)

Calyx, corolla et stamina fere *Leucaenae*. Legumen sessile oblongo-falcatum compressum, utrinque angustatum lignosum, intus inter semina septatum, seminibus transversis funiculo crasso carnoso brevi affixis. — Arbor Indica: foliis bipinnatis; capitulis florum racemosis axillaribus.

1. X. (INGA Grah. in Wall. Catal. 5279.) **DOLABRIFORMIS** Bth. l. c. — (Wlprs. l. c. *) — Arbor elata inermis glabra vel partibus junioribus tomentoso-puberula. Stipulae parvae. Folia bipinnata, pinnis unijugis. Glandula elevata nunc obscura inter pinnas. Foliola 2–6-juga, extima saepe semipedalia, inferiora multo minora, penninervia, supra glabra nitida, subtus minute puberula vel glabra. Pedunculi fasciculati axillares vel subracemosi 2–3-pollicares. Capitula globosa tomentosa, magnitudine fere eorum *Leucaenae glaucae*, floribus dense imbricatis pallide virescentibus. Calycis dentes calloso-incrassati. Corolla calyce paullo longior omnino *Leucaenae*. Legumen 4–5-pollicare, 1½–2 poll. latum. — *Mimosa* (*Acacia* Willd. Spec. plant. IV. 1055. — *Inga* DC. Prodr. II. 439. no. 79.) *xylocarpa* Rxb. Pl. Coromand. I. 68. t. 100. — *Inga lignosa* Grah. in Wall. Catal. 5278. — *Mimosa Acle* Blanco, Flora des ilas Filipinas 738. — Crescit in India orientali et in Philippinis insulis.

Tribus III. *ACACIEAE* Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 318.

Calyx et corolla aestivatione valvata. Stamina indefinita libera vel monadelpha. Pollinis granula in massas 4 vel 6 in quoque loculo antherarum agglomerata, in quaque massa 16.

XX. (6834.) ACACIA *Willd.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 318. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 884. II. 905. — [DC. Prodr. II. 448.])

Flores saepius polygami. Sepala 3-5 in calycem campanulatum coalita vel libera. Petala totidem magis minusve coalita, rarius demum libera. Stamina numerosa (saepius ultra 50) libera vel ima basi in cupulam brevem vel in discum perigynum breviter irregulariter coalita, rarius (in floribus masculis) in columnam centralem congesta, nec in tubum cylindricum monadelpha. Legumen varium, saepissime siccum. — Arbores vel frutices, rarissime (*A. hirta*) herbae: folia omnia vel saltem primordialia bipinnata, caulina in Phyllodineis ad petiolum foliiformem simplicem reducta vel in Aphyllis omnino nulla. Glandulae in Bipinnatis ad petioli marginem superiorem, petiolares infra jugum infimum pinnarum majores, jugales minores vel saepius paullo infra pinnarum paria superiora vel omnia et nonnumquam inter foliolorum paria suprema. In omnibus tamen Filicinis

et rarius in Gummiferis vel Botrycephalis paucis glandulae desunt. Spinae adsunt stipulares in Gummiferis omnibus nec non in Phyllodineis nonnullis, axillares in Pulchellis quibusdam et in *A. bifurca*. Rami etiam interdum spinescunt. Aculei in Vulgaribus plerisque obvii. Stipulae si non spinescunt, saepius minimae sunt vel obsoletae, rarius membranaceae amplae. Flores parvi capitati vel spicati, nunc densissime imbricati sessiles, bracteolis saepius stipitatis, lamina peltata vel ovata, nunc pedicellati subumbellati, nunc interrupte spicati. Calyx saepius corollam dimidiam subaequans, rarius brevissimus, in *A. squamata* tamen calyx et corolla desunt. Stamina saepius 50—400 brevia vel rarissime semipollicem aequantia, saepissime flava vel aurantiaca, in Filicinis alba. Ovarium in Vulgaribus stipitatum, in reliquis sessile. Legumen saepius siccum compressum bivalve subcoriaceum, occurrit tamen teres vel vario modo difforme, membranaceum, lignosum vel rarius subcarnosum, indehiscens vel rarius elastice ut in Calliandris dehiscens, intus saepius uniloculare est, continuum et epulposum, in Phyllodinearum tamen et Gummiferarum speciebus quibusdam observatur transverse septatum, farctum vel tenuiter pulposum. Semina transversa vel rarius longitudinalia, appensa funiculo filiformi, juxta semen saepe magis minusve in strophiolam dilatato.

Series I. PHYLLODINEAE.

§. 1. *Aphyllae.*

1. A. TETRAGONOCARPA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 4. † — Glabra: ramis ramulisque muticis sulcatis, folii rudimento squamiformi lineari brevi suffultis; pedunculis axillaribus subsolitariis submonocephalis, minute bracteolatis; capitulis 3–1-floris; calyce minuto obtuse quadrilobo; corolla striata quadrifida; staminibus inclusis; legumine stipitato acuto subincurvo, acute tetraquetro, angulis nerviformibus aequalibus, faciebus lineari-lanceolatis planis, superiore et inferiore medio sutura tenui nerviformi vix prominula percursis, caeterum laevibus, lateralibus reticulato-venulosis; seminibus 2–1 longitudinalibus oblongis strophiolatis. ♁ — Similis *A. restiaceae* Bth. — Crescit in Nova Hollandia prope villam Spencer.

§. 2. *Alatae.*

2. A. GRAMINEA Lehm. Delect. semin. hort. Hambrg. 1842. ex Meisn. l. c. 5. † — Glabra: stipulis obsoletis; phyllodiis longissimis subcompresso-filiformibus, trifariam angustissime decurrentibus, brevissime sphacelato-mucronatis muticisve, infra medium glandula poriformi munitis, uninerviis, nervo crassiusculo, marginibus alisque scabriusculis; pedunculo solitariis brevibus monocephalis; capitulis multifloris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in solo turfoso prope Mahogany creek.
3. *A. PLATYPTERA Lindl. — Wlprs. l. c. I. 886. no. 5. — Wendland, Flora (B. Z.) XXVII. II. 784. — *A. uniglandulosa* Seemann et Schmidt, Flora (B. Z.) XXVII. II. 494. †

§. 3. *Armatae.*

4. A. LARICINA Meisn. in Lehm. Plant. Preiss. I. 6. † — Ramis teretibus costato-striatis ramulisque cano-tomentosis; stipulis setaceo-spinescentibus rectis; phyllodiis tetragono-filiformibus rectis vel recurvo-arcuatis, mucrone brevi recto pungentibus, uninerviis glabris, marginibus nerviformibus eglandulosis; pedunculis axillaribus solitariis brevibus erectis monocephalis tomentosis, fructiferis elongatis phyllodium subaequantibus deflexis; capitulis parvis multifloris glabris. ♁ — Affinis *A. teretifoliae* Bth., sed differt ramis tomentosis non angulatis, stipulis tenuioribus, phyllodiis brevioribus et mucrone fortiori pungentibus. — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.
5. A. SHUTTLEWORTHII Meisn. l. c. 7. (adnot.) — Hispidulo-pilosa: ramis teretibus; stipulis minutis subspinescenti-setaceis; phyllodiis oblique obovatis vel suborbicularibus mucronulatis undulatis 1–2-nerviis, obscure penniveniis punc-

tato-scabris, marginibus vix incrassatis, superiore prope medium glandulifero; pedunculis axillaribus solitariis, phyllodio brevioribus; capitulis parvis 10–12-floris villosis; legumine brevi late oblongo compresso 2–3-articulato, utrinque rotundato puberulo. ♁ — Proxime affinis *A. Hügelii,* nec dissimilis *A. obovatae, idiomorphae, piligerae* et *sertiformi.* — Crescit in Nova Hollandia ad fl. Cygnorum.

6. A. SMILACIFOLIA Gardn. Sertum plant. t. 3. — Glaberrima: ramulis angulatis; stipulis subulato-spinescentibus; phyllodiis ovatis acuminatis, basi subcordato-dimidiatis marginatis 3–4-nerviis, nervo infimo ad apicem attingente, venis utrinque prominulis, majoribus transversis simpliciter ramosis, minoribus reticulatis, glandula petiolari majuscula a basi distante; capitulis multifloris; calyce quadridentato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

§. 4. *Triangulares.*

7. A. HORRIDULA Meisn. ex Lehm. Plant. Preiss. I. 9. † — Ramis teretibus pubescentibus; stipulis setaceis rigidis subpersistentibus; phyllodiis patentissimis ovato- vel lanceolato-triangularibus uninerviis pungenti-mucronatis glabris, angulo superiore parum prominente minute glandulifero; pedunculis brevibus; capitulis 2–3-floris; legumine sessili lineari tereti, utrinque acuto obscure venoso-lineato. ♁ — Ab *A. biflora* R. Br. differt legumine non marginato. — Crescit in Australasiae meridionali-occidentalis regionibus interioribus.

8. A. LETROBII Meisn. l. c. 10. (adnot.) — Glaberrima: ramis gracilibus acute angulatis; stipulis obsoletis; phyllodiis oblique oblongis vel subtriangulari-obovatis planis, infra apicem obtusum mucronulatis, uninerviis, nervo subcentrali ante apicem evanescente, venis obsoletis, margine inferiore parum arcuato, superiore curvato, prope medium obscure glandulifero; pedunculis axillaribus aggregatis monocephalis, phyllodium subaequantibus; capitulis parvis multifloris. ♁ — Affinis *A. translucenti* et *vestitae.* — Crescit in Nova Hollandia meridionali-orientali in colonia ad Port Philipp.

§. 5. *Pungentes.*

9. A. BENTHAMII Meisn. ex Lehm. Plant. Preiss. I. 11. † — Glabra: ramulis subteretibus; phyllodiis patulis rigidis linearibus rectis planis acuminato-pungentibus striato-plurinerviis, supra basin attenuatam obscure glanduliferis; pedunculis solitariis geminisve brevibus; capitulis multifloris; sepalis liberis angustis, apice sphacelato-spathulatis. ♁ — Affinis *A. sessili,* sed glabritie fere perfecta, phyllodiis duplo majoribus pedunculisque semper conspicuis facile distinguitur. — Crescit in interioribus Novae Hollandiae meridionali-occidentalis.

§. 6. *Calamiformes.*

10. A. HOOKERI Meisn. l. c. 12. † — Ramis teretibus, apice minute puberulis; stipulis linearibus deciduis; phyllodiis anguste linearibus rectis vel arcuatis muticis glabris vel parce ciliato-pilosulis, supra planis vel canaliculatis, dorso convexo obsolete nervoso-striatis; pedunculis solitariis geminisve, phyllodio demum aequalibus vel sublongioribus; capitulis parvis multifloris. ♁ — Habitu proxime accedit ad *A. sulcatam,* sed phyllodiis minoribus inermibus exsulcis eximie differt. — Crescit in solo sublimoso ad villam Mitchell in Nova Hollandia.

§. 8. *Uninerviae.*

11. A. MEISNERI Lehm. Index semin. hort. Hambrg. 1842. et Plant. Preiss. I. 13. † — Glaberrima glauco-pruinosa: ramulis ancipitibus triquetrisve; phyllodiis obovato-oblongis subcuneatis, oblique submucronato-acutis uninerviis penniveniis planis, plerumque eglandulosis, capitula solitaria multiflora superantibus. ♁
β. angustifolia: phyllodiis lineari-lanceolatis subfalcatis tenuioribus.
Crescit in Nova Hollandia prope York.

12. A. LINDLEYI Meisn. ex Lehm. Plant. Preiss. I. 14. † — Glaberrima glauca: ramulis subflexuosis acute triquetris lineatis; phyllodiis coriaceis elongato-lenceolatis obtusis (?), basi longe attenuata glanduliferis, uninerviis, parallele pinnato-

venosis, marginatis planis; racemis axillaribus brevibus oligocephalis; pedunculis longis; capitulis majusculis dense multifloris; sepalis 5 subliberis spathulato-linearibus truncatis glabris, corolla angusta quinquefida plus dimidio brevioribus; ovario glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.

13. A. GLAUCIFOLIA Baumann, Catal. hort. Bollwill. et Mulhus. 1843. p. 21. ex Meisn. l. c. 14. adnot. † — Glaberrima glauca inermis: ramis gracilibus subangulatis; stipulis obsoletis; phyllodiis triangularibus, uninerviis penniveniis, nervo subcentrali arcuato in anguli inferioris mucronulum innocuum excurrente, angulo superiore obtuso, glandula minuta (rarius nulla) munito; racemis terminalibus et ex summis axillis polycephalis, phyllodio longioribus, pedunculis brevissimis; capitulis multifloris. ♁ — Affinis *A. cultriformi*. — Crescit in Nova Hollandia.

14. A. MYRIOBOTRYA Meisn. l. c. 15. (adnot.) † — Glauca? glabra: ramulis subangulatis, mox teretibus divaricatis; phyllodiis lineari-lanceolatis, utrinque longe attenuatis acutis subfalcatis planis, haud marginatis, tenuiter uninerviis et penniveniis, glandula minuta a basi remota vel saepe nulla; racemis patulis polycephalis, phyllodio brevioribus subsessilibus, pedunculis patentissimis capitula multiflora aequantibus; sepalis spathulatis (sphacelatis? nigricantibus) glabris, corolla dimidio brevioribus. ♁ — Affinis *A. microbotryae* et *penninerviae*. — In Nova Hollandia ad fl. Cygnorum crescit.

15. A. SUBBINERVIA Meisn. l. c. 16. † — Glabra: ramulis angulatis, mox teretibus; phyllodiis lanceolato-linearibus subfalcatis, utrinque attenuatis immarginatis, apice obtuso recurvo hinc mucronulatis binerviis, nervo altero subcentrali, altero margini superiori approximato tenuissimo, superne canescente vel interdum deficiente, venis tenuibus obsoletisve, glandula a basi distante obsoleta vel nulla; racemis phyllodio multo brevioribus simplicibus oligocephalis; capitulis multifloris; calyce truncato-dentato. ♁ — Valde accedit ad *A. rostelliferam* Bth., sed huic tribuuntur phyllodia crassiuscula uninervia. — Crescit in arenosis insulae Australasicae Rotenest.

16. A. APICULATA Meisn. l. c. 17. † — Glabra (junior glauca?): ramis acute triquetris; phyllodiis crasse coriaceis oblongo-lanceolatis, mucronulo acuto subincurvo apiculatis, vix marginatis, subimmerse uninerviis aveniis planis, basi obsolete glanduliferis; racemis.....?; legumine coriaceo oblongo continuo complanato, anguste marginato, juxta suturas transverse venoso; seminibus oblique transversis. ♁ — Affinis *A. ellipticae, oleaefoliae* et *ancipiti*. — Crescit in Nova Hollandia ad „Cap Riche".

§. 9. *Brachybotryae.*

17. A. HETEROCLITA Meisn. l. c. 18. † — Glabra: ramulis angulatis, mox teretibus; phyllodiis linearibus rectiusculis, utrinque attenuatis, mucrone vix pungente subrecurvo acuminatis, acute sulcato-trinerviis, glandula supra basin minuta vel nulla; pedunculis axillaribus solitariis geminisve monocephalis, capitulo vix longioribus; sepalis liberis anguste spathulatis, apice sphacelatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad „Cap Riche".

§. 10. *Juliferae.*

18. A. MICRONEURA Meisn. l. c. 19. — Ramulis subangulatis, mox teretibus phyllodiisque junioribus minute cinereo-puberulis; phyllodiis anguste linearibus subflexuosis falcatisve, utrinque attenuatis, apice subulato-acuminatis recurvis vix pungentibus eglandulosis, tenerrime nervoso-lineatis, nervo medio saepe crassiore; spicis ovatis vel globosis sessilibus solitariis geminisve multifloris; calyce breviter dentato corollam dimidiam aequante, vix puberulo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

Series III. PULCHELLAE.

19. A. ENDLICHERI Meisn. ex Lehm. Plant. Preiss. I. 21. — Ramis strictis, apice subangulatis glabris vel pilosulis; stipulis lineari-setaceis ciliatis; foliis glabris, petioli glandulis 2–3 concavis, seta terminali subciliata, pinnis 2–3-jugis, foliolis

jugi infimi bijugis, superiorum 5–7–jugis oblongis obtusis, margine revoluto nudis; pedunculis folio subbrevioribus; capitulis globosis glabris. ♁ — Simillima *A. strigosae.* — Crescit in Nova Hollandia in districtu Plantagenet.

20. **A. DENUDATA** Lehm. Delect. sem. hort. Hamb. 1842. et Meisn. l. c. † — Glabra: ramis divaricatis angulatis rigidis subspinescentibus, spinis axillaribus subnullis; foliis subsessilibus, petiolo brevi vel subnullo in spinulam excurrente et ad hujus basin glandula concava longe stipitata munito, pinnis unijugis, foliolis 5–jugis lineari–oblongis obtusiusculis planis nudis; pedunculis solitariis geminisve, folio longioribus; capitulis multifloris glabris; calyce truncato–dentato subciliato. ♁

β. gracilis: Ramis gracilibus laxis vix angulatis; foliis sessilibus plerumque spina axillari praeditis, glandula petiolari tenuissima vel saepe nulla; pedunculis folium vix superantibus.

γ. spinosissima: Ramis gracilibus teretibus lineatis, ramulis divaricato–patentibus subangulatis; spinis axillaribus solitariis geminisve subulatis patentissimis gemmuliferis, altera longiore (saepe semipollicari), glandula petiolari minuta (vix lineam longa) vel saepissime nulla, foliolis linearibus; pedunculis solitariis capitulum aequantibus.

Crescit in Nova Hollandia ad ripas fluvii Preston.

21. **A. SIEBERIANA** Scheele, Linnaea XVII. 337. — Caule quadrangulari inermi glabro; petiolis glabris angulatis, foliis bipinnatis, partialibus 3–4–jugis, propriis 8–10–jugis, foliolis coriaceis ovalibus uninerviis aveniis mucronatis, subtus lepidotis; pedunculis axillaribus angulatis aculeatis, aculeis sparsis minutis glanduliformibus, e basi lata subulatis; floribus luteis capitatis; capitulis racemoso–paniculatis; leguminibus.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

Series IV. GUMMIFERAE, V. VULGARES et VI. FILICINAE.
Species enumeratae quoad sectiones non semper satis notae sunt.

§. 1. *Spiciflorae armatae.*

22. **A. SERICEA** Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 311. — Subarmata: ramulis angulatis mollissime sericeo–tomentosis; foliis subsericeis villosis bipinnatis 1–2–glandulosis, pinnis 5–8–jugis, foliolis minutis ultra 30–jugis oblongo–linearibus subcultriformibus, aculeolis stipularibus binis gracilibus rectis; floribus dense spicato–racemosis; racemis axillaribus solitariis terminalibusque. ♁ — Flores lutei odori, legumen ignotum. — Crescit in Mexico in montibus calcareis Tehuacan.

23. **A. ADENANTHEROIDES** Mart. et Galeotti l. c. 312. — Aculeata: caule sulcato armato puberulo glanduloso–punctato, aculeis uncinato–recurvatis; foliis bipinnatis, pinnis 9–jugis, foliolis sub–9–jugis, oblique ovalibus obtusis trinerviis pubescentibus petiolulatis distantibus; spicis ternis axillaribus pedunculatis; floribus albis decandris; petalis 5 subliberis; pedunculis calycibusque pubescentibus. ♁ — Crescit in Mexico in montibus calcareis Sola et Yolotepeque.

24. **A. CYLINDRIFLORA** Mart. et Galeotti l. c. 313. — Armata: aculeis uncinatis sparsis; ramis petiolisque glanduloso–pubescentibus aculeolatisque; foliis bipinnatis, pinnis 3–4–jugis, basi bistipellatis, foliolis 6–8–jugis pubescentibus, subtus discoloribus oblique ovalibus obtusis; spicis pedunculatis 2–4 axillaribus ac terminalibus; staminibus 10 albis longe exsertis. ♁ — Stipellae binae filiformes bilineares prope insertionem pinnarum. — Crescit in Mexico prope Oaxaca.

25. **A. PANICULIFLORA** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 760. — Ramis 4–5–gonis pedunculis petiolisque villosis, sparsim (praesertim ad angulos) retrorsum recto–aculeatis; stipulis minutis setaceis; foliis 10–15–jugis, pinnis 16–20–jugis, foliolis junioribus lepidotis, adultis sensim glabrescentibus; glandula ad basin petioli communis magna (1½ lin. longa, 1 lata) patelliformi plana, interpetiolaribus minoribus cupulaeformibus; floribus in panicula terminali ampla foliata multiracemosis; racemis elongatis subdissitifloris. ♁ — Crescit in Surinam.

§. 2. *Globiflorae.*

α. Inermes.

26. A. GRACILIS Mart. et Galeotti l. c. 311. — Suffrutex (??) inermis glaber gracilis: ramis patentibus; foliis bipinnatis (petiolis subpollicaribus), pinnis bijugis, foliolis 5–6–jugis oblique ovato–ellipticis mucronatis, subtus glaucescentibus, petiolis eglandulosis; stipulis oblongo–linearibus striatis; capitulis longe pedunculatis fasciculatis, in apice caulis subracemoso–paniculatis; staminibus roseis capillaceis inflexis polyandris. ♁ — Foliola ½–¾ poll. longa, 4 lin. lata, pedicelli filiformes elongati. — In Mexico in rupibus ad oceanum Pacificum prope Oaxaca.

27. A. ELEGANS Mart. et Galeotti l. c. 312. — Inermis: ramis angulatis petiolisque pubescenti–hirtis; foliis bipinnatis, pinnis sub–15–jugis, petiolis eglandulosis, foliolis 30–45–jugis linearibus obtusis ciliatis subimbricatis; capitulis pedunculatis axillaribus et terminalibus fasciculatis vel in paniculas simplices folio breviores dispositis; leguminibus linearibus exsuccis adpresse pilosis. ♁ — Capitula glabra cum staminibus exsertis semipollicaria. Affinis *A. pectinatae* H. B. Kth. proxime quoque accedit ad *A. insignem*, sed capitulis majoribus laxioribus, non paniculam amplam terminalem efficientibus diversa. — Crescit in Mexico in Cordillera australi Oaxacae.

28. A.? MOLLICULA Mart. et Galeotti l. c. 313. — Caule arboreo inermi; ramis, petiolis foliisque molliter villosis; stipulis lanceolatis minutis; foliis bipinnatis breviter petiolatis, pinnis bijugis, foliolis 6–jugis ovato–ellipticis; capitulis geminis longe pedunculatis axillaribus; staminibus longe exsertis; legumine ignoto. ♁ — Folia vix pollicem longa, foliola 3 lin. longa. — Crescit in Mexico in montibus cactiferis Tehuacan de las Granadas.

29. A. INSIGNIS Mart. et Galeotti l. c. 315. — Inermis glabriuscula: pinnis 16–20–jugis, foliolis sub–60–jugis linearibus ciliatis, petiolis eglandulosis puberulis; stipulis subulatis ciliatis; capitulis pedunculatis subfasciculatis in paniculas axillares ac terminales amplas dispositis; leguminibus oblongis sinuatis papyraceis stipitatis mucronatisque. ♁ — Folia subquinquepollicaria, pinnae bipollicares, foliola 6–lineares, pedunculi 3–7 lin. longi, 3–5 ex eodem puncto nati, capitula florum cum staminibus diametro 5–lineari, flores albi exsiccatione flavidi, legumina 2 poll. longa, 5 lin. lata, 6–8–sperma. — Affinis *A. paniculatae* Willd. — Crescit in Mexico ad coloniam Mirador et Zacuapan.

30. A.? RUBESCENS Mart. et Galeotti l. c. 315. — Inermis subglabra: stipulis linearibus acutis; foliis bipinnatis, petiolis canaliculatis puberulis rubescentibus eglandulosis, pinnis 3–5–jugis, foliolis 12–18–jugis oblique ovato–ellipticis obtusis subtrinerviis pilosulis; capitulis pedunculatis axillaribus subgeminis; staminibus elongatis rubescentibus. ♁ — Flores roseo–coccinei, foliola 3–5 lin. longa, 2–3 lin. lata, rhachis pinnarum rubescens pilosa, legumen ignotum. — Affinis *A. humili* Schlchtd. (Linnaea XII. p. 567.) — Crescit in sylvis Puente Nacional prope Vera Cruz.

31. A. MEDIA Mart. et Galeotti l. c. 316. — Inermis glabriuscula: foliis 1–2–jugis, foliolis subdecemjugis oblique ellipticis obtusis ciliatis; stipulis lanceolatis; capitulis axillaribus longe pedunculatis ac terminalibus racemoso–paniculatis; staminibus longe exsertis albis. ♁ — Foliola 3–4 lin. longa, lineam lata, legumen ignotum. — Medium tenet inter *A. gracilem* et *A. Portoricensem* Willd. — Crescit in Mexico in ripa fluminis Rio grande de Mexitlan.

32. A. SUBDIMIDIATA Splitgerber in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 96. — Inermis: pinnis 3–4–jugis, foliolis 8–12–jugis subdimidiato–ovatis acutiusculis glabris; capitulis pedicellatis aggregatis secus pedunculum axillarem longe racemosis. ♁ — Crescit ad ripas fluminis Surinami superioris.

β. Armatae.

33. A. CANESCENS Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 314. — Arborea: ramis contortis subinermibus, ramulis uncinato–aculeatis canescentibus; foliis

geminis breviter petiolatis conjugato-pinnatis, foliolis bijugis oblique ellipticis lenticularibus pubescenti-canescentibus; capitulis axillaribus subsolitariis albidis breviter pedunculatis; staminibus 8-10; legumine ignoto. ♄ — Crescit in Mexico in montibus calcareis Tehuacan.

34. A. FEROX Mart. et Galeotti l. c. 314. — Spinis geminis connatis validis folia subaequantibus; petiolis pedunculisque pubescentibus; foliis fasciculatis bipinnatis glabriusculis, rhachi pubescente, pinnis 4-5-jugis, glandula cupuliformi infra infimum par, foliolis 15-20-jugis oblongo-linearibus obtusis; capitulis pedunculatis axillaribus. ♄ — Species affinis *A. giraffae* Willd. — Crescit in Mexico in planitiebus Tlacolula et Etla.

35. A.? OBLIQUIFOLIA Mart. et Galeotti l. c. 317. — Caule glabro; spinis stipularibus rectis brevibus, petiolis pubescentibus, apice glandulosis; foliis conjugato-pinnatis, pinnarum foliolis unijugis obliquis ovato-oblongis emarginatis nitidis glaberrimis marginatis; florum capitulis laxe racemosis; pedunculis villosis. ♄ — Legumen ignotum. — Crescit in Mexico prope Oaxaca.

36. A. HIRTA Mart. et Galeotti l. c. 318. — Caule dense rufo-hirsuto uncinato-aculeato; foliis sessilibus bipinnatis glabriusculis approximatis, pinnis sub-20-jugis, foliolis 20-30-jugis minutis oblongis ciliatis; capitulis pedunculatis axillaribus fasciculatis subquinis. ♄ — Folia 4-pollicaria, pinnae ¾ poll. longae, pinnulae vix bilineares, pedunculi subpollicares retrorsum hirsuti, flores flavi, stamina breviter exserta. — Crescit in sylvis prope Yopoletepeque.

37. A. LANATA Mart. et Galeotti l. c. 315. — Spinis geminis validis plano-convexis; caule arboreo; ramulis, petiolis, pedunculis foliisque praesertim junioribus flavescenti-lanatis; foliis bipinnatis, pinnis sub-20-jugis, foliolis minutis linearibus multijugis approximatis; capitulis axillaribus subfasciculatis breviter pedunculatis. ♄ — Legumen ignotum. — Crescit in Mexico in rupibus calcareis de la Misteca Alta.

38. A. RUFA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 290. — Frutex arborescens subscandens: ramis verruculosis, ramulis magis minusve angulatis una cum petiolis junioribus, pedunculis, bracteis calycibusque rufo-tomentosis; foliis aculeo recurvo crassiusculo parvo suffultis, dein puberulis, pinnis 4-6-jugis, pinnulis 8-12-jugis oblongis vel obovato-oblongis mucronulatis inaequilateris; capitulis in axilla ternis pedunculatis racemoso-paniculatis; bracteis deciduis; floribus albis; corolla sericea, apice quinquefida rufa; filamentis flexuosis, antheris viridibus; leguminibus planis (?) membranaceis. ♄⌣? — Quoad habitum et folia magnopere iconem Rheed. Hort. Malab. VI. t. 4. refert, sed rami subinermes. — Crescit in insula Java.

† *Icones addendae.*

A. BIFLORA R. Br. — Paxton, Magaz. of bot. IX. 221. (c. ic.)
A. LONGIFOLIA Willd. — Paxton l. c. IV. 197. (c. ic.)
A. NERVOSA DC. — Gardn. Sertum plant. t. 4.
A. OXYCEDRUS Sieb. — Paxton l. c. III. 151. (c. ic.)
A. PULCHELLA R. Br. — Paxton l. c. IV. 198. (c. ic.)
A. SPECTABILIS A. Cunn. — Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 46.
A. VESTITA Ker. — Paxton l. c. III. 145. (c. ic.)

XXI. LYSILOMA *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 82.)

Calyx campanulatus quinquedentatus. Corolla subinfundiformi-campanulata quinquefida, laciniis membranaceis. Stamina indefinita (saepius infra 30) corolla vix triplo longiora, basi in tubum a corolla liberum coalita. Ovarium sessile vel breviter stipitatum. Legumen (in *L. stipulari* et *L. rostrato*) lineare rectum vel vix falcatum plano-compressum, margine incrassato integro a valvulis submembranaceis maturitate solutis. — Frutices vel arbores in America calidiore indigeni, habitu *Acaciis* similes inermes. Sti-

pulae saepius foliaceae vel membranaceae. Folia bipinnata, pinnis foliisque plurijugis. Glandula petiolaris elevata, jugales paucae. Pedunculi axillares solitarii vel fasciculati nunc in ramos racemose oligocephalos aphyllos abeuntes. Flores saepius numerosi parvi sessiles, staminibus rarius semipollice longioribus.

** Floribus globoso-capitatis.*

1. L. BAHAMENSE Bth. l. c. — Glabrum vel vix pilosulum: stipulis amplis falcato-ovatis acutis dimidiatis; pinnis 2–4-jugis, foliolis 10–20-jugis oblique ovatis oblongisve glabris. ♄ — Stipulae semipollicares. Petioli crassiusculi 2–3 poll. longi, partiales jugi infimi circa 2 poll., jugi ultimi saepe 3–3½ poll. longi. Foliola 3–6 lin. longa acutiuscula vel saepius obtusa. Pedunculi fasciculati axillares vel rarius fasciculi breviter racemosi. Bracteae versus apicem pedunculi 1–3 parvae heteromorphae, saepe deficientes. Capitula densa, neglectis staminibus 4 lin. crassa. Stamina circiter 20 semipollicaria. — Bahamas.

2. L. SCHIEDEANUM Bth. l. c. 83. — Bth. in Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 91. t. 31. — Glabrum vel ramulis petiolisque minute puberulis: stipulis amplis semicordatis membranaceis; pinnis 6–8-jugis, foliolis multijugis linearibus glabris. ♄ — Stipulae 3–6 lin. longae. Petioli 3–5-pollicares, partiales subbipollicares. Foliola 20–30-juga obtusiuscula 2–3 lin. longa subglaucescentia. Pedunculi nunc solitarii monocephali, nunc in ramos 2–3-cephalos bracteatos abeuntes. Capitula magnitudine praecedentis. Stamina 15–20 corolla subtriplo longiora, basi in tubum corolla vix breviorem coalita. Legumen 5-pollicare, 8–9 lin. latum stipitatum, apice longiuscule cuspidatum. — *Acacia*.....? Schlchtd. Linnaea XII. 573. — Crescit in Mexico ad Hacienda de la Laguna.

3. L. AURITUM Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 82. — Ramulis, petiolis pedunculisque tomentellis; stipulis amplis semicordatis longe acuminatis membranaceis, pinnis 20–25-jugis, foliolis multijugis ciliatis linearibus. ♄ — *Acacia aurita* Schlchtd. Linnaea XII. 572. — Crescit in Mexico.

4. L. MICROPHYLLUM Bth. l. c. — Pubescens: stipulis lanceolatis acuminatis pubescentibus; pinnis 5–8-jugis, foliolis multijugis parvis, subtus puberulis. ♄ — *Acacia arborea* Bth. Pl. Hartweg. 13. (nec Willd.) — Crescit in Mexico.

*** Floribus cylindraceo-spicatis.*

5. L. ACAPULCENSE Bth. l. c. — Ramulis junioribus petiolisque pilosulis; stipulis obsoletis, petioli glandulis depressis, pinnis sub-9-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus glabris. ♄ — *Acacia Acapulcensis* Kth. Mimos. 78. t. 24. — Crescit in Mexico ad Acapulco.

6. L. DESMOSTACHYUM Bth. l. c. 84. — Ramulis petiolisque velutino-pubescentibus; stipulis obsoletis; petioli glandulis elevato-conicis; pinnis 7–12-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus adpresse pilosulis. ♄ — *Acacia desmostachya* Bth. Plant. Hartwg. 13. — Crescit in Mexico.

7. L. ROSTRATUM Bth. l. c. — Scandens, glabrum: stipulis obsoletis; (?) petioli glandula cupuliformi; pinnis 6–8-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus acutis. ♄ — Legumen 2½–3-pollicare, 5 lin. latum, breviter rostratum; flores ignoti, sed staminum vestigia circa legumen plurima. — *Acacia rostrata* Humb. in Willd. Spec. plant. IV. 1060. — *Mimosa ignava* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. VI. 259. — Crescit ad fluvium Magdalenae.

† *Species dubiae.*

8. *L. (MIMOSA Vahl, Eclog. pl. Am. III. 37. t. 29.) NIGRICANS Bth. l. c. — *Acacia Rohriana* DC. Prodr. II. 457.

9. *L. DIVARICATUM Bth. l. c. — *Mimosa divaricata* Jcq. Hort. Schoenbr. III. 76. t. 395. — *Acacia divaricata* Willd. Spec. pl. IV. 1070. — DC. Prodr. II. 469. no. 211.

XXII. ALBIZZIA *Durazzini.*

(Durazzini mss. ex Boivin, Encyclop. du XIX. Siècle II. 32. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 84.)

Flores plerique hermaphroditi. Calyx campanulatus vel tubulosus quinquedentatus. Corolla infundibuliformis. Stamina indefinita, saepius numerosa, basi in tubum coalita. Legumen planum siccum membranaceum vel chartaceum tenuiter marginatum indehiscens vel in valvulas membranaceas nec elastice nec contortim dehiscens. Semina funiculo filiformi appensa. — Arbores vel frutices inermes, Africae, Asiae vel Australasiae incolae. Folia bipinnata, glandulae petiolares jugalesque *Acaciarum* in omnibus speciebus magis minusve conspicuae. Stipulae nonnumquam membranaceae, saepius setaceae vel obsoletae. Pedunculi axillares vel racemosi non suprapositi. Flores globoso-capitati vel spicati saepius speciosi, staminibus longis albidis, roseis vel rarius purpurascentibus, comosi. Flores 1-3 centrales nonnumquam difformes, corolla elongato-tubulosa, staminum tubo longe exserto.

§. 1. *Spiciflorae. Pinnae et foliola plurijuga. Spicae cylindricae. — Species Australasicae.*

1. A. (ACACIA Labill. Sert. Caled. t. 67.) FULGENS Bth. l. c. 85. — Subglabra: pinnis 2–3-jugis, foliolis 3–4-jugis ovali- vel oblongo-rhombeis, basi longe angustatis subcoriaceis, glandula parva inter pinnas et foliola omnia; spicis laxiusculis elongatis; legumine bivalvi recto vel leviter falcato. ♁ — *Acacia cyclosperma* DC. Prodr. II. 456? — Crescit in Nova Caledonia.

2. A. (ACACIA Labill. l. c. t. 66.) GRANULOSA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque puberulis; pinnis 2–6-jugis, foliolis 10–14-jugis rhombeo-ovatis oblongisve, basi valde obliquis glabris, glandula infra pinnas infimas, jugalibus subnullis; spicis laxiusculis elongatis; legumine bilvalvi subfalcato. ♁ — Crescit in Nova Caledonia.

3. A. (ACACIA Willd. — DC. Prodr. II. 457.) LOPHANTHA Bth. l. c. 86. — Ramulis, petiolis pedunculisque velutino-puberulis; glandula in medio petiolo, jugalibus paucis parvis, pinnis 8–10-jugis, foliolis multijugis linearibus obtusiusculis, subtus sericeo-puberulis; spicis cylindricis; floribus pedicellatis; legumine bivalvi recto. ♁ — Crescit in Nova Hollandia occidentali (Swan River, King George's Sound, Geographer's Bay etc.)

§. 2. *Macrophyllae. Pinnae unijugae. Foliola paucijuga ampla pluripollicaria. Capitula globosa.*

4. A. (MIMOSA Rxb. Fl. Ind. orient. II. 544. — INGA Wall. Cat. 5267. ex p.) LUCIDA Bth. l. c. — Glabra: stipulis deciduis; foliolis subbijugis ovali-oblongis acuminatis subaequilateris penninerviis, supra nitidis; glandula in petiolo et sub foliolis supremis; pedunculis fasciculatis paniculatis; capitulis 6–10-floris; floribus sessilibus glabriusculis; calyce tubuloso corolla subquadruplo breviore; ovario breviter stipitato glabro. ♁ — *Pithecolobio bigemino* habitu affinis est, sed etiam florida primo adspectu distinguitur pedunculis non suprapositis. Foliola 2–3-pollicaria. Legumen 8–9-pollicare, 15 lin. latum. — Crescit in India orientali (Nepal, Assam, Melloon).

5. A. (INGA Grah. in Wall. Catal. 5273.) UMBROSA Bth. l. c. — Glabra: stipulis parvis persistentibus rigidulis; foliolis uni- vel sesquijugis amplis ovali-oblongis acuminatis, parum inaequilateris penninerviis, supra nitidis, glandula inter pinnas et inter foliola; pedunculis axillaribus; capitulis paucifloris globosis; floribus sessilibus glabris; calyce campanulato, corolla infundibuliformi-campanulata triplo breviore; ovario sessili glabro. ♁ — Foliola 4–6-pollicaria, interdum subpedalia. Flores duplo fere majores quam in praecedente. — In India orientali (Sillet).

§. 3. *Obtusifoliae. Pinnae plurijugae (2-6-jugae). Foliola plurijuga ovata vel oblonga (½-1½-pollicaria) obtusa, parum inaequilatera, nervo centrali vel parum excentrico. Stipulae obsoletae vel deciduae. Capitula globosa.*

6. A. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 466.) LEBBEK Bth. l. c. 87. — Ramulis foliisque glabris vel vix minute puberulis; pinnis 2-4-jugis, foliolis 5-9-jugis oblique ovali-oblongis obtusissimis inaequilateris subsessilibus; glandula magna prope basin petioli, jugalibus parvis pluribus vel rarius subnullis; pedunculis elongatis in axillis supremis fasciculatis subracemosis; capitulis amplis multifloris; floribus breviter pedicellatis glabris puberulisve; calyce corolla dimidio breviore; ovario sessili glabro; legumine longissimo glabro. ♁ — *Acacia speciosa* Willd. — DC. l. c. — *Mimosa Sirissa* Rxb. Fl. Ind. orient. II. 544. — *Albizzia latifolia* Boivin, Encycl. du XIX. Siècle II. 33.

β. pubescens: ramulis, foliis inflorescentiaque molliter pubescentibus.

γ. parviflora: — *Acacia macrophylla* Bnge. — Crescit vulgaris in Asia et Africa tropica saepeque mittitur ex India occidentali culta.

7. A. RHOMBIFOLIA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque puberulis; stipulis deciduis; pinnis 2-3-jugis, foliolis 3-6-jugis obovali-oblongis rhombeisve obtusis inaequilateris, supra glabris, subtus pilosulis, glandulis jugalibus ad pinnas et foliola omnia vel superiora, petiolari nulla; pedunculis fasciculatis subracemosis; capitulis multifloris; floribus pedicellatis glabris; calyce campanulato 5-fido, corolla dimidio breviore; ovario subsessili piloso. ♁ — Folia fere *Zygiae Brownii*. Flores omnino *Albizziae*. — Crescit in Senegambia.

8. A. (MIMOSA Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 95. † — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 882. no. 195.) GLABERRIMA Bth. l. c. 88. — Ramulis puberulis; pinnis 1-3-jugis, foliolis 3-5-jugis rhombeo-ovatis obliquis subacutis venosis glaberrimis, glandula in medio petiolo et inter foliola superiora; pedunculis axillaribus solitariis ternisve; capitulis multifloris; floribus pedicellatis glabris; calyce tubuloso campanulato 5-dentato corolla dimidio breviore. ♁ — Crescit in Guinea.

9. A. (INGA Guill. et Perr. Tent. fl. Senegamb. I. 236.) FERRUGINEA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-velutinis; stipulis inconspicuis; pinnis 2-5-jugis, foliolis 10-20-jugis oblongis obtusis, utrinque molliter pubescentibus, supra demum glabratis, glandula magna supra basin petioli, jugalibus parvis paucis; pedunculis axillaribus solitariis geminisve ferrugineo-velutinis; capitulis amplis multifloris; calyce tubuloso ferrugineo-villoso, corolla pubescente subtriplo breviore; ovario sessili glabro. ♁ — *Acacia malacophylla* Steud. Hb. un. itin. Abyss. 521. — Crescit in Senegambia et Abyssinia.

10. A. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 466.) ODORATISSIMA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque minute puberulis; stipulis deciduis; pinnis 3-8-jugis, foliolis 8-25-jugis late oblongis acutiusculis vel obtusis valde inaequilateris, subtus glaucis, glandula prope basin petioli et inter pinnas superiores; panicula polycephala; capitulis paucifloris; floribus sessilibus pubescentibus; calyce corolla 4-5-plo breviore; ovario subsessili glabro. ♁ — *Albizzia micrantha* Boivin l. c. — Flores in hac et sequentibus speciebus multo minores quam in praecedentibus. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

11. A. (ACACIA DC. l. c. 467.) LEBBEKIOIDES Bth. l. c. 89. — Ramulis petiolisque pilosulis; pinnis 3-8-jugis, foliolis multijugis ovato-oblongis acutiusculis, basi obliquis glabris, subtus glaucis, glandula ad basin petioli, jugalibus paucis parvis; legumine oblongo. ♁ — Crescit in insula Timor.

12. A. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 466. — MIMOSA Rxb. Plant. Corom. I. 2. t. 21.) PROCERA Bth. l. c. — Ramulis leviter angulatis; foliis junioribus sericeo-puberulis, demum glabratis, pinnis 3-4-jugis, foliolis 6-8-jugis oblique ovali-oblongis obtusis vel acutiusculis inaequilateris petiolulatis, glandula magna ad basin

petioli, jugalibus paucis parvis; panicula laxa, pedunculis plerisque 2–3–nis; capitulis 15–20–floris; floribus sessilibus; calyce 5–dentato corolla vix triplo longiore; ovario subsessili glabro. ♁ — *Mimosa (Acacia* Grah. in Wall. Catal. 5233.) *elata* Rxb. — *Mimosa coriacea* Blanco, Flora de ilas Filipinas 734. — In India orientali insulisque Philippinis.

13. A. MILLETTI Bth. l. c. — Ramulis subteretibus petiolisque glabris; stipulis deciduis; pinnis 3–6–jugis, foliolis 4–10–jugis obovato–oblongis obtusis retusisve, basi obliquis glabris, glandula parva prope basin petioli, jugalibus raris vel nullis; panicula laxa, pedunculis plerisque 2–3–nis; capitulis paucifloris; floribus sessilibus; calyce dentato corolla quadruplo breviore; ovario breviter stipitato glabro. ♁ — Habitus et folia fere *A. retusae*, flores minores densiores, fere glabri, corolla basi minus attenuata, ovarium brevius. Stamina breviter monadelpha. Legumen semipedale, 1¼ poll. latum. — Crescit in China prope urbem Macao.

14. A. RETUSA Bth. l. c. 90. — Ramulis subteretibus petiolisque glabriusculis; pinnis 4–6–jugis, foliolis 6–10–jugis obovato–oblongis obtusis retusisve, basi obliquis, utrinque glabris, glandula subimmersa ad basin petioli, jugalibus ad folia et pinnas supremas; panicula laxa, pedunculis plerisque 2–3–nis; floribus pedicellatis minute puberulis; calyce truncato subdentato corolla triplo breviore; ovario breviter stipitato glabro. ♁ — Foliola 6–9 lin. longa, 3–4 lin. lata, margine subrevoluta. Capitula 10–15–flora. Corolla 3 lin. longa. Stamina numerosa fere pollicaria, tubo corollam excedente. — Crescit in insulis Philippinis.

§. 4. *Microphyllae. Pinnae multi- (saepius* 10–18–*)jugae. Foliola multijuga linearia parva* (1–3 *lin. longa*) *obtusiuscula, parum inaequilatera, nervo centrali vel parum excentrico. Capitula globosa.*

15. A. MYRIOPHYLLA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pubescentibus; stipulis subulatis deciduis vel hinc inde persistentibus indurato–conicis; pinnis 15–18–jugis, foliolis multijugis parvis oblongo–linearibus falcatis, glandula magna prope basin petioli, jugalibus paucis parvis; pedunculis fasciculatis paniculatis; capitulis parvis 10–20–floris; floribus sessilibus puberulis; calyce campanulato corolla pluries breviore; ovario breviter stipitato minute puberulo. ♁ — Capitula quam in sequente minora, folia majora, foliolis minoribus. — *Acacia microphylla* Rxb. — *Acacia myriophylla* Grah. in Wall. Cat. 5242. — Crescit in India orientali (Sillet).

16. A. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 469.) AMARA Boivin l. c. — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque velutino–pubescentibus; pinnis 7–11–jugis approximatis, foliolis multijugis parvis oblongo–linearibus falcatis, glandula in petiolo et inter pinnas supremas; pedunculis in axillis supremis fasciculatis subracemosis; capitulis 12–20–floris; floribus sessilibus puberulis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario stipitato glabro. ♁ — *Acacia nellyrenza* Grah. in Wall. Cat. 5240. — *Acacia Wightii* Grah. in Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 274. — Crescit vulgaris in peninsula Indiae orientalis.

17. A. (ACACIA Fnzl. mss.) SERICOCEPHALA Bth. l. c. 91. — Ramulis petiolisque velutino–pubescentibus; stipulis parvis deciduis; pinnis 10–20–jugis approximatis, foliolis multijugis parvis imbricatis linearibus, utrinque sericeis, glandula in petiolo, jugalibus paucis parvis; pedunculis fasciculatis subracemosis; capitulis globosis; floribus sessilibus sericeis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario substipitato puberulo. ♁ — Species vix ac ne vix a praecedente distincta foliolis parvis numerosis, pube subsericea et leguminibus junioribus puberulis. — Crescit in Abyssinia, Aethiopia et Sennaar.

§. 5. *Falcifoliae. Pinnae pluri- vel saepius multijugae. Foliola multijuga falcata acuta, nervo margini interiori approximato. Capitula globosa.*

18. A. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 469.) JULIBRISSIN Boivin l. c. — Bth. l. c. — Glabra vel ramulis foliisque junioribus pubescentibus; stipulis linearibus deciduis; pinnis

7-11-jugis; foliolis multijugis falcato-oblongis acutis, nervo marginali, glandula prope basin petioli, jugalibus paucis vel nullis; pedunculis elongatis subracemosis; capitulis amplis multifloris; floribus sessilibus sericeo-puberulis glabratisve; calyce corolla subtriplo breviore; ovario sessili minute puberulo. ♁ — Legumen glabrum vel magis minusve pubescens. — *Acacia hemu* Willd. — DC. l. c.

β. mollis: foliis floribusque molliter pubescentibus. — *Acacia Albizzia* Boivin l. c. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 925. no. 8. *mollis* Wall. Plant. Asiat. rar. II. 76. t. 177. — *Acacia Isembergiana* Schimp. Plant. Abyss. un. itin. IIb. 275. — Crescit in Nepalia et in Abyssinia (!?).

19. A. (ACACIA DC. l. c. 469.) STIPULATA Bth. l. c. 92. — Ramulis petiolisque junioribus pubescentibus; stipulis amplis membranaceis acuminatis deciduis; pinnis 7-20-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus falcatis acutis, nervo marginali, glandula prope basin petioli et inter pinnas superiores; pedunculis racemoso-paniculatis; capitulis 10-20-floris; floribus sessilibus sericeo-puberulis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario subsessili glabro. ♁ — *Acacia (Mimosa Rxb.) Smithiana* Wall. Cat. 5237. — *Acacia marginata* Hamilt. in Wall. Cat. 5243. — Crescit in India orientali (Zeylania, Nepal, Chittagong, Attran).

20. A. FORBESII Bth. l. c. — Ramulis petiolisque velutino-pubescentibus; stipulis parvis deciduis; pinnis 2-4-jugis, foliolis 10-15-jugis falcato-oblongis obtusis, nervo submarginali utrinque rufo-sericeis vel supra demum glabratis; pedunculis longiusculis axillaribus; capitulis multifloris; floribus sessilibus rufo-sericeis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario subsessili glabriusculo. ♁ — Crescit in Delagoabay in Africae ora orientali.

XXIII. (6836.) ZYGIA *P. Brown.*

(P. Brown. Jamaic. 279. t. 22. fig. 3. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 928. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 92.)

Calyx tubulosus quinquedentatus. Corolla infundibuliformi-tubulosa breviter quinqueloba. Stamina plurima connata in tubum corolla multo longiorem in alabastro spiraliter tortum, apice libera. Legumen et habitus *Albizziae*.

1. Z. BROWNEI Wlprs. l. c. — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque minute tomentellis; pinnis 2-4-jugis, foliolis 3-4-jugis oblique ovato-rhombeis, utrinque glabris, extimis majoribus. ♁ — *Inga Zygia* DC. Mém. Legum. 440. t. 65. et Prodr. II. 440. — Crescit in Senegambia.

2. Z. FASTIGIATA E. Mey. Comment. plant. Afric. austr. I. 165. — Wlprs. l. c. — Bth. l. c. — Ramis petiolisque ferrugineo-tomentosis; pinnis 5-6-jugis, foliolis 8-15-jugis oblique trapezoideo-oblongis, supra glabris, subtus pubescentibus, ultimis minoribus. ♁ — Crescit in Senegambia et ad Port Natal.

3. Z.? (INGA Willd. Spec. pl. IV. 1027. — DC. Prodr. II. 440.) SASSA Bth. l. c. 93. — Pinnis 3-4-jugis, foliolis 12-jugis oblongo-ovatis; floribus umbellato-paniculatis; staminibus ultra corollam monadelphis. ♁ — *Sassa* Bruce, Itiner. 5. t. 4-5. — Crescit in Abyssinia.

† *Species excludenda.*

Z. VIRGULTOSA E. Mey. = INGA VIRGULTOSA DC.

XXIV. CALLIANDRA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 137. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 925. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 93.)

Flores plerique hermaphroditi. Calyx campanulatus quinquedentatus vel rarius quinquefidus, saepius striatus. Corolla infundibuliformi-campanulata, rarius subtubulosa, laciniis striatis vel tenuiter membranaceis. Stamina indefinita, saepius numerosa, corolla pluries longiora, basi in tubum coalita et corollae saepius magis minusve adnata. Legumen lineare rectum

vel vix falcatum compressum, in valvulas 2 lignosas coriaceas vel membraceas, marginibus valde incrassatis ab apice ad basin elastice dehiscens, intus uniloculare epulposum. Seminum funiculus saepius brevis. — Frutices vel arbores parvae Americae calidioris incolae, saepius inermes. Folia bipinnata, petiolo rhachidibusque fere in omnibus eglandulosis. Stipulae in ramulis floriferis vel ad basin pedunculorum saepius persistentes subimbricatae foliaceae membranaceae vel induratae, in ramulis vegetioribus nonnumquam deciduae, rarius in spinam postice utplurimum reflexam mox patentem vel surrectam productae. Capitula florum globosa pedunculata vel rarius sessilia in axillis foliorum superiorum vel in racemo terminali, solitaria, gemina vel rarius plura, staminibus ultrapollicaribus purpureis vel albis comosa speciosa. Flores centrales saepius ut in *Albizzia* difformes, corolla elongato-tubulosa, staminum tubus longe exsertus.

§. 1. *Macrophyllae. Pinnae et foliola* 1-4-*juga. Foliola ultima ultrapollicaria (usque ad* 8 *poll. longa), basi valde obliqua, inferiora praesertim interiora multo minora. Flores sessiles. Calyx obtuse et breviter quinquedentatus.*

1. C. AMAZONICA Bth. l. c. 94. — Glabra: stipulis falcato-ovatis acutis membranaceis; pinnis unijugis, foliolis unijugis maximis falcato-ovatis obtuse acuminatis 2-3-nerviis; pedunculis fasciculatis remote racemosis, racemis subpaniculatis; calyce glanduloso-ciliato semiquinquefido, corolla turbinato-campanulata triplo breviore. ♁ ◡? — Stipulae subsemipollicares. Foliola 5-7 poll. longa. Paniculae rami divaricati. Capitula magnitudine *C. Portoricensis*. Legumen junius planum margine crasso, maturum.....? — Crescit ad fluvium Amazonum.

2. C. TRINERVIA Bth. l. c. — Glabra: stipulis.....?; pinnis unijugis, foliolis unijugis amplis vel tertio minore accedente sesquijugis falcato-ovatis obtuse acuminatis nitidis, subtus elevato-2-3-nerviis; pedunculis fasciculatis; calyce breviter dentato corolla tenui infundibuliformi-tubulosa pluries breviore. ♁ — Rami verrucosi, ramuli floriferi abbreviati stipularum vestigiis obtecti. Petioli laeves. Foliola 3-4-pollicaria, tertio vix pollicari vel deficiente. Calyx semilineam longus. Corolla 3½ lin. longa, tubo elongato tenui. Stamina subpollicaria, tubo longe exserto. Legumen.....? — Crescit in Brasilia boreali ad Rio Negro.

3. C. CARBONARIA Bth. l. c. 95. — Glabra: stipulis lanceolato-subulatis deciduis parvis; pinnis unijugis, foliolis amplis unijugis vel tertio accedente minimo sesquijugis falcato-oblongis obtuse acuminatis opacis, subtus elevato-2-3-nerviis; pedunculis axillaribus fasciculatis; calyce breviter dentato corolla tubuloso-campanulata 3-4-plo breviore; legumine coriaceo crasso marginato glabro. ♁ — Frutex elatus vel arbor parva, *C. trinerviae* similis. Foliola angustiora 3-5-pollicaria, tertio sublanceolato vix pollicari saepe deficiente. Capitula multiflora densa. Calyx lineam, corolla 2 lin. longa, tubo in faucem elongatam ampliato. Staminum tubus longiuscule exsertus. — Crescit in provincia Popayan ad fluvium Palace et Rio Blanco.

4. C. (INGA H. B. Kth. — DC. Prodr. II. 438.) EMARGINATA Bth. l. c. — Glabra: stipulis lanceolato-subulatis parvis; pinnis unijugis, foliolis sesquijugis oblique obovato-oblongis obtusiusculis dimidiato-cordatis coriaceis subtrinerviis; pedunculis fasciculatis subpaniculatis; calycibus dentatis corolla infundibuliformi-tubulosa 5-6-plo brevioribus. ♁ — Crescit in Mexico prope Acapulco.

5. C. (INGA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XII. t. 41.) HARRISII Bth. l. c. — Ramulis puberulis; stipulis parvis falcatis; pinnis unijugis, foliolis sesquijugis oblique obovato-falcatis, utrinque puberulis uninerviis reticulato-venosis; pedunculis axillaribus fasciculatis villosis; calycis dentibus glanduloso-puberulis; corolla subinfundibuliformi calyce triplo longiore. ♁◡ — Folia subbipollicaria obtusa, pube sparsa in pagina inferiore densiore obsita. Pedunculi vix pollicares. Capi-

tula majuscula. Calyx 1¼ lin. longus, tubo striato, dentibus ovatis obtusissimis incrassatis. Corolla 4 lin. vel paullo longior. Stamina semipollicaria ultra corollam connata purpurascentia. — Crescit in Mexico.

6. C.? (INGA H. B. Kth. ex Willd. Spec. pl. IV. 1010.) CORIACEA Bth. l. c. — Glabra? pinnis unijugis, foliolis sesquijugis oblongo-lanceolatis acutiusculis subdimidiatis rigidis coriaceis; pedunculis axillaribus fasciculatis; legumine lineari recto glabro. ♁ — Rami teretes fusci. Foliola terminalia bipollicaria, inferiora sesquipollicaria. Capitula circiter 12-flora. Legumen tripollicare. — Crescit in America australi.

7. C. (INGA Willd. — DC. l. c. 437.) TERGEMINA Bth. l. c. 96. — Glabra: stipulis parvis ovato-lanceolatis; pinnis unijugis, foliolis sesquijugis oblique obovali-oblongis obtusis; pedunculis petiolo longioribus; floribus glabris; calycibus minutis corolla multoties brevioribus; legumine plano glabro, valvulis membranaceo-coriaceis, margine incrassatis. ♁ — Crescit in insulis Martinica, Dominica et Sti. Vincentii.

8. C. CYLINDROCARPA Bth. l. c. — Glabra: stipulis parvis ovato-lanceolatis; pinnis unijugis, foliolis sesquijugis, oblique obovali-oblongis obtusis; pedunculis petiolum subaequantibus; floribus glabris; calycibus corolla vix triplo brevioribus; legumine lignoso subtereti vix marginato glabro. ♁ — Species foliis *C. tergeminae* affinis, calyce et fructu distinctissima. Legumen 4-pollicare laeve, marginibus non prominentibus, valvulis crassis lignosis semiteretibus, more generis post dehiscentiam elastice revolutis. — Crescit in Brasilia tropica prope Rio de Janeiro.

9. C. (INGA Cham. et Schlechtd. Linnaea V. 592.) CANESCENS Bth. l. c. — Molliter pubescens: stipulis parvis ovato-lanceolatis acutis; pinnis unijugis, foliolis sesqui- aut bijugis, oblique obovali-oblongis obtusis uninerviis reticulato-venosis; pedunculis rigidulis petiolo longioribus; floribus villosis; calyce tubuloso, apice puberulo, corolla turbinato-subinfundibuliformi dimidio breviore. ♁ — Habitu et foliis *C. tergeminae* affinis, inprimis pube diversa, a *C. Harrisii* foliolis dimidio minoribus, ab utraque floribus differt. — Crescit in Mexico.

10. C. GUILDINGII Bth. l. c. — Glaberrima: stipulis ovatis, acute acuminatis; pinnis unijugis, foliolis 2-3-jugis, ultimis oblique ovatis, inferioribus rhomboideis, omnibus nitidis; pedunculis petiolo longioribus; calycibus tubuloso-campanulatis striatis corolla plus duplo brevioribus; legumine lignoso falcato, marginibus incrassatis, basi longe attenuato. ♁ — Foliola terminalia sesquipollicaria, inferiora minora inaequalia glaberrima subtrinervia reticulato-venosa. Corolla 5 lin. longa, semiquinquefida membranacea. Stamina 2½-pollicaria pauca, tubo subexserto. Legumina 4-5-pollicaria. — Crescit in insula Sti. Vincentii.

11. C. FALCATA Bth. l. c. 97. — Ramulis molliter rufo-villosis; stipulis lanceolato-subulatis elongatis rigidis striatis; pinnis unijugis, foliolis 3-4-jugis falcato-semiovatis 2-3-nerviis, supra parce, subtus densius pubescentibus; pedunculis petiolo communi pluries longioribus; calyce campanulato brevissime dentato, corolla subinfundibuliformi subquadruplo breviore. ♁ — Stipulae fere semipollicares. Foliola ultima 2-3-pollicaria, inferiora multo minora, omnia rigide membranacea, breviter et obtuse acuminata, venis reticulatis utrinque prominulis. Pedunculi sesquipollicares. Calyx striatus. Corolla 3 lin. longa, apice rufo-pubescens, limbo amplo late quinquefido. Stamina numerosa basi breviter monadelpha bipollicaria vel paullo longiora. Legumen.....? — Crescit in Mexico.

12. C. (INGA Kth. — DC. l. c. 439.) MOLLISSIMA Bth. l. c. — Ramulis hirto-tomentosis; stipulis ovato-lanceolatis acuminatis; pinnis unijugis, foliolis 4-jugis oblique obovatis binerviis, utrinque mollissime sericeo-villosis; pedunculis petiolo communi longioribus; calyce campanulato acuto dentato corolla infundibuliformi quadruplo breviore; legumine tomentoso-hirto. ♁ — Crescit inter fluvium Amazonum et Rio de Chota in provincia Jean de Bracamoras.

§. 2. *Laetevirentes. Foliola pluri- vel saepius multijuga parva (vix semipollicaria nec unquam, nisi in C. capillata pollicaria), membranacea, laete virentia nec nitida. Flores sessiles. Calyx ad medium profunde quinquefidus. Filamenta saepius albida vel rosea.*

13. C. CAPILLATA Bth. l. c. 98. — Glabra: stipulis late oblongis obtusis membranaceis striatis; pinnis 2-3-jugis, foliolis 3-4-jugis valde obliquis obovato-ellipticis; pedunculis tenuibus rigidulis in axillis subfasciculatis; floribus glaberrimis; calycis semiquinquefidi laciniis oblongis acutiusculis corolla plus dimidio brevioribus. ♁ — Stipulae 3 lin. longae, fere 2 lin. latae. Foliola pollice paullo longiora. Flores in capitulo numerosi. Corolla 2½ lin. longa, limbo amplo, laciniis striatis. Stamina circa 50 sesquipollicaria, basi breviter monadelpha. — Crescit in Mexico ad radices montis San Felipe.

14. C. (ACACIA Kth. — DC. l. c. 466.) FORMOSA Bth. l. c. — Arborea glaberrima: stipulis oblongis lanceolatisve striatis persistentibus; pinnis bijugis, foliolis 4-6-jugis obovato-ellipticis, basi valde inaequilatis; pedunculis filiformibus fasciculatis, in racemos axillares terminalesve dispositis; floribus glaberrimis. ♁ — Crescit in Mexico prope Guanoxuato.

15. C. (ACACIA Tweedie mss.) VIRIDIFLORA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabris vel ad articulationes pilosis; stipulis oblongo-lanceolatis; foliis eglandulosis; pinnis 2-3-jugis, foliolis 5-7-jugis dimidiatim obovato-oblongis membranaceis glabris, junioribus ciliatis; pedunculis axillaribus filiformibus petiolo sublongioribus; floribus glabris; calyce profunde quinquefido corolla parum breviore. ♁ — *C. formosae* et *C. filipedi* affinis. Stipulae 2-3 lin. longae rufescentes, membranaceae striatae ciliatae. Foliola ultima 8-10 lin. longa, par infimum caeteris pluries minus. Flores *C. filipedis*. — Crescit ad S. Jago del Estero.

16. C. SCUTELLIFERA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 139. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 926. no. 9. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 98. — Glabra vel ramulis petiolisque puberulis: stipulis linearibus acuminatis; pinnis 2-3-jugis, foliolis 6-9-jugis oblique obovato-olongis falcatis membranaceis, glandula magna scutelliformi ad basin petioli, jugalibus parvis ad pinnas fere omnes et pluribus in petiolis partialibus; pedunculis axillaribus terminalibusque filiformibus; floribus glabris; calyce semiquinquefido corolla dimidio breviore; legumine glabro, valvulis membranaceo-coriaceis incrassato-marginatis. ♁ — Habitus et inflorescentia *C. filipedis*. Folia latiora, pinnae pauciores, foliola parum majora, stipulae angustiores et glandulae diversae. Legumen 3-4-pollicare, fere *C. Portoricensis*. — Crescit in Brasilia ad Ribeira in provincia Minas Geraës.

17. C. FILIPES Bth. l. l. c. c. 139. et 99. — Wlprs. l. c. no. 8. — Ramulis petiolisque puberulis; stipulis lanceolato-falcatis; pinnis 3-4-jugis, foliolis 10-16-jugis dimidiato-oblongis vel oblongo-lanceolatis falcatis membranaceis mucronulatis glabris, junioribus ciliatis, glandulis parvis in petiolo communi partialibusve sparsis; pedunculis axillaribus filiformibus fasciculatis; floribus glabris; calyce profunde 5-fido corolla dimidio breviore. ♁ — Haec species et *C. scutellifera* ab omnibus hujus sectionis differunt petiolo glandulifero, caeterum *C. tetragonae* et *C. Portoricensi* affinis est. Ramuli obscure tetragoni. Stipulae 2-3 lin. longae. Glandulae quam in praecedente multo minores. Foliola 4-6 lin. longa. Corolla ample campanulata semiquinquefida, 2 lin. longa. Legumen....? — In Brasilia.

18. C. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 468.) TETRAGONA Bth. l. l. c. c. — Wlprs. l. c. no. 7. — Ramulis tetragonis petiolisque pilosis vel demum glabratis; stipulis lanceolatis persistentibus; pinnis 4-6-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus, basi valde inaequilateris glabris ciliatisve; pedunculis axillaribus subterminalibusque fasciculatis; floribus glabris; legumine glabro, valvulis tenuibus, margine incrassatis. ♁ — *Acacia quadrangularis* Lnk. — DC. l. c. — Crescit prope Caracas et Vera Cruz.

19. C. (ACACIA Willd. — DC. l. c. 467.) PORTORICENSIS Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 99. — Ramulis teretibus petiolisque pubescentibus glabratisve; stipulis

parvis lanceolatis linearibusve persistentibus; pinnis 2–4–, rarius 5–6–jugis, foliolis multijugis oblongo–linearibus, basi valde inaequilateris glabris ciliatisque; pedunculis in axillis superioribus solitariis fasciculatisve; floribus glabris; leguminibus glabris obtusis vel incurvo–mucronatis, valvulis tenuibus, margine inerassatis. ♁ — *Acacia (Calliandra* Bth. — Wlprs. l. c. 927. no. 26. *Caracasana* Willd. — DC. l. c. — *Acacia ungulata* Dsvx. — DC. l. c. 466. — *A. alba* Colla, Linnaea IV. Literaturbl. 55. — *A. Colleana* Pott. ex Steud. Nomencl. bot. (edit. 2. I. 4. — *Acacia Calliandra* Bth. — Wlprs. l. c. 927. no. 33. *vespertina* Macfd. Fl. Jamaic. I. 318. — Crescit in Mexico, Caracas et in insulis Indiae occidentalis.

20. C. ANGELICA Bth. l. c. 100. — Arborea: ramulis foliisque molliter pubescentibus; stipulis parvis lanceolatis; pinnis 1–2–jugis, foliolis 6–10–jugis oblongo–linearibus, utrinque pubescentibus membranaceis viridibus; pedunculis tenuibus puberulis, petiolo communi longioribus; floribus glabriusculis; calyce profunde quinquefido; corolla duplo breviore. ♁ — Stipulae rigidulae vix lineam longae. Foliola 2–3 lin. longa mollia, basi valde obliqua. Capitula quam in *C. Portoricensi* minora. Corollae vix linea longiores. — Crescit in Mexico prope Reglam.

21. C. MALACOPHYLLA Bth. l. c. — Tota molliter villosa: stipulis brevissimis; pinnis unijugis, foliolis 3–4–jugis oblique obovato–falcatis viridibus membranaceis; pedunculis fasciculatis petiolo communi longioribus; floribus glabriusculis; calyce profunde quinquefido corolla duplo breviore. ♁ — Similis *C. angelicae*. Stipulae saepe vix conspicuae. Foliola 3–4 lin. vel ultima 6 lin. longa obtusissima mollia. Capitulae fere *C. Portoricensis*. — Crescit in Mexico in radicibus montis San Felipe.

22. C.? (ACACIA Don. — DC. l. c. 468.) LAMBERTIANA Bth. l. c. — „Inermis: ramis teretibus foliisque puberulo–villosis; pinnis 2–3–jugis, foliolis 9–12–jugis ovali–oblongis, utrinque obtusis, petiolo eglanduloso; pedunculis 3–5 in racemum dispositis; capitulis subrotundis. ♁ — Stamina 20–25 exserta purpurea fere *Ingae purpureae*.“ — Crescit in Mexico.

§. 3. *Pedicellatae. Foliola Nitidarum vel interdum ampliora fere Macrophyllarum. Flores in umbellula pedicellati numerosi, filamenta saepius purpurea.*

23. C. OBOVATA Bth. l. c. 101. — Ramulis rufo–puberulis; stipulis parvis subulatis; pinnis 2–3–jugis, foliolis 2–4–jugis obovato–orbiculatis vel oblique subrhombeis uninerviis, junioribus ciliatis, demum glabris nitidis; pedunculis petiolo communi sublongioribus; floribus breviter pedicellatis; calyce turbinato dentato corolla subinfundibuliformi dimidio breviore. ♁ — Foliola rigidula, ultima 1–2 poll. longa. Petioli saepius eglandulosi, interdum vero glandula observatur parva inter pinnas jugi infimi. Pedunculi 2–3–pollicares. Capitula magna speciosa. Pedicelli fere 2 lin. longi, corolla 2 lin. vel paullo longior membranacea, minute puberula. Legumen deest. — Crescit in Brasilia.

24. C. TUBULOSA Bth. l. c. 101. — Ramulis lutescenti– vel ferrugineo–pubescentibus; stipulis lanceolato–linearibus; pinnis 2–4–jugis, glandula scutelliformi ad basin petioli jugalibusque saepe parvis inter foliola, foliolis 1–3–jugis oblique obovato–orbicularibus subrhombeisve, supra parce, subtus densius pubescentibus; pedunculis petiolo communi subbrevioribus; floribus breviter pedicellatis; calyce tubuloso ferrugineo–tomentoso breviter dentato, corolla semiquinquefida sericeo–villosa dimidio breviore. ♁ — Ramuli crassi sulcati. Stipulae circa 3 lin. longae rigidulae, saepius obtusae. Petioli communes semipedales. Foliola iis *C. obovatae* similes. Glandula petiolaris maxima, jugales paucae minimae. Capitula circa 10–12–flora. Pedicelli 2 lin , calyces 3 lin. longi, molliter tomentosi. Stamina bipollicaria. — Crescit in Brasilia in ripis Rio San Francisco.

25. C. LEPTOPODA Bth. l. c. — Glabra vel molliter pilosa: stipulis maximis foliaceis late cordatis multinerviis reticulatis; pinnis unijugis, foliolis 2–4–jugis obli–

que obovato-falcatis; pedunculis gracilibus petiolo longioribus; pedicellis filiformibus flore multoties longioribus. ♁ — Frutex tripedalis, nunc glaberrimus glaucescens, nunc totus pilis mollibus patentibus vestitus. Stipulae superiores fere pollicem longae et latae, consistentia et rete venarum foliolis similes. Foliola ultima fere pollicem longa, semipollicem lata. Flores parvi purpurei, in umbellula 15–20, pedicellis 6–9 lin. longis. Calyx vix semilineam longus. Corollae laciniae demum profunde solutae. Legumen junius planum, marginibus valde incrassatis, perfectum deest. — Crescit in Brasilia, Serra d'Açurua inter Boa Esperanza et Santa Anna das Merces.

26. C. PEDICELLATA Bth. l. c. 102. — Glabra vel ramulis pilosulis: stipulis plerisque ovato-lanceolatis adpressis, postice in spinulam patulam productis; pinnis unijugis, foliolis 4–7-jugis oblongis obtusis; pedunculis folio longioribus; floribus longe pedicellatis glabris; calycibus corolla plus duplo brevioribus; legumine sericeo-villoso, valvulis coriaceis incrassato-marginatis. ♁ — *C. haematommati* simillima sed pedicelli constanter calyce plus duplo longiores floresque albi. — *Acacia pilosa* Bertero in DC. l. c. 455. — Crescit in Hayti.

27. C. UMBELLIFERA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 141. — Wlprs. l. c. 927. no. 18. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 102. — Ramulis viscoso-puberulis; stipulis lanceolato-acutis; pinnis 1–2-, rarius trijugis, foliolis multijugis ovali-oblongis obtusis subciliatis; pedunculis folio longioribus; floribus (centralibus exceptis) longe pedicellatis viscidulis subglabris; corolla calyce quadruplo longiore; legumine glabro, valvulis membranaceis, margine cartilagineo-incrassatis. ♁ — Crescit in Brasilia (Crato in Ceará, Piauhy).

28. C. BLANCHETI Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pilosulis; stipulis lanceolatis acuminatis; pinnis unijugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus obtusiusculis falcatis; pedunculis petiolo brevissimo multoties longioribus; pedicellis calyce sublongioribus; calyce turbinato corolla plus dimidio breviore breviter quinquefido corollaque membranaceis glabris. ♁ — Frutex ramosissimus, ramulis floriferis brevibus, stipulis obtectis. Foliola 1½–2 lin. longa conferta rigidula nitida subciliata. Pedicelli exteriores 2 lin. longi. Corolla fere 4 lin. longa. Stamina bipollicaria. — Crescit in Brasiliae montibus Serra Jacobina.

§. 4. *Nitidae. Foliola plura saepius multijuga parva, rarius semipollicaria, nec unquam pollicaria, rigidula, supra nitida. Pedunculi axillares vel in ramulis abbreviatis subterminales pauci. Flores in capitulo sessiles (vel vix in C. Tweedii et turbinata brevissime pedicellati). Filamenta purpurea, rarius albida.*

* *Pinnis unijugis vel rarius subbijugis.*

29. C. (ACACIA DC. Mém. Legum. 449. t. 68.) HAEMATOMMA Bth. l. c. 103. — Glabra vel ramulis pilosulis: stipulis lanceolatis adpressis postice plerisque in spinulam patulam productis; pinnis unijugis, foliolis 4–7-jugis oblongis obtusis; pedunculis folio longioribus; calycibus corolla sericeo-pilosa subtriplo brevioribus; legumine sericeo-villoso, valvulis coriaceis incrassato-marginatis. ♁ — Domingo, Bahamas.

30. C. CHILENSIS Bth. l. c. — Adpresse pilosa: stipulis lanceolatis acutis rigidis; pinnis unijugis, foliolis 3–5-jugis parvis oblongis obtusis vel acutiusculis, utrinque adpresse pilosis; pedunculis petiolo communi longioribus; calycibus corolla pilosa dimidio brevioribus; legumine adpresse pubescente, valvulis rigide membranaceis, margine valde incrassatis. ♁ — Fruticulus rigidus tortuoso-ramosissimus. Stipulae parvae persistentes demum subpungentes. Petioli communes circa 2 lin., partiales 3 lin. longi. Foliola 1½–2 lin. longa crassiuscula uninervia punctata. Corolla 4 lin. longa, tubo brevi, limbo quinquefido. Stamina numerosa, Legumen sesquipollicare oligospermum. — Crescit in Chili.

31. C. SESSILIS Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 141. — Wlprs. l. c. 927. no. 17. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 103. — Glabra vel pilosula: pinnis unijugis,

foliolis multijugis falcato-oblongis obtusiusculis; capitulis sessilibus terminalibus; floribus glabris; calyce 5-dentato corolla dimidio breviore laciniisque corollae striatis. ♁ — Stipulae ovatae obtusae striatae, ramulos floriferos brevissimos obtegentes. Petiolus communis 1–2 lin., partiales 1–1½ poll. longi. Foliola 15–20-juga, 2–3 lin. longa. Capitula stipulis bracteaeformibus suffulta 15–20-flora. Calyx 1 lin., corolla 2 lin. longa. Stamina pauca. Legumen ignotum. — Crescit in Brasilia, Serra d'Açurua.

32. C. (ACACIA Mart. mss.) SQUARROSA Bth. l. c. 104. — Ramulis petiolisque pilosulis; stipulis lanceolatis acutis; pinnis 1–2-jugis, foliolis multijugis linearibus obtusis; pedunculis axillaribus terminalibusque petiolo brevissimo multoties longioribus; floribus glabris; calycibus brevissime dentatis corolla plus dimidio brevioribus corollisque striatis. ♁ — Fruticulus ramosissimus. Stipulae ad basin pedunculorum imbricatae induratae 1½–2 lin. longae. Petiolus communis 1–2 lin. longus, partiales fere pollicares. Foliola crebra sesquilinearia. Calyx lineam longus, dentes acuti, corolla 2½ lin. longa, limbo ample campanulato. Ovarium glabrum. — *Acacia Magdalenae* Bert. in DC. l. c. 455.? — Crescit in Brasilia.

33. C. (INGA Kth. in DC. l. c. 439.) TAXIFOLIA Bth. l. c. — Petiolis pubescentibus; pinnis unijugis; foliolis multijugis oblongis dimidiato-cordatis glabris; capitulis axillaribus solitariis paucifloris breviter pedunculatis. ♁ — In Andibus Quitensium.

34. C. BREVIPES Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 140. — Wlprs. l. c. 927. no. 16. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 104. — Glabra: pinnis unijugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus falcatis obtusiusculis glabris; pedunculis axillaribus terminalibusque subfasciculatis petiolo brevi longioribus; calyce minute 5-dentato ciliolato, extus corollaque glabris; legumine glabro, valvulis membranaceo-coriaceis crasso-marginatis. ♁ — Frutex ramosissimus. Stipulae minutae, rarius lineam longae. Petiolus communis 1–2 lin., partiales circa pollicem longi. Foliola 15–25-juga 1–3 lin. longa. Calyx vix semilineam, corolla 2 lin. longa, limbo ample campanulato. Stamina circa 20. Legumen 2–3-pollicare, margine fere lignoso. — Crescit in Brasilia.

35. C. (INGA Willd. — DC. l. c. 439.) PURPUREA Bth. l. c. — Glabra: stipulis lanceolatis acutis; pinnis unijugis, foliolis 3–7-jugis ovatis vel obovato-oblongis obtusis; pedunculis petiolo longioribus; floribus glabris; calycibus corolla triplo brevioribus; legumine glabro, valvulis coriaceis sublignosis incrassato-marginatis. ♁ — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

36. C. SURINAMENSIS Bth. l. c. 105. — Ramulis petiolisque pubescentibus; stipulis lanceolatis; pinnis unijugis, foliolis 8–10-jugis, oblique oblongo-lanceolatis obtusiusculis coriaceis glabris ciliatisve; pedunculis axillaribus petiolo brevissimo pluries longioribus; floribus glabris; calyce dentato corolla ter breviore. ♁ — Intermedia fere inter *C. purpuream* et *C. virgatam*. Foliola quam in hac pauciora et latiora, angustiora et numerosiora quam in illa. Flores et stamina alte connata *C. virgatae*. Petioli etiam partiales et pedunculi pubescentes. — Crescit in territorio Surinamensi.

37. C. VIRGATA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 140. — Wlprs. l. c. 926. no. 14. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 105. — Ramulis petiolisque vix puberulis; stipulis lanceolato-setaceis; pinnis unijugis, foliolis multijugis oblique cordato-lanceolatis mucronatis coriaceis rigidis glabris; pedunculis subsolitariis petiolo brevissimo pluries longioribus; floribus glabris; calyce dentato corolla ter breviore. ♁ — Stipulae vix 2 lin. longae. Petiolus communis 2–3 lin., partiales 3–5 poll. longi. Foliola 4–8 lin. longa, pleraque falcata. Pedunculi bipollicares rigidi. Capitulum densum. Corollae 3½ lin. longae, laciniis apice leviter striatis. Stamina numerosa. Ovarium glabrum. Legumen.....? — Crescit in Brasilia.

** *Pinnis 2–3-jugis, rarius 4-jugis.*

38. C. ERIOPHYLLA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque tomentoso-lanatis; stipulis lineari-lanceolatis rigidis; pinnis 2–3-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus

obtusiusculis, subtus sericeo-pilosis; pedunculis tenuibus petiolo longioribus; calycibus minimis corolla pilosa multoties brevioribus. ♁ — Species *C. Cumingii* affinis, sed videtur specifice distinguenda foliis et foliolis multo minoribus, subtus pilis albis longis dense obtectis. Corollae paullo breviores et latius campanulatae. — Crescit in Mexico prope Chila in districtu Pueblo.

39. C. CALIFORNICA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 14. t. 11. et in Hook. Lond. journ. of bot. III. 105. — Ramulis petiolisque adpresse pilosis, demum glabratis; stipulis lanceolato-subulatis rigidis; pinnis 2–4-jugis, foliolis 8–15-jugis oblongis obtusiusculis, utrinque adpresse pilosis, demum coriaceis nitidis; pedunculis tenuibus petiolo paullo longioribus; calycibus corolla pubescente multoties brevioribus. ♁ — Species *C. eriophyllae* et *C. Cumingii* affinis, sed ab utraque distincta. — Crescit in California inferiore, Magdalena Bay.

40. C. CUMINGII Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 140. — Wlprs. l. c. 926. no. 12. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 106. — Ramulis petiolisque puberulis; stipulis lanceolatis acutis rigidis; pinnis distantibus 2–3-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus obtusiusculis glabris; pedunculis tenuibus petiolo vix brevioribus; calycibus corolla pilosula multoties brevioribus. ♁ — Ramuli brevissimi, stipulis imbricatis obtecti, petioli communes pollicares, partiales 1–2-pollicares. Foliola 10–25-juga, 2–3 lin. longa. Calyx vix semilineam longus. Corolla tubuloso-campanulata fere 4 lin. longa. Stamina pollicaria. Ovarium glabrum.
β. Galeottii: Pinnis 3–6-jugis; corollis glabrioribus.
Crescit in Mexico in provincia Oaxaca.

41. C. XALAPENSIS Bth. l. c. — Ramis petiolisque pilosulis, demum glabratis; stipulis lanceolatis acuminatis; pinnis 2–5-jugis distantibus, foliolis multijugis oblique ovali-oblongis obtusis, junioribus ciliatis, demum glabris; pedunculis petiolo subbrevioribus; calycibus turbinato-campanulatis 5-dentatis corolla glabriuscula subtriplo brevioribus. ♁ — Affinis hinc *C. bicolori*, hinc *C. Cumingii* et *C. Californicae*, a priori diversa foliorum pinnis paucis distantibus, foliolis majoribus proportione multo latioribus, ab his calyce multo majore distinguenda. Ovarium glaberrimum. Legumen ignotum. — Crescit in Mexico prope Xalapam.

42. C. (INGA Nees et Mart. — DC. l. c. 446.) MERTENSIOIDES Bth. l. c. — Ramis petiolisque hirsutis; stipulis lanceolato-subulatis rigidis; pinnis 2–3-jugis, foliolis 12–15-jugis oblongis, subtus villosis trinerviis; pedunculis elongatis, subtus villosis; calycibus dentatis corolla duplo brevioribus; legumine glabro. ♁ — *Acacia asplenioides* Nees ab E. Flora (B. Z.) IV. 203. — *Inga mertensioides* Nees et Mart. DC. Prodr. II. 446. — Fruticulus prostratus. Foliola ultima 3–4 lin. longa. Capitula majuscula 8–10-flora. Filamenta purpurea. — Crescit in Brasilia in provinciis Goyaz, Bahia et Minas Novas.

43. C. BICOLOR Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 139. — Wlprs. l. c. 926. no. 10. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 107. — Ramulis petiolisque pilosulis, demum glabris; stipulis lanceolatis acutis; pinnis 3–6-jugis, foliolis multijugis parvis linearibus obtusiusculis; pedunculis petiolo longioribus; floribus glabriusculis; calyce corolla dimidio breviore dentato ciliolato; legumine coriaceo lignoso marginato pilosulo. ♁ — Fruticulus humilis. Pinnae ¾ poll. longae, foliolis crebris 1–1½ lin. longis. Corolla 3 lin. longa. Legumen 2–3-pollicare. — Crescit in Brasilia meridionali locis arenosis Uruguay et Banda oriental.

44. C. TWEEDII Bth. l. l. c. c. 140. et 107. — Wlprs. l. c. 926. no. 11. — Hook. Bot. Magaz. t. 4188. — Ramulis petiolisque pilosis; stipulis ovatis acutiusculis; pinnis 3–4-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus acutiusculis ciliatis, subtus pilosis; pedunculis petiolo longioribus; bracteolis sub flore lanceolatis linearibusve deciduis; floribus brevissime pedicellatis molliter pilosis; calyce turbinato corolla dimidio breviore; legumine sublignoso crasso dense villoso. ♁ — Arbor parva vel in montosis fruticulus humilis. Pili molles albidi, in partibus junioribus dense sericei, in adultioribus rariores patentes. Stipulae striatae 3–4 lin. longae. Petiolus communis 1–2 poll., partiales 1–1½ poll. longi. Foliola crebra 2–3 lin. longa.

Capitula 15–20-flora. Calyx membranaceus, ad medium 5-fidus. Legumen 2–3-pollicare, utrinque attenuatum, marginibus incrassatis. — Crescit vulgaris in Brasilia meridionali locis arenosis et rupestribus ad Rio Grande et Rio Jaquhy.

45. C. **STIPULACEA** Bth. l. l. c. c. 145. et 107. — Wlprs. l. c. 925. no. 1. — Ramulis petiolisque glabris vel vix puberulis; stipulis lanceolatis obtusis rigidis; pinnis 3–4-jugis, foliolis 8–12-jugis oblique oblongis obovatisve subcoriaceis glabris; pedunculis fasciculatis petiolo brevioribus; calycibus glabris corolla adpresse pubescente subtriplo brevioribus. ♁ — Petioli communes plerique bipollicares, partiales ultimi longiores, infimi breviores. Foliola saepius semipollicaria. Ovarium breviter villosum. Legumen deest. — Crescit in Guiana Britannica.

46. C. **FASCICULATA** Bth. l. l. c. c. 140. et 108. — Wlprs. l. c. 926. no. 15. — Ramulis petiolisque glabris vel minutissime tomentellis; stipulis parvis lanceolatis rigidis; pinnis 2–4-jugis, foliolis multijugis falcato-linearibus obtusiusculis, supra nitidis glabris; pedunculis petiolo subbrevioribus; floribus glabris; calycibus 5-dentatis corolla plus triplo brevioribus; legumine lignoso glabro. ♁ — Petioli communes pollicares, partiales usque ad duplum longiores. Foliola crassiuscula, 3–4 lin. longa. Corolla 2½ lin. longa. Stamina pollicaria. Legumen 1-2-pollicare acutum, valvulis late et crassiuscule marginatis. — Crescit in Brasilia.

47. C. **GARDNERI** Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 108. — Humilis: caule foliisque glaberrimis; stipulis parvis lanceolato-setaceis; pinnis bijugis distantibus elongatis, foliolis multijugis oblongis obliquis, valde inaequilateris coriaceis venosis; pedunculis elongatis; calyce glabriusculo obtuse dentato, corolla tomentosa triplo breviore. ♁ — Pinnae 3–4-pollicares, petiolo communi 1–1½-pollicari. Foliola 3–4 lin. longa. Flores ut in sequentibus ampli speciosi. Corollae semipollicares, tomento brevi subsericeo inclusae. — Crescit in Brasiliae prov. Goyaz.

48. C. **ABBREVIATA** Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pilosis vel demum glabratis; pinnis bijugis, foliolis multijugis ovato-oblongis obliquis falcatis valde inaequilateris; stipulis lanceolatis persistentibus; pedunculis petiolo brevioribus, apice bracteatis; floribus hirsutissimis; calyce truncato corolla dimidio breviore. ♁ — Forte *C. macrocephalae* varietas, pinnae tamen bijugae, foliola majora, capitula minora. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

*** *Pinnis quadri- vel plurijugis, varius subtrijugis. Capitula saepe breviter fasciculato-racemosa.*

49. C. **MACROCEPHALA** Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 140. — Wlprs. l. c. 926. no. 16. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 108. — Ramulis petiolisque pilosis; stipulis lanceolatis persistentibus; pinnis distantibus 3–7-jugis, foliolis multijugis ovato-oblongis obliquis falcatis valde inaequilateris; pedunculis petiolo brevioribus, apice bracteatis; floribus rufo-hirsutissimis; calyce truncato corolla dimidio breviore. ♁ — Fruticulus humilis, petioli communes 3–5-pollicares, partiales 2–3-pollicares, foliola 3–5 lin. longa. Pedunculi crassi rufo-hispidi. Corollae 5 lin. longae profunde quinquefidae. Stamina ultra bipollicaria. Ovarium villosum.

β. foliolosa: Pinnis 7–9-jugis, foliolis minoribus.

Crescit in Brasilia in provincia Goyaz.

50. C. **DYSANTHA** Bth. l. l. c. c. 138. et 109. — Wlprs. l. c. 926. no. 2. — Ramulis angulatis pubescentibus; stipulis lanceolatis persistentibus; pinnis 4–6-jugis, foliolis multijugis falcato-oblongis rigidis coriaceis, subtus pubescentibus; bracteis late ovato-lanceolatis; capitulis subsessilibus interrupte fasciculato-spicatis; floribus hirsutissimis; legumine crasso sublignoso hirsutissimo. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

51. C. **VISCIDULA** Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 109. — Ramulis subteretibus petiolisque hirsutissimis; stipulis ovatis deciduis; pinnis 3–5-jugis, foliolis multijugis falcato-oblongis ciliatis; bracteis ovato-lanceolatis; capitulis pedunculatis breviter fasciculato-racemosis; pedunculis bracteolisque glutinoso-villosis;

calycibus quinquefidis, corolla apice hirsutissima vix brevioribus. ♁ — Folia fere *C. dysanthae*, petioli communes breviores, foliola saepius angustiora 4–5 lin. longa. Pedunculi semipollicares. Bracteolae numerosae fusco-membranaceae. Calyx 4 lin. longus. Ovarium villosum. Legumen.....? — Crescit in Brasilia in Serra Jacobina.

52. C. TURBINATA Bth. l. c. — Ramulis teretibus petiolisque pubescentibus; stipulis lanceolatis persistentibus; pinnis 8–12-jugis, foliolis multijugis falcato-oblongis rigidulis ciliatis; bracteis ovato-lanceolatis; capitulis breviter pedunculatis fasciculato-racemosis; floribus breviter pedicellatis hirsutissimis; calycibus turbinatis 5-fidis corolla brevioribus. ♁ — Habitu *C. dysanthae* affinis, foliorum forma et calycibus distincta. Flores in capitulo 8–10, exteriores breviter pedicellati, pedicello rarius calycem aequante, interior sessilis difformis. Corolla 4–4½ lin. longa. Ovarium villosum. Legumen ignotum. — Crescit in Brasilia, Matto Grosso.

53. C. FOLIOLOSA Bth. l. c. 110. — Ramulis petiolisque pilosis; stipulis oblongis; pinnis 5–9-jugis, foliolis multijugis linearibus acutiusculis, junioribus subtus pilosis; calyce corolla dimidio breviore; legumine sublignoso crasso dense villoso. ♁ — Stipulae 6–7 lin. longae membranaceae. Folia fere *C. bellae*. Flores ampli. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës prope Formiga.

54. C. (ACACIA Mart. mss. — Spr. Syst. veget. III. 141?) BELLA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque tomentoso-puberulis; stipulis parvis lanceolatis acutis; pinnis 12–15-jugis, foliolis multijugis linearibus acutis; capitulis breviter fasciculato-racemosis; pedunculis petiolo brevioribus; floribus subsessilibus; calycibus breviter dentatis corolla villosa triplo brevioribus. ♁ — Stipulae vix 2 lin. longae. Petioli communes subtripollicares, partiales 1-1½-pollicares, foliola crebra, pleraque 2 lin. longa, supra nitidula. Pedunculi rigidi sesquipollicares, uti flores rufo-villosi. Corollae 3½ lin. longae limbus amplus. Stamina numerosissima ultra bipollicaria. Ovarium glabrum. Legumen.....? — Crescit in Brasilia prope Villa Nova de Almeida.

55. C. MICROPHYLLA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 139. — Wlprs. l. c. 926. no. 6. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 110. — Ramulis foliisque glabris vel vix puberulis; stipulis lineari-setaceis; pinnis 15–20-jugis, foliolis multijugis minimis oblongo-linearibus mucronulatis; pedunculis crassis petiolo brevioribus; floribus sessilibus; calyce campanulato minute 5-dentato, corolla glabra triplo breviore; legumine lignoso velutino-villoso. ♁ — Stipulae 2–4 lin. longae. Petiolus communis 1½–2½ poll. longus. Pinnae vix pollicares. Foliola 30–40-juga imbricata, vix lineam longa. Corolla 4 lin. longa. Stamina ultrapollicaria. Legumen 3 poll. longum, 3–4 lin. latum, acuminatum, basi longiuscule angustatum. — In Brasilia.

56. C. MYRIOPHYLLA Bth. l. c. 111. — Ramulis foliisque glabris vel vix puberulis; stipulis lineari-setaceis; pinnis 15–20-jugis, foliolis multijugis minimis oblongo-linearibus mucronulatis; pedunculis crassis petiolo brevioribus; floribus sessilibus; calyce campanulato minute 5-dentato, corolla glabra triplo breviore; legumine lignoso velutino-villoso. ♁ — Stipulae 2–4 lin. longae. Petiolus communis 1½–2½ poll. longus. Pinnae vix pollicares. Foliola 30–40-juga imbricata, vix lineam longa. Corolla 4 lin. longa. Stamina ultrapollicaria. Legumen 3 poll. longum, 3–4 lin. latum, acuminatum, basi longiuscule angustatum. — Crescit in Brasilia in provincia Minas Geraës.

§. 5. *Racemosae. Pinnae multijugae. Foliola multijuga parva* 1-4 *lin. longa. Capitula longe racemosa, pedunculis brevibus saepe fasciculatis. Filamenta purpurea.*

57. C. (ACACIA Willd. Spec. pl. IV. 1062. — Bot. Regist. t. 98. — INGA DC. Prodr. II. 442.) HOUSTONI Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 139. — Wlprs. l. c. 926. no. 3. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 111. — Ramulis petiolisque ferrugineo-pubescentibus; stipulis parvis deciduis; pinnis 7–11-jugis, foliolis multijugis oblongo-linearibus subfalcatis; pedunculis brevibus longe racemosis vel inferio-

ribus paucis axillaribus; pedicellis calyce brevioribus floribusque adpresse hispidis; legumine crasso villosissimo. ♁ — Frutex orgyalis. Foliola 3-4 lin. longa. Racemus saepe pedalis, basi foliatus vel omnino aphyllus. Corolla 4-5 lin. longa. Stamina numerosa bipollicaria. Legumen quadripollicare, utrinque acutum. — *Acacia metrosideriflora* Schlechtd. Linnaea XII. 567.? — *Calliandra metrosideriflora* Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 527. — Wlprs. l. c. 927. no. 31. — Crescit in Mexico prope Vera Cruz et Xalapam.

58. C. (ACACIA Willd. Spec. pl. IV. 1074.) GRANDIFLORA Bth. l. l. c. c. — Wlprs. l. c. 926. no. 4. — Ramulis petiolisque ferrugineo-pubescentibus; stipulis lineari-lanceolatis deciduis; pinnis 15-20-jugis, foliolis multijugis parvis oblongo-linearibus obtusiusculis; pedunculis brevibus longe racemosis; pedicellis brevissimis floribusque adpresse hispidis; legumine crasso villosissimo. ♁ — A *C. Kunthii* differt inprimis floribus subsessilibus minus hirsutis et racemo saepius aphyllo. — *Inga anomala* DC. Prodr. II. 442. (ex p.) — *Calliandra* (*Acacia* Schlechtd. Linnaea XII. 568.) *callistemon* Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. I. 527. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 927. no. 30? — Crescit prope Toluco Mexicanorum.

59. C. KUNTHII Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 139. — Wlprs. l. c. 926. no. 4. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 112. — Ramulis petiolisque ferrugineo-pubescentibus; stipulis lanceolatis deciduis; pinnis 15-24-jugis, foliolis multijugis parvis oblongo-linearibus obtusiusculis; pedunculis brevibus longe racemosis, inferioribus axillaribus; pedicellis calyce longioribus floribusque adpresse hispidis; legumine crasso villosissimo. ♁ — Foliola quam in *C. Houstoni* multo numerosiora, dimidio minora. — *Inga anomala* Kth. Mimos. 70. t. 22. — *Inga anomala* β. *pedicellata* DC. Prodr. II. 442. — Crescit in Mexico.

60. C. PARVIFLORA Bth. l. c. † — Ramulis petiolisque adpresse pubescentibus; stipulis inferioribus lanceolatis, superioribus setaceis; pinnis 12-15-jugis, foliolis multijugis minimis linearibus mucronulatis; panicula terminali gracili polycephala; capitulis minimis paucifloris; floribus sessilibus; calyce dentato corolla dimidio breviore; legumine lignoso puberulo. ♁ — Quoad habitum *Mimosae microcephalae* similis, floribus et legumine diversissima. Frutex elegans ramosissimus. Stipulae 1-3 lin. longae. Folia iis *C. microphyllae* et *C. myriophyllae* similia, foliolis creberrimis vix lineam longis. Racemi graciles 3-4-pollicares aphylli, ad apices ramulorum et in axillis supremis ad paniculam foliatam dispositi. Pedunculi 2-4 lin. longi filiformes fasciculati, bracteis stipulaceis suffulti. Capitula 3-10-flora. Corolla vix lineam longa. Stamina 10-12, basi monadelpha purpurea, corolla subtriplo longiora. Legumen breviter stipitatum 2½ poll. longum, 4 lin. latum. — Crescit in Brasilia in provincia Minas Geraës.

61. C.? (INGA Willd. Spec. plant. IV. 1022. — DC. l. c. 439. no. 84.) FASCICULATA Bth. l. c. — „Inermis: foliis conjugato-pinnatis, pinnarum foliolis 8-10-jugis cultratis binerviis; capitulis pedunculatis axillaribus solitariis; leguminibus linearibus planis acutis, basi attenuatis, margine incrassatis glabris." ♁ — Crescit in Brasilia prope Para.

XXV. (6837. c.) **PITHECOLOBIUM** *Martius.*

(Martius in Flora [B. Z.] XX. Beibl. II. 114. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 931. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 193. — *Ingae hymenodeae* et *samaneae* DC. Prodr. II. 436. et 440. ex parte.)

Flores hermaphroditi vel rarius polygami. Calyx campanulatus 2-5-dentatus. Corolla tubulosa vel infundibuliformis. Stamina indefinita, saepius numerosa, corolla duplo vel pluries longiora, basi in tubum coalita. Legumen compressum vel planum contortum vel falcatum, rarius fere rectum, valvulis coriaceis vel carnosis, margine vix incrassatis, dehiscentia saepe tortis, nec revolutis. Semina in pulpa tenui rarius evanida nidulantia, funiculo filiformi saepe in arillum carnosum expanso. — Frutices vel arbores regionum calidiorum utriusque hemisphaerae incolae inermes vel stipulis spinescentibus,

vel spinis axillaribus armatae. Folia bipinnata glandulifera, glandulis nempe jugalibus inter pinnas et foliola suprema vel omnia, petiolari nunc parva ad basin vel ad medium petiolum, nunc in sectionibus pluribus nulla. Flores in capitula globosa vel oblonga, rarius in spicas cylindricas digesti albi vel rarius purpurei, vulgo minores et graciliores quam in *Calliandris*. Spicae vel capitula solitaria vel fasciculata pedunculata, rarius subsessilia in axillis foliorum superiorum vel in paniculas terminales digesta.

Sectio I. UNGUIS CATI Bth. l. c. 197.

Stipulae nonnullae vel omnes spinescentes. Pinnae unijugae vel valde inaequaliter bijugae. Foliola 1–3-juga, cujusve paris subaequalia. Glandulae jugales. Pedunculi solitarii vel 2–3-natim fasciculati non suprapositi, inferiores saepius axillares, superiores vel fere omnes racemosi, racemis saepius paniculato-ramosis. Ovarium stipitatum. Legumen lineare circinnato-contortum, valvulis convexis intus saepius rubescentibus, dehiscentia varie tortis. Semina arillo carnoso semiimmersa. — Species omnes Americanae (una in hortos Asiaticos introducta est), floribus albis vel roseis parvis.

§. 1. *Pinnis foliolisque unijugis; floribus spicatis.*

1. P. MACROSTACHYUM Bth. l. c. 198. — Glabrum vel vix minutissime puberulum: stipulis spinescentibus rectis vel rarius obsoletis; foliolis oblique ovato-oblongis sublanceolatisve; spicis elongatis; calyce quinquedentato, corolla pubescente vix triplo breviore. ♁ — Foliola 1–2-pollicaria. Spicae subinterruptae, nunc vix bipollicares, nunc usque ad 4–5 poll. longae. Bracteolae lanceolatae brevissimae vel interdum corollas subaequantes. — *Inga lanceolata* Kth. Mimos. t. 15. — *Mimosa* (*Inga* DC. Prodr. II. 437.) *macrostachya* Vahl, Eclog. pl. Americ. t. 26. — *Inga* (*Mimosa* Jcq.) *ligustrina* Willd. Spec. pl. IV. 1007? — *Inga hymenaeaefoliae proxima* Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 592.? — Crescit prope Vera Cruz, Mazanilla Bay, Cumana, ad fluvium Magdalenae et in Guiana Britannica.

2. P. HYMENAEAEFOLIUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabris; stipulis spinescentibus; foliolis oblique oblongis glabris; spicis densissimis elliptico-oblongis; floribus adpresse pubescentibus; calyce quinquedentato corolla triplo breviore; ovario piloso. ♁ — Folia 3–4-pollicaria. Spicae 1–1½-pollicares. — *Inga hymenaeaefolia* Humb. et Bonpl. in Willd. Spec. plant. IV. 1008. — Crescit locis umbrosis prope Cumana.

3. P. OBLONGUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabris; stipulis spinescentibus; foliolis oblique ovatis vel ovali-oblongis glabris; spicis laxiusculis cylindraceo-oblongis pedunculatis; floribus adpresse pubescentibus; calyce quinquedentato corolla subtriplo breviore; ovario glabro. ♁ — Folia 1–2-pollicaria. Spicae pollice breviores. — Crescit in Columbiae ora occidentali.

§. 2. *Pinnis foliolisque unijugis; floribus globoso-capitatis.*

4. P. POLYCARPUM Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 81. — Ramulis, petiolis pedunculisque fusco-villosis; stipulis minutis spinescentibus; foliis bigeminis, foliolis ovalibus obtuse acuminatis mucronatis, basi acutis membranaceis, supra glabris, subtus hirto-pilosis; pedunculis terminalibus, fructiferis petiolum excedentibus; floribus capitatis; leguminibus linearibus subtorulosis, irregulariter cochleatis, extus glabris. ♃? ♁? — Rami teretes nitiduli dense fusco-rufescenti-villosi. Stipulae ovatae acuminatae induratae spinescentes, folia 3 poll. invicem distantia. Petiolus communis bipollicaris molliter villosus, apicem versus glandulam planam albidam tamquam cereum gerens, petioli partiales pollice paullo breviores. Foliola late ovalia breviter acuminata, supra praeter nervum glaberrima nitida, subtus pallida breviter hirta, in nervo venisque fusco-hirsuta, 3–6-pollicaria, 1–3 poll. lata. Pedunculus terminalis vel a suprema axilla subsolitarius, petiolo duplo longior, flores desiderantur sed capitati esse videntur. Legumina extus virescentia, intus coccinea et pulpa sicca atropurpurea repleta, sesquipe-

dalia, semipollice vix latiora. Semina circiter sex subrotunda compressa coerulea. — Crescit in sylvis Maynensibus ad Yurimaguas.

5. P. DULCE Bth. l. c. 199 — Glabrum vel vix canescenti-puberulum: stipulis spinescentibus brevibus; foliolis dimidiato-obovatis oblongisve obtusis; capitulis breviter, nunc brevissime pedunculatis canescentibus; calyce 5-dentato, corolla triplo breviore; ovario villoso. ♁ — Arbor procerrima. Foliola subpollicaria. Capitula staminibus neglectis magnitudine *Pisi* in pedunculis vix semipollicaribus secus ramos paniculae vel rarius in axillis foliolorum solitaria vel fasciculata. Legumen torulosum circinnatum, valvulis intus rubris, pulpa eduli repletum. Semina atra nitida, arillo semiimmersa. — *Mimosa dulcis* Rxb. Pl. Coromand. t. 99. — *Inga dulcis* Willd. Spec. plant. IV. 1005. — *Inga pungens* Willd. l. c. 1004. — *Mimosa unguis Cati* Blanco, Flor. Filip. 731. (non Linn.) — *Inga Javana* DC.? Prodr. II. 436. — Crescit in Mexico, in insulis Philippinis et in India orientali.

6. P. (INGA Bertero in DC. Prodr. II. 437.) PUBESCENS Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 141. et in Hook. Lond. journ. of bot. III. 199. — Ramulis angulatis petiolisque pubescentibus; stipulis parvis induratis hinc inde breviter spinescentibus; foliolis oblique ovali-ellipticis oblongisve coriaceis, utrinque pubescentibus vel supra demum glabratis; capitulis globosis pedunculatis; calyce tomentoso 5-dentato, corolla tomentosa subquadruplo breviore; ovario villoso. ♁ — Foliola 1-2-pollicaria, rarius majora. Inflorescentia fere praecedentis, at flores majores rosei. — *Inga paniculata* Spr. in DC. l. c. — *Mimosa monilifera* Bertoloni? Flor. Guatemal. 41. — Wlprs. l. c. 883. no. 208. — Crescit in Guiana Britannica et in Guatemala?

7. P. (INGA Kth. Mimos. t. 15.) FORFEX Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 199. — Ramulis petiolisque glabris; stipulis parvis induratis hinc inde breviter spinescentibus; foliolis oblique oblongis obtusis vel acutiusculis subcoriaceis glabris; capitulis subglobosis longiuscule pedunculatis; floribus breviter cano-tomentosis; calyce 5-dentato corolla subquadruplo breviore; ovario glabro. ♁ — A *P. pubescente* differt praecipue glabritie, pedunculis longioribus et ovario glabro. Legumina valde torta vix 2 lin. lata. — *Mimosa rosea* Vahl, Eclog. plant. Amer. III. 33. t. 25. — Crescit in Columbia ad Carthagenam et in insula Trinitatis.

8. P. (INGA Willd. l. c. — DC. l. c. 435.) UNGUIS CATI Bth. l. c. 200. — Ramulis petiolisque glabris; stipulis parvis induratis nunc brevissimis muticis, nunc spinescentibus; foliolis late et oblique obovatis orbiculatisve obtusissimis glabris; capitulis globosis longiuscule pedunculatis; floribus glabris vel vix minute tomentellis; calyce 5-dentato corolla vix triplo breviore; ovario glabro. ♁ — Sequenti affinis forteque cum illo conjungenda erit, foliola tamen duplo majora et latiora, corollae latiores et breviores, spinae breviores, nonnumquam obsoletae. — *Inga Guadelupensis* Dsvx. — DC. l. c. — Crescit vulgaris in insulis Indiae occidentalis.

9. P. MICROPHYLLUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabris; stipulis longiuscule spinescentibus; foliolis oblique oblongis ovatisve obtusissimis glabris; capitulis globosis longiuscule pedunculatis; floribus glabris; calyce corolla quadruplo breviore; ovario glabro. ♁ — Frutex glaberrimus. Foliola semipollicaria vel majora, 9 lin. longa. Pedunculi subpollicares. Corollae 3 lin. longae. Legumina valde torta 4–5 lin. lata. — *Inga microphylla* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. VI. 293. — Crescit ad Guayaquil et Cumana.

10.? P.? SPINIFOLIUM Bth. l. c. — Caule ramosissimo; spinis stipularibus subconicis; petiolis pubescentibus glanduliferis; foliis conjugato-pinnatis, foliolis oblique rotundatis nervosis, subtus pubescentibus, apice recurvato acuminatis spinulosis; floribus capitatis; calycibus pubescentibus; leguminibus tenuiter tomentosis tortilibus. ♁ — *Inga spinifolia* Dsvx. Ann. sc. natur. (1. Sér.) IX. 426. — Crescit in India occidentali.

§. 3. *Pinnis foliolisque subbijugis.*

11. P. CIRCINNALE Bth. l. c. 201. — Glabrum: stipulis spinescentibus; pinnis uni–, rarius bijugis, foliolis bijugis in pinna ultima 2–3-jugis, in inferiore unijugis, obovatis longe mucronatis; capitulis globosis longe pedunculatis; floribus minute tomentellis. ♁ — *Inga* (*Mimosa* Linn. Spec. plant. 1499.) *circinnalis* Willd. — DC. l. c. 438. — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

12. P. CANDIDUM Bth. l. c. — Glabrum: stipulis spinescentibus; pinnis uni–, rarius bijugis, foliolis bijugis vel in pinnis inferioribus unijugis, oblique obovatis brevissime mucronulatis coriaceis; capitulis globosis pedunculatis 6–8-floris; calyce corolla tenui 6–7-plo breviore; ovarii glabri stipite brevi. ♁ — Arbor parva 1–2-orgyalis, vel usque ad 25 pedes alta. Legumen circinnatum glabrum. — *Inga candida* H. B. Kth. — DC. l. c. 438. — Crescit prope Guayaquil.

13. P. EXCELSUM Mart. Herb. fl. Brasil. 115. — Bth. l. c. — Ramis pubescentibus; stipulis spinescentibus; pinnis 1–2-jugis, foliolis bijugis vel in pinnis inferioribus unijugis oblique ellipticis submucronatis membranaceis puberulis; capitulis globosis longe pedunculatis paucifloris; calyce corolla tenui puberula octuplo breviore; ovarii glabri stipite elongato. ♁ — Arbor procerrima, caeterum *P. candido* valde affine. Legumen circinnatum puberulum. — *Inga excelsa* Kth. Mimos. t. 18. — DC. l. c. 439. — Crescit ad fl. Magdalenae prope Tomependa.

14. P. DIVERSIFOLIUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pubescentibus; stipulis spinescentibus; pinnis 1–2-jugis, foliolis 2–3-jugis vel in pinnis inferioribus unijugis obovatis oblongisve, utrinque pubescentibus; capitulis globosis pedunculatis; floribus pubescentibus; corolla calyce vix quadruplo braviore; ovarii glabri stipite elongato. ♁ — Ramuli tortuosi, dense foliati. Foliola ultima 6–9 lin. longa, inferiora multo minora, petiolo communi quam partiales multo breviore. Flores fere *P. candidi,* sed calyces proportione multo majores. Legumen circinnatum, inter semina saepius constrictum tomentellum. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhyensi.

Sectio II. CONCORDIA Bth. l. c. 202.

Stipulae nonnullae vel omnes spinescentes, spinae etiam hinc inde axillares. Pinnae 1–2-jugae. Foliola tri– vel plurijuga. Glandulae jugales. Ovarium sessile vel subsessile. Legumen late lineare cochleatum. — Species omnes Indicae. Flores purpurei.

15. P. GEMINATUM Bth. l. c. 202. — Ramulis petiolisque puberulis; stipulis plerisque spinescentibus; pinnis unijugis, foliolis 2–5-jugis cum impari exteriore ad basin pinnae, obovato–oblongis valde inaequilateris glabris nitidis; pedunculis axillaribus; capitulis globosis: floribus sessilibus glabris; calyce corolla subtriplo breviore; ovario glabro. ♁ — *Inga* (*Mimosa* Koenig mss.) *geminata* Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 269. — Wlprs. Repert. bot. syst. I. 930. no. 22. — Crescit in Zeylania.

16. P. NITIDUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pubescentibus; stipulis spinescentibus; pinnis bijugis, foliolis 4–5-jugis cum impari exteriore ad basin pinnae, oblique oblongis mucronatis glabris nitidis; capitulis globosis. ♁ — *Inga Koenigii* Wght. et Arn. l. c. 269. — *Mimosa* (*Acacia* Willd. Spec. pl. IV. 1086. — DC. l. c. 460.) *nitida* Vahl, Symb. bot. II. 103. — Crescit in India orientali.

17. P. UMBELLATUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque puberulis; stipulis parvis demum induratis brevissime pungentibus; spinis hinc inde axillaribus validis; pinnis 1–2-jugis, foliolis plerisque 8–10-jugis cum impari brevi exteriore ad basin pinnae; oblique oblongis obtusis plurinerviis glabris; pedunculis axillaribus in ramulis brevissimis subfasciculatis; floribus in capitulis globosis pedicellatis glabriusculis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario sessili. ♁ — *Inga umbellata* Willd. — DC. l. c. 439. — *I. Concordiana* DC. l. c. 441. — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

Sectio III. ABAREMOTEMON Bth. l. c. 203.

Arbores inermes. Stipulae inconspicuae. Pinnae et foliola pluri- vel multijuga, rarissime unijuga. Glandulae jugales. Pedunculi solitarii vel bini ternive non suprapositi axillares vel subracemosi. Legumen latum cochleato-contortum. — Species omnes Americanae, floribus albis.

§. 1. *Paucifoliolata: foliolis infradecemjugis.*

18. P. COCHLEATUM Mart. Herb. fl. Brasil. 115. — Bth. l. c. 203. — Glabrum: pinnis subunijugis, foliolis trijugis ellipticis acuminatis nitidis, glandula obscura inter omnia paria; pedunculis solitariis geminisve; floribus pedicellatis glabris; legumine cochleato, margine exteriore repando. ♃ — *Inga cochleata* Willd. Spec. plant. IV. 1020. — Crescit in Brasilia ad Para.

19. P. LAETUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-villosis; pinnis 1–2-jugis, foliolis unijugis amplis obovalibus vel elliptico-oblongis acuminatis, basi parum obliquis, utrinque ad venas villosulis, caeterum glabris; floribus sessilibus, apice rufo-barbatis; corolla calyce triplo longiore; ovario sessili glabro. ♃ — Rami scandentes? glabrati. Pili partium juniorum breves patentes ferruginei. Foliola usque ad 4 poll. longa. Glandulae oblongae majusculae parum elevatae et vix nisi glabritie conspicuae. Stipulae setaceae, cito deciduae. Pedunculi subbipollicares. Flores fere *Calliandrarum*. Calyx lineam longus. Stamina ultrapollicaria. Legumen semipedale, 6–8 lin. latum, falcatum vel demum contortum, valvulis 2 coriaceis, intus rubentibus dehiscens, marginibus incrassatis, exteriore magis minusve sinuato. — *Inga laeta* Poepp. mss. — Crescit in Brasilia ad Maynas.

20. P. AUAREMOTEMO Mart. l. c. 115. — Wlprs. l. c. 932. no. 2. (errore typogr. *Quaremotemo)*. — Bth. l. c. 204. — Glabrum vel ramulis novellis minute glanduloso-puberulis: pinnis 2–3-, rarius 4-jugis, foliolis 2–3-jugis ovatis rhombeisve; capitulis globosis; calyce dentato corolla glabra triplo breviore; ovario sessili glabro; legumine lato cochleato. ♃ — Arbor 30–40-pedalis. Stipulae ad tuberculum breve reductae vel obsoletae. Folia et inflorescentia siccitate nigricantia. Glandulae parum conspicuae subimmersae. Foliola 1–2-pollicaria. Calyx lineam, corolla 3 lin. longa. Legumen anfractibus 2–4 cochleatum, semipollicem latum, valde compressum, valvulis margine breviter incrassatis. Semina arillata. — *Inga nandinaefolia* DC. l. c. 440. — *Mimosa cochliocarpa* Gomez in DC. l. c. 430. — *Inga cochlocarpos* Martius, Reise I. 549. — *Mimosa vaga* Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 13. — Crescit locis uliginosis in Brasilia tropica, in provinciis Rio Janeiro, Pernambuco, Bahia etc.

21. P. GUMMIFERUM Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 115. — Wlprs. l. c. 932. no. 4. — Bth. l. c. — Glabrum: pinnis 2–3-jugis, foliolis 5–7-jugis anguste ellipticis, subtus venosis glaucis; capitulis globosis; floribus pubescentibus; calyce corolla duplo breviore; legumine bis torto. ♃ — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi locis desertis.

22. P. TRAPEZIFOLIUM Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 142. et in Hook. Lond. journ. of bot. III. 204. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentellis glabratisve; pinnis 2–4-jugis, foliolis pinnarum inferiorum paucijugis, ultimarum 6–8-jugis rhombeo-ovatis valde obliquis glabris vel junioribus subtus ferrugineo-tomentellis; capitulis globosis; floribus ferrugineo-tomentosis; calyce campanulato corolla duplo breviore; ovario subsessili villoso; legumine late lineari cochleato. ♃ — *Mimosa (Inga* DC. l. c. 441.) *trapezifolia* Vahl, Ecl. plant. Americ. III. t. 28. — Crescit in insula Trinitatis et in tota Guiana.

23. P. BENTHAMIANUM Miquel, Linnaea XVIII. 592. † — Ramulis petiolisque subpuberulis glabratisque, pinnis 2–, rarius 3–, rarissime unijugis, foliolis pinnarum inferiorum 2–4- vel 5-jugis, superiorum 5–6-jugis, superioribus quam inferiora multo majoribus, dimidiato- vel rhombeo-ellipticis aut obovatis, obtusis rotundatis vel emarginatis coriaceis, marginibus revolutis, supra nervo medio excepto glabris, subtus discoloribus subsericeo-puberulis; capitulis globosis umbellatis; pedunculis, bracteis calycibusque ferrugineo-tomentosis; corolla adpresse pubes-

cente calycem bis superante; ovario subsessili villoso; legumine lanceolato-lineari cochleato. ♁ — Petiolus communis 4–5 cm. longus, pinnae inferiores 3, superiores 8 cm. longae, vulgo paullo infra foliola glanduliferae. — Crescit in Surinam prope Paramaribo.

24. P. LUSORIUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentellis; pinnis 2–5-jugis, foliolis 3–6-jugis oblique rhombeo-obovatis glabris vel junioribus subtus tomentellis; pedunculis rigidis folio longioribus; capitulis ovato-globosis; floribus ferrugineo-tomentellis; calyce tubuloso-campanulato brevissime dentato corolla duplo breviore; ovario subsessili villoso; legumine late lineari falcato-subcontorto. ♁ — Praecedenti simillimum, at floribus diversum. Foliola minus obliqua et saepius obtusiora. Pedunculi longiores. Capitula minus compacta, floribus infimis saepe remotis. Corolla 3 lin. longa. — *Mimosa lusoria* Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 14. — *Inga brachystachya* DC.? l. c. 440. — Crescit in Brasilia in ditione Fluminensi.

§. 2. *Multifoliolata: foliolis ultra quindecimjugis.*

25. P. CYCLOCARPUM Martius l. c. — Bth. l. c. — Pinnis 4–9-jugis, foliolis 20–30-jugis, exterioribus majoribus acuminatis, basi truncatis, glandula in medio petiolo; capitulis globosis; legumine cochleato, margine exteriore sinuato. ♁ — *Inga cyclocarpa* Willd. Spec. plant. IV. 1026. — Crescit in territorio Caracasano.

26. P. FILICIFOLIUM Bth. l. c. 205. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-tomentellis; pinnis 8–12-jugis, foliolis 20–30-jugis oblique falcato-oblongis obtusiusculis glabris vel minute ciliatis, supra nitidis, subtus pallidis; capitulis dense globosis; calyce tubuloso, apice ferrugineo-piloso, corolla tenui triplo breviore; staminum tubo corollam aequante; ovario sessili glabro; legumine contorto. ♁ — Foliola 3–4 lin. longa. Calyces lineam longi membranacei. Corolla 3 lin. longa tenuiter infundibuliformi-tubulosa. Legumen teretiusculum? arcuato-contortum. — *Mimosa arborea* Swrtz. Observ. 390. (non Linn. nec Mill.) — *Acacia arborea* Willd. ex p. — *Mimosa filicifolia* Lam. Dict. I. 13. — Crescit in Jamaica et in Mexico prope Xalapam.

27. P. LANGSDORFII Bth. l. c. — Ramulis, petiolis pedunculisque minute tomentellis; pinnis 5–7-jugis, foliolis 15–25-jugis oblique falcato-oblongis obtusiusculis glabris, supra nitidis, subtus albidis; capitulis ovato-globosis vel interrupte oblongis; floribus ferrugineo-tomentellis; calyce corolla vix duplo breviore; staminum tubo incluso; ovario sessili glabro; legumine arcuato-contorto, margine exteriore sinuato. ♁ — Species habitu *P. incuriali* et *P. Martiano* similis, fructu *P. filicifolio* affinis, foliolis siccitate supra nigrescenti-nitidis, subtus pallidissimis insignis. Foliola 3 lin. longa. Calyx turbinatus 2 lin., corolla 3½ lin. longa. Legumen 4 lin. latum, valvulis intus rubentibus, post anthesin valde tortis. Semina exarillata. — Crescit in Brasilia in montibus provinciae Minas Geraës.

Sectio IV. CLYPEARIA Bth. l. c. 207.

Arbores inermes. Stipulae inconspicuae vel deciduae. Pinnae et foliola uni- vel plurijuga. Glandula in medio vel prope basin petioli, jugales inter pinnas vel foliola superiora, rarius ad omnia juga vel rarissime deficientes. Capitula parva numerosa ample paniculata, ramis paniculae pedunculisque lateraliter et superposite fasciculatis. Ovarium stipitatum. Legumen latum cochleato-contortum, margine exteriore saepius sinuato, valvulis coriaceis sublignosum. Semina in nonnullis (an in omnibus?) exarillata. — Species omnes Orientali-Indicae vel Polynesicae, floribus albis.

§. 1. *Pinnis 1-2-jugis, foliolis amplis 2-4-jugis, ovario glabro.*

28. P. BIGEMINUM Mart. Hb. flor. Brasil. 115. — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque tomentellis, demum glabratis; pinnis 1–2-jugis, foliolis 2–4-jugis ovatis oblongisve acuminatis, demum glabris, glandula in medio petiolo; floribus puberulis in capitulo paucis sessilibus; calyce corolla duplo breviore 5-dentato; legumine cochleato, margine exteriore integro. ♁ — Arbor elata. Foliola 2–3-pollicaria,

glandulae variae, nunc late depressae, nunc parvae elevatae, nunc jugales omnino deficientes. Bracteae sub panicula et ramis uti in speciebus plerisque sequentibus saepe ad petiolum brevem glanduliferum reductae. Calyx lineam, corolla 2 lin. longa campanulata, basi attenuata semiquinquefida. Stamina semipollicaria. Legumen bis tortum, valvulis 9 lin. latis. — *Mimosa* (*Inga* Willd. Spec. pl. IV. 1007.) *bigemina* Vahl, Symb. bot. II. 103. (an Linn.?) — *Inga lucida* Wall. Cat. 5267. B. etc. — *Inga Wightiana* Grah. in Wall. Cat. 5281. — *I. annularis* Grah. l. c. 5269. — Crescit in India orientali (Nepal et Benghal).

β. bubalina: petiolis partialibus eglandulosis. — *Inga bubalina* Wall. Cat. 5272. et Jack? in Hook. Comp. bot. Mag. I. 225. (*Mimosa* (*Inga* Willd.) *saponaria* Lour. Fl. Cochinch. 653?) — Pulo-Penang.

29. P. LUCIDUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentosis; pinnis 1–2-jugis, foliolis 2–4-jugis ovatis oblongisve acuminatis, demum glabris, glandula in medio petiolo; floribus sericeo-pubescentibus in capitulis densis sessilibus; calyce truncato corolla duplo breviore; legumine (cochleato?) margine exteriore sinuato. ♃ — Flores in capitulo 15–20. Leguminis valvulae pollicem latae — *Inga bigemina* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 182. — In China ad Macao.

30. P. LOBATUM Bth l. c. 208. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis amplis ovali-oblongis vel ovato-lanceolatis acuminatis glaberrimis, glandula parva prope basin petioli; floribus puberulis in capitulo 2–3-nis sessilibus; calyce corolla dimidio breviore 5-dentato; legumine cochleato, margine exteriore inter semina profunde lobato. ♃ — Arbor elata. Foliola 4–6-pollicaria penninervia, infima cujusque pinnae multo minora. Panicula depauperata, ramis pedunculisque minus quam in affinibus, suprapositis. Legumen ultra medium transverse divisum, lobis orbiculatis crassis 1–2 poll. diametro. Semina orbiculata intra pulpam edulem nidulantia. — *Inga lobata* Wall. Cat. 5280. — *Mimosa Jiringa* W. Jack in Hook. Bot. Miscell. I. 280. — *Mimosa Diringa* Rxb. Hort. Benghal. — *M. Koeringa* Rxb. Flor. Ind. orient. II. 543. — Crescit in regno Burmannico.

31. P. FASCICULATUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque adultis glabris; pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis amplis ovali-oblongis glaberrimis, glandula magna obscura ad basin petioli; floribus in capitulis 3–5-nis sessilibus vel rarius solitariis adpresse pubescentibus; calyce corolla dimidio breviore; legumine latissimo cochleato, margine integro. ♃ — Arbor parva. Ramuli subangulati. Foliola 6–8 poll. longa. Panicula ampla ramis pedunculatis insigniter supraposite fasciculatis. Leguminis valvulae sesquipollicem latae. Semina ovata. — *Inga Jiringa* Wall. Cat. 5268. — Crescit in India orientali (Penang et Singapore).

§. 2. *Pinnis bi- vel saepius plurijugis, foliolis plurijugis; ovario saepissime villoso.*

32. P. ANGULATUM Bth. l. c. 208. — Ramis petiolisque novellis fusco-pubescentibus, demum glabratis; pinnis 2–4-jugis, foliolis pinnarum inferiorum 2–3-jugis ovato-rhombeis acuminatis, superiorum 4–8-jugis ovali-oblongis acuminatis, glandula magna ad basin petioli; capitulis paucifloris; floribus pedicellatis tomentellis; calyce 5-dentato corolla infundibuliformi subquadruplo breviore; leguminibus cochleatis inter semina subcontractis. ♃ — Sequenti affine. Pinnae saepius bijugae, foliola multo majora, superiora 3–4-pollicaria. Calyces proportione minores. — *Inga angulata* Grah. in Wall. Catal. 5271. — *Mimosa heterophylla* Rxb. Flor. Indic. II. 541. — Crescit in India orientali (Sillet, Benghal et Penang).

33. P. (INGA Jack in Wall. Cat. 5270. A. B.) CLYPEARIA Bth. l. c. 209. — Ramulis petiolisque acutangulis, novellis pubescentibus, demum glabris; pinnis 4–6-jugis, foliolis pinnarum inferiorum 3–6-jugis, superiorum 10–12-jugis, plerisque trapezoideo-ovatis obtusis acutisve, glandula ad basin petioli; capitulis paucifloris; floribus breviter pedicellatis tomentellis; calyce corolla infundibuliformi triplo breviore; leguminibus cochleatis, extus sinuatis. ♃ — Ramulorum anguli saepe subalati. Foliola infima vix pollicaria, superiora 1½–2-pollicaria, lateralia valde

inaequilatera, terminalia fere ovata vix obliqua, omnia penninervia. Paniculae rami angulati. Pedicelli singuli lineam fere longi. Corolla 2 lin. longa. Legumen bis terve cochleatum. — *Inga dimidiata* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 181. — *Mimosa trapezifolia* Rxb. Flor. Indic. II. 546. — *Mimosa scutifera* var. *Cosai, Malacamonsili* vel *Alobahai* Blanco, Flor. Filipin. 736? — Crescit in Sumatra et China forteque etiam in insulis Philippinis.

34. P. MONTANUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque angulatis fusco-pubescentibus; pinnis 7–10-jugis, foliolis pinnarum superiorum 12–20-jugis oblique ovato-oblongis falcatis acutiusculis, subtus tomentellis, glandula magna ad basin petioli; capitulis paucifloris; floribus pedicellatis tomentellis; calyce 5-dentato corolla infundibuliformi triplo breviore; legumine cochleato, extus sinuato. ♂ — Hoc etiam *P. Clypeariae* affine est. Foliola multo numerosiora, pleraque 6 lin. longa, 2–3 lin. lata, fere quadrangula, costa diagonali. — *Inga montana* Spanoghe mss. — Crescit in insula Java.

35. P. CONTORTUM Martius l. c. 115. — Bth. l. c. 210. — Ramulis petiolisque subteretibus fusco-tomentosis; pinnis 5–6-jugis, foliolis pinnarum superiorum 12–20-jugis oblique ovato-oblongis obtusis, subtus tomentellis, glandula ad basin petioli; capitulis 3–4-floris; floribus sessilibus tenuissime tomentellis; calyce corolla subcampanulata triplo breviore; ovario glabriusculo; legumine cochleato, extus sinuato. ♂ — Foliola 6–9 lin. longa valde inaequilatera. Glandulae scutellaeformes. Panicula minor densiorque quam in *P. Clypearia*. Corolla 1½ lin. longa, limbo amplo. Legumen bis terve cochleatum. — *Inga contorta* Wall. Cat. 5283. A. — Crescit in India orientali (Penang, Singapore).

36. P. SUBACUTUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque subteretibus, novellis fusco-tomentosis; pinnis 5–7-jugis, foliolis pinnarum superiorum 12–20-jugis oblique trapezoideo-ovatis acutis acuminatisve, subtus puberulis, glandula prope basin petioli; capitulis paucifloris; floribus subsessilibus tomentosis; calyce corolla dimidio breviore. ♂ — *P. contorto* habitu affine. Foliola minora, in acumen semper producta, siccitate nigricantia. Flores majores quam in *P. contorto*. Calycis dentes breves acuti patentes. Corolla 3 lin. longa. — Crescit in insulis Philippinis.

Sectio V. CATHORMION Bth. l. c. 210.

Inermia. Folia *Clypeariae*. Pedunculi in axillis vel in panicula solitarii, rarius subfasciculati. Legumen moniliforme rectum vel cochleato-contortum. — Species Polynesicae.

§. 1. *Floribus in capitulo numerosis pedicellatis.*

37. P. MONILIFERUM Bth. l. c. 211. — Ramulis foliisque junioribus tomentellis; pinnis unijugis, foliolis 5–7-jugis oblique ovali-oblongis obtusis inaequilateris subincurvis, glandula in medio petiolo; floribus glabriusculis; calyce corolla triplo breviore; ovario sessili puberulo; legumine recto moniliformi. ♀ — *Inga monilifera* DC. — Dene. Hb. flor. Timor. 131. — Crescit in insula Timor.

38. P. PRUINOSUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque minute pruinoso-puberulis; pinnis irregulariter bijugis, foliolis inaequaliter 3–4-jugis, plerisque alternis oblongis subrhombeisve; pedunculis hinc inde suprapositis paucis; floribus pubescentibus; calyce corolla triplo breviore; legumine cochleato, margine exteriore profunde sinuato. ♀ — Folia valde irregularia quoad magnitudinem, formam et dispositionem tam pinnarum quam foliolorum. Foliola saepe remota, majora 2–3-pollicaria glabra. Flores in capitulo numerosi parvi, pedicellis fere 2 lin. longis. — *Acacia pruinosa* A. Cunn. mss. — *Acacia sapindoides* A. Cunn. mss. — Crescit in Nova Hollandia (Monton Bay, Brisbone river etc.)

§. 2. *Floribus in capitulo 2-3-nis subsessilibus.*

39. P. SCUTIFERUM Bth. l. c. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis oblongo-ellipticis vel ovali-oblongis acuminatis glaberrimis, glandula parva prope basin petioli; calyce minute dentato, corolla subtriplo breviore; ovario subsessili

glabro. ♃ — Affine *P. lobato*. Foliola 4–6-pollicaria, supra nitida. Paniculae rami et pedunculi pauci. Flores interdum solitarii. Corolla late tubuloso-campanulata. Legumen magnum longissimum, fere ad suturam lobatum, in segmenta alternatim ad utrumque latus dejecta. — *Mimosa scutifera* Blanco, Fl. Filipin. 735. (excl. var.) — Crescit in insulis Philippinis.

40. P. PAUCIFLORUM Bth. l. c. 212. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis subbijugis ovatis oblongisve obtuse acuminatis glaberrimis, glandula in medio petiolo; calyce corolla quadruplo breviore; ovario stipitato glabro. ♃ — *P. scutifero* quodammodo simile, sed foliola vix 2–3-pollicaria et ovarium stipitatum. Corollae latiuscule campanulatae, basi attenuatae, 2 lin. longae. — Crescit in insulis Philippinis.

41. P.? LAXIFLORUM Bth. l. c. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis ovali-oblongis obtuse acuminatis glabriusculis, glandula in medio petiolo; calyce corolla dimidio breviore. ♃ — *Acacia laxiflora* DC. l. c. 455. — In insula Timor.

Sectio VI. CAULANTHON Bth. l. c. 212.

Inermia. Stipulae obsoletae vel deciduae, rarius persistentes lanceolatae. Pinnae 1- vel rarius 2-jugae, foliola 1-plurijuga, saepius paucijuga, interdum solitaria. Glandulae inter pinnas et foliola rarius obsoletae, petiolares nullae. Pedunculi monocephali vel monostachyi breves, in ramulis annotinis fasciculati. Legumen rectum falcatum vel contortum plano-compressum coriaceum subbivalve, marginibus leviter incrassatis, intus tenuiter pulposum. Semina exarillata. — Species Americanae.

§. 1. *Foliolis cujusve pinnae* 1-3-*nis*.

42. P. UNIFOLIOLATUM Bth. l. c. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis solitariis ovali-ellipticis oblongisve obtusissime acuminatis; pedunculis brevissimis; capitulis globosis 12–15-floris; floribus sessilibus glabris; calyce minuto corolla multoties breviore; ovario sessili glabro. ♃ — Species foliis distinctissima. Petioli communes lineam longi, apice petiolos partiales ferunt duos lineam longos. Foliola in petiolis partialibus solitaria 2–3-pollicaria coriacea. Flores 3 lin. longi. Staminum tubus longe exsertus. — Crescit in Brasilia.

43. P. LIGUSTRINUM Bth. l. c. 213. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi dimidiatis; pedunculis elongato-spiciferis a basi floriferis; calyce corolla glabra infundibuliformi vix triplo breviore; staminum tubo breviter exserto. ♃ — Foliola 3–6-pollicaria, legumen complanatum. — *Mimosa ligustrina* Vahl, Eclog. pl. Amer. III. 34. t. 27. — *Inga Vahliana* DC. l. c. 438. — *Inga falciformis* DC. l. c. — *Inga longifolia* Humb. et Bonpl. in Willd. Spec. pl. IV. 1010. — Crescit in Nova Granata ad Stm. Martham.

44. P. DIVARICATUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabriusculis; pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi dimidiatis glabris; capitulis laxis paucifloris; calyce corolla glabra subinfundibuliformi triplo breviore; staminum tubo breviter exserto; ovario sessili glabro. ♃ — Foliola 3–5-pollicaria. Pedunculi graciles semipollicares, breviter racemosi. Capitula parva subglobosa. Corollae 2 lin. vel vix longiores. — Crescit in Brasilia.

45. P. (INGA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. VI. 297.) CATARACTAE Bth. l. c. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 3 oblique lanceolato-oblongis acuminatis, basi dimidiato-rotundatis membranaceis; pedunculis brevibus; legumine compresso-complanato lineari acuminato. ♃ — Crescit ad cataractes Javarisoni prope Atures Orinocensium.

46. P. GLOMERATUM Bth. l. c. — Glabrum: pinnis unijugis, foliolis 3 ovato- vel oblongo-lanceolatis acuminatis coriaceis; capitulis multifloris sessilibus vel brevissime pedunculatis; corolla tubulosa glabra calyce brevissimo multoties longiori; staminum tubo subexserto; ovario sessili glabro. ♃ — Foliola parum obliqua penninervia 3–5-pollicaria. — *Inga glomerata* DC. l. c. 438. — Crescit in Guiana Britannica.

§. 2. *Pinnis plerisque vel omnibus 5-plurifoliolatis.*

47. P. LATIFOLIUM Bth. l. c. 214. — Glabrum: stipulis persistentibus lanceolatis acuminatis; pinnis unijugis, foliolis quinis, rarius ternis, inferioribus alternis aequilateris, extimis oppositis, basi dimidiatis vel ovato-oblongis acuminatis; florum capitulis laxis sessilibus pedunculatisque; corollis tubulosis minute puberulis calyce multoties longioribus; staminum tubo exserto. ♁ — Foliola 3–4-pollicaria, latiora quam in affinibus. — *Inga latifolia* Willd. Spec. pl. IV. 1020. — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

48. P. SELLOI Bth. l. c. — Glabrum: stipulis minutis; pinnis unijugis, foliolis ternis quinisve remotis oblongis vel ovato-lanceolatis acuminatis, basi dimidiato-angustatis; pedunculis supra medium laxe spiciferis; calyce parvo truncato corolla glabra elongata multoties breviore; staminum tubo exserto; ovario sessili glabro. ♁ — Folia et habitus *P. latifolii*. Stipulae caducae. Glandulae fere obsoletae. Pedunculi 1–1½-pollicares, flores 10–20 supra medium pedunculi interrupti. Corolla fere semipollicaris striata. — Crescit in Brasilia.

49. P. LASIOPUS Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 141. et in Hook. Lond. journ. of bot. III. 214. — Ramulis petiolisque pubescentibus vel demum glabratis; stipulis minutis; pinnis unijugis, foliolis 2–3-jugis inaequalibus ovali-oblongis obtuse acuminatis, extimis basi obliquis glabris vel ad venas rarius puberulis; capitulis laxis breviter pedunculatis sessilibusve; floribus pubescentibus; calyce corolla tubulosa multoties breviore; staminum tubo exserto. ♁ — Foliola magnitudine varia, semper tamen minora et angustiora quam in *P. latifolio*. — Crescit in Guiana Britannica, Demerara et Surinam.

50. P. CAULIFLORUM Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 116. — Wlprs. l. c. 932. no. 3. — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pubescentibus; stipulis persistentibus late lanceolatis acutis; pinnis unijugis, foliolis 2–4-jugis ovatis obovatisve, basi aequalibus vel extimis dimidiato-angustatis, subtus pubescentibus; capitulis laxis sessilibus vel breviter pedunculatis; floribus minute puberulis; calyce corolla tubulosa multoties breviore; staminum tubo exserto. ♁ — Foliola pleraque 2–2½-pollicaria. Flores quam praecedentium minores. — *Inga cauliflora* Willd. Spec. plant. IV. 1021. — Crescit in Brasilia tropica.

51. P. GLABRATUM Martius l. c. 116. — Bth. l. c. 215. — Glabrum: stipulis parvis; pinnis unijugis, foliolis 2–4-jugis oblique oblongo-lanceolatis vel obovato-oblongis obtusis; capitulis paucifloris laxis breviter pedunculatis; floribus vix puberulis; calyce corolla tubulosa multoties breviore; staminum tubo exserto. ♁ — Foliola uni- vel vix bipollicaria, minus quam in praecedentibus nigrescentia. Flores minores numerosi. — Crescit in Brasilia tropica.

52. P. RAMIFLORUM Bth. l. c. — Glabrum vel junius tenuiter puberulum: stipulis obsoletis; pinnis inaequaliter bijugis, foliolis pinnarum superiorum 5–7-jugis oblique oblongo-rhombeis acuminatis coriaceis nitidis; spicis brevibus subsessilibus; floribus puberulis; calyce corolla subtriplo breviore; staminum tubo inclusо; ovario sessili glabro. ♁ — Foliola ultima tripollicaria longe acuminata, inferiora gradatim multo minora. Flores vix 3 lin. longi. — *Inga ramiflora* Bngrd. mss. — Crescit in Brasilia (Borba).

Sectio VII. SAMANEA Bth. l. c. 215.

Arbores inermes. Stipulae inconspicuae. Pinnae et foliola multijuga, rarius paucijuga. Inflorescentia axillaris et paniculata. Legumen rectiusculum vel arcuatum nec cochleatum, valvulis planis coriaceis non contortis. Semina exarillata.

§. 1. *Axillares. Pedunculi axillares solitarii vel fasciculati vel ultimi rarius brevissime racemosi. Capitula majuscula, nunc maxima. Legumen in plerisque (an in omnibus?) dehiscens.*

† Glandulis jugalibus, petiolari nulla.

53. P. (INGA Willd. Spec. plant. IV. 1024.) SAMAN Bth. l. c. — Ramulis petiolisque junioribus pubescentibus; pinnis 4–6-jugis, foliolis pinnarum inferiorum 2–3-

jugis, superiorum 6–8-jugis ovato-oblongis, supra glabris, subtus pubescentibus; legumine plano, utraque sutura canaliculata. ♂ — Differre videtur a sequentibus foliolis superioribus tripollicaribus, inferioribus semipollicaribus. Glandulae inter pinnas urceolatae crassae, inter foliola parvae. — Crescit in Jamaica et Caracas.

54. P. CINEREUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque cinereo-pubescentibus; pinnis bijugis, foliolis 5–7-jugis oblique ovatis, supra glabris, subtus pubescentibus reticulatis; pedunculis axillaribus; capitulis globosis; floribus tomentosis; calyce corolla duplo longiore; ovario subsessili glabro. ♂ — Arbor maxima. Foliola summa sesquipollicaria, infima semipollicaria. Glandulae inter pinnas cupuliformes. Corolla 4 lin. longa rubra. Stamina circiter 20. — *Inga cinerea* H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. VI. 304. — Crescit in Caracas.

55. P. SALUTARE Bth. l. c. — Ramulis petiolisque tomentosis; pinnis 4-jugis, foliolis 6–9-jugis subrhomboideo-ovatis membranaceis reticulatis, supra glabris, subtus molliter pubescentibus; pedunculis axillaribus; capitulis globosis; floribus tomentosis; corolla calyce duplo longiore; ovario subsessili glabro; legumine subtoruloso. ♂ — Differt a praecedente, cui simillimum, pinnarum numero, foliolorum forma, floribus majoribus (corolla 5 lin. longa) et staminibus circiter 40. Legumen 6–8-pollicare bivalve, valvis melliferis, melli acerbo. — *Inga salutaris* H. B. Kth. l. c. 304. — Crescit inter Carthagenam et Turbuaco in Columbia.

56. P. FERRUGINEUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentosis; pinnis 2–3-jugis, foliolis 6-jugis oblique rhombeo-obovatis oblongisve coriaceis reticulatis glabris vel subtus puberulis; pedunculis axillaribus rigidis; capitulis globosis ovoideisve; floribus ferrugineo-tomentosis; corolla calyce vix dimidio longiore; ovario subsessili glabro. ♂ — An *P. salutaris* var.? Foliola rigida 6–12 lin. longa. Glandulae inter pinnas maximae scutelliformes, inter foliola paucae parvae. Corollae 5–5½ lin. longae. — Crescit in Guiana Britannica.

57. P. RHOMBEUM Bth. l. c. 217. — Ramulis petiolisque junioribus ferrugineo-pubescentibus; pinnis 6–8-jugis, foliolis 8–12-jugis oblique rhombeis subcoriaceis glabris vel subtus ad venas puberulis; pedunculis axillaribus; capitulis globosis; floribus ferrugineo-puberulis; calyce corolla triplo breviore; ovario sessili glabro; legumine plano falcato glabro, marginibus incrassatis. ♂ — Foliola fere *P. trapezifolii*, ultima 8–9 lin. longa, inferiora minora, costa media diagonali. Glandulae parum conspicuae. Flores in capitulo numerosi sessiles. Calyx lineam, corolla 3 lin. longa. Legumen 5-pollicare, 8–9 lin. latum. — Crescit in Brasilia.

58. P. MICRADENIUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentosis; pinnis 5–8-jugis, foliolis 8–12-jugis oblique rhombeis, supra glabris, subtus adpresse puberulis membranaceis; pedunculis axillaribus; floribus ferrugineo-puberulis; calyce corolla subtriplo breviore; ovario sessili pubescente. ♂ — *P. rhombeo* simile. Foliola paullo minora tenuiora, pilis subtus adpressis sparsis. Glandulae minutae. Habitu etiam ad *Albizziam Julibrissin* accedit, sed primo adspectu costa foliorum diagonali dignoscitur. Legumen ignotum. — In insula Dominica.

59. P. AURICULATUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentellis; pinnis 5–7-jugis, foliolis 6–10-jugis oblique rhombeis, ad angulum interiorem saepius obtuse auriculatis, utrinque glabris, supra nitidis, subtus pallidis, ultimis falcato-oblongis; pedunculis axillaribus; floribus ferrugineo-tomentellis; calyce corolla vix ter breviore; ovario sessili glabro. ♂ — Etiam haec species *P. rhombeo* affinis est, sed foliola et flores multo minora. Ramuli tenues. Foliola 3–5 lin. longa, venulis praeter costam diagonalem vix conspicuis. Glandulae paucae parvae. Pedunculi 8–10 lin. longi. Corolla 2 lin. longa. Stamina circiter 15. Legumen ignotum. — Crescit in Brasilia (Borba).

60. P. ADIANTHIFOLIUM Bth. l. c. 218. — Ramulis petiolisque glabris subglutinosis vel vix puberulis; pinnis 5–10-jugis vel in ramulis superioribus paucijugis, foliolis 10–25-jugis oblongis linearibusve valde obliquis, hinc basi dilatatis, subcoriaceis nitidis glabris; pedunculis axillaribus; floribus maximis ferrugineo-tomentellis; calyce corolla subtriplo breviore; legumine falcato vix tomentello. ♂ — Arbor parva glabritie et floribus magnis ab affinibus distinctissima. Folia

variabilia quoad numerum pinnarum et foliolorum formam, foliola saepius 8–10 lin. longa, 2–4 lin. lata. Corollae pollicares. Flores albi, staminum tubus exsertus. Legumen semipedale, pollicem latum subfalcatum planum coriaceum, marginibus incrassatis, intus tenuiter pulposum. — *Inga adianthifolia* Kth. Mimos. 66. t. 21. — *Inga discolor* Humb. et Bonpl. in Willd. l. c. 1024. — Crescit ad flumina Atapabo, Amazonum et Essequibo, etiam in Surinam.

61. P. MARTIANUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-villosis; pinnis 7–9-jugis, foliolis 15–20-jugis oblique oblongo-linearibus falcatis, supra nitidis, subtus pallidis, glabris vel ciliato-puberulis; pedunculis axillaribus; legumine elongato arcuato plano ferrugineo-tomentoso, marginibus leviter incrassatis. ♁ — Foliis *P. Langsdorffii* et *P. incuriali* simile. Legumen semipedale, pollicem latum, obtusum cum mucrone obliquo. Flores non visi. — Crescit in Brasilia.

62. P. INCURIALE Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-villosis; pinnis 6–10-jugis, foliolis 15–25-jugis oblique oblongo-linearibus falcatis acutiusculis, supra nitidis, subtus (in sicco) rufescentibus, margine ciliatis, caeterum glabris; pedunculis axillaribus; capitulis densis; floribus ferrugineo-puberulis; calyce corolla subduplo breviore; legumine plano recto tenuissime tomentoso, marginibus leviter incrassatis. ♁ — Foliola pleraque 3 lin. longa, vix lineam lata. Glandulae substipitatae scutelliformes. Pedunculi sesquipollicares. Corolla infundibuliformi-tubulosa 3 lin. longa. Stamina numerosa. Ovarium sessile glabrum. Legumen 4–5-pollicare, 8–9 lin. latum. — *Mimosa incurialis* Arrabida, Fl. Flum. XI. t. 24. — *Enterolobium? Tamborik* Mart. Hb. Flor. Brasil. 117. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

†† Glandula petiolari praeter jugales.

63. P. SCHOMBURGKII Bth. l. c. 219. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentosis; pinnis 18–20-jugis, foliolis 50–60-jugis parvis lineari-falcatis, supra nitidis, subtus ferrugineo-puberulis, glandula petiolari oblonga; floribus in capitulo sessilibus; calyce corolla dimidio breviori; ovario sessili villoso. ♁ — Foliola vix linea longiora. Pedunculi fasciculati, vix pollicares. Calyces turbinato-tubulosi lineam longi. Corolla vix 2 lin. longa. — Crescit in Brasilia (Pedrero, Rio Negro).

64. P. PEDICELLARE Bth. l. c. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentellis; pinnis 6–10-jugis, foliolis 20–30-jugis oblongo-linearibus obtusis parum obliquis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus, glandulis petiolaribus pulvinatis saepe geminis; floribus in capitulo pedicellatis. ♁ — Folia fere *P. fragrantis*, foliola 3–4 lin. longa, pedunculi 3–4-pollicares, pedicelli exteriores 2 lin. longi, interiores brevissimi. Corolla fere 4 lin. longa. Legumen oblongum rectum 2½-pollicare, pollicem latum. — *Inga pedicellaris* DC. l. c. 441. — Crescit in Cayenne in Brasilia.

§. 2. *Paniculatae. Pedunculi fasciculati in paniculas terminales vel axillares polycephalas digesti. Flores in capitulis parvis sessiles. Legumen saepe indehiscens. Glandula petiolaris oblonga vel orbiculata, rarissime obsoleta, jugales parvae.*

65. P. POLYCEPHALUM Bth. l. c. 219. — Ramulis petiolisque ferrugineo-tomentellis; pinnis 8–10-jugis, foliolis 15–25-jugis falcato-oblongis obliquis, supra nitidis, subtus ferrugineis glabris puberulisve; floribus ferrugineo-puberulis; corolla calyce vix duplo longiore; ovario pubescente; legumine falcato plano ferrugineo-tomentoso. ♁ — Petioli communes 3–4-pollicares, partiales 1½–2-pollicares. Foliola 2–3 lin. longa acuta vel saepius obtusa. Corollae vix 2 lin. longae. — *Mimosa terminalis* Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 30? — Crescit in Brasilia tropica.

66. P. (INGA Macfd. Flor. Jamaic. I. 309. — Wlprs. l. c. 931. no. 38.) FRAGRANS Bth. l. c. 220. — Glabrum vel panicula minute puberula: pinnis 8–10-jugis, foliolis 30–40-jugis oblongo-linearibus falcatis obtusiusculis, supra nitidis, subtus pallidis; panicula foliosa; floribus glabriusculis, corolla calyce plus triplo longiore;

ovario sessili glabro; legumine recto tenuissime puberulo flavicante, valvulis inter semina coalitis. ♂ — Foliola 3–4 lin. longa. Corolla tubulosa vix 2 lin. longa. Legumen breviter stipitatum tripollicare, vix semipollicem latum. — Crescit in Jamaica.

67. P. BERTERIANUM Bth. l. c. — Glabrum vel panicula minute puberula: pinnis 8–12-jugis, foliolis 30–50-jugis anguste linearibus falcatis acutiusculis, supra nitidis, subtus pallidis; panicula foliosa; floribus glabriusculis; corolla calyce vix triplo longiore; ovario sessili puberulo; legumine recto tenuissime puberulo flavicante, valvulis inter semina coalitis. ♂ — Praecedenti valde affine forteque cum eo consociandum, differt tamen foliolis minoribus multo angustioribus. — *Acacia Berteriana* DC. l. c. 470. — *Acacia Balbisii* Spr. Syst. veget. III. 140. — Crescit in Hayti.

68. P. MULTIFLORUM Bth. l. c. — Glabrum vel ramulis petiolisque puberulis: pinnis 1–4-jugis, foliolis 6–10-jugis late vel anguste oblongo–falcatis valde obliquis, basi bi–plurinerviis glabris ciliatisve; pedunculis in racemos axillares vel terminales paniculatos dispositis; capitulis minimis; corolla calyce 4–5-plo longiore; ovario glabro; legumine recto plano. ♂ — Variat foliolorum consistentia et magnitudine, a semipollice fere ad pollicem, pube sparsa vel nulla. Racemi subsemipedales. Pedunculi saepius fasciculati breves. Capitula vix *Pisi* magnitudine. Corolla vix 1½ lin. longa profunde quinquefida glabra. Stamina circiter 20 semipollicaria. — *Acacia multiflora* H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. VI. 277. — *A. subdimidiata* Splitgerb. Plant. nov. Surinam. 18. — Crescit in America tropica (Mexico, Guayaquil, Guiana, Rio Negro, in Nova Granata et in Brasiliae provinciis Bahia, Piauhy etc.)

§. 3. *Corymbosae. Pedunculi ad apices ramorum corymbosi vel infimi axillares. Legumen indehiscens. Glandulae omnes jugales.*

69. P. CORYMBOSUM Bth. l. c. 221. — Ramulis petiolisque ferrugineo–tomentellis vel demum glabratis; pinnis 2–4-jugis, foliolis 8–12-jugis oblongis valde obliquis subrhombeisve venosis, supra nitidis, subtus pallidis glabris et vix puberulis; floribus in capitulo longe pedicellatis; legumine recto transverse rimoso. ♂ — Ramuli dense foliati. Foliola 6–9 lin. longa, 2–4 lin. lata. Corymbus foliis brevior. Flores in capitulo numerosi. Pedicelli graciles 1–3 lin. longi. Legumen in articulos recedere videtur. — Crescit in Guiana Britannica, Surinam, Rio Negro, Cayenne.

70. P.? COMOSUM Bth. l. c. — Pinnis trijugis, foliolis 9–10-jugis ovalibus, basi retusis; floribus paniculato–corymbosis; leguminibus acinaciformibus. ♂ — *Inga comosa* Willd. Spec. pl. IV. 1026. — Crescit in Jamaica boreali.

Sectio VIII. CHLOROLEUCON Bth. l. c. 221.

Spinae hinc inde axillares rectae solitariae vel geminae. Stipulae in gemmis fusco–membranaceae, in ramulis deciduae vel obsoletae. Pinnae et foliola pluri–juga vel saepius multijuga. Glandula prope basin petioli et jugales inter pinnas vel foliola suprema. Pedunculi axillares solitarii vel gemini. Capitula subglobosa. Flores sessiles tubulosi glaberrimi vel vix ciliis paucis ad os calycis. Ovarium sessile glabrum. Legumen crassum compressum falcatum, valvulis coriaceo–carnosis, intus transverse septatum. Semina exarillata. — Species omnes Americanae.

71. P. TORTUM Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 114. — Wlprs. l. c. 931. no. 1. — Bth. l. c. 222. — Glaberrimum: pinnis 3–4-jugis, foliolis 5–9-jugis oblique obovato–oblongis plurinerviis; calyce truncato, ore nudo, corolla ter breviore. ♁ — Frutex biorgyalis, ramulis flexuosis. Foliola 4–6 lin. longa. Corollae 3 lin. longae graciles, in capitulo numerosae. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.

72. P. VINCENTIS Bth. l. c. — Ramulis glabriusculis; petiolis puberulis, pinnis 3–4-jugis, foliolis 5–9-jugis oblique oblongis plurinerviis, supra glabris, subtus piloso–pubescentibus; calyce 4–5-dentato, ore nudo, corolla dimidio breviore. ♁

— *P. torto* valde affine et forte ejus varietas. Foliola paullo minora, subtus constanter villosula. Flores paullo minores, calycibus proportione longioribus. — Crescit in insula Sti. Vincentii.

73. P. TENUIFLORUM Bth. l. c. — Ramulis petiolisque velutino-pubescentibus; pinnis 3-4-jugis, foliolis 5-9-jugis oblique oblongis plurinerviis, utrinque piloso-pubescentibus; calyce minute dentato, apice pilosulo, corolla glabra triplo breviore. ♁ — Etiam haec species vix nisi villositate a *P. torto* differt. Foliola parum angustiora. Flores tenuiores. — Crescit in Brasilia prope Jaquara.

74. P. MATHEWSI Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pubescentibus; pinnis 5-8-jugis, foliolis 15-20-jugis, oblique oblongis vix trinerviis, supra glabris, subtus pubescentibus; calyce truncato, corolla triplo breviore. ♁ — Affine *P. dumoso*. — Glandulae oblongae erectae. Foliola 2-3 lin. longa. Pedunculi semipollicares. Flores *P. torti*. — Crescit in Peruvia ad Mozabamba.

75. P. DUMOSUM Bth. l. c. 223. — Ramulis, petiolis foliisque junioribus ferrugineo-tomentosis; pinnis 3-4-jugis, foliolis 9-16-jugis oblique oblongis subtrinerviis minute et sparse pubescentibus; calyce truncato, ore pilosulo, corolla triplo breviore. ♁ — Frutex 10-pedalis, ramulis ut in *P. torto* flexuosis verruculosis. Tomentum in partibus junioribus aureo-ferrugineum. Stipulae lanceolatae, cito deciduae, basi persistente tuberculiformi. Foliola 2-3 lin. longa. Glandulae parvae scutelliformes. Pedunculi vix semipollicares. Flores *P. torti* sed minores. — Crescit in Brasilia prope Barra de Jardim in provincia Piauhyensi.

76. P. PARVIFOLIUM Bth. l. c. — Ramulis novellis petiolisque pubescentibus; pinnis 5-9-jugis, foliolis 10-25-jugis oblongis vel linearibus subbinerviis glabris ciliolatis; calyce dentato corolla duplo breviore. ♁ — Foliola subimbricata vix 2 lin. longa. — *Acacia parvifolia* Willd. l. c. 1086. — DC. l. c. 462. — *Inga Marthae* DC. l. c. 441. — Crescit in insulis Indiae occidentalis.

77. P. FOLIOLOSUM Bth. l. c. — Ramulis glabris vel novellis petiolisque pubescentibus; pinnis 7-8-jugis, foliolis multijugis minimis imbricatis oblique oblongis 2-3-nerviis pilosulis; calyce truncato corolla ter breviore. ♁ — Foliola quam in *P. parvifolio* minora numerosiora, flores minores. — Crescit in Brasiliae provincia Pernambuco ad Villa do Barra.

XXVI. ENTEROLOBIUM *Martius.*

(Martius, Herb. flor. Brasil. 128. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 223.)

Flores *Pithecolobii* e sectione *Samanea*. Legumen breve incurvato-reniforme crasso-coriaceum compressum indehiscens, intus carnosum, endocarpio pergamentaceo, transverse septatum. Seminum funiculus filiformis. — Arbores Americanae habitu *Pithecolobiorum Samanearum*. Foliola demum saepius coriacea insigniter venosa. Pedunculi solitarii vel subfasciculati axillares vel superiores in racemum brevem dispositi. Capitula exacte globosa. Calyx laxior et corollae limbus proportione tubi major quam in *Pithecolobiis* plerisque. Ovarium sessile.

1. E. TIMBOÜVA Martius l. c. 128. — Bth. l. c. 224. — Glabrum vel partibus novellis pubescentibus glaucescens: pinnis 2-5-jugis, foliolis 10-20-jugis falcato-oblongis dimidiatis mucronato-acutis, basi valde obliquis 2-3-nerviis venosis, glandula petiolari pulvinata vel obscura; floribus apice puberulis; calyce membranaceo 5-dentato, corolla duplo breviore. ♁ — Foliola nunc pollicaria, demum coriacea, supra siccitate nigricantia, venis conspicuis paginaque inferiore glauco-pallidis, nunc dimidio minora, utrinque glauca, minus venosa. Costa media lateri superiori approximata. — *Mimosa contortisiliqua* Arrabida, Fl. Flumin. XI. t. 25. — *Enterolobium glaucescens* Martius l. c. 117. — Crescit in Brasilia, Uruguay et in Jamaica.

2. E.? BLANCHETI Bth. l. c. — Ramulis petiolisque vix minute puberulis; pinnis 2-4-jugis, foliolis 8-12-jugis oblique subrhombeo-oblongis obtusis mucronatis

inaequilateris glabris, glandula petiolari parva vel nulla, jugalibus nullis; capitulis paucifloris; floribus pedicellatis; calyce glabro truncato corolla cano-tomentella dimidio breviore. ♂ — Habitu et foliis *Pithecolobio corymboso* proximum, sed flores potius *Enterolobii*. Fructus ignotus. — Crescit in Brasilia in provincia Bahiensi prope Serra d'Açurua.

3. E.? **ELLIPTICUM** Bth. l. c. — Glabrum: pinnis 1–2–, rarius 3-jugis, foliolis 4–6-jugis oblongo- vel ovali-ellipticis obtusis subaequilateris, basi obliquis coriaceis venosis, glandula petiolari immersa, jugalibus parvis; capitulis multifloris; floribus subsessilibus vix minute puberulis; calyce breviter dentato corolla dimidio breviore. ♂ — Folia rigida. Pinnae distantes. Foliola 1–1½-pollicaria. Flores fere *E. Timburae*. — Crescit in Brasilia (Pernambuco, Rio San Francisco).
4. *E. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 26.) **MONGOLLO** Martius l. c. 117. — ♂ — Num forte ad *Pithecolobium foliolosum* Bth. referendum? — In Brasilia.

XXVII. **SERIANTHES** *Bth.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. III. 225.)

Calyx ample campanulatus quinquefidus. Corolla quinquepartita, laciniis basi tubo stamineo adnatis. Stamina monadelpha numerosissima. Legumen oblongum vel ovatum compressum lignosum indehiscens. — Species unica Asiatica et Polynesica.

1. S. (INGA Wall. Catal. 5285.) **GRANDIFLORA** Bth. l. c. — Arbor inermis, ramulis, petiolis pedunculisque minute ferrugineo-tomentellis. Stipulae obsoletae. Folia bipinnata ampla, petiolo communi semipedali vel pedali, pinnis 6–8-jugis 3–6-pollicaribus, foliolis 15–20-jugis, plerisque alternis oblique trapezoideo-oblongis obtusis retusisve subfalcatis, basi valde inaequilateris 5–9 lin. longis, supra glabris, subtus pallidis glabris vel pilosulis, basi 1–3-nerviis reticulato-venosis. Glandula elevata infra medium petiolum et jugales inter pinnas plerasque et foliola suprema. Pedunculi axillares subramosi 3–7-flori, foliis multo breviores. Bracteae desunt. Flores inter *Mimoseas* maximi breviter pedicellati. Calyces 6–8 lin. longi late campanulati crassiusculi, extus uti pedicelli dense tomentosi, intus glabri, lobis ovatis acutis. Petala longe lanceolata acuta, fere sesquipollicaria, basi inter se et cum staminum tubo coalita, deinde libera, apice patentia acuta crassiuscula, extus dense sericeo-tomentosa, intus glabra. Staminum tubus calyce brevior, filamenta ultra 500 corolla duplo longiora. Antherae minutissimae. Ovarium sessile glabrum. Stylus filiformis staminibus longior. Legumen 4–6-pollicare, 2–2½ poll. latum, saepe subbullatum, fibroso-lignosum, suturis leviter incrassatis, valvulis inter semina arcte coalitis. Semina transversa oblonga. — *Acacia myriadenia* Guillem. Ann. sc. natur. (2. Sér.) VII. 359. — Crescit in India orientali (Singapore), Otahaiti et in insulis Philippinis.

XXVIII. **INGA** *Martius.*

(Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 577—622.)

Flores hermaphroditi vel rarius polygami. Calyx tubulosus vel campanulatus 2-5-dentatus. Corolla tubulosa vel infundibuliformis. Stamina indefinita, saepius numerosa, corolla duplo vel pluries longiora, basi in tubum coalita. Ovarium unicum. Legumen carnosum vel coriaceum planum tetragonum vel subteres, rectum vel subincurvum vix dehiscens, marginibus incrassatis vel valde dilatatis et sulcatis. Semina pulpa dulci saepe nivea involuta. — Frutices vel arbores Americae calidioris, inermes. Folia simpliciter abrupte pinnata, petiolus inter juga foliolorum saepe in alam expansus, alis semper ad nodos interruptis. Glandulae inter omnia paria scutellatae turbinatae vel stipitatae, in speciebus perpaucis obsoletae vel plane nullae. Foliola omnia opposita paucijuga majuscula (nunc maxima) — rarissime pollice minora, saepe pedalia — ex oblongo vel lanceolato ovata. Flores in umbellas, capitula vel spicas oblongas vel rarius elongatas dispositi. Spicae

solitariae vel saepius fasciculatim pedunculatae axillares vel ad apices ramulorum foliis abortientibus paniculatae. Flores saepissime albi.

Sectio I. LEPTINGA Bth. l. c. 579.

Racemi umbelliformes, receptaculo subgloboso, pedicellis elongatis, calyce saepius multo longioribus, rarius calyce ampliore brevioribus. Flores parvi glabri vel tenuiter puberuli.

1. I. MYRIANTHA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 77. t. 289. — Bth. l. c. — Ramulis inflorescentiaque tomentellis; foliis glabris, petiolo alato, glandulis magnis, foliolis bijugis elliptico-oblongis acuminatis coriaceis nitidis; umbellis pedunculatis subracemosis; floribus tomentellis; calyce corolla duplo, pedicello plus duplo breviore; tubo stamineo vix exserto. ♁ — Foliola majora 4–5-pollicaria. Petioli alae latiusculae. Pedunculi 1–1½-pollicares. Bracteolae subulatae. Flores 4–5 lin. longi. — Crescit in Guiana Britannica, Maynas et in Peruvia.
2. I. UMBRATICA Poepp. et Endl. l. c. — Bth. l. c. 580. — Ramulis, inflorescentia foliisque junioribus tomentoso-puberulis; petiolo interrupte alato, foliolis bijugis amplis ovali-oblongis ellipticisve coriaceis, glandulis magnis; umbellis brevissime pedunculatis; floribus tomentellis; calyce corolla plus duplo, pedicello pluries breviore; tubo stamineo longe exserto; legumine recto plano glabro. ♁ — Praecedenti affinis, sed characteribus datis facile distinguenda. Foliola majora 8 poll. longa. — Crescit in sylvis provinciae Maynensis.
3. I. SCIADION Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 758. — Bth. l. c. — Ramulis foliisque glabris; petiolo complete alato, glandulis majusculis, foliolis bijugis ovatis vel ovali-oblongis breviter acuminatis coriaceis nitidis; umbellis brevissime pedunculatis; floribus tomentellis; calyce corolla pedicelloque plus duplo breviore; tubo stamineo breviter exserto. ♁ — A praecedente differt imprimis foliolis triplo minoribus, petioli alis ad foliola inferiora attingentibus et staminum tubo breviore. — Crescit in Surinam.
4. I. BREVIPES Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 144. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 931. no. 40.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 580. — Ramulis, foliis et inflorescentia molliter puberulis; petiolo alato, glandulis majusculis, foliolis bijugis ovatis vel oblongis acuminatis, basi rotundatis cordatisve coriaceis, umbellis brevissime pedunculatis; floribus tomentosis; calyce corolla subduplo, pedicello paullo breviore; tubo stamineo vix exserto. ♁ — A praecedentibus pube facile distinguenda. Alae petioli latae. Foliola majora 5-pollicaria. — Crescit in Guiana Britannica.
5. I. LEPTOPUS Bth. l. c. 580. — Glabra: petiolo nudo, glandulis parvis vel obscuris; foliolis bijugis ovali-ellipticis vel ovato-oblongis coriaceis nitidis; umbellis longiuscule pedunculatis; floribus elongatis glabriusculis; calyce tubuloso corolla triplo, pedicello pluries breviore; tubo stamineo exserto; legumine plano marginato glabro. ♁ — Foliola majora 4–5-pollicaria. Stipulae lanceolato-falcatae vel oblongae. Pedicelli capillares 9 lin. longi. Corollae 5 lin. longae. Leguminis margines elevati. — Crescit in regionibus Amazonicis et in Peruvia.
6. I. SERTULIFERA DC. Prodr. II. 436. — Bth. l. c. 581. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-tomentellis; petiolo sub foliolis brevissime alato vel nudo, glandulis parvis, foliolis subbijugis ovatis vel ovato-oblongis coriaceis nitidis glabris; umbellis pedunculatis; floribus glabriusculis; calyce corolla pedicelloque 3–4-plo breviore; tubo stamineo subexserto; legumine crasso compresso leviter marginato glabro. ♁ — Foliola ultima 4–5 poll. longa, 1½–2 poll. lata. Stipulae falcato-oblongae vel lineares. Pedunculi 1½–2-pollicares. Bracteolae parvae. Calyx lineam, corolla fere 4 lin. longa. Tota siccitate saepius nigrescit. — *Mimosa coriacea* Pers. Enchir. II. 262. — *Inga coriacea* Desvx. Journ. bot. I. 71.

   β. minor: Glabra: foliolis ultimis 3–4-pollicaribus vix coriaceis; pedunculis brevioribus; calycibus minoribus. — An species propria?

   Crescit in Surinam et in Guiana Britannica.

7. I. (MIMOSA Vahl, Ecl. pl. Amer. III. 30.) UMBELLIFERA Steudel ex DC. l. c. 432. — Bth. l. c. — Ramulis inflorescentiaque tomentellis; petiolo breviter et anguste alato, glandulis scutellatis; foliolis bijugis oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis coriaceis nitidis; umbellis longe pedunculatis; floribus subglabris; calycibus corolla pedicelloque plus quadruplo brevioribus; legumine plano marginato minute tomentello. ♁ — Foliola multo angustiora quam in praecedente, ultima 3–3½-pollicaria, petiolus evidentius alatus, pedunculi longiores, flores consimiles. — Crescit in Guiana Britannica.

8. I. (MIMOSA Vahl l. c. 32.) VIRGULTOSA Desvx. Ann. sc. nat. (1. Sér.) IX. 426. — (Wlprs. Repert. I. 929. no. 11.) — Bth. l. c. — Ramulis apice tomentosis; petiolo anguste alato, glandulis minutis; foliolis 3–4-jugis (parvis) ovato-lanceolatis glabris nitidis; umbellis pedunculatis; calyce minuto corolla pedicelloque multoties breviore; tubo staminco longiuscule exserto; legumine crasso compresso. ♁ — Crescit in Cayenne.

9. I. HETEROPHYLLA Willd. Spec. plant. IV. 1020. — Bth. l. c. 582. — Glaberrima: petiolo nudo vel anguste marginato, glandulis stipitatis parvis; foliolis (parvis) 1–4-jugis oblongis vel ovato-oblongis acuminatis nitidis; umbellis breviter pedunculatis; floribus glaberrimis tenuibus; calyce campanulato corolla pedicelloque multoties breviore; tubo staminco longiuscule exserto. ♁ — Foliola vulgo bijuga, majora 1–2 poll. longa, pleraque tamen multo minora. — *I. protracta* Steud. Flora (B. Z.) XXVI. II. 758. — Crescit in Guiana Britannica et in Surinam.

10. I. GRACILIFLORA Bth. l. c. — Glabriuscula: petiolo nudo, glandulis sessilibus saepe obscuris; foliolis trijugis amplis oblongo-ellipticis, utrinque acutis, subtus ad costam puberulis membranaceis; umbellis in ramis annotinis fasciculatis brevissime pedunculatis; calyce minuto corolla gracili et pedicello pluries breviore; tubo staminco longe exserto. ♁ — Foliola majora semipedalia. Petiolus teres vel vix angulatus. Corolla fere 3 lin. longa, tubo gracillimo, fauce campanulata. Tubus stamineus tenuis corolla fere duplo longior. — In Guiana Britannica.

11. I. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 27.) FLAGELLIFORMIS Martius, Flora (B. Z.) Beibl. II. 112. — (Wlprs. l. c. I. 930. no. 19.) — Bth. l. c. — Glabra: petiolo nudo, glandulis sessilibus saepe obscuris; stipulis falcato-ovatis; foliolis 3–5-jugis, rarius bijugis oblongo-ellipticis, utrinque acutis nitidis coriaceis; pedunculo rigido elongato; floribus tubulosis glabriusculis; calycibus corolla plus duplo, pedicello pluries brevioribus; tubo staminco corollam aequante. ♁ — Foliola majora 4–6-pollicaria. Petioli teretes vel sub foliolis angulati, rarius obsolete marginati. Stipulae amplae. Pedunculi 2–4-pollicares, pedicelli 9 lin., corolla 4 lin. longa. Bracteolae setaceae, apice spathulatae, lineam longae. — Crescit in Brasiliae provinciis Rio de Janeiro et Minas Geraës.

12. I. QUATERNATA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 79. — Bth. l. c. 583. — Ramulis, petiolis foliisque glabris; petiolo nudo, glandulis minimis vel nullis, foliolis 4-jugis membranaceis obovato-oblongis acute acuminatis, basi cuneatis; pedunculis fasciculato-quaternis in paniculam terminalem pubescentem dispositis; floribus subracemoso-umbellatis; calyce hispido-pubescente; corolla serisea; staminum tubo incluso. ♁ — Foliola terminalia 9 poll. longa, 3½ poll. lata. Panicula pedalis aphylla. Bracteae minutae. Pedicelli 3 lin. longi. Corolla pube sericea nitens, calyce infundibuliformi duplo longior. — Crescit in Brasilia boreali in sylvis prope Egam.

13. I. SELLOWIANA Bth. l. c. — Glabra: petiolo anguste alato; stipulis lineari-falcatis, glandulis parvis; foliolis 2–3-jugis oblongis vel oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis coriaceis nitidis; umbellis pedunculatis; floribus tubulosis glabris; calyce campanulato parvo corolla quadruplo, pedicello 2–3-plo breviore; tubo staminco exserto. ♁ — A praecedentibus differt imprimis pedicellis brevibus, raro 2 lin. longis. Stipulae acutissimae, saepe persistentes. Foliola ultima 2–2½-pollicaria. Pedunculi tenues. Bracteolae minutae. Calyx vix semilinea longior. Corolla 2½–3 lin. longa. — Crescit in Brasilia.

14. I. CORDISTIPULA Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 111. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 4.) — Bth. l. c. — Glabra: petiolo anguste alato vel rarius subnudo, glandulis parvis vel nullis; stipulis late et oblique ovatis; foliolis 1–3-jugis oblongis vel oblongo-lanceolatis, utrinque angustatis nitidis; umbellis pedunculatis; calyce campanulato corolla vix duplo breviore, pedicellum vix aequante; legumine crassiusculo glabro leviter marginato. ♁ — Species stipulis, bracteis et calyce facile distinguenda. Foliola ultima tripollicaria. Petioli alae nunc utrinque fere lineam latae, nunc evanescentes. Pedicelli 1–3 lin. longi. Bracteae obovato-spathulatae. Calyx laxus glaberrimus striatus, basi attenuatus, 3–3½ lin. longus. — *Mimosa plana* Arrabida, Flor. Flumin. XI. tab. 10. — Crescit in Brasilia tropica, prope Rio de Janeiro.

Sectio II. DIADEMA Bth. l. c. 583.

Flores in capitulo globoso longe pedunculato sessiles vel rarius breviter pedicellati parvi tenues glabri. Petioli nudi vel rarius angustissime marginati. Glandulae parvae vel obsoletae.

15. I. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 44.) NUTANS Martius l. c. 114. — Bth. l. c. 584. — Glabra: foliolis 4–5-jugis ovato-oblongis, utrinque angustatis obtusis, saepius mucronulatis; pedunculo longo tenui; pedicellis calyce campanulato parvo subbrevioribus; corolla calyce multoties longiore; tubo stamineo longiuscule exserto. ♁ — Folia majora 1½-pollicaria, pleraque multo minora. Pedunculi filiformes bipollicares. Pedicelli et calyces vix semilinea longiores. Corolla trilinearis. — Crescit in Brasilia.

β. tenuis: foliolis minoribus 5–6-jugis. — *Mimosa tenuis* Arrabida l. c. t. 11. — *Inga tenuis* Martius l. c. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

16. I. (MIMOSA Arrabida l. c. t. 45.) DIADEMA Martius l. c. — Bth. l. c. — Foliolis 4-5-jugis elliptico-oblongis, utrinque angustatis; pedunculo longo tenui; floribus sessilibus? ♁ — Crescit in Brasilia.

17. I. SCHINIFOLIA Bth. l. c. — Glabra: foliolis parvis 8–12-jugis oblongo-rhombeis subfalcatis; pedunculo longo tenui; floribus sessilibus tubulosis; calyce ovato corolla multoties breviore; tubo stamineo incluso. ♁ — Foliola semipollicaria vel paullo longiora. Pedunculi 1–1½-pollicares. Corollae tenuissimae, fere 4 lin. longae. — Crescit in Brasiliae montibus dos Orgaõs.

18. I. TUBULIFERA Bth. l. c. 584. — Ramis, petiolis pedunculisque ferrugineo-pubescentibus; foliolis 6–7-jugis oblique oblongis vel lanceolato-ovatis pubescentibus vel supra demum glabratis nitidis; pedunculis folio brevioribus; floribus sessilibus; calyce corolla multoties breviore; tubo stamineo subincluso. ♁ — Foliola pleraque 1½–2½ poll. longa, 6–10 lin. lata, infima brevia ovata. Pedunculi 2–2½-pollicares. Bracteolae setaceae. Corollae graciles, 4 lin. longae. — Crescit in isthmo Panamensi.

19. I. RUFESCENS Bth. l. c. 585. — Ramis, petiolis pedunculisque ferrugineo-villosis foliolis 4–5-jugis obovali-oblongis, basi oblique subcordatis membranaceis pubescentibus, supra vix demum glabratis; pedunculis folio brevioribus; floribus sessilibus. ♁ — Ab *I. tubulifera* differt pube copiosiore longiore, foliolis paucioribus tenuioribus, ultimis 2–3 poll. longis, 12–15 lin. latis, rete venarum supra conspicuo. Pedunculi tenuiores. Bracteolae setaceae longiores. — Crescit in insula quadam ad oram prope Veragua in America australi sita.

20. I. GLOBULIFERA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliolorum ferrugineo-tomentellis; foliolis subquadrijugis obovali- vel oblongo-ellipticis, basi breviter cuneatis; pedunculis elongatis; floribus sessilibus; corolla tenuissima calyce puberulo plus triplo longiore. ♁ — Species affinis *I. Jinicuil,* sed foliola minora tenuiora, subtus ad venas pube minuta tomentella nec glabra. Bracteae subulatae. Flores tenuissimi 3½ lin. longi. Calyx lineam longus, tubulosus, apice puberulus. — Crescit in littoribus ad Veragua in America australi.

21. I. JINICUIL Schlchtd. Linnaea XII. 559. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 14.) — Bth. l. c. — Glabra: foliolis trijugis ovali- vel oblongo-ellipticis, breviter cuneatis,

apice acutiusculis nitidulis; pedunculis elongatis: corolla calyce puberulo triplo longiore: legumine plano glabro. ♃? — Foliola majora 4-6 poll. longa. Pedunculi 1-3-pollicares. Calyx lineam, corolla 3 lin. longa. — In Mexico prope Jalapam.

22. I. BILLBERGIANA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliolorum ferrugineo-pubescentibus; foliolis bijugis ovali-ellipticis, basi breviter cuneatis, supra nitidulis; pedunculis elongatis; floribus sessilibus. ♄ — Affinis *I. Jinicuil*, pube *I. globuliferae*, sed foliola semper bijuga videntur. Capitula et bracteae praecedentium. — Crescit ad „Porto bello".

Sectio III. BURGONIA Bth. l. c. 585.

Spicae cylindricae. Flores parvi numerosi glabri vel pilis brevissimis leviter puberuli. Calyx campanulatus, corolla pluries brevior. Petioli nudi vel saepius anguste alati. Glandulae sessiles scutellatae vel pezizaeformes. Spicae vulgo axillares solitariae vel fasciculatae, breviter pedunculatae, 1-3-pollicares. Flores sessiles, vix unquam tres lineas superantes. Bracteae minutae.

23. I. (MIMOSA Arrabida, Fl. Flumin. XI. t. 8.) TETRAPHYLLA Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 112. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 18.) — Bth. l. c. 586. Glabra vel ramulis rarius puberulis: petiolo nudo vel angustissime marginato; foliolis bijugis ovatis vel ovato-oblongis obtuse acuminatis coriaceis nitidis; spicis elongatis; calyce corolla 2-3-plo breviore; tubo stamineo longiuscule exserto; legumine plano glabro. ♄ — Arbor parva. Foliola 3, rarius 4 poll. longa, 1½-2 poll. lata. Corollae 2½ lin. longae tubus brevis, faux campanulata 4-5-loba. Staminum tubus corolla fere duplo longior, quo charactere et corolla latiore haec species praecipue differt ab *I. laurina*.

β. parvifolia: arbor elata. — Pernambuco.

Crescit in Brasilia tropica prope Bahiam.

24. I. GUAYAQUILENSIS G. Don, General syst. of gard. and bot. II. 391. no. 57. — Petiolis nudis; foliis bijugis, foliolis elliptico-oblongis glabris, utrinque attenuatis apiceque acuminatis; spicis sessilibus solitariis geminisve. ♄ — In Guayaquil.

25. I. (MIMOSA Swrtz. Flor. Ind. occid. II. 978.) LAURINA Willd. Spec. plant. IV. 1018. — Bth. l. c. — Glabra: petiolo nudo vix angustissime marginato; foliolis bijugis ovatis vel ovato-oblongis obtusis vel obtuse acuminatis coriaceis nitidis; spicis elongatis; calyce corolla 3-4-plo breviore; tubo stamineo incluso; legumine plano glabro. ♄ — Foliola majora 2-3 poll. longa, 15-18 lin. lata. Spicae 2-3-pollicares, laxae. Corolla 3 lin. longa. — In insulis Indiae occidentalis.

26. I. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 9.) CYLINDRICA Martius l. c. 114. — Bth. l. c. 586. — Glabra vel ramulis foliisque junioribus tomentoso-puberulis: petiolo nudo vel angustissime hinc inde sub foliolis marginato; foliolis 2-3-jugis anguste oblongis, utrinque angustatis; spicis elongatis; calyce corolla quadruplo breviore; tubo stamineo longiuscule exserto; legumine plano glabro. ♄ — Valde affinis *I. semialatae* et forte ejus varietas, petiolus tamen rarissime subalatus et tubus stamineus longior. Foliola saepe trijuga. — In Brasilia tropica.

27. I. CORUSCANS Humb. et Bonpl. in Willd. Spec. pl. IV. 1017. — Bth. l. c. 587. — Glabra: petiolo nudo; foliolis trijugis oblongis, utrinque angustatis, coriaceis nitidis; spicis elongatis; calyce corolla pluries breviore; tubo stamineo vix exserto. ♄ — Ab *I. cylindrica* differt foliolis majoribus latioribus coriaceis; flores etiam tenuiores confertiores, calyx minor, staminum tubus multo brevior. — Crescit ad fluvium Magdalenae et in Guiana Britannica.

28. I. PEZIZIFERA Bth. l. c. — Ramulis novellis inflorescentiaque tomentellis; foliis glabris, petiolo nudo, glandulis maximis peziziformibus, foliolis 4-jugis ovato-oblongis acuminatis coriaceis nitidis; spicis oblongo-cylindricis; calycibus corolla quadruplo brevioribus; tubo stamineo exserto. ♄ — Foliola 3-4-pollicaria. Inflorescentia et flores *I. Bourgoni*. — Species a *Bourgoniis apteris* facile distinguitur glandulis maximis. — Crescit in Guiana Britannica.

29. I. POLYSTACHYA Bth. l. c. — Glabra vel ramulis inflorescentiaque tomentoso-puberulis: petiolo nudo; foliis quadri- v. rarius trijugis ovato-oblongis obtusis v. obtuse acuminatis coriaceis nitidis; spicis numerosis elongatis multifloris; calyce corolla subtriplo breviore; tubo stamineo subexserto. ♁ — Foliola fere *I. tetraphyllae* sed fere semper 4-juga. Spicae 3–4-pollicares floribundae. Flores quam in affinibus minores, corolla vix unquam 2 lin. longa. — In Brasilia tropica.

30. I. TENUIFOLIA Bth. l. c. — Glabra: petiolo nudo; foliolis 4-jugis lanceolatis acutis, basi angustatis; spicis cylindricis; calyce corolla triplo breviore; tubo stamineo incluso. ♁ — Foliola membranacea, majora 1½–2 poll. longa, 5–6 lin. lata. Spicae fere *I. Bourgoni*, sed longius pedunculatae. Corolla vix 2 lin. longa. — Crescit in Brasilia ad Gongo-Soco.

31. I. MARGINATA Willd. Spec. plant. IV. 1015. — Bth. l. c. 588. — Ramis foliisque glabris; petiolo sub foliis anguste et longiuscule alato, foliolis bijugis elliptico-oblongis acuminatis nitidis; spicis elongatis laxis; calyce corolla pluries breviore; tubo stamineo subexserto; „legumine lineari nodoso“. ♁ — Foliola suprema 3–4-pollicaria. Spicae tripollicares. Bracteae minutae ovatae cuspidatae. — *Mimosa fagifolia* Linn. Spec. pl. 1498. — Crescit in Caracas et in Guiana Britannica.

32. I. (MIMOSA Aubl. Pl. Guian. II. 941. t. 358.) BOURGONI DC. Prodr. II. 434. — Bth. l. c. — Ramis foliisque glabris; petiolo sub foliis breviter alato, foliolis 2–3-jugis ovali-oblongis acuminatis nitidis; spicis oblongo-cylindricis densis; calyce corolla pluries breviore; tubo stamineo exserto; legumine plano glabro. ♁ — Arbor 20–40-pedalis. Partes novellae et rhachis spicarum levissime tomentellae et pili pauci breves adsunt in calyce bracteisque. Stipulae anguste lanceolatae deciduae. Foliola adulta 4–5-pollicaria nitida. Bracteae minutae ovatae cuspidatae. Flores 4–5-meri tenues, uti in plerisque hujus sectionis albi. Calyx vix ¾ lin., corolla 3 lin., stamina 7–8 lin. longa. — *Mimosa alba* Vahl, Ecl. pl. Am. III. 31. (an Swrtz.?) — *Inga alba* DC. l. c. 433. — In Guiana utraque et in Surinam.

33. I. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 5.) SEMIALATA Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 114. — Bth. l. c. — Glabra vel ramulis foliisque junioribus leviter pubescentibus: petiolo sub foliolis superioribus alato, foliolis bijugis, rarius trijugis anguste oblongis, utrinque angustatis membranaceis; spicis elongatis; calyce corolla 3–4-plo breviore; tubo stamineo breviter exserto; legumine plano glabro. ♁? — Foliola adulta 3–4 poll. longa, 10–15 lin. lata. Ala sub pari superiore nunc brevis, nunc ad par infimum attingens, angusta vel latiuscula. Spicae interruptae. Bracteae lanceolato-setaceae deciduae. Calyx pilis paucis hirtellus. Corolla 2 lin. vel rarius 2½ lin. longa.

β. latifolia Mart. Herb. flor. Bras. n. 1091. — Foliolis adultis 6–8 poll. longis, 2–2½ poll. latis; corollis 3 lin. longis.

Crescit in Brasiliae provinciis Minas Geraës et Rio de Janeiro.

34. I. EXCELSA Poepp. et Endl. Nov. Gener. et spec. pl. Chil. III. 78. † — Bth. l. c. 589. — Foliis glabris; petiolo sub foliolis superioribus breviter alato, foliolis bijugis oblongis, utrinque angustatis; spicis elongatis; calyce corolla triplo breviore; tubo stamineo incluso; „legumine tereti toruloso glabro“. ♁ — Simillima *I. semialatae*, differt staminibus et ex auctoribus legumine. — Crescit in Andibus Peruvianis.

35. I. PUBERULA Bth. l. c. 589. — Ramulis, pedunculis foliisque junioribus hirto-puberulis; petiolo sub foliolis superioribus anguste alato, foliolis bijugis oblongis, utrinque angustatis; spicis elongatis laxis; calyce corolla triplo breviore; tubo stamineo incluso vel breviter exserto; „legumine moniliformi“. ♁ — Inter *I. excelsam* et *I. pycnostachyam* media, a priore differt pube, ab hac ala petioli angustiore et breviore nunc angustissima, spica laxiore etc. An varietas *I. semialatae?* sed legumen diversum dicitur. — In Brasilia tropica prope Bahiam.

36. I. PYCNOSTACHYA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pilosulis; petiolo alato, foliolis bijugis anguste oblongis longe et obtuse acuminatis, basi angustatis, utrinque pilosulis; spicis elongatis densis; floribus minute pilosulis; calyce cam-

panulato corolla 4-plo breviore; tubo staminco vix exserto. ♁ — Arbor habitu et inflorescentia *I. excelsae* et *I. puberulae* similis, sed flores confertiores sunt et ala petioli, quae ad foliola inferiora attingit, superne utrinque 1–2 lin. lata est. Corolla 2. lin. longa. Legumen ignotum. — Crescit in Peruviae provincia Mozobamba.

Sectio IV. PSEUDINGA Bth. l. c. 590.

Spicae ovatae densae vel longiores, basi laxae vel interruptae. Flores sessiles vel rarius brevissime pedicellati. Calyx tubulosus vel anguste tubuloso-campanulatus. Corolla speciebus paucis exceptis villosa. Legumen planum, marginibus elevatis latitudine leguminis multo angustioribus.

§. 1. *Glabriflorae: Calyx glaber vel tenuiter pubescens. Corolla glabra. Series a Bourgoniis inflorescentia et calyce longiore differt.*

* *Petiolo alato.*

37. I. SAPIDA H. B. Kth. Nov. gen. et sp. pl. VI. 286. — Bth. l. c. — Glaberrima: petiolo anguste alato, foliolis bijugis elliptico-oblongis acuminatis, basi membranaceis, glandulis saepe obscuris; pedunculis brevissimis; spicis ovato-oblongis; floribus parvis; corolla calyce subtriplo longiore; tubo staminco longe exserto. ♁? — Foliola ultima 5 poll. longa, 2 poll. lata. Spica brevis pauciflora. Flores fere sect. *Bourgoniarum* tenues, 3 lin. longi. Calyx tubulosus, lineam longus, tenuissime pubescens. Tota planta caeterum glaberrima. — In Guiana Britannica.

38. I. SAPINDOIDES Willd. Spec. pl. IV. 1012. — Bth. l. c. 591. — Ramulis hirtis; petiolo inter paria lineari-alato, basi nudo, foliolis 4–5-jugis oblongis acuminatis, supra nitidis, subtus scabriusculis; spicis oblongis brevibus pedunculatis; legumine lineari glabro. ♁ — Foliola superiora 4-pollicaria. Legumen pedale. — Crescit in Caracas.

* *Petiolo nudo, glandulis saepius obscuris vel plane nullis.*

39. I. ALBICANS Wlprs. Linnaea XIV. 298. et Rprt. bot. syst. I. 930. no. 20. — Bth. l. c. — Glaberrima: foliolis bijugis ovato-oblongis, utrinque acuminatis coriaceis nitidis, glandulis parvis vel obscuris; stipulis lineari- vel lanceolato-falcatis; pedunculis rhachi sublongioribus; spicis ovatis densis vel longioribus interruptis; calyce tubuloso corollae dimidium aequante. ♁ — Foliola ultima 3–4-pollicaria vel in speciminibus vegetioribus interdum semipedalia. Pedunculi erecti 2–3-pollicares. Bracteolae parvae. Flores albi, in sicco nigricantes, 6 lin. longi. Calyx nunc ad medium, nunc ad duas tertias corollae attingens striatus, ut in plerisque *Pseudingis* et nonnullis *Euingis* saepe irregulariter fissus. Stamina sesquipollicaria. — *I. calycina* Salzm. mss. — *I. peduncularis* Mart. Herb. Fl. Bras. n. 1095. — Crescit in Brasilia tropica prope Babiam.

40. I. UNIJUGA Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 79. — Glaberrima eglandulosa: foliolis unijugis oblongis, basi valde inaequali et obliqua acutis subcoriaceis venoso-marginatis; pedunculis petiolo aequalibus paucifloris; floribus glabris; leguminibus falcatis pubescentibus. ♁ — Arbor excelsa. Foliola adulta 10 poll. longa, 4 poll. lata. Pedunculi fasciculati, 2 lin. longi. Legumen 5 poll. longum compressum falcatum, suturis tumidis, valvis coriaceis pubescentibus. — Crescit in Brasilia boreali circa Egam ad fl. Amazonum.

41. I. HYMENAEOIDES Desvx. Journ. de bot. I. 70. — Bth. l. c. 592. — Foliolis 1–2-jugis ovatis, basi obliquis nitidis, petiolis eglandulosis; ramis, pedunculis floribusque glabris; capitulis axillaribus pedunculatis; leguminibus oblongis obtusis rectis, basi attenuatis, margine incrassatis. ♁ — Foliola subcoriacea, 1½ poll. longa, pollicem lata. Legumina bipollicaria. — Crescit in Cayenne.

42. I. CAPITATA Desvx. l. c. 71. — Bth. l. c. — Foliolis bijugis ovatis subacuminatis nitentibus; petiolis, ramis, pedunculis floribusque glaberrimis; spicis 2–3 axillaribus ovato-oblongis pedunculatis. ♁ — Rami verrucosi teretes. Calyces tubulosi, 2 lin. longi. — Crescit in Cayenne.

43. I. LENTISCIFOLIA Bth. l. c. — Glabra: petiolis obscure marginatis nudisve, glandulis nullis, foliolis 2–3-jugis oblongo-lanceolatis obtusis retusisve coriaceis, supra nitidis; pedunculis petiolo longioribus erectis; capitulis ovato-globosis densis; floribus tubulosis; calyce dimidia corolla breviore. ♂ — Rami rigidi, apice ramosissimi foliosi fastigiato-floribundi. Foliola majora 1½ poll. longa, 5 lin. lata. Pedunculi rigidi, 1½–2-pollicares, ad apices ramorum corymboso-conferti. Flores densissime conferti. Calyx 1½ lin., corolla 3½ lin. longa. — In Brasilia.

44. I. STIPULARIS DC. Mém. Legumin. 440. — Bth. l. c. — Foliolis 2–3-jugis ovalibus subacutis, superne nitidis, utrinque cum ramis floribusque glaberrimis; stipulis maximis orbiculatis persistentibus foliaceis; spicis pedunculatis ovatis. ♂? — Foliola 3½–4 poll. longa, 12–20 lin. lata. Calyx tubulosus 2–3 lin. longus. Corolla calyce vix duplo longior. — Crescit in Cayenne.

45. I. INAEQUALIS Humb. et Bonpl. in Willd. Spec. plant. IV. 1019. — Bth. l. c. — Foliolis 4-jugis oblongo-lanceolatis glabris, supra nitidis, superioribus basi inaequalibus, glandulis inter paria bina superiora; spicis oblongis breviter pedunculatis; calycibus corollisque glabris. ♂ — Foliola superiora 4 poll. longa, 1½ poll. lata, inferiora 2–3-pollicaria. Glandulae ad paria 2 inferiora nullae. — Crescit ad ripas Orinoci.

46. I. FRAXINEA Willd. l. c. 1019. — Bth. l. c. 593. — Foliolis 5-jugis oblongis acuminatis, utrinque glabris nitidis, glandulis urceolatis sessilibus, petiolo pubescente; spicis paniculatis oblongis pedunculatis; calycibus pubescentibus; corolla glabra. ♂? — Foliola superiora tripollicaria, costae pubescentes. Spicae unguiculares. — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

§. 2. *Gymnopodae: Petiolus apterus. Glandulae scutellatae sessiles (vel rarissime nullae?). Spicae ovatae, rarius oblongae. Bracteae calyce multo breviores, saepius minutae vel caducissimae. Calyx tubulosus pubescens (vel in I. leiocalycina glaber). Corolla sericeo-pubescens vel villosa. Folia glabra vel pube minutissime ferrugineo-tomentella (vel in I. Martinicensi et I. vismiaefolia speciebus affinitate dubiis velutino-villosa). Pedunculi in plerisque speciebus fasciculati, superiores fastigiatim vel corymboso-paniculati, rarius omnes axillares.*

47. I. MARTINICENSIS Prsl. Symb. bot. I. 65. t. 42. — Wlprs. l. c. I. 929. no. 17. — Bth. l. c. 593. — Ramulis, petiolis costisque foliolorum ferrugineo-pubescentibus, petiolo nudo vel apice angustissime alato; foliolis bijugis obovatis sparse pilosulis; spicis cylindricis breviter pedunculatis; calyce tubuloso strigoso corolla hirsuta dimidio breviore; tubo staminco incluso. ♂ — *Mimosa coriacea* Sieb. Fl. Martin. n. 325. — Crescit in insula Martinica.

48. I. VISMIAEFOLIA Poepp. et Endl. Nov. gen. et sp. pl. Chil. III. 79. † — Bth. l. c. — Ramulis teretibus pedunculisque villoso-hirtis ferrugineis; foliolis trijugis late ovalibus obtusis, basi rotundata subcordatis, supra glabris laevibus, subtus villosis fuscescentibus; spicis hemisphaerico-capitatis longe pedunculatis in paniculam terminalem folio aequalem dispositis; calyce infundibuliformi sericeo; corolla strigoso-villosa; staminum tubo exserto. ♂ — Arbor pulcherrima humilior. Foliola terminalia pedem longa, 6 poll. lata. Flores 11 lin. longi. Corolla duplici calycis longitudine. Ovarium sericeum. Legumen ignotum. — Crescit in sylvis Maynensibus.

49. I. LINEATA Bth. l. c. 594. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-puberulis; foliolis 3-jugis ovali-ellipticis acuminatis, basi angustatis, utrinque adpresse pubescentibus, venis numerosis parallelis, utrinque prominulis; spicis ovatis in alabastro subcylindricis; floribus sessilibus; calyce tubuloso-campanulato pilosulo, corolla infundibuliformi villosa duplo breviore. ♂ — Foliola ultima 6–7 poll. longa, 3 poll. lata. Glandulae magnae sessiles. Pedunculi in axillis numerosi pollicares, ferrugineo-pubescentes, superiores breviter paniculati. Spicae pollice bre-

viores, ante anthesin iis *I. Bourgoni* subsimiles, expansae ovatae. Bracteae minutae. Corolla vix 2 lin. excedens, calyx quam in sequentibus latior. — Crescit in Peruvia ad Tarapoto.

50. I. MATHEWSIANA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-puberulis; foliolis 5–6-jugis oblongis acuminatis, basi longe angustatis, ad venas utrinque puberulis, caeterum glabris, nervis subdistantibus reteque venarum utrinque prominulo; spicis ovatis in alabastro brevibus; floribus sessilibus; calyce tubuloso pubescente corollae sericeo-villosae dimidium superante. ♁ — Foliola parum inaequalia, acumine acutissimo, basi inaequilatera, ultima 4–4½ poll. longa, 15–18 lin. lata. Glandulae sessiles demum majusculae. Inflorescentia *I. lineatae*, flores diversi. Bracteae lineam, calyx 3 lin., corolla 5 lin. longa. — Crescit in Peruviae provincia Mozobamba.

51. I. PAVONIANA Bth. l. c. 595. — Ramulis novellis ferrugineo-puberulis, demum foliisque glabris; stipulis ovato-lanceolatis striatis; foliolis 3–4-jugis ovali- vel elliptico-oblongis breviter acuminatis, basi inaequaliter cuneatis, supra nitidulis subcoriaceis; pedunculis longiusculis fasciculato-paniculatis; spicis breviter ovatis; floribus breviter pedicellatis; calyce tubuloso puberulo, corolla sericea duplo breviore; legumine plano glabro vel vix minute puberulo. ♁ — *I. Riedelianae* similis, sed distincta videtur. Foliola minora. Inflorescentia et praesertim flores minus villosi. Stipulae superiores, imprimis foliorum floralium abortientium rigidae, 3–4 lin. longae, diu persistentes. Flores tenuiores, corollae ratione calycis paullo longiores. Legumen 3 poll. longum, 9 lin. latum. — Crescit in Peruvia prope Limam.

52. I. RIEDELIANA Bth. l. c. — Ramulis novellis ferrugineo-puberulis, demum foliisque glabris; stipulis parvis deciduis; foliolis trijugis ovali- vel elliptico-oblongis, breviter acuminatis, basi inaequaliter cuneatis, supra nitidulis; spicis fasciculato-paniculatis ovatis; floribus breviter pedicellatis; calyce tubuloso-pubescente corollae sericeo-villosae dimidium superante; legumine plano puberulo. ♁ — Foliola fere *I. corymbiferae* sed rigidiora et semper trijuga videntur, ultima vix 5-pollicaria, venae subtus interdum leviter tomentellae. Flores *I. corymbiferae*, sed stipati pedicello ½–1 lin. longo bracteas aequante. — Crescit ad fluvium Amazonum.

β. Surinamensis: Floribus brevius pedicellatis. — Crescit in Surinam.

53. I. CORYMBIFERA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 144. — (Wlprs. l. c. I. 930. no. 21.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 595. — Ramulis novellis petiolisque ferrugineo-puberulis; foliolis 4–jugis ovali-oblongis acuminatis, basi cuneatis, supra ad venas et subtus minute et rariter puberulis, demum vix nitidis; spicis pedunculatis, ad apices ramorum fasciculato-paniculatis; floribus subsessilibus; calyce tubuloso pubescente corollae sericeo-villosae dimidium aequante vel superante; legumine plano minute et rariter puberulo. ♁ — Foliola maxima semipedalia vel paullo longiora, 2–2½ poll. lata, pleraque tamen minora. Glandulae majusculae. Pedunculi 1–1½-pollicares. Flores interdum brevissime pedicellati. Bracteae minutae. Calyx 3 lin., corolla 5 lin. longa. Legumen 3–4 poll. longum, 9–11 lin. latum, marginibus parum elevatis. — In Guiana Britannica.

β.? Brasiliensis: Ramulis floribusque villosioribus, nec aliter ut videtur diversa. — Crescit in Brasilia in sylvis „Serra da Chapada."

54. I. TENUIFOLIA Salzm. mss. ex Bth. l. c. 596. — Ramulis, petiolis inflorescentiaque ferrugineo-tomentellis; spicis pedunculatis, ad apices ramorum fasciculato-paniculatis oblongis; floribus sessilibus elongato-tubulosis; calyce tubuloso tomentoso striato corolla sericeo-villosa 3–4-plo breviore; tubo stamineo breviter exserto. ♁ — Pubes minuta, in ramulis petiolisque sordide ferruginea, in ramis evanida, in foliorum pagina inferiore brevissima copiosa albida, in pagina superiore pili minuti sparsi sub lente numerosi apparent. Foliola ultima 4–5 poll. longa, 2 poll. lata, acumine longo acuto, basi cuneata. Glandulae majusculae. Spicae subinterruptae numerosae. Bracteae minutae deciduae. Calyx fere 3 lin.,

corolla 8–9 lin. longa. — *I. macradenia* Mart. Herb. fl. Brasil. n. 1096. — Crescit in Brasilia tropica et in Guiana Britannica.

β. glabrior: Pedunculis axillaribus, corolla tenuiore glabriore. — In Surinam.

55. I. HUMBOLDTIANA Kth. Nov. gener. et spec. pl. VI. 285. — Bth. l. c. — Ramulis foliisque glabris, foliolis 4–jugis oblongis acutis, basi acutiusculis membranaceis glabris, supra nitidis; spicis pedunculatis, ad apices ramorum fasciculato-paniculatis; calyce tubuloso-campanulato adpresse hispidulo; corolla sericeo-hirsuta; legumine plano puberulo. ♁ — Foliola 2½–4 poll. longa, 1–1½ poll. lata. — Crescit ad fluvium Magdalenae.

56. I. JUGLANDIFOLIA Willd. Spec. plant. IV. 1018. — Bth. l. c. 597. — Ramulis petiolisque ferrugineo-pubescentibus, glandulis nullis, foliolis 3–4–jugis oblongis acuminatis, basi angustatis glabris, subtus ad venas pubescentibus; spicis in axillis ternis; corollis villosis; legumine plano. ♁ — Foliola ultima 5-pollicaria. — Crescit in Caracas.

57. I. FOLIOSA Bth. l. c. — Foliis demum glabris, foliolis 5–6–jugis amplis elliptico-oblongis acuminatis vel rarius obtusis subcoriaceis nitidis; panicula tomentella; floribus sessilibus; calyce puberulo corollae sericeo-puberulae dimidium subaequante; legumine plano puberulo. ♁ — Foliola longiora usque ad 7–10 poll. longa, 2½ poll. lata, longius breviusve acuminata, basi inaequaliter rotundata vel leviter angustata, petiolulo 2 lin. longo. Spicae breves ovatae numerosae. Calyx 1½–2 lin., corolla 4 lin. longa. Variat floribus paullo majoribus minoribusve, pube tenuiore vel densiore. Crescit in Brasiliae borealis provincia Maynas et in Peruvia.

58. I. ACROCEPHALA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 759. — Bth. l. c. — Foliis glabris, foliolis 4–jugis ovali- vel elliptico-oblongis acuminatis coriaceis nitidis; panicula polycephala minute tomentella; floribus sessilibus pubescentibus; calyce dimidia corolla longiore. ♁ — Affinis *I. foliosae,* foliola pauciora, ultima semipedalia. Spicae ovato-capitatae numerosae. Flores quam in *I. foliosa* glabriores minores, vix 3 lin. longi. — Crescit in Surinam.

59. I. NOBILIS Willd. Enum. pl. 1047. — Bth. l. c. — Foliolis 3–4–jugis oblongis acutis petiolisque glabris; spicis paniculatis; pedunculis pubescentibus; corollis sericeis. ♁ — Crescit in Brasilia.

60. I. LEPTOLOLA Schlchtd. Linnaea XII. 560. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 16.) — Bth. l. c. — Puberula: foliolis trijugis, utrinque lucidulis, subtus magis puberulis, ellipticis vel ovato-ellipticis, basi acutis cuneatisve, apice acuminatis; spicis pedunculatis axillaribus in ramis hornotinis; corolla pubescente calyce duplo longiore; legumine compresso elevato-marginato vix puberulo. ♁ — Foliola maxima 4–5–pollicaria. Flores 4 lin. longi. Legumen brevissime stipitatum late lineare acuminato-acutum 10–12–spermum. — Crescit in Mexico (Hacienda de la Llaguna).

61. I. PUNCTATA Willd. Spec. plant. IV. 1016. — Bth. l. c. 598. — Foliolis 2–3–jugis oblongis acuminatis coriaceis nitidis, supra glabris, subtus sparse pilosulis, petiolo strigoso; spicis paniculatis axillaribus; corollis sericeo-villosis. ♁ — Foliola ultima 4–pollicaria. — Crescit in sylvis insulae Martinicae et in Caracas.

62. I. SPLENDENS Willd. l. c. 1017. — Bth. l. c. — Foliolis bijugis oblongis acuminatis nitidis, utrinque petiolisque glabris; spicis axillaribus geminatis; corollis sericeo-villosis. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

63. I. LEIOCALYCINA Bth. l. c. — Foliolis bijugis ovali-oblongis acuminatis, basi cuneatis nitidis, utrinque sparse pilosulis, venis petiolisque villosis; pedunculis gracilibus; floribus sessilibus; calycibus glabris corollae sericeo-villosae dimidium aequantibus. ♁ — Ex descriptione *I. punctatae* affinis, sed pili sparsi in utraque pagina foliolorum adsunt et raro tardius evanescunt, venae semper in pagina superiore dense strigoso-pubescentes et de calyce glabro silent auctores. Foliola majora 5–pollicaria membranacea, venis subtus valde prominentibus. Calyx 2½ lin. longus nitidulus rufescens. Corolla 5 lin. longa, pilis flavicantibus dense ob-

tecta. Habitu sequentibus approximatur, sed petiolus omnino apterus. — Crescit in Guiana Britannica.

§. 3. *Pilosiusculae: Petiolus alatus vel saltem marginatus. Glandulae sessiles urceolatae vel scutelliformes. Spicae ovatae vel saepius ovato-globosae. Bracteae calyce multo breviores, saepius minutae vel caducissimae. Calyx tubulosus glaber vel adpresse pilosus. Corolla sericeo-villosa. Foliola vulgo demum coriacea nitida et subglabra, juniora utrinque sparse pilosula.*

64. I. MULTIFLORA Bth. l. c. 598. — Petiolo marginato ramulisque glabriusculis; foliolis bijugis ovali-ellipticis vel ovato-oblongis breviter acuminatis coriaceis nitidis, utrinque adpresse pilosulis vel demum subtus glabratis; pedunculis fasciculatis tenuibus; spicis ovato-globosis; calyce glabro striato corollae hirsutissimae dimidium aequante. ♁ — Affinis *I. leiocalycinae*, sed petiolus glaber, angustissime at distincte marginatus. Pedunculi numerosi bipollicares glabri. Calyx 2 lin. longus nitidulus, in sicco rufescens. Corolla 4 lin. longa, pilis aureis dense obtecta. — Crescit in Brasilia boreali.

65. I. STENOPTERA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 143. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 9.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 599. — Ramulis, petiolis nervisque foliolorum rufo-pubescentibus; petiolo anguste alato, foliolis bijugis oblongis acutis nitidis sparse pilosulis vel demum glabratis; spicis ovato-globosis paucifloris; calyce tubuloso pilosulo quam corollae hirsutissimae dimidium breviore. ♁? — Foliola ultima 5–6 poll. longa, 18–20 lin. lata, basi saepe valde obliqua. Alae petioli utrinque vix lineam latae. Pedunculi tenues bipollicares. Bracteae parvae setaceae. Calyx 2 lin., corolla 7 lin. longa. — Crescit in Brasilia boreali ad Rio Branco.

66. I. PEDUNCULARIS Bth. l. c. — Ramulis, petiolis pedunculisque minutissime puberulis; petiolo sub foliolis superioribus angustissime alato-marginato, foliolis bijugis amplis ovalibus acuminatis, basi cuneatis coriaceis nitidis, utrinque pilis minutis conspersis; pedunculis fasciculatis; spicis ovatis; calyce adpresse villosulo corollae sericeo-villosae dimidium aequante. ♁ — Petioli alae coriaceae, nunc apice utrinque lineam latae, ad medium internodii evanescentes, nunc obsoletae. Foliola ultima 6–10 poll. longa, 3–4½ poll. lata. Pili in utraque pagina vix nisi ope lentis conspicui. Pedunculi tripollicares. Calyces 3 lin., corollae 6 lin. longae. — Crescit in Brasilia boreali (Borba).

67. I. (MIMOSA Rich. Act. soc. hist. nat. Paris. I. 113.) PILOSIUSCULA Desvx. Journ. de bot. I. 71. — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pilosulis; petiolo alato; foliolis bijugis ovatis vel ovato-oblongis breviter acuminatis coriaceis nitidis, junioribus pilosis, demum subglabris; pedunculis fasciculatis; spicis oblongis; calyce tubuloso glabro vel pilosulo corollae hirsutissimae dimidium aequante. ♁ — Foliola ultima 4–6 poll. longa, 2–3 poll. lata. Petioli alae coriaceae, utrinque superne 2 lin. latae. Inflorescentia *I. multiflorae* et flores consimiles nisi longiores, calyx 3–4 lin., corolla 6–7 lin. longa. Bracteae subulatae, 1–1½ lin. longae. — *Mimosa lucida* Vahl, Ecl. pl. Amer. III. 31. t. 24. — *Inga affinis* Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 758. — Crescit in Guiana Gallica et in Surinam.

68. I. SETIFERA DC. Prodr. II. 432. — Bth. l. c. 600. — Ramulis, petiolis pedunculisque rufo-pubescentibus; petiolo alato; foliis bijugis amplis ovatis breviter acuminatis coriaceis nitidis, utrinque rufo-pilosis vel supra demum glabratis; spicis ovatis; calyce tubuloso pilosulo corollae hirsutissimae dimidium aequante; legumine plano, demum glabrato, marginibus elevatis. ♁ — Affinis *I. pilosiusculae*. Foliola multo majora et crassiora, usque ad 10 poll. longa et 6 poll. lata. Flores 6 lin. longi, iis *I. pilosiusculae* similes. Legumen 4–6 poll. longum, 1–1½ poll. latum. — *I. platycarpa* Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 142. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 7.) — Crescit ad ripas fluminum Essequebo et Rupunoony, in Guiana Gallica.

69. I. ACUMINATA Bth. l. c. — Ramulis petiolisque glabris vel vix pilosulis; petiolo alato, foliolis 2–3-jugis ovato-lanceolatis vel ovali-oblongis acuminatis, basi cuneatis glabris nitidis; spicis ovato-globosis; bracteis persistentibus calyce multo brevioribus; calyce tubuloso longe acuminato glabriusculo ad duas tertias corollae hirsutissimae attingente. ♁ — Petioli alae latae. Foliola ultima 4–5 poll. longa, caetera saepius multo minora. Pedunculi bipollicares. Calyces 4 lin. longi, ante anthesin insigniter acuminati. Corolla 6 lin. longa. — Crescit in insula Trinitatis.

70. I. NITIDA Willd. Spec. plant. IV. 1013. — Bth. l. c. — Ramulis hirtis; petiolo alato, foliolis bijugis oblongo-lanceolatis, utrinque nitidis, subtus pilosulis; spicis oblongis, longe pedunculatis; corollis villosis. ♁ — Affinis dicitur *I. quassiaefoliae*, sed foliola longiora, spicae oblongae nec ovatae longius pedunculatae, ramuli hirti. Foliola superiora 4–5-pollicaria. — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

71. I. QUASSIAEFOLIA Willd. l. c. — Bth. l. c. 601. — Foliolis bijugis ovato-oblongis acuminatis, utrinque nitidis glabris, petiolo undique alato; spicis axillaribus pedunculatis; corollis villosis. ♁ — Foliola superiora tripollicaria et majora, inferiora 1½-pollicaria. Pedunculi pilis raris sparsis obsiti. — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

72. I. CHARTACEA Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 79. — Ramulis foliisque glabris; petiolo alato, foliolis trijugis ovali- vel obovali-ellipticis acuminatis rigidulis nitidis; spicis longe pedunculatis subglobosis densis; floribus parvis; calyce pilosulo corollae sericeo-villosae dimidium aequante. ♁ — Partes noveliae ferrugineo-hirtae, pube cito evanida. Foliola ultima semipedalia. Capitula magnitudine Cerasi. Calyx lineam, corolla 2 lin. longa. — Crescit in Brasilia in sylvis provinciae Maynas.

73. I. MARITIMA Bth. l. c. 601. — Ramulis pilosulis; petiolo alato, foliolis 2–3-jugis elliptico-oblongis, basi obliquis, supra minute pilosis demum glabratis nitidulis, subtus hirtellis; spicis ovatis breviter pedunculatis, in apicibus ramorum confertis; calyce adpresse pubescente, quam corolla sericea dimidium breviore. ♁ — Inflorescentia et floribus similior *Gymnopodis* quam *Pilosiusculis*, sed petiolus latiuscule alatus. Foliola majora vix tripollicaria subcoriacea, petiolus communis brevis. Spicae ante anthesin oblongae, per anthesin pollicares, in pedunculo vix semipollicari. Bracteae minutae. Calyx vix 2 lin., corolla 4–4½ lin. longa. — Crescit in Brasiliae provincia Rio de Janeiro.

74. I.? FEUILLEI DC. Prodr. II. 433. — Bth. l. c. — Petiolo alato, foliolis 3–4-jugis ovali-oblongis, utrinque acutis glabris; spicis subgeminis pedunculatis ovatis; leguminibus longissimis linearibus planis glabris. ♁ — Flores albi. Legumina edulia, 1–2-pedalia, intus alba. — *Pacai* Feuill. Obs. III. 2. p. 27. t. 19. — *Mimosa Sinemariensis* Aubl. Pl. Guian. II. 945. — *Inga reticulata* Spr. Syst. veget. III. 130. — Colitur in hortis Limensibus.

§. 4. *Leptanthae: Folia et ramuli saltem juniora piloso-hirta. Petiolus alatus. Glandulae turbinatae vel stipitatae. Spicae ovato-oblongae laxae, saepe interruptae. Bracteae persistentes, calyce longiores vel varius breviores. Flores tenues. Calyx tubulosus membranaceus striatus glaber vel adpresse pilosus. Corolla apice vel saepe undique longe pilosa. — Haec series imprimis bracteis a Pilosiusculis differt.*

75. I. POEPPIGIANA Bth. l. c. 602. — Ramulis subhirsutis; foliolis trijugis ovali-oblongis acuminatis, basi oblique rotundatis, supra nitidis, margine nervisque utrinque pilosis; spicis sessilibus oblongis; bracteis ovatis acutis glabris ciliatis, calyce elongato multo brevioribus; corolla calyce subduplo longiore, apice parce et longe pilosa. ♁ — Pili patentes rigiduli. Stipulae ovatae striatae semipollicares. Foliola ultima 4–5 poll. lata. Alae petioli latiusculae. Bracteae ratione calycis breviores quam in caeteris *Leptanthis*, multo majores et diutius persistentes quam

in *Pilosiusculis*, striatae, 2–3 lin. longae. Calyces 7–8 lin. longi, glabri vel vix margine ciliati. Corolla clavato-tubulosa. — *I. ciliata* Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. III. 78. (non Prsl.) — Crescit in Brasiliae provincia Maynas.

76. I. PLATYPTERA Bth. l. c. — Undique pilis ferrugineis sparsis hirta: foliolis 2–3-jugis ovato- vel oblongo-lanceolatis, supra nitidis, utrinque piloso-hirtis; spicis oblongis pedunculatis; bracteis lanceolatis acuminatis corollam subaequantibus; calyce tubuloso acuminato piloso, quam corolla hirsutissima dimidium breviore. ♁ — Pili quam in *I. Poeppigiana* longiores laxiores. Stipulae persistentes falcato-lanceolatae, 8–10 lin. longae. Petioli alae latae. Glandulae turbinatae. Foliola ultima 5–7 poll. longa, 1½ vel rarius 2 poll. lata. Pedunculi pollicares. Bracteae pollicares, basi 2 lin. latae. Calyces 3–4 lin. longi, pilis obtecti. Corolla pollicaris, pilis longis rigidulis densissime obtecta. — In Brasilia.

77. I. DISTICHA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 143. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 10.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 603. — Undique pilis brevibus ferrugineis raris conspersa: foliolis 4–5-jugis ovali- vel anguste oblongis acuminatis membranaceis, demum nitidis; spicis interruptis distichis breviter pedunculatis; bracteis ovato-lanceolatis calyce parum brevioribus; corolla hirsutissima calycem tubulosum strigoso-hispidum subtriplo superante; legumine plano arcuato marginato ferrugineo-hirto. ♁ — Foliola ultima 3–4 poll. longa, 1½ poll. lata, demum subcoriacea. Glandulae parvae. Stipulae lanceolato-setaceae, 3 lin. longae. Legumen (immaturum) 5–6 lin. latum. — Crescit in Essequibo.

78. I. LEPTANTHA Bth. l. c. 603. — Ramulis petiolisque pilosis; foliolis 2–4-jugis lanceolatis, ultimis longissimis acutis, supra glabris nitidis, subtus pilosulis, glandulis tenuibus stipitatis; pedunculis gracilibus; spicis laxis ovatis; bracteis persistentibus linearibus, calycem subaequantibus; calyce tubuloso pilosulo quam corolla tenuis hirsutissima triplo breviore; legumine plano hirsutissimo. ♁ — Foliola ultima 3–4 poll. longa, 5–8 lin. lata. Stipulae falcatae ciliatae, 4–6 lin. longae subpersistentes. Bracteae glabrae ciliatae, uti calyces 2–2¼ lin. longae. Corolla gracilis, 7 lin. longa. Legumen 4–6 poll. longum, fere pollicem latum. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

79. I. CILIATA Prsl. Symb. bot. II. 14. t. 58. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 3.) — Bth. l. c. — Ramulis petiolisque pilosulis; glandulis stipitatis; foliolis plerumque 4–5-jugis oblique ovali- vel anguste oblongis acuminatis, supra glabris nitidis, subtus pilosulis; pedunculis tenuibus; spicis interruptis paucifloris; bracteis persistentibus setaceis calyces subaequantibus; calyce tubuloso glabriusculo, quam corolla hirsuta tenuis plus duplo breviore; legumine plano hirsuto. ♁ — Affinis *I. leptanthae*, foliola latiora (ultima raro 2 poll. excedunt), legumina angustiora, minus hirta. Flores in schedis *Luschnatianis* pallide caerulei dicuntur, color in *Ingis* nondum memoratus. — *I. caerulescens* Wlprs. Linnaea XIV. 298. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 6.) — *I. fagariaefolia* Mart. Herb. fl. Bras. n. 1093. — *I. microphylla* Salzm. Herb. — Crescit in Brasilia.

β. parvifolia: foliolis 5–6-jugis minoribus; legumine majore latiore hirsutissimo. — Crescit in Rio de Janeiro.

§. 5. *Vulpinae: Folia et ramuli piloso-hirta. Petiolus alatus vel rarius apterus. Glandulae stipitatae, anguste turbinatae vel subulatae. Spicae ovatae densae pedunculatae, axillares vel superiores subpaniculatae. Bracteae caducissimae, saepius parvae. — Series a Gymnopodis et Pilosiusculis imprimis glandulis dignoscenda, a Leptanthis bracteis et inflorescentia.*

80. I. VESTITA Bth. l. c. 604. — Ramulis petiolisque dense rufo-villosis; petiolo aptero, glandulis subulato-stipitatis; foliolis 3–4-jugis elliptico-oblongis acutis, basi cuneatis, utrinque villosis; spicis ovatis; bracteis parvis; calyce tubuloso strigoso dimidiam corollam hirsutissimam subaequante; legumine plano rufo-villosissimo. ♁ — Foliola ultima 2–2½-pollicaria, caetera multo minora, iis *I. Guil-*

leminianae similia. Glandulae fere lineam longae. Pedunculi pollicares rufo-villosi. Calyx 2½ lin., corolla 5 lin. longa. Legumen pollicem latum, densissime velutino-villosum. — Crescit in Brasilia.

81. I. VULPINA Martius, Herb. Bras. n. 1097. — Bth. l. c. — Ramulis, petiolis pedunculisque rufo-villosissimis; petiolo alato, glandulis subulato-stipitatis, foliolis 2–3-jugis ovatis oblongisve acutis, basi oblique rotundatis, demum bullato-rugosis, supra pilosulis, subtus villosis; spicis ovatis; calyce hirsuto corollam villosam dimidiam superante; legumine plano hirsutissimo. ♁ — Foliola ultima 3–4-pollicaria, demum saepe nitidula. Glandulae tenuissimae, fere 2 lin. longae. Pedunculi 2–3-pollicares rufo-villosi. Spicae densae speciosae. Bracteae lanceolato-lineares caducae. Calyx 2½ lin. longus laxiusculus. Corolla fere 5 lin. longa. Legumen 8–10 lin. latum, marginibus incrassatis. — In Brasilia.

82. I. BARBATA Bth. l. c. — Pilis longis rufis in caule, petiolis pedunculisque densis, in foliolis sparsis; petiolo alato, glandulis subulato-stipitatis, foliolis 3–4-jugis ovatis bullato-rugosis; spicis breviter pedunculatis oblongis; calyce parce piloso quam corollae hirsutissimae dimidium breviore. ♁ — Foliola 2–3-pollicaria vel ultima majora, obtusa vel acuta, basi rotundata. Stipulae ovatae. Glandulae fere 2 lin. longae. Flores quam in *I. vulpina* tenuiores. Calyx 3 lin., corolla 7 lin. longa. — Crescit in Brasiliae montibus „dos Orgaõs“.

83. I. GUILLEMINIANA Bth. l. c. 605. — Ramulis petiolisque dense rufo-villosis; petiolo a basi alato, glandulis parvis stipitatis, foliolis 2–4-jugis elliptico-oblongis acutis, basi rotundatis, utrinque villosis; spicis ovato-oblongis; calyce hirsuto corollae hirsutissimae dimidium superante; legumine plano rufo-villosissimo. ♁ — Foliola parum inaequalia, 1–1½-pollicaria vel ultima paullo longiora. Glandulae sub villis fere absconditae. Stipulae lineari-lanceolatae breves. Pedunculi 1½–2-pollicares. Bracteae lineares, cito deciduae. Calyx 3–3½ lin. longus tubulosus. Corolla 5–6 lin. longa. — Crescit in Brasiliae provincia St. Paulli.

84. I. VIRESCENS Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, costis marginibusque foliolorum hirtellis; petiolo inter paria alato, glandulis parvis crasse stipitatis, foliolis 4–5-jugis ovato-lanceolatis membranaceis, junioribus pilosis, demum glabratis; spicis ovato-oblongis; bracteis minutis; calyce pilosulo corollae parce pilosae dimidium superante. ♁ — Stipulae parvae lineares. Foliola majora tripollicaria. Pedunculi in ramis annotinis fasciculati, sub spica 1–1½ poll. longi. Spicae vix pollicares, basi interdum interruptae. Flores in sicco virescentes. Calyx 2½ lin., corolla 4 lin. longa. — Crescit in Brasilia.

85. I. CATHARINAE Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliolorum rufo-hirtis; petiolo inter paria alato, glandulis parvis turbinatis breviter stipitatis, foliolis subquadrijugis ovali- vel oblongo-ellipticis, junioribus pilosis; spicis ovato-oblongis; bracteis linearibus calyce pilosulo paullo brevioribus; corolla rufo-villosa. ♁ — Affinis *I. virescenti*, corollae nondum apertae sed multo villosiores videntur. Stipulae late lanceolatae falcatae villosae, 4–5 lin. longae. — Crescit in Brasiliae australis provincia St. Catharinae.

§. 6? *Floribundae: Folia glabra vel minute pilosula. Petiolus alatus. Glandulae magnae scutelliformes. Spicae breviter pedunculatae oblongae vel dissitiflorae, ad apices ramorum subpaniculatae. Bracteae calycem subaequantes lanceolatae, ante anthesin deciduae. Calyx puberulus. Corolla sericea.*

86. I. FLORIBUNDA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 143. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 8.) — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 606. — Ramulis foliisque glabris vel junioribus vix pilosulis; petiolo breviter et anguste alato, foliolis bijugis ovali-ellipticis coriaceis nitidis; spicis oblongis subinterruptis corymboso-paniculatis; calyce tubuloso adpresse pubescente dimidiam corollam sericeam aequante. ♃ — Arbor praealta. Foliola majora 4–6 poll. longa, 2–3 poll. lata, basi

valde inaequalia. Petioli alae coriaceae, raro linea latiores et saepius paullo infra paria foliolorum evanescentes. Flores numerosi sessiles. Bracteae caducissimae, uti calyces 4–4½ lin. longae. Corolla 8–9 lin. longa. — Crescit in Guiana Britannica et in Surinam.

87. I. SCABRIUSCULA Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 606. — Ramulis angustatis foliisque minute scabro-puberulis, junioribus ferrugineis; petiolo alato, foliolis 4–5-jugis ovali- vel obovali-ellipticis acuminatis submembranaceis; spicis oblongis dissitifloris in axillis supremis fasciculatis subpaniculatis; calyce tubuloso puberulo, quam corolla sericea subtriplo breviore. ♂? — Foliola ultima 5 poll. longa, 2½–3 poll. lata, pleraque basi subcordata vel rotundata, parum obliqua. Petiolorum alae utrinque 2–3 lin. latae, a foliolo ad foliolum extensae. Spicae 1-2-pollicares. Calyx 2–3 lin., corolla 7 lin. longa. — In Surinam.

Sectio V. EUINGA Bth. l. c. 606.

Spicae ovatae densae breves vel saepius longiores, basi laxae vel interruptae, interdum pauciflorae. Calyx tubulosus vel tubuloso-campanulatus, quam in *Pseudingis* fere semper latior. Corolla villosa. Leguminis margines valde dilatati sulcato-incrassati, latitudine (transversali) leguminis facies aequantes vel superantes. Petiolus alatus vel rarissime apterus. Glandulae scutelliformes vel rarius turbinatae. Flores majusculi nunc maximi absque staminibus ½–2 poll. longi. Calyx in seriebus 2 prioribus striatus glaber vel pilosulus, in caeteris tomentosus. Corolla villosa vel tomentoso-lanata. Legumen saepe tetragonum vel subteres pluri-sulcum, marginibus demum facies fere omnino obtegentibus.

§. 1. *Striatae: Ramuli teretes vel subangulati, uti petioli et pedunculi glabri vel velutino-hirti (rarius setosi). Bracteae caducae. Calyx membranaceus striatus glaber vel tenuiter pubescens. Corolla setosa vel hirsutissima.*

88. I. SETIGERA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. III. 79. — Bth. l. c. 607. — Ramulis teretibus petiolisque nudis rigidissime longisetis hispidis; foliolis 5-jugis elongato-oblongis acutis, basi obtusis, supra pubescenti-hispidis, subtus glabris; spicis axillaribus petiolo duplo brevioribus hemisphaerico-capitatis pedunculatis; calyce infundibuliformi glabro; corolla apice setosa; tubo staminum longissime exserto. ♂ — Arbor 20-pedalis. Stipulae pollicares, diu persistentes rhombeo-ellipticae. Foliola adulta pedalia. Flores majusculi. — Crescit in Brasilia boreali.

89. I. BULLATA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis costisque foliolorum velutino-hirtis; petiolo nudo, glandulis turbinatis, foliolis 2–3-jugis ovatis acuminatis bullatis, supra nitidulis, subtus pubescenti-hirtis; spicis ovatis breviter pedunculatis; calyce glabro quam corolla setosa paullo breviore. ♂ — Foliola ultima 5 poll. longa, 3 poll. lata. Bracteae.....? Calyces brevissime pedicellati laxi, fere 5 lin. longi, dentibus angustis acutissimis. Corolla 6 lin. longa. — Crescit in sylvis umbrosis Brasiliae prope Rio de Janeiro.

90. I. NUDA Salzm. Pl. exs. ex Bth. l. c. — Ramulis foliisque pilis brevibus hirtellis; petiolo sub paribus ultimis brevissime et anguste alato vel nudo, glandulis turbinatis, foliolis 3–4-jugis elliptico-oblongis vel ovato-lanceolatis, supra demum nitidulis glabratis; spicis ovatis breviter pedunculatis; calyce glabriusculo dimidiam corollam dense villosam vix aequante. ♂ — Foliola ultima 5 poll. longa, vix 2 poll. lata, basi obtusa inaequalia, apice obtuse acuminata. Calyx 3 lin. longus, dentibus ovatis. Corolla 6 lin. longa vel paullo longior. Bracteae oblongae vel lineares, calyce 2–3-plo breviores. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

91. I. SALZMANNIANA Bth. l. c. 608. — Ramulis angulatis foliisque minute scabro-puberulis, junioribus ferrugineis; petiolo anguste alato, foliolis 4–5-jugis obovali- vel oblongo-ellipticis acuminatis submembranaceis, glandulis scutelliformibus; spicis ovato-oblongis breviter pedunculatis; calyce puberulo dimidiam

corollam sericeo-villosam vix aequante. ♃ — Habitu accedit ad *I. nudam*, sed pubes multo brevior, foliola paullo latiora, minus nitida et petiolus a pari ad par alatus, alis raro linea latioribus. — Folia iis *I. scabriusculae* similia, sed calyx latior, evidentius striatus, 3–3½ lin. longus et corolla 7 lin. longa multo villosior. Bracteae lineari-lanceolatae, calyce vix breviores, ante anthesin deciduae. — *I. ovato-lanceolata* Salzm. Herb. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

92. I. STRIATA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, pedunculis foliisque velutino-villosis; petiolo alato, foliolis 4–5-jugis ovato- vel oblongo-ellipticis acuminatis, glandulis parvis; spicis ovato-oblongis longiuscule pedunculatis; calyce puberulo dimidiam corollam sericeo-villosam vix aequante; legumine ferrugineo-villoso. ♃ — Pubes copiosa, in pagina superiore foliolorum demum brevior. Stipulae late lanceolatae, 4–5 lin. longae. Foliola ultima 4–5 poll. longa, 2–2½ poll. lata. Pedunculi 1½–2-pollicares. Bracteae lineares caducae, calyce paullo breviores. Calyx 4 lin., corolla 8 lin. longa. Legumen immaturum jam semipedale, 6–7 lin. latum, faciebus planis, marginibus valde dilatatis undulatis sulcatis. — Crescit in Brasilia.

93. I.? LINDENIANA Bth. l. c. — Ramulis angulatis, petiolis pedunculisque rufo-hirsutis; petiolo alato, foliolis trijugis amplis ovalibus acuminatis, supra hirsutis, subtus velutinis; spica oblonga; calyce tubuloso striato sericeo-pilosulo quam dimidium corollae sericeo-villosae breviore. ♃ — Species distinctissima fructu ignoto quoad affinitates dubia. Petioli alae apice et basi longe angustatae. Foliola ultima 9 poll. longa, 4½ poll. lata, laete virentia, membranacea mollia. Bracteae lineari-lanceolatae caducae. Calyx 5 lin., corolla 11 lin. longa. — Crescit in Mexico australi ad Teapa.

§. 2. *Calocephalae*: *Ramuli crassi angulati, uti folia glabri vel praesertim juniores hispidi. Bracteae majusculae, saepe persistentes. Calyx membranaceus striatus glaber vel tenuissime pubescens. Corolla longe tubulosa hirsutissima. Foliola ampla, ultima semipedalia ad pedalia. Glandulae sessiles vel breviter stipitatae.*

94. I. BRACTEOSA Bth. l. c. 609. — Ramulis foliisque parce hirtellis, demum glabratis; petiolo nudo, foliolis trijugis maximis ovali-ellipticis, breviter acuminatis, basi rotundatis; spicis ovato-capitatis; bracteis lanceolatis acuminatissimis calyces aequantibus; calycis longe cylindrici glabriusculi dentibus subulato-acuminatis; corolla hirsutissima calyce duplo longiore. ♃ — Foliola ultima 10–11 poll. longa, 6 poll. lata. Stipulae ovatae. Glandulae breviter stipitatae. Calyces pollicares. Corolla 1¼ poll. longa. Stamina cum flore ultra 3 poll. longa, tubo longe exserto. — Crescit in Guiana Britannica.

95. I. (MIMOSA Vahl, Act. soc. Hafn. II. 219. t. 10.) SPECTABILIS Willd. Spec. pl. IV. 1017. — Bth. l. c. — Petiolo nudo vel angustissime marginato, foliolis bijugis ovatis acutis, basi inaequalibus nitidis, utrinque ramisque glabris; spicis oblongis; bracteis ovato-lanceolatis calyces superantibus; calyce tubuloso quam corolla hispida subtriplo breviore. ♃ — Foliola ultima 6–8-pollicaria. Calyces 3–4 lin., corolla 8–9 lin. longa. „Arbor procera, maxime spectabilis. Legumina 1½–2-pedalia, 3 uncias lata, perpendiculariter propter pondus in magna copia e ramis dependent. Semen pulpa nivea cinctum. Flores candidi.“ — Colitur in hortis insularum Indiae occidentalis.

96. I. PRURIENS Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. pl. Chil. III. 78. — Bth. l. c. — Ramulis teretibus, petiolis costisque foliorum rufo-hirsutis; foliolis 2–3-jugis amplis rigidissimis elliptico-obovatis obtusis, basi cuneata rotundatis, supra glabris, basin versus uniglandulosis, subtus hirto-pilosis; spicis solitariis sessilibus; calyce corollaque hirsutis. ♃ — Foliola glandula cupuliformi in nervo versus laminae basin sita insignia, terminalia 10 lin. longa, 5 poll. lata. Flores aperti non visi sunt. — Crescit in Peruvia orientali.

97. I. FASTUOSA Willd. Spec. plant. IV. 1014. — Bth. l. c. 610. — Ramulis ferrugineo-hirtis; petiolo alato, foliolis 4–5-jugis ovato-oblongis acutis, supra nitidis sparse pilosulis, subtus ferrugineo-hirsutis; spicis paucifloris; bracteis.....?; calyce longo cylindrico glabriusculo quam corolla tubulosa hispidissima duplo breviore; „legumine lato lineari tortuoso." ♃ — Foliola superiora 4-pollicaria. Calyx pollicaris. Stamina cum flore ultra 3 poll. longa, tubo longe exserto. — Crescit in Caracas.

98. I. MACROPHYLLA Humb. et Bonpl. in Willd. l. c. 1015. — Bth. l. c. — Ramulis foliisque junioribus parce hirtellis, demum glabratis; petiolo alato, foliolis 3–4-jugis amplis ovatis acutis subcordatis, supra nitidis; spicis ovato-capitatis; bracteis ovato-lanceolatis calyce magno cylindrico striato glabriusculo brevioribus; corolla tenui sericeo-hirsutissima calyce subduplo longiore. ♃ — Foliola ultima 6–8 poll. longa, 3–4 poll. lata, inferiora minora, rigide membranacea vel subcoriacea, venis subtus valde prominentibus. Alae petioli fere a pari ad par attingentes. Stipulae late ovato-cordatae semipollicares. Spicae bipollicares in pedunculo rigido pariter bipollicari. Bracteae persistentes, demum reflexae. Calyx 8 lin., corolla 15 lin. longa. Stamina longissima, tubo exserto. — *I. calocephala* Poepp. et Endl. l. c. 78. — Crescit in Brasiliae provincia Maynas.

99. I. BRACHYPTERA Bth. l. c. — Ramulis foliisque junioribus parce hirtellis, demum glabratis; petiolo sub pari supremo breviter alato, glandulis stipitatis, foliolis trijugis amplis ovali-ellipticis acute acuminatis, basi rotundatis, supra nitidis; spicis ovato-capitatis; bracteis ovatis acutis calyce magno cylindrico vix brevioribus; corolla sericeo-hirsutissima calyce duplo longiore; legumine hirsutissimo. ♃ — Affinis *I. macrophyllae*, sed alis petioli brevibus, foliolis basi angustatis etc., distincta videtur. Leguminis facies planae, margines valde dilatati sulcati. — Crescit in Columbia ad Tumaco.

100. I. HETEROPTERA Bth. l. c. 611. — Ramulis foliisque demum glabratis; petiolo sub paribus omnibus alato, foliolis trijugis amplis ovali-ellipticis longe acuminatis, basi valde obliquis; spicis ovato-capitatis; bracteis ovatis deciduis calycem late tubulosum puberulum aequantibus; corolla sericeo-hirsutissima calyce plus duplo longiore. ♃ — *I. brachypterae* similis quidem, sed pluribus notis et imprimis floribus multo minoribus distincta est. Foliola ultima fere pedalia, 4–5 poll. lata. Pedunculi apice ancipites 2–2½-pollicares. Calyx 3–3½ lin. longus tenuis, laxior quam in praecedentibus. Corolla 9–10 lin. longa, pilis flavicantibus dense obtecta. Tubus stamineus exsertus. Legumen ei *I. brachypterae* simile dicitur. — Crescit ad San Pedro in Columbia.

101. I. LUCIDA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. VI. 287. — Bth. l. c. — Ramulis foliisque glabris; petiolo sub paribus alato, foliolis bijugis amplis subellipticis subacuminatis, basi valde inaequalibus nitidis; spicis elliptico-oblongis; bracteis lanceolato-oblongis calycem duplo superantibus; calyce tubuloso-campanulato sericeo-pubescente quam corolla lanuginoso-sericea subtriplo breviore. ♃? — Foliola ultima 6–7 poll. longa, 3¼ poll. lata. Bracteae 8 lin., calyx 4 lin., corolla ultra 10 lin. longa. Legumen bipedale. — Crescit in America centrali ad flumen Magdalenae.

102. I. FULGENS Kth. Plant. Légum. p. 36. t. 11. — Bth. l. c. — Ramulis foliisque glabris; petiolo sub paribus alato, foliolis 2–3-jugis amplis obovali-ellipticis, utrinque rotundatis coriaceis nitidis; spicis elliptico-oblongis; bracteis ovatis acutis calycem tubuloso-campanulatum duplo superantibus; corolla hirsuto-sericea, calyce 3–4-plo longiore. ♃ — Foliola ultima 6½–7½ poll. longa, 4 poll. lata. Bracteae 6 lin., calyx 3 lin., corolla ultra 8 lin. longa. — In Nova Granata.

§. 3. *Calycinae: Spicae pauciflorae. Calyx sessilis crasse coriaceus, ultra 9 lin. longus. Corolla villosissima. Legumen crassissimum, saepius falcatum villosissimum, margine exteriore demum verrucoso corrugato crassissimo. An genus proprium? — Pubes rufa. Foliola plurijuga. Petiolus alatus. Glandulae scutelliformes.*

103. I. CALYCINA Bth. l. c. 612. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliolorum rufo-pubescentibus; foliolis 6–7-jugis oblongo-lanceolatis acuminatis, supra demum glabriusculis, subtus ferrugineo-pubescentibus; spicis interruptis paucifloris; calycibus corollam villosam aequantibus. ♂? — *I. sessili* fere in omnibus partibus similis, calycibus exceptis 16–17 lin. longis. Legumen idem. — Crescit in Brasilia inter Itamaratim et Congosoco.

104. I. (MIMOSA Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 11.) SESSILIS Martius, Flora (B. Z.) XX. Beibl. II. 114. — Bth. l. c. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliolorum rufo-velutinis; foliolis 5–7-jugis oblongo- vel ovato-lanceolatis acuminatis coriaceis, supra demum glabriusculis, subtus ferrugineo-pubescentibus; spicis interruptis paucifloris; corolla pilosissima calyce dimidio longiore. ♂ — Arbor 20-pedalis. — Ramuli crassi. Stipulae parvae caducae. Foliola pleraque 3–5-pollicaria. Pedunculi sub flore infimo 1–3-pollicares. Flores 3–5 dissiti. Bracteae ovatae caducissimae parvae. Calyx 9–10 lin. longus crassus striatus, apice irregulariter 3–5-dentatus. Corolla pilis densissime obtecta. Stamina numerosissima tripollicaria vel longiora, basi breviter connata. Legumen crassum densissime ferrugineo-hirsutum rectum vel falcatum. — Crescit in Brasilia in montibus „dos Orgaõs.“

§. 4. *Erianthae: Omnia Verarum nisi calyces saepius pedicellati et corollae pilis crispis vel implexis lanatae. Petiolus apterus vel alatus. Glandulae scutelliformes.*

105. I. RUBIGINOSA DC. Prodr. II. 434. — Bth. l. c. 613. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-velutinis; petiolo nudo, foliolis 4–5-jugis ovatis vel elliptico-oblongis acuminatis, superne nervo excepto subglabris nitidis, subtus ferrugineo-velutinis; spicis interruptis paucifloris; calyce sessili campanulato, corolla plus triplo breviore. ♂ — Foliola ultima 6–8 poll. longa, 2½–4 poll. lata, basi rotundata. Spica cum pedunculo brevi 2–4-pollicaris. Bracteae.....? Calyx arcte sessilis, 3 lin. longus, ferrugineo-velutinus. Corolla fere pollicaris, pilis crispulis villosissima. — Crescit in Demerara et Cayenne.

106. I. SUBNUDA Salzm. mss. ex Bth. l. c. 613. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-pubescentibus subvelutinis; petiolo sub paribus ultimis breviter alato, foliolis trijugis ovali- vel oblongo-ellipticis acuminatis, supra nervo excepto glabris nitidis, subtus ferrugineo-pubescentibus; racemis oblongis; calycibus campanulatis pedicellatis corolla subtriplo brevioribus. ♂ — Foliola demum quam in *I. rubiginosa* crassiora, ultima semipedalia. Alae sub paribus 1–2 ultimis magis minusve dilatatae, mox evanescentes. Racemi superiores paniculati. Pedicelli calyce paullo breviores. Calyx 2½ lin., corolla 6–8 lin. longa. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

107. I. INGOIDES Willd. Spec. plant. IV. 1012. — Bth. l. c. — Ramulis, petiolis inflorescentiaque tomentosis; petiolo inter paria alato, foliolis plerisque 4-jugis ovali-oblongis acuminatis mucronatisve, supra puberulis, subtus tomentosis; racemis pedunculatis; pedicellis calyce vix brevioribus; calycibus campanulatis tomentosis corolla dimidio brevioribus; legumine subtereti sulcato. ♂ — Foliola ultima 4–6 poll. longa, 2–3 poll. lata. Racemi elongati vel rarius corymbiformes. Calyx 3 lin., corolla 6 lin. longa. Variat foliolis latioribus angustioribusve, supra lucidis vel opacis. — *I. Merianeae* Splitg. in Schlechtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 96. — Crescit in Antillis insulis, in Demerara et in Surinam.

108. I. ERIANTHA Bth. l. c. 614. — Ramulis, petiolis inflorescentiaque ferrugineo-velutinis; petiolo inter paria alato, foliolis plerisque 4-jugis ovatis obtusis vel rarius subacuminatis, supra puberulis, demum nitidis, subtus ferrugineo-velutinis, spicis laxis; calycibus brevissime pedicellatis campanulatis corolla 3–4-plo brevioribus. ♂ — Foliola ultima 3–4 poll. longa, 2–2½ poll. lata. Flores fere *I. rubiginosae* sed minores et pedicello demum lineam longo stipitati. Calyx vix 2. lin., corolla 7–8 lin. longa. Legumen (in specimine huc ut videtur pertinente) crassissimum, falcatum, tomento brevissimo ferrugineum, faciebus a marginibus omnino obtectis. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

109. I. ACUTIFOLIA Bth. l. c. — Ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-tomentosis; petiolo inter paria alato, foliolis oblongis vel oblongo-lanceolatis acutis parce hirtellis, supra nitidulis; spicis elongatis breviter pedunculatis; calycibus campanulatis subsessilibus tomentosis; corolla calyce dimidio longiore. ♂ — Foliola ultima 4–6 poll. longa, 1¼–1½ poll. lata. Spicae 2–3-pollicares, interruptae. Bracteae late ovatae caducissimae. Calyx 3½ lin. longus. Corolla 5 lin. longa, pilis crispulis dense vestita. — Crescit in Brasilia ad Pernambuco.

110. I. BERTERIANA DC. Mém. Legumin. 438. — Bth. l. c. — Ramulis, petiolis costisque foliolorum velutino-tomentosis; petiolo inter paria alato, foliolis 5–7-jugis oblongis, basi inaequilateris, supra puberulis, subtus velutino-pubescentibus; spicis ovatis oblongisve pedunculatis; calyce amplo tubuloso-campanulato tomentoso, corolla paullo breviore. ♂ — Foliola fere *I. acuminatae*. Glandulae parvulae. Flores subsessiles vel breviter pedicellati. Calyx *I. verae*. Corolla magnitudine ejus *I. verae*, sed pilis crispulis vestita. — Crescit in Guatemala et in Brasilia boreali.

§. 5. *Verae: Calyces tomentosi sessiles vel rarius breviter pedicellati. Corolla pilis longis sericeis adpressis vel subpatentibus (nec in flore perfecto crispulis) vestita. Petiolus alatus. Glandulae scutelliformes. Ramuli, petioli, pedunculi et nervi foliolorum in omnibus pube ferruginea brevi vel velutina vestiti.*

* *Calyce sessili tubuloso vel turbinato-tubuloso, 5–7 lin., rarius 4 lin. longo.*

111. I. VERA Willd. Spec. plant. IV. 1010. — Bth. l. c. 615. — Tenuiter puberula: foliolis 4–5-jugis obovali- vel elliptico-oblongis acuminatis; spicis oblongis vel interruptis paucifloris; bracteis parvis ovatis; calyce tubuloso ad duas tertias corollae attingente; legumine tereti sulcato. ♂ — Foliola quam in affinibus tenuiora, majora 4–5 poll. longa, 2 poll. lata, pube brevissima scabriuscula, supra nitidula. Calyces 6–7 lin. longi. Corolla fere 9 lin. longa. — In insula Jamaica.

112. I. ERIOCARPA Bth. l. c. — Pube ferruginea dense obsita: foliolis 5-jugis obovali- vel elliptico-oblongis vix acuminatis; spicis interruptis paucifloris; bracteis parvis ovatis; calyce amplo tubuloso ad duas tertias corollae attingente; legumine subtereti sulcato dense tomentoso. ♂ — Vix *I. verae* varietas, etsi forma foliolorum similis. Foliola demum subcoriacea, utrinque velutino-pubescentia. Flores magnitudine *I. verae*, sed crassiores. — Crescit in Mexico inter San Blas et Guadalaxara.

113. I. SPURIA Willd. Spec. plant. IV. 1011. — Bth. l. c. — Pube ferruginea dense vestita: foliolis 5–6-jugis oblongis acuminatis, supra brevissime pubescentibus, subtus hirtellis; spicis oblongis vel interruptis paucifloris; bracteis linearibus caducissimis; calyce tubuloso quam dimidium corollae subbreviore; legumine tereti sulcato. ♂? — Foliola iis *I. verae* subsimilia vel angustiora, molliora pube densiore, supra raro nitida, rhachis longior. Calyces in altero specimine vix 5 lin., in altero fere 6 lin. longi. Corolla 10–11 lin. longa.

β? sordida: Foliolis majoribus obovato-oblongis subcoriaceis, ultimis saepe semipedalibus, corolla minore vix 9 lin. longa. Bracteae *I. spuriae*. Legumen ignotum. An species propria? An *I. Cumingianae* var.?

Crescit in Guiana Britannica et in Brasilia boreali.

114. I. CUMINGIANA Bth. l. c. 616. — Pube brevi subferruginea: foliolis ovali- vel oblongo-ellipticis acutiusculis, utrinque scabro-pubescentibus; pedunculis elongatis, supra medium interrupte floriferis; bracteis lincaribus, diu persistentibus; calycibus tubulosis dimidium corollae aureo-villosissimae aequantibus. ♁ — Affinis videtur *I. spuriae*. Foliola lacte virentia, majora 4–6 poll. longa, 2 poll. lata. Pedunculi cum spica 3–5-pollicares. Bracteae calyce breviores. Calyx 5 lin., corolla 9–10 lin. longa. — Crescit in Peruvia prope Limam.

115. I. XALAPENSIS Bth. l. c. — Dense pubescens: foliolis 5-jugis oblongis acuminatis; spicis oblongis; bracteis lanceolatis diu persistentibus, calyces aequantibus; calyce tubuloso vel tubuloso-campanulato ad duas tertias corollae attingente. ♁ — *I. spuriae* affinis, bracteis et proportione florum diversa et pubes densior fere *I. eriocarpae*. Calyx in flore perfecte evoluto 4½–5 lin. longus. Corolla 7 lin. longa. Ramuli angulati. — Crescit in Mexico prope Xalapam.

116. *I. FLEXUOSA Schlechtd. Linnaea XII. 559. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 2.) — Haec species, cujus flores non descripti sunt, a praecedente differre videtur petiolo inter foliola inferiora non alato. — Crescit in Mexico.

117. I. URAGUAYENSIS Hook. et Arn. Bot. Misc. III. 202. — (Wlprs. l. c. I. 928. no. 1.) — Bth. l. c. — Pube ferruginea in ramulis velutina, in foliis brevi rara: foliolis 4–6-jugis oblongis acuminatis; spicis ovatis densis longiuscule pedunculatis; bracteis parvis ovatis; calyce anguste tubuloso ad duas tertias corollae attingente. ♁ — Primo adspectu *I. spuriae* et *I. Xalapensi* affinis, sed inflorescentia et flores diversi. Petioli saepius a basi alati, dum in speciebus praecedentibus saepius ad par infimum nudi sunt. Corolla 8–9 lin. longa. — In Uraguay.

118. I. INSIGNIS Kth. Mimos. 43. t. 13. — Bth. l. c. 617. — Ramulis, petiolis, pedunculis costisque foliorum hirto-tomentosis; foliolis 5-jugis ellipticis acuminatis coriaceis glabris nitidis; spicis oblongis densis; bracteis oblongo-spathulatis calyces aequantibus; calyce turbinato-tubuloso hirto-pubescente corolla sericea duplo breviore; legumine quadrangulari lignoso tomentoso. ♁ — Crescit inter Quito et Puembo.

119. I. PACHYCARPA Bth. l. c. — Pube ferruginea velutina: foliolis 4–5-jugis ovali- vel oblongo-ellipticis acuminatis coriaceis nitidulis, utrinque hirtis; spicis ovatis densis; bracteis lanceolatis, calyce brevioribus; calyce turbinato tubuloso ferrugineo-velutino dimidium corollae hirsutissimae superante; legumine quadrangulari lignoso tomentoso. ♁ — Pluribus notis cum *I. insigni* convenit, sed multo villosior est. Foliola majora, ultima 4 poll. longa, 2 poll. lata. Bracteae breviores caducissimae. Calyx 5–6 lin., corolla 10–11 lin. longa. Legumen semipedale vel longius, 9 lin. latum et crassum, lateribus sulcatis, faciebus concavis non obtectis. — Crescit prope Quito ad Puente de Guapulo.

** *Calyce pedicellato subcampanulato, raro 4 lineas excedente.*

120. I. LAXIFLORA Bth. l. c. — Pube densa rufo-velutina: foliolis 5-jugis oblongo-ellipticis acuminatis, utrinque hirtellis, demum nitidulis; pedunculis elongatis, supra medium interrupte floriferis; bracteis parvis oblongo-linearibus caducis; calyce pedicellato tubuloso-campanulato velutino quam dimidium corollae villosissimae breviore. ♁ — Pluribus notis cum *I. ornata* convenit, sed inflorescentia diversa est. Foliola majora 5 poll. longa, 1½ poll. lata. Pedunculi cum racemo 6–8 poll. longi. Flores inferiores distantes. Pedicelli 1–2 lin. longi. Flores crassiusculi. Calyx laxus 4 lin., corolla 9 lin. longa. — Crescit in Peruvia ad Sesuya.

121. I. ORNATA Kth. Mimos. 46. t. 14. — Bth. l. c. 618. — Ramulis, petiolis pedunculisque hirto-tomentosis; foliolis 5-jugis oblongis acutis subcoriaceis, supra pubescentibus, subtus canescentibus et hirsuto-pubescentibus; spicis oblongis densis; bracteis caducis; calycibus pedicellatis campanulatis, corollae sericeo-villosae dimidium aequantibus; legumine longissimo sulcato. ♁ — Foliola majora 5½ poll. longa, 2 poll. lata. Spica vel racemus bipollicaris densiflorus, in pedunculo pollicari. Calyx 4 lin., corolla 8 lin. longa. Legumen 3–4-pedale. — Crescit in America aequinoctiali inter Buga et Carthagena.

122. I. BAHIENSIS Bth. l. c. — Pube brevi ferruginea: foliolis 5–6-jugis ovali-ellipticis oblongisve acuminatis, utrinque hirtellis, supra nitidulis; spicis brevibus oblongisve pedunculatis; bracteis ovatis brevibus; calycibus brevissime pedicellatis campanulatis, corolla subtriplo brevioribus. ♁ — Foliola ultima 4–8 poll. longa, 1½–2½ poll. lata. Alae petioli latae. Pedunculi 1½–3-pollicares, apice breviter floriferi, floribus primum subcorymbosis, demum parum distantibus. Calyx 3 lin., corolla 9 lin. longa. Legumen tomentosum, marginibus valde dilatatis at faciem non obtegentibus. — β. foliolis minoribus 3–4-jugis. — Crescit in Brasilia prope Bahiam.

*** *Calyce sessili campanulato, raro quatuor lineas excedente.*

123. I. LUSCHNATHIANA Bth. l. c. — Pube ferruginea: foliolis sub-4-jugis ovali- v. obovali-oblongis obtusiusculis; spicis breviter pedunculatis interruptis; bracteis orbiculatis parvis; calyce breviter campanulato velutino, quam corolla hirsutissima quintuplo breviore. ♁ — Folia fere *I. erianthae*. Spicae bipollicares in apicibus ramulorum confertae, floribus omnibus dissitis. Calyx vix 1½ lin. longus, arcte sessilis. Corolla semipollicaris vel longior. — In Brasilia ad Rio Janeiro.

124. I. AFFINIS DC. Prodr. II. 433. — Bth. l. c. 618. — Pube ferruginea velutina saepius copiosa: foliolis 4–6-jugis oblongis vel ovali-ellipticis acuminatis vel rarius obtusis, demum supra nitidulis; spicis oblongis; bracteis brevibus caducis; calyce sessili velutino quam corollae sericeo-villosissimae dimidium breviore; legumine subplano latissime marginato velutino-tomentoso. ♁ — Crescit in Brasilia.

125. I. ORNIFOLIA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. pl. VI. 291. — Bth. l. c. 619. — Ramulis hirto-tomentosis; foliolis 5-jugis lanceolato-oblongis, utrinque molliter pilosis, supra subnitidis; legumine compresso densissime hirto-tomentoso, margine valde incrassato sulcato et undulato. ♁ — Crescit prope Quito.

126. I. VELUTINA Willd. Spec. plant. IV. 1014. — „Inermis: foliis pinnatis quadrijugis, foliolis ovatis acutis, utrinque molliter pubescentibus, supra nitidis, glandula inter omnia paria, petiolo alato; corollis villosis. ♁ — Ramuli obsolete angulati, dense ferrugineo-hirsuti. Folia paripinnata quadrijuga, foliola late ovata acuta, utrinque, praesertim subtus pilis ferrugineis mollibus tecta, supra nitida 5–6-pollicaria, basi 3–4 poll. lata, infima 3–4-pollicaria. Glandula urceolata inter omnia paria, inter supremum vero terna. Petiolus alatus. Spicae axillares solitariae. Pedunculus communis ferrugineo-hirsutus. Corolla strigoso-villosa.“ — Crescit in Brasiliae provincia Paraënsi.

127. I. EDULIS Mart. Herb. Bras. p. 113. — Bth. l. c. 619. — Pube ferruginea brevi: foliolis 4–5-jugis oblongo- vel ovali-ellipticis acuminatis membranaceis; pedunculis fasciculatis; spicis oblongis; floribus tenuibus sessilibus; bracteis lanceolatis; calyce tubuloso-campanulato corolla subtriplo breviore; legumine tenuiter tomentoso longo subtereti sulcato. ♁? — Foliola multo majora quam in *I. affini* et vulgo tenuiora, saepe semipedalia. Pedunculi 1–1½-pollicares. Spicae breves subinterruptae. Flores quam in praecedentibus multo tenuiores. Calyx 2–2½ lin., corolla 7 lin. longa. Legumen saepe pedale vel longius, vix semipollicem diametro, marginibus faciem utramque omnino obtegentibus. — *Mimosa Inga* Arrabida, Flor. Flumin. XI. t. 3. — Crescit in Brasilia.

128. I. FASCICULATA Poepp. et Endl. Nov. gen. et sp. pl. Chil. III. 79. — Bth. l. c. 620. — Pube ferruginea velutina: foliolis 4-jugis ovalibus vel elliptico-oblongis, supra pubescentibus, subtus ferrugineo-villosulis; spicis pedunculatis fasciculatis oblongis; bracteis parvis ovatis; calyce tubuloso-campanulato tomentoso quam corollae sericeo-villosae dimidium breviore; „legumine lineari lato plano, demum glabro.“ ♁ — Folia iis *I. edulis* similia vel magis coriacea et pubes copiosior. Inflorescentia eadem, pedunculis circa 6–9 fasciculatis, nec differunt flores nisi minores sint (5 lin. longi). Legumen tamen a Poeppigio descriptum diversissimum, 6–8 poll. longum, pollicem latum, potius *Pseudingae* quam *Euingae* est. An revera in eadem arbore lectum? — Crescit in Peruviae sylvis prope Cuchero.

129. I. CONFERTA Bth. l. c. — Pube tenui: foliolis 5–6-jugis ovali-ellipticis oblongisve acuminatis, tenuiter puberulis; spicis pedunculatis fasciculatis, superioribus corymboso-confertis, singulis oblongis; bracteis ovato-lanceolatis; calyce tubuloso-campanulato tomentoso, dimidium corollae sericeo-villosae aequante. ♁ — Affinis *I. fasciculatae*. Foliola numerosiora, pleraque semipedalia, 2 poll. lata. Pedunculi inferiores interdum solitarii, superiores circa 4–8 fasciculati. Flores 6 lin. longi. Legumen ignotum. — Crescit in Peruvia ad Tarapoto.

† *Species quoad sectiones dubiae.*

130. I. ANGUSTIFOLIA Willd. Spec. plant. IV. 1012. — Petiolo alato; glandulis parvis sessilibus, foliolis 4–9-jugis lanceolatis acuminatis, utrinque nitidis; legumine lineari plano glabro. ♁ — Flores ignoti. Forte eadem ac *I. nutans* vel *I. heterophylla*. — Crescit ad Bracamoras.

131. I. BONPLANDIANA H. B. Kth. Nov. gen. et spec. plant. VI. 288. — Foliis glabris, petiolo alato, foliolis 5-jugis elliptico-oblongis acutis subcordatis subcoriaceis glabris, supra nitidis; floribus spicatis sessilibus; corolla calyce duplo longiore sericea; legumine complanato glabro, marginibus incrassatis. ♁ — Crescit ad Bracamoras.

132. I. THYRSOIDEA Desvx. Journ. de bot. I. 71. — Foliolis trijugis ovatis glabris, subtus venosis, petiolo subnudo, apice articulationum subalato; ramis angulatis cinereis; floribus thyrsoideis. ♁ — Crescit in Guiana.

133. I. THIBAUDIANA DC. Prodr. II. 434. — Foliolis 4–5-jugis ovato-oblongis acuminatis, superne nervo excepto glabris, subtus, petiolis, pedunculis calycibusque pubescentibus, petiolo apice alato, basi nudo; spicis subgeminis oblongis, ad apicem ramorum subpaniculatis; corollis sericeo-pubescentibus. ♁ — Corollae tenues, 7 lin. longae. Stamina rubra exserta. — Crescit in Cayenne.

134. I. GLADIATA Desvx. in Ann. sc. natur. (1. Sér.) IX. 427. — (Wlprs. l. c. I. 929. no. 12.) — Foliolis 4-jugis oblique ovatis abrupte acuminatis, supra subasperis, subtus rugoso-pubescentibus, glandulis maximis cupuliformibus; spicis brevibus axillaribus breviter pedunculatis; leguminibus compressis falcatis aureo-pubescentibus rostratis. ♁ — Crescit in Guiana.

135. I. RHOIFOLIA Willd. Enum. pl. 1046. — Petiolo alato, foliolis 5-jugis oblongis acuminatis, supra hirtis nitidis, subtus villosis; ramis ferrugineo-tomentosis. ♁ — Crescit in Brasilia.

136. I. SERICEA Mart. et Galeotti, Bullet. de Bruxelles X. II. 318. — Ramis pubescentibus inermibus, apice floribundis nudis canescenti-tomentosis; foliis duplicato-pinnatis multifoliolatis, pinnis 8–20-jugis, pinnulis 35–45-jugis, foliolis oblongis parvulis obtusis subimbricatis glabris, margine subciliatis, petiolis glandulosis rhachique pubescentibus; capitulis 4–5-floris in racemum terminalem demum 4–5-pollicarem dispositis; pedunculis, pedicellis, calycibus corollisque subtus dense albo-sericeo-villosis; staminibus elongatis purpureis. ♁ — Legumen ignotum. — Crescit in Mexico in sylvis prope Oaxaca.

137. I. LAEVIGATA Mart. et Galeotti l. c. 320. — Subinermis: foliolis subdimidato-ovali-ellipticis retusis subnitidis laevigatis; petiolo communi glabro sulcato, petiolis partialibus pubescenti-hirtis, glandula in dichotomia petioli et inter foliola; pedunculis axillaribus glabris solitariis folium subaequantibus; floribus capitato-congestis; corolla quinquefida crocea glabra; staminibus roseis 2–3-pollicaribus. Legumen ignotum. ♁ — Affinis *I. pungenti* H. B. Kth. et *I. nitenti*, a qua praesertim foliolis ovalibus differt. — Crescit in Mexico in sylvis ad Consoquitla prope Mirador.

138. I.? SPECIOSA Mart. et Galeotti l. c. — Inermis: caule fruticoso subglabro; ramulis, petiolis pedunculisque purpurascenti-pubescentibus; foliis bipinnatis 6–7-jugis breviter petiolatis, foliolis sub-20-jugis oblique ovato-ellipticis acutiusculis, supra glabris, subtus adpresse pilosis; pedunculis axillaribus folio brevioribus; floribus semigloboso-congestis, in apice pedunculi sessilibus; corolla calyce campanulato parvulo quintuplo longiore villosa purpurea; staminibus longe

exsertis puniceis; legumine ignoto. ♁ — Species affinis *I. Houstoni* DC., a qua differt ramulis et petiolis non rufo-tomentosis, floribus capitato-congestis staminibusque brevioribus. — Crescit in pinetis Socorro et Sierra de Yavezia in Mexico.

139. I. **ELEGANS** Mart. et Galeotti l. c. 321. — Caule petiolisque molliter hirsutis; foliis bipinnatis, pinnis 15–20-jugis, foliolis multijugis imbricatis linearibus dense ciliatis, superficie glabriusculis, junioribus sericeo-villosis; capitulis subtrifloris pedunculatis, in racemum terminalem thyrsoideum densum dispositis; pedunculis floribusque subsericeo-tomentosis; staminibus purpureis longe exsertis. ♁ — Pinnae subsessiles 5-pollicares, pinnulae 1½-pollicares, racemus terminalis conoideus 2–3-pollicaris, calyx 5-fidus 2–3-linearis campanulatus, corolla sericea quintuplo longior. — Crescit in Mexico in sylvis Misteca Alta in prov. Oaxaca.

140. I.? **VILLOSA** Mart. et Galeotti l. c. 319. — Inermis: foliis bipinnatis, pinnis 2–3-jugis, foliolis 12–15-jugis subdimidiato-oblongis sericeo-canescenti-villosis; capitulis pauciflorus pedunculatis axillaribus solitariis folio longioribus; staminibus purpureis longe exsertis; legumine ignoto. ♁ — Crescit in Mexico in montibus cactiferis Tehuacan.

141. I. **NITENS** Mart. et Galeotti l. c. 319. — Inermis: foliis conjugato-pinnatis, pinnis foliola tria gerentibus, foliolis nitidis glaberrimis obliquis oblongis obtusis, petiolis glabris; capitulis florum pedunculatis, in apice ramorum subfasciculatis; staminibus roseis purpureis elongatis; legumine ignoto. ☽ — Species affinis *I. pungenti* Willd. — Crescit in Mexico in sylvis ad Tepinapa.

142. I. **PUBIRAMEA** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 759. — Ramis, petiolis pedunculisque pubescentibus; foliis 5-jugis, foliolis lineari-oblongis acutiusculis glabris; glandulis interpetiolaribus cupuliformibus; pedunculis lateralibus solitariis, apice umbelliferis multifloris; corollis tenuiter pubescentibus; staminibus longissimis alte monadelphis. ♁ — Crescit in Surinam.

143. I. (??) **PURPURASCENS** Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 291. — Foliis bipinnatis, pinnis 11–18-jugis, pinnulis 15–45-jugis dimidiato-oblongis acutiusculis, in nervo medio supra pilosulis, margine ciliatis, subtus glaucescentibus et dense adpresse puberulis; glandulis maximis supra rhachidis basin et reliquis inter paria 3–2 suprema oblongis sessilibus; capitulis pedunculatis in ramis subaphyllis axillaribus; pedunculis solitariis, binis ternisve 1–2-cephalis; floribus albidis. ♁ — Crescit in Java.

XXIX? **CLELIA** *Casaretto.*

(Casaretto, Novar. stirp. Brasil. decad. p. 83.)

Flores.....? Legumen non articulatum rectum continuum lignosum, intus farctum, exsuccum bivalve, valvis ex apice ad basin regulariter et subelastice dehiscentibus, endocarpio lignoso-suberoso, seminum sede profunde foveolato. Semina plura in funiculo brevi pendula oblonga crassa, verticaliter compressa, lineolis 3 mediis longitudinaliter circum areolata, unaquaque facie singulis valvarum suturis opposita, nuda exarillata. Testa cartilaginea embryonem album arcte obvolvens. Embryo semini conformis exalbuminosus, cotyledones crassae. — Frutex elegans Brasiliensis: foliis bipinnatis, foliolis subsessilibus dimidiato-ovatis obtusis, apice obsolete retusis mucronulatisve, exquisite utrinque venoso-reticulatis glabris, raro (sub lente) pellucido-punctatis, subtus pallidioribus: florum capitulis (?) axillaribus pedunculatis; leguminibus teretibus 2–5-spermis, valvis maturitate arcuato-corniculato-hiantibus.

1. ***CL. ORNATA** Casaretto l. c. 84. no. 91. — ♁ — Crescit in Brasilia in insulis sinus Fluminensis (Bahia do Rio de Janeiro).

XXX. (6838.) **AFFONSEA** *A. St. Hil.*

(St. Hil. Voyage dans le distr. des Diam. I. 385. — Bth. in Hook. Lond. journ. of bot. V. 75. t. 1.)

Flores hermaphroditi. Calyx ample tubuloso-campanulatus subinflatus 5–8-dentatus. Corolla tubulosa. Stamina numerosissima monadelpha, tubo

basi corollae adnato, filamentis superne liberis, longe exsertis. Ovaria plura sessilia, styli elongati exserti. Legumen crassum rectum. Semina funiculo longo appensa. — Frutices vel arbores Brasilienses habitu *Ingarum*, inermes. Folia simpliciter abrupte pinnata, petiolus inter juga foliolorum alatus vel nudus, glandulae inter omnia paria scutellatae vel stipitatae, foliola opposita paucijuga majuscula. Flores inter *Mimoseas* magni, nunc sessiles dense spicati, nunc breviter pedicellati racemosi. Bracteae breves laxae vel dense imbricatae. Calyx et corolla villosa. Styli et stamina glabra. Ovaria brevia villosissima.

1. A. JUGLANDIFOLIA A. St. Hil. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. I. 932.*) — Bth. l. c. 76. — Foliolis quadrijugis; racemis longiuscule pedunculatis. ♃ — Crescit in Brasilia in districtu Adamantium.
2. A. DENSIFLORA Bth. l. c. — Foliis glabris, petiolo nudo, foliolis 3-4-jugis oblongis acuminatis coriaceis nitidis planis; spica ovoidea densa, pedunculo suo longiore. ♁? vel ♃? — Ramuli juniores rufo-pubescentes, mox glabrati. Stipulae persistentes lanceolatae 2-3 lin. longae. Petiolus communis 4-5-pollicaris, glandulae orbiculatae sessiles. Foliola ultima 5-6-pollicaria, 1½-2 poll. lata. Pedunculus (in specimine unico) sesquipollicaris crassus. Spica crassissima bipollicaris. Bracteae ovato-lanceolatae membranaceae viscoso-pubescentes floribus vix breviores et cum iis imbricatae. Calyx sessilis 8 lin. longus inflatus viscoso-tomentosus, inaequaliter 6-8-dentatus. Corolla pollicaris dense tomentoso-villosa. Tubus stamineus inclusus, filamenta corolla duplo longiora, antherae dorso verrucosae, pollinia in loculis quaterna. Ovaria 3-5. — In Brasilia prope Bahiam.
3. A. COMOSA Bth. l. c. t. 1. — Ramulis, petiolis nervisque foliolorum hirtellis; petiolo superne alato, foliolis bijugis oblongis vel oblongo-ellipticis coriaceis nitidis planis; racemo ovoideo, pedunculo suo breviore. ♁ — Ramuli juniores pilis brevibus hirtelli, petiolus bipollicaris, ala utrinque sesquilineam lata, a foliorum pari supremo usque ad medium internodium attingens vel paullo infra extensa, foliola ultima 4-6-pollicaria, 1½-2½ poll. lata. Pedunculi sesqui- vel tripollicares rufo-hirti. Flores fasciculati approximati in racemum 2-3-pollicarem. Bracteae patentes ovato-oblongae concavae hirtae, 3-4 lin. longae. Calyx 9 lin. longus ovoideo-inflatus rufo-villosus. Corolla angusta calycem breviter excedens, extus villosissima. Filamenta corolla vix duplo longiora. Ovaria terna, adjecto rarius quarto. — Crescit in Brasilia ad Rio de Janeiro.
4. A. BULLATA Bth. l. c. 77. — Ramulis, petiolis nervisque foliolorum subtus rufo-hispidis; petiolo alato, foliolis 3-5-jugis oblongo-lanceolatis, supra sparse pilosis, demum glabris bullatis; spicis densis ovoideis, pedunculo sublongioribus. ♃ — Arbor parva, stipulae late lanceolatae 2-3 lin. longae. Petiolus communis 3-4-pollicaris, alis utrinque 1-1½ lin. latis. Glandulae parvae longe stipitatae, iis *Ingarum vulpinarum* similes. Foliola ultima 6-9-pollicaria, 1-1¼ poll. lata, inter venas valde bullata, supra siccitate plumbeo-colorata. Pedunculi ad apices ramorum 2-4 corymboso-racemosi. Spicae breviter ovoideae. Bracteae late lanceolatae calyce vix breviores. Calyx amplus membranaceus hispidus, corolla calyce paullo longior hirsutissima. Ovaria 2-5 (semel observata sunt sex), legumen junius abortu solitarium lineare crassum villosissimum circa 8-spermum. — Crescit in Brasilia prope Rio de Janeiro.

Adnotatio. Addenda et corrigenda ad *Mimosearum* synopsin a **G. Bentham** in Hook. Lond. journ. of bot. V. p. 77-108. data nunc tandem ad me pervenerunt, ita, ut ea suo loco addere non possem.

† Genus indescriptum.

BERREBERA *Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I.* 100.

1. *B. (SESBANIA Hochstett. mss.) FERRUGINEA Hochstett. l. c. — *Inga byrsinocarpa* Hochstett. mss. — Crescit in Abyssinia.
2. *B. CAFFRA Hochstett. l. c. — Crescit ad Port Natal.

Ordo LXXIII. CHRYSOBALANEAE *R. Br.*

(Endl. Gener. plant. p. 1251. — ROSACEARUM tribus I. DC. Prodr. II. 525. — Wlprs. Repert. bot syst. II. 3. et 907. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 101. II. 71.)

6408. **HIRTELLA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 528. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 3.)

§. 1. *Racemis simplicissimis.*

1. H. VIOLACEA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 761. — Racemo simplici laxo rameali, pedunculis hirtellis; floribus 3-4-andris (violaceis); stylo basi piloso; ramis et foliis glabris ovato-oblongis subobliquis, apice protractis acuminatis obtusis, basi rotundatis coriaceis, costa media subtus rigide pilosis. ♁ — In Surinam.
2. H. STRIGULOSA Steudel l. c. — Caule dense setoso-strigoso; racemo simplici laxo terminali; floribus 7-8-andris; pedicellis filiformibus; bracteis pedicello 3-4-plo brevioribus; stylo basi piloso; foliis brevissime petiolatis oblongo-ovatis acuminatis acutissimis, basi subcuneatis integris, utrinque (praesertim ad costas) sparsim setulosis. ♁ — Crescit in Surinam.
3. H. GLABERRIMA Steudel l. c. — Undique (exceptis floribus) glaberrima: racemis simplicibus terminalibus pubescentibus; foliis breviter petiolatis ovatis vel oblongo-ovatis, apice abrupte acuminatis, supra nitidis, subtus subglauco-pallidioribus; bracteis minutissimis; floribus 4-5-andris; stylo basi piloso, germinibus capsulisque densissime piloso-tomentosis. ♁ — Crescit in Surinam.
4. H. BRACTEOSA Steudel l. c. — Caule ramoso dense flavescenti-setuloso; foliis brevissime petiolatis ovato-oblongis, apice breviter acuminatis, basi rotundatis, utrinque sparsim setuloso-pilosis nitidis, demum glabrescentibus; racemis simplicibus terminalibus; bracteis lanceolatis 2-3 foliaceis, infima pedicellum aequante; floribus tetrandris; stylo ultra medium piloso. ♁ — Crescit in Surinam.

§. 2. *Racemis compositis seu paniculatis.*

5. H. COGNATA Steudel l. c. — Fruticosa ramosissima: ramis validis, novellis pubescentibus; foliis breviter petiolatis coriaceis crassis oblongo-lanceolatis subacutis, supra glaberrimis puncticulatis, subtus albo-tomentellis, nervis prominentibus; racemis terminalibus et in foliis superioribus axillaribus (ut compositi videantur), undique dense villosis; bracteis 2-3 foliaceis pedicellos aequantibus; floribus hexandris; stylo villoso. ♁ — Proxima *H. tomentellae* Schott, sed differt foliis multo latioribus bracteisque subfoliaceis. — Crescit in Surinam.
6. H. TENTACULATA Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 75. — Foliis ellipticis obtusis acutisve, rigide coriaceis, supra glabris nitidis, subtus scabro-pubescentibus, venis ramulisque hirtis; racemis in paniculam terminalem elongatam dispositis; bractearum ad basin usque tri- quadripartitarum laciniis calycem sericeum adaequantibus stipitiformibus, glandula terminatis; staminibus fertilibus glabris, parce glandulosis. ♁ vel ♃? — Ramuli fere ulnares teretes, pilis rectis flavido-fuscis hirti, folia basi rotundata, apice brevissime obtuseque acuminata rigida, imprimis in nervo hirta, caeterum subtus concoloria pubeque brevi scabra, 5-pollicaria, 2½ poll. lata. Paniculae terminales et axillares, pedem longae vel longiores, contractae. Bracteae numerosae basin usque in stipites patulos vel divaricatos teretes rigidos glabros, glandula magna ovata terminatos mutatae. Calyx subsericeus, laciniis ellipticis. Petala violacea. Stamina longissima, basi complanata connexa. Fructus cylindrico-ovales tenuiter puberuli. — Affinis *H. rubrae* Bth. — Crescit in sylvis ripariis imperviis archipelagi Paraënsis in Furor de Breves.

6410. **MOQUILEA** *Mart. et Zucc.*

(DC. Prodr. II. 526. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 6.)

1. M. CHRYSOCALYX Poepp. et Endl. Nov. gen. et spec. plant. Chil. III. 75. t. 286. — Foliis oblongis acuminatis, basi acutis, supra ramisque glabris, subtus cinereis membranaceis; racemis lateralibus folio duplo brevioribus laxis calycibusque rufo-tomentosis; staminibus sexaginta pluribus, in orbem integrum dispositis. ♄ — Arbor 4-orgyalis, a basi ramosa, ramuli terctes glabri brunnei fragiles. Folia alterna oblonga breviter acuteque acuminata, basi obtuse acuminata, margine levissime undulata, supra glabra, parum nitida, subtus adpresse levissimeque tomentella albido-cinerea, adulta 9-pollicaria, 3 poll. lata. Stipulae subulatae petiolum brevissimum aequantes persistentes. Racemus lateralis subcymosus sub-20-florus, rhachis sesquipollicaris cum calyce splendide rufo-tomentosa. Calycis tubus pollice parum brevior, limbi obliqui laciniae 5 aequales ellipticae obtusae coriaceae, post anthesin reflexae. Petala coriacea, dorso tomentella alba. demum flavescentia, calycis laciniis duplo longiora. Stamina margini faucis calycinae pluriseriatim inserta, unilateraliter deflexa libera numerosissima. Ovarium stipitatum, stipite tubo calycino infra medium adnato, parvum ferrugineo-lanatum, ovula 2 collateralia erecta, stylus longissimus superne glaberrimus. Drupa 5-pollicaris ovalis obtusa tuberculoso-exasperata parum succosa monosperma. Semen ovale 2-3-pollicare. — Crescit in Brasiliae sylvis primaevis in provincia Maynas ad Yurimaguas.

6411. **PARINARIUM** *Juss.*

(DC. Prodr. II. 526. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 7.)

1. P. GLABERRIMUM Hsskrl. Flora (B. Z.) XXVII. II. 583. — Arboreum: foliis alternis ovatis seu ovato-oblongis breviter acuminatis, basi subcordatis integerrimis glaberrimis lucidis; inflorescentia axillari racemoso-corymbosa. ♄ — Arbor vasta, cortex atro-brunneus. Folia subsessilia integerrima coriacea glabra, supra lucida, 8-11-pollicaria, 3-5 poll. lata, inflorescentia axillaris racemoso-corymbosa 2-3-pollicaris subtomentosa densa, flores breviter pedunculati bibracteati, bracteae deciduae ovatae aut oblongae acutae, calyx ochraceus campanulatus 5-partitus, laciniis inaequalibus obovatis acutis, una cucullata fere semipollicari, faux annulo staminifero et intra annulum germinis villis subclausa; corolla tetrapetala, petala inaequalia decidua obovato-cuneata vel obovata, basi lilacina, apice albida, dein patentia, calycis laciniis circiter dimidio longiora, stamina 12-16 unilateralia, filamentis basi annulatim coalitis. Ovarium stipitatum, stipite calycis tubo lateraliter adnato, biloculare, loculis uniovulatis, stylus basilaris rectus filiformis, staminibus longior. Drupa ovoidea 2½-pollicaris, sesquipollicem crassa, sarcocarpio fibroso leviter rimoso cano-fusco, putamen lignosum, nunc biloculare, loculis sterilibus, nunc uniloculare monospermum indehiscens. Semen erectum sessile ovoideum. — Crescit in insula Java.
2. P. SCABRUM Hsskrl. l. c. 585. — Altior vasta: foliis ovato-oblongis acuminatis, basi acutis, scabris. ♄ — Crescit in insula Java.

6417. **STYLOBASIUM** *Dsf.*

(DC. Prodr. II. 92. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 7.)

1. ST. LINEARE Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 95. † — Foliis linearibus; floribus in apicibus ramorum racemosis; pedunculis folio bracteante longioribus minute bracteolatis. ♄ — Differt a *St. spathulato* foliis angustioribus pedunculisque longioribus. — Crescit in Nova Hollandia.

Ordo LXXIV. AMYGDALEAE *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p. 1250. — ROSACEARUM tribus II. AMYGDALEAE Juss. — DC. Prodr. II. 529. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 8. et 907. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 102. II. 72.)

6406. **PRUNUS** *Linn.*

(*Prunus* Tournef. — DC. Prodr. II. 532. — *Armeniaca* Tournef. — DC. l. c. 531. — *Cerasus* Juss. — DC. l. c. 535. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 8. et 910.)

1. PR. (CERASUS) OPACA Bth. Plant. Hartweg. p. 172. no. 967. — Glabra: foliis breviter petiolatis ellipticis breviter acuminatis, basi rotundatis, integerrimis coriaceis, supra opacis subglaucescentibus, subtus basi juxta costam biglandulosis; racemis laxis, demum reflexis, folio vix dimidio brevioribus. ♂ vel ♀? — Frutex vel arbor parva, affinis *Ceraso sphaerocarpo* et *C. Brasiliensi*. Petioli crassi, vix 3 lin. longi. Folia tripollicaria crassiuscula, supra non nitentia. Racemi 1½–2-pollicares, pedicelli 2–3 lin. longi. Stamina circiter 20. Stigma late capitatum. — Crescit in provincia Popayan.

6406/1. **CERASEIDOS** *Siebold et Zucc.*

(Sieb. et Zucc. Abhndlngn. der München. Akad. math.-phys. Classe III. 743. t. 5. fig. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 102.)

Calyx infundibuliformis, tubo cylindrico, limbo quinquefido, laciniis ovatis acutis serrulatis reticulato-venosis, tubo brevioribus. Corolla nulla. Stamina 24-30 calycis tubo ad faucem inserta, filamenta inaequilonga, quinque cum calycis laciniis alternantia brevissima, antherae introrsae biloculares, dorso affixae ellipticae, utrinque emarginatae, longitudinaliter dehiscentes. Discus in fundo calycis nectarifer. Germen ovatum uniloculare, gemmulae 2 e vertice loculi pendulae anatropae. Stylus terminalis simplex filiformis glaber, stigma capitato-depressum. Fructus.....? — Arbor vel frutex Japonicus: ramis teretibus, gemmis perulatis; foliis in ramulis abbreviatis subfasciculatis, in reliquis alternis, breviter petiolatis dense hirsutis, lanceolatis longe cuspidatis profunde serrato-dentatis, dentibus lineari-oblongis saepe bifidis glanduloso-mucronatis, junioribus utrinque pubescenti-hirtis; stipulis foliaceis persistentibus linearibus argute serratis, serraturis glanduloso-mucronatis; floribus e gemmulis perulatis solitariis pedunculatis cernuis.

1. *C. APETALA Sieb. et Zucc. l. c. 744. t. 5. fig. 2. — ♂? ♀? — Crescit in Japonia.

Ordo LXXV. ROSACEAE *Juss.*

(Endl. Gener. plant. p. 1240. — ROSACEAE exclusis CHRYSOBALANEIS, AMYGDALEIS et POMACEIS DC. Prodr. II. 525. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 11. et 912. — Meisn. Gener. plant. vascular. I. 103. II. 72.)

Subordo I. *ROSEAE* DC. Prodr. II. 596.

6357. ROSA *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 577. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 11. et 912.)

1. R. *(Cinnamomea)* SILVERHIELMII Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 195. — Caule erecto ramosissimo, aculeis stipularibus validis rectis vel uncinatis (basi lineari) armato; stipulis sublinearibus adnatis, auriculis patulis subintegerrimis petioloque aculeato glandulosis, summis (saepe) bracteiformibus; foliolis (5–9 deciduis mediocribus) subellipticis obtusis vel acutiusculis, utrinque pubescentibus subduplicato-serratis; pedunculis subglandulosis subumbellatis, foliis paucifoliolatis bracteisque integerrimis fultis; calycis tubo globoso glabro, laciniis ex ovata basi acuminatis integerrimis, quam petala brevioribus, in fructu deciduis; fructibus pisiformibus, apice pertusis; ovariis sessilibus stylisque liberis subinclusis hirsutis. ♄ — Crescit in Soongaria in arundinetis ad fluvium Tschu.
2. R. *(Cinnamomea)* GEBLERIANA Schrenk l. c. I. 79. — Glabra: caule erecto (?) pruinoso, aculeis stipularibus uncinatis, basi aculeis setigeris armato; stipulis lincaribus, auriculis patentibus integerrimis, summis bracteaeformibus petioloque aculeolato glandulosis; foliolis (9–11) deciduis ovato-oblongis acutis inaequaliter argute serratis; pedunculis glandulosis corymbosis, bracteis lanceolatis integerrimis suffultis; calycis tubo oblongo glabro, laciniis lanceolatis longissime acuminatis subintegerrimis corolla longioribus, in fructu conniventibus; ovariis hirsutis stipitatis, stylis liberis subinclusis hirsutis. ♄ — Crescit in tractu Kokbekty in Soongaria.
3. R. FLAVESCENS Hsskrl. Catal. plant. hort. Buitenz. 265. — Fruticosa humilis: aculeis rameis raris sparsis recurvis; petiolis aculeatis; stipulis adnatis angustis, apice patentibus; foliolis 3–5 ovatis vel ovato-oblongis coriaceis glabris acutis crenulato-serratis, subtus glaucescentibus; floribus terminalibus solitariis; pedunculo et calyce muriculato-puberulis; calycis tubo subgloboso, limbo reflexo tubum ultra triplo superante, laciniis integerrimis; petalis sat magnis flavescentibus plurimis. ♄ — Crescit in insula Java.

† *Icones addendae.*

R. DEVONIENSIS Hortor. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 160. (c. ic.)
R. HARDII Hortor. — Paxton l. c. X. 195. (c. ic.)

Subordo II. *DRYADEAE* Vent. Tabl. III. 349.

§. 1. DALIBARDEAE Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 449.

Calyx ebracteolatus saepissime imbricatus. Stamina indefinita. Ovaria plurima. Stylus terminalis vel subterminalis. Radicula supera.

6360. RUBUS *Linn.*

(DC. Prodr. II. 656. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 11. et 912.)

§. 1. *Folia quinata.*

1. R. ACUMINATISSIMUS Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 266., Tijdschrift voor natuurl. Geschieden. X. I. 143. et Flora (B. Z.) XXVII. II. 585. — Frutex scandens

ramis glaberrimis; aculeis recurvis; foliis pinnatis glabris, supra substrigulosis concoloribus, pinnis 3(–5?) superne solitariis ovato–oblongis acuminatissimis setaceo–serrulatis, nervo medio aculeatis; stipulis lineari–subulatis; racemis axillaribus subterminalibus trifloris; pedunculis glabris aculeatis; laciniis calycinis oblongo–lanceolatis acuminatis. ♄ ∪ — *Rubus Moluccus parvifolius* Rmph. Herb. Amboin. V. 88. t. 47. fig. 1. — Crescit in insula Java.

2. R. PULCHERRIMUS Hook. Icon. plant. t. 729. 730. — Fruticosus, totus adpresse pubescenti–sericeus: caule tereti; foliis longe petiolatis amplis quinato–palmatis, foliolis sessilibus late lanceolatis acuminatis ciliato–serratis parallele nervosis; stipulis late subulatis acuminatis membranaceis; pedunculis axillaribus brevissimis pedicellisque bracteatis; floribus compactis cymoso–paniculatis; calycis lobis acuminatissimis; petalis nanis obovato–subrotundis. ♄ — Crescit in insula Java.

3. R. HOCHSTETTERORUM Seubert, Flor. Azoric. 48. no. 356. — Caule subangulato petiolisque inter spinas validas subrecurvas molliter pubescentibus; foliis ternato– vel quinato–palmatis, foliolis obovato–rotundatis duplicato–serratis, subtus molliter pubescentibus; panicula elongata, pedicellis subracemosis calyceque demum reflexo utrinque dense cano–tomentosis; petalis orbiculatis, basi cuneatis, ambitu crenulatis, calycem triplo superantibus. ♄ — *R. grandiflorus* Lowe mss. — Flores diametro bipollicari, candidissimi. — Crescit in vineis editioribus sylvisque vicinis insulae Pico Azorica.

§. 2. *Folia ternata.*

4. R. LOXENSIS Bth. Plant. Hartweg. p. 128. no. 730. — Ramis, petiolis nervisque flavescenti–tomentosis et minute recurvo–aculeatis; stipulis lanceolatis; foliolis solitariis ovatis acutiusculis, basi cordatis vel rarius ternis, basi rotundatis bullato–rugosis, supra piloso–hirtis, subtus villosis; panicula terminali pauciflora; pedunculis calyce brevioribus; sepalis ovatis acuminatis tomentoso–villosis corollam aequantibus; carpidiis villosis. ♄ — Foliola ad apicem petioli brevis 2–4–pollicaria, saepissime solitaria, rarius utrinque foliolo minore aucta. Stipulae semipollicares membranaceae integerrimae vel dentatae. Flores 4–6, magnitudine *R. fruticosi*. Corolla rosea. Fructus ruber. — Crescit in Columbiae montibus ad Loxam.

5. R. COMPACTUS Bth. l. c. p. 129. no. 731. — Ramis, petiolis nervisque glabris recurvo–aculeatis; stipulis ovato–reniformibus acutis subdentatis; foliolis 3 ovatis acuminatis subbullato–rugosis, utrinque glabris; panicula terminali pauciflora composita; sepalis adpresse pilosulis acuminatis, quam petala paullo brevioribus; carpidiis villosis. ♄ — *R. glabrato* affinis, stipulae majores, foliola brevius et argutius serrata. Pedunculi breves ramosi, ad apices ramorum paniculas formantes 10–16–floras subcorymbiformes. Flores quam in *R. glabrato* paullo minores. Fructus subglobosus, calycem aequans. Carpidia siccitate distincta, parum rugosa, apice adpresse villosa. — Crescit in Columbiae montibus Saraguro.

6. R. MACROCARPUS Bth. l. c. — Ramis, petiolis nervisque recurvo–aculeatis et dense rufo–velutinis; foliolis 3 late ovatis orbiculatisve crassis rugosis, utrinque velutino–villosis, subtus canescentibus; stipulis subreniformi–cordatis villosis; pedunculis bifloris axillaribus subpaniculatisque dense aculeatis; sepalis longe acuminatis integris incisisve petala superantibus; fructu maximo oblongo, carpidiis dense sericeo–villosis. ♄ — Stipulae semipollicares, latiores quam longae. Foliola 3–4–pollicaria, saepius obtusissima et basi subcordata. Pedunculi inferiores axillares folio breviores, supremi pauci paniculam brevem 6–8–floram formantes. Bracteae stipulis conformes sed multo minores. Sepala 8–10 lin. longa, basi lata, utrinque tomentosa, extus prope basin aculeis paucis parvis armata. Fructus nondum maturus jam pollice longior, diametro prope basin vix semipollicari. — Crescit in jugo montium prope Loxam.

7. R. STIPULARIS Bth. l. c. p. 173. no. 971. — Ramis, petiolis nervisque recurvo–aculeatis et subflavescenti–villosis; foliolis 3 oblique ovatis acutiusculis rugosis, supra parce, subtus dense flavescenti–villosis; stipulis subreniformi–cordatis

villosis; pedunculis paucifloris axillaribus subpaniculatisque aculeatis; sepalis ovatis longiuscule acuminatis subintegris corolla brevioribus; fructu ovato-globoso?, achaeniis sericeo-villosis. ♁ — Affinis *R. macrocarpo*, foliola angustiora acutiora, flores numerosiores, multo minores, sepala vix 6 lin. longa et fructus ut videtur diametro suo vix longior. Petala roseo-alba. — Crescit in declivitate montis Pichincha.

8. R. GLAUCUS Bth. l. c. no. 973. — Ramis, pedunculis petiolisque glabris glauco-pruinosis recurvo-aculeatis; foliis pinnatim trifoliolatis, foliolis ovato-lanceolatis longe acuminatis, lateralibus sessilibus a terminali remotis, supra glabris, subtus niveo-tomentosis; stipulis setaceis; pedunculis in axillis superioribus 1-3-floris; sepalis longe acuminatis, demum reflexis; petalis calycem aequantibus. ♁ — Folia siccitate supra nigricantia. Pedunculi simplices vel infra medium ramosi, folio breviores, paniculam formantes terminalem paucifloram foliatam. Flores quam in *R. occidentali* majores. Corolla alba. Fructus magnus, atro-rubens, sapore grato, e carpidiis compositus numerosis, immaturis pilosulis. — *R. occidentalis* Schlchtd.? Linnaea XIII. 271. non Linn. — Crescit in declivitate montis Pichinchae et frequenter colitur sub nomine „Mora de Castillo".

§. 3. *Folia simplicia.*

9. R. LOBBIANUS Hook. Icon. plant. t. 741. 742. — Scandens fruticosus: ramis subteretibus, petiolis pedunculisque pubescentibus aculeolatis, aculeolis deflexis; foliis ovato-cordatis breviter acuminatis subsinuatis dentatis, basi profunde bilobis, supra glabris (, infra?) canescenti-albis reticulatim venosis; paniculis axillaribus folio brevioribus seu terminalibus elongatis compositis bracteatis; bracteis oblongis fimbriato-fissis; floribus (parvis); calycis laciniis ovatis acutis pubescentibus; petalis calyce duplo longioribus obovatis concavis, apice bilobis; filamentis dilatatis; stylis elongatis numerosissimis. ♁ ∪ — Crescit in insula Java.

10. R. GLABRIUSCULUS Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 267., Tijdschrift voor natuurl. Geschieden. X. I. 143. et Flora (B. Z.) XXVII. II. 586. — Foliis cordatis acuminatis integris serrato-dentatis, in nervis utrinque puberulis; ramulis teretibus puberulis; aculeis sparsis retrorsis; stipulis pinnatifidis; pedunculis.....? ♁ — Crescit in Japonia.

§. 2. FRAGARIEAE Torr. et Gr. l. c. 435.

Calyx aestivatione valvatus bracteolatus. Stamina indefinita. Ovaria plurima. Styli laterales vel terminales. Radicula supera.

6363. **POTENTILLA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 571. [excl. sect. 2.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 26. et 912.)

Sectio I. POTENTILLASTRUM Ser.

§. 1. *Foliis palmatisectis.*

1. P. TERNATA C. Koch, Linnaea XIX. 45. — Multiceps: caulis uni- vel paucifolius, pilis incumbentibus praeditus, 1-3-florus; folia radicalia ternata, petiolo longiori adpresse piloso, foliolis obovatis subrotundisve, ex margine et nervo medio paginae inferioris pilosis sub-7-serratis, dente supremo plerumque minore, foliorum caulinorum petioli cum stipulis ovatis acutis aut ovato-lanceolatis connati, folia floralia simplicia ovata acuta; calyx sericeo-pilosus, laciniae acutae corolla crocea minores; connectivum antherarum oblongum. ♃ — Intermedia quasi inter *P. alpestrem* et *minimam*. — Crescit in Asia minori boreali.

2. P. ANDICOLA Bth. Plant. Hartw. p. 172. no. 968. — Perennis caespitosa sericeo-villosa: ramis floriferis ascendentibus paucifoliatis plurifloris; foliis radicalibus pinnatim 3-5-sectis, caulinis subpalmatim trisectis, segmentis ovatis inciso-dentatis, basi cuneatis; stipulis late oblongis vel ovato-lanceolatis subfalcatis integerrimis; petalis (luteis) obcordatis calyce subduplo longioribus; stylis subterminalibus, basi incrassatis, cum ovario articulatis; receptaculo crassiusculo; achae-

niis laevibus glabris. ♃ — Species *P. villosae* quam maxime affinis, at haec tenuior, folia minora, minus tomentosa, infima 5-secta et flores minores. Rami floriferi semipedales. Flores fere *P. vernae*. — Crescit ad Hacienda de Antisana.

3. P. ASPERRIMA Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVI. 609. — Setis rigidis longis pungentibus asperata: caulibus erectis vel ascendentibus 1-4-floris; foliolis ternatis obovatis, profunde et inaequaliterc renatis; stipulis lanceolatis acuminatis integerrimis; bracteolis laciniisque calycinis oblongo-lanceolatis acutis subaequalibus; petalis obcordatis parum minoribus; carpellis nervoso-rugosis marginatis. ♃ — Laciniae calycinae saepe bifidae, petala reticulata lutea. — Crescit in praeruptis lapidosis ad flumen Schitka, ultra Schilkinskoi-Zawod et ad flumen Argun.

4. P. OLOPETALA Turczan. l. c. 612. — Caulibus ascendentibus adpresse pilosis paucifoliatis; foliolis quinatis, e basi cuneata subellipticis, supra viridibus pilosis, subtus cinereo-tomentosis nitidis, ad basin usque crenatis; stipulis oblongis integris aut unidentatis obtusis; bracteolis lineari-oblongis; laciniis calycinis ovato-oblongis sublongioribus; petalis obovatis integris calycem parum superantibus; carpellis (junioribus) laevibus, latere interiore late marginatis. ♃ — Crescit in pratis sylvaticis montosis non procul a fluvio Buguldeicha.

5. P. PONTICA C. Koch, Linnaea XIX. 44. — Uni- vel pauciceps: fibrae radicis brunneo-nigrae subhorizontales; folia radicalia minora et caulina inferiora quinata, foliolis lateralibus brevioribus, omnibus 7-11-serratis, e basi cuneatis (i. e. a simphysi ad dentem primum recto- [nec arcuato-] lineatis), pilis accumbentibus vestitis, superiora ternata, foliolis longius cuneatis, deinde 5-3-serratis integrisve; stipulae ad medium connatae lanceolatae; caulis pubescens; pedunculi superiores brevissimi; calyx longius pilosus, laciniae ovato-lanceolatae aut lanceolatae, corollam subaequantes; connectivum antherarum oblongum. ♃ — Crescit in Asia minori boreali.

6. P. KURDICA Boiss. et Hohenack. Diagn. pl. nov. orient. III. 4. — Perennis: caule tereti erecto elato folioso, superne ramoso ramisque pube brevi e pilis glandulosis aliisque paullo longioribus intermixtis constante tomentellis; foliis radicalibus.....?, caulinis inferioribus longe petiolatis quinato-palmatisectis, lobis cuneato-obovatis, utrinque 6-8-serrato-dentatis, serraturis ascendentibus obtusiusculis, lobo medio majore saepe petiolulato, lateralibus minoribus, foliis superioribus subsessilibus ternato-palmatisectis, floralium multo minorum ternatorum lobis oblongo-lanceolatis obsolete utrinque 2-3-crenulatis integerrimisque, terminali duplo majori, omnium pagina utraque concolori pilis glandulosis canis aliisque adpressiusculis tomentella; stipulis semiovatis, inferioribus 2-3-dentatis, supremis integris; inflorescentia paniculato-dichotoma, cum flore longius pedicellato in dichotomia, pedicellis fructiferis rectis; calycis tomentosi laciniis omnibus ovatis, exterioribus obtusis dimidio minoribus, internas acutiusculas non aequantibus; petalis parvis oblongis, basi brevissime unguiculatis ex sicco pallide ochroleucis, calycem vix aequantibus; filamentis glabris; stylis apicalibus glabris, basi incrassata glandulosis; carpellis reniformibus baud marginatis obsoletissime rugulosis. ♃ — Caulis 2-3-pedalis, foliorum inferiorum foliola bipollicaria et ultra, semipollicem lata, flores magnitudine illorum *P. Norvegicae*. A *P. recta* et ab omnibus affinibus facile distinguitur petalis minutis. — Crescit in Kurdistania in monte Gara ad fontes.

7. P. ADENOPHYLLA Boiss. l. c. p. 5. — Perennis, tota glandulis numerosis sessilibus pilisque in caule et petiolis longioribus patulis, in foliis adpressiusculis rarioribus obsita: caudiculis prostratis caespitosis; caulibus pumilis ascendentibus; foliis radicalibus septenatis quinatisque, foliolis sessilibus oblongo-cuneatis, fere a basi utrinque 5-6-serratis, serraturis acutis ascendentibus, ultima non abbreviata, folio caulino parvo trifoliolato, foliolis apice 3-4-fidis; stipulis lanceolato-triangularibus, infimis apice attenuatis, mediis inaequaliter bifidis, summis integris; floribus paucis terminalibus laxe corymbosis; calycis glandulosi pilosique dentibus externis angustioribus obtusis oblongis, internis subtriangularibus

acutiusculis; petalis obovatis aureis calyce duplo longioribus; stylis subapicalibus filiformibus; carpellis.....? ♃ — Habitus omnino *P. vernae* et *opacae* a quibus differt indumenti natura, foliolorum magis elongatorum dente terminali non abbreviato et dentibus calycinis brevioribus formaque recedentibus. — Crescit in Armenia.

8. P. CAPPADOCICA Boiss. l. c. p. 6. — Perennis, tota foliosa, pagina superiori foliorum excepta, pilis adpressis griseis densis obtecta: caudiculis prostratis caespitosis; caulibus decumbentibus humilibus; foliis radicalibus caulinisque infimis septenatis petiolatis, foliolis breviter in petiolum attenuatis obovatis complicatis, supra glabris, subtus et margine sericeis, utrinque 5–6-dentatis, dentibus inter se villo conniventibus, terminali reliquis breviore, foliis caulinis superioribus sessilibus quinatis, foliolis utrinque sericeis cuneatis, profundius utrinque 2–3-dentatis; stipulis linearibus elongatis divaricatis; panicula corymbosa floribusque copiosissime pilis griseis adpressis obtectis; calycis dentibus omnibus oblongis obtusis subaequalibus; petalis croceis obcordatis calycem superantibus; stylis crassiusculis subapicalibus glabris; carpellis.....? ♃ — Caules 2–3-pollicares, foliola foliorum inferiorum 3 lin. longa, 2 lin. lata, superiorum aequilonga, sed angustiora. Stipulae inferiores 5 lin. longae. — Affinis est *P. opacae* et *P. vernae*, differt tamen indumento griseo, dentibus foliorum conniventibus et foliis infimis septenatis. — Crescit in Cappadocia orientali.

9. P. CILICIA Boiss. l. c. p. 7. — Tota pilis patulis mollibus hispida: radice.....?; caulibus ascendentibus foliosis; foliis radicalibus .....?, caulinis petiolatis ternato-palmatisectis, foliolis subsessilibus cuneatis, utrinque profunde 2–3-dentatis, dentibus rotundatis, summorum sessilium foliolis minoribus oblongis integris bidentatisve; stipulis triangulari-lanceolatis integris aut rarius bidentatis; panicula dichotoma cum flore longe pedicellato in dichotomia, pedicellis post anthesin recurvo-deflexis; calycis albo-hirsuti dentibus exterioribus oblongis obtusis post anthesin reflexis, interioribus majoribus ovato-triangularibus acutiusculis; petalis flavis calyce longioribus; carpellis laevibus glabris subcarinatis. ♃ — Caulis semipedalis, foliola semipollicaria, apice 4 lin. lata, flores magnitudine *P. intermediae*, quam habitu refert. — In Ciliciae monte Baylan ad Alexandrettam.

10. P. MEYERI Boiss. l. c. — Perennis: caulibus ascendentibus tomentosis foliosis, apice dichotome ramosis; foliis radicalibus nullis(?), caulinis petiolatis quinato-palmatipartitis, foliolis sessilibus obovato-cuneatis, utrinque 3–4-dentatis ovatis ascendentibus, terminali breviore, supremis sessilibus trifoliolatis, foliolis oblongo-lanceolatis 2–3-dentatis, floralibus minimis, omnibus utraque pagina adpresse canis; stipulis lanceolato-triangularibus integris; pedunculis elongatis; calycis tomentosi dentibus lanceolatis, externis minoribus brevioribusque; petalis obcordatis luteis, calyce duplo longioribus; carpellis carinatis obsolete rugulosis. ♃ — *P. Tommasii* C. A. Mey. (nec Tenore). — Crescit in summis montibus provinciae Talysch.

§. 2. *Foliis pinnatisectis.*

11. P. ANSERINOIDES Raoul, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 123. et Choix des pl. de la Nouv. Zélande p. 28. † — Caulibus filiformibus radicantibus; foliis interrupte pinnatis, lobis rotundis argute serratis, supra glabriusculis, subtus sericeis; stipulis petiolo adnatis tenuibus bifidis, caulinis multifidis; floribus solitariis longe pedunculatis; laciniis calycinis ovatis acutis; bracteolis reflexis argute dentatis; petalis rotundatis glabris luteis. ♃ — Herba perennis, *P. anserinam* habitu referens. Caulis filiformis stolonifer, basi foliorum lapsorum squamis fuscis obsitus. Folia radicalia petiolata imparipinnata, foliolis 11–13 subrotundis vel ovato-rotundatis argute serratis, dentibus apice quasi penicillatis, supra glabriusculis, subtus argenteo-sericeis uti petioli et pedunculi. Petioli basi laxe molliterque pubescentes. Stipulae foliorum radicalium scariosae petiolo adnatae glaberrimae fuscescentes, apice bifidae, foliorum caulinorum amplexicaules breviores integrae, denique in foliis floralibus laciniatae. Pedunculi graciles laxe pubescentes, folia aequantes. Calyx decemfidus, laciniis interioribus ovatis apiculatis extrorsum

sericeis reflexis, inferioribus reflexis acute dentatis, praecipue extrorsum sericeis. Petala lutea glabra rotundata. Receptaculum dense pilosum. — Crescit in Novae Zeelandiae (Akaroa) uliginosis.

12. P. TENELLA Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVI. IV. 620. — Caulibus ascendentibus aut suberectis, pube adpressa vestitis; foliis bipinnatisectis, foliolis nempe ad costam fere mediam sectis, anguste linearibus, margine revolutis, supra pubescentibus viridibus, subtus cano-tomentosis; stipulis oblongis integris; bracteolis lineari-oblongis lacinias calycinas ovato-oblongas subaequantibus; petalis emarginatis vel retusis denticulatis, calyce parum longioribus; carpellis laevibus. 4 — Valde affinis *P. multifidae*, sed differt laciniis foliorum angustissimis, petalis calyce majoribus carpellisque laevibus. — Crescit in umbrosis Baikalensibus prope Schebutui et Norynchoroi.

Sectio II. FRAGARIASTRUM Ser.

13. P. POETARUM Boiss. et Sprunn. Diagnos. pl. nov. orient. III. p. 3. — Caespitosa: rhizomate suffruticoso; foliis radicalibus petiolo longo incano suffultis ternato-palmatisectis, lobis subsessilibus ovato-cuneatis obtusis, a medio ad apicem utrinque 6–8-crenato-dentatis, dentibus rotundatis, utrinque tomentoso-argenteis, inferne magis canis, caulinis 2–3 minoribus breviter petiolatis sessilibusque, summo saepe unifoliolato; stipulis ovato-oblongis breviter acuminatis; caulibus incanis ascendentibus folia radicalia non multo superantibus simplicibus, apice corymboso-3–6-floris; calycis tomentosi dentibus interioribus lanceolato-linearibus acutis, exteriores ovatos obtusos triplo latiores paullo superantibus; petalis ex sicco pallide flavescentibus longe unguiculatis oblongo-spathulatis obtusis angustis, calycem paullo superantibus; receptaculo albo-villoso; filamentis glabris; stylis glabris apicalibus; carpellis compressis reniformi-subincurvis carinato-submarginatis, carina exteriori ciliatis, caeterum glabris, parce rugulosis. 4 — *P. speciosae* Willd. valde affinis, sed in illa folia majora sunt et superne etsi pubescentia virescentia, nec sericeo-cana, caules elatiores, calycis dentes exteriores oblongo-lanceolati obtusiusculi, interioribus breviores, petala calyce subbreviora carpellaque etiam juniora glaberrima nec longe ciliata, matura paullo minora minusque acute carinata, non submarginata. Caules in *P. poetarum* 3–4-pollicares, foliola 5–7 lin. longa, 4–5 lin. lata. — Crescit in monte Olympo Thessaliae, in cacumine Parnassi et in Tauro.

14. P. LIBANOTICA Boiss. l. c. 4. — Rhizomate suffruticoso; caulibus erectis pumilis foliosis simplicibus, pilis viscidulis laxis obsitis; foliis radicalibus caulinisque petiolo hirsuto stricto suffultis, ternato-palmatisectis, lobis sessilibus cuneato-rotundatis, superne utrinque 3–5-rotundato-crenatis, utraque facie glandulis subsessilibus minutis numerosis obsitis praetereaque parce et adpresse hirsutis; stipulis ovato-triangularibus acutis; corymbis terminalibus confertis bracteatis; bracteis oblongis acutis; floribus breviter pedicellatis; calycis ut folia glandulosi laxeque hirsuti dentibus omnibus subaequalibus ovato-triangularibus acutiusculis; petalis ovatis calycem superantibus; receptaculo villoso; filamentis glabris; stylis apicalibus hirsutis, ovariis latere interiori et superne albo-hispidis. 4 — Caules 3–5-pollicares, foliola 6–7 lin. longa lataque, saepe multo minora, superne magis minusve crenata. Flores brevissime pedicellati, pedicellis bracteis occultatis et ideo in corymbum confertum dispositi, iis *P. caulescentis* paullulum minores. Petala ex sicco flavida sed probabiliter alba. Ex affinitate *P. caulescentis*, *petiolulatae* et *glaucae*, sed 3- nec 5-phylla, etiam *P. grammopetalae* Moretti, affinis est, sed sepala ovato-triangularia, nec lanceolata petalaque ovata calyce longiora. Ab omnibus hujus sectionis indumento glanduloso diversissima est. — Crescit in monte Libano.

† *Icones addendae.*

P. BICOLOR Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) 1845. t. 62.
P. FERRUGINEA Paxton, Magaz. of bot. V. 223. (c. ic.)
P. HOPWORDIANA Sweet. — Paxton l. c. VI. 149. (c. ic.)
} Varietates hybridae.

§. 3. CHAMAERHODEAE Torr. et Gr. l. c. 433.

Calyx valvatus nudus vel bracteolatus. Stamina et ovaria 5-10, ovaria interdum plura. Styli laterales vel terminales. Radicula supera.

No. 6365—6367.

§. 4. SANGUISORBEAE Torr. et Gr. l. c. 428.

Calyx aestivatione valvatus vel rarius imbricatus, nudus vel bracteolatus, fructifer clausus, induratus. Corolla saepius nulla. Stamina pauca (1-15) vel rarius plura. Ovaria 1-2 vel rarius plura. Styli terminales vel laterales. Radicula supera.

6370. ALCHEMILLA *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 589. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 42. et 914.)

1. A. GALIOIDES Bth. Plant. Hartweg. p. 134. no. 750. — Caule hirsutissimo; foliis vaginato-amplexicaulibus multifidis patentibus reflexisve pilosis; floribus terminalibus sessilibus aggregatis. ♃ — *A. nivali* affinis. Caules laxiores ramosiores. Pili longi patentes. Folia minus approximata et patentissima nec erecto-imbricata, pleraque vagina duplo longiora. Flores ad apices ramulorum numerosiores. Stamina 2-3. Carpella 2-4. — Crescit in Columbia in uliginosis montium Loxensium ad Condoruru.

6371. ADENOSTOMA *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 139. 338. t. 30. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 43.)

1. A. FASCICULATA Hook. et Arn. l. c. — Wlprs. l. c.* — Frutex rigidus glaberrimus ramosus, rami stricti subvirgati. Folia fasciculata lineari-filiformia rigida brevissime petiolata, basi stipula minutissima suffulta. Fasciculi foliorum etiam stipulati, stipula bifida. Flores fasciculati in spicam interruptam terminalem aphyllam congesti parvi albi, bracteis plurimis parvis subimbricatis ovatis acutis rigidis suffulti, exterioribus saepe divisis. ♁
   α. foliis plerumque acutis petiolulatis.
   β. foliis brevioribus crassioribusque sessilibus, plerumque obtusis. — *A. brevifolia* Nutt. mss.

   Crescit in California.

6372. ACAENA *Vahl.*

(DC. Prodr. II. 592. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 43.)

1. *A. MYRIOPHYLLA Lindl. — Wlprs. l. c. no. 7. — Wlprs. Nov. act. acad. caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 325. — *Acaena aculeata* Meyen, Reise um die Erde I. 348. — *A. macrocephala* Poepp. Coll. pl. Chil. 45. (varietas capitula majora gerens.) — (Cf. Repert. bot. syst. II. 43. no. 2.)
2. *A. ASCENDENS Vahl. — DC. l. c. 593. — Wlprs. l. l. c. c. — *A. stellaris* Meyen l. c. 348.
3. A. ALPINA Poepp. Coll. pl. Chil. 19. (131.) — Wlprs. Nov. act. l. c. 326. — Sericeo-tomentosa: foliis petiolatis digitatis, foliolis 4-5 ovatis acutiusculis integris vel hinc inde unidentatis; floribus spicatis calycibusque inermibus. ♃ — In Chili.

6373/1. PTILOCHAETA *Turczan.*

(Turczan. Flora [B. Z.] XXVII. I. 120.)

Calyx profunde 5-partitus. Corolla nulla. Stamina 10, disco perigyno, calyci adnato inserta. Carpella 2-3, circa receptaculum trigonum verticillata eique adnexa, duo abortu seminibus imperfectis aut omnino asperma sericeo-pilosa, tertium intus dehiscens, monospermum, setis longis plumosis undique vestitum. Semen pendulum subtriquetrum ad hilum attenuatum. Styli 3, singulus lateri interiori cujusvis ovarii insertus, indivisi, stigmatibus simplicibus. Testa seminis membranacea, cotyledones carnosae, apice plica-

tae, radicula recta in parte attenuata seminis nidulans. — Herba? Brasiliensis: foliis.....? inflorescentia.....?

1. *PT. BAHIENSIS Turcz. l. c. — Crescit prope Bahiam in Brasilia.

6375. LEUCOSIDEA *Eckl. et Zeyh.*

(Eckl. et Zeyh. Enumer. pl. Afric. austr. I. p. 265.)

1. L. SERICEA Eckl. et Zeyh. l. c. no. 1716. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 44.*) — Ramis junioribus pube molli subvillosis, punctis verrucosis purpureis obsitis; pinnis 5–7 foliolis parvis polymorphis interjectis) oblongis pinnatisectis, a basi cuneiformi-attenuatis integerrimis, supra tenuiter adpresseque puberulis, punctis glandulosis adspersis, subtus albido-pubescentibus sericeis nervosis, segmentis margine subrevolutis, apice barbatis; stipulis villoso-sericeis; floribus persistentibus. ♁ — Frutex 6–8-pedalis magis minusve in partibus junioribus glanduloso-punctatus. Foliola 3–12 lin. longa, fere semper alterna, ad basin decrescentia, venae supra impressae, infra prominentes, foliola tria suprema ex eodem puncto fere orta. Calyces, petioli petalaque extus pube molli patentim pilosa. — Crescit in Promontorio bonae spei „Kafferland."

6376. TETRAGLOCHIN *Poepp.*

(Poepp. Fragment. synops. pl. phanerog. p. 26.)

1. T. STRICTUM Poepp. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 44.*) — Frutex bipedalis strictus: ramulis erectis; stipulis vaginantibus, margine barbatis petiolos mentientibus foliiferis, tandem nudis, spinescentibus, in ramulos abeuntibus; foliis fasciculatis; pedunculis 1–4 brevissimis. ♁ — Embryo magnitudine et forma simillimus illi *Poterii hybridi*. — Crescit in Andibus utriusque Chili ad rivulorum ripas glareosas.

§. 5. CERCOCARPEAE Torr. et Gr. l. c. 426.

Calyx imbricatus. Stamin plurima. Ovarium unicum. Stylus terminalis. Radicula infera.

(No. 6380. et 6381.)

§. 6. EUDRYADEAE Torr. et Gr. l. c. 426.

Calyx valvatus nudus vel brecteolatus. Stamina et ovaria plurima. Stylus terminalis. Radicula infera.

6384. SIEVERSIA *Willd.*

(*Gei* sect. *Oreogeum* et *Stictogeum* DC. Prodr. II. 553. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. p. 48. no. 14–19.)

1. S. ALBIFLORA Hook. fil. Antarct. voy. of Erebus and Terror 9. † t. 7. — Parvula hirsuta: caulibus seu scapis parce foliosis 3–5-floris; foliis radicalibus interrupte lyrato-pinnatifidis, foliolis lateralibus minutis grosse dentatis, terminali maximo orbiculari-cordato obsolete lobato inaequaliter dentato, caulinis subsessilibus; pedicellis superne incrassatis unibracteatis; bractea sessili trifida; calycis segmentis patentibus ciliatis; petalis (albis) obovatis retusis, extus pilosis; ovariis in stylum brevem rectum (nec geniculatum) attenuatis, cum stipite articulatis; receptaculo elongato gracili. ♃ — Crescit locis lapidosis in insulis Aucklandicis.
2. S. PARADOXA G. Don in Transact. of the Linn. soc. XIV. 576. t. 22. fig. 7. — Foliis fasciculatis linearibus obtusis sessilibus integris 3–5-fidis; floribus subcorymbosis; stylis plumosis; caule fruticoso. ♁ — Frutex erectus ramosissimus rigidus, rami teretes pilosi, superne foliis fere destituti, apice 1–3-flori. Folia parva fasciculata linearia sessilia obtusissima, simplicia vel saepius trifida aut quinquefida coriacea, supra pilosa, subtus cum junioribus omnino ferrugineo-lepidota, margine integerrima et revoluta. Stipulae parvae lineari-lanceolatae acutae ciliatae. Flores subcorymbosi pedunculati magni speciosi aurei. Calyx decemfidus amplus, disco dilatatus concavus, extus pube ferruginea dense vestitus, laciniis

ovatis concavis mucronatis, nunc tricuspidatis, margine integerrimis, alternis accessoriis minimis lanceolatis acutis, raro apice bidentatis. Petala 5 obovata emarginata subpersistentia, calycis fauci inserta. Stamina numerosissima persistentia triplici serie fauci calycis inserta. Receptaculum corneum dense pilosum. Ovaria indefinita 60–100 hirsutissima, ovulo ascendente. Styli totidem terminales continui longissimi, valde plumosi. Achaenia ovata, stylo longissimo plumoso toto persistente aristata, testa coriacea, albumen nullum. Embryo erectus lacteus, cotyledones spathulatae plano-convexae, radicula subulata cotyledonibus duplo brevior recta centripeta. — *Geum plumosum* Moç. et Sessé mss. — Crescit in Mexico.

6386. **GEUM** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 550. excl. sect. 3. et 4. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 46.)

1. G. (*Caryophyllastrum*) GRANDIFLORUM C. Koch, Linnaea XIX. 43. — Hirsutissimum: caules erecti simplicissimi 3–5-foliati subbiflori; folia radicalia interrupte pinnata petiolata, foliolum supremum maximum cordatum latissimum, inaequaliter dentatum, foliola lateralia subquadrijuga sessilia, alternatim minora, ovata inaequaliter dentata, folia caulina sessilia, cum stipulis paullulum minoribus incisodentata; calycis laciniae alternatim ovato-lanceolatae et lineares; petala majora speciosa aurea obcordata; styli articulati glaberrimi; germen pilosissimum. ♃ — Proxime accedit ad *G. macrophyllum* Willd. — Crescit in Asia minori boreali.

6387. **COWANIA** *G. Don.*

(G. Don in Transact. of the Linn. Soc. XIV. 574. t. 22. fig. 1.)

1. C. MEXICANA G. Don l. c. — (Sweet, Brit. flow. gard. [2. Ser.] IV. t. 400.??) — (nec plicata ut legitur in Repert. bot. syst. II. 48.*) — Frutex erectus ramosissimus, ramuli brevissimi conferti teretes foliosi, undique dense lanati. Folia alterna sessilia confertissima parva linearia coriacea, margine integerrima ac revoluta, supra glandulosa viridia et nitida, subtus niveo-lanata vix semipollicaria, apice dilatata et tripartita, segmentis lineari-oblongis obtusissimis, margine revolutis. Stipulae binae membranaceae dilatatae integerrimae sericeae, secus petiolorum basin adnatae imbricatae, acumine lineari-subulato libero. Flores aurei numerosi sessiles in apice ramulorum solitarii magnitudine illorum *Potentillae fruticosae*. — Crescit in Mexico.

Subordo III. ***SPIRAEACEAE*** DC.

Tribus I. *SPIRAEAE VERAE* Endl. l. c. p. 1247.

Semina aptera.

6391. **SPIRAEA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 541. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 49. et 914.)

1. SP. (*Chamaedryon*) SERICEA Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVI. 591. — Foliis lanceolatis acutis mucronulatis integerrimis aut apice subserratis, supra glabris, subtus dense niveo-tomentosis; ramulis puberulis striatis; corymbis terminalibus subhemisphaericis; calycibus reflexis; carpellis sericeis, intus gibbis, extus styliferis. ♄ — Affinis *Sp. chamaedryfoliae* et *pubescenti*. — Crescit in lapidosis ad flumina Argun et confluentem Schilkam.
2. SP. (*Spiraria?*) ANGUSTIFOLIA Otto et A. Dietr. Allgem. Gartenztng. XIII. 249. — Fruticosa: caule glabro; foliis obverse lanceolatis simpliciter serratis, basi integerrimis, glabris; floribus terminalibus paniculatis; pedunculis pedicellisque tomentellis; laciniis calycinis patentibus subtomentosis triangularibus; germinibus glabris. ♄ — *Sp. lancifolia* Hortul. (nec Hffmnsgg.) — Crescit.....?
3. SP. (*Ulmaria*) LOBATA Mur. Syst. (edit. 14.) 472. — DC. l. c. 545. — Jcq. Hort. Vindob. 58. t. 88. — Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVI. IV. 596. — Foliis pinnatisectis, utrinque viridibus, lobis plurimis (7–9) oppositis subsessilibus, in

laciniis elongatas lineari-oblongas inaequaliter serratas fere ad basin palmatim vel pedatim partitis, lobo terminali maximo 7-partito, lateralibus 3-5-partitis; calycibus reflexis; carpellis utrinque obtusis glabris; stylis crassis capitatis. 4

α. latiloba: lobis latioribus oblongo-lanceolatis; floribus rubris; stylis longioribus. — *Sp. palmata* Linn. (nec Thnbrg.)

β. angustiloba: lobis angustioribus lineari-oblongis vel linearibus; floribus albis; stylis brevioribus. — *Sp. angustiloba* Turcz. mss. — *Umaria foliis profunde laciniatis* Ruth. Amm. 74.

Crescit in Dahuriae pratis.

4. SP. (*Umaria*) VENUSTA Otto et A. Dietr. l. c. 250. — Herbacea: foliis inferioribus palmato-pinnatisectis, superioribus palmatifidis, laciniis oblongo-lanceolatis inciso-serratis, subtus ad nervos pubescentibus; stipulis semicordatis serratis; germinibus glabris rectis, stylo curvato apice incrassato. 4 — Crescit....?

5. SP. (*Umaria* REEVESIANA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 10. — Foliis lanceolatis serratis trilobis pinnatifidisve, utrinque glabris, subtus glaucescentibus; racemis capitatis terminalibus pedunculatis; sepalis intus villosis. ♁ — Frutex fere sempervirens nitidus, *Sp. chamaedrifoliae* aspectu, foliis in ramis vegetioribus fere pinnatifidis, in planta juniore saepe trilobis, senectute indivisis serratis. — *Sp. corymbosa* Rxb. Flor. Indic. II. 512. - In China.

6392/1. **STEPHANANDRA** *Sieb. et Zuccar.*

(Sieb. et Zucc. Abhandl. der München. Akad. (2. Classe III. 739. t. 4. fig. 2. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 102.)

Calycis tubus brevis cupuliformis, intus disco nectarifero decemlobo pubescente instructus, limbi quinquedentati laciniae integerrimae. Petala 5 ad calycis faucem disci dentibus affixa unguiculata spathulato-rhombea integerrima, radiatim venosa, aestivatione imbricata. Stamina 10 persistentia calycis fauci inserta, filamenta libera brevia subulata, alterna paullo breviora, antherae introrsae biloculares late ellipticae, utrinque emarginatae, dorso affixae, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium superum subglobosum uniloculare, ovulis 2 e sutura centrali pendulis anatropis. Stylus terminalis filiformis simplex, stigma peltato-capitatum. Folliculus crustaceus calyce cinctus globoso-depressus 2-1-spermus, ad suturam dehiscens. Semina oblique pendula subglobosa, integumento crustaceo, rhaphe prominula. Embryo in axi albuminis cartilaginei rectus, cotyledonibus orbicularibus, radicula brevi conica obtusa, hilum spectante. — Frutex Japonicus: ramis flexuosis distiche ramosis, novellis pubescentibus, gemmulis perulatis; foliis alternis petiolatis e basi subcordata ovato-deltoideis pinnatifidis v. profunde incisis, laciniis oblongis grosse et inaequaliter inciso-serratis, summis in acumen longum productis serratis penninerviis membranaceis, subtus pubescentibus; stipulis foliaceis simplicibus integris persistentibus; floribus ex apice ramulorum vel ex axillis foliorum superiorum racemosis vel subcorymbosis fastigiatis, pedicellis basi bracteatis, ebracteolatis.

1. *ST. FLEXUOSA Sieb. et Zucc. l. c. 740. t. 4. fig. 2. - ♁ — Crescit In Japonia.

6393/1. **RHODOTYPUS** *Sieb. et Zuccar.*

(Sieb. et Zuccar. Flor. Japonic. I. 185. t. 90. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 95. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 354.)

1. RH. KERRIOIDES Sieb. et Zucc. l. c. 187. t. 90. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 51.*) — Frutex cultus 3-6-pedalis, spontaneus 15-20-pedalis, rami patentes stricti decussati cortice cinereo-fuscescente tecti, novelli virentes glabri. Gemmae perulatae oblongae acutiusculae, perulae decussatae, exteriores breves ovatae obtusae integerrimae coriaceae aridae glabrae, interiores sensim longiores tandemque sub vernatione subfoliaceae. Folia decussata breviter petiolata simplicia annua, petioli vix 2 lin. longi semiteretes pubescentes, lamina e basi rotundata ovata aut ovato-oblonga longe saepius oblique cuspidata, argute duplicato-ser-

rata, serraturis muricatis ciliatis, penninervis, nervis lateralibus parallelis dense costata et transverse plicata rugosa, superne glabra, subtus pilis adpressis simplicibus albis sericeo-pubescens, circiter bipollicaris, 12–15 lin. lata. Stipulae a petiolis liberae iisque longiores subulatae acutae integerrimae membranaceae hirsutae. Flores solitarii ex apice ramorum breviter pedunculati et summis foliis quasi suffulti, erecti. Calyx liber quadrifidus quadribracteatus, bracteae basi calyci adhaerentes, sursum solutae et cum laciniis alternantes iisque multo breviores, lineares acutae serrulatae foliaceae hirtae, tubus calycis explanatus, intus disco glabro orbiculari subcarnoso vestitus, cui stamina inserta sunt, extus herbaceus pubescens, laciniae oppositae patentes persistentes ovatae acuminatae argute serrulatae, serraturis setaceis apice glandulosis, foliaceae venosae virides pubescentes, petalis breviores. Petala candida suborbicularia vel late elliptica, duobus exterioribus saepe parum minoribus, rotundata integerrima glabra. Stamina 40–50 libera, ovaria 4 sericea, drupae monopyrenae monospermae. — Crescit in Japonia.

6394. **NUTTALLIA** *Torr. et Gr.*

(Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 412.)

1. N. CERASIFORMIS Torr. et Gr. l. c. 413. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 337. t. 82. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 51.*) — Arbuscula sylvestris habitu omnino referens *Amelanchier Botryapium*, amygdalas amaras redolens, rami cortice fusco glabro tecti, folia oblonga vel cuneato-oblonga apiculata, basi in petiolulum attenuata, infra magis minusve pubescentia vel glabra, alterna integra tenuia. Racemi filiformes basi cum ramulo ex eadem gemma orti, penduli, flores albi. Bracteae membranaceae angustae acuminatae. Calyx masculus campanulatus semiquinquefidus, segmentis lanceolatis, stamina 12–15 ad marginem vel infra marginem calyci inserta. Calyx foemineus basin usque fissus, basi ipsa sub fructibus persistente, stamina minuta pauciora eaque rudimentaria. Ovaria 5, quorum 2–3 plerumque abortiva, styli filiformes decidui, stigmata parva biloba. Drupa subsicca oblique obovata subincurva, nuce monosperma. — Crescit in America boreali-occidentali.

Tribus II. *QUILLAJEAE* Endl. l. c. p. 1248.

Semina alata.

6397. **QUILLAJA** *Molina.*

(DC. Prodr. II. 547. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 52.)

1. *QU. SELLOWIANA Wlprs. l. c. no. 4. — Huc pertinere videtur *Fontenellea Brasiliensis* St. Hil. et Tulasne, Ann. sc. natur. (2. Sér.) XVII. 142. t. 7. (iconem non vidi). [Folia oblongo-lanceolata angusta, utrinque acuta glaberrima, nervo medio suberectisque lateralibus utrinque prominulis. Stipulae laterales parvulae acutae glabrae. Corymbi folio multo breviores pauciflori, pedunculo communi pluribracteato, pedicellis albido-tomentosis bibracteolatisque, bracteolis alternis minutis obtusis concavis albido-tomentosis deciduis. Calyx extus albido-tomentosus, laciniis ovatis. Stamina glabra. Ovaria albido-tomentosa, styli inferne villosi, apice glabriusculi. — Crescit in Brasiliae provinciis Sti. Pauli et Rio Grande do Sul.] — Character generis datus omnino Quillajae, nec Zanthoxylearum neque Zygophyllearum vel Diosmearum, ut suspicati sunt auctores.

6399. **LINDLEYA** *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. II. 548. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 52.*)

1. *L. MESPILOIDES H. B. Kth. — DC. l. c. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 27.

6400. **EUPHRONIA** *Martius.*

(Martius, Nov. gener. et spec. plant. I. 121. t. 73. b.)

1. EU. HIRTELLOIDES Martius l. c. 122. t. 73. b. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 52.*) — Arbor vel frutex, ramis teretibus cortice cinereo tenuissime longitudina-

liter rimuloso glabro tectis erectis, junioribus subangulatis puberulis. Folia alterna petiolata ovata vel ovato-oblonga, rarius suborbicularia mucronata, utrinque attenuata acuta integerrima, margine subreflexo, firma coriacea subavenia, supra glabra nitida, subtus juniora tomento candicante detergibili vestita, adultiora calvescentia et nervo medio prominente percursa 1½–2-pollicaria, 10–12 lin. lata, petioli breves semiteretes, supra canaliculati, subtus convexi pubescentes 2–3 lin. longi. Stipulae nullae, flores terminales in racemos simplices multiflоros erectos dispositi. Pedunculus communis subangulatus tomentoso-pubescens 2–6-pollicaris, pedicelli uniflori bilineares pubescentes, parum supra basin articulati (bractea suffulti?) ibique delabentes. — Crescit in Brasilia in sylvis mediterraneis inter Coari et Egam.

Ordo LXXVI. POMACEAE *Lindl.*

(Endl. Gener. plant. pag. 1206 — ROSACEARUM tribus VII. POMACEAE Juss. — DC. Prodr. II. 626. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 53. et 915. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 106. II. 74.)

6345. AMELANCHIER *Medicus.*

(DC. Prodr. II. 632. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 55.)

1. A. INTEGRIFOLIA Boiss. Diagn. plant. nov. orient. III. p. 8. — Ramis glaucescenti-pruinosis; foliis integerrimis ovatis obtusis, nervo excurrente mucronulatis, basi rotundatis, supra glaberrimis lucidis, subtus tomento detergibili demum evanido obductis; pedunculis ad ramulorum extremitatem solitariis 1–2-floris folia subaequantibus; floribus.....?; pyridio globoso 4–5-loculari glabro, calycis lobis lanceolatis recurvis tomento detergibili obductis coronato. ♁ — Rami elongati, folia pollicaria aut sesquipollicaria, pollicem lata, fructus eo *A. vulgaris* paullo minor, ab hac et ab *A. Cretica* foliis integerrimis et pedunculis elongatis differt. — Crescit in Asia minori.
2. A. PARVIFLORA Boiss. l. c. p. 9. — Ramis virgatis elongatis glauco-pruinosis; foliis ovatis aut oblongis obtusis aut apice minute denticulatis, supra glaberrimis, subtus tomento persistente canis; pedunculis ad ramulorum apicem 1–3 fastigiato-corymbosis tomentosis folia subaequantibus; bracteis linearibus pedicellos aequantibus; petalis albis obovato-rotundatis calyce tomentoso subduplo longioribus, extus tomentosis; pyridio hemisphaerico, basi glabrescente, dentibus calycinis lanceolatis reflexis coronato 4–5-loculari. ♁ — Frutex elegantissimus 10–15-pedalis, ramis virgatis elongatis, ramulis abbreviatis, foliis 6–9 lin. longis, 5–8 lin. latis, floribus iis *A. vulgaris* dimidio minoribus niveis, pyridiis pisi magnitudine. Ab *A. vulgari* et *Cretica*, quae forsan hujus speciei varietates sunt, distinctissima est petalis obovato-rotundatis nec elliptico-spathulatis, foliis minoribus integris vel apice tenuissime denticulatis nec grosse crenatis, subtus tomento niveo persistente nec detergibili obtectis, ab *A. integrifolia* hac ultima nota foliisque minoribus saepe apice denticulatis pedunculisque brevioribus corymbosis differt. An fortasse eadem ac *Pyrus parviflora* Dsf. Cor. t. 58? — Crescit in regione alpina Mesogis supra Tralles, Cadmi supra Denisleh et supra Colossam, Sipyli.

6346. PERAPHYLLUM *Nutt.*

(Nutt. mss. ex Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 474.)

1. P. RAMOSISSIMUM Nutt. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 56.*) — Frutex ramosissimus 4–6-pedalis, ligno duro albo, cortice cinerascente. Rami breves tortuosi non spinescentes, cicatricibus circularibus foliorum lapsorum notati. Folia

aggregata lineari-lanceolata acuta pollicaria vel longiora, integra vel obsolete serrulata, supra glabra nitida, infra minute puberula. Stipulae obsoletae. Calyx urceolatus, tubo toto cum ovario coalito, limbi parvi segmenta reflexa, intus tomentosa. Styli filiformes apicem versus incrassati staminibus longiores, basi coaliti pubescentes. Fructus subglobosus pisi magnitudine siccus, epidermide fuscescenti-lutea, carpellis conicis intus fere basin usque pubescentibus, semina obscure brunnea, quam illa *Pyri Mali* duplo minora gibba, subtriangularia, lateribus compressa. — Crescit in America boreali (Blue mountains of the Oregon).

6347. **COTONEASTER** *Medicus.*

(DC. Prodr. II. 632. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 56.)

1. C. PEDUNCULARIS Boiss. Diagn. plant. nov. orient. III. p. 8. — Fruticulus humilis, ramis tomentellis; foliis ovatis, basi rotundatis mucronulatis, supra glabriusculis, subtus tomentosis; pedunculis glabrescentibus 1–3-floris, demum pendulis folium axillare aequantibus; calycis glabri dentibus triangularibus obtusis, apice penicillatis, petala orbicularia alba subaequantibus; pyridio ovato tripyreno glabro rubro. ♄ — Rami semipedales, rarius pedales, folia et habitus *C. vulgaris*, a quo distinguitur pedunculis flore 3–5-plo longioribus nec flori aequalibus, pyridiis ovatis, basi attenuatis nec globosis. *C. laxiflora* Jcq., quae eadem ac *C. melanocarpa* Fisch. (sed cf. Repert. II. 56. no. 1. et 8.) esse videtur, huic longitudine pedunculorum affinis, differt corymbis 6–12-floris, petalis calycis lobos multo superantibus nec iis subaequalibus. — Crescit in fissuris rupium septentrionalium in summo Olympo Bithynico.

6353. **CRATAEGUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 626. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 57. et 915.)

1. *CR. CRENULATA Rxb. ex DC. l. c. no. 2. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 52.
2. *CR. OXYACANTHA var. *rosea* Paxton, Magaz. of bot. I. 198. (c. ic.)
3. CR. QUITENSIS Bth. Plant. Hartweg. p. 173. — Stipulis parvis subulatis deciduis; foliis ovatis oblongisve serratis, basi cuneatis, apice acutis obtusis vel obscure trilobatis, supra puberulis, subtus pubescentibus; corymbis paucifloris breviter pedunculatis; pedicellis calyce multo brevioribus. ♄? — Affinis *C. stipulosae* et *C. pubescenti*, ab utraque differt stipulis bracteisque parvis et pedicellis brevissimis. Frutex vel arbor parva. Fructus magnitudine olivae. — Crescit in praeruptis San Marcos ad urbem Quito et in valle Chillo prope Puemba.

Ordo LXXVIII. COMBRETACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 9. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 60. et 915. — Endl. Gener. plantar. p. 1179. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 110. II. 78.)

6075. **BUCIDA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 9. — Spr. syst. veget. Cur. post. 177. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 60.*)

1. B. NITIDA Hsskrl. Flora (B. Z.) XXVII. 605. — A *B. Buceras* Bl. (DC. Prodr. III. 10.) differt foliis obovatis apice rotundatis aut retusis, supra nitidissimis convexis, subtus magis minusve concavis nitidis coriaceis, dimidio minoribus, spicis lateralibus multo minoribus vix semipollicaribus; calycis tubus cylindricus medio incrassatus, limbus brevis sed latus campanulatus quinquedentatus deciduus, filamenta subaequalia erecta albida. ♄ — Crescit in insulis Sundensibus.

6086. **POIVREA** *Commers.*

(DC. Prodr. III. 17. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 64.)

1. P. **BRACTEOSA** Hochst. Flora (B. Z.) XXVII. II. 424. — Differt a *P. aculeata* DC. foliis majoribus et bracteis pedicellatis ovalibus calyces aequantibus vel superantibus, nec non calycis limbo paullo profundius inciso. Frutex 8–10-pedalis, forsan *P. aculeatae* varietas? — Crescit in Promontorio bonae spei ad fl. Umlaas.

6087. **COMBRETUM** *Loeffl.*

(DC. Prodr. III. 18. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 65. et 915.)

1. C. **ERIANTHUM** Bth. Plant. Hartweg. p. 73. no. 526. — Inerme fruticosum: foliis ovali-ellipticis oblongisve obtusis, vix acuminatis, supra glabris, subtus lepidotis; spicis axillaribus terminalibusque; floribus secundis; calycibus turbinato-infundibuliformibus rhachique tomentoso-villosis; staminibus longe exsertis; fructibus.....? ♄ — Affine *C laxo, Aubletii, frangulaefolio* et praesertim *C. aurantiaco* (Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 222.), ab hoc differt praecipue tomento in calycibus denso. Frutex est 8–10-pedalis. Folia 4–5-pollicaria, apice rotundata cum acumine brevi lato, basi cuneata vel rotundata, petiolo brevi. Spicae speciosae 4-pollicares. Bracteae lineares deciduae, ovario subaequilongae. Flores secundi reflexi. Calycis tubus tenuis, supra ovarium ovario ipso subaequilongus, intus glaber, limbus campanulatus, intus praesertim basi villosus, dentibus 4 latis acutis. Petala dentibus calycinis breviora, ad basin dentium inserta glabra. Stamina calycem lineis 6–7 superantia, inferiori limbo inserta glabra. Fructus.....? — Crescit in Guatemala (Retalulew).
2. C. **PUNCTATUM** Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 761. — Erectum (?) inerme: ramis subalatis cortice secedente obtectis; foliis oppositis breviter petiolatis amplis (4–5 poll. longis, 2½ latis) ovatis abrupte breviter acuminatis glabris, supra nitidis, utrinque praesertim subtus punctis resinosis subpellucidis conspersis; spicis axillaribus oppositis subsecundis, omnibus (etiam terminali) simplicibus; calycibus extus sublepidotis, intus dense villosis, villis exsertis; staminibus longe exsertis. ♄ — Crescit in Surinam.
3. C. **TERMINALIOIDES** Steudel l. c. 762. — Caule glaberrimo tereti; petiolis brevibus pedunculisque pubescentibus; foliis ovatis vel oblongo-ovatis, brevissime obtuseque acuminatis, utrinque glaberrimis; spicis (parum) supra axillaribus paniculatis; bracteis setaceis pedicellisque villosulis; calycibus glabris; staminibus breviter exsertis. ♄ — Crescit in Surinam.
4. C. **KRAUSSII** Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 424. — Frutex vel arbor 15–20-pedalis, ramis cinereis. Folia opposita 2–3-pollicaria obovato-lanceolata obtusa, apice mucronulata, basi in petiolum brevem decurrentia integerrima, utrinque glaberrima, subtus pallide olivacea et lucidula, venis obscurioribus reticulato-venosa. Spicae axillares pedunculatae foliis plerumque breviores. Calyx cyathiformis, limbo intus villoso, petalis brevibus, stylo staminibus longiori erecto. ♂? ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei.

† *Icones addendae.*

C. **GRANDIFLORUM** Don. — Paxton, Magaz. of bot. IX. 169. (c. ic.)
C. **LATIFOLIUM** Paxton l. c. XI. 103. (c. ic.)

6088. **CACOUCIA** *Aubl.*

(DC. Prodr. III. 22. — *Cacoucia* Wlprs. Repert. bot. syst. II. 68. errore typogr.)

1. C. **LUCIDA** Hsskrl. Flora (B. Z.) XXVII. II. 607. — Folia nunc ovato-lanceolata acuminata, nunc ovali-oblonga aut oblongo-lanceolata reperiuntur 3–7,5 poll. longa, 1,0–3,3 poll. lata; calycis limbus campanulato-patens 5-dentatus villosissimus, in floribus fertilibus persistens viridi-flavescens; petala 5-linearia albida complicata, calycis dentes longitudine vix superantia; fructus (immaturi) sessiles sesquipollicem aequantes, apice calyce emarcido saepe coronati et, hoc dein delabente, fasciculo pilorum erectorum remanente glaberrimi, plerumque alis 5, ra-

rius 4–6–9 praediti, basi subtruncati, apice acutiusculi. Folia saepius (an ab insectis quibusdam laesa?) crispato–convoluta, subtus tomentosa evadunt, rarius autem terna saepius bina aut quaterna reperiuntur. — *Combretum lucidum* Bl. Bijdr. 641. — *Cacoucia? trifoliata* DC. l. c. 22. — Crescit in insulis Sundensibus.

6089. **QUISQUALIS** *Rmph.*

(DC. Prodr. III. 22. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 68.)

1. QU. SINENSIS Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 15. — Foliis oblongis breviter petiolatis ramulisque glabriusculis; bracteis deciduis. ♁ — *Qu. Indica* Lour. Flor. Cochinch. I. 336? — Crescit in China.

6090. **SPALANTHUS** *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Campan. bot. magaz. I. 155.)

1. SP. CONFERTUM W. Jack l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 68.*) — Frutex, rami teretes glabriusculi. Folia alterna reflexa bifaria breviter petiolata ovato–oblonga acuminata, basi subcordata, integra glaberrima, petioli breves subrecurvati. Stipulae nullae. Spicae 1–3 terminales, directione ea foliorum opposita. Flores aggregati sessiles. Bracteae lanceolatae acutae floribus multo breviores. Calyx superus longissime tubulosus infra unilateraliter gibbus, rubicundus, extus tomentellus, limbus quinquepartitus subreflexus, laciniis acutis basi latioribus. Corolla pentapetala, primum alba, expansa rubra, calyce parum longior, petalis ovato–oblongis acutis. Stamina 10 serie duplici calyci inserta erecta, petalis breviora, antheris oblongis luteis. Ovarium parvum oblongum uniloculare, ovula 3 ex ovarii apice pendula. Stylus viridis filiformis staminibus longior cum tubo calycis longitudinaliter coalitus, stigma simplex. Capsula magna calyce non coronata oblonga, alis 5 membranaceis instructa glabra unilocularis monosperma. Semen oblongum obsolete pentagonum. — Crescit in India orientali.

Ordo LXXIX. VOCHYSIACEAE *Mart. et Zuccar.*

(VOCHYSIEAE St. Hil. — DC. Prodr. III. 25 — Wlprs. Repert bot. syst. II. 68. et 915. — Endl. Gener. plant. p. 1177. — Meisn. Gener. plantar. vascular. I. 119. II. 85.)

6070. **SCHUECHIA** *Endl. mss.*

(Meisn. Gener. pl. vascul. II. 355.)

1. SCH. BRASILIENSIS Endl. mss. ex Wlprs. Repert. bot. syst. II. 68.* — Arbor 20–pedalis, trunco torto, cortice cinereo rimoso suberoso, ramuli ultimi demum subtetragoni fuscescentes pubescentes. Folia opposita distantia sesquipollicari decussata, breviter petiolata, e basi cordata vel rotundata lineari–oblonga vel oblonga acuminata integerrima, margine subundulata, coriacea, supra glabra, nitide viridia, nervo medio venisque approximatis parallelis, intra marginem combinatis immersis, lineata, et in his lineis tomento tenuissimo flavescente adspersa, subtus in nervo medio valde prominente, in venis elevatis parallelis inque venulis plurimis inter venas dense reticulatis sordide ochraceo–flavescenti–pubescentia, 3–6–pollicaria, 1–1½–2 poll. lata, petioli semiteretes, supra parum canaliculati pubescentes 2–3 lin. longi. Stipularum loco glandula in utroque petioli latere orbicularis glabra purpurascens, annulo elevato cincta, medio concava umbonata. Gemmae solitariae vel geminae perulatae tomentosae. Racemi axillares vel terminales oppositi erecti simplices pauciflori, pedunculus communis subtetragonus molliter villoso–pubescens 2–4–pollicaris, pedicelli teretiusculi

pubescentes, basi suffulti bracteis duabus linearibus acutis membranaceis, 4–6 lin. longis, sub anthesi erecti, primum nutantes. Corollae petalum plerumque unicum ochroleucum, diametro pollicari, rarius petala 2 cum stamine alternantia, magnitudine et figura caeterum non diversa. — *Qualea ecalcarata* Martius, Nov. gener. et spec. pl. Brasil. I. 131. t. 78. — Rchb. Flor. exotic. t. 232. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in campis editis prope S. João d'El Rey.

Ordo LXXX. RHIZOPHOREAE *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 31. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 70. — Endl. Gener. plant. p. 1184. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 119. II. 84.)

6103. DRYPTOPETALUM *Arn.*

(Arn. Ann. of nat. hist. I. 372.)

1. DR. CORIACEUM Arn. l. c. 373. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 71.*) — Frutex vel arbor glaber. Folia opposita coriacea penninervia venosa oblongo-ovalia breviter acuminata subintegerrima, supra medium denticulis paucis obsoletis instructa, 4–5 poll. longa, 2–2⅓ lata, basi in petiolum vix semipollicarem subattenuata. Flores axillares fasciculati pedicellati, pedicellis petiolo brevioribus, medio articulatis. — *Microtropis coriacea* Wall.? — Crescit in India orientali (Pulo-Penang).

Ordo LXXXI. OENOTHEREAE *Endl.*

(Endl. Gener. plantar. p. 1188. — ONAGRARIAE Juss. — DC. Prodr. III. 35. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 72. et 915. — ONAGRACEAE Meisn. Gener. plant. vascul. I. 120. II. 85.)

Tribus I. *JUSSIEUEAE* DC.

6109. JUSSIEUA *Linn.*

(DC. Prodr. III. 52. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 72.)

1. J. FLUITANS Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 425. — Caulis inferne fluitans glabriusculus, superne erectus parce hispidus; folia lineari-lanceolata in petiolum longiusculum attenuata, cum petiolo 2–3-pollicaria, glabriuscula vel subciliata, uninervia venosa; flores axillares solitarii pedunculati; calyces hispido-pilosi, segmentis angustis acuminatis; petala flava calycis limbo majora. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei in fluvio Umlaas.
2. J. LINEARIS Hochstett. l. c. — Caulis ramosus quadrangulus (saltem rami quadranguli) pubescens; folia alterna vel rarius opposita, lineam lata, 3–4-pollicaria in caule primario, 1½–2-pollicaria in ramis, 1–2 lin. lata, subtrinervia, margine scabriuscula vel subciliata, facie hispidula; flores axillares solitarii breviter pedunculati; calycis laciniae lineari-lanceolatae trinerves acutae, tubo longiusculo breviores hispidulae; petala calycis limbum vix superantia. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei in ripis arenosis fluviorum Umslutie et Umgani.

3. J. SURINAMENSIS Miquel, Linnaea XVIII. 370. † — Erecta suffruticosa? patulo-ramosa: caule, ramis, pedunculis calycibusque hirtello-pubescentibus; foliis lineari-lanceolatis acutis vel obtusiusculis, basi in petiolum angustatis, supra glabriusculis, subtus in nervo marginibusque pilosulis, demum glabratis, utrinque minute glanduloso-punctatis; floribus axillaribus pedunculatis ebracteatis (subinde subbracteolatis) pentameris; sepalis lanceolatis acuminatissimis 3- vel sub-5-nerviis, quam petala obovato-rotundata paullo brevioribus; capsula cylindracea nervosa sulcata subglabrata pedunculum hirtum subaequante aut eo breviore. ♃ — Crescit in Surinam ad Oranjewoud.
4. J. HEXAMERA Miquel, Ann. sc. natur. (3 Sér.) I. 36. † — Frutescens erecta hirta, versus summitates tomentoso-hirta: ramis irregulariter subtetragonis; foliis ellipticis acutis vel attenuato-subacuminatis, basi in petiolum brevem decurrentibus, parallele venosis, utrinque verruculoso-punctatis et imprimis subtus hirtellis; floribus sessilibus vel subsessilibus ebracteolatis; calycis tubo tereti villoso-hirto, foliis multo breviore, limbi laciniis 6 lanceolatis trinerviis, quam petala obovata brevioribus; capsulis clavatis leviter curvatis hirtellis, in apice circa androecei cicatricem hirtis. ♄ — *J. micropetalae* Mart. affinis. — In Surinam ad Osembo.

6117. **CRATERICARPUM** *E. Spach.*

(Spach, Nouv. ann. du Mus. d'hist. natur. IV. 397.)

1. CR. ARGYROPHYLLUM Spach l. c. 398. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 89.*) — Radix perpendicularis ramosa tenuis. Caules plures subsimplices (vel unicus basi ramosissimus) 4–12-pollicares suffruticosi erecti vel ascendentes virgati teretes graciles, juniores sericeo-tomentosi, adulti glabrescentes. Folia sericeo-tomentosa integerrima, radicalia lineari- vel oblongo-spathulata, caulina lineari-subulata vel lineari-lanceolata, 6–12 lin. longa, ½–1 lin. lata, ramealia saepe fasciculata minima. Flores adjecto ovario 12–15 lin. longi. Calyx sericeo-pubescens, 3½–4 lin. longus octogonus, faux vix linea latior, limbus in alabastro ovalis mucronatus, segmenta 2 lin. longa, lineam lata, oblongo-lanceolata, praeter costam enervia, sub apice breviter mucronata. Petala segmentis calycinis duplo majora „cuneiformia, usque ad medium bifida, superne crenulata, purpureo-rubra striata“ (ex Rz. et Pav.). Filamenta staminum majorum segmentis calycinis aequilonga, minora triente breviora. Antherae vix lineam longae purpureae. Stylus petala aequans, stigma rubrum. Capsula villoso-tomentosa 4 lin. longa, ore expanso 2–3-lineari, costae dorsales nerviformes elevatae, alae horizontales triangulares obtusae. — *Oenothera subulata* Rz. et Pav. Flor. Peruv. et Chil. III. 82. t. 316. fig. 8. (mala!) — Crescit in Chili in arvis ad Conception.

Tribus II. *EPILOBIEAE* Endl.

6121. **EPILOBIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 40. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 90.)

1. E. LAMYI F. W. Schultz, Flora (B. Z.) XXVII. II. 806. † — Foliis lanceolatis, e basi rotundata sensim angustatis remote denticulatis breviter petiolatis, inferioribus oppositis; caule subpubescente, lineis 2 vel 4 elevatis decurrentibus; floribus semper erectis; stigmatibus in clavam coalitis; radice ramosa, stolonibus brevissimis rosulantibus. ♃ — Crescit in Gallia prope Limoges.
2. E. CAPENSE Buchinger mss. ex Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 425. — Caulis teretiusculus purpurascens, inferne glabriusculus, superne ramosus puberulus; folia opposita et subterna nec non alterna, breviter petiolata lanceolata vel lineari-lanceolata, denticulis vel serraturis calloso-glandulosis ad marginem instructa, inferiora subglabra, superiora puberula (praesertim ad nervum dorsalem et marginem); flores in axillis supremis solitarii longe pedunculati; corolla mediocris; stigmata (ut videtur) in clavam coalita vel apice subpatentia; capsula linearis angustissima pubescens brevissima incana, pedunculo paullo longior. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei ad fl. Knysna.

3. E. NIVALE Meyen, Reise um die Erde I. 315. — (Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 327.) — Caule suffruticuloso ramoso; ramis simplicibus prostratis; foliis sessilibus parvis rhombeo-ovatis, ovalibus oblongisve vel oblongo-lanceolatis integris vel serrulatis carnosulis; floribus axillaribus sessilibus vel pedicellatis; pedunculis demum folia aequantibus; petalis minutis roseis. ♃ — Suffruticulus lignescens, omnino glaber. Folia 3–4 lin. longa, 2 lin. lata uninervia obtusa, minute denticulata vel subintegerrima. Ramuli 4–5-pollicares prostrati. — Valde affinis est haec species *E. alpino* L. quocum etiam foliis oppositis convenit, sed fructibus longe pedunculatis et habitu differt. — Crescit in Chili „Cordillera de San Fernando".
4. E. LINNAEOIDES Hook. fil. Antarct. voy. of Erebus and Terror 10. t. 6. — Herbaceum glaberrimum: caule repente vage ramoso; ramis divaricatis ascendentibus; foliis petiolatis cordato-rotundatis flaccidis argute dentatis; pedunculis solitariis axillaribus, rarius terminalibus, folio longioribus, fructiferis saepe valde elongatis; floribus erectis; sepalis antice glanduloso-apiculatis; petalis roseis calyce longioribus cuneatis profunde bifidis; stigmate indiviso clavato; fructibus glaberrimis erectis pedunculo brevioribus. ♃ — Valde affine *E. nummulariaefolio*, sed certe distinctum est. Caules 3–6-pollicares. Folia pallide viridia, supra nitida, infra saepe purpurascentia, ½–½-pollicaria, petiolis 1–3 lin. longis. Pedunculi ½–3-pollicares, floriferi erecti. Petala sesquilineam longa pallide rosea, sepalis dimidio longiora. — Crescit in insulis Aucklandicis, Campbell et in Nova Zeelandia.
5. E. CONFERTIFOLIUM Hook. fil. Icon. plantar. t. 685. et Antarct. voy. of Terror and Erebus 10. — Herbaceum glabrum: caule repente radicante ramoso; ramis divaricatis decumbentibus teretibus, cum lineis duabus oppositis incanis; foliis oppositis valde approximatis subimbricatis breviter petiolatis oblongo-obovatis obtusis subcarnosis glaberrimis, remote et obscure dentatis, petiolis margine incanis, basi connatis subvaginantibus; pedunculis sessilibus solitariis axillaribus; floribus erectis; petalis rubris subpurpureisve, ad medium bifidis; ovario glaberrimo; stylo oblique clavato; capsula lineari-elongata glaberrima. ♃ — Crescit locis graminosis in insulis Aucklandicis et Campbell.

Tribus IV. *FUCHSIEAE* DC.

6125. **FUCHSIA** *Plum.*

(DC. Prodr. III. 36. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 94. et 915.)

1. F. CORDIFOLIA Bth. Plant. Hartweg. p. 74. no. 528. — (Paxton, Magaz. of bot. IX. 99. c. ic.??) — Caule glabro; foliis oppositis vel ternatim verticillatis longe petiolatis late cordatis acuminatis denticulatis, supra minute puberulis, subtus subglabris; pedicellis axillaribus unifloris, folio brevioribus; calycis pubescentis longe tubulosi laciniis petala ovata brevissime acuminata subduplo superantibus. ♁ — Affinis *F. splendenti*, sed glabrior, flores longiores, petala breviora. Frutex 5–6-pedalis. Calyx coloratus, tubi pars libera 1½ poll. longa, laciniae late lanceolatae acutae semipollicares. Stamina vix calycis laciniis longiora. Bacca 1–1½-pollicaris colorata, sapore acidulo, ab incolis *Melocotoncito* dicta. — Crescit in Guatemala in monte ignivomo Xetuch.
2. F. MACROSTIGMA Bth. l. c. p. 129. — Ramis glabris; foliis suboppositis ovato-oblongis, utrinque angustatis subintegerrimis membranaceis, utrinque minute punctato-puberulis; pedicellis ovario paullo longioribus axillaribus solitariis et ad apicem ramorum subracemosis; calycis tubo elongato leviter incurvo, supra medium ampliato, limbi laciniis oblongis acuminato-mucronatis, petala lata obovata aequantibus. ♁ — Frutex orgyalis. Folia tenuia 3–4-pollicaria, petiolo subsemipollicari. Ovarium per anthesin 4 lin. longum, basi attenuatum, apice non constrictum. Calyx minute pubescens, tubo bipollicari vel paullo longiore, limbi laciniis semipollicaribus. Petala rubra. Stigma maximum capitato-lobatum. — Crescit in Columbiae montibus Paccha.

3. F. UMBROSA Bth. l. c. p. 176. no. 983. — Ramulis pubescenti-hirtellis; foliis 3-4-natim verticillatis, longiuscule petiolatis oblongis acutis, remote denticulatis, supra glabriusculis, subtus praesertim ad venas pubescenti-hirtis; pedicellis axillaribus ovario pluries longioribus; calycis tubo supra ovarium nodoso, dein contracto, superne ampliato, limbi laciniis ovato-lanceolatis acutis petala late ovata superantibus; stigmate subintegro. ♄ — Frutex 3-6-pedalis. Folia 2-4-pollicaria. Calycis tubus pollicaris, multo tenuior quam in *F. ampliata*, cui haec species caeterum affinis. Ambae species conveniunt pluribus notis cum *F. triphylla* H. B. Kth., sed differunt imprimis petalorum forma. — Crescit in umbrosis ad Hacienda de Pinantura prope Quito.

4. F. SYLVATICA Bth. l. c. no. 984. — Foliis 3-4-natim verticillatis amplis obovatis ovatisve acuminatis, basi cuneato-rotundatis rugulosis, supra glabriusculis, subtus ramulisque minute canescenti-puberulis, floralibus parvis orbiculatis; floribus racemosis gracilibus; calycis laciniis anguste lanceolatis petala oblongo-linearia paullo superantibus. ♄ — Folia 4-6-pollicaria, siccitate nigricantia. Calyx puberulus, tubo 9 lin. longo, superne parum ampliato. Laciniae limbi 4-5 lin. longi. Petala rubra. — Crescit in sylvis Guayan in declivitate occidentali montis Pichincha.

5. F. SESSILIFOLIA Bth. l. c. p. 176. no. 985. — Glabra vel minute canescenti-puberula: foliis 3-4-natim verticillatis sessilibus elongato-oblongis acuminatis remote denticulatis, floralibus parvis lanceolatis; floribus racemoso-paniculatis gracilibus; calycis laciniis anguste lanceolatis petala oblonga superantibus. ♄ — Inflorescentia floresque fere *F. Hartwegi*, sed species distincta imprimis foliis sessilibus 6-8-pollicaribus, ½-2 poll. latis. Pedicelli ovario breviores, flores pollicares. Baccae oblongae 5-6 lin. longae. — Crescit in sylvis Guayan in declivitate occidentali montis Pichincha.

6. F. SCABRIUSCULA Bth. l. c. 177. no. 987. — Fruticosa: ramis pubescentibus; foliis oppositis ovatis acute acuminatis subdenticulatis, basi rotundatis rugosis, utrinque scabro-pubescentibus; pedicellis solitariis axillaribus folio duplo longioribus; calycis tubi parte libera quam ovarium oblongum hirsutum triplo longiore, superne parum ampliata, laciniis limbi oblongo-lanceolatis subulato-acuminatis petala obovato-oblonga vix superantibus; staminibus petala subaequantibus. ♄ — Frutex orgyalis. Folia 3-4-pollicaria, petiolo 3-4 lin. longo. Pedicelli petiolo vix duplo longiores. Ovarium 3-4 lin. longum, apice constrictum. Calycis tubus coloratus, sparse pubescens, tubo 9 lin., laciniis 5 lin. longis. Petala coccinea. Stylus petalis subaequilongus, stigmate crasso globoso. — Crescit rara in declivitate occidentali Andium Quitensium.

7. F. CURVIFLORA Bth. l. c. p. 177. — Fruticosa glabra vel junior minute canescenti-puberula: foliis ternatim verticillatis longiuscule petiolatis ovatis acutis, remote denticulatis, subtus pallidis; pedicellis axillaribus solitariis petiolo ovarioque 3-4-plo longioribus; calycis tubo elongato incurvo, supra medium ampliato, limbi laciniis ovato-lanceolatis acutis, petala oblonga acuta paullo superantibus. ♄ — Frutex 4-5-pedalis. Folia sesquipollicaria, fere *F. macrostemmae*. Pedicelli 6-8 lin. longi. Ovarium parvum oblongum, superne constrictum, minute canescenti-puberulum. Calycis tubus fere bipollicaris, infra medium tenuis, medio curvatus, supra medium duplo amplior, laciniae latiusculae albidae, 7-8 lin. longae. Petala alba. Stamina petalis paullo breviora. Stylus demum longior, stigmate crasso globoso. Bacca subglobosa. — Crescit rara in Andibus prope Bogota, altitudine 10,000 ped.

8. F. LONGIFLORA Bth. l. c. — Fruticosa glabra vel tenuissime puberula: foliis oppositis amplis ovatis oblongisve, utrinque angustatis remote subdenticulatis; pedicellis axillaribus solitariis ovario oblongo incurvo petioloque multo brevioribus; calycis tubo longissimo curvato, laciniis ovato-lanceolatis acuminatis petala late obovata paullo superantibus. ♄ — Frutex suborgyalis. Folia 4-6-pollicaria breviter petiolata, saepe integerrima. Ovarium 6 lin. longum, basi atte-

nuatum, apice non constrictum. Calycis tubus tripollicaris, infra medium recurvo-ascendens, supra medium incurvus, superne paullo ampliatus, laciniae limbi fere pollicares pallidae. Petala rubra. Stigma magnum capitato-quadrilobum. — Crescit rarissima in declivitate occidentali Andium Quitensium versus Nanegal.

9. **F. AMPLIATA** Bth. l. c. p. 178. no. 988. — Ramulis hirtellis; foliis 3–4-natim verticillatis ovatis oblongisve acutis denticulatis, basi angustatis, supra minute puberulis, subtus pubescenti-hirtis; pedicellis axillaribus ovario pluries longioribus; calycis tubo supra ovarium nodoso, dein contracto, superne longe et valde ampliato, limbi laciniis oblongo-lanceolatis acutis petala suborbiculata obtusissima superantibus; stigmate integro. ♁ — Frutex 3–5-pedalis. Folia 1½–2-pollicaria, longiuscule petiolata. Pedicelli floriferi 8–9 lin., fructiferi 1½ poll. longi. Ovarium hirtum oblongum, vix 3 lin. longum, superne constrictum. Calycis tubus fere sesquipollicaris, basi valde nodoso-dilatatus, usque ad tertiam fere partem tenuis, dein valde ampliatus, 4 lin. diametro, laciniae limbi circa 9 lin. longae. Petala obtusissima. — Crescit rara in declivitate montis Pichincha altitudine 10,500 ped.

10. **F. VERRUCOSA** Hartweg mss. ex Bth. l. c. p. 178. no. 991. — Fruticosa: ramis glabris verrucosis; foliis oppositis ternisque ovato-oblongis acuminatis, superne denticulatis, basi angustatis integerrimis rigidulis glabris vel subtus aspero-puberulis; pedicellis axillaribus solitariis ovario subaequilongis; calycis parte libera ovario acute tetragono duplo breviore, laciniis late lanceolatis petala late oblonga paullo superantibus. ♁ — Frutex bipedalis. Folia 3–4-pollicaria, brevissime petiolata. Flores cum ovario vix pollicares nutantes coccinei. Petala 4 lin. longa. Antherae ex tubo breviter exsertae. Stigma crasso-capitatum. — Crescit ad viam inter Paramo de San Fortunato et pagum Fucagasuga, in prov. Bogota.

11. **F. CANESCENS** Bth. l. c. no. 992. — Ramulis foliisque pube brevi adpressa canescentibus; foliis 3–4-natim verticillatis longiuscule petiolatis ovatis acutis acuminatisve remote denticulatis, basi rotundatis; pedicellis axillaribus ovario paullo longioribus; calycis tubo elongato, basi vix nodoso, superne ampliato, laciniis oblongis crassiusculis quam petala obovata acuta paullo brevioribus; stigmate capitato-quadrilobo. ♁ — Frutex 6–10-pedalis. Folia bipollicaria, fere *F. hirtellae*, sed inflorescentia axillaris. Petala calycem superant ut in *F. macropetala* et *F. corollata*, cui priori haec species affinis videtur, sed differt foliis latioribus et inflorescentia. Calycis tubus 18–20 lin. longus, limbi laciniae semipollicares. — Crescit rara in ascensu ad Paramo de Guanacas prope Popayan.

12. **F. COROLLATA** Bth. l. c. p. 179. no. 993. — Ramulis petiolisque tenuissime hirtellis; foliis oppositis ternisve ovatis oblongisve acutis denticulatis, basi angustatis rigidulis, demum bullato-rugosis, subtus ad venas hirtellis, caeterum glabris; pedicellis axillaribus solitariis calyce 2–3-plo brevioribus; ovario oblongo superne constricto; calycis tubo elongato, supra medium ampliato, laciniis ovato-lanceolatis acuminato-acutis quam petala ovata brevioribus. ♁ — Frutex orgyalis ramosissimus foliosus. Folia pleraque 1½–3-pollicaria, juniora laevia, demum valde rugosa, rigidula, supra siccitate nigricantia, subtus pallida subalbicantia. Pedicelli 7–8 lin. longi. Calycis tubi pars libera sesquipollicaris, basi nodosa, superne longe ampliata, laciniae 5 lin. longae. Petala rubra, 7–8 lin. longa. — Crescit in sylvis Purace altitudine 10,000 ped. et in ascensu ad Paramo de Guanacas prope Popayan.

13. **F. HARTWEGI** Bth. l. c. no. 994. — Ramulis pubescenti-hirtis vel demum glabratis; foliis verticillatis petiolatis oblongis acuminatis remote denticulatis, basi obtusis, utrinque adpresse puberulis vel demum glabratis; pedicellis fasciculato-racemosis; racemis paniculatis; calycis tubo gracili, limbi laciniis anguste lanceolatis cuspidatis petala lineari-lanceolata acuta superantibus. ♁ — Folia fere *F. hirtellae* vel angustiora. Flores in panicula numerosissimi. Ovarium parvum ovoideum. Calycis tubus 7–8 lin., laciniae limbi 4 lin. longae. Stigma globosum subintegrum. — Crescit in sylvis prope Pitayo et Huambia, in sepibus juxta Huambia frequentissima.

14. F. PILOSA Gardn. Sertum plantar. t. 27. — Tota pilosa: foliis ternatim verticillatis petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi attenuatis minute glanduloso-denticulatis; racemis terminalibus foliosis, foliis bracteiformibus, pedicellis flore multo brevioribus; calycis tubo elongato cylindraceo, lobis oblongo-lanceolatis, apice subulato-acuminatis, petala oblonga vix superantibus; stylo incluso; stigmate capitato; bacca oblongo-quadrangulari. ♄ — Crescit in Brasilia.

15. F. CONFERTIFOLIA Gardn. l. c. t. 28. — Ramis teretibus scandentibus (?) ferrugineo-hirsutis; foliis parvis confertis ternatim verticillatis ovatis acutis subdenticulatis crebre pellucido-punctatis, margine petiolisque pilosis, caeteris glabriusculis; floribus terminalibus subcorymbosis; pedicellis flore brevioribus; calycis tubo elongato, inferne attenuato, lobis angustis acutis quam petala lanceolata acuta paullo longioribus; stylo incluso, stigmate capitato. ♄ ∪? — Crescit in Brasilia.

16. F. CARACASANA Gardn. l. c. t. 29. — Ramis elongatis scandentibus subtetragonis subincano-pubescentibus; foliis ternatim verticillatis ovato-oblongis acutis, basi inaequalibus integris aut vix denticulatis, supra glabriusculis, subtus praecipue ad nervos puberulis; racemis terminalibus foliosis, foliis bracteiformibus, pedicellis flore brevioribus; calycis tubo longissimo, inferne attenuato, lobis acutis petalorum oblongorum longitudine; stylo vix exserto, stigmate capitato-4-lobato. ♄ — Crescit in Caracas.

† *Icones addendae.*

F. CORYMBIFLORA Rz. et Pav. — Paxton, Magaz. of bot. VIII. 7. (c. ic.)
F. EXONIENSIS Hortor. — Paxton l. c. X. 151. (c. ic.)
F. RADICANS Hortor. — Paxton l. c. IX. 27. (c. ic.)
F. SERRATIFOLIA Rz. et Pav. — Hook. Bot. Magaz. t. 4174. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. t. 41.
F. SPLENDENS Zuccar. — Hook. Bot. Magaz. t. 4082.

Tribus V. *LOPEZIEAE* Spach.

6126. **SEMEIANDRA** *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 291. t. 59.)

1. S. GRANDIFLORA Hook. et Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 95.*) — Frutex pubescens. Folia opposita vel alterna ovata vel oblonga vel oblongo-lanceolata, vel etiam lanceolata, basi in petiolum brevem attenuata subintegerrima vel magis minusve obsolete remoteque denticulata. Racemi terminales foliosi, pedicelli graciles folium florale superantes, fructiferi deflexi, sub fructu incurvi. Petala sanguinea, flores sesquipollicares. — Affinis *Lopeziae* ob stamina duo, altero fertili, altero apice petaloideo, at recedit calycis limbo ultra ovarium producto. Habitus quodammodo *Zauschneriae*. — Crescit in Mexico.

6127. **RIESENBACHIA** *Prsl.*

(Prsl. Reliq. Haenk. II. 36. t. 54.)

1. R. RACEMOSA Prsl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 96.*) — Herba annua? caulis teres glanduloso-pubescens racemosus, ramis sparsis vel suboppositis glanduloso-pubescentibus. Folia pollicaria 3 lin. lata, petiolata ovato-lanceolata acuminata, apicem versus inaequaliter serrata, utrinque pubescentia, pinnatim venosa mollia. Racemi terminales elongati simplices erecti multiflori bracteati. Flores alterni solitarii pedicellati parvi. Bracteae 4 lin. longae oblongo-lanceolatae acuminatae serrulatae puberulae patentissimae. Pedicelli bractea breviores glanduloso-pubescentes, floriferi erecti, fructiferi patentes. Calyx 3 lin. longus, extus pubescens deciduus infundibuliformis, intus corollinus, tubus elongatus gracilis, laciniae tres ovatae obtusae patentes, quarta paullo major oblonga. Capsula fere 5 lin. longa oblonga tetragona pubescens, ad medium usque quadrivalvis quadrilocularis polysperma. — Crescit in Mexico.

6128. **DIPLANDRA** *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 291. t. 60.)

1. D. LOPEZIOIDES Hook. et Arn. l. c. 292. t. 60. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 96.*) — Frutex pubescens ramosus. Folia opposita subsessilia oblongo-lanceolata, 12–14 lin. longa, 3 lin. lata, utrinque pubescentia subintegerrima. Flores longe pedunculati in racemum terminalem subcorymbosum dispositi, alabastrum obovoideum obliquum. Petala purpurea. Pedunculi 1–1½-pollicares, flores semipollice parum majores. Ovula in loculis solitaria, semina immatura plano-compressa. — Crescit in Mexico.

6129. **LOPEZIA** *Cav.*

(DC. Prodr. III. 62. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 96.)

1. L. HAEMATODES Knze. Linnaea XVII. 579. — Caule herbaceo ramosissimo ramisque adultioribus angulatis glabris sanguineis; petiolis brevibus hirtis, foliis e basi subcuneata ovatis acutis glanduloso-denticulatis ciliatis, venis approximatis elevatis; pedunculis glanduloso-hirtis; glandula petalorum semiglobosa; staminibus sterilibus albis. ⊙? — Crescit in Mexico.

Tribus VII. *GAUREAE* Endl.

6131. **GAURA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 44. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 96.)

1. G.? FRUTICULOSA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 15. † — Fruticosa humilis ramosissima: foliis oblongo-linearibus integerrimis, basi longe angustatis crassis glabris; spicis foliosis abbreviatis; calycis tubo longissimo tenui, laciniis anguste lanceolatis acutis reflexis; stigmate capitato, ovario fructuque cauli immersis. ♄ — Crescit in California „Bay of Magdalena."

6132. **STENOSIPHON** *Spach.*

(Spach, Nouv. ann. du Mus. d'hist. natur. IV. 384.)

1. ST. VIRGATUM Spach l. c. 385. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 97.*) — Herba forsan suffruticosa ramis foliisque *Lino maritimo* simillima, floribus nonnihil ad *Chamaenerias* accedens. Caulis vel rami pedales vel paullo longiores teretes laeves, simplices vel superne paniculati glaberrimi. Folia subcoriacea laevigata glaberrima lineari-lanceolata acutissima, costa media subtus prominente, inferiora pollicaria, lineam lata, superiora gradatim minora, summa in bracteas lineari-subulatas 2–3 lin. longas transeuntia. Spicae densae multiflorae, demum pedales et forsan longiores, rhachis triquetra pubescens. Bracteae ovarium longe superantes, calyce breviores, inferiores foliis similes, superiores gradatim minores subulatae pubescentes, praefloratione imbricatae recurvae, demum adpressae. Calyx pubescens lutescens, subtus tenerrimus, 4 lin. longus, fauce ampliatus, limbus in alabastro oblongo-clavatus obtusus, segmenta 2½ lin. longa, semilineam lata, linearia obtusa, apice subincrassata. Petala ovata obtusa, in unguem brevem sublinearem angustata, majora fere 3 lin. longa, sesquilineam lata, linearia obtusa, minora dimidio angustiora brevioraque. Filamenta capillaria 2½–3 lin. longa. Antherae fere lineam longae. Ovarium lineam longum, semilineam latum, pubescens, marginibus tomentosum. Nuces dense spicatae vel subimbricatae, bractea superatae, pubescentes, margine tomentosae, stipiti tenui denticuliformi insidentes, 2 lin. longae, lineam latae, costae nerviformes, dorsalis media subcarinata. — *Gaura linifolia* Nutt. — DC. Prodr. III. 45. — In Texas.

† **Genus dubium.**

6133. **GONGYLOCARPUS** *Cham. et Schlchtd.*

(Cham. et Schlchtd. Linnaea V. 557.)

1. G. RUBRICAULIS Cham. et Schlchtd. l. c. 558. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 97.*) — Herba annua glabra alternifolia. Caulis cubitalis erectus laxus rubescens, ramis axillaribus eo brevioribus instructus. Folia ex ovato lanceolata acuminata

acuta, basi in petiolum attenuata, remote arguteque denticulata, tenuiter et brevissime obsolete ciliata, caulina maxima 2½-pollicaria, pollicem lata, petiolo semipollicari. Flores ramos ornant. Tubi calycini libera pars 2–5 lin. longa, laciniis linearibus, apice cucullatis, 2 lin. longis. Petala obovato-cuneata, laciniis calycinis breviora caduca. Genitalia easdem lacinias aequantia vel superantia. Fructus turbinati difformes, magnitudine circiter grani *Piperis* foliiferi et quasi proliferi. — Crescit in Mexico, locis cultis prope Jalapam.

Observatio. SPHONDYLANTHA Prsl. Reliq. Haenk. II. 35. t. 53.*) est plantae ignotae ramus, ramulis apice foliorum rudimento instructis, innata *Uredine* tumentibus et ovarium inferum calycis limbo coronatum mentientibus. Ejusmodi degenerationes, miro formae perfectioris ludibrio botanicum decipientes in *Cissorum* ramis saepissime observantur. (Endl. Gener. plant. p. 1195.)

Ordo LXXXII. HALORAGEAE *R. Br.*

(Endl. Gener. plant. p. 1195. — DC. Prodr. III. 65. exclusis CALLITRICHINEIS et CERATOPHYLLEIS. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 98. — ONAGRACEARUM subordo I. HALORAGEAE [excl. trib. 3.] Meisn. Gen. pl. vascul. I. 122. II. 87.)

6136/1. **HYDROSPONDYLUS** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 255.)

Dioicus? Flores masculi.....?, foeminei basi vaginati, calyce ovario adnato, supra libero filiformi tubuloso, limbo tripartito, laciniis oblongis acutiusculis, petalis 3 calycis fauci insertis, cum ejus laciniis alternantibus iisque angustioribus obovato-cuneatis persistentibus tenerrimis; ovario cylindrico uniloculari 6-8-ovulato; stylo tenuissimo filiformi, stigmatibus 3-4 crassiusculis e fauce exsertis subconico-trigonis, altero latere convexis, caeterum subcompressis; fructu capsulari vaginato uniloculari 6-8-spermo; seminibus suprapositis oblongis. — Genus inter *Proserpinacam* et *Myriophyllum* intermedium.

1. H. SUBMERSUS Hsskrl. l. c. 256. — Caulis fluitans ramosissimus; foliis 5–7 verticillatis patentibus, apice densis lineari-oblongis mucronulatis serrulatis; floribus solitariis axillaribus sessilibus, basi vaginatis; calycis tubo longe exserto fragillimo gracillimo hyalino. 4 — *Ceratophyllum demersum* Blume, Catal. plant. hort. Buitenz. 104? — Crescit in insula Java.

6137/1. **MEIONECTIS** *R. Br.*

(R. Br. in Flinder's Voyage II. 550. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. pag. 93. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 355.)

1. M. BROWNII Hook. Icon. plant. t. 306. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 89.*) — Herba inconspicua aquatica glaberrima. Caules debiles ramosi, basi radicantes, spithamaei tenues. Folia alterna pectinata vel laciniata subteretia, inferiora capillaceo-multifida, glaberrima crassiuscula opaca lurido-virescentia, segmentis acutis uninerviis, juniora minus dissecta. Pedunculi axillares solitarii semilineam

*) *Calycis persistentis tubus brevis, limbus 3–4-partitus, laciniis inaequalibus. Petala.....? Stamina.....? Ovarium inferum lineare teretiusculum, basi attenuatum. Stylus filiformis erectus inclusus. Stigma capitatum. Capsula linearis teres, basi attenuata, calyce excreto coronata nervosa dehiscens? — Herba palustris aphylla: ramis floribusque in verticillos dispositis, floribus parvis basi bracteatis.*

1. *SPH. APHYLLA Prsl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 97.*) — ☉? — Crescit in paludosis regni Mexicani.

longi, basi bibracteolati. Flores minimi inconspicui ¼ lin. longi penduli. — Crescit locis inundatis in Van Diemen's Land prope „Circular Head."

6138. **HALORAGIS** *Forst.*

(DC. Prodr. III. 66. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 99. — *Goniocarpus* Koen. — DC. l. c. — *Cercodia* Murr. — DC. l. c. 67.)

1. H. NODULOSA Wlprs. mss. — Foliis inferioribus oppositis obovato-cuneiformibus, apicem versus serrulatis glabris, superioribus floralibusque hispidis alternis, floralibus lanceolatis integerrimis minoribus; floribus in axillis foliorum sessilibus solitariis, spicam dissitifloram foliaceam constituentibus; fructu urceolato quadrangulari octocostato, ventre in medio constricto; petalis brevibus, apice hispidis. ☉ — *Goniocarpus nodulosus* Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 158. † — Crescit in Nova Hollandia occidentali.
2. H. TRIFIDA Wlprs. mss. — Foliis omnibus trifidis filiformibus, inferioribus verticillato-ternis, floralibus conformibus oppositis; floribus dioicis quadripartitis axillaribus solitariis ternisve oppositis, masculis tetrandris. ☉ — *Goniocarpus trifidus* Nees ab Esenb. l. c. 159. † — Herba humifusa radicans. — Crescit in Nova Hollandia ad Albany.

* *GUNNERACEAE* Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 94.

6139/1. **MILLIGANIA** *I. Hook.*

(Hook. Icon. plantar. t. 299. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 94. — Meisn. Gener. plantar. vascul. II. 370.)

1. M. CORDIFOLIA I. Hook. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 100.*) — Herba paludosa acaulis, radice subfusiformi fibrosa. Folia omnia radicalia petiolata patentia cordata obtusa serrata, supra glabra, subtus in nervis petiolisque glanduloso-hirsuta. Pedunculus (seu scapus) radicalis. Flores masculi spicati, foeminei capitulati bracteati. Fructuum capitulum rubrum, *Rubi Idaei* polychorion refert. — Crescit in insula „Van Diemen's Land".

   Observatio. Congener vel proxime affinis est plantula Magellanica, DYSEMONE Forst. Comment. Goetting. IX. 45. fide specimine in Herbario Vindobonensi asservato — Endl. l. c.

6139/2. **GUNNERA** *Linn.*

(Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 94. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 346. II. 257. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 100.)

1. G. MONOICA Raoul, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 117. et Choix des plant. de la Nouv. Zélande 15. t. 8. — Repens humifusa: foliis petiolatis rotundato-cordatis vel obscure trilobatis irregulariter crenatis pubescenti-hirtis; spicis laxis monoicis; floribus inferioribus foemineis, superioribus masculis; staminibus stipitatis. ♃ — Herba pumila humifusa, habitu *Hydrocotyles*. Caulis repens obscure striatus pubescenti-hirtus, radices fibrosas tomentosas plures subsimplices filiformes ad nodos emittens. Folia radicalia longe petiolata, rotundato-cordata vel reniformia, 1–1½ cm. lata, obsolete 3–5-lobata, irregulariter dentata, dentibus non raro apiculatis, pilis brevibus albis rigidis utrinque conspersa, saepius trinervia, nervis subtus prominentibus, ad marginem sursum divisis, petioli semiteretes, supra canaliculati 4–5 cm. longi, basi dilatata persistentes. Spicae androgynae erectae folia superantes vel aequantes, inferne foemineae, superne masculae. Bracteae florum masculorum binae parvae lanceolatae acutae dentato-fimbriatae. Stamina duo. Flores foeminei pedicellati, pedicelli hirti bini vel terni bracteati, bracteae minimae. Perigonium ovarium arcte cingens eique subadnatum globosum glabrum, bidentatum, ovarium uniloculare uniovulatum ovoideum, fructus drupaceus. — Crescit in Nova Zeelandia in argillosis ad Akaroa.
2. *G. CHILENSIS Lam. — Wlprs. l. c. no. 3. — *G. scabra* Rz. et Pav. — Hortus Vanhoutteanus p. 18. t. 4.

Ordo LXXXIII. LYTHRARIEAE *Juss.*

(DC. Prodr. III. 75. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 101. et 916. — Endl. Gener. plant. p. 1198. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 117. II. 83.)

Tribus I. *EULYTHRARIEAE* Endl. l. c.

Semina aptera.

6145/1. **QUARTINIA** *Endl.*

(Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 94. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 355. — *Rhyacophila* Hochstett. Gener. plant. nov. Afric. 3.)

1. QU. (RHYACOPHILA Hochstett. l. c.) REPENS Endl. l. c. — Planta aquatica humilis glabra: caule ramoso repente, foliis simplicibus capillaceis dense tecto; rami floriferi ascendentes vel erecti digitales, inferiore parte densissime foliosi in racemum nudum 2–3-pollicarem abeuntes; pedicelli in racemo alterni vel rarius subverticillati patentes 1–1½ lin. longi; flores parvuli tribracteati; calyx corollinus campanulatus tenuissimus, bracteas vix excedens; capsula glabra uti omnes plantae partes, 1½ lin. longa, valvis apice dehiscentibus. ♃? — Crescit in Abyssinia in rivulo super lapides in districtu Sanna prope Docheli.

6146/1. **MIDDENDORFIA** *Trautv.*

(Trautv. Dissert. de Middendorfia p. 3. t. 1.)

Flores hermaphroditi subapetali, minute bibracteolati. Perianthium campanulatum 12-nervium, limbus 12-dentatus, dentes 6 latiores erecti, 6 angustiores patentes. Corolla perianthii fauci inserta hexapetala vel incompleta vel nulla, petala perianthii dentibus angustioribus opposita obovato-orbiculata exunguiculata. Stamina 6, perianthii basi inserta ejusque dentibus latioribus opposita, filamenta subulata, perianthio breviora, conniventia, antherae biloculares, rima dehiscentes. Ovarium sessile biloculare multiovulatum, stylus longiusculus terminalis persistens, stigma globosum crassum. Capsula bilocularis membranacea, apice dentibus 4 dehiscens polysperma, dissepimentum medio placentiferum, placenta cylindrica crassa. Semina aptera obovata, uno latere convexa, altero plana, laevia minuta. — Herbae annuae glabriusculae: foliis sparsis oppositisque simplicibus integris atque integerrimis; floribus axillaribus sessilibus.

1. M. BORYSTHENICA Trautv. l. c. 4. t. 1. — Perianthii dentibus angustioribus rectis (nec arcuatis) patulis; corolla subnulla. ☉ — Herba annua glabriuscula, nunc erectiuscula simplexque, nunc saepius longe lateque prostrata ramosissima, ramis basi radicantibus. Caulis ramique teretiusculi, apice obsolete puberuli, saepius purpurascentes. Foliorum in caule ramisque par infimum oppositum, reliqua folia sparsa, omnia autem obovato-oblonga, apice obtusiuscula vel acutiuscula, margine integra et integerrima, basin versus angustata sessilia uninervia, utrinque concoloria. Flores in axillis foliorum omnium sessiles solitarii parvi, foliis multoties breviores, basi bibracteolati. Bracteolae subulatae, perianthio demum triplo quadruplove breviores. Perianthii dentes abbreviati, 6 latiores ovati erecti, 6 angustiores patuli recti (haud arcuati). Petala saepius nulla, rarius observatur petalum solitarium obovato-orbiculatum exunguiculatum, inter perianthii dentes latiores insertum iisque duplo longius, purpureum. Antherae luteo-

virides. Capsula elliptica, utrinque obtusa, perianthio persistente demum paullo longior, glabra. Reliqua generis. — *Peplis Borysthenica* M. Bieb. — Spr. Syst. veget. II. 135. — *Ammania Borysthenica* DC. Prodr. III. 78. — Habitat in Rossia Europaea australi a Podolia provincia usque ad fl. Donez.

2. M. HAMULOSA Trautv. l. c. 5. t. 2. — Perianthii dentibus angustioribus arcuato-reflexis; corolla hexapetala majuscula. ☉ - Plantula haec in horto Petropolitano sub nomine *Peplidis australis* Gay colitur. Summa videtur ejus cum *M. Borysthenica* affinitas, ita quidem, ut e specimine solitario aliam definitionem ac propositam eruere non valeam. (Trautv.) — *Peplis australis* Gay. — Roem. et Schult. Syst. veget. VII. I. p. 54. — *P. biflora* Salzm. — DC. l. c. 77. (sec. Roem. et Schult. l. c. sub *P. Portula* et sec. Fisch. et Mey. Indx. semin. Petrop. II. p. 18.) — *P. erecta* Autor. — Habitat in humidis prope Tanger et Monspelii.

6147. **NESAEA** *Commers.*

(Steudel, Flora [B. Z.] XXV. 465. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 103. et *Heimia* Lk. et Otto. — Wlprs. l. c. 916.)

1. N. RECTA Steudel, Flora (B. Z.) XXV. II. 473. — Caule ascendente, ramoso vel simplici; foliis oppositis lanceolatis, superne virescentibus, infra rubescentibus, glabris, floralibus ovatis flore minoribus bracteisque binis lanceolatis acuminatis; limbo calycis glabri 12-partito. ☉ — Crescit in Chili ad flumen Cachopual.

6149. **LYTHRUM** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 80. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 103.)

1. L. *(Hyssopifolia)* FLEXICAULE Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 116. — Annuum glaberrimum viride: caule ramoso ramisque teretiusculis flexuosis; foliis omnibus sparsis anguste oblongis sublinearibusve obtusis, basi attenuatis; floribus solitariis (plerumque) pentapetalis pentandris folio vix brevioribus; calycibus cylindraceis, nervis tenuibus distantibus notatis, dentibus obtusiusculis mucronulatis corniculisque brevissimis; petalis oblongis obtusis; stylo brevissimo; capsula calyce breviore. ☉ — Proximum *L. tribracteato.* — Crescit in Soongaria ad fluvium Tschu.

2. L. GLAUCESCENS Schrenk l. c. — Annuum glaberrimum glaucum: caule ramoso ramisque rectiusculis angulatis; foliis omnibus sparsis anguste oblongis obtusis basi attenuatis; floribus solitariis subdodecandris folio paullo brevioribus; calycibus oblongo-cylindraceis, nervis latis approximatis notatis, dentibus obtusiusculis mucronulatis corniculisque brevibus; stylo longitudine stigmatis; capsula calyce paullo longiore. ☉ — Crescit in Soongaria ad fluvium Tschu.

6151. **CUPHEA** *Jcq.*

(DC. Prodr. III. 83. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 105.)

1. C. PINETORUM Bth. Plant. Hartweg. 74. no. 529. — Suffruticosa procumbens: foliis lanceolatis, inferioribus basi angustatis, superioribus subsessilibus basi subcordatis, utrinque ramisque scaberrimis; pedicellis intrapetiolaribus ad apices ramorum racemoso-paniculatis; calycibus glanduloso-hirtis obtuse calcaratis; petalis obovatis inaequalibus; staminibus pilis deciduis barbatis. ♃ — Affinis *C. calcaratae* et *C. scabridae.* Folia 1–2-pollicaria, superiora margine saepe ciliata. Calyx 8–9 lin. longus, coloratus, calcari brevi sacciformi, limbi dentes parum inaequales ovati acuti, quinque colorati, sextus brevior foliaceus. Petala (ex sicco purpurea) duo caeteris duplo majora. Stamina 11. Filamenta inaequalia, juniora pilis longis magis minusve barbata, demum saepe glabrata. Ovula 15, in placenta intervallis subaequalibus ternatim verticillata. — Crescit in Guatemala in pinetis prope San Ramon.

† *Icones addendae.*

C. CORDATA Rz. et Pav. — Hook. Bot. Magaz. t. 4208.

C. STRIGULOSA Kth. — Van Houtte, Flora der Gewächsh. I. 87. (c. ic.)

6159/1. **HENSLOWIA** *Wall.*

(Planchon in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 475. t. 16. B. C. — Endl. Gener. plant. no. 1905. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 118. II. 84.)

Flores dioici vel rarius polygami? Calyx urceolatus 5-fidus, laciniis aestivatione valvatis. Petala nulla. *Masc.* Stamina 5 fere calycis laciniis interjecta, margini disci pubescentis ejusdem fundum vestientis inserta. Filamenta aestivatione induplicato-inflexa. Antherae loculi connectivum crassum oblique marginantes. Pistilli rudimentum minutum. *Foemin.* Stamina saepius abortiva brevia, in *H. Cumingii* elongata, forsan fertilia. Ovarium ovatum biloculare, in stylum brevem attenuatum. Ovula plurima placentae prominulae septo medio adnatae inserta, ascendentia anatropa. Capsula basi calyce cincta ovato-acuminata, loculicide bivalvis, valvis medio septiferis, ima basi et summo apice stylo persistente connexis, latere utroque hiantibus, in pedicello reflexo persistentibus. Semina plurima septo, a basi infra medium mediante placenta prominente, utrinque inserta, ascendentia. Funiculus crassus brevis, testa versus chalazam in appendicem cellulosam relaxata. Embryo exalbuminosus, radicula umbilico proxima. — Arbores Indiae orientalis praesertim insularis: ramulis tetragonis; foliis oppositis breviter petiolatis integerrimis; floribus minutis virescentibus, secus ramos elongatos paniculae brachiatae magis minusve confertis.

1. H. *(Crypteronia?)* PUBESCENS Wall. Plant. Asiat. rar. III. 14. t. 321. — Planchon l. c. 477. t. 16. fig. B. — Ramis teretibus glabris, ramulis obtuse tetragonis foliisque subcoriaceis, subtus dense lutescenti-pubescentibus; paniculae brachiatae magnae ramis compressis floribusque puberulis. ♂ — Crescit in India orientali, in montibus insulae Penang.
2. H. *(Crypteronia?)* AFFINIS Planchon l. c. 477. — Praecedenti simillima: differt foliis membranaceis, nervis tenuibus, fructibus fere duplo majoribus, minus confertis, pube pulverulenta rufescente nec ut in priore pallide lutescente conspersis. Variat foliis subtus pubescentibus vel glabris. ♂ — Crescit in India orientali in prov. Mergui.
3. H. *(Crypteronia?)* GLABRA Wall. ex Planchon l. c. 478. — Ramis teretibus, ramulis laevibus obtusissime tetragonis; foliis glaberrimis longiuscule obtuseque acuminatis, nervis supra valde impressis; paniculis (saltem foemineis) brevibus, parum ramosis; floribus quam in praecedente majoribus. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.
4. H. *(Crypteronia?)* LEPTOSTACHYS Planchon l. c. 478. — Glaberrima: ramis teretibus, ramulis tenuibus obtuse tetragonis; paniculae ramis gracilibus elongatis; floribus minutis interrupte subglomerato-sparsis. ♂ — Crescit in insulis Philippinis.
5. H. *(Crypteronia?)* CUMINGII Planchon l. c. 478. t. 16. fig. C. — Polygama?: ramulis crassis acute tetragonis; foliis glaberrimis coriaceis, subtus reticulato-nervosis; paniculis magnis ramosissimis; floribus pro genere majusculis; staminibus longis (an fertilibus?) cum calyce sub fructu persistentibus. (In aliis quidem stamina in flore foemineo adsunt, sed brevia et plane imperfecta.) ♂ — Crescit in insulis Philippinis.

Tribus II. *LAGERSTROEMIEAE* DC. l. c. 92.

Semina alata.

6161. **DIPLUSODON** *Pohl.*

(DC. Prodr. III. p. 94a. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 112.)

1. D. DECUSSATUS Gardn. Sertum plant. t. 1. — Glaberrimus: caulibus subsimplicibus teretibus lignosis; foliis decussatis sessilibus cordatis suborbiculato-deltoideis obtusissimis, palmato-11-nerviis confertis coriaceis pruinosis, junioribus crebre pellucido-punctatis; florum pedicellis folio multo brevioribus; brac-

teolis ovalibus calycis tubo duplo fere brevioribus; apophysibus brevibus linearibus patentibus; staminibus duodenis. ♁ — Crescit in Brasilia.

2. D. INCANUS Gardn. l. c. t. 2. — Totus canescenti-villosus: caule ramosissimo; ramis confertis teretibus; foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis oblongisve obtusiusculis, margine subrevolutis penninerviis, nervis utrinque duobus, foliis floralibus brevioribus; bracteolis lineari-oblongis obtusis calycis tubo duplo brevioribus; calycis lobis erectis; apophysibus subulatis reflexis; staminibus duodenis. ♁ — Crescit in Brasilia.

Ordo LXXXV. MELASTOMACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 99. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 117. et 916. — Endl. Gener. plant. p. 1205. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 111. II. 79.)

Subordo I. *MELASTOMEAE* Ser. in DC. l. c. 100.

Tribus I. *LAVOISIEREAE* DC. l. c.

6169. MERIANIA *Swrtz.*

(DC. Prodr. III. 100. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 117. *)

1. M. MAJALIS Bth. Plant. Hartweg. p. 180. no. 1002. — Ramulis pube subsquamosa, juniore flavicante hirsutis; foliis oblongis 3–5-nerviis ciliato-serrulatis, basi rotundatis, supra glabris, subtus praesertim ad costas squamuloso-hirtis; pedunculis axillaribus, apice bifoliatis unifloris; floribus amplis 5-meris. ♁ — Frutex 8–12-pedalis, ramosissimus, ramulis fuscescentibns, pube subviscidula demum obliterata. Folia subtripollicaria, ½–1 poll. lata, acuta breviter petiolata, costis valde prominulis, et inter costas saepe longitudinaliter lineata. Pedunculi ramulorum floriferorum folio subtendente subbreviores, versus apicem ferunt par foliorum caulinis similium. Pedicelli semipollicares crassiusculi incurvi. Calyx amplus cyathiformis, extus squamuloso-hirtus, laciniae longe subulatae hispidae, basi interiore utrinque in membranam ovatam obtusam glabram dilatatae. Corolla speciosa, petalis ultra pollicaribus late ovatis suborbiculatis glabris. Filamenta complanata, antherae magnae, apice obtusae, poris 2 tandem confluentibus dehiscentes, connectivo basi valde incrassato, in appendicem brevem hamatam acutam producto. Capsula depresso-globosa sublignosa, e tubo calycis semiexserta, valvulis 5 loculicide dehiscens. Placentae lunatae. Semina numerosissima linearia. — Ab incolis „Flor de Mayo“ dicitur. — Prope Popayan.

6170. AXINAEA *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. III. 101. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 117. *)

1. A. RADULA Bth. Plant. Hartweg. p. 130. — Ramis tetragonis pulveraceo-tomentosis; foliis petiolatis, cordato-ovatis 5–7-nerviis, supra elevato-rugosissimis glabriusculis, subtus lacunosis rufo-tomentosis; pedunculis brevibus corymbiferis in thyrsum terminalem dispositis. ♁ — Frutex 3–4-pedalis. Folia longiuscule petiolata tripollicaria, rugositate insignia. Thyrsus semipedalis, basi nudus, e pedunculorum paribus 2–3 inter se distantibus compositus. Folia floralia a specimine delapsa. Pedunculi 7–9-flori. Flores ampli 5–6-meri. Calyx cyathiformis truncatus, obsolete sinuato-dentatus, crassus subcarnosus, intus membranula auctus. Antherae lineares, apice uniporosae, connectivo in appendicem simplicem linearem producto. Petala glabra. Capsula depresso-globosa, a calyce fere libera, valvulis crasso-coriaceis, seminibus numerosis linearibus. — Crescit in Columbia in Cerro San Francisco prope Loxam.

6170/1. **PACHYMERIA** *Bth.*

(Bth. Plant. Hartweg. p. 130.)

Flores 4-5-meri. Calyx campanulatus truncatus, obsolete sinuato-dentatus. Petala obovata. Stamina 8-10, filamenta plana, antherae lineares uniporosae, connectivo basi in processum brevissimum acutum incrassato. Ovarium calyce inclusum liberum 4-5-loculare, apice in acumina 8-10 productum. Stylus filiformis. Capsula coriacea 4-5-locularis 4-5-valvis. Semina numerosissima linearia. — Frutex glaberrimus Columbiensis. Folia breviter petiolata, late ovata 1½-2-pollicaria, utrinque obtusa, margine integerrima recurva 3-5-nervia crasso-coriacea rigida, supra laevia, subtus crebre elevato-venosa. Corymbi breviter trichotomi terminales, foliis floralibus parvis deciduis. Pedunculi et pedicelli crassi breves. Calyces crassi subcarnosi, 4 lin. longi suburceolati. Petala crassiuscula obovata undulata semipollicaria. Capsula calyce inclusa, sed fere omnino libera laevis glabra, valvulis apice in acumen duplex, more fere carpellorum *Sidae* productis. Placentae et semina (immatura) omnino *Merianiae.*

1. *P. RIGIDA Bth. l. c. no. 735. — ♁ — Crescit in Columbia ad Loxam.

6171. **CHASTENAEA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 102. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 117. *)

1. CH. MACROPHYLLA Naudin, Ann. sc. natur. (3. Sér.) IV. 55. — Glaberrima: foliis (7–10 centim. longis, 4–6 latis) late ellipticis, brevissime acuminatis, basi in petiolum nonnihil decurrentem attenuatis reflexis, remote crenulato-dentatis, adjecto utroque nervo marginali 7-nerviis, petiolo 3–4-centimetrali; umbellis pauciflоris paniculam terminalem efficientibus. ♁ — Calyx hemisphaericus, limbo vix conspicue sinuato. Petala circiter 1½ centim. longa, inaequilatera. Antherae aequales subulatae rectae, poro minuto extrorsum apertae, connectivi vesica terminalis appensa rotundata. — Crescit in Caracas.

2. CH. LONGIFOLIA Naudin l. c. — Fere omnino glabra: ramis e compresso teretiusculis; foliis petiolatis (8–12 centim. longis, 2–3 latis) lanceolatis acuminatis, remote denticulatis 3-nerviis, petiolis 1–1½ centim. longis; floribus solitariis terminalibus axillaribusque; pedunculis fructiferis 4–6 centim. longis, supra medium articulatis. ♁ — Calyx limbo 5-sinuato vel potius 5-dentato, lobis distantibus extus tuberculo dentiformi munitis. Capsula matura umbilicata 5-loba, diametro fere centimetrali. — Crescit in Republica Novo-Granatensi ad Santa Fe de Bogota.

3. C. CORIACEA Naudin l. c. t. 3. fig. 5. — Ramis tetragono-teretibus; foliis petiolatis (4-5 centim. longis, 1-3 latis) ellipticis, utrinque obtusiusculis, infra apicem remote sinuato-denticulatis, marginibus saepe revolutis, supra glabris, subtus furfure tenui albo punctulatis, praeter nervos marginales tri- vel triplinerviis coriaceis, petiolis ferme centimetralibus; cymis plerumque trifloris in paniculam brevem terminalem dispositis. ♁ — Calyx fere hemisphaericus rugosus, interdum 10-costatus. Petala 1½ centim. et amplius longa, obovata emarginata, interdum inaequilatera. Staminum filamenta lata complanata. Antherae minus arcuatae, connectivi vesica inferne acutiuscula, nec omnino terminalis ut in *Ch. Meriania.* — Crescit in Peruviae monte Saraguru.

4. CH. LEPIDOTA Bth. Plant. Hartweg. p. 182. no. 1014. — Foliis petiolatis ovato-oblongis obtusis, supra glabris nitidulis, subtus ramulisque tomento lepidoto albido conspersis; floribus ad apicem ramorum breviter corymbosis. ♁ — Frutex 6–8-pedalis ramosissimus. Specimina siccitate nigricantia. Cortex in ramis deciduus. Tomentum lepidotum vel furfuraceum, in foliorum juniorum pagina inferiore ramulisque novellis densum, demum rarius vel omnino evanescens. Folia subcoriacea longiuscule petiolata, vix pollicaria. Pedunculi breves crassi. Bracteae foliaceae parvae deciduae. Pedicelli breves. Calyx late campanulatus subcarnosus ecostatus glaber, limbo membranaceo-dilatato integro truncato. Petala

8–9 lin. longa obovata crassiuscula. Filamenta complanata, antherae lineares, connectivo basi in appendicem ovato-globosam incrassato. Capsula *Merianiae*, matura tamen non visa. — Crescit in montibus prope Cuença.

6172. **LAVOISIERA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 102. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 118. et 916.)

1. **L. MACROCARPA** Naudin, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 148. — Glaberrima glaucescens: foliis semiamplexicaulibus ovato-ellipticis, integerrimis uninerviis planiusculis, supremis praecipue purpurascentibus; capsulis 8-locularibus, in valvas totidem ab apice ad basin septicide solubilibus. ♄ — Folia 1½–2 centim. longa, 1 lata. — Crescit in Brasiliae provincia Minarum generalium in rupibus montium Serra do Frio.
2. **L. GRANDIFLORA** Naudin l. c. — Viscosa, fere glaberrima: foliis semiamplexicaulibus ovato-lanceolatis obtusiusculis, 3–5- vel obscurius 7–9-nerviis; floribus magnis breviter pedicellatis. ♄ — Frutex circiter sesquimetralis. Folia 5 centim. longa, 2 rarius 3 lata. Calyx 6-dentatus, tubo urceolato-oblongo, limbo dilatato, dentibus brevibus acuminatis distantibus. Petala fere 4 centim. longa subinaequilatera obovata, alba vel rosea, basi flavicantia vel omnino purpurea. Antherae oblongae, fere lineares. Ovarium oblongum, 6-loculare. Capsula fere matura circiter 2 centim. longa, oblongo-elliptica. — Crescit in paludosis prope praedium Taipa in limitibus provinciarum Minarum generalium et Goyaz in Brasilia.
3. **L. GLANDULIFERA** Naudin l. c. 149. — Fruticosa: ramis veterioribus denudatis, cortice rugoso vestitis, supremis dense foliosis; foliis undique pilis glanduliferis hirsutis ciliatis sessilibus ovatis acutiusculis, planis vel vix carinatis, praeter nervulos parum conspicuos manifeste trinerviis; floribus terminalibus magnis; capsulis in dichotomia demum alaribus solitariis. ♄ — Folia 2–3 centim. longa, 1–1½ lata. Calyx 5- rarius 6-fidus, tubo oblongo polygono, laciniis linearibus acutis glanduloso-pilosis. Petala circiter 3 centim. longa irregulariter obovata, apiculo glandulifero terminata, pulchre rubra vel purpurascentia. Stamina inaequalia conformia. Ovarium oblongum, summo apice liberum, 5-loculare. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in montibus Serra do Frio et Cachoeira do Campo.
4. **L. NERVULOSA** Naudin l. c. — Fruticosa: ramis obtuse tetragonis, superne dense foliosis, inferne denudatis, molliter glanduloso-hirsutis rufescentibus; foliis semiamplexicaulibus oblongo-ovatis obtusiusculis integerrimis, utrinque piloso-puberulis multinerviis, subtus praesertim transverse ruguloso-venosis; floribus magnis terminalibus. ♄ — Folia 3–4 centim. longa, 1½ lata. Calyx profunde 6-dentatus pubescens, tubo campanulato, divisionibus acutis. Petala 3 centim. longa obovata subretusa, purpurea? Ovarium oblongum 6-loculare. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi.
5. **L. CONFERTIFLORA** Naudin l. c. — Suffruticosa fruticosave: caule inferne simpliciusculo ramisque teretiusculis glabris; foliis planis sessilibus, inferioribus saepius ovato-oblongis mucronulatis, supremis ovatis quandoque latissime ovatis obtusiusculis, omnibus supra glabris, subtus sparse breviterque glanduloso-pilosis ciliatisque multinerviis; floribus ad apicem ramulorum fere capitatis foliisque dense involucratis. ♃? ♄? — Planta in herbario lutescens. Folia 1½–3 centim. longa, ½–1½ lata. Calyx profunde quinquefidus, tubo turbinato, laciniis oblongis cuspidatis, apice glanduloso-ciliatis et fuscescentibus. Petala 2½ centim. longa, late obovata, in medio apiculata, aequilatera purpurea. Ovarium semiliberum ovatum 5-costatum 5-loculare. — Crescit in montibus Serra do Frio in Brasiliae provincia Minarum generalium.
6. **L. BLANCHETIANA** Naudin l. c. 150. — Fruticosa viscosa glaberrima: foliis mediocribus planis sessilibus elliptico-ovatis obtusiusculis integerrimis uninerviis glaucescentibus; floribus ad apicem ramorum glomeratis. ♄ — Folia circiter 1 centim. longa, 5–8 millim. lata. Calyx profunde 5-dentatus vel subquinquefidus, tubo oblongo-campanulato, laciniis angustis subulatis. Petala 2 centim. longa

cuneata, oblique apiculata ideoque inaequilatera purpurea? Antherae longiuscule rostratae, connectivi appendicula in staminibus majoribus 3-denticulata. Ovarium subglobosum 4-loculare. Capsula ab apice ad basin loculicide 4-valvis. — In montibus Serra do Lapa et do Frio in Brasiliae prov. Minarum generalium.

7. L. MICROPHYLLA Naudin l. c. — Viscosissima: foliis exiguis quadrifariam subimbricatis ellipticis integerrimis enerviis, scrobiculato-rugosis (ad lentem); floribus terminalibus subsolitariis. ♁ — Fruticulus 1–2-decimetralis. Folia 5 millim. longa, 2 lata. Calyx campanulatus ruber resinosus 5-dentatus, dentibus triangulari-acutis. Petala 15–18 millim. longa, obovata apiculata rubra. Staminum filamenta rubra, 5 majorum antherae brunneae, minorum luteae. Ovarium subglobosum 4-5- aliquandoque abortu 3-loculare. — Crescit in campis prope Tijuco adamantium in Brasiliae provincia Minarum generalium.

8. L. SCABRELLA Naudin l. c. 151. — Fruticosa, tota glanduloso-hirtella: ramis teretiusculis; foliis suborbicularibus vel late ovatis semiamplexicaulibus, planiusculis patulis subuninerviis, tenuissime ciliato-serratis; floribus ad apicem ramulorum solitariis involucratis. ♁ — Folia 5–8 millim. longa, fere totidem lata. Calyx 6-fidus, tubo campanulato, divisuris lineari-acutis glanduloso-pilosis. Petala circiter 1 centim. longa, late obovata subretusa, pallidissime violacea. Stamina inaequalia. Ovarium 4-loculare. Capsula a basi ad apicem loculicide dehiscens. Semina ovato-incurva. — Crescit in arenosis montium Serra do Frio in Brasiliae provincia Minarum generalium.

9. L. AUSTRALIS Naudin l. c. — Caule vix lignoso simplici; foliis lanceolatis integerrimis, remote glanduloso-ciliatis uninerviis, subtus pilosis. ♃? — Caulis 2-4-decimetralis. Folia 1½ centim. longa, ½ lata. Calyx 5-6-fidus, tubo campanulato, laciniis triangulari-linearibus acutis. Petala ferme 1 centim. longa, obovata subapiculata rosea. Ovarium 4–5-loculare. — Crescit in paludosis prope Egreja Velha in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

10. L. BICOLOR Naudin l. c. — Ramis remote glanduloso-hispidis; foliis subplanis ovatis acutis trinerviis, marginibus subtusque glanduloso-pilosis, superioribus imbricatis, inferioribus remotiusculis; floribus terminalibus solitariis. ♁ — Frutex 1–1½-metralis. Folia 8–10 millim. longa. Calyx campanulatus, 6-dentatus, dentibus triangulari-ovatis apiculatis. Petala circiter 1 centim. longa obovata, nonnihil inaequilatera, intus alba, extus hinc rubra, hinc alba. Stamina brevia. Ovarium 6-loculare. — Crescit secus rivulum in valle prope praedium vulgo Fazenda de Caetano Jose de Melo in tractu prov. Minarum generalium dicto Minas Novos in Brasilia.

11. L. CENTIFORMIS Naudin l. c. — Fruticosa di- vel trichotoma, saepius glaberrima: ramis veteribus saepissime denudatis, junioribus dense foliosis; foliis sessilibus ovatis acutis carinatis coriaceis rigidis ciliatis, quadrifariam magis minusve dense imbricatis ideoque ramis saepe loricato-tetragonis; floribus terminalibus solitariis vel abbreviatione ramulorum aggregatis, dense involucratis; capsulis maturis demum in dichotomia solitariis. ♁ — Caules altitudine variant, nunc subpedales, nunc sesquimetrales. Folia ½–1 centim. longa, totidem lata vel angustiora. Calyx magis minusve profunde 6-fidus, tubo campanulato, laciniis obovatis, apice rotundatis, quandoque apiculatis ciliatis, saepe quasi scarioso-sphacelatis aut fuscescentibus. Petala 1–3 centim. longa. Capsula 6-locularis, a basi loculicide 6-valvis, valvis inter se cohaerentibus et limbo calycino saepe coronatis.

α. clavata Naudin l. c. 152. — Foliis suborbicularibus coriaceis marginatis ciliatis coriaceis dense imbricatis; ramis erectis, flore majusculo involucrato terminatis ideoque clavatis; divisionibus calycinis late obovatis ciliatis rufescentibus; petalis 3 centim. longis purpureis. — Crescit in arenosis prope pagum Nossa Senhora da Ponha.

β. imbricata Naudin l. c. — Ramis saepe loricato-tetragonis; calycis divisionibus obovatis ciliatis, saepe scarioso-sphacelatis vel fuscescentibus; petalis

purpureis, roseis interdumque albis. — *L. imbricata*, *cataphracta*, *compta*, *viminalis* DC., *blepharocentra* et *ciliata* Mart.?? — Crescit in Brasilia australi.

γ. insignis DC.? — Ramulis supremis subcorymbosis; foliis lanceolato-ovatis acutissimis longiuscule carinatis ciliatis, vix subimbricatis vel omnino patulis; calycis divisionibus linearibus obtusiusculis atropurpureis; petalis purpureo-violaceis. — Crescit in pascuis montium Serra da Caraça, Serra Negra et Serra da Canastra in Brasiliae provincia Minarum generalium.

δ. dendroides Naudin l. c. 153. — Ramosissima: ramis corymboso-fastigiatis; foliis parvis lanceolatis vix imbricatis; capsulis parvis vix magnitudine pisi minoris. — Circa Capanema in Brasiliae provincia Minarum generalium.

ε. leucantha Naudin l. c. — Foliis parum coriaceis suborbicularibus; calycis divisionibus linearibus subacutis atropurpureis; petalis albis interdum carneis vel purpureis. — Crescit in montibus Itambé in Brasiliae provincia Minarum generalium.

12. L. HUMILIS Naudin l. c. 153. — Fruticulosa nana glaberrima: foliis quadrifariam imbricatis sessilibus uninerviis immarginatis, vix denticulatis, carnosulis, inferioribus lanceolato-linearibus, superioribus ovatis carinatis, floralibus fere suborbicularibus apiculatis; floribus terminalibus solitariis. ♁ — Caules 1–2-decimetrales. Folia circiter 5–8 millim. longa, 1–8 lata. Calyx 6-dentatus, tubo turbinato, dentibus rotundato-spathulatis subciliatis. Petala 12–14 millim. longa irregulariter obcordata, inaequilatera rubra. Capsula quadrilocularis, a basi ad apicem loculicide quadrivalvis. — Crescit in campis arenosis montium Serra do Frio in Brasiliae provincia Minarum generalium.

13. L. CHAMAEPITYS Naudin l. c. — Dichotoma glaberrima: foliis subulato-acerosis canaliculatis, quadrifariam pectinatis, floralibus latioribus acuminatis imbricatis; floribus terminalibus solitariis. ♁ — Fruticulus circiter semimetralis. Folia 1 centim. longa. Calyx profunde 6-fidus, tubo brevi campanulato, divisionibus acuminatis acutissimis. Petala 2 centim. longa inaequilatera obovata apiculata subunguiculata, rubra vel purpurea. Ovarium globosum, basi solummodo adhaerens, 4–6-loculare. Capsula a basi loculicide 4–6-valvis. — Crescit in pascuis arenosis prope fodinas adamantium Servico do Rio Pardo in tractu Distritto dos Diamantes et prope Corrego Novo in Brasiliae provincia Minarum generalium.

6173. DAVYA *DC.*

(DC. Prodr. III. 105. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 118. et 917.)

1. D. CLAUSSENII Naudin, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 147. — Glabra: ramis lignosis, supremis obtuse tetragonis; foliis petiolatis lanceolatis, grosse arguteque serratis, 5-nerviis; panicula terminali corymbosa. ♁? ♁? — Folia circiter 1½ decim. longa, 4–6 centim. lata. Calyx late campanulatus vel subhemisphaericus, limbo integro. Petala 1½ centim. longa oblongo-obovata, marginibus et apice praesertim subcrispata (saltem in herbario). Stamina 10 inaequalia conformia, antheris linearibus falcatis, connectivo postice in apendices duas, alteram brevem acutiusculam descendentem, alteram longiorem ascendentem apice clavatam producto. Corona nectarea parum manifesta. Ovarium liberum breviter ovatum glabrum costatum, apice quasi truncatum umbilicatum 5-loculare, loculis multiovulatis. Stylus apice recurvus. Stigma punctiforme. Placentae productae lamelliformes, margine incrassatae. Fructus maturi haud visi. — Crescit in Brasilia in provincia Rio de Janeiro prope Novo Fribergo.

2. D. EXCELSA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 100. — Arborea glaberrima: ramis teretibus, ramulis compressis; foliis petiolatis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi cuneatis, grosse serrato-dentatis trinerviis; pedunculis axillaribus terminalibusque compressis trifloris; calycis tubo campanulato, limbo integro membranaceo, extus infra marginem 5-dentato; antherarum calcari in staminibus 5 bifido, in reliquis capitato-bilobo. ♃ — Arbor 50–60-pedalis. Folia 4–4½-pollicaria, 12–16 lin. lata. Calycis tubus campanulatus, dentibus 5 in limbum integrum

submembranaceum concretis. Petala 5 rosea late oblonga pollicaria et ultra. Stamina 10 inaequalia, antherae aequales lineares falcatae uniporosae, connectivo in calcar elongatum producto, in staminibus longioribus bifido, in breviori-bus bilobo-capitato. Ovarium liberum globosum glabrum depressum. Stylus filiformis. Capsula quinquelocularis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.

3. D. MACROPHYLLA Bth. Plant. Hartweg. p. 75. — Foliis amplis late ovali-ellip-ticis 7-nerviis, supra nitidis, subtus ramisque pube pulveraceo-floccosa velutinis; paniculis axillaribus; calyce truncato. ♃ — Arbor 30-40-pedalis. Folia coriacea pedalia, apice obtusa vel retusa mucrone parvo instructa, basi leviter cordata et brevissime peltata, petiolus 2-4-pollicaris. Panicula in axilla folii (an pars in-ferior paniculae terminalis?) brevis, rhachi compressa pulveraceo-floccosa, rami oppositi 5-7-flori. Pedicelli 3-4 lin. longi. Calyces campanulati, uti in *Miconiis* fere truncati et membrana interna aucti, glabri. Petala 5 obovata, 7-8 lin. longa, glabra patentia. Stamina 10 consimilia, filamenta crassa, antherae brevissime rostratae uniporosae, connectivo basi in calcar apice bifidum producto; calcaris laciniae subulatae, altera continua, altera in antheram reflexa. Ovarium liberum 5-sulcatum, apice concavum 5-loculare, placentis crassis, ovulis rectis. Stylus crassus incurvus, stigmate obtuso. — Crescit in Guatemala in regione temperata ad Rancho del Palo hueco.

6176/1. ANERINCLEISTUS *Korthals.*

(Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 250. t. 68.)

Calycis tubus campanulatus, limbo quadripartito persistente. Corolla calycis fauci inserta, petala 4 ovata, aestivatione convoluta. Stamina 8 aequalia, antherae oblongae uniporosae, connectivo brevi. Ovarium basi calycis tubo adhaerens, disco quadrisquamoso, quadriloculare, multiovulatum, stylus teres, stigma subcapitatum. Capsula calyce irregulariter rupto vestita loculicide quadrivalvis quadrilocularis. Semina angulata, hilo micropylae approximato, chalaza laterali-basilari. — Arbuscula Sumatrensis: foliis oppositis obovatis; floribus umbellulatis.

1. A. HIRSUTUS Korthals l. c. t. 68. — Arbuscula 2-3-metralis, rami teretes cinereo-fusci glabri, ramuli teretes hirsuti. Folia opposita obovata breviter acuminata, basi cuneata, supra glabra, subtus hirsuta, quintuplinervia coriacea, 0,09 longa, 0,035 lata, petioli semiteretes hirsuti 0,01 longi. Umbellulae axillares vel terminales, pedunculi subtetragoni hirsuti, bracteae semilanceolatae minutae. Calyx extus hirsutus, intus glaber, tubus tubuloso-campanulatus, laciniae 4 tri-angulares acuminatae. Petala 4 oblongo-ovalia acuta glabra. Stamina 8 aequalia, aestivatione inflexa, filamenta linearia, apice latiora glabra, antherae basi affixae oblongae, apice uniporosae, basi cordatae, connectivo postice in calcar breve producto. Stylus teres medio incrassatus, stigma capitatum. Capsula basi cum calyce connata, apice libera. — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Melintang.

6176/2. OCHTOCHARIS *Blume.*

(Blume, Flora [B. Z.] XIV. 523. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 114. II. 81. — Genus a **St. Endlicher** omissum.)

Calycis tubus obovatus, ovario adhaerens, limbus cum tubo continuus obsolete quinquedentatus persistens. Petala 5 ovata acuminata. Stamina 10 aequalia, antherae oblongae, utrinsecus obtusae rectae, poro dehiscentes, postice e basi setam calcariformem exserentes. Ovarium apice truncatum glabrum. Stylus subulatus. Stigma simplex. Capsula globosa late umbilicata sicca trilocularis, irregulariter dehiscens, trophospermio persistente denudato. Semina angulato-cuneiformia. — Frutices vel suffrutices Moluccani.

1. O. JAVANICA Blume l. c. — Fruticosa glabra: ramis teretibus, extremis compressis; foliis oppositis petiolatis ovali-lanceolatis denticulatis triplinerviis; cymis axillaribus ramosis; floribus parvis carneis. ♄ — Crescit in insula Java occidentali ad ripas fluvii Panimbang.

2. O. PANICULATA Korthals, Verhandlingen over de naturlijke Geschiedenis 247. t. 61 — Ramulis quadrangularibus; foliis oblongis acuminatis quinquenerviis serrulatis; floribus paniculatis. ♃ — Planta suffruticosa, rami tetragoni glabri, ramuli tetragoni sulcati glabri, ultimi compressi tetragoni rufo-farinosi. Folia patentia distantia decussata oblonga vel oblongo-ovata acuminata mucronulata, basi obtusa serrulata membranacea quinquenervia, nervis secundariis parallelis distantibus, utrinque glabra, basi rufo-pubescentia, 0,12 longa, 0,03 lata, petioli semiteretes glabriusculi 0,03 longi. Flores terminales vel axillares paniculati bracteati, bracteis oblongis parvis, pedunculi compresse tetragoni fusco-farinosi. Calycis tubus campanulatus, intus glaber, extus sparsim farinosus, limbo quinquedentato, dentibus obtusis. Corolla in alabastro obtuso aestivatione convoluta, petala 5 ovata acutiuscula membranacea. Stamina 10 in aestivatione inflexa, filamenta subteretia, medio paullo crassiora, glabra, antherae basi affixae oblongae compressae, apice uniporosae, connectivo postice calcarato. Ovarium basi calycis tubo adhaerens, ovoideum obtusum quinqueloculare. Ovula numerosa anatropa, stylus teres, medio crassior, stigma capitatum. Capsula cum calyce concreta, sicca loulicide dehiscens, quinquevalvis, valvis in medio septigeris ab axi secedentibus, columna denudata, placentas lamellae ope affixas gerens. Semina numerosa trigona, duobus lateribus planis, tertio rotundato, hilum microphalae approximatum, chalaza laterali-basilaris, nucleus ovoideus. — Crescit in insula Borneo prope Poeloe-Lampei.

6178. **CENTRADENIA** *G. Don.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 118. et 917.)

1. *C. ROSEA Lindl. — (Wlprs. l. c. 917.) — Paxton, Magaz. of bot. X. 101. (c. ic.)

6183. **RHYNCHANTHERA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 106. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 120.)

1. *RH. ADENOPHORA Miquel. — Wlprs. l. c. no. 4.) delcatur, est enim = MICROLICIA RECURVA DC. l. c. 118. — Miquel, Linnaea XVIII. 275.

6186. **CHAETOSTOMA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 112. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 121.)

1. CH. FASTIGIATUM Naudin, Ann. sc. natur. (3. Sér.) III. 191. — Glabrum: ramis di-trichomis dense fastigiato-corymbosis, superne foliosis, inferne nudis; foliis sessilibus quadrifariam imbricato-adpressis rigidis lanceolato-linearibus acutissimis integerrimis, breviter setoso-ciliatis nervosis carinatis; floribus solitariis terminalibus; capsulis alaribus axillaribusve. ♄ — Fruticulus arboriformis 3–4-decimetralis. Folia 7–10 millim. longa, 1–1½ lata. Calyx 5-fidus, tubo campanulato, setis rigidis adpressis a basi usque ad limbum vestito, laciniis subulatis rigidis pungentibus. Petala fere 1–1½ centim. longa oblongo-obovata, basi gradatim unguiculato-attenuata purpurea. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in pratis montium Serra do Popogayo.
2. CH. INERME Naudin l. c. — Glabrum: ramis dense fastigiato-corymbosis, undique foliosis vel inferne nudiusculis; foliis quadrifariam subimbricatis semiamplexicaulibus ovato-oblongis acutis, margine parce ciliolato-setulosis subcarinatis multiveniis; floribus terminalibus solitariis. ♄ — Fruticulus 2–3-decimetralis. Folia 6–7 millim. longa, 2–2½ lata. Calyx campanulatus glaber inermis, sed infra limbum in annulum nonnihil tumidus, 5-dentatus, dentibus triangularibus acutis setuloso-ciliatis rubris. Petala 8–9 millim. longa, obovata purpurea. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in montibus Serra da Ibitapoca.

6187/1. **TULASNEA** *Naudin.*

(Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 142.)

Calyx profunde quadridentatus, tubo campanulato, dentibus triangularibus acutis simplicibus (id est: intus membrana non duplicatis). Petala 4 orbicularia, calycis fauci inserta ejusdemque dentibus alterna. Stamina 4 fer-

tilia cum petalis alternantia, antheris late ovatis orbicularibusve, a facie ad dorsum compressis, apice porosis, connectivo infra loculos parumper producto, 4 abortiva petalis opposita fertilibus paullo minora, omnium filamentis filiformibus glabris. Corona nectarea haud producta. Ovarium omnino liberum glabrum biloculare. Stylus filiformis glaber, apice clavatus vel nonnihil incrassatus. Stigma truncatum. Capsula calyce persistente vestita bilocularis loculicide bivalvis polysperma. Semina magis minusve irregulariter ovata sed non cochleata, placentis centralibus productis transverse dilatatis affixa. — Herbae Brasiliae meridionalis graciles: caulibus simplicibusculis verosimiliter annuis.

1. T. GRACILLIMA Naudin l. c. 143. t. 2. fig. 1. — Caule 1–2-decimetrali filiformi recto subsimplici glanduloso-piloso; foliis paucissimis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus, omnibus ovatis pilosis, vix conspicue serratis; floribus terminalibus axillaribusque subsolitariis. ☉? — Crescit in Brasiliae prov. Goyaz in montibus Pyreneos prope urbem Meia Ponte.

2. T. FOLIOSA Naudin l. c. t. 2. fig. 2. — Caulibus 1–4-decimetralibus ascendentibus; foliis sessilibus, inferioribus saepe approximatis ovato-oblongis, superioribus distantibus linearibus, omnibus integerrimis glabratis uninerviis; panicula pauciflora terminali; floribus (purpureis) in ejus ramis subsolitariis. ☉? — Crescit in palude prope Mandinga in Brasiliae provincia Goyaz.

6190. **BERTOLONIA** *Raddi.*

(DC. Prodr. III. 113. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 121. et 917.)

1. B. HIRSUTA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 94. — Caule humili erecto hirsuto; foliis inaequalibus petiolatis ovatis, basi rotundatis subcordatisve, utrinque setoso-hispidis 5-nerviis; floribus in racemo elongato simplici subsessilibus numerosis. ♃? — Caulis bipollicaris, racemo tripollicari. Folia immaculata, alterum cujusve paris 2½ poll. longum, alterum dimidio minus. Racemus fere a basi florifer hispidus. Calyx truncatus, brevissime 5-dentatus setoso-hispidus. Caetera fere *B. maculatae.* — Crescit ad Guayaquil.

6190/1. **ERIOCNEMA** *Naudin.*

(Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 144.)

Calyx quinquefidus, tubo campanulato, laciniis angustis simplicibus vel duplicatis. Petala 5 oblongo-obovata obtusa glabra. Stamina 10 aequalia vel subaequalia conformia, antheris lineari-subulatis, apice uniporosis, connectivo non producto. Corona nectarea non producta. Ovarium liberum vel basi adhaerens subglobosum ovatumve pilis setosis coronatum triloculare polyspermum. Stylus filiformis glaber, stigma punctiforme. Ovula placentis prominulis margine incrassatis affixa. Capsula calyce persistente vestita, ab apice ad basin loculicide trivalvis, valvis medio septiferis. Semina.....? — Herbae Brasilienses primo adspectu subacaules hirsutae vel villosissimae: caulibus crassis brevibus; foliis longe petiolatis ovatis; floribus umbellatis.

1. E. FULVA Naudin l. c. — Caule sublignoso brevi crassiusculo; petiolis, pedunculis calycibusque hirsuto-villosissimis ferrugineis; foliis majusculis longe petiolatis ovatis obtusis, basi cordatis denticulatis 9-nerviis, utrinque villosis fulvis; pedunculis axillaribus longis subpaucifloris. ♃ — Caulis vix decimetralis, saepe ramosus. Folia circiter sesquidecimetralia, 1¼ decim. lata. Calyx late campanulatus. Petala 12–14 millim. longa oblongo-obovata, basi in unguem producta. Capsula globosa umbilicata. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës prope fluvium Ribeiro Mauro.

2. E. HILARIANA Naudin l. c. 145. — Subacaulis hirsutissima: foliis longe petiolatis ovatis subobtusis, basi cordatis dentatis ciliatis 5–7-nerviis; scapo gracili; umbella pauciflora, basi crinito-involucrata. ♃ — Caulis 2–3-centimetralis crassus nodosus. Folia 4–7-centimetralia, 4–5 centim. lata. Calycis laciniae dupli-

catae, exterioribus distantibus angustis subulatis setosis, interioribus oblongo-linearibus obtusis membranaceis glabris cum exterioribus ultra medium coalitis iisque brevioribus. Petala 8 millim. longa, obovata obtusa alba. — Crescit in collibus ad Villa Ricca in Brasilia.

6191. **LITHOBIUM** *Bongrd.*

Bongrd. Mém. de l'acad. impér. des sc. de St. Ptrsbrg. [VI. Sér.] IV. 140. t. 8. fig. 2.)

1. L. **CORDATUM** Bongrd. l. c. 141. t. 8. fig. 2. (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 121.*) — Radix annua fibrillosa. Caulis herbaceus brevissimus teres simplex. Folia in apice caulis nonnulla patentia supra terram decumbentia longe petiolata cordata integra, inferne glabra, superne margineque pilis parvis mollibus glanduliferis, nudo oculo aegre conspicuis adspersa et ciliata, tenerrima quinquenervia, margine integerrima, ½–1-pollicaria, 4–9 lin. lata viridia. Petioli unciales et ultra applanati nervoso-striati, margine pilis patentibus glanduliferis parce ciliati. Flores longe pedunculati parvi purpurei. Pedunculi circiter pollicares applanati, medio linea longitudinali notati, pilis glanduliferis patentibus vestiti. Calyx villosus sex-striatus, lineas duas longus, capsulam denique totam velans. Petala late ovata vel rotundata, margine parum repanda, apice subemarginata, pilis glanduliferis teneribus ciliata venosa, lin. 2 et parum ultra longa lataque. Stamina 6 aequalia glabra, corolla parum breviora, aestivatione complicato-reflexa, antherae clavatae flavae, rima lata hiantes exauriculatae seu connectivulo basi vix prominulo. — Crescit in Brasilia in fissuris rupium ad Cachoeira.

*

6192. **SONERILA** *Rxb.*

(Rxb. Flor. Indic. [edit. Wall.] I. 180. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 122.)

1. S. **BEGONIAEFOLIA** Blume, Flora (B. Z.) XIV. 490. — (Wlprs. l. c. 123. no. 14.) — Korthals, Verhandlingen over de naturlijke Geschieden. 248. t. 54. — Herbacea hirsuta: foliis septuplinerviis oblique cordatis acuminatis ciliatis, altero minuto cordato; racemis axillaribus; calycibus setosis. ♃ — Herba socialis, caulis subteres glabrescens fusco-hirsutus. Folia opposita vel abortu alterna inaequalia, majora oblique dimidiata vel cordata, breviter acuminata, altero angulo basilari rotundato auriculato, altero angustato, integerrima ciliata, supra setis sparsis obsita, subtus hirsuta septuplinervia membranacea, minora cordata aequilatera. Flores axillares racemosi bracteati, bracteis obovato-oblongis, pedunculo compresso fusco-hirsuto. Calycis hirsuti tubus campanulatus, limbi laciniis 3 late triangularibus acutis. Corolla in alabastro obtuso convoluto aestivata, petala 3 ovata acuta glabra. Stamina 3, antherae biporosae, connectivo exappendiculato. Ovarium triloculare, stylus teres glaber, stigma truncatum. Capsula cum calyce muricato connata, valvis tribus bifidis dehiscens. — *S. Moluccana* Rxb. Fl. Indic. I. 182. — (Calcutta Journ. of nat. hist. IV. 332. †) — In insulis Sumatra et Java.

2. S. **PICTA** Korthals l. c. 249. t. 52. — Glabra: foliis oppositis aequalibus vel inaequalibus ellipticis penninerviis; floribus racemosis secundis; calycibus glabris. ♃ — Caulis flexuosus nodosus subtetragonus glaber, ramuli obsolete tetragoni fusco-leprosi. Folia decussata, caulina opposita aequalia, superiora inaequalia, elliptica, utrinque acuminata, supra glabra, subtus in nervis pubescentia membranacea penninervia, petioli semiteretes. Racemi axillares vel terminales secundi, bracteis lanceolatis instructi. Calycis tubus trigono-conicus sparsim leprosus tridentatus. Petala 3 oblonga acutiuscula, intus glabra, extus pilis glandulosis obsita. Stamina 3 glabra, antheris subcordatis. Capsula trigono-obpyramidata glabra, valvis tribus dehiscens. — Crescit in insula Sumatra locis saxosis ad flumen Batang-Bessie.

3. S. **OBLIQUA** Korthals l. c. 250. — Herbacea: foliis dissimilibus, majoribus oblique ovatis acutis, minoribus ovatis; floribus racemosis secundis; antheris medio affixis; capsulis trigonis glabris. ♃ — In insula Sumatra in sylvis Ambadjang.

4. S. MACULATA Rxb. l. c. I. 180. — (Wlprs. l. c. 123. no. 16.) — Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rarior. 215. — Hirsutiuscula: caule brevi; foliis dimidiato-ovatis oblique cordatis heteroneuris, altero triplo majore; racemo 6–10-floro; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃

α. maculata: foliis supra e pilorum basibus inflatis eleganter albo-punctatis. — *Soneri-ila* Rheede, Hort. Malab. IX. 127. t. 65?

β. emaculata: punctis albis obsoletis. — *S. emaculata* Rxb. l. c. 181. — *S. maculata* Wall. Catal. 4091. — Crescit in India orientali (Sylhet, Nepalia).

5. S. WALLICHII Horsf. et Bennet l. c. — Glabriuscula: foliis subradicalibus ovatis acutis, subobliique cordatis heteroneuris, altero multo majore; scapo 4–6-floro; calyce fructifero (immaturo, sed verosimiliter) subaequilateri-trigono glabro. ♃ — *S. Rheedei* Wall. Catal. 4096. — (Wlprs. l. c. 122. no. 1.) — Synonymum Rheedei ad hanc speciem relatum potius ad praecedentem pertinere videtur, quapropter nomen mutatum est. — Crescit in India orientali.

6. S. ROTTLERI Wall. Catal. 4097. — Horsf. et Bennet l. c. 216. — Glabriuscula caulescens: foliis ovatis, basi rotundatis penninerviis, altero 12-plo majore; racemis 4–6-floris; calyce fructifero (immaturo sed verosimiliter) subaequilatero-trigono glabro. ♃ — Foliis basi aequalibus omnino penninerviis nec non capsulae forma a *S. maculata* abunde differt. — *S. maculata* Wght. et Arn. (ex p.) — Crescit in India orientali ad Courtallum.

7. S. ANGUSTIFOLIA Rxb. l. c. 182. — (Wlprs. l. c. 123. no. 9.) — Wall. Plant. Asiat. rar. III. 1. t. 102. — Horsf. et Bennet l. c. — Hirsutiuscula caulescens: foliis parum inaequalibus ovatis, basi acutis heteroneuris; racemo 4–8-floro; calyce fructifero oblongo prismatico glabro. ♃ — Crescit in India orientali (Sylhet).

8. S. SECUNDA Wall. Catal. no. 4094. — Horsf. et Bennet l. c. — Pilosiuscula caulescens: foliis ovato-lanceolatis, basi rotundatis, parum obliquis, supra albo-punctatis, altero triplo majore; racemo 4–12-floro; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃ — Crescit in India orientali (Tavoy).

9. S. TENERA R. Br. in Wall. Catal. no. 4098. — Royle, Illustr. bot. Himal. 215. t. 45. fig. 2? — (Wlprs. l. c. 124. no. 19.) — Horsf. et Bennet l. c. — Pilosula caulescens: foliis subaequalibus membranaceis ovato-lanceolatis, basi attenuatis trinerviis; racemo 2–6-floro; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃ — Figura Royleana exhibet folia subrotundo-ovata, utrinque obtusa. Planta forte diversa et *S. Roylei* Horsf. et Bennet appellanda. — Crescit in India orientali ad Tavoy.

10. S. GRANDIFLORA R. Br. in Wall. Catal. no. 4099. — (Wlprs. l. c. 123. no. 18.) — Carnosa glaberrima caulescens: foliis subaequalibus ovali-lanceolatis, basi attenuatis trinerviis, supra medium argute serratis; racemo 3–4-floro; calyce fructifero turbinato-trigono glabro. ♃ — In India orientali in montibus Neelgheries.

11. S. BRUNONIS Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 321. — Wght. Illustr. of Ind. bot. I. 218. t. 94. — (Wlprs. l. c. no. 17.) — Horsf. et Bennet l. c. — Pilosula caulescens parum ramosa: foliis subaequalibus ovatis, basi rotundatis 5–7-nerviis, argute serratis; racemo 4–6-floro; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃ — Crescit in India orientali ad Courtallum.

12. S. TENUIFOLIA Blume, Flora (B. Z.) XIV. 491. — (Wlprs. l. c. 124. no. 21.) — Horsf. et Bennet l. c. 211. t. 44. — Glanduloso-pilosa: caule suffruticuloso, parum ramoso, inferne aspero nudo; foliis ovato-lanceolatis acuminatis, basi rotundatis trinerviis, profunde serratis, altero triplo majore; pedunculis axillaribus terminalibusque 2–3-floris; calyce fructifero subaequilateri-trigono glaberrimo. ♃ — Suffruticulus basi decumbens semipedalis vel dodrantalis, simplex vel prope basin simpliciter ramosus, pilis raris, inferne rigidis subaculeatis, superne laxis glanduloso-capitatis, vestitus. Radix fibrosa, radiculas numerosas fibrillosas demittens. Caulis basi flexuosus nudus, crassitie pennae corvinae, angulato-striatus. Folia opposita membranacea trinervia, nervis lateralibus tenuibus, alterum cujus-

cunque paris triplo majus ovato-lanceolatum acuminatum, basi subcordatum acute serratum, serraturis pilliferis, supra pilis raris laxis glanduloso-capitatis instructum, infra glabrum, circiter 2 poll. longum, 8–9 lin. latum, alterum minus simillimum, nisi circumscriptione subrotundo-ovata acuta. Petioli glabrati, foliis subaequilongi, basi paullulum dilatati. Pedunculi axillares vel terminales pollicares, plerumque biflori, pilis raris glanduloso-capitatis villosi, pedicelli sempollicares et ut calyx etiam similiter glandulosi. Calyx usque ad medium cum ovario concretus, margine libero, tri- vel rarissime quadridentato, dentibus patentibus lanceolato-subulatis. Gemmae lanceolato-conicae. Petala 3, rarissime 4, summo margini calycis lata basi inserta ejusque dentibus alterna, in aestivatione convoluta, ovato-elliptica apiculata venosa tenera. Stamina 3, rarissime 4, calycis margini inserta ejusque dentibus opposita, filamentis in aestivatione inflexis, antheris ejusdem fere longitudine, in aestivatione resupinatis, apicibus inter tubum calycis liberum squamasque epigynas nidulantibus, basi sagittata affixis, lineari-lanceolatis bilocularibus, loculis connectivo aequali (nec producto nec incrassato) connexis, apice poris duobus parvis subrotundis dehiscentibus. Pollen minutum late ellipticum laeviusculum. Ovarium calyci semiadnatum, superne glabrum, tri- vel rarissime quadriloculare, loculis dentibus calycinis oppositis, ovulis numerosis, placentae carnosae ex angulo loculi interno ortum ducenti affixis, anatropis. Squamae epigynae 3 vel rarissime 4, petalis oppositae, summo ovario insertae, subrotundae obtusissimae glabrae carnosae, basi invicem cohaerentes. Stylus simplex filiformis, longitudine staminum, glaber, stigmate dilatato capitatus. Calycis margo extremus cum dentibus (fructu maturescente) circumscisse deciduus. Capsula triangularis, fundo calycis immersa, trilocularis, apice loculicide trivalvis, squamis epigynis incrassatis ampliatis coriaceis, calycis tubum integerrimum persistentem intus vestientibus, coronata. Semina numerosa minuta, placentae obconicae ex angulo loculi interno prominenti undique affixa, dimidiato-obovata recta. Testa castanea minute punctato-rugulosa, strophiola unilaterali fungosa raphen tegente instructa, membrana interna tenuissima, chalaza parva apicalis. Albumen nullum. Embryo oblongo-ellipticus, radicula hilo proxima obtusa, cotyledones breves crassae. — Crescit in insula Java.

13. S. HETEROPHYLLA W. Jack in Malay. Miscell. II. no. 7. p. 16. — (Wlprs. l. c. 123. no. 11.) — Horsf. et Bennet l. c. 217. — Dense setosa, suffruticulosa, parum ramosa: foliis oblongo-obovatis acuminatis, basi uniauriculatis 3–5-nerviis, ultra medium profunde serratis, altero 20-plo majore; pedunculis axillaribus subsessilibus 2–4-floris; calyce fructifero subaequilateri-trigono muricato. ♃ — (Calcutta Journ. of nat. hist. IV. 333. †) — *S. pauciflora* Blume, Flora (B. Z.) XIV. 491. — Wlprs. l. c. 123. no. 15. — Crescit in India orientali.

14. S. SQUARROSA Wall. in Rxb. Flor. Indic. I. 182. et Plant. Asiat. rar. II. t. 102. (fig. dextera). — (Wlprs. l. c. 123. no. 10.) — Horsf. et Bennet l. c. — Glabra: caule basi nudo cicatrisato setoso-aculeato; foliis confertis lanceolatis in petiolum brevem attenuatis argute serrulatis venulosis; pedunculis 1–3-floris; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃ — In hac specie et sequente foliorum oppositio minime evidens, in hac aculei caulis subulati stipulas quodammodo referunt, foliorum cicatrices magnas utrinque stipantes, forte tamen in utraque specie foliorum oppositorum vestigia ad setam reducta sunt. — Crescit in India orientali (Sylhet).

15. S. ARGUTA R. Br. in Wall. Catal. no. 4095. — Horsf. et Bennet l. c. — Pilosula: caule brevissimo aculeato-setoso; foliis membranaceis oblongo-lanceolatis in petiolum longum attenuatis, argute mucronato-serratis venulosis; scapo unifloro; calyce fructifero oblongo-prismatico glabro. ♃ — Crescit in India orientali in montibus Sylhet.

16. S. ERECTA W. Jack in Malay. Miscell. I. no. 2. p. 7. — (Wlprs. l. c. 123. no. 12. et 124. no. 20.) — Horsf. et Bennet l. c. — Suffruticulosa ramosissima: caule bifariam puberulo; foliis subaequalibus breviter petiolatis elliptico-lanceo-

latis, argute serratis trinerviis hirtis; pedunculis terminalibus 2–3–floris; calyce fructifero lineari–prismatico glabro. ♃ — (Calcutta Journ. of nat. hist. IV. 331. †) — Crescit in insula Indiae orientalis Pulo–Penang.

† *Species omissae.*

17. *S. ZEYLANICA Arn.
18. *S. GLABERRIMA Arn.
19. *S. HIRSUTULA Arn.
20. *S. WIGHTIANA Arn.
21. *S. HOOKERIANA Arn.
22. *S. ROBUSTA Arn.

} Wlprs. l. c. 122. no. 2–8.

23. *S. SPECIOSA Zenker. — Wlprs. l. c. 123. no. 13.

$6192/_{1}$. **SARCOPYRAMIS** *Wall.*

(Wall. Tentam. flor. Nepal. I. 32. t. 23. — DC. Prodr. III. 485. — Wlprs. Repert. bot. syst II. 148.*)

Calycis tubus inverse pyramidalis, ad medium usque ovario adhaerens, margine libero truncato quadridentato persistente. Petala 4, summo calycis margini inserta. Stamina 8, antherae conformes subovales, basi affixae, poris 2 apicalibus dehiscentes, connectivum aequale. Ovarium calyci semiadnatum quadriloculare, loculis dentibus calycinis oppositis, ovulis numerosis. Squamae epigynae 4 carnosae subtrilobae, petalis oppositae, basi cohaerentes. Stylus filiformis, stigmate dilatato. Capsula squamis epigynis ampliatis coriaceis exsertis coronata, quadrilocularis, apice loculicide quadrivalvis. Semina numerosa recta. — Herbae Nepalenses subsimplices: foliis oppositis inaequalibus membranaceis serrulatis trinerviis; floribus in fasciculis terminalibus paucifloris, laete roseis.

1. S. NEPALENSIS Wall. l. c. † — (DC. l. c.) — Horsf. et Bennet, Plant. Javanic. rar. 214. — Foliis ovatis. ♃ — Crescit in Nepalia.
2. S. LANCEOLATA Wall. Catal. no. 6290. — Horsf. et Bennet l. c. — Foliis anguste lanceolatis. ♃ — Crescit in India orientali (Sylhet).

$6192/_{2}$. **DRIESSENIA** *Krthls.*

(Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 251. † t. 53.)

Calycis tubus brevis tetragonus, limbo quadridentato. Petala 4 faucem versus calycis tubo inserta ovata. Stamina 8, antheris basi affixis, connectivo basi tripartito. Ovarium calycis tubo adnatum, disco tubuloso, apice setis 8 capitatis termiato coronatum, stylus basi incrassatus, stigma capitatum. Capsula cum calyce connata quadrilocularis, apice extrorsum valvis quatuor loculicide dehiscens. Semina ovoidea, hilo micropylae approximato, chalaza subbasilari. — Herba Borneensis: foliis longe petiolatis ellipticis; floribus minutis axillaribus.

1. DR. EXANTHA Krthls. l. c. — Herba saepe bimetralis, caulis subteres glabriusculus, rami tetragoni sulcati farinosi. Folia opposita longe petiolata elliptica, utrinque acuminata, supra glabra, subtus farinosa membranacea quinquenervia (0,2 longa, 0,07 lata). Flores axillares congregati, pedunculi tetragoni apicem versus incrassati. Calycis tubus ovoideus, limbo subconstricto quadridentato, glaber. Petala 4 oblonga obtusa glabra. Stamina 8 aestivatione inflexa, filamenta teretia, antherae oblongo–ovatae, apice uniporosae, connectivo introrsum bi– et extrorsum unicalcarato inaequali. — Crescit in insulae Borneo monte Prarawin.

Tribus II. *RHEXIEAE* DC. l. c. 114.

$6192/_{3}$. (XVII.) **APPENDICULARIA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 114. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 115. II. 82. — Genus a **St. Endlicher** omnino neglectum.)

6192/4. (XVIII.) **COMOLIA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 114. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 115. II. 82. — Genus a **St. Endlicher** omnino neglectum.)

1. C. MICROPHYLLA Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 295. — Fruticosa, divaricato-ramosissima, viscoso-hirta: foliis petiolatis ovatis trinerviis subserratis, utrinque viscoso-villosis; calycis laciniis ciliatis. ♄ — Rami pilis glanduliferis rubiginosi. Folia pleraque 3–4 lin. longa, vix unquam semipollicaria crassiuscula, basi rotundata vel angustata. Flores axillares solitarii breviter pedicellati. Calycis tubus 1–1½ lin. longus ovatus, limbi laciniae 4 oblongo-lineares, sinu lato separatae, pilis longis apice glanduliferis ciliatae. Petala 4 calyce plus duplo longiora obovato-orbiculata. Stamina 8, antherae oblongo-lineares, connectivo postice breviter producto incurvo obtuso. Capsula calyce inclusa glabra bilocularis bivalvis. Semina cochleata. — Crescit in Guiana Britannica.
2. C. VERONICAEFOLIA Bth. l. c. — Herbacea vel suffruticosa: ramis elongatis procumbentibus vel divaricatis pilosis; foliis petiolatis obovatis serrato-ciliatis trinerviis sparse pilosulis. ♃ — Habitus fere *C. herberifoliae* DC. sed folia minime *Berberidis*, brevius ciliata. Pili ramorum sparsi saepeque glanduliferi. Folia distantia 6–9 lin. longa tenuia subviscosa. Flores axillares breviter pedicellati solitarii vel in pedunculo brevi folioso bini quaternive. Calycis tubus 2 lin. longus, fructifer globosus, laciniae 4 oblongo-lineares, sinu lato separatae, pilis longis apice glanduliferis ciliatae. Petala 4 ampla obovata. Stamina 8. Antherae lineares, connectivo postice breviter producto bifido. Capsula calyce inclusa glabra bilocularis bivalvis. Semina incurva subcochleata. — Crescit in Guiana Britannica.
3. C. PURPUREA Miquel, Linnaea XVIII. 617. — Suffruticosa ramosa: ramis decumbentibus, junioribus acute tetragonis hirtis, vetustioribus laevigatis, cortice secedente; foliis breviter petiolatis ellipticis vel ovato-ellipticis acutis, basi subcuneatis serratis ciliatisque tri-quinquenerviis, utrinque adpresse hirtis; floribus plerumque axillaribus breviter pedunculatis; calycis ovalis laciniis lincaribus hirto-ciliatis; petalis virgineis apice unisetosis, florentibus oblongis; antherarum connectivo basi arcuato-recurvo bicalcarato. ♃ — Crescit in Surinam.

6192/5. **MIOCARPUS** *Naudin.*

(Naudin, Annal. des sc. natur. [3. Sér.] II. 146.)

Calyx campanulatus quinquefidus, laciniis acutis simplicibus persistentibus. Petala obovata. Stamina 10 valde inaequalia, antheris oblongis subellipticis acutiusculis uniporosis, majorum 5 cum petalis alternantium connectivo infra loculos longe producto arcuato, in insertione filamenti antice bicalcarato, 5 minorum parum producto. Ovarium liberum glabrum biloculare polyspermum. Capsula loculicide bivalvis, valvis medio septiferis. Placentae prominentes. — Herba Brasiliensis: caulibus decumbentibus rubentibus tetragonis, inferne glabris; foliis sessilibus ovatis remote subdenticulatis glabriusculis subtrinerviis; panicula terminali pauciflora; calycibus pedunculisque glanduloso-hirtellis; floribus roseis vel purpureis.

1. M. PALUDOSA Naudin l. c. 147. — Caules 2–3-decimetrales, inferne saepe incrassati flaccidi. Folia 5–6 millim. longa, 3–4 lata. Petala fere centimetralia. ♃ — In paludosis prope Guarda mor, As Formigas et Lagoa dos Poroos in Brasilia.

6193. **DICRANANTHERA** *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 75. t. 50.)

1. D. HEDYOTIDEA Prsl. l. c. 76. t. 50. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 124.*) — Radices annuae fuscae graciles filiformes fasciculatae e caulis geniculis infimis. Caulis digitalis vel palmaris herbaceus erectus tetragonus simplicissimus aut ramis aliquot sparsis patentibus tetragonis instructus foliatus, pilis sat longis albidis, apice glanduliferis hirsutus. Folia opposita sessilia exstipulata oblongo-lanceolata obtusa, basi attenuata, aequaliter serrata trinervia tenuia herbacea viridia,

subtus pallidiora, juniora utrinque pilis sparsis apice glanduliferis hirsuta, adulta utrinque glabra, inferiora 4 lin. longa, sesquilineam fere lata, superiora sensim minora. Flores axillares solitarii parvi, pedunculo brevissimo instructi ebracteati, plerumque secundi. Calyx viridis glaber bilinearis, setae inter lacinias limbi rectae albidae, illis tertia parte breviores, faux aperta. Stamina flava limbum calycis duplo superantia. Ovarium calycis tubo tertia parte brevius, stylus calyce brevior. Capsula in calycis tubo laxa illoque paullo brevior flavescens. Semina minuta fusca, sub lente fortissima impresso-punctata oblonga vel subovoidea, linea longitudinali paullo elevata in dorso costata. — Crescit in Brasilia ad Bahiam.

6194. **POTERANTHERA** *Bongrd.*

(Bongrd. Mém. de l'acad. impér. des sc. de St. Ptrsbrg. [VI. Sér.] IV. 137. t. 8. fig. 1.)

1. P. PUSILLA Bongrd. l. c. 138. t. 8. fig. 1. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 124.*) — Herba annua, radix tenuis fibrillosa albida. Caulis saepissime simplex vel rarius ramulo uno alterove in paucis pluribus instructus, basi leviter ascendens, dein erectus striatus quadrangularis glaber viridis. Folia opposita decussata distantia sessilia amplexicaulia et parum (praeprimis inferiora) decurrentia linearia, apice obtusiuscula, utrinque dente uno aiterove brevi obtuso, rarius pluribus instructa, e quorum singulo, sicut ex apice folii prodit pilus rigidus elongatus rubicundus, glandula parva capitatus, dentes superiores plerumque majores sunt et bene conspicui, inferiores saepius obsoleti. Folia caeterum glaberrima enervia viridia circiter 3–4 lin. longa, quadrantem lineae lata, superiora minora. Flores axillares solitarii, pedicello brevi suffulti ebracteati parvi albi. Calyx tubulosus decemstriatus glaberrimus, tubo primum ovali, demum fructifero globoso, ore contracto, limbo subpatente. Petala alba, venulis notata, duas lineas circiter longa glabra, apice tantum pilo glandulifero terminata. Antherae flavae cyathiformes exacte ut in *Cremaneo* (cf. no. 6260.). — Crescit in Brasilia in Serra da Chapadao.

6195. **SPENNERA** *Martius.*

(DC. Prodr. III. 115. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 124.)

1. SP. SIEBERI Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 720. — Suffruticulosa: ramis rufescentibus subtetragonis, sparsim subadpresse hirtellis, infra glabratis; foliis oppositis breviter petiolatis ovatis acuminatis, basi subcordatis, margine inaequaliter acute denticulatis, denticulis sub lente setulosis, supra laevibus, subtus pallidioribus albescentibus quinquenerviis, nervis marginalibus obscurioribus flexuosis; floribus paniculatis, ramis paniculae trichotomis, pedicellis ad basin minutissime bracteolatis, flore intermedio pedicellato; calycis dentibus 4 lanceolatis acutis; floribus 8-andris. ♃ — Crescit in Surinam.
2. SP. GRANDIFOLIA Miquel, Linnaea XVIII. 273. † — Suffruticosa: caule tetragono ramisque anguste alatis sparsissime pilosulis, pilis in inflorescentia quandoque capitellatis, ad nodos confertis; foliis longe petiolatis oblongis acuminatis ciliato-serrulatis 5-nerviis membranaceis, supra atro-viridibus, pilis brevibus crassiusculis minutissimis, subtus praesertim secus nervos paucissimis longiusculis deciduis; paniculae terminalis ramis oppositis iteratim dichotomis, ultimis bi- trifloris; floribus lateralibus subsessilibus, terminali pedicellato; calyce oblongo quadridentato; capsula globosa subglabra biloculari. ♃ — Eadem esse videtur ac species praecedens. — Crescit in Surinam.
3. SP.? ANOMALA Miquel l. c. 274. † — Pusilla herbacea annua?: caule ramisque tetragonis calycibusque quadridentatis 8-nervulosis, pilis capitellatis hirtellis, ramis ad nodos villosulis; foliis breviter petiolatis lanceolato-ellipticis, utrinque acutis glabriusculis minutissime serrulato-ciliatis trinerviis; racemis simplicibus ramos ramulosque terminantibus, solitariis vel geminis; bracteis oppositis sessilibus ellipticis minutis, una saltem florifera; floribus subsessilibus; staminibus 8; capsula globosa membranacea bivalvi, valvis cum dissepimentis totis deciduis, columella libera fungosa seminifera elliptica, sursum in rostrum sterile producta; seminibus semicochleariformibus echinulatis. ☉ — Crescit in Surinam ad Osembo.

6196. **NOTEROPHILA** *Martius.*

(Martius, Nov. gener. et spec. plant. Brasil. III. 110. t. 254.)

1. N. MICROLICIA DC. Prodr. III. 117.) INUNDATA Martius l. c. III. t. 254. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 125.*), — Radix fibrosa subfasciculata annua. Caulis inferne simplex, superne in ramulos nonnullos oppositos breves divisus, spithamaeus tetragonus, angulis in cristam tenuem herbaceam prosilientibus, succosus purpurascenti-viridis, passim adspersus pilis tenuibus glanduliferis, qui tandem, praesertim in inferiore parte abolescunt. Folia sessilia distantia circiter unguiculari decussata, basi cordata, ovata aut late ovata obtusiuscula, margine passim subtiliter et inaequaliter serrulata, nonnumquam subintegerrima, 3–6 lin. longa, erectiuscula, nervo medio excurrente, lateralibus subevanidis, glabra aut parce pilosula, saturate viridia. Flores solitarii ex axillis foliorum superiorum atque ex divisionibus caulis, in pedunculis sesquilinearibus densius glanduloso-pubescentibus. Calyx fere bilinearis, extus glanduloso-pilosus, laciniis 5 vel rarius 4. Petala 5 vel rarius 4 pallide rosea. Filamenta violacea, staminum majorum calycem excedentia. — Crescit in Brasiliae provincia Piauhiensi in paludosis prope fluvios Canindé et Parnahyba.

6197. **MICROLICIA** *Don.*

(DC. Prodr. III. 117. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 125. — Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] III. 171.)

Calyx magis minusve profunde quinquedentatus vel quinquefidus, laciniis acutis simplicibus persistentibus vel rarius deciduis. Petala 5 obovata, saepissime acuminata (magis minusve intense rosea, rubra vel purpurea nonnumquam alba et in *M. selaginea* aurea). Stamina 10, quorum 5 petalis alterna caeteris majora, antheris omnium ovatis vel oblongo-ovatis (in *M. resinosa* subulatis) rostro uni- vel rarissime biporoso terminatis, connectivis infra loculos longe productis arcuatis et ultra insertionem cum filamento, saltem in staminibus majoribus, varie porrectis. Ovarium liberum vel rarissime basi adhaerens ovatum, stylo filiformi subacuto. Capsula calyce exsucco vestita, loculicide trivalvis, valvis medio septiferis, placentis magis minusve productis. Semina cochleato-ovata vel subreniformia. — Frutices vel fruticuli Brasilienses interdum viscosi: ramis saepius tetragonis saepe inferne aphyllis; foliis parvis ovatis orbiculatis v. linearibus; floribus axillaribus terminalibusque, nunc solitariis sparsis, nunc approximatis paniculam simulantibus.

§. 1. *Antherae subulatae uniporosae. — Habitus Lavoisierae.*

1. M. RESINOSA Mart. — Naudin l. c. 172. — Fruticosa glaberrima viscosa: ramis denudatis ad apicem solummodo foliosis; foliis pro genere magnis breviter petiolatis, omnino lanceolatis subacuminatis integerrimis fere uninerviis, nonnihil coriaceis; floribus majusculis terminalibus solitariis roseis. ♁ — Folia 2–3 centim. longa, ½–1 lata. Calyx viscosissimus. Stamina subulata subaequalia. — Crescit in Brasiliae provincia Bahiensi in summis montibus „Serra do Rio das Contas“ et „de Sincora“.

§. 2. *Antherae ovatae vel elliptico-ovatae, rostro oblique poroso terminatae.*

† Frutices vel fruticuli fere numquam glabri, foliis varie ovatis, ramis non manifeste fastigiato-corymbosis.

2. M. INQUINANS Naudin l. c. — Viscosa: ramis subtetragonis glabriusculis vel hirtellis, inferne denudatis; foliis sessilibus ovato-oblongis subacuminatis acutis, vix conspicue crenulatis, utrinque tenuiter punctulatis, margine interdum subciliatis, caeterum glabris, 3–5-nerviis, saepe patulis; floribus ad apicem ramorum subcapitatis; capsulis ad basin ramorum subglomeratis. ♁ — Fruticulus circiter semimetralis magis minusve viscosus. Folia 1 centim. et amplius longa, 3–4 mm.

lata. Petala 12 millim. longa purpurea. — Crescit in Brasilia in petrosis prope Vareda et in arenosis montium „Serra de Araxa".

3. M. TREMBLEYAEFORMIS Naudin l. c. — Ramis supremis tetragonis, brevissime furfuraceo-tomentosis sparseque pilosis; foliis breviter petiolatis, lanceolato-ovatis interdumque late ellipticis, saepissime obtusis, tenuiter ciliato-serratis, supra glabris, subtus pube fere omnino inconspicua lutescentibus, praeter nervulos marginales trinerviis, nervulis transversis inter nervos praecipuos prominentes visibilibus; cymis paucifloris axillaribus bracteolatis pedunculatis. ♁ — Frutex circiter semimetralis. Folia 1–1½ centim. longa, 5–8 millim. lata. Petala 8–9 millim. longa rosea. — Crescit in Brasilia circa urbem Villa Ricca.

4. M. OBTUSA Naudin l. c. 173. — Fruticosa: ramis supremis acute tetragonis, pilis glandulosis patentim hispidulis nec villosis; foliis sessilibus ellipticis obtusiusculis subintegerrimis glanduloso-ciliatis, supra glabris, subtus pilosis; floribus pedicellatis, ad apicem ramorum cymosis; capsulis demum alaribus, rarius axillaribus. ♁ — Folia 1 centim. longa, 5–6 millim. lata. Calyx oblongo-campanulatus furfuraceo-granulosus, dentibus ovatis acutis, seta glandulifera terminatis, margine petaloideis caducis. Petala 6–7 millim. longa lineari-obovata obtusa vel etiam retusa. Staminum filamenta saepe apice villosula. Ovarium calyci semiadhaerens. — Crescit in Brasilia circa Itajuru in provincia Minas Geraës.

5. M. MACROPHYLLA Naudin l. c. — Tota hirta viscosa: caule ramisque subtetragonis, superne dense foliosis, inferne omnino denudatis; foliis pro genere magnis sessilibus ovatis integerrimis vel vix conspicue crenulato-denticulatis 3–5-nerviis; floribus ad apicem ramorum subdense glomeratis. ♁ — Frutex metralis vel sesquimetralis. Folia 1–2 centim. longa, 8–12 millim. lata. Calycis profunde 5-fidi laciniae triangulari-acutae. Petala fere 1 centim. longa obovata apiculata rubra. Antherae rostro biporoso terminatae. — Crescit in Brasilia circa Penha carascos prope Itambe in provincia Minas Geraës.

6. M. JUNGERMANNIOIDES DC. Prodr. III. 119. — Naudin l. c. — Ramis subtetragonis, patentim hirsutissimis, inferne ferrugineis, superne foliisque saepius virescenti-lutescentibus; foliis semiamplexicaulibus late subcordiformibus obtusis integerrimis pubescentibus 5-nerviis; floribus breviter pedicellatis rubris, in paniculas valde foliosas digestis. ♁ — Frutex semimetralis. Folia ½–1 centim. longa. Petala circiter 5 millim. longa. — Crescit in Brasilia circa Villa Ricca et in montibus „Serra de Caraça".

7. M. FERRUGINEA Scheele, Linnaea XVII. 338. — Radice repente; caule fruticoso stricto scabro ramosissimo dense folioso; ramis tetragonis ferrugineo-pilosis; foliis sessilibus decussatis oblongis trinerviis integerrimis, supra puberulis, subtus ferrugineo-pilosis, margine ciliatis; paniculis terminalibus foliosis, ramulis cymosis 3–5-floris; calycis glanduloso-hispidi tubo ovato, dentibus subulatis demum reflexis; staminibus 10 corollam aequantibus, filamentis glabriusculis; capsula ovata glabra triloculari. ♁ — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

8. M. TOMENTELLA Naudin l. c. 174. — Caule erecto subsimplici, superne parum ramoso subtetragono foliisque adpresse breviterque hirto-tomentosis; foliis sessilibus elliptico-orbicularibus, vix apiculatis integerrimis trinerviis; floribus axillaribus et terminalibus, fere in paniculam foliosam digestis; capsulis pro genere majusculis. ♁ — Fruticulus 4–6-decimetralis. Folia 1 centim. longa, 8–9 millim. lata. Calyx suburceolatus tomentosus, dentibus persistentibus. Petala 8–9 millim. longa, intense rosea. — Crescit in Brasilia in pascuis montium „Serra de Grumalahy" ad flumen Rio Pardo.

9. M. BACCHAROIDES Mart. — Naudin l. c. — Fruticosa: ramis teretibus adpresse ferrugineo-hirtis; foliis pro genere majusculis, breviter petiolatis late ellipticis et saepe suborbicularibus obtusis integerrimis punctulatis, brevissime et vix conspicue hirtellis, 3–5-nerviis; floribus in ramulis axillaribus terminalibusque solitariis. ♁ — Folia 1½ centim. longa, antherae transverse corrugatae. — *M. variolosa* DC. l. c. 119. (ex p.) — Crescit in summo monte de Sincora in Brasiliae provincia Bahiensi.

10. M. RECURVA DC. l. c. 118. — Miquel, Linnaea XVIII. 275. — *Rhynchanthera adenophora* Miquel, Commentar. phytogr. 24. t. 10. fig. C. — (Wlprs. l. c. II. 120. no. 4.)

11. M. CANASTRENSIS (Naudin l. c. — Viscosa: caulibus ramisque subgracilibus teretiusculis erectis pubescenti-hirsutis; foliis sessilibus orbiculato-ovatis, breviter acuminatis acutis integerrimis pilosulis, sub lente punctulatis, 3–5-nerviis, internodio quovis multo brevioribus; paniculis breviusculis terminalibus foliosis. ♁ — Fruticulus subsemimetralis. Folia 8–12 millim. longa, 7–9 lata. Calyx suburceolatus, limbo dilatato, profunde 4–6-dentatus, dentibus angustis subulatis. Petala 12 millim. longa purpurea.

β. longifolia: Foliis omnibus ovato-lanceolatis acutis internodia aequantibus vel iis longioribus saepeque sesquicentimetralibus.

Crescit in Brasiliae montibus Serra da Canastra et Serra do Frio.

12. M. DECUSSATA Naudin l. c. 175. — Ramis teretiusculis, superne pubescenti-hirtis; foliis minutis sessilibus decussatis oblongo-ovatis acutiusculis integerrimis, adpresse brevissimeque hirto-tomentosis uninerviis rigidulis; floribus ad apicem ramorum terminalibus solitariis, rarius axillaribus subglomeratisve; capsulis demum axillaribus. ♁ — Frutex circiter semimetralis. Folia 3–4 millim. longa, 1–1½ lata. Calyx oblongo-campanulatus striatus furfuraceus 5–6-dentatus, dentibus ovatis acutis ciliatis persistentibus. Petala 7–8 millim. longa obtusa. Staminum antherae undulatae. Ovarium subcylindricum. Capsula pyriformis. — Crescit in Brasilia circa Capelinha in prov. Minas Geraës.

13. M. CRYPTANDRA Naudin l. c. — Caule dichotomo; ramis teretibus, inferne denudatis; foliis sessilibus approximatis, valde adpressis ovatis acutis, basi profunde cordatis integerrimis pubescentibus uninerviis; floribus ad apicem ramulorum densiuscule capitato-glomeratis; staminibus obsoletis, in calyce absconditis (an semper?). ♁ — Fruticulus 3–4-decimetralis. Folia 5–6 millim. longa, 4–5 lata. Calyx urceolato-campanulatus 5-fidus, divisionibus subulatis. Petala 5–6 millim. longa, obtusa purpurea? Stamina (in floribus apertis) inflexa, intra calycem et ovarium inclusa, antheris obsoletis vel subabortivis. Ovarium calyci semiadhaerens, stylus exsertus. — Crescit in montibus „Serra dos Pyrenaeos“ in Brasiliae provincia Goyaz.

14. M. HIRTO-FERRUGINEA Naudin l. c. 176. — Viscosa: ramis e tetragono teretiusculis hirtis ferrugineis; foliis sessilibus approximato-subimbricatis adpressis, late ovatis acutis, basi subcordatis, integerrimis ciliatis, supra glabriusculis, subtus pilosis, fere uninerviis; floribus ad apicem ramorum subglomeratis. ♁ — Frutex fere semimetralis. Folia 3–5 millim. longa, 2–3 lata. — Calycis laciniae deciduae. Petala 6–7 millim. longa purpurea. — Crescit in Brasilia in campis „Capoeiras“ circa Itabira in prov. Minas Geraës.

15. M. AVICULARIS Martius mss. ex Naudin l. c. — Fruticosa: ramis e tetragono teretiusculis furfuraceis; foliis oblongo-ovatis subellipticisve, in petiolum attenuatis obtusis integerrimis, furfuraceo-punctulatis 1–3-nerviis; floribus pro genere longiuscule pedicellatis, in ramis supremis axillaribus terminalibusque vel alaribus. ♁ — Frutex semimetralis. Folia 5–12 millim. longa, 2–6 lata. Petala 5–6 millim. longa violaceo-purpurea. Staminum 5 majorum connectivi appendix plana subtriangularis, profunde emarginata seu biloba, lobis acutiusculis. — *M. variolosa* DC. l. c. 119. (ex p.) — Crescit in Brasilia in montibus „Serra d'Ouro Branco“ et „Serra do Frio“.

16. M. CONFERTIFLORA Naudin l. c. — Ramis tetragonis piloso-hirsutis; foliis sessilibus ovatis integerrimis glaberrimis punctatis uninerviis; ramis ad apicem floribundis, paniculas foliosas efformantibus. ♁ — Frutex an metralis? Folia 5–6 millim. longa, 3–5 lata. Calycis campanulati subfurfuracei profunde 5-dentati, dentes acuti. Petala ferme 8 millim. longa obovata acuta rubra. — Crescit in Brasilia in campis ad Rio Pardo in prov. Minas Geraës.

17. M. PARVIFOLIA Naudin l. c. 177. — Fruticosa glaberrima, superne ramosa: ramis subgracilibus; foliis parvis oblongo-ovatis obtusiusculis acutisve integer-

rimis uninerviis punctulatis; floribus terminalibus axillaribusque subsolitariis; capsulis breviter ovatis. ♁ — Folia 3 millim. longa, 1–1½ lata.

β. viscosa: tota viscosissima, capsulis semine cannabino fere minoribus globosis. Crescit in Brasilia in provinciis Minas Geraës (Serra do Frio) et St. Paulli.

18. M. VENUSTA Mart. Herb. fl. Brasil. no. 938. — Naudin l. c. — Tota adpresse brevissimeque puberula: ramis saepe rufescentibus; foliis magis minusve rotundato-ovatis obtusis integerrimis punctulatis 3–5-nerviis; floribus numerosis in paniculas terminales foliosas digestis rubris; capsulis parvis pedicellatis axillaribus. ♁ — Frutex semimetralis et ultra. Folia variant magnitudine, majora fere centimetralia, minora 3 millim. longa. — *M. pulchella* Mart. l. c. no. 947? — Crescit in Brasilia in prov. Minas Geraës locis subhumidis.

19. M. OBLONGIFOLIA Naudin l. c. — Caule teretiusculo ramisque obtuse tetragonis breviter denseque hirsutis; foliis subsessilibus sessilibusve ovato-ellipticis vel elliptico-oblongis acutis, vix conspicue denticulatis, adpresse breviterque pubescenti-villosis trinerviis; paniculis terminalibus foliosis. ♁ — Fruticulus circiter semimetralis. Folia 1–2 centim. longa, 5–8 millim. lata. Petala 8 millim. longa carnea. Stamina lutea.

β. leucantha: Floribus paullo minoribus albis. — Forte eadem ac sequens? Crescit in vallibus montium „Serra da Ibitipoca“ et circa Sitio in Brasiliae provincia Minas Geraës.

20. M. EUPHORBIOIDES Mart. Nov. gen. et sp. pl. Brasil. III. 107. t. 252. — (Wlprs. l. c. 125. no. 4.) — Naudin l. c. 178. — Ramis subtetragonis dense hirsutis rufescenti-ferrugineis; foliis subsessilibus oblongo-ovatis obtusis integerrimis pubescenti-villosis, parum conspicue 3–5-nerviis lutescentibus; paniculis terminalibus foliosis; floribus purpureis. ♁ — Frutex metralis et ultra. Folia circiter 1½, rarius 2 centim. longa, 7–9 millim. lata. Petala 5 millim. longa. — *M. variolosa* DC. l. c. 119. (ex p.) — Crescit in Brasilia circa Cachoeira do Campo in provincia Minas Geraës, etiam in provincia Goyaz.

21. M. HILARIANA Naudin l. c. — Ramis saepius basi denudatis glabratis, superne dense foliosis hirsutissimis ferrugineis; foliis sessilibus late ovatis obtusis vel subacutis integerrimis, utrinque villosissimis, sed inter pilos manifeste foveolatis, trinerviis; floribus ad apicem ramorum glomeratis, paniculas breves valde foliosas fingentibus rubris. ♁ — Frutex circiter semimetralis, rarius submetralis. Folia circiter 8 millim. longa, 4–6 lata. Petala certe 8 millim. longa, seta terminata. Staminum majorum antherae obscure purpureae, minorum luteae, omnium filamenta rubra. Ovarium liberum interdumque calyci basi adhaerens. — Crescit in Brasilia in nemore prope Itambe, circa Restio et in montibus „Serra da Catonga“ in prov. Minas Geraës.

22. M. HUMILIS Naudin l. c. 179. — Subherbacea: caulibus ascendentibus tetragonis piloso-hirsutis; foliis sessilibus ovatis acutis ciliato-serrulatis pilosulis trinerviis; floribus paucis terminalibus subsolitariis. ♃? — Caules basi frutescentes, circiter decimetrales. Folia 7–9 millim. longa, 4–6 lata. Calycis campanulati hirsuti laciniae ovatae acutae. Petala 1 centim. longa obovata, apice in setam abeuntia, purpureo-caerulea. Capsula omnino globosa. — Crescit in Brasilia in campis prope Peritura.

23. M. POLYSTEMMA Naudin l. c. — Caulibus ramisque erectis tetragonis subgracilibus patentim hirsutis; foliis inferne remotiusculis sessilibus ovatis acutis, tenuissime ciliato-serratis pilosis, utrinque (oculo armato) punctatis 3–5-nerviis; floribus majusculis, ad apicem ramorum terminalibus axillaribusque subsolitariis. ♁ — Fruticulus 2–3-decimetralis. Folia 8–10 millim. longa, 5–6 lata. Petala 1 centim. et amplius longa purpurea. Stamina declinata. — Crescit in Brasiliae montibus „Serra do Araxa.“

24. M. CILIOSA Naudin l. c. — Ramis supremis tetragonis subgracilibus divergentibus piloso-hirsutis; foliis adpressis sessilibus late ovatis acuminato-apiculatis, vix conspicue serrulatis remoteque setoso-ciliatis subpilosis glabrisve punctulatis

uninerviis; floribus sparsis plerumque axillaribus alaribusve solitariis. ♁ — Frutex fere semimetralis. Folia 7–8 millim. longa, 6–7 lata. Petala 8 millim. longa rubra. — Crescit in Brasilia in pascuis humidis circa Itambe in provincia Minarum generalium.

25. M. ACUMINATA Naudin l. c. — Fruticosa ramosa: ramis supremis tetragonis pilosis; foliis ovatis vel lanceolatis, longiuscule acuminatis, in setam abeuntibus uninerviis scrobiculatis, pilis longis hirsutis integerrimis, longe setoso-ciliatis; floribus ad apicem ramulorum axillaribus terminalibusque purpureis. ♁ — Folia 7–10 millim. longa, 3–4 lata. Calycis laciniae ovato-oblongae in setam longam abeuntes. Petala 7–8 millim. longa. *β. glabra*: — In Brasiliae provincia Goyaz.

26. M. GLUTINOSA Naudin l. c. 180. — Caule inferne simplici; ramis approximato-subcorymbosis e tetragono teretiusculis; foliis praesertim ad apicem ramorum imbricato-agglutinatis oblongo-lanceolatis acuminatis, in setam abeuntibus, margine longe ciliatis, caeterum glabris punctulatis uninerviis; floribus terminalibus solitariis paucis? ♁ — Fruticulus semimetralis? Folia 5–7 millim. longa, 1–2 lata. — Crescit in Brasiliae provincia Goyaz.

27. M. CUNEATA Naudin l. c. — Fruticosa, tota breviter hirsuta rufescens: ramis tetragonis; foliis ovato-cuneatis uninerviis; floribus ad apicem ramulorum cum foliis densiuscule congestis. ♁ — Folia 8–10 millim. longa, 2–3 lata. Antherae transverse corrugatae. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

28 M. FASCICULATA Mart. Herb. fl. Brasil. no. 936. — Naudin l. c. — Tota dense hirsuta: ramis veterioribus saepe rufescentibus vel ferrugineis, supremis foliisque lutescentibus; foliis omnino ovatis acutis integerrimis, fere uninerviis; floribus ad apicem ramorum inter folia congestis numerosis purpureis vel rubris. ♁ — Frutex semimetralis. Folia 5–7 millim. longa. Calycis oblongo-campanulati laciniae magis minusve ovatae acutae. Petala 6–7 millim. longa. — Crescit in Brasilia in campis subhumidis arenosis montium Serra do Frio et Serra do Piedade.

29. M. VARIOLOSA DC. l. c. 119. (ex parte). — Naudin l. c. 181. — Ramis hirsuto-hispidulis; foliis omnino ovatis acutis integerrimis ciliatis, caeterum glabris punctulatis viscidulis uninerviis; floribus ad apicem ramulorum solitariis purpureis. ♁ — Frutex semimetralis. Folia 4–5 millim. longa. Petala fere 8 millim. longa. — Crescit in Brasilia in campis circa urbem Villa Ricca.

30. M. DORYPHYLLA Naudin l. c. — Fruticosa, fere a basi ramosa: ramis tetragonis, sparse pilosulis glabratisve, nonnihil fastigiato-corymbosis; foliis sessilibus ellipticis acutis integerrimis, saepius uninerviis glabris punctulatis; floribus ad apicem ramorum terminalibus axillaribusque subsolitariis. ♁ — Frutex circiter 3-decimetralis. Folia 5–6 millim. longa, 2 rarius 3 lata. — Crescit in Brasilia in montibus Serra d'Ouro Puto in provincia Minarum generalium.

31. M. GRAVEOLENS DC. l. c. — Mart. Nov. gen. et spec. pl. Brasil. III. 108. t. 254. fig. 2. — Naudin l. c. — Fruticosa: ramis subgracilibus tetragonis hirsutis; foliis sessilibus, omnino ovatis acutis tenuissime serrulatis, utrinque villoso-pilosulis; villis vix conspicue glanduliferis; internodiis folia aequantibus vel iis paullo longioribus; floribus ad apicem ramulorum terminalibus axillaribusque, solitariis purpureis? ♁ — Folia 7–9 millim. longa. — Crescit in Brasilia.

32. M. VESTITA DC. l. c. — Naudin l. c. — Fruticulosa: ramis subgracilibus, basi denudatis; foliis quadrifariam subimbricatis parvis sessilibus ovatis acutis, subtus villosissimis longe ciliatis; floribus terminalibus solitariis vel ternis purpurascentibus. ♁ — Folia 3–5 millim. longa. Petala circiter 8 millim. longa. Capsulae parvae ovatae, in dichotomiis alares. — Crescit in Brasilia australi.

33. M. HIRSUTISSIMA Naudin l. c. 182. — Hirsuto-villosissima rufescens: foliis sessilibus ovatis integerrimis acutissimis, in setam abeuntibus, setoso-ciliatis uninerviis; floribus ad apicem ramorum subglomeratis. ♁ — Frutex an metralis? Folia 6–7 millim. longa, 4–5 lata. Petala 8 millim. longa obovata obtusa v. subobtusa, apice in setam abeuntia, intense purpureo-violacea. — In Brasilia australi.

34. M. HOLOSERICEA Naudin l. c. — Fruticulosa, tota sericeo-tomentosa albicans: caulibus erectis simpliciusculis; foliis sessilibus ovatis acutis integerrimis. ♄ — Caules bis decimetrales. Folia 7-8 millim. longa. Flores fructusque ignoti. — Crescit in Brasilia in montibus Serra do Frio provinciae Minas Geraës.

35. M. HISPIDULA Naudin l. c. — Fruticosa: ramis inferne denudatis teretiusculis hirsuto-hispidulis; foliis oblongo-ovatis obtusiusculis integerrimis, fere uninerviis, utrinque punctatis glabriusculis, sed margine remote setuloso-ciliatis; floribus sessilibus solitariis terminalibus alaribusve. ♄ — Folia 5-6 millim. longa, 2-3 lata. — Crescit in Brasilia.

36. M. SETOSA DC. l. c. 120. — Naudin l. c. — Ramis supremis tetragonis glabriusculis vel subfurfuraceis; foliis subsessilibus oblongo-ellipticis, interdum sublinearibus obtusiusculis integerrimis glabris vel furfuraceo-punctulatis; floribus sessilibus ad apicem ramorum solitariis subglomeratisve. ♄ — Frutex circiter sesquimetralis. Folia 1 centim. longa, 2-3 millim. lata. Calycis oblongo-campanulati striati furfuracei dentes ovati acuti subuiati, saepe in setam rigidam abeuntes nec ciliati. Petala 7 millim. longa subretusa interdumque apiculata purpurea.
β. pubescens: Ramis pilosiusculis, seta calycina brevi.
Crescit in Brasilia in petrosis ad ripas fluminis Farere aliisque locis.

†† Frutices vel fruticuli glaberrimi, foliis linearibus vel lanceolato-oblongis, ramis plerumque gracilibus dichotomis, saepe fastigiato-corymbosis.

37. M. TAXIFOLIA Naudin l. c. 183. — Fruticosa glabra: ramis supremis acute tetragonis; foliis non omnino sessilibus lanceolato-linearibus subacutis integerrimis uninerviis punctulatis; floribus ad apicem ramulorum solitariis ternis terminalibus axillaribusque. ♄ — Folia 1 centim. et amplius longa, 1-2 millim. lata. — Crescit in Brasiliae prov. Bahiensi prope oppidulum „la Jacobina."

38. M. INSIGNIS Naudin l. c. — Glaberrima: caule erecto virgato, inferne simplici tereti; ramis subgracilibus fastigiato-divergentibus, inferne nudis; foliis linearibus acerosis, basi in petiolum angustatis carnosis, supra convexis canaliculatis, subtus planis et fere enerviis subadpressis nec patentibus; floribus terminalibus subterminalibusve solitariis, breviter pedicellatis; capsulis demum axillaribus oblongo-ovatis. ♄ — Frutex circiter semimetralis et ultra. Folia 10-13 millim. longa, 1 lata. Calyx quinquefidus purpurascens, tubo turbinato, laciniis angustis subulatis distantibus. Petala certe 1 centim. longa obovata, abrupte apiculata inaequilatera, pulchre rubra vel purpurascentia. Stamina lutea. — Crescit in aridis arenosis montium circa Tijuco in Brasiliae provincia Minas Geraës.

39. M. (LAVOISIERA DC. Prodr. III. 104.) LINIFOLIA Chamisso, Linnaea IX. 395. — (Wlprs. l. c. 126. no. 15.) — Naudin l. c. 184. — Caule ramisque gracilibus, inferne nudis; foliis linearibus acutis uninerviis, supra canaliculatis glabris; floribus plerumque solitariis terminalibus subterminalibusve purpureis; capsulis maturis axillaribus suboblongis pedicellatis. ♄ — Fruticulus circiter semimetralis et ultra. Folia 1½ centim. longa, 1 millim. lata. Calycis laciniae angustae subulatae. Petala 8-9 millim. longa. — *β. ciliolata:* foliis paullo minoribus ciliolatis. — Crescit ad saltum Grumatahy et circa Tijuco in Brasiliae provincia Minas Geraës.

40. M. MULTICAULIS Mart. Hb. fl. Brasil. no. 932. — Naudin l. c. — Glabra: caule basi simplici, mox ramosissimo; ramis gracillimis erectis fastigiato-corymbosis, superne tantummodo foliosis; foliis anguste lineari-subulatis purpurascentibus; floribus terminalibus subsolitariis purpureis. ♄ — Fruticulus fere semimetralis. Folia 5-8 millim. longa, ½ lata. Valde affinis sequenti. — Crescit in montibus Serra da Caraça in Brasiliae provincia Minas Geraës.

41. M. SCOPARIA DC. l. c. 120. — Naudin l. c. — Glaberrima viscidula: ramis gracilibus fastigiatis; foliis lineari-subulatis, supra canaliculatis subenerviis; floribus terminalibus solitariis rubris. ♄ — Fruticulus 3-5-decimetralis. Folia 6-8 millim. longa, vix 1 lata. Calycis omnino viscosi turbinati laciniae distantes angustae

subulatae. Petala fere 12 millim. longa obovata subacuminata acuta. — Crescit in arenosis prope Chapadao in Brasiliae provincia Minas Geraës.

42. M. CHAMAEPITYS Naudin l. c. 185. — Fruticulosa glaberrima: caulibus inferne simpliciusculis, superne dichotomis, parum ramosis gracilibus; foliis angustissimis subulatis canaliculatis purpurascentibus; floribus terminalibus, omnino solitariis purpureis; capsulis demum in dichotomiis alaribus, fere sessilibus brevibus. ♄ — Fruticulus 2–3–decimetralis. Folia 6–8 millim. longa, ½ lata. Petala centimetralia, late obovata, anguste apiculata. Valde affinis praecedenti et *M. multicauli*. — Crescit in Brasilia australi.

43. M. ERICOIDES Don. — Naudin l. c. — Glabra: caule inferne simplici, saepe tortuoso, mox in ramulos numerosos deliquescente; ramis ramulisque dense fastigiato–corymbosis, apice solummodo foliosis, caeterum nudis; foliis linearibus angustis acutis punctulatis uninerviis, saepe patulis; floribus solitariis vel ternis terminalibus purpureis. ♄ — Frutex fere arboriformis, vix subsemimetralis. Folia 7–8 millim. longa. — Crescit locis humidis montium Itacolumi et Pico do Itabira do Campo in Brasiliae prov. Minas Geraës.

44. M. SUBULIFORMIS Naudin l. c. — Nana glabra: caulibus erectis gracilibus subsimplicibus tetragonis; foliis sessilibus lineari–oblongis acutis integerrimis punctatis, fere enerviis; floribus terminalibus solitariis vel ternis purpureis? ♄ — Fruticulus certe palmaris. Folia 5 millim. longa, 1 lata. Petala circiter centimetralia. Staminum connectivi appendix subacuta. — Crescit in Brasilia.

45. M. ISOPHYLLA DC. l. c. 120. — Naudin l. c. 186. — Glaberrima, apice praesertim viscosa: caulibus numerosis ramisque teretibus gracilibus fastigiato–corymbosis; foliis minutis adpressis lanceolatis vel lineari–lanceolatis acutis integerrimis uninerviis; floribus terminalibus solitariis vel ternis rubris vel purpureis. ♄ — Fruticulus circiter 3–5–decimetralis, habitu ericaceo. Folia 3–8 millim. longa. — *M. pulchella* Mart. Hb. fl. Bras. no. 916. — Crescit in Brasilia in campis herbidis prope Caxuera et prope Ibitipoca in provincia Minas Geraës.

46. M. GLOSSOPHYLLA Naudin l. c. — Glaberrima fruticosa: ramis numerosis gracilibus erectis fastigiatis; foliis obovato–oblongis sublanceolatisve acutiusculis, basi gradatim attenuatis ideoque subpetiolatis integerrimis uninerviis viscidulis; floribus ad apicem ramorum terminalibus axillaribusve solitariis vel ternis purpureis. ♄ — Folia 6–8 millim. longa, 1½–2 lata. Calyx campanulatus viscosus purpurascens, dentibus triangularibus mucronatis. Petala circiter 7–8 millim. longa. — An eadem ac *M. formosa* Chamisso? (Repert. II. 126. no. 14.) — Crescit in Brasilia australi.

††† Fruticuli glaberrimi, foliis ovatis, obovatis vel orbicularibus, ramis gracilibus fastigiato–corymbosis.

47. M. CUSPIDIFOLIA Mart. Herb. fl. Bras. no. 937. — Naudin l. c. — Glaberrima: caulibus inferne simpliciusculis; ramis gracilibus subfastigiato–corymbosis; foliis non omnino sessilibus obovatis acuminatis, seta mucronatis, basi integerrimis, caeterum crenulatis, fere uninerviis; floribus terminalibus subsolitariis rubris, foliis nonnullis purpurascentibus involucratis. ♄ — Fruticulus semimetralis. Folia fere 1 centim. longa, 5–6 millim. lata. Calycis laciniae longe acuminatae, in setam abeuntes. — Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës in monte Pico do Itabira do Campo.

48. M. ELEGANS Naudin l. c. — Fruticosa glaberrima: ramis superne subfastigiatis; foliis sessilibus adpressis ovato–orbicularibus, omninove orbicularibus, acute cuspidatis integerrimis uninerviis subcoriaceis rubescentibus; floribus ad apicem ramorum subglomeratis. ♄ — Caulis erectus, basi simplex 4–5–decimetralis. Folia 7–9 millim. longa, 6–7 lata. Calyx 5–6–fidus, laciniis lineari–lanceolatis acutissimis caducis. Petala 12 millim. longa oblongo–obovata apiculata, rubra vel purpurea. Stamina 10–12, valde inaequalia, omnium connectivi antice ultra filamenti insertionem porrecti. Capsula oblongo–ovata. — Crescit in Brasilia australi.

49. M. (CAMBESSEDESIA DC. l. c. 111.) CRENULATA Mart. Nov. gen. et spec. pl. Brasil. III. t. 251. — Naudin l. c. — Glabra: caule caulibusve inferne subsimplicibus; ramis fastigiato-corymbosis; foliis orbicularibus mucronulatis subintegerrimis punctulatis 1-3-nerviis viscidulis; cymis paucifloris terminalibus. ♄ — Fruticulus circiter 3-8 decim. altus. Folia 5-6 millim. longa. Calycis furfuracei laciniae angustae subulatae. Petala alba. Stamina rubra.

β. microphylla: caulibus numerosis gracilibus fastigiato-corymbosis; foliis 2-3 millim. longis ovatis; floribus violaceis.

Crescit in Brasilia in monte Itacolumi et Itajuru prope vicum Mato Dentro in provincia Minas Geraës.

†††† Frutices chaetostomoidei, fere omnino glabri, foliis rigidis quadrifariam imbricatis vel saltem adpressis quasi loricati, calycibus inermibus vel corona aculeolorum infra limbum cinctis.

50. M. LORICATA Naudin l. c. 187. — Fruticulosa: caulibus gracilibus simplicibus interdumque di-trichotomis; foliis sessilibus, quadrifariam imbricatis adpressis ovatis acutis setuloso-ciliatis glabris multiveniis subcarinatis; floribus terminalibus solitariis purpureis. ♄ — Caules 1-2-decimetrales. Folia 4-5 millim. longa, 2-3 lata. Calyx oblongo-campanulatus setoso-pilosus, laciniis triangulari-acutis, tarde deciduis. Petala 13 millim. longa oblongo-elliptica, apice subtruncata. — Crescit in Brasilia in arenosis prope Chapadao.

51. M. SELAGINEA Naudin l. c. — Fruticulosa glabra: caulibus basi simpliciusculis, superne ramosis; foliis imbricatis adpressis sessilibus oblongo-lanceolatis acutissimis integerrimis nervoso-striatellis subcarinatis coriaceis; floribus terminalibus solitariis aureis. ♄ — Caulis 2-4-decimetralis. Folia 5-8 millim. longa, 1-1½ lata. Calyx 5-fidus, tubo campanulato striato, setis rigidis aculeiformibus erectis, solummodo infra limbum coronato, laciniis acutis rigidis subpungentibus nervosis, interdum aculeolato-ciliatis. Petala 6-7 millim. longa, late obovata, acute apiculata. Semina subcochleata. — Crescit in Brasilia ad Chapadao.

52. M. STENOCLADON Naudin l. c. — Glabra, superne ramosissima: ramis gracilibus erectis; foliis omnino adpressis sessilibus rigidis lineari-triangularibus acutissimis integerrimis vel rarius denticulato-spinulosis nervoso-striatellis subcarinatis; floribus terminalibus solitariis, tubo calycino striato, omnino setoso-aculeolato. ♄ — Fruticulus 3-4-decimetralis. Folia 4-5 millim. longa, 1 lata. Calycis tubus totus setoso-aculeolatus, limbi divisiones nervosae triangulari-acutae pungentes, basi aculeolatae. Petala an flava? — Crescit in Brasiliae montibus Pyreneos haud procul ab urbe Meia Ponte in provincia Goyaz.

6197/1. URANTHERA *Naudin.*

(Naudin, Ann. sc. nat. [3. Sér.] III. 189. — *Microliciae* spec. DC. Prodr. III. 117. ex p.)

Calyx quinquefidus vel profunde quinquedentatus, tubo urceolato vel campanulato, laciniis subulatis simplicibus persistentibus. Stamina 10 inaequalia, antheris longis linearibus acutiusculis uniporosis falcatis, 5 majorum connectivo infra loculos longe producto, postice ad articulationem cum filamento inflexo tuberculato, antice ultra filamenti insertionem in calcaria duo obtusa ascendentia abeunte, 5 minorum connectivo minus producto, antice tantummodo obtuse bilobo nec postice tuberculato. Ovarium liberum ovatum, stylo filiformi. Capsula calyce vestita trilocularis loculicide trivalvis, valvis medio septiferis, placentis productis. Semina obsolete cochleata. — Frutices Brasilienses *Microliciis* omnino et habitu et antherarum fabrica dissimiles, sed *Chaetogastris* et *Arthrostemmatibus* affines.

1. U. (MICROLICIA DC. l. c.) ALSINAEFOLIA Naudin l. c. — Herbacea: caulibus ascendentibus subtetragonis, saepe basi radicantibus; petiolis paniculisque breviter glanduloso-hirsutis; foliis ovato-ellipticis integerrimis pilosulis, supra tenuissime (oculo armato) punctulatis 5-7-nerviis; cymis terminalibus in paniculam digestis; floribus pedicellatis; bracteis linearibus. ♃ — Caules 2-5-decimetrales.

Folia 3–4 centim. longa, 2 lata. Petiolus 1–3 millim. longus. Petala 7 millim. longa obovata acutiuscula ciliolata, pallide purpurea. — Crescit in Brasilia ad Sitio do Reacho in provincia Goyaz.

2. U. MICROLICIA DC. l. c. 118. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 125. no. 3.) VARIABILIS Naudin l. c. 190. — Suffruticosa quandoque subherbacea: caule basi magis minusve ascendente, interdum radicante tetragono glanduloso-hirto; foliis brevissime petiolatis, varie ovatis acutis, rarius subreniformibus obtusis ciliato-serrulatis pilosis; paniculis terminalibus. ♀? ♂? — Caulis 4–6-decimetralis. Folia 1–2 decim. longa. Petala 6–8 millim. longa, ovata vel lanceolata acuta glanduloso-ciliata purpurea.

α. lanceaeflora: subherbacea, foliis latissime ovatis vel suborbicularibus, petalis oblongo-lanceolatis.

β. parietariaefolia: foliis ovatis acutis 2 centim. longis, petalis late ovatis.

Crescit in Brasilia in palude prope Sitio et in paludosis montium Serra de Carrancas et Serra d'Ouro Branco.

6197/1? **STENODON** *Naudin.*

(Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 146. t. 3.)

Calyx 6-7-fidus, tubo campanulato, laciniis distantibus subfiliformibus simplicibus. Petala 6–7 ovato-elliptica subacuta. Stamina 12-14 aequalia vel subaequalia conformia, antheris oblongis subulatis uniporosis, connectivo infra loculos producto arcuato et in insertione filamenti antice bituberculato. Corona nectarea non producta. Ovarium liberum ovatum umbilicatum glabrum quadriloculare polyspermum. Stylus filiformis glaber. Stigma punctiforme. Placentae triquetro-lamelliformes in insertione cum columella valde angustatae. Capsula globosa quadrilocularis loculicide quadrivalvis, valvis medio septiferis. Placentae incrassatae triquetrae. Semina irregulariter ovata incurva. — Arbuscula Brasiliensis retorta semimetralis: ramis crassis teretibus dense breviterque villosis albicantibus vel flavicantibus, ad apicem dense foliosis, veterioribus nudis glabratis, cortice suberoso rugoso vestitis; foliis oblongo-lanceolatis acutissimis, basi attenuata subpetiolatis integerrimis adpresse villoso-tomentosis 3–5-nerviis, circiter 5-centimetralibus; floribus axillaribus subsolitariis sessilibus; calycibus tomentosis albicantibus; petalis ferme centimetralibus rubris.

1. *ST. SUBEROSUS Naudin l. c. 146. t. 3. — ♂ — Crescit in arenosis Chapadao in Brasilia australi.

6197/2. **AUGUSTINEA** *St. Hil. et Naudin.*

(St. Hil. et Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 145.)

Calyx turbinato-campanulatus, limbo brevissime 8–10-dentato, inter dentes membranaceo. Petala 6–8 cuneato-linearia emarginata, calyce longiora. Stamina 20 et plura, antheris basi recurva bifidis, connectivo non producto. Ovarium calyci semiadhaerens 3–5-loculare polyspermum. Stylus filiformis, stigma nonnihil dilatatum truncatum. Bacca sicca calyce circumscisso coronata globosa. Semina pyramidato-clavata, parumper incurva. — Frutex Brasiliae meridionalis: ramis, petiolis nervisque dense leonino-hirsutis; foliis lanceolatis anguste breviterque acuminatis acutissimis, basi obtusis subintegerrimis, praeter nervulos marginales trinerviis, supra hirtis, demum glabratis, subtus inter nervos breviter rufescenti-subtomentosis, glomerulis in racemos breviusculos dispositis.

1. AU. SPECIOSA St. Hil. et Naudin l. c. — Folia 2–2½ decim. longa, 8–10 centim. lata. Petala 8 millim. longa. ♂ — Crescit in Brasilia meridionali in sylvis prope San Gabriel ad radices montis Serra Negra in provincia Minarum generalium.

6200/1. LEIOSTEGIA *Bth.*

(Bth. in Hook. Journ. of bot. II. 294. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 94. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 355.)

1. L. VERNICOSA Bth. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 127.*) — Frutex glaber, superne vernicosus, siccitate nigricans, rami tetragoni, folia brevissime petiolata pollicaria vel bipollicaria oblongo-lanceolata obtusa integerrima, margine revoluta, basi angustata uninervia, supra glabra nitida, subtus albida, flores axillares solitarii vel terni subsessiles, calyx glaber vernicosus. — In Guiana Britannica.

6202. HETEROCENTRON *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 290.)

1. H. MEXICANUM Hook. et Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 127.*) — Caulis basi lignosus, ramuli tetragoni hispidi, folia petiolata oblonga integerrima, utrinque setosa penninervia, sesqui- vel bipollicaria, 8 lin. lata, flores albi thyrsoidei terminales subpaniculati. — Crescit in Mexico.

6205. MARCETIA *DC.*

(DC. Prodr. III. 124. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 127.)

1. *M. EXCORIATA DC. l. c. — Wlprs. l. c. no. 1. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) 1843. t. 31.

6206. TREMBLEYA *DC.*

(DC. Prodr. III. 122. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 127.)

1. TR. TRIDENTATA Naudin, Ann. sc. nat. [3. Sér.] II. 154. — Glaberrima viscosa: ramis e tetragono teretibus; foliis petiolatis late ovatis, apice obtusis, basi acutiusculis, supra medium remote breviterque serrulatis, saepe vero integerrimis trinerviis; cymis pedunculatis axillaribus, plerumque trifloris. ♄ — Frutex submetralis, folia 2½–3 centim. longa, 1½–2 lata, saepe in pagina superiore viscosissima nitida. Petiolus 1–½-centimetralis. Petala 12–13 millim. longa obovata alba vel purpurea. Staminum majorum connectivi appendix longe producta plana subtriangularis tridentata. — Crescit in montibus Serra de San Jose in Brasiliae provincia Minarum generalium.

2. TR. PENTAGONA Naudin l. c. — Fruticosa viscidula glabra: ramis superioribus tetragonis; foliis petiolatis obovatis vel ovatis et interdum late ellipticis acutiusculis, supra medium remote denticulatis, margine reflexis trinerviis; floribus ad apicem ramorum axillaribus, plerumque solitariis bibracteatis pedicellatis; calycibus viscosissimis. ♄ — Folia 2–3 cent. longa, 1½–2 lata. Calycis tubus 5–10-costatus, fere omnino pentagonus, limbi divisiones subulatae, apice angustatae longe acuminatae vel subfiliformes. Petala 1 centim. longa obovata, vix apiculata parumper inaequilatera, an purpurea? Staminum majorum appendix latiuscula biloba. Capsula globosa. — Crescit in montibus Serra d'Ouro Branco in Brasiliae provincia Minarum generalium.

3. TR. NEOPYRENAICA Naudin l. c. — Caule ramisque subteretibus breviter glanduloso-hirsutis; foliis breviter petiolatis oblongo-ovatis subacuminatis acutis, tenuiter serrulato-crenulatis, pubescentibus quinquenerviis; paniculis pyramidatis multifloris terminalibus; bracteis foliisque floralibus oblongo-ellipticis, quandoque acutis. ♄ — Frutex circiter metralis. Folia 6–7 centim. longa, 3 et ultra lata. Petiolus 3–4 millim. longus. Calyx urceolatus, dentibus distantibus angustis subulatis, cum fructu crescentibus. Petala circiter 8 millim. longa ovata apiculata, rosea? Ovarium subglobosum. Capsula matura calyce persistente vestita, magnitudine pisi majoris. — Crescit in montibus Pyreneos in Brasiliae provincia Goyaz.

4. TR. STACHYOIDES Naudin l. c. — Fruticosa: ramis tetragonis glanduloso-hirsutis; foliis subsessilibus ovato-oblongis lanceolatisve acutis, argute serratis glanduloso-ciliatis, pilosulis 5-nerviis; floribus ad apicem ramulorum superiorum solitariis vel ternis, in paniculam foliosam paucifloram dispositis. ♄ — Folia circiter 3 cent. longa, 1 lata. Calyx glanduloso-hirsutus 5-fidus, tubo urceolato, di-

visionibus distantibus angustis linearibus. Petala 7 millim. longa obovata acutiuscula. — Crescit in Brasilia australi prope Tocoropa.

5. TR. PANICULATA Naudin l. c. — Ramis e tetragono teretiusculis; foliis petiolatis oblongo-ovatis vel lanceolatis, interdum acuminatis integerrimis, margine parumper revolutis, supra glabris, subtus vix conspicue tomentoso-furfuraceis lutescentibus trinerviis; cymis paniculatis gracilibus foliosis bracteolatisve multifloris axillaribus. ♁ — Frutex circiter metralis et ultra, nonnihil retortus. Folia 4–5 cent. longa, 1½–2 lata. Petala 6–8 millim. longa obovata, nonnihil inaequilatera rosea. Staminum connectiva rubra. Stylus a staminibus declinatus ruber. — Crescit in campis circa Juruoca in Brasiliae provincia Minarum generalium.

6. TR. REVOLUTA Naudin l. c. 155. — Ramis supremis tetragonis, sparse furfuraceis, inferne denudatis; foliis breviter petiolatis lanceolato-oblongis obtusiusculis, margine omnino revolutis ideoque folia linearia mentientibus, supra glabris canaliculatis, subtus interdum furfuraceis, saepius glabratis, uninerviis; capsulis maturis axillaribus solitariis pedunculatis bibracteatis. ♁ — Frutex aut arbuscula. Folia 1½–2 cent. longa, 2–4 millim. lata. — Crescit circa Capanema in Brasiliae provincia Minarum generalium.

Tribus III. *OSBECKIEAE* DC. l. c. 127.

6208. **LASIANDRA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 127. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 128.)

1. L. OSBECKIOIDES Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 720. — Ramis subtetragonis, setis adpressis ad nodos longioribus validioribus asperis; petiolis brevibus nervisque foliorum subtus setis flavidis munitis; foliis ovatis acutis, basi subcordatis, margine integerrimis, praeter nervos 2 marginales vix conspicuos evanescentes trinerviis, supra setis adpressis asperis, subtus mollioribus tomentellis; paniculae terminalis ramosae ramulis bifidis 1–3-floris; floribus ante evolutionem bracteatis; calycibus glanduloso-setosis, inter calycis lacinias intus coloratas glabras plerumque seta validiore notatis; filamentis basi pilosis; stylis glabris. — Crescit in Brasilia.

6210. **CHAETOGASTRA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 131. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 130.)

1. CH. RHYNCHANTHERA Bth. Plant. Hartweg. p. 180. no. 1001. — Fruticosa: ramulis molliter rufo-hirsutissimis; foliis ovatis oblongisve quintuplinerviis, utrinque molliter adpresse villosis, subtus canescentibus; floribus tetrameris; antheris alternis longe rostratis, connectivo basi longe subulato-appendiculato, alternis parvis cassis. ♁ — Pluribus notis convenit cum descriptione *Ch. canescentis*, sed imprimis antheris dissimilibus, fere *Rhynchantherae*, distinctissima. Folia semipollicaria vel vix pollicaria. Flores in axillis superioribus solitarii vel ramulo florifero axillari brevissimo 3–5-ni, longiuscule pedicellati. Calycis molliter hirsuti tubus oblongus, limbi laciniae lanceolatae obtusiusculae tubo vix breviores. Petala obovata obtusa majuscula. Capsula quadrilocularis. Semina cochleata. Frutex 3–4-pedalis. — Crescit prope pagum Pacho in provincia Bogotensi.

2. CH. LHOTSKYANA Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 720. — Fruticosa: ramis inferne glabrescentibus teretiusculis, sursum obscure tetragonis, cum petiolis paniculaeque ramis densissime pilis rigidulis patentibus obsitis, praeter nervos duos submarginales vix conspicuos trinerviis; floribus axillaribus terminalibusque laxe cymosis; calyce ovato, basi attenuato striato villoso, laciniis 5 ovato-lanceolatis coloratis ciliatis; ovario setis longis rigidis coronato. ♁ — Crescit in Brasilia.

6211/1. **BRACHYANDRA** *Naudin.*

(Naudin, Ann. des sc. natur. [3. Sér.] II. 143.)

Calyx quadrifidus, tubo campanulato, divisionibus ovatis acutis simplicibus ciliatis. Petala late obovata vel subrotunda patula. Stamina 8 inaequalia, 4 majorum cum petalis alternantium antherae fertiles subellipticae,

apice truncato late biporosae, connectivo infra loculos vix producto, 4 minorum antherae abortivae clavatae. Corona nectarea non producta. Ovarium basi adhaerens ovatum, apice villosum 4-loculare. Stylus subulatus glaber. Stigma punctiforme. Capsula calyce persistente vestita ovata quadrilocularis loculicide quadrivalvis, valvis medio septiferis. Semina numerosa cochleata, placentis productis margine incrassatis affixa. — Herba pusilla vix semidecimetralis: caule filiformi simplici; foliis subsessilibus lanceolato-ellipticis integerrimis pilosulis trinerviis; floribus paucissimis sessilibus terminalibus axillaribusque subsolitariis; petalis bimillimetralibus late obovatis albis.

1. *BR. PERPUSILLA Naudin l. c. 144. — ☉? — Crescit in palude exsiccata prope Salgado in Brasiliae provincia Minas Geraës.

6211/2. **MONOCHAETUM** *Naudin.*

(*Arthrostemma* sect. V. *Monochaetum* DC. Prodr. III. 135.)

1. M. LATIFOLIUM Naudin, Annales des sc. natur. [3. Sér.] IV. 49. t. 2. fig. 1. A. — Fruticosum suffruticosumve: ramis fuscescentibus, hinc et inde lineis duabus albicantibus (saltem in siccis speciminibus) notatis, pilosulis, ad nodos setulas verticillatas gerentibus; foliis (5–6 centim. longis, 3 latis) ovatis subacuminatis acutis mollibus integerrimis, supra inter nervos, subtus autem in nervis nonnihil villosis interdumque fere glabris, praeter nervulos marginales quintuplinerviis, petiolis circiter centimetralibus; cymis pedunculatis axillaribus terminalibusque 3–7-floris; floribus pedicellatis purpureis vel violaceis. ♁? ♃? — Calyx tubo oblongo-campanulato, in capsula 8-nervio, laciniis limbi membranaceis, illo longioribus deciduis. Petala omnino obovata, 3½ centim. longa. Stamina inaequalia, 4 cum petalis alternantium antherae extrorsum falcatae, calcari horizontaliter extenso et revoluto, filamento breviusculo applanato, 4 petalis oppositorum filamenta quam in prioribus longiora, pariter applanata, antherae introrsum falcatae, calcari ascendente omnino in formam lanceae conflato, acutissimo. — Crescit in regno Novo-Granatensi (Venezuela).
2. M. UMBELLATUM Naudin l. c. — Fruticosum: ramis e tetragono teretibus pilosulis; foliis (4–5 centim. longis, 2 latis), elliptico-lanceolatis, utrinque acutis integerrimis, supra inter nervos impressos glabros lineatim villosulis, subtus contra nervis solis pilosis, septuplinerviis (petiolis circiter centimetralibus); floribus ad apicem ramorum in corymbos vel umbellas dispositis violaceo-purpureis. ♁ — Calyx tubo oblongo purpurascente gradatim in pedicellum 1–2 centim. longum abeunte, laciniis membranaceis tubum paullo superantibus caducis. Petala genitaliaque ut in praecedente. — Crescit ad ripas Orinoci et circa Caracas.
3. M. FUSCESCENS Naudin l. c. 50. — Caule ramisque teretiusculis fuscescentibus pilosis, ad nodos pilis brevibus patentibus coronatis; foliis (3–4 centim. longis, 1 latis) lanceolatis acutis integerrimis quinquenerviis, supra inter nervos lineatim villosis, subtus autem praecipue in nervis villosis (petiolis 5 millim. longis); floribus ad apicem ramulorum nunc solitariis, nunc in corymbos paucifloros dispositis, pedicellis semi–sesquicentimetralibus; calycibus in capsula matura 8–nerviis, laciniis persistentibus. ♁ — Flores suppetentes incompleti. — Crescit in Andibus Peruvianis circa Loxam.
4. M. ALPESTRE Naudin l. c. — Fruticulosum: ramis supremis subtetragonis, sparse pilosis; foliis circiter (1 centim. vel paullo ultra longis) ovatis subacuminatis subintegerrimis, praeter margines setuloso-ciliatos nervosque subtus sparse pilosulos glabris trinerviis; floribus ad apicem ramulorum nunc solitariis, nunc approximatis ideoque corymbum pauciflorum mentientibus; calycibus setulosis purpurascentibus; petalis purpureis. ♁ — Calyx tubo campanulato, laciniis persistentibus. Petala videntur centimetralia. Stamina inaequalia, 4 majorum calcar subtriquetrum, horizontaliter extensum, minorum vero applanatum ascendens. — Crescit in Cordilleris Mexicanis.
5. M. RIVULARE Naudin l. c. t. 2. fig. 1. F. — Fruticosum: ramis hirsutissimis rufescentibus; foliis breviter petiolatis (2½–3 centim. longis, 7–10 millim. latis)

ovato-oblongis acutiusculis integerrimis, utrinque (subtus etiam inter nervos) villosis triplinerviis, nervis impressis (petiolis 2–4 millim. longis); cymis multifloris axillaribus in paniculas terminales foliosas congestis; calycibus intense violaceis; floribus albis et roseis. ♁ — Calycis post anthesin tubus 8-nervius, limbi laciniae tubum subaequantes persistentes. Pedicelli ½–1 centim. longi. Petala obovata 8 millim. circiter longa. Staminum majorum antherae subfalcatae, calcari sursum revoluto, minorum rectae, calcari irregulariter contorto vel ascendente, non manifeste applanato. — Crescit in Mexico prope Cacate ad rivulorum margines.

6. M. ENSIFERUM Naudin l. c. t. 2. fig. 1. E. — Fruticosum: ramis subdivaricatis tetragonis, sparse pilosulis, ad nodos pilis patentibus coronatis, demum epidermide in lacinias soluta glabratis; foliis (1–2 centim. longis, 3–5 millim. latis) lineari-lanceolatis obtusiusculis integerrimis, supra glabris, subtus villosulis, parum conspicue trinerviis (petiolis 2–4 millim. longis); floribus ad apicem ramulorum terminalibus solitariis roseis. ♁ — Calyx tubo breviter villoso, pedicellum aequante, laciniis roseis persistentibus. Petala late obovata ferme 1¼ centim. longa. Staminum majorum antherae longae subulatae rubrae, calcari cultriformi horizontaliter extenso luteo, 4 minorum luteae, calcari ascendente. — Crescit in Mexico in Cordilleris provinciae Oaxaca.

7. M. HARTWEGIANUM Naudin l. c. 51. — Suffruticosum erectum: ramis novellis subtetragonis, veterioribus teretibus hirtis; foliis (4–5 centim. longis, 1½ latis) ovato-lanceolatis acutis integerrimis, supra inter nervos seriatim parceque villosis vel interdum fere omnino glabratis, subtus undique, sed praecipue in nervis pariter villosis, adjectis nervis submarginalibus quinquenerviis et interdum subquintuplinerviis; paniculis partialibus cymosis in paniculam terminalem majorem foliosam purpurascentem congestis; floribus roseis. ♁ — Calycis tubus oblongo-campanulatus lacinias limbi persistentes aequans. Stamina ut in praecedente. — Crescit in Columbia et in Cordilleris Mexicanis.

8. M. TRIPLINERVE Naudin l. c. — Fruticulosum: ramis teretiusculis hirsuto-villosis, ad nodos setis verticillatis patentibus coronatis; foliis (1½–3 centim. longis, 3–6 millim. latis) acutiusculis integerrimis, supra inter nervos impressos glabros villosulis, subtus autem in nervis solummodo villosis triplinerviis, petiolis 2–4 millim. longis; floribus ad apicem ramulorum terminalibus solitariis roseis; capsulis nutantibus. ♁ — Calyx tubo oblongo-turbinato basi in pedicellum fere centimetralem gradatim abeunte, in capsula matura 8-nervio, laciniis tubo brevioribus, demum reflexis, persistentibus. Petala circiter 1 centim. longa late obovata. Genitalia ut in *M. myrtoideo*. — Crescit in Columbia.

9. *M. CANDOLLEANUM Naudin l. c. — *Arthrostemma calcaratum* DC. l. c. 138.

10. *M. (ARTHROSTEMMA DC. l. c.) MYRTOIDEUM Naudin l. c. t. 2. fig. 1. D.

11. *M. (ARTHROSTEMMA DC. l. c.) BONPLANDII Naudin l. c. t. 2. fig. 1. B.

12. *M. (ARTHROSTEMMA DC. l. c.) MULTIFLORUM Naudin l. c. 52. t. 2. fig. 1. C.

13. M. (ARTHROSTEMMA) HUMBOLDTIANUM Kth. Delect. semin. pl. hort. Berol. 1844. collect. adnot. no. 15. — Fruticosum: ramulis quadrangulatis setoso-pilosis; nodis setoso-barbatis; foliis petiolatis oblongis acuminatis, basi in petiolum angustatis, quintupli- vel septuplinerviis, supra inter, subtus ad nervos setoso-pilosis; pedunculis terminalibus dichotome plurifloris; calycibus striguloso-sericeis; petalis obovato-subrotundis muticis; antheris arcuatis, in appendicem ascendentem bifidam productis. ♁ — Flores speciosi purpurei, magnitudine floris *Oenotherae biennis*. Antherae purpurascentes, appendicibus luteis. — Affine *Monochaeto dicrananthero* Naudin. — Crescit in Caracas.

† *Species minus notae.*

14. *M. ARTHROSTEMMA DC. l. c.) DICRANANTHERUM Naudin l. c. 52.

15. *M. (ARTHROSTEMMA DC. l. c.) LINEATUM Naudin l. c.

6212. **HEERIA** *Schlchtd.*

(Schlchtd. Linnaea XIII. 432.)

1. H. CUPHEOIDES Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 93. t. 33. — Herbacea pumila: caule tetragono ad angulos setuloso vel glabro; foliis petiolatis ovatis oblongisve acutis integerrimis trinerviis, supra sparse pilosis, subtus puberulis; floribus sessilibus in axillis superioribus solitariis tetrameris. ☉? — Herba tenera erecta ramosa, semipedalis vel paullo altior. Folia 9–10 lin. vel vix pollicem longa, acutiuscula, basi rotundata vel cuneata, petiolus 2–3 lin. longus, pili sparsi, in pagina superiore longiusculi, in inferiore breves, venae transversales subtus conspicuae. Flores in axillis superioribus alternatim solitarii, axilla altera cujusve paris foliorum sterilis. Pedicelli brevissimi vel subnulli. Bracteae nullae. — Crescit in isthmo Panamensi.

2. H. ELEGANS Schlchtd. Linnaea XIII. 432. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 132. *) — Fruticulosa depressa: ramulis erectis adpresse pilosis; foliis late vel subrotundo-ovatis, utrinque obtusis vel basi acutis crenulatis ciliatis, utrinque glabris, nervis infra strigosis; floribus terminalibus pedunculatis solitariis tetrameris. ☉ — Caules spithamaei vel bipedales radicantes ramosi. Folia membranacea, maxima vix pollicaria, 8 lin. lata, petiolus trilinearis, pleraque tamen minora ad trium linearum diametrum diminuta. Pedunculus terminalis semipollicaris vel pollicaris. Calycis tubus setulis pallescentibus, apice purpurascentibus horridus. Petala 5 lin. longa cuneato-obovata obtusa. Filamenta sanguinea (violacea sunt uti petala in siccis), antherae concolores. — Crescit in Mexico in umbrosis prope Jalapam et Chiconquiaco.

6217. **PLEROMA** *Don.*

(DC. Prodr. III. 151. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 132. et 917.)

1. PL. CORYMBOSUM Bth. Plant. Hartweg. p. 181. no. 1007. — Fruticosum: ramis tetragonis strigosis; foliis ovali-oblongis trinerviis, supra rigide, subtus tenuiter adpresse strigosis; racemis brevibus corymbiformibus; bracteis lineari-lanceolatis caducis; calycis strigosi laciniis lanceolatis, dorso setosis, margine membranaceis; filamentis hispidis, stylo glabriusculo. ☉ — Frutex 3–4-pedalis, habitu *Pl. Martianum* refert. Folia 1–1½-pollicaria, breviter petiolata acutiuscula, basi rotundata, subtus flavicantia. Corymbi paucillori, pedunculis inferioribus 2–3-floris. Flores magnitudine *Pl. Martiani*. Calycis tubus obovatus, maturitate subglobosus. Capsula fere libera 4–5-locularis 4–5-valvis. — Crescit in sylvis prope Popayan, altitudine 6,000 pedum.

† *Icones addendae.*

PL. KUNTHIANUM Paxton, Magaz. of bot. XI. 125. (c. ic.)
PL. PETIOLATUM Paxton l. c. 267. (c. ic.)

6219. **MELASTOMA** *Burm.*

(DC. Prodr. III. 144. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 132.)

1. M. PUNCTATUM Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 229. — Ramulis squamatis; foliis oblongo-ovatis acuminatis, basi obtusis, supra setigeris, subtus setigeris vel punctatis, nervis squamatis; floribus corymbosis vel solitariis; calyce scarioso-squamato, laciniis linearibus acuminatis; staminibus alternis, connectivo elongato hamato-appendiculato. ♄ — Arbuscula 3–6-metralis, stirpibus pluribus e trunco brevi productis strictis, subteretibus glabriusculis cinereo-fuscis, rami pauci, praesertim apicem versus conferti erecto-patentes vel patentes subteretes glabrescentes, ramuli oppositi vel decussati, axillares saepe abortivi erecto-patentes, obtuse quadrangulares, novelli compresse quadrangulares et quadrisulcati, dense squamati, squamis elongato-ovatis acuminatis serratis scariosis, in nodis ovato-linearibus vel setiformibus. Folia ad apicem ramulorum aggregata decussata patentia oblongo-ovata acuminata, basi obtusa, crenulata, supra setigera, subtus in nervis primariis squamata et in nervis secundariis venisque setigera vel abortu setarum punctata, coriacea quinquenervia,

nervis mediis supra basin folii productis, nervis lateralibus margini approximatis, minoribus e basi progredientibus, 0,035 lata, 0,09 longa, petioli semiteretes, basi incrassati, supra canaliculati, squamis setisque scariosis tecti, 0,015 longi. Gemmae cuneiformes setosae. Flores in ramulorum apicibus terminales, solitarii, terni vel plures, subcorymbosi, pedunculi triangulares, aciebus acutis, dense scarioso-squamulati, bracteae ad basin pedunculorum insertae, solitariae vel geminatae elongato-ovatae acuminatae, supra ad basin glabrae et apicem versus setosae, subtus squamatae, subcoriaceae uninerviae. Alabastrum ovoideum. Calycis extus squamis lanceolatis dentatis scariosis vestiti tubus campanulatus obscure pentagonus, basi obtusus, limbus quinquepartitus, laciniis linearibus acuminatis, intus supra basin setosis, tubo longioribus deciduis, aestivatione contortis, appendicibus quinque cum laciniis alternantibus lanceolatis. Corolla subcampanulata pentapetala, aestivatione in alabastrum obtusum contorta, petala infra faucem calyci inserta oblongo-obovata obtusa, apice barbata, basi in unguiculam angustata, utrinque glabra, 0,02 longa, 0,01 lata, subcoriacea purpurea. — Crescit in insulae Javae sylvis Burangrang.

2. M. PULCHERRIMUM Krthls. l. c. 231. — Ramulis setoso-paleaceis; foliis ovatis vel oblongo-ovatis acuminatis, basi obtusis, supra hirtellis, subtus in nervulis hirsutis, in nervis setoso-paleaceis; floribus solitariis vel ternis; calyce setoso-paleaceo; staminibus petalis et calycis laciniis oppositis, connectivo elongato brevissimo. ♂ — Arbuscula 1–2-metralis, truncus brevis, corona sphaerica vel obovoidea, stirpes plures ex eodem trunco productae, rami subteretes, subtetragoni, in nodis incrassati glabri vel glabrescentes cinerei fusco-maculati; ramuli versus apicem ramorum aggregati, oppositi vel abortu alterni, ramulo axillari abortiente, subverticillati erecto-patentes, apicem versus incurvati compressi, aciebus obtusis, bicarinati, paleis setiformibus recurvis apice incurvis rubris vel purpureis tecti. Folia decussata subpatentia distantia ovata vel oblongo-ovata acuminata, basi obtusa, in quibusdam subcordata, in aliis angustata integerrima vel subcrenulata, crenulis setas emittentibus, supra hirsuta, hirsutie flexuosa, subtus in nervis primariis setoso-paleacea et in nervis secundariis hirsuta, coriacea quinque-septemnervia, nervis tribus vel quinque in foliorum apicem excurrentibus, 0,13 longa, 0,06 lata, petioli semiteretes, supra sulcati, basi dilatati, setoso-paleacei, 0,03 longi. Flores in apice ramulorum terminales, solitarii vel terni, pedunculi breves subteretes, setis subuliformibus patentibus incurvatis muniti, bracteae geminatae, basi pedunculi affixae subopposite sessiles erectae ovatae acuminatae, supra glabrae, subtus setosae membranaceae uninerviae. Alabastrum junius bracteis inclusum, adultius ovoideum, setoso-paleaceum. Calycis tubus campanulatus setoso-paleaceus, paleis pluribus ex uno puncto productis subuliformibus curvatis flavescentibus, limbus quinquepartitus quinqueappendiculatus deciduus, aestivatione convolutus, partes elongato-triangulares, intus glabrae, extus setosae, appendices lineares, apice dilatatae obtusae setigerae. Corolla pentapetala, aestivatione contorta obtusa. Petala infra limbi divisionem annulo inserta, patentia obovata obtusa, basi lata, subcarnosa. — Crescit in insulae Borneo monte Bahay.

3. M. BORYANUM Krthls. l. c. 232. — Ramulis setosis; foliis ovalibus vel ovatis acutis vel emarginatis, basi acutiusculis, supra adpresse hirtis, subtus hirtis vel glabrescentibus, nervis setosis; floribus terminalibus; calycis laciniis lineari-triangularibus acuminatis; staminibus calycis laciniis oppositis connectivo elongato, staminibus oppositipetalis connectivo brevi instructis. ♁ — Fruticulus magnitudine unius vel duorum dodrantium, stirpibus pluribus ex eodem trunco brevi saepe rhizomatoideo nodoso productis, caules subteretes, basi crassiores, in ramulorum insertione nodosi, rimosi, cortice saepe in lacinias longitudinaliter secedente, glabrescentes fusci, ramuli basi caulis saepe alterni, apicem versus oppositi vel decussati erecto-patentes obscure tetragoni, novelli compresse tetragoni sulcati, setis adpressis brevibus in internodiis et setis longioribus subuliformibus in nodis ipsis muniti.

Folia ramulorum apicem versus conferta opposita, ultima subverticillata, ovalia vel ovata, basi acutiuscula in quibusdam obtusa, apice acuta vel emarginata crenulata, supra adpresse hirta, subtus in nervis primariis setosa, inter nervos hirta, adultiora glabrescentia coriacea trinervia latiora subquinquenervia, nervis lateralibus margine approximatis vix conspicuis, 0,04 longa, 0,015 lata, petioli subteretes, supra sulcati setosi, 0,005 longi. Gemmae sessiles axillares dense setosae. Flores in apicibus ramulorum terminales, pedunculi subteretes dense setosi breves, bracteae nullae vel subulatae, alabastrum elongato-ovoideum attenuatum. Calyx aestivatione subcontortus, setis subuliformibus basi in tuberculos incrassatis tectus, tubo campanulato basi rotundato vel acutiusculo, limbo quinquepartito quinqueappendiculato deciduo, partibus lineari-triangulatis acuminatis, utrinque setosis, longitudine tubi vel longioribus, appendiculis inter calycis lacinias dispositis spathulatis setosis. Corolla infra faucem calyci inserta pentapetala, aestivatione contorta, petala calycis partibus alterna, obovata inaequilatera obtusa truncatave, apice barbata, margine saepe undulata, glabra subcoriacea rosea, 0,035 longa, 0,02 lata. Stamina 10 inaequalia, majora calycis partibus, minora petalis opposita, filamenta linearia, in medio longitudinis latiora glabra, antherae ovato-cylindricae, antice sulcatae, apice dehiscentes, connectivo majorum longitudinem loculorum superante arcuato, obscure tetragono, intus ad basin in auriculas duas obtusas producto, connectivo minorum brevi, intus breviter obtuse biauriculato. Ovarium calycis tubo duabus tertiis adnatum et paullo ultra eundem productum oblongo-ovoideum, disco vertice carnoso setoso cylindrico, in parte libera setosum, qninqueloculare, ovula numerosa, placentas oblongas extremetatibus obtusas foveolatas carnosas lamellae ope axi loculi affixas tegentia campylotropa, stylus basi annulo discoideo cinctus teres, apicem versus subclavatus, glaber, stigma cylindricum, parte inferiore subconstrictum. Capsula calycis limbo obtuse quinquedentato cincta, ovoidea vel subrotunda, in parte libera dense setosa, irregulariter cum tubo calycis longitudinaliter vel in parte superiore circumscisse dirumpens, epicarpio et sarcocarpio coriaceo, endocarpio crustaceo foveolato, quinquelocularis, placenta carnosa obscure purpurea profunde foveolata. Semina numerosa minuta, tertia parte in foveolis placentae immersa, erecta seriatim disposita, difformia, alia ovata angulata, alia inaequaliter nephroidea, foveolata, foveolis serialibus approximatis circularibus, hilum micropylae approximatum, oblongum marginatum, omphalodio occupatum, micropylae in apice, parte uncinata, seminis testa crustacea, tegmen membranaceum, nucleus oblongo-ovoideus vel teres curvatus, extremitatibus obtusus, parte cotyledonea emarginatus, parte radiculari saepe apiculatus. — Crescit in insulae Borneo monte Pamatton.

4. **M. NITIDUM** Krthls. l. c. 234. — Ramulis squamulatis; foliis ovatis acutis, basi obtusis vel angustatis; floribus solitariis; calycis setosi laciniis oblongo-linearibus acuminatis. ♁ — Frutex 1-2-metralis, stirpibus pluribus ex eodem trunco brevi productis erectis vel erecto-patentibus teretibus glabrescentibus cinereis, rami sparsi alterni subteretes, squamulis subulatis basi incrassatis arcte adpressis sparsis vestiti, ramuli ramorum apicem versus dispositi alterni v. oppositi, axillares saepe abortivi, obscure tetragoni squamulati, in nodis squamis subuliformibus paucis saepe tribus obsiti fusci. Folia decussata patentia ovata, quaedam ovalia, basi obtusa vel angustata, apice acuta apiculata, integerrima vel crenulata, supra setis brevibus subuliformibus e vaginis albidis productis vestita, subtus in nervis primariis squamulis subulatis basi incrassatis praedita, inter nervos hirsuta, glabrescentia, coriacea quinquenervia, nervis omnibus e basi folii productis vel lateralibus supra basin bifidis, 0,04 lata, 0,065 longa, juniora et evolventia supra dense vestita, subtus in nervis primariis dense et inter nervos sparsim vestita, petioli 0,015 longi, semiteretes, supra canaliculati ibidemque setis squamulatis dense obsiti, margine setis subulatis vestiti. Flores in apice ramulorum solitarii terminales, pedunculus teres setosus, basi setarum subuliformium annulo cinctus. Calyx fructum immaturum includens campanulatus, basi rotundatus, versus lim-

bum paullo constrictus, setis subuliformibus basi incrassatis erecto-patentibus vestitus, limbus quinquepartitus quinquecappendiculatus, partes deciduae oblongo-lineares acuminatae, intus apice, extus omnino setosae, appendiculae calycis partibus alternantes semiteretes, in setas excurrentes. Capsula duabus tertiis partibus calyci adnata rotundato-ovoidea quinquesulcata, disco carnoso excavato obsolete quinquedentato setoso coronata, parte libera setosa, epicarpio et mesocarpio tenui, endocarpio crustaceo, quinquelocularis. — Crescit in insulae Borneo monte Sakoembang et ad ripas fluvii Pankinan.

5. **M. JACKIANUM** Krthls. l. c. 227. — Ramulis squamulatis; foliis oblongo-ovatis acutis, basi obtusis, supra setulosis, subtus setosis, nervis squamulatis; floribus corymbosis ternis vel solitariis; calyce paleaceo; staminibus alternis, connectivo elongato biauriculato. ♂ — Arbuscula bi- vel trimetralis, habitu varia, rami saepe distantes subtetragoni, squamulis parvis triangularibus vestiti cinerei, ramuli oppositi erecto-patentes, apicem versus saepe incurvati, quadrangulares quadrisulcati, squamulis triangularibus muniti, novelli compresse quadrangulares, dense squamulati, rami ramulique saepe nodosi vel dilatati in ramulorum et foliorum insertione ibidemque squamuloso-setosi. Folia decussata erecto-patentia oblongo-ovata, basi obtusa, apice acuta apiculata subintegerrima vel minute crenulata, supra setosa, setis margine crebrioribus, subtus setosa in nervis cum squamulis elongato-triangularibus, coriacea, 0,10 longa, 0,035 lata quinquenervia, nervi curvati in apice folii cum nervo mediano confluentes. Gemmae elongato-conicae dense setosae et squamulosae, foliolis conduplicatis. Petioli semiteretes, supra sulcati, squamulati 0,01 longi. Flores terminales, raro axillares corymbosi, terni vel solitarii, pedunculi subtetragoni paleacei. Alabastrum ovoideum, bracteis duabus subrotundatis obtusis extus in medio paginae squamulosis involucratum. Calyx tubo elongato-campanulato, paleis lanceolatis imbricatis dense vestito, limbo quinquepartito, partes ante anthesin convolutae, apice saepe contortae, breviter triangulatae acutae, in medio paleaceae, margine ciliatae. Corolla pentapetala, fauci calycis inserta, aestivatione convoluta, petala cum laciniis calycis alternantia, late obovata obliqua obtusissima, sparse ciliata glabra laete rosea. Stamina 10 inaequalia, 5 majora calycis laciniis, 5 minora petalis opposita, filamenta subaequalia, magnitudine parumper diversa, antherae oblongae, apice recurvae, basi obtusae, intus sulcatae, apice poro unico pollen emittentes, connectivum majorum elongatum falcatum ad insertionem in auriculas duas acutas productum, connectivum minorum breve ad basin lateris interni auriculis duabus obtusis instructum. Ovarium dimidia parte cum calyce concretum, disco perigyno carnoso coronatum subrotundum, parte libera setosum, quinqueloculare, loculis multiovulatis, ovula placentas triangulares tegentia. Stylus teres sigmoideus glaber, stigma papillatum capitatum. Capsula calyce inclusa rotundo-ovoidea, apice constricta, annulo setarum coronata, irregulariter tamen saepe circumscisse disrumpens quinquelocularis, dissepimenta subcoriacea, placentae triangulares carnosae purpureae, lamellae ope axi affixae. Semina numerosa minuta, basi in placenta immersa, compresse cochleata, apice rotundata, basi truncata albida, hilum circulare excavatum, exostomium curvatum, testa crustacea foveolata, tegmen membranaceum, embryo hippocrepiformis cylindricus, radicula obtusiuscula, cotyledones obtusae. — In insula Sumatra occidentali.

6219/1. **OCTOMERIS** *Naudin.*

(Naudin, Annales des sc. natur. [3. Sér.] IV. 52.)

Calyx octodentatus, dentibus distantibus angustis, basi membrana intus duplicatis, tubo campanulato saepe in lacinias irregulariter ad medium usque lacerato. Petala 8 cuneato-obovata retusa inaequilatera. Stamina 16 aequalia conformia, antheris subulatis nonnihil falcatis uniporosis, connectivo infra loculos non producto sed interdum postice tuberculato. Ovarium tubo calycis semiadhaerens ovatum, apice angustatum profunde umbilicatum, 8-loculare. Stylus crassus stigmate clavato terminatus. Placentae lamelli-

formes productae, margine incrassatae, ovulis undique coopertae. Fructus (in una tantummodo specie nempe *O. rostrata* visus) bacca exsucca calyce carnosulo vestita. Semina ovata nec angulata. — Frutices Andini Peruani vel Novo-Granatenses hirsuti: floribus paniculatis, *Miconias* permultas facie referentes.

1. O. ROSTRATA Naudin l. c. 53. t. 2. fig. 3. A. — Ramis supremis paniculisque terminalibus piloso-villosis rufescentibus vel ferrugineis; foliis petiolatis (1–1½ decim. longis, 5–8 centim. latis) ovalibus acuminatis acutis, tenuiter denticulatis, supra piloso-tuberculatis, subtus foveolatis pubescenti-villosis, adjectis nervis marginalibus 7–9-nerviis. ♁ — Calycis dentes brevissimi, tubus in lacinias obtusas irregulariter divisus. Petala fere 1 centim. longa alba. Antherae in rostrum longiusculum apice angustatae, connectivum postice ad insertionem filamenti nonnihil incrassatum.

   β. omnino villosa rufa: antheris non omnino rostratis sed apice subulatis. Crescit in Caracas et Cumana.

2. O. TUBERCULATA Naudin l. c. t. 2. fig. 3. B. — Ramis supremis paniculisque terminalibus rufo-villosis, petiolis saepe villoso-purpureis; foliis (12–18 centim. longis, 5–7 latis) ovato-lanceolatis vel omnino lanceolatis acuminatis denticulatis, supra tuberculato-pilosis, subtus foveolatis pubescentibus, adjecto utroque nervo marginali 7–9-nerviis. ♁ — Calycis dentes brevissimi, tubus in lacinias 3–5 irregulariter divisus. Petala circiter 1 centim. longa. Antherae falcatae non rostratae, connectivum postice supra filamenti insertionem tuberculo minimo instructum. — Crescit in Andibus Venezuelae.

3. O. MACRODON Naudin l. c. t. 2. fig. 3. C. — Ramis supremis, petiolis, foliis junioribus paniculisque dense villosis interdumque omnino crinitis ferrugineis; foliis adultis (1½–2 vel etiam 3 decim. longis, 12–18 centim. latis) cordiformi-ovatis acuminatis crenulatis, supra pilosis, subtus vix conspicue foveolatis, 7– vel rarius 9-nerviis; paniculis subumbellatis paucifloris axillaribus terminalibusque. ♁ — Calycis dentes fere longitudine tubi, distantes subulati criniti. Petala ferme sesquicentimetralia oblongo-cuneata alba. Staminum connectivum nullo modo productum nec tuberculatum. — Crescit in Andibus Venezuelae prope Truxillo.

4. *O. BONPLANDII Naudin l. c. 54. — *Melastoma octona* Bonpl. Melast. t. 4. — *M. heterotrichum* DC. Prodr. III. 173.

6220. **OTANTHERA** *Blume.*

(Blume, Flora [B. Z.] XIV. 488.)

1. O. BRACTEATA Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 235. t. 51. — Ramis ramulisque obscure tetragonis setigeris; foliis ovalibus acutis, utrinque setigeris; floribus racemoso-paniculatis bracteolatis. ♁ — Arbuscula 2–3-metralis, rami patentes abortu alterni obscure tetragoni, duobus lateribus rotundatis, caeteris planis, setigeri, in nodis dilatati, crebre setosi, ramuli patentes, ultimi saepe incurvati, compresse et obscure tetragoni, in nodis latiores, quadrisulcati setosi, novelli setis omnino tecti. Folia diffusa, versus apicem ramorum sita decussata ovalia, adultiora saepe ovata subcordata, juniora ovalia vel oblongo-ovalia acuta, basi obtusa serrulata, supra breviter setosa, subtus praesertim in nervis primariis et secundariis setosa, coriacea septemnervia, nervis secundariis subparallelis approximatis, 0,11 longa, 0,05 lata, petioli semiteretes, supra sulcati, dense setosi 0,015 longi. Flores terminales vel axillares subsessiles vel pedunculati racemosi, racemis subpaniculatis, bracteis 4–5 sessilibus subrotundis vel reniformibus cucullatis acutis vel obtusiusculis, intus glabris, extus setosis suffulti. Calyx in alabastro ovoideus, dense setis longis saepe partitis vestitus, tubus rotundato-ovoideus, basi obtusa rotundatus, limbum versus constrictus, limbus quinquepartitus quinqueappendiculatus, appendiculis linearibus, apice trifidis, cum partibus triangularibus acutis intus glabris alternantibus. Corolla in alabastro semiovoideo obtuso aestivatione convoluta, pentapetala, petala

margini annulari inserta obovata obtusa, breviter unguiculata dentata membranacea paucinervia. — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Singalang.

2. O. MOLUCCANA Blume l. c. 489. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 135.*) — Ramis teretibus glabris, extimis compresse tetragonis; petiolis foliisque elliptico-lanceolatis acuminatis subtus in nervis sparse setosis; panicula terminali trifida, ramis trifloris. ♄ — Folia subintegerrima quinquenervia membranacea scabrella, nervis subtus caerulescentibus. Flores parvi albidi, laterales bibracteolati, intermedius brevissime pedunculatus ebracteatus. — *Melastoma Moluccanum* Blume, Bijdragen 1078. — DC. Prodr. III. 146 no. 20. — *Fragarius ruber* Rmph. Herb. Amboin. IV. t. 71. — Crescit in fruticetis Amboinae.

6221. **OSBECKIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 138. [excl. sect. 1. 2. 3.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 135. et 918.)

1. O. PHAEOTRICHA Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 424. — Radix perennis; caules plerumque plures pedales quadrangulares atro-purpurei, pilis flavidis rigidis patulis hispidi; folia opposita, inferiora breviter petiolata, superiora sessilia, ovato-lanceolata vel lanceolata 3–5-nervia acuta, leviter serrulata, supra punctis elevatis saepe nigricantibus hispida, flavo-viridia, inferne densius hispida (praesertim ad nervos) et viridi-flava; flores terminales capitato-conglomerati, bracteis foliaceis deflexis capitulo suppositis fulciti (quandoque etiam capitulum alterum inferius e ramulo axillari ortum adest); calyces pilis longis atro- vel fusco-purpureis rigidulis hispidissimi; petala purpurea. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei in graminosis prope Natalbay.

2. O. INCANA E. Mey. mss. ex Hochstett. l. c. — Caulis quadrangularis purpurascens, tomento brevissimo subincanus; folia opposita brevissime petiolata oblongo-lanceolata integerrima, basi subcordata, supra punctis stellatis scabra, subtus nervis quinque prominulis et venis transversis notata et incana; flores racemoso-paniculati, panicula seu racemus compositus terminalis 2–4-pollicaris; calyces pilis stellatis minutis incani, tubo globoso, segmentis ovato-lanceolatis tubum aequantibus; petala calycis limbo plus duplo majora, purpurea glabra. ♃ — *O. Umlaasiana* Hochstett. mss. — Crescit in Promontorio bonae spei inter arundines ad flumen Umlaas.

† *Icones addendae.*

O. ASPERA Blume. — (Repert. II. 136. no. 6.) — Wght. Icon. plant. Ind. orient. II. t. 377.

O. VIRGATA Don. — (Repert. II. 135. no. 4.) — Wght. l. c. t. 376.

O. TRUNCATA Don. — (Repert. II. 135. no. 2. et 136. no. 8?) — Wght. l. c. t. 375.

6222. **PTEROLEPIS** *DC.*

(*Osbeckiae* sect. 3. DC. Prodr. III. 140. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 137.)

1. PT. PUSILLA Miquel, Linnaea XVIII. 619. — Herbacea erecta: caule ramisque acute tetragonis, praesertim ad angulos setis rigidis adpressissimis scabris; foliis breviter petiolatis, summis sessilibus, oblongo-lanceolatis vel lanceolatis trinerviis, utrinque villosis; inflorescentia terminali di-trichotoma; floribus pedicellatis, medio subsessili; calycis tubo oblongo-conico, setis simplicibus vel fasciculatis plerumque apice glanduloso-capitellatis patulis, limbi laciniis late lanceolatis 4 acutiusculis subaristatis pectinato-ciliatis, tubo duplo brevioribus persistentibus, appendicibus e stipite brevi triaristatis vel inde a basi trisetis, calycis laciniis brevioribus. ♃? — Crescit in Surinam.

2. PT. HOSTMANNI Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 720. — Caule herbaceo (?) teretiusculo ramisque setis adpressis apicem versus patentibus strigosis; foliis (vix 10 lin. superantibus) ovato-oblongis trinerviis, utrinque adpresse setosis, subtus pallidioribus; floribus nunc axillaribus solitariis, nunc terminalibus confertis, nunc in racemum interruptum foliatum dispositis; calycis tubo subgloboso ovato valde nervoso et venoso, squamis angustis rigidis palmato-setosis obsito, laciniis

linearibus pectinato-ciliatis tubum aequantibus; petalis obovatis obtusis, seta tenuissima decidua terminatis. ♃ — An eadem ac species praecedens? — Crescit in Surinam.

Tribus IV. *MICONIEAE* DC. l. c. 152.

6229. **CLIDEMIA** *Don.*

(DC. Prodr. III. 155. — Wlprs. Bepert. bot. syst. II. 138. — *Tschudya* DC. l. c. 155.)

§. 1. *Inflorescentia axillaris.*

1. CL. BENTHAMIANA Miquel, Linnaea XVIII. 276. † — Ramis teretiusculis, petiolis, pedunculis, calycibus dense foliisque modice setoso-hirtis, his supra parcius setulosis, breviter petiolatis ovatis, ovato-ellipticis vel oblongis acuminatis, quinque- vel subquintuplinerviis minute denticulatis ciliatisque; paniculis cymosis axillaribus et terminalibus petiolum multo superantibus; calycis ovati dentibus 5 filiformi-setaceis; staminibus 10, antheris basi constrictis exauriculatis emarginatis; bacca calycis dentibus coronata quinqueloculari. ♁ — Crescit in Surinam.
2. CL. PARAGUAYENSIS Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 721. — Fruticosa: ramulis superioribus teretiusculis cum petiolis, pedunculis calycibusque pilis longis patentibus flavicantibus obsitis; foliis breviter petiolatis (1–2″ longis) ovatis, basi cordatis, apice breviter acuminatis, margine inaequaliter crenulatis quinquenerviis, supra sparsim, subtus densius pilosis; calycis tubo elongato ovato; laciniis 5 setaceo-lanceolatis; petalis oblongis quam antherae brevioribus. ♁ — Crescit in Paraguay.
3. CL. HETEROPHILA Steudel l. c. — Fruticosa: ramis teretibus, petiolis pedunculisque pilis brevioribus glanduliferis intermixtis multo longioribus eglandulosis hirsutis; foliis ovatis acuminatis, basi leviter cordatis, praeter nervum marginalem tenuissimum ultra medium folii evanescentem vel in junioribus deficientem quinquenerviis, supra pilis decumbentibus basi tuberculatis, subtus densius molliusque hirsutis, margine leviter serrulatis; paniculis axillaribus paucifloris; capsula rotunda; calycis lobis densissime hirsutis. ♁ — Crescit in Brasilia.
4. CL. CYANOCARPA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 94. — Ramulis teretibus; petiolis nervisque foliorum tomento pulveraceo ferrugineis; foliis cujusve paris valde inaequalibus ovatis breviter acuminatis subintegerrimis ciliatis quintuplinerviis, supra sparse setosis, subtus praeter venas glabris; pedunculis brevissimis axillaribus cymosis; pedicellis calyce multo longioribus; floribus parvis; calycibus setoso-hispidis brevissime 5-dentatis; bacca depresso-globosa. ♁ — Pluribus notis cum descriptione *Cl. diversifoliae* convenit, attamen specifice diversa videtur. Ramuli pro foliorum magnitudine tenues, pubes pulveracea, in junioribus densa demum evanescit. Folium cujusve paris alterum 6–8 poll. longum, petiolo pollicari, alterum a dimidio ad quadruplum minus. — Ad Tumaco.

§. 2. *Inflorescentia terminalis.*

5. CL. TRIFLORA Scheele, Linnaea XVII. 338. — Caule herbaceo erecto simplici tetragono strigoso; foliis oppositis subsessilibus lanceolatis trinerviis serrulatis lanatis, utrinque attenuatis; panicula terminali spiciformi, pedunculis oppositis trifloris bracteatis lanatis; bracteis oblongis acuminatis, subtus lanatis, margine ciliatis, intus coloratis glabris; sepalis lanceolatis lanatis; petalis 5 obovato-cuneatis apice ciliatis; staminibus 10 inclusis, filamentis glaberrimis; stylo glabro, stigmate capitato; fructibus ignotis. ♃ — Crescit in Brasilia.
6. CL. GLABRATA Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 721. — Ramis teretibus, paniculis petiolisque brevissimis setis longis flavescentibus confertis hirsutis; foliis ovato-oblongis, basi obtusis, apice acuminatis 5-nerviis integerrimis, supra (exceptis junioribus sparsim hirsutis) glaberrimis, margine ciliatis, subtus praesertim ad nervos et venas setoso-villosis; thyrso e ramificatione extrema terminali ramis breviore; ramulis paniculae oppositis apice floriferis; bracteis lanceolatis

acutis ciliatis intermixtis. ♄ — *Cl. bracteatae* DC. proxima, sed vix varietas. — Crescit in Surinam.

7. CL. RENGGERI Steudel l. c. — Ramis subtetragonis, petiolis paniculaeque ramis setis densissimis patentibus purpurascentibus; foliis supra setis sparsis rigidulis, subtus densioribus mollioribus tectis; foliis ovatis vel oblongo-ovatis acute et longiuscule acuminatis, basi obtusis, praeter nervos marginales obscuros quinquenerviis, margine serrulatis; paniculae terminalis ramis patentibus repetito-trichotomis, pedicellis unifloris; calycis tubo globoso, laciniis 5-6 acutis illo longioribus villosissimis. ♄ — Crescit in Surinam.

8. CL. FENESTRATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 94. — Ramulis petiolisque dense tomentosis; foliis cujusve paris inaequalibus petiolatis late ovatis acuminatis, margine crenulatis ciliatisque, basi subcordatis 7-9-nerviis, supra pustulatis setoso-hispidissimis, subtus tomentosis elevato-venosis; paniculis pauciflоris terminalibus mox axillaribus; floribus in ramulis 1-3 sessilibus; calycis tubo ovoideo, limbo breviter 5-dentato; petalis obtusiusculis. ♄ — Tomentum ramulorum densum et breve. Folia majora 4-8 poll. longa, petiolo 1-3-pollicari, alterum cujusve paris altero dimidio vel triplo minus, omnia subtus canescenti-tomentosa, venis valde elevatis eleganter fenestrata et pustulis in pagina superiore elevatis, in inferiore foveolato-depressis, quasi punctata. — Crescit in „Cocos Island."

9. CL. BARBINERVIS Bth. l. c. 95. — Ramis petiolisque villis longis rufis simplicibus ramosisque dense vestitis; foliis parum inaequalibus breviter petiolatis ovali-ellipticis suboblongisve acuminatis, basi rotundato-cordatis subintegerrimis 5-nerviis, supra setosis, subtus ad venas rufo-barbatis; panicula thyrsoidea terminali setoso-hispidissima; floribus capitato-congestis; calycis hispidissimi dentibus breviter subulatis. ♄ — Folia cujusve paris vulgo fere aequalia, alterum altero rarius subdimidio minus, majora 9-10 poll. longa, ramealia 4-5-pollicaria, setae paginae superioris numerosae, at non e pustula ortae. Panicula 2-3-pollicaris, rami pauci, ramulis capitulum ferentibus multiflorum, setis dense obtectum. — Crescit ad Tumaco et Guayaquil.

10. CL. POLYANDRA Bth. l. c. t. 34. — Ramis petiolisque glanduloso-pilosis et rufo-pubescentibus; foliis vix disparibus petiolatis amplis late cordato-ovatis acuminatis crenulatis 7-9-nerviis, utrinque viscido-puberulis; panicula brevi lata; floribus 7-9-meris polyandris; calycis dentibus latis acutis. ♄ — Ramuli ut in *Tococis* alternatim compressi, uti petioli, pedunculi et costae foliorum pilis glanduliferis rufo-hirsuti, pube brevi substellata rufescente intermixta. Folia 8-10 poll. longa, crenis inaequalibus. Panicula fere *Tococae*, cui haec species etiam floribus affinis, ut fere aequo jure vel ad hanc vel ad *Clidemiam* referri possit. Calycis tubus ovoideus, limbus cyathiformis 7-9-dentatus. Petala 7-9, obovata obtusa. — Crescit in Columbia.

11. CL. ALPESTRIS Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 101. — Ramulis compressis, petiolis, paniculis foliisque junioribus pube stellata decidua albido-lepidotis; foliis cujusque paris plerumque inaequalibus longe petiolatis ovatis acuminatis, basi cordatis 7-nerviis, utrinque scabriusculis integerrimis, margine petiolisque rufo-pilosis; paniculis terminalibus pilosis folio brevioribus; calyce campanulato piloso 5-dentato, dentibus brevibus obtusis. ♄ — Frutex 8-pedalis. Folia 4-5-pollicaria, 1½-2 poll. lata. Petioli 12-15 lin. longi. Petala oblongo-lanceolata acuta alba. Styli filiformes 4 lin. longi. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgaõs.

6231. **MYRIASPORA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 165. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 140. *)

1. M. SURINAMENSIS Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 722. — Foliis ovato-oblongis vel junioribus oblongo-lanceolatis (4-6 poll. longis, 2-3 latis) acute acuminatis, basi obtusiusculis, margine tenuiter serrulatis, ad nervos densius, in lamina spar-

sim flavescenti-hirsutis; floribus axillaribus solitariis binis vel ternis; pedicellis petiolos subaequantibus, basi bracteolis 3–4 obsitis; laciniis calycis abbreviatis, utrinque cum toto calyce densissime hirsutis; seminibus innumeris ovatis glabris. ♄ — Crescit in Surinam.

6232. **TOCOCA** *Aubl.*

(DC. Prodr. III. 165. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 141.)

1. T. ACUMINATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 94. — Ramulis setosis; foliis parum inaequalibus amplis oblongis, utrinque longe angustatis crenulatis 3–5-nerviis, supra sparse, subtus ad venas setosis, petiolis brevibus vesiculosis; thyrso brevi; calycibus setosis, margine truncatis minute dentatis. ♄ — Folia majora pedalia, altero cujusve paris altero vix quarta parte breviore, acumine longo acuto. Petioli 6–15 lin. longi, e maxima parte in vesicam oblongam dilatati. Thyrsus 2-3-pollicaris terminalis. Flores pentameri. — Crescit in Columbia.
2. T. PLATYPHYLLA Bth. Plant. Hartweg. p. 181. — Ramulis, petiolis pedunculisque setis longis crassis cartilagineis hispidissimis; foliis longe petiolatis amplis orbiculatis setoso-ciliatis septuplinerviis, supra sparse setosis, subtus ad venas rufo-pubescentibus, vesicis supra basin petioli parvis vel nullis; panicula thyrsoidea brevi terminali, floribus secus ramos sessilibus; calyce setoso hispido truncato; ovario nudo. ♄ — Frutex 3–4-pedalis, ab omnibus distinctissimus. Folium adest 9 poll. longum et latum, petiolo semipedali, basi truncatum, apice rotundatum cum acumine brevi lato acuto. Setae petiolorum et paniculae 3–6 lin. longae cum aliis parvis vel pube rufa hinc inde intermixtis. Panicula vix 4-pollicaris, ramis setis dense obsitis. Flores pentameri. Stigma crassum late capitatum, vel peltatum. — In declivitate occidentali Andium Popayanensium.

6234. **MAJETA** *Aubl.*

(DC. Prodr. III. 166. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 142.)

1. M. DISPAR Miquel, Linnaea XVIII. 277. † — Ramulis teretibus sursum teretiscompressis, petiolis, foliis subtus calycibusque setosis; foliis breviter petiolatis valde disparibus integerrimis (vix paullulum repandulis), supra sparse, subtus, praesertim in nervis parce setosis ibique pube minuta stellata vestitis, majori elliptico aequilatero anguste subfalcatim acuminato, basin versus attenuato basique rotundato vesicato, quintuplinervio (nervis 3 mediis supra vesicam solutis), minori valde exiguo inaequilatero acuminato, tri- vel subquinquenervio evesicato; floribus axillaribus solitariis vel geminis subsessilibus, bracteis quatuor late ovatis acuminatis carinatis; calycis dentibus angustis subelongatis. ♄ — In Surinam.

6236. **MEDINILLA** *Gaudich.*

(DC. Prodr. III. 167. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 142.)

1. *M. ERYTHROPHYLLA Lindl. — Wlprs. l. c. 143. no. 22. — Paxton, Magaz. of bot. X. 79. (c. ic.)
2. M. POLYANTHA Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 245. t. 61. — Ramulis teretibus; foliis quaternis oblongo-ovalibus acutis triplinerviis; floribus subumbellatis. ♄? — Caulis pseudoparasiticus teres, rami teretes, nodis incrassatis, cinerei glabri, ramuli curvati teretes glabri. Folia quaterna, saepe terna vel quina, oblongo-obovalia acuta, basi cuneata triplinervia, utrinque glabra coriacea 0,13 longa, 0,05 lata, petioli semiteretes glabri, 0,025 longi. Flores alares umbellulati, pedunculi obscure tetragoni glabri. Calyx tubuloso-campanulatus, fauce latiore, limbo truncato, glaber. Corolla in alabastro semiovoideo aestivatione convoluta, petala 4 obovata obtusa glabra carnosa rosea. Stamina 8 aestivatione inflexa dimorpha, filamenta filiformia glabra, antherae fertiles sigmoideae, apicem versus attenuatae, poro dehiscentes, connectivo introrsum bifido, extrorsum simplici, appendicibus subclavatis, antherae steriles subrectae, connectivi appendicibus brevioribus. Ovarium membranaceum ope calycis tubo adhaerens, disco circulari coronatum quadriloculare, ovula numerosa, placentas carnosas subbifidas tegentia anatropa, stylus teres glaber, stigma punctiforme. Fructus cum

calyce connatus carnosus globosus, in vertice truncato calycis limbo tubuloso angustiore cinctus, quadriloculáris. Placentae carnosae bifidae, lamellae ope axi affixae. Semina numerosa obconica, testa daedaleo-reticulata coriacea, tegmen membranaceum, hilum micropylae approximatum, raphe linearis, chalaza lateralibasilaris. — Crescit in insula Sumatra juxta Doekoe.

6237. **TRIPLECTRUM** *Don.*

(Don mss. ex Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 324.)

1. TR. RADICANS Don mss. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 143. *) — Frutico-sum glabrum, e nodis radicans: foliis rotundato-ovalibus carnosis trinerviis integerrimis breviter petiolatis, paribus saepe in ramulis lateralibus brevibus solitariis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris. ♁ — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

6238. **PACHYCENTRIA** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 143.)

1. P. TUBERCULATA Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschieden. 246. t. 63. — Foliis superioribus subsessilibus oblongis acutis, basi subcordatis; paniculis terminalibus. ♁ — Fruticulus pseudo-parasiticus, caulis geniculatus nodosus, cicatricibus excavatis fuscis, rami obscure tetragoni glabrescentes, ramuli compresse tetragoni fusci, pube ferruginea vestiti. Folia decussata breviter petiolata, superiora subsessilia oblonga vel oblongo-ovata acuta, basi subcordata, utrinque glabra carnosula trinervia 0,10 longa, 0,04 lata. Flores terminales paniculati, pedunculi compressi in nodis latiores pubescentes. Alabastrum elongato-octogonum. Calycis glabri tubus obconicus, limbus dilatato-campanulatus obsolete quadridentatus. Petala 4 oblonga obtusiuscula glabra rosea. Stamina 8 subaequalia, filamenta subteretia glabra, antherae subteretes curvatae, poro dehiscentes, connectivo postice in calcar curvatum producto. Ovarium calyci adhaerens, disco carnoso coronatum quadriloculare, ovula pauca (4–8) in singulo loculo, anatropa. Stylus teres glaber, stigma capitatum. — Crescit in insula Borneo ad montem Pamatton.

6239. **POGONANTHERA** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 143.)

1. P. PULVERULENTA Blume, Flora (B. Z.) XIV. 520. — (Wlprs. l. c. no. 1.) — Krthls. Verhandling. over de natuurl. Geschiedn. 247. t. 65. — Foliis oblongo-ovalibus, basi biauriculatis trinerviis coriaceis. ♁ — Frutex pseudo-parasiticus, caulis subteres, rami obscure tetragoni glabrescentes, ramuli subteretes, ultimi compressi ferrugineo-farinosi. Folia decussata oblongo-ovalia obtuse acuminata, basi biauriculata, utrinque glabra coriacea trinervia, nervis secundariis distantibus, 0,14 longa, 0,06 lata, petioli compressi, supra sulcati glabriusculi, 0,015 longi. Flores axillares vel terminales paniculati, pedunculi compressi glabriusculi. Calycis tubus obscure tetragonus, limbo campanulato quadridentato. Corolla in alabastro obtuso aestivatione convoluta, petala 4 oblique subrotunda obtusa, extus pubescentia rosea. Stamina 8 aequalia, fauci tubi inserta, filamenta tetragona linearia, medio saepe incrassato, glabra, antherae basi affixae ovatae obtusae, poro apicali dehiscentes, connectivo basi postice in appendices clavatas producto. Ovarium calycis tubo adhaerens, disco carnoso apice tubuloso coronatum quadriloculare, ovula numerosa, stylus teres glaber, stigma minutum denticulatum. Fructus calyci adnatus et limbo ejus quadridentato apice obvalvatus, bacca globosa quadrilocularis. Semina numerosa, funiculorum filiformium ope placentis subcarnosis affixa ovoidea, testa reticulata, tegmen membranaceum, hilum micropylae approximatum, chalaza basilaris. Embryo ovatus. — *Melastoma pulverulentum* W. Jack, Transact. of the Linn. soc. XIV. 19. — DC. Prodr. III. 149. — Crescit in insula Sumatra in sylvis prope Doekoe.

6243. **SAGRAEA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 170. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 143. *)

1. S. COGNATA Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 722. — Ramis teretibus dense hirsutis; foliis breviter petiolatis ovalibus tenuissime crenulato-serratis, apice acuminatis, basi rotundata vix conspicue cordatis 7-nerviis, supra setis brevibus, basi subtuberculatis rigidis asperis, subtus dense villoso-hirsutis; floribus in axillis congestis, raro solitariis, brevissime pedicellatis; calyce hirsuto subgloboso; petalis lineari-oblongis; stylo antheras (rufescentes) superante. ♄. — Variat: pilis foliisque non vel rufescenti- aut flavescenti-coloratis. An *Sagraeae sessiliflorae* DC. varietas? — Crescit in Surinam.

6246. **DISSOCHAETA** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 144.)

1. D. BRACTEATA Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 237. t. 55. — Foliis quinquenerviis cordato-ovatis acutis, subtus stellulatis; paniculis terminalibus vel axillaribus; antheris 8 alternis sterilibus, basi affixis, connectivo bisetoso. ♄ — Frutex sarmentosus, rami obscure tetragoni, nodis incrassatis annulatis, glabrescentes, ramuli erecto-patentes obscure tetragoni, pube stellulata badia vestiti. Folia decussata cordato-ovata vel ovata, basi obtusa, supra glabra, subtus pube stellulata rufa, crasse coriacea quinquenervia, nervis secundariis parallelis distantibus, 0,08 longa, 0,04 lata, decidua, petioli in ramis articulati subteretes pubescentes 0,005 longi. Flores pedunculati in alabastro oblongo obtusi, pube ferruginea dense tecti, juniores bracteis duabus obovatis obtusis pubescentibus membranaceis fugacibus involucrati paniculati, pedunculus communis obscure tetragonus, pedicelli dichotomi compresse tetragoni, in nodis dilatati. Calyx intus glaber, extus dense ferrugineo-pubescens, tubus elongato-obconicus, limbus integerrimus, erectus in floribus junioribus, pateriformis in floribus adultioribus. Corolla in alabastro semiovoideo obtuso aestivatione convoluta, fauci calycis inserta tetrapetala, petala ovata acutiuscula vel obtusa, saepe emarginata, utrinque glabra carnosa. Stamina 8, fertilia 4 petalis opposita, sterilia 4 iisdem alterna, filamenta foveolis annuli faucis calycinae inserta linearia glabra, antherae fertiles curvatae, poro dehiscentes, connectivo basi introrsum bisetoso, antherae steriles lineares rectae, basi introrsum bisetosae roseae. Ovarium dimidia parte calyci adhaerens ope membranarum locellos antherarum formantium, obtusum hirsutum quadriloculare, ovula numerosa, placentas oblongas carnosas axi ope laminae membranaceae affixas tegentia anatropa, stylus teres, nisi parte inferiore pilosus, stigma capitellatum, in flore juniore erectum, demum recurvum. Fructus calycis excreti limbo plano pateriformi velatus, ovoideus, apice truncatus, styli rudimento umbonatus, stellulis sparsis vestitus, quadriloculari. Semina numerosa, placentas carnosas oblongas basi latiores tegentia, irregulariter tetraëdra, basi angustiora, testa coriacea foveolata, marginibus daedaleis foveolas augentibus, tegmen membranaceum, hilum micropylae approximatum, rhaphe linearis in semine macula nigra indicata, chalaza hilo subopposita latero-basilaris, nucleus exalbuminosus, radicula obtusa, cotyledones inaequales oblongae obtusae. — Crescit in insula Sumatra juxta Doekoe.

2. D. BIPULVINATA Korthals l. c. 238.† t. 56. — Ramulis, petiolis nervisque subtus setosis et rufo-tomentosis; foliis trinerviis (cum nervis duobus marginalibus) ovato-oblongis acuminatis, basi cordatis, subtus basi bipulvinatis. ♄ — Crescit in sylvis humidis insularum Javae et Sumatrae.

3. D. ROSTRATA Korthals l. c. 239. — Hirsuta: ramulis teretibus; foliis rotundato-ovatis acuminatissimis, basi cordatis quinquenerviis. ♄ — Crescit in insula Borneo in monte Prarawin.

4. D. NODOSA Korthals l. c. — Ramulis subteretibus; foliis ovatis acuminatis cordatis trinerviis (cum duobus nervis marginalibus), supra glabris, subtus puberulis;

paniculis terminalibus axillaribusve; staminibus 8, alternis sterilibus, antheris ovatis. ♁ — Caulis sarmentosus, rami subteretes glabrescentes, ramuli subteretes obscure tetragoni, ultimi compressi, nodis incrassatis annulatis, fusco-farinosi. Folia decussata petiolata, petiolis triangularibus, supra planis farinosis, 0,01 longis, ovata obtuse acuminata, basi cordata, supra glabra, subtus pube sparsa vestita vel glabrescentia trinervia, nervis lateralibus duobus margini approximatis, coriacea, 0,1 longa, 0,05 lata. Flores terminales vel axillares paniculati, pedunculus communis obscure tetragonus quadrisulcatus, nodis incrassatis, farinosus, pedunculi et pedicelli subteretes, bracteae anguste obovatae deciduae. Calyx brevis campanulatus, tubo subtetragono, limbo dilatato, extus farinosus, intus glaber. Corolla in alabastro conico acuto aestivatione convoluta tetrapetala, petala obovata obtusa glabra subcarnosa. Stamina 8, 4 fertilia, 4 sterilia, filamenta annulo faucis calycinae inserta linearia, basi paullo latiora glabra, antherae basi affixae, compresse elongato-ovoideae, apice attenuatae ibidemque poro oblongo dehiscentes, 4 minores, connectivo quadrifido appendicibus duabus filiformibus introrsum rectis, extrorsum flexuosis aucto, 4 majores, connectivo extrorsum lamella rhombiformi, introrsum appendicibus duabus filiformibus praedito. Ovarii hirsuti quadrilocularis tres partes calycis tubo adhaerentes, parte quarta libera truncato-conica, ovula numerosa anatropa, stylus in vertice ovarii articulatus teres, apicem versus incrassatus, stigma capitellatum. Fructus calyce velatus subcarnosus sphaeroideus, calycis limbo pateriformi obvallatus, vertice truncatus, acumine conico terminatus quadrilocularis, dissepimentis membranaceis. — Crescit in insula Sumatra prope Intrapoera.

5. **D. BILIGULATA** Korthals l. c. 240. — Ramulis fusco-farinosis; foliis oblongis obtuse acuminatis, basi obtusis trinerviis (cum nervis duobus minoribus margini approximatis); floribus paniculatis; staminibus 8, alternis fertilibus, antheris subbiporosis, connectivo bilamellato. ♁ — Crescit in sylvis humilioribus insulae Sumatrae juxta Paauw.

6. **D. CYANOCARPA** Blume. — (Wlprs. l. c. 145. no. 15.) — Korthals l. c. 238. t. 56. — Ramulis petiolisque setis simplicibus sparsis vestitis; foliis trinerviis cum nervis duobus marginalibus, ovato-oblongis acuminatis, basi cordatis; paniculis terminalibus glabris; staminibus octonis, alternis effoetis. ♁ — Caulis sarmentosus, rami alterni sparsi, ad caulis apicem conferti subteretes, nodis paullo crassioribus annulatis setosis, ramuli erecti obscure tetragoni, apicem versus compresse tetragoni, lateribus latioribus, nodis incrassatis, setis diffusis vestiti. Folia opposita ovato-oblonga obtuse acuminata, basi cordata, utrinque glabra coriacea trinervia cum duobus nervis minoribus lateralibus, nervis secundariis parallelis distantibus, 0,12 longa, 0,05 lata, petioli setigeri 0,005 longi. Flores in paniculis terminalibus subdichotomis, pedunculo communi quadrangulari quadrisulcato, in nodis incrassato sparsim setigero, pedicellis subteretibus farinosis, saepe ternis, medio ebracteato, duobus lateralibus bracteatis, bracteae obovatae laciniatae vel in lacinias lineares fissae. Calyx in alabastro obscure octogonus, tubus obconicus glabriusculus, limbus truncatus glaber coerulescens. Corolla in alabastro acutiuscula, aestivatione convoluta tetrapetala, petala tubo calycis apicem versus inserta ovata acuta carnosa glabra. Stamina 8, alterna petalis opposita sterilia, filamenta linearia glabra subcarnosa, antherae basi affixae sigmoideae teretes bisulcatae, apice poro ovali dehiscentes, connectivum basi bilabiatum, labio exteriore acuto, interiore trilobo, lobis lateralibus oblongis obtusis, lobo medio triangulari acuto, antherarum rudimentum filiforme et connectivum subbilabiatum in staminibus sterilibus. Ovarium membranaceum apice calyci adhaerens ovoideum glabrum quadriloculare, ovula numerosa, placentas carnosas tegentia, anatropa. Stylus teres glaber. Stigma truncatum papillatum. Fructus calyce velatus baccatus subglobosus glaber coeruleus, apice calycis limbo marginatus, truncatus quadrilocularis, dissepimentis membranaceis. Placentae ope laminae subcarnosae axi loculi affixae subcarnosae, saepe laciniatae. Semina numerosa parva, placen-

tas tegentia, tetraëdra vel dimidiate ovoidea, structura ut in *D. bracteata.* — *Melastoma cyanocarpum* Blume, Bijdragen 1073. — DC. Prodr. III. 149. — Crescit in sylvis humilioribus insularum Javae et Sumatrae.

6247/1. **DALENIA** *Korthals.*

(Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 243. t. 58.)

Calycis tubus suburceolatus, limbus circumscissus calyptratim deciduus. Petala 4 obtusiuscula, aestivatione convoluta. Stamina 8 aestivatione inflexa, antherae poro dehiscentes, connectivo introrsum et extrorsum appendiculato. Ovarium membranarum ope calycis tubo adhaerens, apice nudum quadriloculare, ovula anatropa numerosa, stylus teres, stigma punctiforme. Fructus calyce velatus baccatus quadrilocularis. Semina numerosa angulata, hilum micropylae approximatum, chalaza laterali-basilaris. — Frutex in insula Borneo indigenus scandens: foliis oppositis ovato-rotundatis cordatis glabris; floribus paniculatis.

1. D. SPECIOSA Korthals l. c. 244. t. 58. — Caulis scandens, ramuli radicantes obscure tetragoni, nodis incrassatis carnoso-marginatis, ultimi compresso-quadrangulares subsulcati glabri. Folia opposita ovato-rotundata acuminata, basi rotundata vel subcordata, utrinque glabra quinquenervia cum duobus nervis lateralibus margini approximatis, subcoriacea 1,2 longa, 0,12 lata, basi subtus inter nervum medium et ambos laterales biglandulosa, petioli 0,025 longi semiteretes glabri. Flores in paniculam terminalem dispositi, in alabastro elongato-octogono, pedunculi obsolete quadrangulares glabriusculi, pedicelli subteretes. Calycis tubus obconicus truncatus glaber, limbus circumscisse calyptriformis. Petala 4 ovata acuta glabra membranacea. Stamina 8 omnia fertilia. Fructus baccatus rotundato-ovoideus umbilicatus, apice truncatus. — Crescit in insula Borneo ad flumen Tewe.

6248. **CONOSTEGIA** *Don.*

(DC. Prodr. III. 173. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 145. *)

1. C. ACUMINATA Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. 722. — Ramulis subtetragonis, adultis glabratis, junioribus pube brevi tenui adspersis; foliis (4–7 poll. longis) petiolatis ovato-lanceolatis integerrimis, apice longe acutissimeque acuminatis, basi in petiolum attenuatis trinerviis et cum nervis 2 marginalibus sursum evanescentibus quintuplinerviis, supra glaberrimis nitidis fuscis, subtus tenuissime albo-sericeis; thyrso inter folia suprema axillari in terminalem continuato; alabastris conicis; calycis lobis ad apicem irregulariter fissis; petalis ovali-oblongis; antheris basi biauriculatis. ♁ — Crescit in Surinam.
2. C. LASIOPODA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 96. — Ramulis obtuse tetragonis, novellis petiolisque barbato-hirtis, demum glabris; foliis petiolatis ovali-ellipticis oblongisve acuminatis subdenticulatis, basi longe angustatis 3–5-nerviis, supra glabris, subtus ad venas ferrugineo-scabris; panicula brevi pauciflora; bracteis lanceolatis; alabastro basi obtuso, apice acute acuminato aspero. ♁ — Pubes scabro-ferruginea in ramulis, petiolis nervisque paginae inferioris foliorum et panicula magis minusve densa, pilis longis praesertim in petiolis intermixtis. Folia semipedalia, praeter nervos tenues marginales trinervia. Panicula fere 4-pollicaris. — Crescit in „Cocos Island."
3. C. POLYANDRA Bth. l. c. t. 35. — Ramulis novellis paniculaque pube ferruginea brevissima pulveraceo-lepidotis, demum glabris; foliis breviter petiolatis ovalibus obtusis vel vix acuminatis, basi rotundatis integerrimis denticulatisve 5-nerviis viridibus, supra scabriusculis, subtus glabris; panicula pyramidata; alabastro acute acuminato; staminibus indefinitis. ♁ — Tota planta sublutescenti-viridis, partes juniores pulveraceae, ramuli et foliorum pagina superior punctata scabra, caeterum glabra. Petioli 2–3 lin. longi. Folia 2–4-pollicaria. Panicula pedunculata 3–4-pollicaris. Bracteae parvae lineares. Flores magnitudine fere *Diplochiti Fothergillae.* — Crescit in Columbia.

6252. **HENRIETTEA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 178. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 145. *)

1. H. OBLONGIFOLIA Naudin, Ann. des sc. nat. (3. Sér.) IV. 56. — Foliis (1–2 decim. longis, 3–6 latis) ovato-lanceolatis v. omnino lanceolatis oblongis acuminatis, basi subobtusis, vix conspicue crenulatis vel subintegerrimis, supra sparse pilosis, subtus pube brevi hispidula rufescente scabriusculis, praeter nervulos marginales triplinerviis, petiolis villoso-rufescentibus (circiter 1 centim. longis); glomerulis paucifloris axillaribus, rarius in apice ramulorum terminalibus. ♄ — Frutex circiter trimetralis. Corolla pentapetala, petala sesquicentimetralia obovata inaequilatera apiculata purpurea. — Crescit in Brasilia.

2. H. ORINOCENSIS Naudin l. c. 57. — Foliis (1–2 decim. longis, 3–4 latis) lanceolato-oblongis, utrinque acuminatis subintegerrimis, supra glaberrimis (an glabratis?), subtus breviter adpresseque rufescenti-tomentosis pilisque minutis conspersis, triplinerviis, petiolis uni-sesquicentimetralibus; floribus axillaribus solitariis (an semper?). ♄ — Corolla plerumque 6-petala. Stamina 12. Ovarium sexloculare. — Crescit juxta ripas Orinoci.

3. H. BRASILIENSIS Casaretto, Novar. stirp. Brasil. decad. p. 85. no. 93. — Ramulis, petiolis, pedunculis calycibusque externe intusque pube rufa adpressa strigosa obductis; foliis ovalibus, utrinque acutiusculis, praeter nervulos duos marginales trinerviis, margine subrevolutis, utrinque setoso-scabris, supra viridibus glabris, subtus lutescentibus ac minutissime tomentellis; pedunculis 1–4 in veteribus foliorum delapsorum axillis fasciculatis; laciniis calycinis petalisque extus infra apicem corniculato-mucronatis. ♄ — Arbuscula 10–15-pedalis, ramuli subteretes, apicem versus foliosi. Folia petiolata integerrima (sub lente) pellucido-punctata, supra setulis strigosis adpressis rigidis undique sparsis scabra, caeterum glabra, subtus praeter setulas ipsas tomento substellato minutissimo obducta, 4–7-pollicaria, 2–3½ poll. lata, petioli 5–10 lin. longi. Pedunculi 2–5-lineares laxiusculi, calyx in alabastro obovatus, deinde campanulatus, petala alba crassiuscula unguiculata, basi cordata, utrinque adpresse villosa, antherae basi bifidae ac breviter biauriculatae, apice uniporosae violaceae. Stylus pilosus. — Crescit in Brasiliae sylvis primaevis prope Bahiam.

6253. **LOREYA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 178. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 145. *)

1. L. MESPILOIDES Miquel, Linnaea XVIII. 619. † — Ramulis tetragonis petiolisque ferrugineo-tomentosis; foliis late ellipticis acuminatis, basi acutis quintuplinerviis, supra subscabro-puberulis inque nervis ferrugineo-subhirsutis, subtus velutino-incano-tomentosis; pedunculis 1–3-floris; calyce campanulato, limbo breviter quinquedenticulato. ♄? — Crescit in Surinam.

6254. **MARUMIA** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 145.)

1. M. AFFINIS Korthals, Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 241. t. 60. — Foliis oblongis acuminatis, basi cordatis, subtus fusco-tomentosis; pedunculis axillaribus trifloris; calyce ferrugineo-tomentoso, limbi laciniis triangularibus acutis integris. ♄ ∪ — Caulis scandens, ramuli flexuosi, apicem versus conferti, teretes lacte fusco-tomentosi. Folia erecta decussata oblonga breviter acuminata, basi cordata, supra glabra, subtus lacte fusco-tomentosa coriacea quinquenervia 0,07 longa, 0,03 lata, petioli quadrangulares fusco-tomentosi, 0,01 longi. Flores axillares terni. Pedunculi subteretes fusco-tomentosi. Calyx in alabastro tubuloso-obconicus, in parte superiore conicus, latere excavatus, fusco-tomentosus, aestivatione valvatus, calyx explicatus tubulosus, tubo apice angustiore, intus glaber, limbus quadripartitus persistens, intus tomentosus. Corolla aestivatione convoluta, petala 4 obovata, obtusa glabra membranacea caduca. Stamina 8 dissimilia, aestivatione inflexa, filamenta linearia glabra subcarnosa, antherae fertiles teretes sigmoideae, apice poro dehiscentes, connectivo introrsum bisetoso, extror-

sum nudo vel setoso, steriles subteretes utrinque attenuatae, connectivo lamellato intus bisetoso. Ovarium quadriloculare, ovula numerosa anatropa, placentas subcarnosas extus sulcatas tegentia, stylus teres glaber, stigma punctiforme. Fructus calyce velatus siccus, pericarpio crustaceo, ovoideus, acumine truncato terminatus. Placentae subcarnosae. Semina numerosa tetraëdra, apice latiora, testa daedaleo-reticulata, hilum micropylae approximatum, chalaza lateralibasilaris, nucleus curvatus teres, utrinque angustatus. — Crescit in insula Borneo in montibus Sakoembang et Pamattong.

2. M. LEPROSA Krthls. l. c. 241. — Foliis oblongo-ovatis, basi cordatis, subtus in nervis ochraceo- et inter nervos flavido-tomentosis; pedunculis axillaribus unifloris; calycis laete ochraceo-tomentosi laciniis ovatis dentatis. ♁ ◡ — Crescit in insula Borneo in declivitatibus montis Sakoembang.

3. M. PACHYGYNA Krthls. l. c. 242. t. 58. — Foliis oblongo-ovatis, breviter acuminatis, basi cordatis quinquenerviis, subtus ferrugineo-tomentosis; pedunculis axillaribus; calyce stellulato, limbi lobis laciniatis fusco-tomentosis; antherarum fertilium connectivo bisetoso. ♁ ◡ — Caulis scandens, ligno poroso, cortice crasso rimoso suberoso, rami subteretes glabrescentes, ramuli erecto-patentes alterni, ultimi oppositi subteretes, in nodis incrassati ibidemque fusco-tomentosi. Folia patentia vel diffusa decussata oblongo-ovata, quaedam ovalia, breviter acuminata, basi cordata vel subcordata, supra glabra, subtus ferrugineo-tomentosa, nervis fuscis, crasse coriacea quinquenervia cum duobus nervis minoribus margini approximatis, 0,13 longa, 0,08 lata, petioli subteretes fusco-tomentosi 0,01 longi. Flores axillares, saepe terni, in alabastro ovoidei, pedunculi in pulvinis articulati teretes, basi incrassati, apice latiores, saepe triflori vel subdichotomi, bracteae oblongae obtusae parvae deciduae. Calyx in alabastro aestivatione subvalvatus, tubus tubuloso-campanulatus, extus setis stellatis ferrugineis et tomento vestitus, intus cinereo-tomentosus, limbus 4-partitus, laciniis triangularibus obtusiusculis laciniatis fusco-tomentosis. Corolla in alabastro semiovoideo aestivatione convoluta, petala 4 obovalia obtusa, intus glabra, extus leprosa, membranacea. Stamina 8 in alabastro inflexa dissimilia, filamenta linearia glabra, antherae fertiles teretes, basin versus crassiores, sigmoideae apice porosae, connectivo basi bisetoso. Ovarium duabus tertiis calycis tubo adhaerens, disco carnoso setigero coronatum quadriloculare, ovula numerosa anatropa, placentas carnosas tegentia, stylus teres, in medio crassior glaber, stigma punctatum. Fructus calyce velatus subsiccus quadrilocularis, dissepimentis membranaceis, placentae ope laminae axi affixae subcarnosae oblongae, in transversali sectione cordatae. Semina immatura obconica, hilum exostomio approximatum, chalaza basilaris, hilo opposita. — Crescit in insula Borneo ad ripas fluvii Tewe.

4. M. VULCANICA Krthls. l. c. 243. — Foliis oblongo-ovatis acutis, basi cordatis, subtus (ut etiam ramuli) fusco-tomentosis; pedunculis axillaribus 3–5-floris; calycis fusco-tomentosi et stellato-setosi laciniis semiovatis laciniatis; antherarum fertilium connectivo quadrisetoso. ♁ ◡ — Crescit in insulae Sumatrae monte ignivomo Merapi.

5. M. JACKII Krthls. l. c. — Ramis, petiolis foliisque subtus fusco-tomentosis; foliis ovato-oblongis acuminatis, basi cordatis; pedunculis axillaribus tri-quinqueforis; calycis tomentosi et stellulati limbi laciniis semiovatis obtusis integris. ♁ ◡ — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Melintang.

6256. **PHYLLAGATHIS** *Blume.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 146.)

1. PH. GYMNANTHA Krthls. Verhandlingen over de natuurlijke Geschiedenis 252. — Caule brevi petiolisque hirsutis; foliis rotundatis cordatis, supra sparsim, subtus in nervis densius hirsutis; floribus umbellatis nudis. ♃ — Crescit in insulae Borneo monte Batoe.

2. PH. ROTUNDIFOLIA Blume, Flora (B. Z.) XIV. 507. — Wlprs. l. c. no. 1. — Krthls. l. c. t. 57. — Foliis rotundatis; floribus bracteatis congestis. ♃ — Planta herbacea, caulis obscure tetragonus setosus. Folia pauca opposita, abortu alterna, longe petiolata, petiolo trigono, supra sulcato fusco-farinoso, praesertim in aciebus setoso 0,1 longo, rotunda breviter acuminata, basi obtusa vel truncata, supra glabra, subtus glabra, saepe purpurea septuplinervia, 0,3 longa, 0,2 lata. Flores terminales involucrati, bracteis subrotundis obtusis, in racemo abbreviato secundi. Calyx obpyramidatus octosulcatus, limbo quadripartito, partibus obtusis carinatis, carina setigera. Corolla aestivatione convoluta, petala 4 ovata acuta carnosa. Stamina 8 aestivatione inflexa, filamenta subteretia glabra, antherae basi affixae oblongae, apice poro bilabiato, labio altero abbreviato, altero rotundato dehiscentes, basi cordatae, connectivo inappendiculato. Ovarium cum calycis tubo concretum, vertice disco crenulato excavato quadriloculare, ovula numerosa anatropa, placentas ovoideas in parte inferiore ope stipitis axi loculi affixas tegentia, stylus teres, stigma punctiforme. Capsula cum calyce connata obpyramidata glabra, apice loculicide dehiscens, columella angulata, placentas semiteretes apice acutas basi obtusas foveolatas stipitatas gerens. Semina numerosa, hilum micropylae approximatum. — *Melastoma rotundifolium* W. Jack, Transact. of the Linn. soc. XVII. 11. — DC. Prodr. III. 149. — Crescit in insula Sumatra in sylvis juxta Paauw.

6257. DECARHAPHE *Miquel.*

(Miquel, Comment. phytograph. 84. t. 10. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 146.*)

1. D. HOSTMANNI Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 722. — Fruticosa (?): ramis teretibus, sursum angulatis cum petiolis, paniculae ramis nervisque foliorum subtus pube brevissima scabrida rufescente tectis; foliis amplis (5–7 poll. longis, 3–4 latis), praeter nervos 2 extremos marginales 5–nerviis, basi cordatis, apice acuminatis inaequaliter serratis, supra glabris, subtus pube stellata rufescente pilisque albidis tectis; paniculae terminalis ramis oppositis vel ternis abbreviatis decussatis, apice 2–3–fidis, bracteis ovatis involucratis; floribus subsessilibus; calycibus stellato–pubescentibus. ♁ — Crescit in Surinam.

2. D. FLORIBUNDA Miquel, Linnaea XVIII. 280. † — Ramulis junioribus, petiolis, foliis subtus inflorescentiaque pube stellata brevi setulisque puberulis; foliis ellipticis acuminatis, basi obtusis quinquenerviis dentatis ciliatis, supra setulosis; paniculae terminalis pyramidatae multiflorae ramis brachiatis; bracteis lanceolatis; floribus in apice ramulorum aggregatis plerumque ternis, bracteolis ellipticis coriaceis; calycibus stellato–puberulis. ♁ — Crescit in Surinam.

3. D. FOCKEANA Miquel, Comment. phytogr. (fasc. II.) p. 84. t. 10. fig. F. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 146.*) — Foliis breviter petiolatis ovato–ellipticis crenato–denticulatis, supra glabriusculis parcissime pilosis, infra praecipue ad nervos rigide pilosis, margine ciliatis; panicula terminali, ramis oppositis setoso–pilosis et stellato–pubescentibus, ultimis glomerulum florum 3–5 sessilium gerentibus. ♁ — Caulis teres glaber laevis, tenuissime striatus. Folia trinervia, accedentibus nervis utrinque marginalibus infra apicem evanescentibus, omnes nervi fusci, supra impressi, infra prominuli, folia majora 0,10–0,11 longa, infra medium 0,05 lata, margine ciliata. Paniculae rami oppositi decussati tetragoni. Bracteolae lanceolatae ciliatae membranaceae concavae florum glomerulos involucrantes. Petala albida reflexa obovata obtusa concava unguiculata. — *Melastoma pleurocarpum* E. Mey. mss. — Crescit in Surinam.

6257/1? STEPHANOTRICHUM *Naudin.*

(Naudin, Ann. sc. natur. [3. Sér.] IV. 54.)

Calyx 6-7-fidus, tubo turbinato, laciniis duplicatis, exterioribus linearifiliformibus longis, interioribus membranaceis brevibus obtusiusculis, cum prioribus basi connatis. Petala obovata. Stamina petalorum numero dupla aequalia, antheris subulatis, apice uniporosis, extrorsum arcuatis, loculis un-

dulatis, connectivo postice crasso sed non producto. Corona nectarea intus ad basin staminum orta, valde producta, in lacinias numerosas dissecta et filamentorum insertionem in calycis tubo obtegens. Ovarium omnino liberum, oblongo-ovatum, infra apicem costatum umbilicatum et styli basin cingentem nonnihil constrictum, 6-9-loculare. Stylus filiformis, stigma obtusum. Placentae lamelliformes productae, ovulis undique coopertae. Fructus ignotus sed verosimiliter capsularis. — Frutex Novo-Granatensis.

1. ST. HISPIDUM Naudin l. c. t. 3. fig. 4. — Totum pilis longis hispidum, foliorum pagina inferiore inter nervos excepta: foliis petiolatis (12–18 centim. longis, 6–9 latis), cordiformi-ovatis acuminatis crenulatis, adjectis nervis marginalibus 7-nerviis, petiolis 4–5-centimetralibus; paniculis terminalibus. ♁ — Petala ferme 1 centim. longa. — Crescit in Novo-Granata.

6258. **MICONIA** *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. III. 179. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 146. et 918.)

Sectio II. ERIOSPHAERA DC.

1. M. HETEROCHROA Miquel, Linnaea XVIII. 621. † — Ramulis subcompressis, petiolis foliisque subtus candide tomentellis, cito glabratis et sordide fuscescentibus; foliis oppositis breviter petiolatis, supra nitidissimis nigricantibus oblongo-ellipticis, utrinque obtusis, junioribus mucronatis, apicem versus repandulis, paullo supra basin trinerviis cum nervulis 2 marginalibus tenuissimis, nervis 3 mediis ad apicem ductis, anastomosibus horizontalibus tenuibus; paniculis ramulos terminantibus rubiginoso-tomentellis, ramis oppositis divaricato- bi- vel trifidis, ramulis florigeris recurvatis; floribus unilateralibus sessilibus; calyce breviter quinquedentato tomentoso; petalis glabris; staminibus 10, antheris basi longiuscule auriculatis. ♁ — Crescit in Surinam ad Para.
2. M. PTEROPHORA Miquel l. c. 622. — Ramis tetragonis alatis et inflorescentia pilis stellatis pubescentibus, demum glabratis; foliis oppositis late ovalibus vel obovatis (summis 2 plerumque oblongis) breviter acutis, raro obtusis, basi abrupte cuneatis, sessilibus triplinerviis cum 2 nervis submarginalibus, subtus pilis stellatis cinereo-fuliginoso-tomentosis, supra, praesertim ad nervos pilis stellatis pubescentibus, sensim glabratis, margine ciliatis; paniculis terminalibus brachiatis; floribus ad ramorum apicem subcymoso-fasciculatis; calycis tomentosi dentibus brevibus acutis. ♁ — Crescit in Surinam ad Para.
3. M. DESMANTHA Bth. Plant. Hartweg. p. 181. no. 1010. — Ramis, panicula petiolisque tomento brevi albido pilisque rubris patentibus vestitis; foliis petiolatis ovatis acuminatis, basi obtusis, supra setosis, subtus ad venas hispidis subcrenulatis 5–7-nerviis; panicula pyramidata; floribus secus ramos primarios sessilibus glomeratis; calycis tubo tomentoso subgloboso. ♁ — Frutex 5–6-pedalis. Folia 4–6-pollicaria. Rami paniculae primarii elongati simplices, fasciculis numerosis 6–12-floris. Flores mediocres. Calycis dentes obtusissimi breves. Petala retusa. Antherae uniporosae, basi nudae. — Crescit in vicinia ad Popayan.
4. M. QUITENSIS Bth. l. c. p. 182. no. 1011. — Ramis, panicula petiolisque ferrugineo-tomentosis; foliis petiolatis ovatis vel ovali-oblongis obtusiusculis vix denticulatis, basi subcordatis rotundatisve 5–7-tuplinerviis, supra bullato-rugosis setosisque, subtus ferrugineo-tomentosis; panicula pyramidato-ramosa, fasciculis florum superioribus sessilibus; calycis tubo globoso tomentoso. ♁ — Folia 2–4 poll. longa, 1–2 poll. lata, bullato-rugosissima, supra praeter setas glabra. Paniculae rami basi ramulosi, apice simplices, setis nonnullis cum tomento intermixtis. Flores irregulariter fasciculati, inferiores breviter pedicellati, superiores sessiles. Bracteae minutae. Petala orbiculata parva reflexa. Antherae obtusae, apice poro minuto dehiscentes. Stylus superne incrassatus. Stigma capitatum. — Crescit ad radices montis Pichincha prope Quito frequens.
5. M. PICHINCHENSIS Bth. l. c. no. 1012. — Ramulis, petiolis paniculaque pube ramosa ferrugineo-tomentosis; foliis breviter petiolatis late cordato-ovatis, bre-

viter acuminatis quinquenerviis integerrimis denticulatisve ciliolatis subrugosis, ad venas ferrugineo-pilosulis; panicula thyrsoidea floribunda; calycis tubo globoso tomentello. ♁ — Frutex 4–5-pedalis. Ramuli videntur subscandentes. Folia bipollicaria. Panicula 8–10-pollicaris basi foliosa, ramis divaricatis. Bracteae minutae. Flores in genere majusculi. Calycis limbus breviter et obtuse dentatus. Antherae obtusae uniporosae, basi omnino nudae. Stigma capitatum. — Crescit in sylvis Guayan in declivitate occidentali montis Pichincha.

6. M. RENGGERI Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 723. — Ramis teretibus sursum subcompressis, inflorescentia nervisque foliorum subtus pube albida sursum rufescente tectis; foliis brevissime petiolatis ovatis, apice obtusis, brevissime mucronatis, basi subcordatis, margine obtusissime repando-crenulatis, supra tomento floccoso laxo mox secedente tectis fuscatis glaberrimis nitidis, subtus albo- vel ferrugineo-tomentoso-velutinis; thyrsi ramulis oppositis, apice bifidis; floribus sessilibus unilateraliter alternatim seriatis. ♁ — Crescit in Paraguay.

7. M. FLAMMEA Casaretto, Novar. stirp. Brasil. decad. p. 85. nó. 94. — Ramulis petiolisque compressis; foliis magnis petiolatis integerrimis, praeter nervulos duos marginales triplinerviis, supra glaberrimis nitidis, subtus minutissime rubiginoso-tomentosis; paniculis magnis terminalibus; fructibus globosis pruinoso-pulverulentis. ♁? ♁? — Ramuli cum petiolis ac paniculae rhachi pube pruinoso-ferruginea minutissima obducti. Folia cartilagineo-coriacea, margine revoluta, subtus flammeo-rubiginosa 7–13-pollicaria, 3–6 poll. lata, nervis longitudinalibus transversalibusque subtus valde prominentibus, petioli 1–1½-pollicares. Paniculae pyramidatae ramuli subtetragoni erecto-incurvati. Fructus sessiles grano piperis paullo majores, maturi dispermi, semina subhemisphaerica crustacea nitida, superficie convexa, longitudinaliter obscure sulcata. Flores non visi sunt. Crescit in Brasiliae provincia Minas Geraës.

Sectio III. EUMICONIA DC.

8. M. HYPHARGYREA Miquel, Linnaea XVIII. 622. † — Ramulis obtuse tetragonis, faciebus 2 concavis, 2 planis; petiolis foliisque subtus pube tenerrima densa brevissima argenteo-tomentellis, cito glabratis et argenteo-metallicis, supra saturate viridibus nitidis glabris ellipticis, utrinque acutis vel basi subobtusis, apicem versus crenulato-repandis, apice ipso leviter emarginatis, cum nervis 2 tenuissimis marginalibus quinquenerviis; paniculis terminalibus innovatione axillaribus brevissime pedunculatis floccoso-incanis pyramidatis, ramis oppositis; floribus supra ramulos plerumque ternis breviter pedicellatis vel sessilibus; calyce campanulato breviter quinquedentato; petalis oblongis obtusis pilis capitellatis ciliatis. ♁ — Crescit in Surinam.

9. M. ERYTHROPILA Steudel, Flora (B. Z.) XXVII. II. 723. — Ramulis teretibus, petiolis nervisque foliorum subtus setis albidis in panicula ejusque ramis sanguineo-rubris subadpressis dense tectis; foliis ovalibus, basi subcuneatis, apice acuminatis, margine setoso-ciliatis, supra setulis minimis sparsis, subtus crebrioribus adspersis, caeterum (praeter nervos) glabris, subtus pallidioribus, praeter nervos 2 marginales quintuplinerviis; paniculae simplicissimae ramis patentibus, apice flores 3–6 aggregatos gerentibus; calyce ovato piloso obscure striato. ♁ — Cum sequente proxime accedit ad *M. eriodonta* DC. — Crescit in Surinam.

10. M. IODOPILA Steudel l. c. — Ramulis teretibus, petiolis nervisque foliorum setis albidis in partibus superioribus violaceis erecto-patentibus dense tectis; foliis ovalibus, basi vix cuneatis obtusis, apice acuminatis, supra setis rigidulis sparsis undique, subtus mollioribus in venis tectis, caeterum glabris, praeter nervos marginales tenues obscuros quintuplinerviis; racemo terminali simplici interrupto; floribus vel immediate ex pedunculo vel in ramulis brevissimis oppositis 2–6 glomeratis prodeuntibus; calyce oblongo setoso; petalis linearibus; stylo exserto, stigmate capitato. ♁ — Crescit in Surinam.

11. M. MACROPHYLLA Steudel l. c. — Glaberrima: ramulis teretibus sursum compressis; foliis (5–7-pollicaribus) oblongo-lanceolatis, basi in petiolum brevem

decurrentibus, apice acuminatis, margine leviter undulatis subcoriaceis, praeter nervulos marginales vix conspicuos triplinerviis, inter nervos pellucido-venosis; paniculae amplae ramis pubescentibus oppositis, ramulis multifloris; calycis 5-dentati laciniis obtusis. ♄ — *M. nitenti* Bth. (Wlprs. l. c. 146. no. 5.) proxima, sed vix ejus varietas. — Crescit in Surinam.

12. M. FLEISCHERIANA Steudel l. c. — Ramis teretibus sursum angulatis cum petiolo et nervo foliorum medio pilis adpressis brevibus cano-pubescentibus; foliis (4–7-pollicaribus) ovato-oblongis acuminatis, basi attenuatis in petiolum brevissimum decurrentibus, praeter nervos submarginales triplinerviis, inter nervos parallele venosis, margine tenuissime reflexo subundulatis, utrinque glaberrimis; paniculae terminalis ramis oppositis racemosis; fructibus brevissime pedicellatis pubescentibus 10-striatis; calycis margine obscure 5-crenulato persistente, capsulam ovatam depressam superante. ♄ — Crescit in Paraguay.

13. M. REPANDO-CRENATA Steudel l. c. 724. — Ramulis teretibus sursum compressiusculis, petiolis paniculaeque ramis adpresse minuteque pubescentibus; foliis (3–6-pollicaribus) oblongo-ovatis, margine repando-crenatis, apice acuminatis, basi in petiolum brevem decurrentibus, utrinque glabris, praeter nervos marginales triplinerviis; thyrso paniculato-terminali, ramis patentibus, ramulis apice confertim floriferis; dentibus calycis obtusissimis; petalis (flavis, basi rubromaculatis) ovatis. ♄ — Crescit in Paraguay.

14. M. LONGISTYLA Steudel l. c. — Ramulis tetragonis, petiolis, paniculae ramis nervisque foliorum subtus pube tenuissima rufescenti-, calycibus albido-velutinis; foliis amplis (7–9 poll. longis, 4 latis) oblongo-ovatis, praeter nervos marginales trinerviis, apice breviter acuminatis, basi obtusis, supra glaberrimis nitidis, subtus tenuissime albido-intermixtis punctulis ferrugineo-rufescentibus velutinis; paniculae inter folia 2 extrema terminalis iis triplo brevioris patenti-ramosae ramulis apice divisis, flores sessiles gerentibus; petalis oblongo-linearibus reflexis; stylo quam stamina longe exserta longiore. ♄ — Crescit in Surinam.

15. M. CLIDEMIOIDES Steudel l. c. — Ramis glabris teretibus, ramulis tetragonis sursum et paniculae ramulis sparsim setosis; petiolis brevibus nodisque paniculae dense intricato-pilosis; foliis oppositis magis minusve inaequalibus, utrinque pilis sparsis flavidis obsitis, ovatis breviter acuminatis, basi obtusis, margine crenulato-serratis; paniculae terminalis ramis oppositis ramulosis plurifloris, inferioribus ex axillis ultimi foliorum paris; calycis basi bracteolis eo multo brevioribus obsiti oblongo-ovati 10-striati limbo brevissime obtuse dentato; antheris longe exsertis; stylo tereti stamina aequante. ♄ — Insignis est haec species ob folia *Clidemiarum*, flores vero et fructus exacte *Miconiae*. — Crescit in Surinam.

6258/1. **CHILOPORUS** *Naudin.*

(Naudin, Ann. des sc. natur. [3. Sér.] IV. 57. t. 3. fig. 7.)

Calyx campanulatus, limbo obtusissime quadrilobo, lobis extus tuberculo dentiformi munitis. Petala 4 reniformi-rotundata. Stamina 8 subaequalia aequaliave brevia, filamentis basi latis triangularibus, antheris pyriformibus, loculorum pariete a connectivo crasso columniformi secedente, apice late hiantibus ideoque quasi bilabiatis, connectivo postice basi subgibbo. Ovarium calyci omnino adhaerens depressum quadriloculare. Stylus columniformis, petalis vix longior, stigmate peltato terminatus. Placentae productae, margine incrassatae. Fructus non baccatus? — Fruticulus in frigidis Andium regionibus indigenus, facie *Miconias* quasdam referens.

1. CH. ANDINUS Naudin l. c. — Ramis supremis pilosis, demum glabratis; foliis (5 centim. longis, 2–3 latis) ovatis acuminatis acutis, tenuiter remoteque infra apicem denticulatis, supra glabris, subtus ad nervos pilosis, praeter nervos marginales trinerviis, petiolis uni-sesquicentimetralibus; paniculis terminalibus; floribus parvis. ♄ — Petala circiter 2 millim. longa, 3 lata, rubra? — Crescit ad nivem deliquescentem in monte Tolima reipublicae Novo-Granatensis.

6259. **OXYMERIS** *DC.*

DC. Prodr. III. 190. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 147. et 918.)

1. O. MACROPHYLLA Bth. Rot. of Belch. voy. of the Sulphur 95. — Ramulis compressiusculis vel obtuse tetragonis, novellis lana subsquamosa mox derasa rufescentibus; foliis amplis obovatis breviter acuminatis, basi longe angustatis, quinquenerviis pulchre venosis glabris vel subtus ad venas sublanatis; paniculis axillaribus sessilibus divaricato-ramosis rufo-tomentosis. ♃ — Ramuli crassi, post indumentum delapsum laeves virides. Petioli 1–2-pollicares. Folia cujusve paris inaequalia, majora sesquipedalia, margine denticulata, membranaceo-chartacea, supra viridia, subtus pallidiora, juniora lana subsquamosa ut ramuli et petioli conspersa, mox glabrata, venis regularibus subtus prominentibus, inter venas magis minusve pellucido-punctata. Paniculae subtripollicares. — Crescit in „Cocos Island."

6260. **CREMANIUM** *Don.*

(DC. Prodr. III. 191. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 147.)

1. CR. COMPRESSUM Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 96. — Ramulis compressis, petiolis paniculisque tomento brevissimo ferrugineis; foliis petiolatis ovatis breviter acuminatis denticulatis quinquenerviis, supra glabris, subtus tomento brevissimo substellato aureo-fulvis; panicula divaricata; floribus parvis numerosis pentameris. ♃ — Arbor elata. Rami et folia fere *Miconiae Schomburgkii*, panicula gracilior ramosior, flores dimidio minores et antherae *Cremanii*. Ramuli crassiusculi, sub folia dilatato-compressi et petioli dorso decurrente subcostati. Petioli pollicares crassiusculi. Folia 5–6 poll. longa, acumine brevi acuto, margine minute et irregulariter denticulata, basi rotundata et integerrima. Panicula semipedalis pyramidata gracilis. — Crescit in America tropica occidentali (Veragua).

6260/$_1$. **HARTIGIA** *Miquel.*

(Miquel, Linnaea XVIII. 284. t. 7.)

Calyx tubo campanulato, limbi membrana interna erecta integerrima, externa reflexa minute quinquedentata. Corollae petala 5 calycis limbo intus inserta ejusque dentibus alterna, spathulato-obovata. Stamina 10 cum petalis inserta et iis subaequalia, filamenta subulata, antherae oblongae compressae, apice truncatae, loculis antice sulco diremtis, singulis sub apice poro amplo hiantibus, dorso connectivo crasso, infra antheram breviter cuneatim producto, cum filamento imperspicue articulato adnatis. Stylus filiformi-subclavatus stamina aequans, stigma dilatato-subcapitellatum. Ovarium calyci adnatum triloculare, vertice glabrum. Bacca globosa subtricocca umbilicata, calycis limbo edentulo marginata trilocularis, placentis e loculorum angulo centrali protensis, in medio loculo triangulariter tumefactis alveolatis, semina alveolis innixa et alveolorum marginibus irregulariter excrescentibus et cum pulpa confluentibus recepta, elliptico-obovata laevia, hilo amplo fusco. — Frutices Guianenses glabriusculi: foliis oppositis decussatis ovatis vel oblongis quinquenerviis serrulatis, subtus sparse floccoso-pilosis vel glabris; paniculis axillaribus et terminalibus; floribus in paniculae ramis subsessilibus bracteolatis minutis; petalis erectis; staminibus subconniventibus.

1. H. SPECTABILIS Miquel l. c. 286. † t. 7. — Ramulis tetragonis, junioribus ad nodos, petiolis antice foliisque subtus in nervis et ad marginem villis albidis longis sensim deciduis villosis; foliis coriaceis ovato-ellipticis ellipticisve, breviter late acuminatis quinquenerviis serrulatis setoso-ciliatis; paniculis axillaribus terminalibusque, ramis oppositis dichotomis; floribus unilateralibus subsessilibus unibracteolatis; bracteolis ellipticis ciliatis. ♁ — *Miconia (Melastoma) racemosa* Miquel mss. — Crescit in Surinam.
2. H. OBLONGIFOLIA Miquel l. c. 288. † — Ramulis tetragonis glabriusculis, nodis, petiolis et foliis in nervis marginibusque minute villosulis, sensim glabratis; foliis oppositis longiuscule petiolatis membranaceis, supra in nervis deciduc villosulis,

subtus minute sparseque piliferis angustato-oblongis attenuato-subacuminatis, basi subintegerrima obtusis vel acutiusculis, caeterum minute serrulatis et ciliatis quinquenerviis; paniculae axillaris et terminalis ramis oppositis dichotomis. ♀ — *Miconia* (*Melastoma* Aubl. Guian. I. 406. t. 156?, Bonpl. Melast. t. 27?) *racemosa* DC. Prodr. III. 179? — Crescit in Surinam.

3. *H. MINUTIFLORA Miquel l. c. 286. (adnot.) — *Cremanium minutiflorum* DC. l. c. 193. no. 23.

4. *H. MILLEFLORA Miquel l. c. — *Cremanium milleflorum* DC. l. c. no. 24.

6261. **BLAKEA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 195. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 147.)

1. BL. GLABRESCENS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 94. — Ramulis foliorumque juniorum nervis rufo-puberulis, demum glabratis; foliis ovalibus breviter et abrupte acuminatis quinquenerviis; pedunculis solitariis geminisve petiolum aequantibus; bracteis calyce duplo longioribus; calycis limbo sexlobo. ♀ — Atacames et in insula Gorgona.

6262/1? **CYCNOPODIUM** *Naudin.*

(Naudin in Deless. Icon. plant. select. V. t. 3. — Ann. sc. natur. [3. Sér.] IV. 52. t. 2. fig. 2.)

Calyx quadridentatus, tubo campanulato, dentibus triangulari-acutis simplicibus, sed apice vix perspicue tuberculatis. Petala obovata retusa. Stamina 8 subaequalia, antheris apice uniporosis falcatis, connectivo postice ad insertionem filamenti in calcar acutum ascendens producto. Ovarium ovatum, apice truncatum liberum biloculare. Stylus filiformis stigmate subulato terminatus. Capsula calyce persistente vestita loculicide bivalvis, valvis septiferis. Placentae centrales parum productae. Semina numerosa oblongo-pyramidata, hilo terminali, uno latere linea nigra notata. — Utrum frutex an arbor sit haud constat.

1. C. LATIFOLIUM Naudin l. l. c. c. — Fere omnino glabrum: foliis latissime ovatis vel potius ovato-orbicularibus obtusis interdumque acutiusculis integerrimis 7–9-nerviis, 1–1½ decim. longis, paullo ultra latis; paniculis terminalibus. ♀? ♂? — Crescit in insula Sancti Vincentii.

Subordo II. *CHARIANTHEAE* Ser. in DC. Prodr. III. 196.

6265. **KIBESSIA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 196. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 148.*)

1. K. SIMPLEX Krthls. Verhandlingen over de natuurl. Geschieden. 253. — Foliis ovalibus, basi acutis, acumine obtuso; floribus axillaribus vel alaribus solitariis; calycis setis simplicibus; calyptra subnuda. ♂ — Crescit in insulae Borneo sylvis Sakoembang.

2. K. CORDATA Krthls. l. c. t. 66. — Foliis oblongo-ovatis cordatis. ♂ — Arbuscula 2–4-metralis, rami teretes cinerei glabri, ramuli obscure tetragoni fusco-cinerei glabri. Folia opposita oblongo-ovata acuminata, basi cordata, utrinque glabra coriacea trinervia, 0,12 longa, 0,05 lata, petioli semiteretes 0,005 longi. Flores axillares, saepe solitarii, rarius terni, bracteae oppositae parvae ovatae. Pedunculus teres glaber. Calyx tubo campanulato muricatus, limbo in calyptra circumscisso deciduo. Corolla in alabastro acute conico, aestivatione convoluta. Petala 4 ovata obtusa carnosa. Stamina 8 aestivatione inflexa, filamenta linearia glabra, antherae basi affixae, locellis discretis, rimis longitudinalibus dehiscentes, connectivo postice breviter appendiculato. Ovarium cum calycis tubo connatum, apice excavatum quadriloculare, ovula numerosa, placentas lateraliter connatas hemisphaericas tegentia. Stylus subtetragonus glaber, stigma quadrifidum. Semina numerosa ovata, testa daedaleo-reticulata, hilo micropylae approximato, chalaza laterali-basilari. — Crescit in insulae Sumatrae sylvis Melintang.

6266. EWYCKIA *Blume.*

(Blume, Flora [B. Z.] XIV. 524. — *Pternandra* W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. [1835.] I. 157. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 148.)

1. E. CYANEA Blume l. c. — Bijdragen Nat. Wetensch. VI. 266. — Rumphia I. 24. t. 8. — (Wlprs. l. c.*) — Ramis teretibus, ad nodos incrassatis; foliis brevissime petiolatis ellipticis, utrinque acuminatis integerrimis trinerviis; racemulis axillaribus paucifloris, pedicellis medio bibracteolatis. ♄ vel ♄ — Rami dichotomi teretes nitidi fusci subnodoso-articulati. Folia approximata subdisticha patentia, petiolo brevissimo semitereti dorso carinato subtorto suffulta, oblonga saepe falcata aut acumine longo terminata recurvata, basi acuta, ubi tres nervi longitudinales supra immersi, infra prominentes evanidi uniti, multis utrinque venulis oblongis laxe reticulata tenerrimis, coriacea, supra intense viridia, subtus sordide virentia. Pedunculi axillares solitarii oppositi, racemulos breves erecto-patentes paucifloros, subinde tantum umbellulas trifloras efficientes subtetragoni, ad exortum pedicellorum aequilongorum duabus bracteolis minutis sessilibus triangulari-ovatis acutis concavis patulis instructi. Pedicelli compressi medio articulati ibique bracteolis duabus sessilibus instructi, minoribus connatis persistentibus. Petala coerulea in calyptram obturbinatam arcte conniventia et verosimiliter hoc statu a calyce demum secedentia. — *Melastoma azureum* Zippel. — *Pternandra appendiculata* W. Jack, Malay. Misc. app. p. 3. — Crescit in Amboina.

2. E. (PTERNANDRA W. Jack l. c. — Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 325.) CAPITELLATA Wlprs. mss. — Foliis.....?; floribus sessilibus in capitula collectis. ♄ — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

3. E. GALEATA Krthls. Verhandl. over de natuurl. Geschieden. 254. t. 67. — Calyce quadripartito. ♄ — Arbor 8-10-metralis, truncus subteres, cortice cinereo rimoso, ligno albido, rami cinerei rimosi glabri, ramuli teretes, nodis incrassatis cicatrisati, cavitatibus semicircularibus, cinereo-fusci glabri. Folia distantia opposita breviter petiolata ovalia acuminata, basi acuta, utrinque glabra coriacea trinervia 0,10 longa, 0,05 lata. Flores axillares vel alares breviter pedunculati aggregati, bracteae duae cucullatae. Calyx aestivatione valvatus, tubus campanulatus, limbus quadripartitus, partibus aequalibus triangularibus, demum inaequalibus excretione partium duarum in ligulas obtusas. Corolla aestivatione convoluta, petala 4 obovata obtusa carnosa. Stamina 8, aestivatione inflexa, filamenta geniculata glabra, antherae basi affixae, locellis duabus rimis dehiscentibus, connectivo postice in calcar obtusum producto. Ovarium cum calyce connatum quadriloculare, ovula numerosa placentas lateraliter affixas tegentia, stylus tetragonus, stigma capitatum. Semina anatropa obovata. — Crescit in insula Sumatra juxta Martapoera.

4. E. TUBERCULATA Krthls. l. c. 255. — Calyce quadridentato tuberculato; foliis obovalibus. ♄ — Crescit in insula Sumatra in paludosis juxta Intrapoera.

5. E. CORDATA Krthls. l. c. — Calyce quadridentato tuberculato; foliis subsessilibus ovatis, basi cordatis quintuplinerviis. ♄ — Crescit in insulae Borneo monte Rantaw Paauw.

6. E. JACKIANA Wlprs. mss. — Ramis teretibus; foliis brevissime petiolatis vel subsessilibus ovatis acuminatis, basi attenuatis glaberrimis coriaceis, infra pallidioribus, trinerviis, accedente utrinque nervo marginali obsoletiori; paniculis oppositis corymbosis brevibus terminalibusque et in foliorum axillis supremis axillaribus. ♄ — Pedunculi tetragoni glabri, bracteae parvae. Calyx infra cum ovario coalitus reticulato-squamulosus integer vel obsolete quadridentatus. Petala coerulea ovata acuminata. Stylus declinatus, staminum longitudine, stigma conicum vel obtusiusculum. Bacca quadrilocularis polysperma. — *Pternandra coerulescens* W. Jack in Hook. Comp. bot. Magaz. I. 157. — Crescit in India orientali (Pulo-Penang).

7. E. (PTERNANDRA W. Jack in M'Clelland et Griffith, Calcutta Journal of nat. hist. IV. 310.) ECHINATA Wlprs. mss. — Foliis .....?; pedunculis axillaribus termina-

libusque; calycibus ovariisque echinatis. ♃ — An forte *Kibessiae* species propter calycem echinatum? — Crescit in India orientali in peninsula Malaccensi.

6268. **SPATHANDRA** *Guill. et Perr.*

(Guill. et Perr. Tentam. flor. Seneg. I. 313. t. 71.)

1. SP. COERULEA Guill. et Perr. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 148.*) — Arbor 25–30-pedalis ramosa, trunco circiter 6 poll. diametro tenente, cortice cinereo squamato, ramis divergentibus teretibus glabris. Folia opposita sessilia ovato-oblonga breviter acuminata, utrinque glabra, superne laete viridia lucida, subtus nervis 3 valde prominulis notata nervoque ad marginem cincta, crassa coriacea 4–6-pollicaria, 3 poll. lata. Flores parvi crebri coerulei in paniculas breves corymbosas dispositi bracteolati, pedunculo communi ex axilla foliorum inferiorum enato circiter pollicari, in pedicellos plures graciles multifloros apice diviso. Calyx parvus turbinatus, supra basin coarctatus ibique ovario adhaerens pulverulentus, apice truncatus aut vix repando-quadridentatus. Petala 4 mox decidua, in alabastro valvatim approximata conum efficientia, summo tubo calycino inserta. Fructus baccatus sphaeroideus pisiformis, calyce coronatus glaber fuscus unilocularis, 1–2-spermus. — Crescit in Senegambia circa Samatité ad ripas Casamanciae.

* *MEMECYLEAE* DC. Prodr. III. 5.

(Endl. Gener. plant. p. 1222. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 111. II. 79.)

6270. **MOURIRIA** *Juss.*

(DC. Prodr. III. 7. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 149.)

1. M. PARVIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 97. t. 36. — Foliis sessilibus ovatis vel ovato-lanceolatis acutis, basi cordatis; pedicellis solitariis geminisve axillaribus bracteatis, calyce brevioribus; calycis laciniis acutis reflexis; ovario uniloculari. ♃ — Frutex glaberrimus, rami tenues teretes ramosissimi. Folia arcte sessilia sesquipollicaria subcoriacea, costa subtus prominente, venulis vix conspicuis, punctis crebris nonnisi in folio juniore pellucidis. Squamulae ad basin ramulorum juniorum et pedunculorum duae parvae acutae rigidulae. Pedunculi 1½–2 lin. longi, bractea lanceolato-subulata medio instructi. Flores quam in caeteris speciebus multo minores. Calyx per anthesin campanulatus, parte libera longa, limbi laciniae ovato-lanceolatae coloratae, demum reflexo-patentes. Petala angusta acutissima, lacinias calycinas superantia. Stamina 10, filamenta petalis duplo longiora, antherae oblongae, connectivum crassum calcaratum. Stylus stamina aequans filiformis. — Crescit in sinu ad Honda, Veragua.

Ordo LXXXVI. ALANGIEAE *DC.*

(DC. Prodr. III. 203. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 150. et 919. — Endl. Gener. plant. p. 1184. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 153. II. 110.)

6096. **ALANGIUM** *Lam.*

(DC. Prodr. III. 203. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 150.)

1. *A. DECAPETALUM Lam. — Wlprs. l. c. no. 1. — Wght. Icon. plant. Ind. orient. I. t. 194.

Ordo LXXXVIII. MYRTACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 207 — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 152 et 920. — Endl. Gener. plant. p. 1233 — MYRTINEARUM subordo II. MYRTACEAE Meisn. Gener. plant. vascul. I. 106. II. 75.)

Subordo I. *XEROCARPICAE.*

Fructus capsularis.

Tribus I. *CHAMAELAUCIEAE* DC. l. c. 208.

Germen uniloculare. Capsula mono- vel oligosperma dehiscens vel apice demum fatiscens.

Subtribus I. BARTLINGIEAE Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 170.

Calycis tubus campanulatus brevissimus. Stamina decem hypogyna. Ovarium liberum. Folia stipulata.

I. (6288.) **BARTLINGIA** *Ad. Brogn.**)

(Ad. Brogn. Ann. sc. natur. 1827. p. 373. [nec alior.] — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 173. t. 1. fig. A.)

Flores racemosi. Bracteolae liberae pedicello brevi continuae divergentes, calycis basin amplectentes. Calycis tubus brevissimus subhemisphaerico-campanulatus, limbus $^2/_3$ longitudinis totius floris adaequans, profunde quinquefidus, lobis triangulari-lanceolatis. Corolla hypogyna, petala minuta tubum calycis aequantia orbicularia concaviuscula, tenuissimae compagis. Stamina 10 hypogyna dicycla, filamenta exterioris ordinis sepalis superposita duplo longiora, interioris cum prioribus alterna brevissima, omnia complanato-subulata basique dilatata, antherae subglobosae, dorso prope a basi affixae, distincte bilocellatae. Ovarium liberum oblongum subcompressum, infra verticem uno latere breviter sulcatum uniloculare. Ovula gemina in placenta centrali (?) anatropa. Stylus cum ovario continuus brevis subulatus glaber, stigma terminale minutum. — Frutex Australasicus.

1. B. (CRYPTANDRA Sieb. Hb. flor. Nov. Holl. 129.) OBOVATA Ad. Brogn. l. c. — Schauer l. c. 174. t. 1. fig. A. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 152.*) — Frutex glaber robustus (?) ramosissimus. Rami fasciculato-approximati erecto-patentes fusci, inferne cicatricibus remotis exasperati, ramuli tenues graciles, dense foliosi angulati, cicatricibus foliorum delapsorum notati stipulisque diu persistentibus muniti. Folia ($^2/_5$–$^3/_4$ divergentia) approximata patula obovato-spathulata $^1/_2$–3 lin. longa, $^1/_2$–1 lata, uninervia concava, margine subinflexa, apice rotundato vel subretuso emarginata, facie stomatibus creberrimis micantia, dorso cryptis oleiferis epidermidi subjectis obscura, basin versus valde attenuata in petiolum circiter

*) *Characteres eorum generum hujus subordinis addere placuit, quae amplificata vel novis limitibus circumscripta sunt.*

lineam longum, subcarnosula glabra glaucescentia. Stipulae geminae laterales complanato-setaceae, petiolo paullo breviores fuscae subpersistentes. Flores parvi, in ramulorum superioribus foliis ad squamulas redactis axillares solitarii breviter pedicellati racemum simplicem efficientes. Bracteolae cum pedunculo continuae ovatae acuminatae calycem basi amplectentes ejusque tubo longiores. — Crescit in Nova Hollandia orientali.

Subtribus II. EUCHAMAELAUCIEAE Schauer l. c. 175.

Calyx tubulosus campanulatusve. Stamina perigyna 8-10 vel plurima fertilia, vel 10 fertilia cum totidem staminodiis alternantia. Ovarium calyce corticatum. Folia rarissime (in nonnullis *Calycotrichibus*) stipulata, caeterum exstipulata.

II. (6287.) **ACTINODIUM** *Schauer.*

(Schauer, Linnaea X. [1835.] 311. et Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 175. t. 1. fig. B. — *Triphelia* R. Br. mss. in Endl. Enum. pl. Hügel. 48. [1837.])

Flores tetrameri, in receptaculo (post anthesin innovationem non raro emittente) fusiformi areolato aggregati pedicellati, ad pedicelli basin bractea stipati, ad ejusdem apicem juxta calycis basin bibracteolati. Bracteae exteriorum cyclorum auctae involucrum construentes capituli pleiophyllum, pedicellos axillis producentes steriles, floris loco antholysi foliola complura bracteolaeformia fasciculata gerentes, quae exserta veluti radii inflorescentiam cingunt. Calyx tubulosus quadrialatus, deorsum ad duas tertias ovario adnatus, sub ore constrictus, limbus quadrilobus, lobis sinubus latis disjunctis angustissimis, corollam aequantibus. Corolla calyci continua marcescens, petala 4 conniventia. Stamina limbo calycis inserta, deorsum confluentia 8 dicycla, alternis brevioribus, antherae globosae bilocellatae, locellis contiguis vix discernendis. Ovarium calycis tubum omnino implens uniloculare, ovulum unicum, accedente nonnumquam altero abortivo, basifixum erectum anatropum. Stylus capillaris exsertus. Fructus.....? — Frutex Australasicus.

1. A. CUNNINGHAMI Schauer l. l. c. c. 311. et 176. t. 1. fig. B. — Frutex pedalis vel sesquipedalis glaberrimus: ramis divaricatis ramulisque gracilibus virgatis, habitu *Bruniae* vel *Diosmeae virgatae* similis. Folia approximata erecta vel laxe imbricata lineari-lanceolata acuminata mucronata, dorso semiteretia et seriatim punctata, facie uninervia plana vel concaviuscula, in phyllopodio breviter exstante sessilia atro-viridia, circiter 2 lin. longa, ramulorum florigerorum sursum in bracteas capitulum cingentes sensim accrescentia. Capitula fastigiata rosea. Bracteae exteriorum trium cyclorum (sive involucri phylla) foliis caulinis pluries majores obovato-oblongae acuminatae, extimae foliaceae virides, intermediae membranaceae, nec nisi disco apicem versus herbaceae, tertiae seriei petaloideae compagis roseo-coloratae, pedicelli axillares steriles apice foliigeri, bracteae interiores pedicellos floriferos emittentes, pedicelli diu persistentes saepeque indurati, bracteolae sub calyce binae lanceolatae acuminatae, dorso alato-carinatae petaloideae coloratae caducae. Flores minuti albidi. — *Triphelia brunnioides* R. Br. mss. l. c. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 153.* — Crescit in Novae Hollandiae ora austro-occidentali.

III. (6283. et 6284.) **GENETHYLLIS** *DC.*

(DC. Dict. class. XI. 400. et Prodr. III. 209. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 177. t. 2. fig. A-C.)

Flores in apicibus ramulorum pauci vel numerosi capitato-congesti, in axis dilatati receptaculiformis areolis sessiles vel pedicellati, bracteis stipati, internis hebetatis, externis vero saepe auctis coloratisque involucrum capituli exhibentibus. Bracteolae binae liberae, juxta calycis basin oppositae ses-

siles membranaceae naviculares carinatae, floris primordium amplectentes, dein divergentes, sub anthesi deciduae. Calyx tubulosus quinquecostatus dimidiatus, inferne ovario adnatus, basi carnosus, superne in faucem productus, limbo obtuse quinquedentato, totus laevis vel inferiore parte ovarium corticante rugulosus vel rugis transverse parallelis in marginem liberum cartilagineum productis pluriannulatus. Corolla scariosa vel membranacea, limbo calycis adnata, petala 5 concava vel naviculari-carinata in acumen obtusum attenuata conniventia. Andronitis ultra calycis limbum brevissimo, brevi vel longiori spatio monadelpha, inferne inde confluens in laminam parieti faucis adnatam. Staminodia 10 staminibus totidem rite alterna variae configurationis, dentiformia subulata liguliformia petaloidea, praefloratione erecta. Filamenta staminodiis aequalia vel longiora filiformia, praefloratione introflexa, antheris duplici serie, alteriori et demissiori, fauci applicatis. Antherae globosae connectivi simplicis fronti insertae bilocellatae, locellis subconfluentibus, virgineis leviter constrictis, poro postice dehiscentibus. Ovarium calyci omnino immersum, vertice truncatum laminaque epigyna indutum. Ovula gemina paucave in placenta basifixa centrali erecta anatropa. Stylus exsertus infra stigma barbatus vel glaber. Fructus.....? — Frutices Australasici.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 153. et 920.

IV. PARYPHANTHA *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 235.)

Flores terminali-axillares pedunculati. Bracteolae oppositae distinctae, tenuissime membranaceae cucullatae amplectenti-conclusae, ad basin calycis in pedunculo insertae, alabastro adolescente sublatae et deciduae. Calyx in pedunculo articulatus, tubus herbaceus obovatus breviter compressus subcostatus, sub limbo constrictus, limbus corollinus amplus, vertici tubi truncato arctissime impositus, semiquinquepartitus, lobis oblongis obtusis, infra in faucem coalitus. Petala 5 ad faucem limbi calycini inserta ejusdem lobis alterna iisque breviora. Staminodia nulla. Stamina 5 cum petalis inserta iisque alterna, filamenta brevissima cernua, antherae biloculares, loculis discretis oppositis bilocellatis, e connectivo prono oblongo glandulaque terminato pendulae, locellis poro frontali pollen emittentibus. Ovarium prope verticem tubi calycini in tela spongiosa consitum minute globosum, ovulis binis basifixis. Stylus filiformis androeceum aequans, stigma punctiforme laeve. — Frutex Australasicus, floris fabrica *Actinodio* affinis, inflorescentia tamen et habitu valde diversus.

1. P. MITCHELLIANA Schauer l. c. 236. (et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 920.*) — Frutex validus ramosus, ramis virgatis patentibus. Folia opposita quadrifariam conferta patula coriacea plana subcuneato-oblonga, breviter petiolata cartilagineo-marginata acuta mutica uninervia glaberrima nitidula perforato-punctata laete viridia 4–6 lin. longa, phyllopodia angusta vix marginantia. Stipulae intrafoliaceae setas minutissimas exhibentes. Pedunculi ad apicem ramulorum foliis minoribus subtensi singuli vel gemini, foliis breviores. Bracteolae hyalinae nitentes, disco resinoso-punctatae, dorso citra apicem breviter corniculatae fugacissimae. Flores fere 2 lin. longi in tubum et limbum dimidiati, ille purpuratus, firmae substantiae, hic substantia et colore albo cum petalis conveniens, lobis oblongis obtusissimis, structura calycis sub limbo primo obtutu vix conspicua propter limbum implicatura tubo arcte insidentem. Petala lobis calycinis fere duplo breviora orbiculata sessilia. Stamina conniventia faucem claudentia, connectivum ceraceum, antherae fusco-rubrae, pollen fulvum. — *Baeckea calycina* Lindl. Ann. sc. natur. XIX. 57. — Crescit in Nova Hollandia interiori.

V. (6282.) **DARWINIA** *Rdge.*

(Rdge. Transact. of the Linn. soc. XI. 299. t. 22. — Schauer, Nov. act. acad. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 187. t. 2. fig. D.)

Flores in apicibus ramulorum complures fasciculato-congesti, singuli folio subflorali vel caeteris conformi vel hebetato membranaceo bracteati subsessiles, bibracteolati. Bracteolae liberae membranaceae naviculares, marginibus primum contiguae alabastrumque includentes, dein apertae et divergentes, cito deciduae. Calyx tubulosus laevis, infera parte ovario adnata quinquecostata, superiore libera seu fauce ampliata et ab ovario denique secedente, limbus breviter quinquedentatus, dentibus obtusis, costis tubi continuis. Staminodia 10 filiformia abbreviata, staminibus alterna quidem sed altioris ordinis filamentis per paria eo modo approximata, ut ex illorum basi utrinque unum emersum videatur. Stamina 10 limbo calycis inserta deorsum confluentia dicycla, petalis superposita parum altius, sepalis respondentia paullo demissius fauci inserta, antherae nutantes subglobosae bilocellatae, locellis tumidis confluentibus, rima dehiscentibus. Ovarium calyci plane immersum uniloculare, ovula gemina basifixa erecta anatropa, alterum perfectibile, alterum rudimentarium, stylus filiformis longissime exsertus, apice barbellatus, stigma punctiforme. Pericarpium calyce corticatum, fauce calycis decidua truncatum monospermum. — Frutices Australasici.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 153. 154.

VI. (6281.) **HOMORANTHUS** *All. Cunningh.*

(All. Cunn. mss. ex Schauer, Linnaea X. 310. et Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 191. t. 3.)

Flores in summitatibus ramulorum axillares solitarii, in racemos pauciflores foliis interstinctos collecti, anthopodio brevissimo incrassato insidentes bibracteolati. Bracteolae binae oppositae tenuiter membranaceae cucullato-concavae, circa alabastrum arcto amplexu conclusae, adulto flore latiusculae et sigillatim deciduae. Calyx tubulosus a medio deorsum ovario adnatus turgidulus quinquecostatus, sursum ab ovario liber marcescens, fauce angustata, limbus quinquelobus, lobis costis tubi continuis angustissimis, e basi latiori in cuspidem capillaceam corollam excedentem productis. Petala 5 faucis limbo basi accreta membranacea suborbicularia concava subconniventia. Staminodia breviter filiformia, filamentis interioris ordinis ea ratione per paria approximata, ut haec basi latiore utrinque staminodio aucta appareant. Stamina 10 limbo faucis inserta deorsum confluentia dicycla, 5 (interioris seriei) petalis superpositis altius, sepalis respondentibus paullo inferius exsertis, filamenta brevia, antherae globoso- vel subpyriformi-oblongae nutantes bilocellatae, locellis dorso prope basin poro oblongo dehiscentibus. Ovarium immersum uniloculare, ovula in placenta breviter filiformi 4-8 biseriatim et subsecunde inserta imbricata obliqua anatropa, unicum plerumque dumtaxat perfectibile. Stylus subulatus longe exsertus, apice barbellatus, stigma punctiforme. Pericarpium calyce corticatum tenue indehiscens, flore emarcido coronatum monospermum. — Frutices Australasici.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 154.

VII. (6280.) **CHAMAELAUCIUM** *Dsf.*

(Dsf. Mém. du Mus. d'hist. natur. V. 39. t. 3. B. [exclus. reliq. spec.] — DC. Prodr. III. 209. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leopold. Carol. XIX. Suppl. II. 194. t. 4. fig. A. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 154.)

Flores axillares solitarii racemosi, foliis subfloralibus bracteati vel immutatis vel hebetatis, bibracteolati. Bracteolae geminae summo pedunculo in-

sertae membranaceae cucullato-concavae dorsoque corniculatae, primum arcte conclusae alabastrumque occultantes, dein flore semet aperturo vel sublatae ac basi solutae deciduae vel discedentes sub anthesi et persistentes. Calyx campanulatus inferne ovario adnatus, supra ovarium productus, limbus quinquelobus, lobis indivisis. Corollae patulae petala 5 summo faucis margini inserta suborbicularia concaviuscula integra. Staminodia 10 ligulaeformia integra staminibus alterna. Stamina 10 faucis margini cum staminodiis inserta deorsum confluentia in membranam calycis faucem interne vestientem discoque epigyno continuam, filamenta subulata, basi latiora, corolla breviora, antherae subglobosae introrsum spectantes bilocellatae, locellis in connectivo simplici vel subdisciformi contiguis, poro dehiscentibus. Ovarium calycis basi immersum uniloculare, ovula 5-10 in placenta abbreviata erecta anatropa. Stylus filiformis subulatusve inclusus glaber vel infra stigma capitatum barbatus. Pericarpium capsulare calyci innatum itaque indehiscens, abortu mono- v. oligospermum. — Frutices Australasici.

1. CH. UNCINATUM Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 97. † — Ramis gracilibus; foliis oppositis distantibus lineari-trigonis, apice pungente recurvis; floribus corymbosis; bracteolis caducis pellucidis cucullatis, citra verticem callosis; calycis phyllis minutis truncatis petalisque integerrimis fugacibus; staminodiis subulatis laevibus; stylo barbato. ♄ — Crescit in Novae Hollandiae ora marina prope oppidulum Freemantle.

VIII. 6279. VERTICORDIA *DC.*

(DC. Dict. class. XI. 400. et Prodr. III. 208. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. II. 197. t. 4. fig. B. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 154.)

Flores axillares solitarii racemosi aut corymbosi, foliis subfloralibus haud vel leviter tantum mutatis bracteati, bibracteolati. Bracteolae geminae margini summitatem pedunculi cingenti prominulo arcte sub calyce insertae, plerumque membranaceae cucullato-concavae, muticae vel dorso, nervo medio exserto, corniculatae, inferior superiorem omnino amplectens eoque modo ambae alabastrum includentes, incunte anthesi secedentes patentes et cito cadentes, rarius persistentes, rarissime connatae, dein longitudinaliter diruptae. Calycis tubus subcampanulatus 5-10-costatus vel ecostatus, inferne cum ovario connatus, sursum magis minusve productus in faucem interne lamina ex andronitide defluente formata et in discum epigynum profusa vestitam, limbus quinquelobus, lobi colorati multipartiti vel palmatifidi, lobulis palmatis plumosisve, singuli margine exteriori interdum lobulo aucti comato supra calycis tubum reclinato. Corollae petala 5 calycis fauci inserta concava colorata mollia vel scariosa, integra vel inciso-dentata vel multipartita. Andronitis plerumque ultra faucis calycinae marginem monadelpha, staminodia 10 conniventia subulata, ligulaeformia, immo petaloidea, integra vel incisa vel trifida, stamina 10 staminodiis alterna, filamenta subulata staminodiis vel breviora vel longiora, praefloratione introflexa, sub anthesi erecta, introrsum (rarius extrorsum) nutantia vel cernua, connectivum aut simplex aut varia mirabilique evolutione luxurians, antherae bilocellatae, locellis vel distinctis rima, vel confluentibus poro dehiscentibus. Ovarium calyci nunc omnino immersum et lamina epigyna obtectum, nunc vertice emergens, uniloculare. Ovula anatropa in placenta centrali basifixa, jam breviter exserta subcolumnari gemina erecta, jam in peltata 1-10 peripherice inserta subobliqua, plerisque semper tabescentibus. Stylus filiformis exsertus v. inclusus rectus vel arcuatus, nudus vel barbatus, stigma punctiforme capitatum, raro dilatatum. Pericarpium tenue calyce corticatum solubile, vertice demum parietibus abolitione apertum uniloculare, abortu mono- vel oligospermum. — Frutices Australasici.

Sectio I. EUVERTICORDIA Schauer.
(Repert. bot. syst. II. 154. no. 1–9.)

Sectio II. CATOCLYPTA Schauer.
(Repert. II. 155. no. 10–13.)

1. V. LEHMANNI Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 99. † — Corymbo simplici compacto; hypanthio turbinato, basi hispidulo, appendiculis calycis capillari-multifidis reversis involucrato; calycis phyllis palmato-multifidis, lobulis simplicibus aristaeformibus, medio subulato cuspidato incurvato, reliquis capillaceis divaricatis; petalis subscariosis ovatis, apice triaristatis; staminodiis subulatis integerrimis glabris; stylo exserto infra apicem reduncо ibidemque externe barbato; stigmate minute capitato; bracteolis muticis caducis; foliis laxe imbricatis lineari-triquetris inermibus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Sussex et circa sinum regis Georgii III.
2. V. HABRANTHA Schauer l. c. 100. † — Corymbo simplici; hypanthio turbinato hispidulo, sub involucro comato reverso abscondito; phyllis calycis palmatim quinquepartitis, lobulis subulato-aristaeformibus; petalis mollibus inaequaliter denticulatis; staminodiis petaloideis, basi confluentibus palmatim septemaristatis; stigmate subcapitato laevi sessili; foliis imbricatis obovato-triquetris inermibus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Hay.

Sectio III. CHRYSOMA Schauer.
(Repert. II. 156. no. 14–18.)

3. V. PREISSII Schauer l. c. 101. † — Corymbo laxo composito; hypanthio obconico glabro; phyllis calycis quinquepartitis, lobulis linearibus pinnato-plumosis; petalis mollibus palmatim septemfidis; staminodiis petaloideis lanceolatis, superne inaequaliter tridentatis; connectivo oblongo antheram semiamplectente, callo brevi terminato; stylo recto imberbi, stamina subaequante; bracteolis muticis caducis; foliis oblique mucronatis, inferioribus fasciculato-confertis semitereti-acerosis, superioribus approximatis, sensim latioribus ovalibus integerrimis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia cis Halfway-house.
4. V. ENDLICHERIANA Schauer l. c. † — Corymbo subsimplici conferto; hypanthio turbinato glabro; phyllis calycis quinquepartitis, lobulis subulatis aristatis pinnatifido-plumosis; petalis coriaceis palmatim septempartitis; staminodiis petaloideis lanceolatis integerrimis acuminatis conniventibus; connectivo oblongo antheram semiamplectente apiculoque brevi cucullato terminante; stylo recto imberbi stamina subaequante; bracteolis muticis caducis; foliis imbricatis oblique mucronatis, inferioribus semitereti-acerosis, superioribus ovalibus subcarinatis integerrimis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.

IX. (6278.) PILEANTHUS *Labillard.*

(Labillard. Nov. Holl. pl. spec. II. 11. t. 149. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 228. t. 5.)

Flores in apicibus ramulorum racemosi vel corymbosi, foliis subfloralibus immutatis bracteati, bibracteolati. Bracteolae membranaceae sutura conferruminatae in calyptram undique clausam, alabastrum arcte involucrantem, cum pedunculo continuam, juxta verticem corniculis geminis dorsalibus coronatam, adulto flore circumscisse dimidiatam, infera parte cyathiformi persistente, supera operculiformi decidua. Calycis tubus oblongus, basi valde attenuatus, fundo cyathi bracteolaris affixus, inferne ovario adnatus, superne in faucem cylindricam productus, limbus decemlobus, lobis membranaceis integris (rectius quinquelobus, lobis bipartitis). Petala 5 summae calycis fauci inserta, molluscae compagis, orbicularia concava integra decidua. Stamina 20 omnia fertilia cum petalis inserta, basi confluentia in laminam parietem faucis calycinae vestientem et super ovarii verticem continue profusam, post anthesin a margine faucis decidua, filamenta libera complanato-subulata simplicia vel nonnulla bifurca, connectivum supra basin affixum in discum conspicuum marginatum dilatatum, antheram dorso adnatam antice gerens, locellis vel parallelis appositis vel, filamento furcato,

disjunctis et in cruciibus sigillatim porrectis, rima longitudinali distincta dehiscentibus. Ovarium inferum uniloculare, ovula 2-10 in placenta brevi centrali erecta, extrorsum anatropa. Stylus filiformis saepius arcuatus, stigma punctiforme capitatumve imberbe. Pericarpium siccum calyce corticatum, vertice demum fatiscens mono- vel oligospermum. — Frutices Australasici.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 157.

X. (6277.) **TRYPTOMENE** *Endl.*

(Endl. Ann. des Wien. Mus. II. 192. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 232. t. 6. fig. A.)

Flores axillares racemosi bibracteolati, bracteolae oppositae distinctae squamiformes caducissimae, ad basin calycis pedunculo brevi insertae. Calycis tubus obconicus decemcostatus, cum ovario fere omnino connatus, fauce brevissima, limbus patentissimus quinquelobus, lobis integris. Corollae petala 5 calycis fauci adnata cum sepalis marcescentia. Stamina 10 omnia fertilia subaequalia, corolla breviora et cum ea inserta, inferne conflata in laminam carnosam supra ovarii verticem profusam, filamenta subulata, basi dilatata, introrsum cernua, antherae bilocellatae, locellis globulosis discretis, connectivo cum filamento continuo glandulaque terminato lateraliter insertis subpendulis, rimula sublaterali vix manifesta introrsum dehiscentibus. Ovarium calyci immersum uniloculare. Ovula 2-4 e placenta peltata basilari sublaterali oblique ascendentia cochleato-imbricata anatropa, unico alterove perfectibili, reliquis tabescentibus. Stylus brevissimus imberbis, stigma capitatum. Pericarpium capsulare obconicum, calyce corticatum, vertice truncato demum fatiscens, plerumque monospermum. — Frutices Australasici.

1. TR. (BAECKEA All. Cunn. in Hook. Bot. Magaz. t. 3160. † — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 170. no. 5. — ASTRAEA Schauer, Linnaea XVII. 239. et in Wlprs. l. c. 921. *) SAXICOLA Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 102. adnot. † — Foliis quadrifariam imbricatis, denique recurvo-patulis planis obovato-oblongis muticis; pedunculis folium subaequantibus vel parum excedentibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali.
2. TR. AUSTRALIS Endl. l. c. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 233. † t. 6. fig. A. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 103. adnot. † — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 157. *) — Foliis quadrifariis arrectis carnosis subsemiteretibus, sursum paullo incrassatis, mucrone reverso terminatis; pedunculis brevissimis. ♁ — Habitu et inflorescentia praecedenti admodum similis est. — Crescit in interioribus Novae Hollandiae austro-occidentalis.

XI. (6276.) **LHOTSKYA** *Schauer.*

(Schauer, Linnaea X. 309. et Nov. act. acad Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 234. t. 7. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 157.)

Flores subsessiles solitarii axillares vel spicato-racemosi, foliis subfloralibus immutatis bracteati vel capitati, bracteis auctis arescentibus stipati, bibracteolati. Bracteolae scariosae carinatae concavae ima parte connatae, cum pedicello brevi continuae, calycem basi amplectentes persistentes. Calycis tubus decemcostatus vel 10-striatus, cum ovario fere omnino connatus, fauce brevissima non angustata cylindrica, limbus patens quinquelobus, lobis persistentibus scariosis muticis. Corolla patens, petala 5 margini faucis calycinae inserta integra decidua. Stamina cum petalis inserta plurima, omnia fertilia, post anthesin a faucis margine secedentia, filamenta libera capillaria inaequilonga, corollam subaequantia, antherae introrsum conversae bilocellatae, locellis distinctis ex apice paullo divergentibus, rima longitudinali dehiscentibus, connectivo simplici cum filamento continuo. Ovarium calyci innatum uniloculare, ovulum in medio placentae filiformis

basifixae centralis, ovarii verticem attingentis, erectum anatropum, vel gemina opposita, altero saepius tabescente. Stylus filiformis imberbis, stamina nunc aequans, nunc superans persistens, stigma punctiforme. Pericarpium capsulare calyce corticatum indehiscens mono- vel dispermum.

1. LH. BREVIFOLIA Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 103. † — Glaberrima: floribus axillaribus spicatis; bracteolis hypanthium aequantibus, usque ad medium connatis, apice subrecurvis, carinatis apiculatis, disco lanceolato resinoso-punctato; foliis exstipulatis imbricatis brevissimis subsessilibus trigonis acutiusculis muticis laevissimis lucidis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia occidentali ad fluvium Cygnorum.

XII. (6275.) CALYCOTHRIX *Labill.*

(Labillard. Plant. Nov. Holl. spec. II. 8. t. 146. — Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 238. t. 6. fig. B. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 157.)

Flores subsessiles vel pedicellati axillares solitarii vel laterales sparsi, foliis immutatis bracteati, vel in apicibus ramulorum corymbosi, magis minusve conferti, bracteis saepe auctis et aridis stipati, bibracteolati. Bracteolae herbaceae vel scariosae concavae distinctae vel basi magis minusve longe connatae, cum pedicello brevi continuae, superne liberae marginibusque contiguae vel altera alteram amplectens, calycis tubum ex parte foventes, persistentes. Calycis tubus angustus striatus, basi acuminata fundo bracteolarum affixus, infera parte ovarium includens, supra ovarium in tubulum filiformem, plerumque elongatum et gracilem productus, limbus hypocrateriformis quinquelobus, lobis subrotundis, arista saepe elongata terminatis. Corolla patens pentapetala, petala margini faucis calycinae inserta integra decidua. Stamina cum petalis inserta 8-10 vel plura, omnia fertilia, post anthesin a faucis margine secedentia, filamenta libera capillaria inaequilonga corollam subaequantia, antherae introrsum conversae bilocellatae, locellis distinctis ex apice paullo divergentibus, rima longitudinali extrorsum dehiscentibus, connectivo cum filamento continuo, aut simplici, aut incrassato. Ovarium imo calyce inclusum uniloculare, ovula in medio placentae filiformis basifixae centralis, ovarii verticem attingentis, gemina opposita erecta anatropa, altero perfectibili, altero tabescente. Stylus filiformis vel capillaris imberbis, stamina nunc subaequans, nunc paullo superans, diuque persistens, stigma punctiforme. Pericarpium capsulare calycis integri persistentis saepeque colorati fundo inclusum indehiscens, abortu monospermum. — Frutices Australasici.

1. C. LESCHENAULTII Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 104. † — Glaberrima: foliis quadrifariam imbricatis brevibus ovato-triquetris muticis, margine scabriusculis subsessilibus; bracteolis usque ad medium connatis subherbaceis, margine scariosis subventricosis carinatis breviter acuminatis, hypanthio quadrante brevioribus; floribus 8-13-andris corymbosis, aristis corollam duplo excedentibus. ♄ — Crescit in Novae Hollandiae districtu Hay.
2. C. ASPERULA Schauer l. c. 106. † — Foliis approximatis subrecurvo-patulis lineari-subtrigonis muticis petiolatis bracteolisque asperulis, his herbaceis, ima basi connatis oblongis concavis obtusis, hypanthium semiaequantibus hiantibus; floribus icosandris axillaribus sparsis, aristis corolla duplo longioribus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia interiori occidentali.
3. C. LUTEOLA Schauer l. c. † — Glaberrima: foliis approximatis patulis linearitrigonis calloso-apiculatis petiolatis; bracteolis herbaceis, ima basi connatis lanceolatis complicatis ecarinatis cuspidatis, hypanthium semiaequantibus hiantibus; floribus icosandris racemosis; aristis corolla duplo longioribus. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.
4. *C. FLAVESCENS Schauer. — Wlprs. l. c. 159. no. 18. — Gardn. Sert. plant. t. 38.

XIII. (6286.) FRANCISIA *Endl.*

Species indescriptae.

Tribus II. *LEPTOSPERMEAE* DC. Prodr. III. 209.

Subtribus I. BAECKEEAE Schauer, Dissert. gratulatoria 9.

Folia opposita. Flores pedicellati, bracteolis binis stipati. Stamina definita vel indefinita, corolla breviora, libera vel in phalanges sepalis oppositas coalita.

XIV. **SCHIDIOMYRTUS** *Sch.*

(Schauer, Linnaea XVII. 237. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 920.)

Flores axillares solitarii sessiles, squamis binis calyci adpressis subpersistentibus bracteolati. Calyx subtubuloso-turbinatus, inferne ovario adnatus, superne in faucem productus et saepe ampliatus, lobis membranaceis marcescentibus. Stamina 5-10 caduca, anthera dorso inserta nutans, loculis parallelis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium biloculare, loculis subquinqueovulatis. — Frutices Australasici habitu *Baeckeae*.

1. *SCH. (BAECKEA DC. Prodr. III. 230. no. 14.) CRENULATA Schauer l. l. c. c.
2. *SCH. SIEBERI Schauer l. l. c. c. — *Baeckea diosmoides* Sieb. Plant. exs. Nov. Holl. no. 277. ex DC. l. c. no. 16.
3. *SCH. (BAECKEA Rdge. Transact. of the Linn. Soc. VIII. 298. t. 13. — DC. l. c. no. 9.) DIOSMIFOLIA Schauer l. l. c. c.
4. *SCH. (JUNGIA Grtnr.) TENELLA Schauer l. l. c. c. — *Baeckea microphylla* Rdge. ex Sieb. Hb. fl. Nov. Holl. no. 282. — DC. l. c. no. 11. — *Imbricaria* (*Escallonia* Roem. et Schult.) *ciliata* Sm. Transact. of the Linn. soc. III. 176? — *Stereoxylum ciliatum* Poir.
5. *SCH. (BAECKEA DC. l. c. no. 13.) MICRANTHA Schauer l. l. c. c. — Hook. Icon. plant. t. 309. — DC. Mém. Myrtac. t. 14.

XV. (6311.) **BAECKEA** *L.*

(Linn. Gener. pl. 491. — DC. Prodr. III. 229. [excl. sp.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 169. et 920. [excl. sp.])

Flores axillares solitarii pedicellati, ad basin pedicelli bibracteolati. Calyx turbinatus vel infundibuliformis in pedicellum attenuatus, fere totus ovario adnatus, lobis membranaceis. Stamina 8-10 caduca, anthera dorso inserta nutans, loculis parallelis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium 2-3-loculare, loculis subdecemovulatis. — Frutices Australasici.

XVI. **TETRAPORA** *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 238. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 107. †)

Flores axillares solitarii pedicellati, pedicello ad insertionem bracteolis fugacibus stipato. Calyx patelliformis ovario adnatus, lobis rotundatis marcescentibus. Stamina 5 caduca, anthera nutans, e loculis 2 bilocellaribus connectivo dorso adnatis, poro dehiscentibus conferruminata. Ovarium triloculare, loculis pauciovulatis. — Fruticulus Australiae meridionali-occidentalis: foliis brevibus imbricatis subclavato-semiteretibus cartilagineo-marginatis denticulatisque.

1. *T. PREISSIANA Schauer l. l. c. c. † et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 921.* — ♁ — Crescit in regionibus interioribus Australiae meridionali-occidentalis.

XVII. **HARMOGIA** *Sch.*

(Schauer, Linnaea XVII. 238. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 921.)

Pedunculi axillares solitarii uni-pluriflori; flores pedicellati vel subpedicellati, ad basin pedicelli bracteolis binis instructi. Calyx hemisphaerico-turbinatus ovario adnatus, lobis herbaceis cucullatis dorso gibbis. Stamina 8-10, anthera nutans bilocularis, loculis oppositis confluentibus poro v. rimula

subporiformi dehiscentibus; connectivum saepe glandula terminatum. Ovarium triloculare, loculis subdecemovulatis. — Frutices Australasici.

1. *H. (BAECKEA Sm. Transact. of the Linn. soc. III. 206. — DC. Prodr. III. 230. no. 7.) DENSIFOLIA Schauer l. c.
2. *H. (BAECKEA Andrws. Bot. Repos. t. 598. — DC. l. c. 229. no. 3. — Sims, Bot. Magaz. t. 2127. — Lodd. Bot. Cabin. t. 341. — Colla, Hort. Ripul. t. 6. — MELALEUCA Linn. fil. Suppl. 343.) VIRGATA Schauer l. c.
3. *H. (BAECKEA DC. l. c. no. 4.) PINIFOLIA Schauer l. c.

XVIII. EURYOMYRTUS *Sch.*

(Schauer, Linnaea XVII. 239. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 921.*)

Pedunculi axillares solitarii uniflori; flores pedicellati ad insertionem bracteolis binis persistentibus suboppositis alternisve instructi. Calyx campanulatus inferne ovario adnatus, limbi continui herbacei lobis obtusis dorso aequalibus. Stamina 10, anthera dorso inserta nutans, loculis oppositis distinctis rima longitudinali hiante dehiscentibus, connectivum glandula terminatum. Ovarium vertice emersum triloculare, loculis 3-2-ovulatis. — Fruticuli Australasici.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 921.

XIX. RINZIA *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 239. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922.*)

Flores axillares solitarii pedicellati, pedicello ad basin bracteolis binis oppositis herbaceis stipato. Calyx patelliformis, limbi continui herbacei lobis obtusis. Stamina 10 lingulata marcescentia, sepalis opposita minora, antheram apici integro adnatam gerentia, petalis opposita majora, anthera sub apice emarginato adnata; anthera extrorsa dorso adnata, loculis parallelis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium semisuperum triloculare, loculis biovulatis. — Fruticulus Australiae austro-occidentalis dodrantalis viridis: foliis oppositis brevibus imbricatis lanceolato-linearibus semiteretibus; floribus elegantibus albis.

1. R. FUMANA Schauer l. l. c. c. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 108. † — Frutex a basi ramosus, folia 1–2 lin. longa opposita imbricata lanceolato-linearia cartilagineo-marginata obtusa laevia, flores infra apicem ramulorum axillares, pedicellis folio bis longioribus, bracteolae foliaceae persistentes. — Crescit in Nova Hollandia ad sinum Regis Georgii III.

XX. (631½.) BABINGTONIA *Lindl.*

(Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XV. t. 10. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 170. et 922*.)

Pedunculi axillares solitarii corymbuliferi, flores pedicellati, bracteolis ad basin pedicelli minutis caducis. Calyx subturbinato-hemisphaericus ovario adnatus, in pedicellum attenuatus, lobis herbaceis marginatis erectis. Stamina 10 caduca, anthera cernua obcordiformis filamento continua, loculis basi connatis poro apicali dehiscentibus. Ovarium triloculare, loculis subdecemovulatis. — Frutex Australasicus.

1. B. (BAECKEA Endl. Enumer. plant. Hügel. 51.) CAMPHOROSMAE Lindl. l. c. — (Wlprs. l. l. c. c.) — Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 109. † — Frutex quoad staturam variabilis, 1-1½-pedalis erectus, depressus vel decumbens, glaberrimus, rami firmi fusci, inferne ramulis oppositis abbreviatis rigidulis foliosisque instructi, apicem versus floriferi. Folia circiter 2 lin. longa opposita confertissima, filiformi- vel subclavato-semiteretia, facie plana argute marginata, dorso convexo raro punctulata, apice acuminulata cartilagineo-apiculata mucronata laevia laete viridia. Petala concava alba roseo-fucata. — Crescit in Nova Hollandia in arenosis sublimosis ad fluvium Cygnorum.

XXI. **CAMPHOROMYRTUS** *Schauer.*

(Schauer in Linnaea XVII. 240.

Pedunculi axillares solitarii uniflori, flores pedicellati, bracteolis binis ad basin pedicelli fugacissimis. Calyx campanulatus, inferne ovario adnatus, superne in faucem productus, lobis continuis herbaceis. Stamina 15, anthera medio dorso inserta, loculis parallelis distinctis, rima longitudinali hiante dehiscentibus, connectivum verruciformi-prominens. Ovarium innatum triloculare, loculis subdecemovulatis. — Frutex Australasicus glaberrimus: foliis quadrifariis laxe imbricatis obovato-lanceolatis planis punctatis, tenuissime marginatis, brevissime petiolatis; floribus axillaribus binis vel solitariis pedicellatis.

1. *C. BROWNII Schauer l. c. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922.* — ♄ — *Baeckea camphorata* R. Br. in Bot. Magaz. t. 2694. — DC. Prodr. III. 230. no. 10. — Crescit in Nova Hollandia.

XXII. **OXYMYRRHINE** *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 240. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922.*)

Flores axillares solitarii pedunculati, juxta basin calycis bracteolis binis oppositis stipati. Calyx cyathiformis, inferne ovario adnatus, tubo 5-costato, lobis continuis herbaceis acuminatis patentibus. Stamina numerosa decidua, anthera cernua incumbens subglobosa, loculis confluentibus, apice poro minuto dehiscentibus. Ovarium triloculare, loculis pluriovulatis. — Frutex Australasicus spithamaeus gracilis glaber: foliis ericoideis oppositis quadrifariam imbricatis lineari-semiteretibus; pedunculis folium aequantibus; floribus flavis.

1. *O. GRACILIS Schauer l. l. c. c. — ♄ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

XXIII. **SCHOLTZIA** *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 241. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922.*)

Pedunculi axillares solitarii dichotome corymbulosi, flores subsessiles articulato-inserti, bracteolis binis fugacibus stipati. Calyx turbinatus carnosus ovario adnatus, lobis membranaceis rotundatis patulis marcescentibus. Stamina 20 decidua, anthera basi inserta cernua obcordiformis, loculis binis connatis, apice poro dehiscentibus. Ovarium biloculare, loculis biovulatis. — Frutex Australasicus: ramulis floriferis virgatis patentibus; foliis oppositis approximatis coriaceis obovatis vel obovato-oblongis inflexis subrecurvis obtusis, margine scabrellis subsessilibus impunctatis nitidis.

1. *SCH. BAECKEA DC. Prodr. III. 230. no. 15. — PRITZELIA Schauer mss.) OBOVATA Schauer l. l. c. c. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 109. † — *Baeckea involucrata* Endl. Enumer. pl. Hügel. 170. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 170. no. 6. — ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

XXIV. (6306.) **HYPOCALYMMA** *Endl.*

(Endl. Enumer. pl. Hügel. 50. — Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 110. †)

Flores axillares vel geminati sessiles aut pedunculati vel in pedunculo brevi gemini, terni, quaterni sessiles, compacte racemulosi articulati, bractea bracteolisque binis oppositis consimilibus persistentibus suffulti. Calyx cupuliformis v. patelliformis ovario adnatus, limbo marcescente. Stamina 20-50, basi confluentia marcescentia, anthera dorso inserta, loculis parallelis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium vertice emersum 2-3-loculare compressum vel tricarinatum, loculis 1-2-3-ovulatis. — Frutices Australasici habitu *Leptospermorum.*

Sectio I. EUCALYMMA Schauer l. c.

Flores in pedunculo brevi sessiles geminati, ternati vel quaternati, bractea bracteolisque sub calyce patulis subcaducis. Germen biloculare, loculis triovulatis.

1. H. **ROBUSTUM** Endl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 166.) — Lindl. Bot. Regist. 1843. t. 8. — Schauer l. c. 110. † — Ramis virgatis foliisque patentibus, his distantibus sessilibus subtriquetro-subulatis, dorso sulcatis, mucronatis nitidis punctatis, superioribus saepe recurvatis; cymulis axillaribus 2–4-floris compactis; staminibus numerosis subliberis. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae arenosis ad vicum Perth.
2. H. **CUNNINGHAMI** Schauer l. c. 111. † — Ramis ramulisque virgatis subfastigiatis; foliis remotiusculis patentibus acerosis triquetro-subulatis, basi attenuatis sessilibus acuminatis mucronatis laevibus nitidisque; floribus axillaribus, in pedunculo brevissimo geminatis; staminibus basi coalitis. ♁ — *Baeckea speciosa* A. Cunningh. mss. — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.
3. H. **STRICTUM** Schauer l. c. † — Ramis ramulisque virgatis strictisque; foliis remotiusculis arrectis vel patulis acerosis tetragonis, basi subattenuata sessilibus acutis breviter mucronatis laevibus opacis punctatis; floribus axillaribus in pedunculo brevissimo geminatis; staminibus basi connatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in solo turfoso-arenoso circa Albany.
4. H. **ASPERUM** Schauer l. c. † — Ramulis scabro-pubescentibus; foliis approximatis arrectis imbricatisve acerosis subclavato-trigonis tetragonisve, basi subattenuata sessilibus acutis muticis tuberculato-punctatis asperisque; staminibus basi connatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

Sectio II. ASTROCALYMMA Schauer l. c. 111.

Flores axillares geminati sessiles, bractea bracteolisque consimilibus scariosis hypanthii basin stellato-involucrantibus, post floris lapsum residuis. Germen triloculare, loculis uniovulatis.

5. H. **SCARIOSUM** Schauer l. c. † — Ramis ramulisque flexibilibus patulis; foliis sessilibus confertis decussatis acerosis rigidulis subclavato-trigonis canaliculatis cartilagineo-acuminatis scabro-punctatis; floribus axillaribus sessilibus geminatis dense spicatis subscariosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad sinum regis Georgii tertii.
6. H. **ANGUSTIFOLIUM** Endl. l. c. — (Wlprs. l. c.) — Schauer l. c. 112. † — Ramulis virgatis tetragonis patulis; foliis remotis patentibus decussatis sessilibus lineari-subulatis canaliculatis, dorso convexis vel semitereti-subulatis, facie canaliculatis, acuminatis mucronatis punctatis opacis; floribus axillaribus sessilibus geminatis interrupte spicatis. ♁
   α. linophylla: vegeta virgata, foliis tenuioribus lineari-subulatis canaliculatis laevibus, punctis immersis.
   β. acerosa: foliis carnosis semitereti-subulatis, facie et saepius dorso quoque sulcatis laevibus, punctis immersis.
   γ. verrucosa: macra rigidula squarrosa, foliis carnosis semitereti-subulatis corrugatis, dorso verrucoso-punctatis. — *H. suave* Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. Pl. misc. 27. no. 32.

   Crescit in interioribus Australasiae meridionali-occidentalis.

Sectio III. CARDIOMYRTUS Schauer l. c. 112.

Flores axillares gemini pedunculati, pedunculo bractea, hypanthio bracteolis binis oppositis bracteaeque alternis stipato. Germen triloculare, loculis biovulatis.

7. H. **CORDIFOLIUM** Schauer l. c. † — Ramis gracillimis virgatis tetragonis marginatis; foliis decussatis membranaceis planis cordatis sessilibus semiamplexicaulibus acutiusculis, margine subrevoluto cartilagineo-denticulatis uninerviis glaucis perforato-punctatis; floribus axillaribus geminis pedunculatis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis turfosis circa Albany.

XXV. (0280.) ASTARTEA *DC.*

(DC. Prodr. III. 210. — Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 113. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922.)

Pedunculi axillares solitarii uniflori, flores pedicellati ad basin pedicelli bracteolis binis oppositis plerumque fugacissimis stipati. Calyx turbinatus in pedicellum attenuatus ovario adnatus, lobis brevibus obtusis inclinatis, dorso saepe callosis corniculatisve persistentibus. Stamina plurima, in phalanges 5 lobis calycis oppositas coalita inclinata, emarcida in fructu remanentia, anthera connectivo filamento continuo erecta, loculis oppositis, rima longitudinali subporiformi hiante dehiscentibus. Ovarium vertice convexum triloculare, loculis multiovulatis. — Frutices Australasici: foliis subulato-acerosis; floribus solitariis pedunculatis axillaribus.

1. A. LEPTOPHYLLA Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 113. † — Ramis ramulisque gracilibus teretiusculis, ramulis lateralibus abbreviatis copiosis; foliis tenuissimis semitereti-filiformibus, inferne attenuatis muticis glaucescentibus; pedunculo folio breviori infra medium articulato; calycis phyllis dorso aequalibus; phalangibus octandris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad ripas fluvii Preston in districtu Wellington.

2. A. (MELALEUCA Labill. Nov. Holl. pl. spec. II. 29. t. 170.) FASCICULARIS DC. l. c. — Schauer l. c. 114. † — Ramis quadrangularibus marginatis, ramulis lateralibus abbreviatis copiosis fasciculato-foliosis; foliis acerosis subclavato-semiteretibus vel subtrigonis, in petiolum brevem attenuatis acutiusculis muticis punctatis laevibus; pedunculo folio subaequali vel breviori, infra medium articulato; calycis phyllis dorso gibbis; phalangibus 5-8-andris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Perth.

3. A. SCOPARIA Schauer l. c. † — Ramis virgatis strictis subfastigiatis ramulosis; foliis brevibus subclavato-semiteretibus, in petiolum brevem attenuatis acutiusculis muticis laevibus, ramealibus fasciculatis; pedunculo folium subaequante, ad medium articulato; calycis phyllis dorso aequalibus; phalangibus subpentandris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4. A. ASPERA Schauer l. c. † — Ramis rigidis squarrosis, ramulis asperrimis; foliis quadrifariam imbricatis brevibus subclavato-semiteretibus vel subtrigonis in petiolum brevem contractis, acutiusculis muticis aspero-punctatis; floribus vix exsertis; pedunculo supra basin articulato et bracteolato; calycis phyllis dorso gibbis; phalangibus triandris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche in Konkoberuphills.

5. A. GLOMERULOSA Schauer l. c. 115. † — Ramis tenuibus angulatis breviter ramulosis; foliis brevibus crassis subclavato-semiteretibus vel subtrigonis, in petiolum brevem contractis muticis laevibus, ramulorum axillarium compactis; pedunculo exserto, supra medium articulato; calycis phyllis dorso aequalibus; phalangibus 3-4-andris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

6. A. CORNICULATA Schauer l. c. † — Ramis tenuibus virgatis teretiusculis; foliis brevibus crassis lineari-semiteretibus, in petiolum brevem contractis acutiusculis muticis laevibus, ramulorum brevium axillarium imbricatis; pedunculo exserto, medio articulato et bracteolato; calycis phyllis dorso corniculatis, corniculis tenuibus, margine brevi inflexo pluries longioribus porrectis; phalangibus 3-4-andris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia circa Albany.

7. A. ENDLICHERIANA Schauer, Linnaea XVII. 242. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 922. — Ramis ramulisque gracilibus flaccidis, his quadrangulis submarginatis, ramulis lateralibus brevibus fasciculato-foliosis; foliis patentibus acerosis semitereti-subfiliformibus, basi angustatis muticis laevibus; pedunculo folium subaequante, medio articulato; calycis phyllis dorso breviter corniculatis callosisve; phalangibus 3-5-andris. ♁ — *Leptospermum dubium* Spr. Syst. vegetab. II. 492.

no. 16. — *Baeckea affinis* Endl. Enumer. pl. Hügel. 51. — (Wlprs. l. c. 170. no. 7.) — *Baeckea frutescens* Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung IX. 258. (nec alior.) — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

Subtribus II. EULEPTOSPERMEAE Schauer, Dissert. gratul. 9.

Folia alterna. Flores sessiles, bracteolae fugaces vel nullae. Stamina indefinita corolla breviora libera.

XXVI. AGONIS *DC.*

(*Leptospermi* sect. I. *Agonis* DC. Prodr. III. 226. — *Billiotia* R. Br. Journ. geogr. soc. I. 19. — Endl. Gener. pl. no. 6305. — Meisn. Gener. pl. vasc. I. 108. II. 76.)

1. *A. (METROSIDEROS Willd. Enumer. pl. hort. Berol. 514.) **FLEXUOSA** Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 116. † — Innovationibus vestitis; ramulis compressis acutangulis subalatisve pendulis; foliis alternis lanceolatis, utrinque attenuatis breviter petiolatis, subtus trinerviis venosisque, nervis lateralibus margini proximis excurrentibus, adultis glabratis; capitulis axillaribus pleianthis villosis. ♄ — *Leptospermum flexuosum* DC. l. c. 226. — *Leptospermum resiniferum* Bertol. Amoen. Ital. 28. — *Leptospermum glomeratum* Wendl. Flora (B. Z.) 1819. p. 678. — Rchb. Hort. bot. II. t. 115. — Colla, Memorie di Torino XXXI. 112. t. 2.
   α. angustifolia: Foliis anguste lanceolatis elongatis, utrinque acuminatis.
   β. latifolia: Foliis latioribus brevioribus, basi ovatis.
   Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

2. A. **HYPERICIFOLIA** Schauer l. c. 117. † — Innovationibus hirsutis; ramis confertis rigidulis angulatis foliisque demum glabratis; foliis alternis subdistichis ovatis ellipticis subrotundisve uninerviis venosis inflexis undulatisque, apice complicatis, acumine mucronato deflexo, margine scabro, petiolo brevissimo; capitulis axillaribus pleianthis sericeo-villosis. ♄ — *Leptospermum hypericifolium* Otto et A. Dietr. Allgem. Gartenzeitung IX. 243. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 169. no. 31.) — *Leptosp. theaeforme* A. Cunn. mss. — Crescit in Nova Hollandia locis subturfosis in districtu Plantagenet.

3. A. **MARGINATA** Schauer l. c. 117. † — Innovationibus totis sericeis; ramis rigidulis hirsutis; foliis alternis obovato-oblongis, margine cartilagineo villosis, denique omnino glabratis trinerviis; capitulis subapicalibus axillaribusque pleianthis; hypanthio sericeo; calyce hirsuto. ♄ — *Leptospermum marginatum* Labill. Nov. Holl. pl. spec. II. 10. t. 148. — DC. l. c. 226. — Crescit in Nova Hollandia.

4. A. **SPATHULATA** Schauer l. c. 117. † — Ramulis squarrosis teretibus villosis; foliis confertissimis alternis subrotundo-spathulatis obtusissimis concavis enerviis, junioribus basi ciliato-hirsutis, adultis glabratis nitidulis; capitulis subapicalibus multifloris; hypanthio glabriusculo; lobis calycis citra apicem dorso barbatis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche in Konkoberuphills.

5. A. **LINEARIFOLIA** Schauer l. c. 118. † — Innovationibus sericeo-villosis mox glabratis, ramulis strictis; foliis alternis lanceolatis basi attenuata sessilibus, acumine brevissimo subpungentibus uninerviis vel subenerviis; capitulis in ramulis brevibus apicalibus pleianthis; hypanthio sericeo vel subvilloso; calyce villoso-hirsuto. ♄ — *Leptospermum linearifolium* DC. l. c. et Mém. Myrtac. t. 12. — Crescit in Nova Hollandia locis subturfosis ad vicum Perth.

6. A. **CONSPICUA** Schauer l. c. 118. † — Innovationibus sericeo-villosis; ramulis submarginatis erectis; foliis alternis aversis lanceolatis, basi attenuata sessilibus, acutis acuminatisve subpungentibus trinerviis, adultis glabratis subnitidis; capitulis in ramulis brevibus subapicalibus axillaribusque, pleianthis; hypanthio calyceque villosis. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in summitatibus montis Wuljenup.

7. A. **ANGUSTIFOLIA** Schauer l. c. † — Innovationibus sericeis; ramulis marginatis subvirgatis; foliis alternis confertis lanceolato-linearibus acuminatis subpungentibus uninerviis canaliculatis, adultis glabratis; capitulis axillaribus pleianthis;

hypanthio sericeo-pubescente; calyce subglabrato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in summitate montis Wuljenup.

8. A. JUNIPERINA Schauer l. c. † — Ramulis piloso-hirsutis erectis; foliis alternis fasciculato-confertis lineari-lanceolatis, dorso convexis, sessilibus mucronato-acuminatis ciliatis uninerviis, adultis glabratis; capitulis apicalibus multifloris densis; hypanthio sericeo-pubescente; calyce glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.

9. A. PARVICEPS Schauer l. c. 119. † — Ramulis subvirgatis patulis, juvenilibus hirsutiusculis; foliis alternis, ramulos axillares brevissimos fasciculato-foliosos subtendentibus, lineari-lanceolatis subspathulatisque sessilibus acuminatis muticis, cartilagineo-marginatis canaliculatis, adultis glabratis; capitulis subapicalibus exiguis pleianthis; hypanthio subtilissime sericeo; calyce glabro. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad vicum Albany et alibi.

XXVII. FABRICIA *Grtnr.*

(DC. Prodr. III. 229. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 169.*)

XXVIII. HOMALOSPERMUM *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 242. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 923.*)

Flores axillares solitarii, bracteolis binis oppositis carinatis erectis sub anthesi deciduis stipati. Calyx cyathiformi-campanulatus angulatus ovario adnatus, limbi lobis cutaneis continuis rotundatis. Stamina plurima, antherа dorso inserta, connectivo glandula terminato, bilocularis, loculis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium 3-4-5-loculare (saepe abortivum); ovula in placenta grossa compressa biserialia subdena. Capsula calyci innata, vertice emersa, loculis arctissimis 1-2-3-spermis; semina compressa, irregulariter disciformia. — Frutex Australasicus: ramis patulis, innovationibus pubescentibus; foliis alternis lineari-lanceolatis, basi angustatis acutis, planis, demum glabris nitidis (6-8 lin. longis, lineam latis.)

1. *H. FIRMUM Schauer l. l. c. c. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 119. † — ♁ — Crescit in Nova Hollandia in turfosis prope Wuljenup, Albany et ad fluvium Cygnorum.

XXIX. (6307.) PERICALYMMA *Endl.*

(Endl. Enumer. pl. Hügel. 51. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 166.)

1. P. (LEPTOSPERMUM Lehm. Index semin. hort. Hamburg. 1842. adnot.) CRASSIPES Lehm. Plant. Preiss. I. 120. † — Caule inferne simplici fusiformi-incrassato, superne dichotomo; ramulis divaricatis glabris marginatis; foliis alternis oblongo-lanceolatis oblongisve, basi cuneatis, acuminatis mucronatis glabris canaliculato-inflexis, apice uncinato, margine scabro; hypanthio cyathiformi subtilissime sericeo; phyllis calycis cutaneis ovatis obtusiusculis bracteolisque scariosis ciliatis glabris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Albany.

2. P. FLORIDUM Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 121. † — Dichotome ramosum: ramulis tenuibus submarginatis foliisque adultis glabris; foliis alternis aversis oblongo-lanceolatis oblongisve, basi angustata sessilibus inflexis, acumine complicato submucronato reverso; hypanthio obconico-cylindrico, calycis phyllis bracteolisque sericeo-villosis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluv. Cygnorum.

XXX. (6309.) LEPTOSPERMUM *Forst.*

(DC. Prodr. III. 226. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 166. et 923.)

1. L. ERUBESCENS Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 121. † — Patentim ramosum: ramulis sericeo-subvillosis; foliis alternis obovato-oblongis in petiolum brevem contractis, obtusis retusisve cum acumine brevissimo complicato reverso inflexis, trinerviis glaucescentibus sericeo-pubescentibus, denique glabrescentibus; floribus terminalibus solitariis bracteatis; hypanthio campanulato-turbinato sericeo; calycis phyllis cutaneis triangularibus obtusiusculis marcescentibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

Subtribus III. CALLISTEMONEAE Schauer, Dissert. gratulat. 9.

Folia opposita vel alterna; stamina indefinita exserta libera.

XXXI. (6302.) CALLISTEMON *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 223. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 165. et 923. excl. sect. II.)

XXXII. (6291.) SYNCARPIA *Tenore.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 160.)

XXXIII. (6303.) METROSIDEROS *R. Br.*

(DC. Prodr. III. 224. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 165. et 923.)

1. *M. LUCIDA A. Rich. Flor. Nov. Zeel. I. 333. — Hook. fil. Antarct. voy. of Ereb. and Terror 12. — *M. umbellata* Cav. Icon. plant. t. 337. — DC. Prodr. III. 225. — *Agalmanthus umbellatus* Hombr. et Jaquinot, Voy. au Pol Sud t. 1. (sine descr.)

XXXIV. KUNZEA *Rchb.*

(Rchb. Conspect. regn. vegetab. 175. — Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 123.)

Flores racemosi, spicati vel capitati, singuli bractea bracteolisque geminis oppositis stipati, sessiles vel pedicellati. Hypanthium campanulatum vel obconico-tubulosum, tubo infra germini adnato ibique angulato, superne ampliato libero. Sepala 5 cum hypanthio continua herbacea, plerumque acuta persistentia. Petala 5 margini faucis calycinae annuliformi inserta colorata suborbicularia, vix unguiculata. Stamina plurima cum petalis inserta decidua exserta libera, antheris bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium hypanthii fundo innatum, vertice planiusculum 3-5-loculare, ovula plurima in spermophoro oblongo, angulo centrali prope apicem affixo obliqua. Stylus filiformis rectus stamina subaequans marcescens, stigma subpeltato-capitatum. Capsula hypanthio pergamentaceo adnata, apice loculicide dehiscens polysperma. — Frutices Australasici: foliis alternis parvis.

* *Floribus spicatis.*

1. K. (CALOTHAMNUS Hort. Angl. — PENTAGONASTER Klitzsch. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. IV. 115.) BAXTERI Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 123. (adnot.) — Foliis confertissimis patentibus coriaceis planis lineari-cuneatis acutis uninerviis glabris, margine villosulis; floribus sessilibus infraapicalibus spicatis; bracteis bracteolisque fugacibus lineari-navicularibus scariosis, margine lanuginosis; hypanthio campanulato colorato pubescente; calycis phyllis foliaceis lanceolatis acutis; germine quinqueloculari. ♁ — *Callistemon microstachyum* Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XI. t. 7. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 165. no. 5.) — Crescit in Nova Hollandia.

** *Floribus axillari- vel subapicali-racemosis.*

2. K. (METROSIDEROS Vent. Malmais. t. 46. — DC. Prodr. III. 225. no. 23.) CORIFOLIA Rchb. l. c. — (Schauer l. c. 124. adnot.) — Glabriuscula vel puberula ramulosa: foliis confertissimis patentibus reflexisve subobliquis lineari-lanceolatis enerviis, apice cartilagineo acuto recurvo; floribus axillari- vel subapicali-racemosis; bracteolis patentibus foliaceis persistentibus vel squamaceis caducis; hypanthio obconico-campanulato; calycis phyllis lanceolatis; germine triloculari. ♁ — *Leptospermum ambiguum* Sm. Exot. bot. t. 59. — Crescit in Nova Hollandia.

*** *Floribus capitatis.*

† Corolla et filamenta lilacina vel persicina, antheris luteis.

3. K. PRAESTANS Schauer l. c. 124. adnot. — Glabra: foliis confertissimis suberectis coriaceis cuneatis, brevissime apiculatis subenerviis, apice recurvis, margine scabris; capitulis apicalibus globosis multifloris; bractea obovata bracteolisque anguste lanceolatis scariosis acutis, carina margineque sublanuginosis, hypanthio campanulato fere duplo brevioribus; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4. K. SCHAUERI Lehm. mss. ex Schauer l. c. (adnot.) † — Innovationibus villosulis; foliis confertissimis patulis coriaceis obovato-oblongis cuneatisve breviter apiculatis quinquenerviis denique glabratis, margine scabris; capitulis apicalibus globosis multifloris; bractea obovata acuminata bracteolisque lanceolatis angustissimis scariosis cum hypanthio obconico calyceque sericeo-villosis, hypanthio triente brevioribus; germine triloculari. ♁ — *Metrosideros capitata* Sm. Transact. of the Linn. soc. III. 273. — (DC. Prodr. III. 225. no. 11) — *Callistemon* (*Stenospermum* Sweet) *capitatum* Rchb. Hort. bot. I. t. 84. — Crescit in Nova Hollandia.
5. K. PARVIFOLIA Schauer l. c. (adnot.) † — Ramulis tenuibus confertis foliisque pubescentibus; foliis parvis confertissimis subimbricatis recurvo-patulis lineari-oblongis breviter petiolatis obtusis, subtus punctatis, denique glabratis; capitulis apicalibus plurifloris densis; bractea bracteolisque scariosis ovatis acutis sericeo-pubescentibus, hypanthio campanulato glabriusculo duplo brevioribus; calycis phyllis subrotundo-ovatis acuminatis; germine triloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia orientali.
6. K. PAUCIFLORA Schauer l. c. 124. † — Glabra: foliis confertissimis imbricatis semitereti-acerosis obtusis laevibus; floribus subapicalibus singulis paucisve subcapitatis; bractea bracteolisque scariosis ovatis acuminatis carinatis, illa hypanthio obconico breviori; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.
7. K. MICRANTHA Schauer l. c. 125. † — Glabra: foliis confertissimis imbricatis coriaceis cuneatis, superne cartilagineo-marginatis acutis subuninerviis; capitulis apicalibus globosis multifloris; bractea obovata acuta bracteolisque angustis spathulatis scaphiformibus, dorso infero sublanuginosis, hypanthium basi compressum aequantibus; germine triloculari, loculo uno alterove sterili. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Guildfort.
8. K. PREISSIANA Schauer l. c. † — Foliis confertissimis subimbricatis lineari-lanceolatis obtusis uninerviis villosis, demum glabrescentibus; capitulis apicalibus paucifloris; bractea subrotunda ovatave acuminata bracteolisque linearibus scariosis, hypanthio campanulato turbinato subaequalibus et cum eo sericeis; calycis phyllis ovatis obtusissimis; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia interiori meridionali-occidentali.
9. K. VILLICEPS Schauer l. c. † — Foliis confertissimis patulis subimbricatis obverse lanceolatis oblongisve obtusis mucronatis cano-villosis; capitulis apicalibus densis plurifloris, saepe congestis; bractea subrotunda ovatave acuminata bracteolisque lanceolatis scariosis, hypanthio obconico triente brevioribus et cum eo villosissimis; calycis phyllis ovatis acutis; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Gordon.
10. K. RECURVA Schauer l. c. † — Innovationibus pubescentibus; foliis confertis coriaceis obovato-subrotundis uninerviis breviter apiculatis, adultis glabris recurvis; capitulis apicalibus ovalibus multifloris; bractea obovato-subrotunda subacuminata, praeter basin glabra bracteolisque cuneatis, dorso lanatis scariosis, hypanthium campanulato-tubulosum sublanuginosum fere aequantibus; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad radices montium Darling'srange.

†† Corolla et stamina flava.

11. K. (METROSIDEROS Endl. Enum. pl. Hügel. no. 160. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 165. no. 8.) PROPINQUA Schauer l. c. 126. † — Innovationibus lanuginoso-villosis; foliis confertis patulis lineari-lanceolatis, basi attenuatis sessilibus, acutiusculis muticis, denique glabrescentibus; capitulis apicalibus globosis multifloris; bractea bracteolisque subrotundis scariosis, praeter basin glabris, hypanthio fere duplo brevioribus; germine quinqueloculari. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Perth.
12. K. VESTITA Schauer l. c. † — Lanuginoso-villosa: foliis confertissimis patentibus lineari-subulatis subtrigonisve, basi attenuatis sessilibus acutiusculis muticis, denique glabrescentibus; capitulis apicalibus globosis multifloris; bractea

obovata acuminata concava bracteolisque cuneatis angustissimis scariosis sericeo-villosis, calycem glabrum subaequantibus; germine quinqueloculari. ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad sinum Georgii III.

XXXV. **SYMPHYOMYRTUS** *Schauer.*

(Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 126.)

Flores complures hypanthiis totis arctissime conferruminatis in capitulum globosum pedunculatum connati. Calyx operculum clausum corniforme, sub anthesi circumscisse deciduum exhibens. Corolla nulla. Stamina plurima, margini interiori hypanthii truncati inserta, filamenta filiformia elongata, antherae incumbentes lineares biloculares, longitudinaliter dehiscentes. Germen inferne hypanthio adnatum, vertice subpyramidali angulato in stylum abeunte terminatum triloculare, ovulis plurimis spermophoro bicostato, angulo centrali affixo insertis. Fructus: syncarpium lignosum globosum apicibus capsularum exsertis quasi armatum, capsula semisupera, apice trivalvis trilocularis, loculis polyspermis. — Frutex Australasicus omnino laevis: foliis alternis ellipticis vel oblongis subinaequilateris, basi attenuatis obtusissimis (2-2½-pollicaribus, pollicem latis); pedunculis capituligeris ad basin ramulorum annotinorum lateralibus; capitulis 12-14-floris.

1. *S. (EUCALYPTUS Preiss mss.) LEHMANNI Schauer l. c. 127. † — ♄ — Crescit in Nova Hollandia ad promontorium „Cape Riche".

XXXVI. **EUCALYPTUS** *Herit.*

(DC. Prodr. III. 216. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 163. et 924.)

§. 1. *Alternifoliae.*

1. EU. REDUNCA Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 127. † — Fruticosa: foliis rigidulis alternis lanceolatis inaequilateris in petiolum attenuatis acuminatis, utrinque glaucis, costa margineque discoloribus; umbellis lateralibus axillaribusve 6-12-floris, pedunculo complanato ancipite semipollicari; hypanthio cylindrico, operculo subuliformi-conico coriaceo nitido, hypanthio duplo et quod excedit longiori, acumine (saltem in alabastro subadulto) reduncо vel circinnato. ♄ — Crescit in Nova Hollandia in sinu Regis Georgii III.
2. EU. MACULATA Hook. Icon. plant. t. 619. — Arbor excelsa: trunco maculato; foliis alternis petiolatis lanceolatis longe acuminatis pellucido-punctatis purpureo-marginatis, nervis copiosis distinctis oblique patentibus; paniculis axillaribus terminalibusque parce ramosis, folio brevioribus; operculo duplici, exteriore conico-hemisphaerico mucronato cupula subangulata breviore, interiore (corolla) hemisphaerico membranaceo nitido. ♄ — Crescit in Nova Hollandia.
3. EU. GUNNII Hook. fil. Lond. journ. of bot. III. 499. — Ramulis junioribus floribusque glaucis; foliis alternis petiolatis lanceolatis vel elliptico- seu oblongo-lanceolatis, rarius ovato-oblongis magis minusve acutis acuminatis vel mucronatis, utrinque opacis, venis obscuris, petiolis folio subquadruplo brevioribus; pedunculis solitariis axillaribus teretibus trifloris, petiolo subbrevioribus; cupulis turbinatis breviter pedicellatis pedunculi longitudine sed latioribus, mucrone valido basi lato terminatis; fructibus latioribus elliptico-turbinatis, ore paullo contracto, valvis 3-4 interdum porrectis. ♄ — Crescit in Tassmannia.
4. EU. CONCOLOR Schauer l. c. 129. † — Arbuscula laevis, tota pallidissime viridis: foliis rigidulis alternis oblongo-lanceolatis in petiolum contractis acuminatis nitidulis; capitulis axillaribus 5-8-floris; pedunculo teretiusculo vel compresso, petiolo breviori, hypanthio sessili subcampanulato, inferne angulato, fauce brevi ampliata; operculo e basi breviter conica in acumen cornutum contractum crassiusculum, hypanthio quadrante longius. ♄ — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Freemantle.
5. EU. FOECUNDA Schauer l. c. 130. † — Fruticosa laevis: foliis coriaceis alternis anguste lanceolatis, sensim in petiolum attenuatis, in acumen tenue contractis

viridibus nitidis; umbellis axillaribus terminalibusque 5–8–floris subpaniculatis; pedunculo compresso petiolum subaequante; pedicellis hypanthio continuis et aequalibus, hypanthio (fructus) turbinato; operculo....?; fructibus umbellatis (3½ lin. longis truncatis). ♁ — Crescit in Nova Hollandia prope coloniam Freemantle.

6. EU. HYPOLEUCA Schauer l. c. 131. † — Arborea glabra: foliis coriaceis alternis ovato–oblongis, basi obliqua breviter in petiolum contractis acuminatis, subtus glaucis reticulato–venosis; floribus in pedunculo axillari compresso subancipiti subternis, brevissime pedicellatis; hypanthio.....?; operculo.....?; fructu majusculo subgloboso laevissimo, disco elevato capsulam trilocularem inclusam aequante. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad montem Wuljenup.

7. *EU. CALOPHYLLA Lindl. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 164. no. 7. — Schauer l. c. — *Eucalyptus splachnicarpa* Hook. Bot. Magaz. t. 4036. — Wlprs. l. c. 927. no. 24.

§. 2. *Oppositifoliae.*

8. EU. PREISSIANA Schauer l. c. 131. † — Ramulis quadrangularibus rigidis; foliis firmis oppositis subalternisve ellipticis oblongis vel subparabolicis petiolatis, basi rotundatis obtusissimis viridibus nitidis; pedunculo axillari latissime alato–ancipiti, petiolum aequante trifloro; hypanthio brevissime pedicellato obconico–cyathiformi (9 lin. alto), fauce amplissima diametro oris longitudinem totius hypanthii aequante; operculo.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad „Cape Riche".

9. EU. PLEUROCARPA Schauer l. c. 132. † — Fruticosa, undique farinaceo–pulverulenta: ramis alato–tetragonis; foliis firmis oppositis petiolatis obliquis subrotundis ellipticis ovatisque, basi rotundatis obtusis retusisve cum acumine brevissimo, petiolo plano alato–decurrente; floribus ternis in pedunculo axillari semipollicari, cum pedicellis brevissimis alato–ancipiti; hypanthio (fructus) subgloboso, argute quadricostato, capsula paullo longiori; operculo.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.

10. EU. SPATHULATA Hook. Icon. plantar. t. 611. — Operculo cylindraceo obtuso ovario turbinato triplo longiore; foliis lineari–spathulatis acutiusculis minute punctatis; pedunculis brevibus late compressis 3–5–floris; floribus breviter pedicellatis. ♁ — Frutex ubique glaber. Rami teretes fusci, ramulis angulatis. Folia opposita bi– triuncialia lineari–lanceolata obtusa, basi attenuata viridia, obscure uninervia, utrinque sub lente punctulata. Pedunculi solitarii axillares semiunciam longi dilatati compressi, apice umbellatim 3–5–flori. Flores breviter pedicellati, pedicelli incrassati sensim in ovarium turbinatum truncatum intense fuscum dilatati. Operculum (siccitate) pallide fuscum cylindraceum obtusum, ovario triplo longius. Stamina numerosa, primum erecta, demum patentia, filamenta subincrassata fulva, antherae parvae. Stylus rectus, staminum longitudine, stigma simplex. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

11. *EU. MACROCARPA Hook. — Wlprs. l. c. 164. no. 10. — Schauer l. c. 132. — Ad *Oppositifolias* nec ad *Alternifolias* pertinet.

Subtribus IV. PHALANGIDEAE Schauer, Dissert. gratulator. 9.

Folia opposita vel alterna. Stamina indefinita exserta in phalanges petalis oppositas coalita.

§. 1. MELALEUCEAE Schauer l. c.

Antherae dorso insertae incumbentes.

XXXVII. (6299.) **EUDESMIA** *R. Br.*
(DC. Prodr. III. 216. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 163.)

XXXVIII. (6292.) **LOPHOSTEMON** *Schott.*
(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 161.)

XXXIX. (6290.) **TRISTANIA** *R. Br.*
(DC. Prodr. III. 210. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 160.)

XL. ASTEROMYRTUS *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 243. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 927.*)

Flores terminales conferte capitati, singuli in axilla bracteae squamaceae sessiles, basi bracteolis binis oppositis naviculari-cucullatis, circa alabastrum arcte conclusis, velati. Calyx subcampanulatus, tubo angulato inferne ovario adnatus, superne in faucem productus, limbus quinquelobatus. Stamina plurima, inferne conferruminata in laminam carnosulam, faucem calycis vestientem, in ungues 5 integerrimos subulatos apice fasciculo filamentorum comosos protractam, post anthesin exaridam et cum unguibus eviratis paleaceis in fructu persistentem, filamenta brevia capillaria, anthera incumbens bilocularis, loculis rima longitudinali dehiscentibus. Ovarium triloculare, loculis pluriovulatis. Semina plurima ovato-oblonga compressa, ala superne membranacea. — Arbor Australasica.

1. *A. GAERTNERI Schauer l. l. c. c. — ♁ — *Melaleuca angustifolia* Grtnr. — Crescit in Nova Hollandia.

XLI. GYMNAGATHIS *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 243. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 927.*)

Flores in capitulis axillaribus sessilibus determinatis (i. e. axi haud innovante), bractea bracteolisque binis consimilibus stellato-suffulti. Calyx cyathiformis ovario adnatus, dentibus limbi marcescentibus. Stamina plurima, basi in annulum carnosum pentagonum faucem calycis vestientem connata, e quolibet angulo unguem phalangis enneandrae pinnatifidae emittentem, phalanges post anthesin ungue articulato deciduae. Ovarium immersum triloculare, loculis multiovulatis. Semina numerosa cuneata. — Frutex Australasicus glaberrimus: foliis alternis tereti-filiformibus breviter mucronatis; floribus capitatis.

1. *G. (MELALEUCA Endl. Enumer. pl. Hügel. 49. no. 153. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 162. no. 8.) TERETIFOLIA Schauer l. l. c. c. et in Lehm. Plant. Preiss. I. 133. † — ♁ — Crescit in Novae Hollandiae arenosis prope Woodmans-point.

XLII. (6298.) MELALEUCA *Linn.*

(DC. Prodr. III. 211. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 162. et 927.)

Sectio I. COSMOSTEMON Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 134.

Flores in capitula sub florescentia apicalia confertissima saepe composita collati, minores. Hypanthium totum vel basi saltem lanatum, indumento denso lanato axis magis minusve immersum. Calyx membranaceus cutaneus, vel subherbaceus marcescens. Phalanges staminum rectae 3–11-andrae palmatifidae. Stylus filiformis plerumque exsertus, stigma punctiforme. Folia alterna, fructus laevis, ore edentato.

§. 1. *Calycis phylla membranacea vel cutanea enervia.*

* *Flores lilacini.*

1. M. SPATHULATA Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 134. † — Ramulis brevibus rigidulis; foliis alternis coriaceis obovato-spathulatis brevissime acuminatis obtusis subinflexis recurvo-patentibus, adultis glabratis, utrinque asperulis; capitulis sphaericis parvis conglobatis; hypanthio campanulato sericeo, basi immerso; calycis phyllis rotundatis membranaceo-marginatis, phalangibus subtriandris, unguibus corollam aequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.
2. M. ENDLICHERIANA Schauer l. c. † — Ramulis strictis puberulis; foliis confertis alternis crassiusculis cuneatis, apice rotundatis, vix apiculatis subconcavis arrectis vel subrecurvo-patulis, adultis glabratis nitidulis; capitulis sphaericis conglobatis; hypanthio cyathiformi, basi calyceque villoso, hujus phyllis membranaceis ovatis obtusis (saepe cohaerentibus); phalangibus heptandris, unguibus corollam aequantibus. ♁ — *Metrosideros sororia* Endl. Enumer. pl. Hügel. 49. no. 158. — (Wlprs. l. c. 165. no. 6.) — Crescit in Nova Hollandia occidentali.

3. **M. ORNATA** Schauer l. c. 135. † — Ramulis brevibus foliisque junioribus pilosis; foliis confertis alternis crassiusculis lineari-oblongis, in petiolum brevissimum attenuatis obtusis vel brevissime acuminatis arrectis recurvo-patulis, subtus biseriatim punctatis, laete viridibus, adultis demum glabratis; capitulis globosis; bracteis scariosis; hypanthio cyathiformi basi lanato; calycis phyllis membranaceis ovatis obtusis (saepe cohaerentibus); phalangibus heptandris, unguibus corollam aequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in arenosis ad fl. Canning.

4. **M. MANGLESII** Schauer l. c. † — Ramulis subvirgatis foliisque novellis glabriusculis; foliis confertis alternis patulis subimbricatisve clavato-linearibus, basi attenuata sessilibus, breviter acuminatis muticis, dorso subconvexis subrecurvis glaucescentibus, subtus subbiseriatim punctatis; capitulis globosis; hypanthio cyathiformi calyceque pubescentibus, hujus phyllis membranaceis rotundatis; phalangibus.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

5. **M. WAEBERI** Rchb. mss. ex Schauer in Otto et Dietr. Allgem. Gartnztg. III. 167. — Ramulis virgatis foliisque novellis sericeis, adultis glabratis; foliis approximatis coriaceis alternis patulis lanceolatis sessilibus, utrinque acutis mucronatis planis nitidulis; capitulis subglobosis; hypanthio hemisphaerico brevi glabro; calycis phyllis brevissimis membranaceis truncatis rotundatisve; phalangibus 3–5-andris, unguibus brevissimis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Cape Riche.

*** Flores flavi.*

6. **M. ACEROSA** Schauer in Lehm. Plant. Preiss. I. 137. † — Foliis confertis alternis linearibus subteretibusve, breviter petiolatis pungentibus glabris nitidis; capitulis paucifloris; hypanthio obconico pubescente; calycis phyllis membranaceis truncatis ciliolatis, corolla quadruplo brevioribus; phalangibus oligandris, unguibus elongatis corolla triente longioribus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Freemantle.

7. **M. PUNGENS** Schauer l. c. 138. † — Ramulis subvirgatis, novellis puberulis; foliis approximatis alternis patulis rigidis tereti-acicularibus subincurvis sessilibus acuminatis pungenti-mucronatis asperulis subopacis; capitulis ovalibus densissimis; hypanthio cyathiformi, basi lanato; calycis phyllis membranaceis brevibus latis rotundatis; phalangibus heptandris, unguibus corolla brevioribus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in districtu Plantagenet.

8. **M. DRUMMONDII** Schauer l. c. (adnot.) — Ramulis tenuibus foliisque novellis sericeo-puberulis; foliis approximatis alternis patulis rigidis, e tereti compressis sessilibus, mucrone recurvo terminatis, adultis glabratis laevibus opacis, utrinque punctis crebris seriatis exsculptis; capitulis ovalibus compactis; hypanthio cyathiformi brevi lanato; calycis phyllis obsoletis truncatis; phalangibus pentandris, unguibus corolla duplo brevioribus. ♁ — In Nova Hollandia austro-occidentali.

**** Species incompletae.*

9. **M. LEPTOSPERMOIDES** Schauer l. c. 139. † — Squarrosa: ramulis foliisque novellis lanuginosis; foliis sparsis, laxe subimbricatis coriaceis ellipticis oblongisve, in petiolum brevissimum contractis acutiusculis muticis concaviusculis subtrinerviis, subtus punctatis, adultis glabris glaucescentibus; capitulis paucifloris, axi lanato; hypanthio subcylindrico adnato, inferne villoso; calycis phyllis membranaceis rotundatis; phalangibus (brevibus) subdecandris, unguibus corolla brevioribus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in planitie arenosa Quangen.

10. **M. TUBERCULATA** Schauer l. c. — Glabra glauca: foliis alternis approximatis subimbricatis patulisve brevibus clavatis, supra planis, subtus convexis, in petiolum brevissimum attenuatis, breviter acuminatis tuberculato-punctatis; capitulis plurifloris confertis, axi hypanthiisque subturbinatis adnatis villosulis; calycis phyllis membranaceis subrotundis; phalangibus.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

11. **M. SUBTRIGONA** Schauer l. c. † — Ramulis tenuibus confertis foliisque juvenilibus facie subhirsutis; foliis alternis laxe imbricatis brevibus clavatis plano-

convexis subtrigonisve, brevissime petiolatis obtusis elevato-punctatis, denique glabratis; capitulis paucifloris confertis, axi lanato; hypanthio cyathiformi adnato glabriusculo; calycis phyllis membranaceis rotundatis; phalangibus.....? ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

12. M. HOLOSERICEA Schauer l. c. — Villoso-tomentosa: foliis alternis confertis patulis semiteretibus acutis muticis punctatis; capitulis paucifloris confertis, axi hypanthioque adnato subcylindrico villoso; calycis phyllis membranaceis rotundatis; phalangibus 8-19-andris (?). ♁ — Crescit in Novae Hollandiae planitie arenosa Quangen.

§. 2. *Calycis phylla herbacea subulata.*

13. M. ASPALATHOIDES Schauer l. c. 140. † — Ramulis foliisque tomento sericeo candicantibus; foliis confertissimis sparsis subtereti-acicularibus muticis, saepe curvatis, tuberculato-punctatis; capitulis paucifloris; hypanthio cylindrico lanato; calycis phyllis herbaceis subulatis pubescentibus; phalangibus 7-9-andris, unguibus calycem aequantibus. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae districtu York.

Sectio II. CAJUPUTI Schauer l. c. 141.

Flores (variae magnitudinis) in spicas axi jam sub anthesi innovante comosas densas laxas immo interruptas collecti. Hypanthium axi adnatum vel sessile continue in calycem abiens. Calycis dentes herbacei vel cutanei. Phalanges staminum rectae tri- vel polyandrae palmatifidae vel pinnatifidae. Stylus filiformis, stigma punctiforme vel subcapitatum. Folia alterna verticillata opposita. Fructus dentibus calycis induratis saepe auctis coronati vel obsoletis, ore inaequali.

14. M. POLYGALOIDES Schauer l. c. 142. — Glabra: ramulis virgatis; foliis coriaceis alternis subimbricatis oblongo-lanceolatis, basi subattenuata sessilibus, inflexis acuminatis pungentibus glaucescentibus; spicis laxis, axi pubescente; hypanthio adnato; calycis phyllis herbaceis ovatis, breviter acuminatis subcarinatis; phalangibus decandris. ♁ — Crescit in Nova Hollandia meridionali-occidentali.

15. M. LEHMANNI Schauer l. c. † — Glaberrima gracilis stricta: foliis confertis alternis erectis lineari-lanceolatis semiteretibusve petiolatis, apice recurvo pungentibus enerviis impunctatis; spicis subapicalibus cylindricis multifloris confertiusculis; hypanthio cyathiformi adnato; calycis dentibus ovatis; phalangibus polyandris, apice radiatis, unguibus corollam aequantibus. ♁ — Crescit in Novae Hollandiae paludosis ad vicum Perth.

16. M. PREISSIANA Schauer l. c. 143. † — Arborea: foliis confertis rigidulis alternis obliquis patentibus lineari-lanceolatis planis breviter petiolatis obtusiusculis trinerviis glabris; spicis compluribus subapicalibus fastigiatis elongatis laxis foliatis, axi tomentoso; hypanthio subcylindrico pubescente; calycis phyllis herbaceis lanceolatis obtusis; phalangibus polyandris fasciculatis, unguibus manifestis corollam subaequantibus; stylo exserto glaberrimo. ♁ — Crescit in Nova Hollandia circa vicum Perth.

17. M. RHAPHIOPHYLLA Schauer l. c. 143. † — Glabra glaucescens: ramulis tenuibus patentibus; foliis alternis patulis acicularibus teretiusculis vel compressis, in petiolum attenuatis subincurvis recurvisve, acumine obliquo vel subrecurvo inermi; spicis oblongis confertiusculis, axi villoso; hypanthio sessili subcylindrico; calycis dentibus triangulari-ovatis; phalangibus polyandris pinnatifidis, unguibus corollam subaequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

18. M. SEMITERES Schauer l. c. (adnot.) † — Glaberrima glaucescens: ramulis virgatis; foliis alternis semitereti-filiformibus compressisve, basi attenuata sessilibus, apice acutatis inermibus; spicis axillaribus ovalibus confertis; hypanthio cyathiformi sessili; calycis dentibus ovatis acutiusculis marginatis; phalangibus 7-9-andris pinnatifidis, unguibus corollam subaequantibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia austro-occidentali.

Sectio III. LAMPROMYRTUS Schauer l. c. 145.

Flores axillares subsinguli, gemini vel spicati majusculi glabri. Hypanthium adnatum vel sessile continue in calycem abiens. Calycis dentes herbacei. Phalanges staminum polyandrae expansae vel incurvo-ascendentes, e staminibus valde inaequalibus conflatae, rhachi petaloidea margine facieque filamentosa. Stylus columnaris inclusus, stigma truncatum latiusculum. Folia plerumque opposita. Fructus dentibus calycis induratis coronatus.

19. M. VIOLACEA Schauer l. c. 146. — Glabra glaucescens: ramis patentibus suberosis; foliis oppositis decussatis patentissimis reflexisve oblongo-ovatis, basi cordata semiamplexicaulibus acutis 3-5-nerviis; capitulis axillaribus pauciforis comosis; hypanthio cyathiformi sessili; calycis phyllis ovatis obtusis; phalangibus polyandris incurvis, a basi inde pinnatifidis, rhachi integra, facie filamentosa; stylo incluso uncinato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia circa oppidulum Albany.

Sectio IV. MICROMYRTUS Schauer l. c. 146.

Flores parvi ad apicem ramulorum in capitula paucillora congesti, abortu unisexuales. Hypanthium cum calyce membranaceum. Phalanges breviter exsertae palmatae, breviter unguiculatae. — An genus proprium?

20. M. MICROMERA Schauer l. c. † — Ramosissima: ramulis tenuibus intricatis albo-lanatis; foliis (minutissimis) contiguis arcte adpressis verticillatis ternis ovoideis, apice depresso marginato cum acumine brevissimo dorsali, glaucescentibus glabris, sparsim punctatis; floribus citra apicem ramuli ternis vel quinis glabris; calycis dentibus triangularibus; phalangibus pentandris palmatis, corolla duplo longioribus, unguibus brevissimis; (germine abortivo!). ♁ — Crescit in Nova Hollandia locis sterilibus „Wariuphills".

XLIII. (6297.) CONOTHAMNUS *Lindl.*

(Lindl. Swan River bot. p. IX. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 162.)

Hoc genus observante Ill. **Schauer** (Plant. Preiss. I. 147. †) *Melaleuceis* adnumerandum, neque inter *Calothamneas* (Schauer, Dissert. gratulator. 10.) collocandum est.

§. 2. CALOTHAMNEAE Schauer, Dissert. gratulator. 9.

Antherae basi insertae erectae.

XLIV. REGELIA *Schauer.*

(Schauer, Linnaea XVII. 243. et Dissert. gratul. II. t. 1. fig. 1-3. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 928.*)

Flores in spicam capitatam infraapicalem collecti, in axilla bracteae singuli vel terni. Calyx ovario adnatus, tubo germini adhaerente turbinato, limbo supero quinquepartito subfoliaceo. Corollae petala 5, calycis fauci inserta, ejusdem laciniis alterna. Stamina plurima perigyna, basi confluentia et faucem calycis vestientia, in phalanges 5 petalis oppositas (ascendentes) distincte unguiculatas coalita, filamenta superne libera filiformia, antherae basi insertae erectae biloculares, loculis turgidulis connatis, apice prono poro extrorsum dehiscentibus, marcescentibus. Germen calyci immersum, ima basi adnatum, triloculare, loculis paucigemmulatis. Stylus subulatus, stigma submarginatum. (Pistillum saepe abortivum!). Capsula chartacea, tubo calycis incrassato et indurato inclusa trilocularis, apice loculicide dehiscens. Semina in loculo pauca peltata.

1. R. CILIATA Schauer l. l. c. c. — (*Melaleuca sprengelioides* DC. Prodr. III. 215. et Mém. Myrtac. t. 3.) — Frutex 5-pedalis divaricato-ramosissimus. Ramuli villosi. Folia conferta opposita decussata obovato-oblonga vel subrotunda sessilia obtusa mutica, 5-nervia subinflexa, inferne adpressa, superne recurva, facie tenuiter puberula, dorso glabra, margine costaque piloso-ciliata, denique glabrata, laete viridia perforato-punctata, 1½-3 lin. (paris.) longa. Spicae capitatae, innovatione axis exsurgente breviter superatae, 10-20-florae, nucis *Avel-*

lanae fere magnitudine, bracteatae. Bracteae foliaceae, foliis caulinis consimiles, basi lanatae, florem singulum vel geminos ternosve subtendentes deciduae. Axis spicae cum tubo calycis turbinato dense villosus. Calyx lineam longus, laciniae foliaceae triangulares acuminatae trinerviae glabrae ciliatae subpersistentes. Petala sessilia oblonga concava ciliata lilacina, in disco resinoso-punctata, limbum calycis paullo excedentia. Stamina 2 lin. longa lilacina, phalanges 10–15-andrae ascendentes, filamentis ad medium usque connatis, superne liberis fasciculatis fastigiatis, unguibus linearibus integerrimis glaberrimis corollam duplo superantibus. Antherae minutissimae pallide flavescentes. Stylus phalanges fere aequans. Fructus complures in quolibet capitulo abortivi, pauci perfecti, pisi minoris mole; calycis tubus incrassatus villosus, ore denique truncato; capsula haud profunde immersa, vertice lanata. Semina terna vel quina varie angulata, peltata, hilo laterali, atrofusca. — Crescit in Nova Hollandia

XLV. (6295.) **BEAUFORTIA** *R. Br.*

(Schauer, Dissert. gratulator. 12. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 928.)

Flores in spicas infraapicales vel in capitula apicalia collecti, singuli vel terni in axilla bracteae foliaceae deciduae vel per anthesin remanentis. Calyx ovario adnatus, tubo turbinato basi germen fovente, limbi quinquepartiti laciniis subfoliaceis. Corollae petala 5, calycis fauci inserta, ejusdem laciniis alterna. Stamina plurima, in margine disci perigyni faucem calycis lamina carnosa nectarifera vestientis inserta, in phalanges 5 petalis oppositas distincte unguiculatas rectas vel ascendentes coalita, filamenta apice libera filiformia, sub anthera annulata, antherae basi insertae erectae biloculares, loculis divaricatis bivalvibus, valvulis verticalibus vel obliquis margine secedentibus, externis denique saepe deciduis, internis persistentibus. Germen fundo calycis immersum, ima basi adnatum, vertice villosum triloculare, loculis unigemmulatis. Stylus filiformis, stigma simplex. (Pistillum saepe abortivum!). Capsula chartacea, infimo tubo calycis paullo incrassato et indurato inclusa, matura in carpidia 3, basi dehiscentia fatiscens. Semina solitaria peltata, hilo laterali.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 928.

XLVI. (6294.) **CALOTHAMNUS** *Labill.*

(Schauer, Dissert. gratulator. 23. et in Wlprs. Repert. bot. syst. II. 930.)

Flores citra basin ramulorum e ligno annotino erumpentes sessiles vel immersi spicati v. unilaterales axillares v. nudi ebracteolati. Calyx ovario adnatus, tubus campanulatus vel subhemisphaericus, basi germen fovens, limbus 4-5-fidus, lobis tubo continuis enerviis inaequalibus, externis majoribus crassioribus, internis saepe margine scariosis. Corollae petala 4-5, cum staminibus inserta, calycis lobis alterna membranacea fugacia. Stamina plurima vel numerosa, in margine disci perigyni faucem calycis lamina carnosa nectarifera vestientis inserta, in phalanges 4-5 coalita. Phalanges petalis oppositae, longe exsertae subfornicato-declinatae vel subaequales liberae pinnatifidae vel inaequales, superiores duae majores liberae vel cohaerentes et fasciam bifidam subvaginatam filamentis subfastigiatis effingentes, inferiores laterales minores, monandrae vel anandrae, filamenta capillaria, continue in connectivum abeuntia, antherae basi insertae erectae introrsae biloculares, loculis oppositis rima longitudinali hiante dehiscentibus. Germen fundo calycis insidens, basi adnatum, tomentosum 3-4-loculare. Gemmulae numerosae, spermophoro convexo ad angulum internum loculi basifixo insertae, oblique anatropae. Stylus filiformis declinatus vel deflexus, stigma simplex. Fructus in ramis persistentes. Calyx tubo incrassato, demum saepe lignescente capsulam fovens, limbi dentibus (exterioribus saltem) persistentibus coronatus, inclinatis saepe clausus vel dentibus interioribus marcescentibus foraminibus lateralibus pervius. Capsula matura

solubilis pergamentacea, loculis perangustis apice dehiscentibus. Semina numerosa confertissima minuta clavata angulata aptera.

Species enumerantur in Repert. bot. syst. II. 930.

XLVII. (6304.) **EREMAEA** *Lindl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 166.)

Subordo II. *CHYMOCARPICAE.*

Fructus baccatus.

Tribus III. *MYRTEAE* DC. Prodr. III. 230.

6314. **CAMPOMANESIA** *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. III. 232. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 170. et 932.)

1. C. CRASSIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 97. t. 37. — Glabra: foliis ovatis vel ovali-ellipticis breviter acuminatis, basi obtusis, crassis coriaceis nitidis, venis obscurioribus; pedunculis unifloris brevibus, inferioribus aggregatis; bacca depresso-globosa calyce coronata 1–5-loculari. ♁ — Habitu *C. glabrae* Bth. (Wlprs. l. c. 170.) simillima, sed differt praecipue foliis majoribus (4–5-pollicaribus, 2–2½ poll. latis) crassioribus, venis multo obscurioribus. Flores desunt. Bacca magna depresso-globosa abortu 1–4-locularis vel rarius quinquelocularis, siccitate dura, inter loculos profunde sulcata et partibilis, coronata calyce persistente brevi quinquedentato. Semina in loculis solitaria magna ovoidea. — Crescit in insula Gorgona.

6315. **PSIDIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 232. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 170.)

1. PS. SERICIFLORUM Bth. Plant. Hartw. p. 176. no. 980. — Ramulis obsolete tetragonis, petiolis pedunculisque rufo-velutinis; foliis petiolatis oblongo-ellipticis, utrinque obtusis coriaceis, supra pubescentibus, subtus molliter rufo-subvelutinis; pedunculis solitariis unifloris; bracteis minutis; calycis tomentosi limbo quinquepartito; petalis dense sericeo-villosis. ♁ — Habitus et folia fere *Ps. polycarpi* (*Ps. mollis* Bertol.?), sed distinctum pedunculis unifloris, floribus majoribus et petalis villosis, a *Ps. hirsuto* differt alabastro ante anthesin clauso. Ramuli leviter compressi. Folia 3–4 poll. longa, 1½ vel fere 2 poll. lata. Pedunculi vix petiolo duplo longiores. Bracteolae sub flore minimae, vix conspicuae. Calycis tubus ovoideus, limbus in alabastro globosus, tubo duplo longior, per anthesin subaequaliter quinquepartitus, laciniis obtusis demum reflexis. Petala 4–5 lin. longa, calycem paullo excedentia late ovata. Stamina vix petalis aequalia. Ovarium fere complete quadriloculare, loculis pluriovulatis. Bacca globosa, calycis limbo coronata, ab incolis *Guayavo agrio* dicta. — In campis circa Popayan.

6316. **MYRTUS** *Tournef.*

(*Myrtus* et *Jossinia* DC. Prodr. III. 237. 238. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 172. et 932.)

1. M. PHYLICOIDES Bth. Plant. Hartweg. p. 131. no. 739. — Ramulis hirsutis dense foliosis; foliis ovato-lanceolatis oblongisve obtusis, margine valde revolutis coriaceis, supra nitidis, subtus canescenti-hirtis; pedicellis axillaribus folio brevioribus, apice bibracteolatis; calycibus quadrifidis hirsutis. ♁ — Affinis *M. microphyllae.* Folia crebriora longiora (3–4-linearia), margine ita revoluta ut fere linearia appareant. Pedicelli calyce subbreviores. Calycis limbi laciniae 4 lanceolatae subaequales. Petala obovata, calycis limbo duplo longiora. Stamina circiter 12. Ovarium basi et apice spurie 2–3-loculare, placentis parietalibus pauciovulatis, in medio ovario inter se liberis. Semina hippocrepiformia, embryone curvato, cotyledonibus parvis. — Crescit in Columbiae montibus prope Loxam.
2. M. OXYCOCCOIDES Bth. l. c. p. 174. no. 975. — Prostrata radicans glaberrima: foliis parvis ovatis, margine revolutis nitidis; pedicellis solitariis unifloris folio

brevioribus, apice bibracteolatis; floribus tetrameris subdodecandris. ♁ — Folia vix 2 lin. longa. Calyces uti tota planta glaberrimi. Ovarium semibiloculare, placentis parietalibus basi inter se connatis, superne liberis. Ovula in utraque placenta biseriata, utrinque 3–4. Bacca ovoideo-globosa, calycis limbo coronata flavida. Semina 8–12 laeviuscula. Embryo hippocrepiformis. — Crescit prope Laguna de Guanacas in Andibus Popayanensibus rara.

3. M. **PEDUNCULATA** Hook. fil. Icon. plantar. t. 629. — Ramis divaricatis rigidis, ramulis copiosis brevibus; foliis (parvis) obovatis obtusis breviter petiolatis punctulatis integerrimis coriaceis glabris; pedunculis axillaribus unifloris folio duplo longioribus, apice bibracteatis; corollae petalis quinque. ♁ — Frutex 10–12-pedalis, cortice cinereo tectus. Ramuli copiosi breves foliosi. Folia opposita vix semiunciam longa coriacea obovata obtusa, brevissime petiolata punctulata obscure venosa, utrinque glaberrima, subtus pallidiora. Pedunculi axillares solitarii graciles uniflori, folio duplo longiores, sub flore bibracteati, bracteis oppositis, tubo calycis triplo brevioribus oblongis adpressis. Calyx quinquelobus, lobis latis. Petala 5 punctata. Bacca parva aurantiaca bilocularis, 4–5-sperma. — Crescit in Nova Zeelandia prope villam Ruataluma et ad lacum Waikaré.

6317. **MYRCIA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 242. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 173. et 932.)

1. M. **BUXIFOLIA** Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 101. — Fruticosa: ramulis dense foliosis; pedunculis axillaribus trifloris folia aequantibus; foliis ellipticis vel elliptico-ovatis obtusis, margine revolutis glabris vel junioribus, ramulis pedunculisque albo-tomentosis; floribus sessilibus; calyce dense piloso, lobis ovatis acutis. ♁ — Frutex tripedalis. Folia 6–8 lin. longa, 3–4 lin. lata, supra nitida, breviter petiolata. Petala obovata pellucido-punctata, extus pubescentia. Ovarium biloculare, loculis biovulatis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

6317/1. **SYLLYSIUM** *Meyen et Schauer.*

(Meyen et Schauer, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 334. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 102.)

Calyx tubo turbinato ecostato, cum ovario connato, limbo supero truncato repando-quadridentato, dentibus vix distinctis. Corollae petala 4, limbi margini inserta, distincta caduca. Stamina plurima, filamenta a calycis limbo sursum libera, inferne confluentia, corolla duplo longiora, antherae bilocellatae, dorso insertae, longitudinaliter dehiscentes. Ovarium immersum biloculare, loculis pluriovulatis. Stylus stamina subaequans simplex, stigma punctiforme. Fructus ignotus baccatus? — Frutex Chinensis: flores ad apicem ramulorum solitarii axillares, racemum foliis diminutis interstinctum struentes, squamulis binis minimis in summo pedicello oppositis bracteolati. — Genus calyce subintegro repando-lobato atque habitu ad *Syzygium* accedens, petalis discretis vero diversum.

1. S. **BUXIFOLIUM** Meyen et Schauer l. c. — Frutex videtur robustus glaberrimus. Ramuli tetragoni. Folia coriacea opposita approximata cuneato-oblonga, in petiolum brevem attenuata obtusa, margine subrevoluta, supra nitidula uninervia, subtus opaca punctata et (in sicco saltem) secus costam tenuiter pinnato-nervosa nervisque binis marginalibus cincta, 9–15 lin. longa. Flores in innovationum summis axillis solitarii, breviter pedicellati et vix e foliis racemo subjectis emergentes, 6 axillari-racemosi, calyce cum corolla 3 lin. fere adaequantibus. Calyx inferne breviter contractus subteres ovariumque includens, superne hemisphaericus et in faucem liberam productus, limbus quam brevissime et vix manifeste quadridentatus, sinubus interjectis levissime excisis petala recipientibus. Petala orbicularia, lineam longa, basi lata adnata, concava, disco punctata alba(?). Stamina corollam subduplo excedentia, antherae flavae. — Crescit in China ad Macao.

6319. **CALYPTRANTHES** *Swrtz.*

(DC. Prodr. III. 265. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 178.)

1. C. DICHOTOMA Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (V.) 47. — Ramis dichotomis; foliis breviter petiolatis late ellipticis, utrinque rotundatis, margine subrevolutis coriaceis opacis glabris, nervis lateralibus parallelis, subtus prominulis ac in nervum a margine paullulum distantem confluentibus; pedunculis basi ramulorum terminalium binis oppositis, ter trifidis compressis puberulis; floribus pedicellorum apice ternis approximatis, alabastris pube adpressa subrufa villoso-tomentosis, bractea membranacea integra mox dirupta caducissima obvolutis. ♁ — Folia 2½–3½ poll. longa, 1½–2½ poll. lata, petioli 3–4 lin. longi. — Crescit in Brasiliae provincia Sti. Paulli.

2. C. CAUDATA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 102. — Frutescens glaberrima: ramulis angulatis; foliis brevissime petiolatis lanceolatis longe obtuseque acuminatis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris folio duplo fere brevioribus; alabastro globoso apiculato. ♁ — Frutex 4–5-pedalis ramosissimus. Folia disticha 15 lin. longa, 4 lin. lata pellucido-punctata. Petala linearia alba. Stamina numerosissima. Stylus filiformis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

6320. **SYZYGIUM** *Grtnr.*

(DC. Prodr. III. 259. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 178. et 933.)

1. S. CORDATUM Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 425. — Arbor 30–40-pedalis. Ramuli floriferi subquadrangulares; folia opposita subsessilia subrotundo- vel elliptico-cordata integerrima glaberrima penninervia, nervis copiosis transversalibus venisque reticulatis in pagina inferiori prominulis; cyma terminalis ramis ramulisque quadrangulis, calycibusque brevissime quadridentatis glabris; stylus stamina numerosa superans. Fructus acidulo-adstringens. — *Jambosa cyminifera* E. Mey. mss. — Crescit in sylvis Natalensibus.

6323. **EUGENIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 262. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 181. et 933.)

§. 1. *Pedunculi axillares uniflori.*

1. EU. OBCORDATA Raoul, Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 122. et Choix des plants de la Nouv. Zélande 28. — Diffusa: ramis cortice griseo rimoso vestitis, ramulis incano-puberulis; foliis obcordatis subaveniis glaberrimis in petiolum brevem attenuatis; floribus axillaribus solitariis, pedicellis folia aequantibus incanis; fructibus violaceis grate olentibus. ♁ — Arbor 15–16-metralis, truncus cylindraceus, cortice laevi cinereo vestitus, rami diffusi cortice cinerascente rimoso vestiti, ramuli glabri rugosi, novelli pube brevissima subincani. Folia obcordata 1½ centim. longa, vix 1 lata, in petiolum brevem attenuata, apice emarginata, rarius obtusa, utrinque glaberrima, supra lucida viridia, nervis vix prominulis, subtus pallidiora glaucescentia punctulata coriacea, petiolo brevissimo ad ramulorum apicem coalita. Flores nivei axillares solitarii, fere magnitudine *Crataegi oxyacanthae*, pedunculati, pedunculo bracteolis binis summo apice stipato filiformi recto subincano. Calyx turbinatus vel obconicus quadridentatus, dentibus ovatis punctulatis puberulis. Petala 4 rotundata patula concaviuscula glabra nivea flabellato-venulosa. Stamina numerosa, disco perigyno carnosulo incano inserta, petalis subaequilonga, filamenta filiformia glaberrima alba, antherae minimae rotundatae biloculares. Stylus filiformis rectus glaber, stamina subaequans. Ovarium biloculare, loculis uniovulatis. Fructus violaceus edulis, jucundissimi saporis, calyce coronatus dipyrenus, osseis reniformibus. — Crescit in Nova Zeelandia locis umbrosis in Akaroa.

2. EU. VITIS IDAEA Raoul, Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 122. — Diffusa: ramis ramulisque cortice griseo rimoso vestitis glabris; foliis ovatis obtusis subaveniis glaberrimis breviter petiolatis; floribus axillaribus solitariis, pedicellis gracilibus

folia superantibus; petalis 5 albis; fructibus rubris insipidis. ♁ — Folia semipollicaria. — Crescit in Nova Zeelandia.

3. EU.? GUAYAVILLO Bth. Plant. Hartweg. p. 174. no. 977. — Fruticosa humilis glabra: foliis sessilibus ovatis acutis, basi rotundatis subcoriaceis opacis; pedicellis solitariis unifloris folio brevioribus; bracteolis sub calyce linearibus deciduis; calycis laciniis 4–5 late ovatis; ovario subtriloculari, loculis multiovulatis. ♁ — Fruticulus semipedalis vel vix pedalis, a basi ramosus, ramulis erectis subsimplicibus. Folia 1–1½-pollicaria, saepe obliqua penninervia reticulato-venosa, venis utrinque prominulis, glabra, crebre punctata at non pellucida. Pedunculi pollicares. Bracteolae acuminatae calycem aequantes. Flores quam in *Myrto communi* minores tetrameri vel rarius pentameri. Calycis tubus subglobosus, limbi laciniae tubo longiores, parum inaequales. Stamina numerosa, petalis aequilonga. Placenta per anthesin vix ad axin ovarii attingit. — Crescit prope Popayan ubi dicitur *Guayavillo*.

§. 2. *Pedunculi axillares uniflori, bini vel plures aggregati.*

4. EU. MIERSIANA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 103. — Fruticosa: ramulis subcompressis, petiolis, pedunculis foliisque subtus dense rufo-tomentosis; pedicellis axillaribus solitariis vel rariter binis folio quadruplo et ultra brevioribus; foliis lanceolatis vel lanceolato-ellipticis cuspidatis, supra glabris; calyce dense piloso-tomentoso quadrilobato, lobis ovatis acutis reflexis; petalis late ovatis acutis epunctatis. ♁ — Frutex 8–10-pedalis. Folia 2½-pollicaria, 12–15 lin. lata. Petioli 3 lin. longi. Pedunculi 6–7 lin. longi, demum reflexi. Calyx basi bibracteolatus. Discus latus. Ovarium triloculare, loculis pluriovulatis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

5. EU. ROTUNDIFOLIA Casaretto, Decad. stirp. novar. Brasil. (IV.) 40. — Foliis brevissime petiolatis rotundis vel ovato-rotundis, margine revolutis valde coriaceis crassiusculis, utrinque glaberrimis, supra nitidis impunctatis; pedunculis unifloris brevibus, in veterioribus foliorum axillis aggregatis. ♁ — Frutex 3–4-pedalis dumosus, folia 2–2½-pollicaria, fere totidem lata, petiolus sesquilinearis, fructus niger cerasiformis. — Crescit in Brasilia in arenosis maritimis inter Copo-Cabana et Lagoa de Rodrigo de Freytas prope urbem Rio de Janeiro.

§. 3. *Flores axillares sessiles aggregati.*

6. EU. PROTRACTA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. (II.) 762. — Floribus axillaribus terminalibusque congestis subsessilibus, basi bracteatis quadrifidis; foliis ovatis, utrinque attenuatis, apice in acumen longum protractis, crebre pellucido-punctatis glaberrimis; ramis piloso-pubescentibus. ♁ — Crescit in Surinam.

§. 4. *Pedunculi axillares pauciflori vel pluriflori corymboso-paniculati.*

7. EU. PUMILA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 102. — Fruticosa glaberrima: pedunculis axillaribus solitariis trifloris folio quadruplo brevioribus; floribus sessilibus; foliis petiolatis oblongo-lanceolatis longe acuminatis, basi attenuatis; calycis lobis rotundatis, demum deciduis. ♁ — Frutex 2–3-pedalis. Folia 1½–2-pollicaria, 6–7 lin. lata, supra glabra, nitida, subtus pallida, pellucido-punctata. Ovarium biloculare, loculis biovulatis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

8. EU. PACIFICA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 98. — Glabra vel ramulis costisque foliorum vix puberulis: foliis breviter petiolatis ovatis subacuminatis, basi cuneatis subcoriaceis, supra nitidulis; pedunculis brevissimis axillaribus paucifloris; fructu oblongo glabro. ♁ — Habitus et folia fere *Coffeae Arabicae*, sed ab *Eu. coffeaefolia* diversa foliis vix 4 poll. longis, 2 poll. latis et bacca olivaeformi 4–5 lin. longa. Semen unicum, embryone homogeneo, intus vesiculis glandulosis prope marginem instructo. — Crescit in „Cocos Island."

9. EU. SERICIFLORA Bth. l. c. — Ramulis junioribus inflorescentiaque sericeis; foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi angustatis subcoriaceis, utrinque pilis

tenuibus adpressis pubescentibus; racemis laxis folio brevioribus; bracteis lanceolato-subulatis calycis tubo longioribus; calycis sericei laciniis orbiculatis; petalis ciliatis. ♁ — Ramuli tenues, superne compressi. Folia 3 poll. longa, 7–10 lin. lata, apice in acumen longum acutum producta, basi in petiolum brevem angustata, margine subrecurva pellucido-punctata, venis supra vix conspicuis, primariis subtus prominulis, pilis brevibus albidis in pagina superiore crebris, in inferiore rarioribus. Pedunculi in axillis solitarii vel gemini, subbipollicares, pedicelli oppositi vel rarius alterni divaricati, solitarii vel gemini, semipollicares, apice uniflori. — Crescit in sinu Panamensi in insula Taboga.

10. EU. PYCNANTHA Bth. Plant. Hartweg. p. 174. no. 976. — Glabra: foliis ovatis obtusis, basi rotundatis cuneatisve crasse coriaceis marginatis reticulato-venosis, supra nitidis; pedunculis rigidis folio paullo brevioribus, apice quadrifidis; ramis 3–7-floris; calycis glabri laciniis orbiculatis ciliatis. ♁ — Frutex biorgyalis *Eu. Lindleyanae* et *Eu. rhopaloidi* affinis, imprimis cymis multifloris distinctus. Ramuli compressi glabri vel juniores pilis raris puberuli. Folia majora tripollicaria, floralia 1½–2-pollicaria, valde coriacea, margine cartilaginea, subtus punctis crebris parvis nigris conspersa, supra punctis pellucidis raris parvis. Pedunculi sesquipollicares, superne incrassato-compressi, divisi in ramos 4 breves angulato-compressos rigidos, saepius bifidos, ramulis trifloris, flore alari sessili, lateralibus vix brevissime pedicellatis. Bracteae et bracteolae minimae, cito deciduae. Flores iis *Eu. Lindleyanae* similes, sed calyx glaber nisi ciliis paucis brevibus marginatus. Ovarium complete biloculare, loculis circa 16-ovulatis. — Inter pagos Pitayo et Jambalo, prov. Popayan et in sylvis Meneses prov. Pasto.

11. EU. ALTERNIFOLIA Bth. l. c. p. 175. no. 978. — Glabra: foliis obovatis ovatis ellipticisve obtusis, basi rotundato-cuneatis coriaceis marginatis venosis, supra nitidis; pedunculis axillaribus folio brevioribus, apice dense dichotome cymosis 7–15-floris; floribus omnibus sessilibus; calycibus glabris. ♁ — Arbor parva 15-pedalis, simillima *Eu. Lindleyanae* sed glabritie, foliis minoribus et cymis densis multifloris diversa videtur. Etiam *Eu. pycnanthae* affinis, sed folia raro sesquipollicaria, pedunculi pollicares dichotomi nec quadrifidi, flos alaris semper adest inter ramos primarios, flores omnes sessiles. Ovula in quoque loculo circiter 16. — Crescit in provincia Popayan.

12. EU. DYSANTHA Bth l. c. no. 979. — Foliis oblongo-lanceolatis acuminatis, basi angustatis coriaceis, supra ramulisque pubescentibus vel vix aetate glabratis, subtus pube substellata canescentibus; racemis axillaribus folio brevioribus aut terminalibus tenuibus 5–10-floris villosis; calycis laciniis orbiculatis obtusissimis. ♁? — Forma foliorum eadem ac in *Eu. albida* Humb. et Bonpl., sed species differt foliis supra pubescentibus et calycibus obtusissimis. Pubes in ramulis foliorumque pagina superiore e pilis mollibus subadpressis constat, in pagina inferiore brevior est et albida et stellata, pilis tamen intermixtis simplicibus longioribus praesertim in costa media. In specimine fructifero folia supra fere glabra et nitidula et subtus minime argenteo-sericea. Flores quam in *Eu. albida* majores. Pedicelli et calyces dense villosi, subrufescentes. Bracteolae calyci adpressae, 2 lin. longae, lineari-lanceolatae. Bacca ovoideo-globosa, calycis limbo coronata, 4–6 lin. diametro. Semina duo hemisphaerica, testa tenui, embryone subhippocrepico, radicula inconspicua, cotyledonibus crassis carnosis ultra medium arcte connatis, supra medium facile partibilibus et sutura fere a basi linea glandulosa indicata. — Crescit prope pagum Fusagasuga prov. Bogota.

13. EU. VIRGATA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 102. — Fruticosa: pedunculis axillaribus terminalibusque solitariis racemosis 6–12-floris folio brevioribus rufo-pubescentibus; bracteis linearibus obtusis; bracteolis acutis; foliis oblongo-lanceolatis obtuse acuminatis, basi subcuneatis glabris coriaceis. ♁ — Frutex 3–5-pedalis, folia 15 lin. longa, 5–6 lin. lata breviter petiolata, supra viridia, subtus pallida opaca. Calyces pubescentes expansi quadrilobi, lobis ovato-

oblongis obtusis trinerviis. Ovarium biloculare, loculis pluriovulatis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

14. EU. CINERASCENS Gardn. l. c. — Glaberrima: caule fruticoso; foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis, utrinque attenuatis obtusis, margine subrevolutis obscure pellucido-punctatis; pedunculis axillaribus folio brevioribus 1–4-floris; pedicellis unifloris apice bibracteolatis; calycis lobis rotundatis, demum reflexis petalisque glabris. ♁ — Frutex 4-pedalis ramosus. Folia 15 lin. longa, 5–6 lin. lata. Pedunculi breves. Pedicelli 4–6 lin. longi, apice bibracteati, bracteis rotundatis concavis. Petala late ovata obtusa pellucido-punctata alba. Ovarium biloculare, loculis pluriovulatis. — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

15. EU. ATROPUNCTATA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 762. — Ramis teretibus glabris; petiolis brevibus verruculoso-asperis, foliis ovatis vel ovato-oblongis, basi parum, apice in acumen acutiusculum attenuatis glaberrimis, supra minutissime subfusco-punctatis (punctis lucem versus crebro pellucidis); floribus subcymoso-paniculatis axillaribus; paniculis folio brevioribus, pedicellis subdivaricatis, basi brateolis ovatis minutis acutis instructis. ♁ — Crescit in Surinam.

16. EU. PANICULAEFLORA Steudel l. c. — Ramis teretibus sursum ramulisque pubescentibus; petiolis brevibus adpresse pilosis, foliis ovato-oblongis, basi attenuatis, apice in acumen longum obtusum protractis, utrinque glaberrimis pellucido-punctatis; paniculis axillaribus terminalibusque, pedicellis divaricatis ebracteatis loco bracteae basi tuberculo minutissimo notatis. ♁ — In Surinam.

6323/1. **BACKHOUSIA** *Hook. et Harv.*

(Hook. et Harv. in Hook. Bot. Magaz. t. 4133.)

Calycis tubus turbinatus, inferne ovario adhaerens villosus, extus basi bracteis caducis imbricatis, limbus persistens profunde quinquepartitus, lobis tubo longioribus patentibus corollatis (albis) petaloideis. Petala 5 parva, calycis segmentis triplo minora, ovato-rotundata acuta, valde concava. Stamina numerosissima, corolla calyceque longiora, antherae parvae subrotundae. Ovarium tubi parti inferiori adnatum, superne liberum hirsutissimum biloculare, loculis multiovulatis, dissepimento placentifero. Fructus (immaturus) siccus, coriaceus. — Frutices Australasici: ramis teretibus nunc villosis. Folia opposita sessilia vel brevissime petiolata, ovato-acuminata subcoriacea, pellucido-punctulata, penninervia nervoque intramarginali. Flores majusculi, luteo-albi, in cymas pedunculatas oppositas terminalesque dispositi.

1. B. MYRTIFOLIA Hook. et Harv. l. c. — Foliis ovato-acuminatis, nervis patentibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia in New South Wales.

2. B. (EUGENIA A. Cunn. mss.) RIPARIA Hook. et Harv. l. c. (adnot.) — Foliis elliptico-lanceolatis basi apiceque longe acuminatis, nervis oblique patentibus. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Hasting's River.

6323/2. **MONOXORA** *Wght.*

(Wght. Illustr. of Ind. bot. II. 12. t. 97.* v. 122. fig. 5.)

Flores quaternarii. Ovarium uniloculare, placentis duabus parietalibus, ovula numerosa. Fructus drupaceus continens nuculas plurimas triloculares vel abortu uniloculares, loculis embryone cylindrico curvato repletis. — Frutex Javanicus: foliis trinerviis ovato-oblongis obtuse acuminatis, basi acutiusculis, coriaceis glabris, infra griseo-argenteis; pedunculis confertis axillaribus unifloris folio brevioribus; calycibus sericeis.

1. *M. (MYRTUS Blume, Bijdragen 1983. — DC. Prodr. III. 240. no. 17.) SPECTABILIS Wght. l. c. — ♁ — Crescit in insula Java.

6323/3. **PIMINTA** *Lindl.*

(Lindl. in Loudon, Encycl. of plants ex Wght. Illustr. of Ind. bot. II. 12. t. 97.* v. 122. fig. 6. et 7.)

Flores quaternarii vel quinarii; ovarium biloculare; ovula in loculis solitaria vel plurima pendula e placenta prominente; semina in fructus loculis solitaria vel plurima subreniformia, testa tenui molliuscula; embryo cylindricus spiraliter involutus, cotyledones conferruminatae, albumine molliusculo gelatinoso inclusae. — Arbores Caribaei: foliis ovali-oblongis; floribus paniculatis.

1. P. (MYRTUS Swrtz. Flor. Ind. orient. II. 909. — EUGENIA Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. or. I. 331. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 182. no. 7. — MYRCIA DC. Prodr. III. 243. no. 3. — Curtis, Bot. Magaz. t. 3153.) ACRIS Wght. l. c. fig. 6. Pedunculis axillaribus et terminalibus trichotomis corymbosis folio longioribus compressis; floribus quinquefidis; foliis ellipticis obtusis convexis coriaceis glaberrimis, superne venis elevatis reticulatis, subtilissime pellucido-punctatis. ♃ — Pluk Alm. t. 155. fig. 3. — *Myrtus caryophyllata* Jcq. — *Caryophyllus racemosus* Mill. — *Myrcia pimentoides* DC. l. c. no. 4. — *Myrtus Pimenta β. latifolia* Rxb. — *Myrtus citrifolia* Poir. Dict. IV. 410. — *Myrtus aromatica* Poir. l. c. — Crescit in insulis Antillis.

2. P. VULGARIS Wght. l. c. fig. 7. — Pedunculis axillaribus et terminalibus trichotomo-paniculatis; floribus quadrifidis in dichotomiis subsessilibus, caeteris paniculatis; foliis oblongis ovalibusve pellucido-punctatis subopacis glabris; ramis teretibus, ramulis compressis, junioribus pedicellisque pubescentibus. ♃ — Folia suprema rarius subalterna, reliqua opposita. Bracteolae sub flore binae tarde deciduae. Bacca globosa monosperma. — *Bayberry-tree* Hugh. Barb. 145. t. 10. — *Myrtus* (*Eugenia* DC. Prodr. III. 285. no. 187. [excl. var. *β.*]) *Pimenta* Linn. Spec. plant. 676. — Sims, Bot. Magaz. t. 1236. — Tussac, Flor. des Antilles IV. 32. t. 12. — Pluk. Alm. t. 155. fig. 4. — Crescit in insulis Antillis.

6324/1. **CEROCARPUS** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Flora [B. Z.] XXV. Beibl. II. 36. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 102.)

Differt a JAMBOSA: calycis tubo basi attenuato, supra subgloboso, fructu 5-6-spermo, seminibus trigonis, cotyledonibus vix conferruminatis, radicula in extremitate seminis inferiore, haud intra cotyledones latente, sed exacte prominula cylindrica obtusiuscula, superiore parte plane libera aut cotyledonibus inclusa. — Frutex Moluccensis: cymis lateralibus abbreviatis, pedicellis flore brevioribus; foliis ovatis acutis; stigmate quadrifido.

1. *C. (JAMBOSA Rmph. Herb. Amboin. I. 126. t. 38. fig. 2. — DC. Prodr. III. 288. no. 17. — EUGENIA Rxb. Catal. hort. Calcutt. 37.) AQUEA Hsskrl. l. c. — ♄ — Crescit in insula Java et in Moluccis insulis.

Tribus IV. *BARRINGTONIEAE* DC. Prodr. III. 288.

6325. **BARRINGTONIA** *Forst.*

(*Barringtonia* et *Stravadium* DC. Prodr. III. 288. 289. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 192.)

1. *B. SPECIOSA Linn. — DC. l. c. 288. — Wght. Icon. plant. Ind. or. II. t. 547. — Paxton, Magaz. of bot. X. 241. (c. ic.)

6327. **GUSTAVIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 289. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 193.*)

1. G. ANGUSTIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 99. — Foliis anguste oblongis acuminatis, apice remote serrulatis, basi longe angustatis sessilibus; florum fasciculis terminalibus; calycibus integris petalisque 6–7, extus tomentoso-puberulis. ♃ — Ramuli crassiusculi, cortice albido. Folia pedalia et sesquipeda-

lia, superne 2–4 poll. lata, basi longe angustata membranacea, utrinque viridia et pube minuta rara scabriuscula, obscure pellucido-punctata, costa venisque subtus prominulis. — Crescit in Columbia.

Tribus V. *LECYTHIDEAE* Rich. — DC. Prodr. III. 290.

6331/1. **CARINIANA** *Casaretto.*

(Casaretto, Decad. plant. nov. Brasil. [IV.] 35. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 102.)

Calycis tubus turbinatus cum ovario connatus, limbo supero subirregulariter 5-6-lobo, lobis demum deciduis. Corollae petala 5-6, disco epigyno inserta subaequalia, imae urceoli staminiferi basi vix adnata. Urceolus staminifer cum petalis disco epigyno insertus, intus et margine antherifer, lateraliter in ligulam brevem truncatam intus apiceque antheriferam productus. Stamina numerosissima omnia fertilia, filamenta brevia, antherae biloculares, loculis rotundis lateraliter dehiscentibus. Ovarium inferum triloculare, loculis pluriovulatis, ovula secus angulum internum duplici serie inserta imbricata. Stylus cum ovario continuus brevis conico-subulatus, versus breviorem urceoli staminiferi partem declinatus, stigma simplex. Capsula oblonga cylindrica lignosa dura evalvis, limbi calycini delapsi cicatrice annulata, extrinsecus laevis, intus seminum pressione foveolis totidem excavata in 3 loculos divisa ope columnae centralis triquetrae fundo capsulae affixae in discum continuae ac demum operculatim cum illo secedentis. Semina abortu pauciora, in quovis loculo 1-5 secus columnam centralem longitudinaliter inserta alterne ac suboblique disposita ascendentia compressa semiobovoidea, basi acuta, apice rotundata, facie interiore plana laevia, columnae centrali adplicita, exteriore convexa rugosa ac in parietes capsulae profunde immersa, testa subcoriacea, uno dumtaxat latere in alam membranaceam tenuissimam producta, reliquo margine nuda. Embryo semini conformis exalbuminosus conduplicatus, cotyledones foliaceae plicatae corrugatae, radiculae incumbentes. — Arbores Brasilienses.

1. C. BRASILIENSIS Casaretto l. c. 36. — Arbor maxima excelsa: foliis alternis petiolatis ovato-lanceolatis acuminatis dentatis subintegerrimisve glabris, supra nitidis, exquisite tenuissimeque venulosis, bipollicaribus, pollicem latis, in petiolum 3–4-linearem planum subdecurrentibus; floribus parvis albis in paniculas racemosas axillares terminalesque dispositis. ♂ — Crescit in Brasiliae sylvis primaevis circa Rio de Janeiro.
2. C. EXCELSA Casaretto l. c. (IV.) 46. — Capsula tripollicari, annuli calycini cicatrice parum prominente, oris margine eroso-dentato, loculis 4–5-spermis. ♂ — *Curatari Estrellensis* Raddi, Mem. della Societ. Ital. (parte fisica) XVIII. II. 403. t. 5. fig. 2. — DC. Prodr. III. 294. — Crescit in Brasiliae sylvis primaevis insulae St. Sebastian.

† **Genus Myrtaceum valde dubium.**

6338. **RHODAMNIA** *W. Jack.*

(W. Jack in Hook. Compan. bot. Magaz. I. 153.)

1. RH. CINEREA W. Jack l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 194.*) — Arbuscula parva, cortice cinerascente, ramulis pilosis. Folia opposita et alterna petiolata rotundato-ovata et (in varietate) late lanceolata acuminata integerrima trinervia, nervulis saepe duobus marginalibus obscurioribus accedentibus, supra glabra, infra pilosula pubescentia, praecipue in nervis, in varietate glabriuscula et vix glaucescenti-puberula, petioli breves tomentosi. Stipulae parvae lineares. Pedunculi breves axillares uniflori, flores albi, calyx tomentosus persistens. Corolla calyce duplo longior. Stamina calyci inserta corollam aequantia. Ovarium uniloculare multiovulatum, ovula placentis duabus parietalibus inserta. Stylus simplex erectus. Bacca rubra subglobosa calyce coronata oligosperma. — Crescit in insulae Sumatrae ora occidentali.

Ordo LXXXIX. NHANDIROBEAE *St. Hil.*

(CUCURBITACEARUM tribus I. DC. Prodr. III. 297 et Meisn. Gener. pl. vascul. I. 126. II. 91. — Endl. Gener. plantar. pag. 932. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 194. et 933.)

5122 $_1$. HYPANTHERA *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 37. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 90.)

Dioica: Calyx masculi floris rotatus acute quinquelobus reflexus. Rudimentum coronae quinquelamellatae, lamellis laciniis calycinis adnatis, apice assurgentibus. Corolla patens pentapetala, petalis subrotundis sessilibus, receptaculo insertis. Stamina 5 receptaculo supra basin coronae inserta crassa clavata, apice divergentia reflexa, facie prona unilocullariter antherifera dehiscentia. Calyx floris foeminei campanulatus, rudimentum coronae ut in masculo calyci adnatae, ligulis alternis brevibus filamentosis. Corolla floris masculi. Styli 3 crassi breves, stigmata subirregularia crassa bifida. Bacca subrotunda, rudimento calycis disco magno coronata, apice tripartibilis trilocularis, placenta centralis. Semina subquaterna in singulo loculo suberecta, apice in placenta affixa (basi loculorum vacua) subrotunda depressa, ala brevi marginata, testa extus obsolete muricata, intus spongiosa. Cotyledones rotundae hilo terminatae sulcato-truncato. Embryo rectus minimus. — Herba? Brasiliensis: caule diffusissimo quinquangulato villosulo, seniori tereti glabrato; cirrhis apice bifidis; foliis villosis cordatis quinquelobis, lobis masculis angustioribus.

1. *H. GUAPEVA Silva Manso l. c. ex Endl. l. c. — ☉? ♃? — Crescit in Brasilia.

Ordo XC. CUCURBITACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. III. 297. excl. trib. I. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 195. — Endl. Gener. plant. p. 934. et 1421. Suppl. II. 108. III. 90. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 126. II. 91. et 356.)

Subordo I. *TELFAIRIEAE* Endl. Gener. plant. p. 935.

Carpidiorum margines seminiferi intra loculum porrecti parietem non attingentes. Semina plurima nucamentacea.

5123. TELFAIRIA *Hook.*

(Hook. Bot. Magaz. t. 2751. 2752.)

1. T. (FEVILLEA Sm. in Bot. Magaz. t. 2681.) PEDATA Hook. l. l. c. c. et in Bot. Miscell. II. 152–156. † t. 81. 82. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 195.* — Planta mascula. Radix prostrata digiti crassitie carnosa, irregulariter geniculata. Caulis perennis inferne lignosus, in planta juniore extus suberosus, diametro 2–4-pollicari scan-

dens. Rami elongati 50–100-pedales flagelliformes, inferne teretes, superne angulati laete virides glabri. Folia irregulariter pedata longe petiolata, foliolis oblongo-ovatis subsessilibus acuminatis, utrinque attenuatis dentato-repandis aut laciniatis involutis, medio latioribus 3–4-pollicaribus, 2 poll. latis, lateralibus minoribus basi extus auriculatis, omnibus nervosis, supra viridibus lucidis, utrinque glabris, subtus pallidioribus albo-punctatis, nervis puberulis scabrellis. Stipula, corpusculum pedunculatum ex axillis petiolorum cirrho oppositum concavum pubescens. Petiolus communis teres, supra sulcatus, longitudine foliorum, glaber. Cirrhi e basi petiolorum laterales bipedales et ultra bipartiti, varie torti glabri, demum carnosi. Pedunculus axillaris teres 8–10-pollicaris asprellus, pedicelli terminales breves uniflori, bracteolae ad basin pedicellorum subpetiolatae subrotundae profunde serratae pubescentes. Flores racemosi. Calycis laciniae erectae serratae pulveraceo-pubescentes cum corolla deciduae. Petala purpurascentia ad basin calycis laciniarum inserta oblonga, inferne attenuata, lineis viridibus notata crassiuscula, extus pubescentia, intus papillosa, apice fimbriato-laciniata. Stamina 5, filamenta brevia purpurea, basi subgibbosa, antherae distinctae erectae crassae virides, basi apiceque punctis roseis adspersae. Plantae foemineae organa vegetativa ut in planta mascula. Flores axillares solitarii. Calyx minimus purpureus caducus. Corolla patentissima mari similis. Stylus trigonus brevis subexsertus, stigma subcapitatum 3–5-lobum pallide virescens, punctis crystallinis tectum. Ovarium attenuatum 10-sulcatum viride verrucosum, basi torulosum. Fructus maximus carnosus, dissepimenta filamentosa, semina pollicem lata compressa orbiculata subretusa oleosa esculenta. — *Joliffia Africana* Delile, Mém. soc. hist. natur. Paris. III. 314. t. 6. — *Ampelosicyos* Pet. Thouars, Hist. veget. Afric. 60. t. 22. — Crescit in Africae austro-orientalis littoribus.

Subordo II. *CUCURBITEAE* Endl. l. c.

Carpidiorum margines revoluti parietem attingentes. Semina plurima.

§. 1. CONIANDREAE Endl. l. c.

Stamina 5 exserta. Antherae uniloculares, loculo lineari recto antice adnato.

No. 5124. et 5125.

§. 2. MELOTHRIEAE Endl. l. c. p. 936.

Stamina 2-5, antherae biloculares, loculis connectivum integrum marginantibus rectis vel inflexis.

$5126/_1$. **SICYDIUM** *Schlchtd.*

(Schlchtd. Linnaea VII. 388. — Endl. Gener. plant. p. 936. adnot. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 126. II. 91.)

1. S. SCHIEDEANUM Schlchtd. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 196.*) — Caulis herbaceus angulatus glaber, in summitatibus puberulus. Folia petiolata ovata acute acuminata, sinu subreniformi cordata, lobis obtusissimis, pedatinervia, rete subtus prominente, utrinque (oculo armato) grumoso-scabriuscula, petiolo pilosulo. Paniculae folio longiores multiflorae, ramis inferioribus bracteis parvis (folia aemulantibus) suffultis. Flores parvi albi, diametro vix sesquilineari. Folia maxima ab insertione petioli pollicaris ad apicem 3 lin. longa totidemque fere ad basin lata. Inflorescentiae totae ramificationes et calyces marginesque petalorum puberuli. — Crescit in Mexico in sylvis prope Hacienda de la Laguna.

$5126/_2$. **BRYONOPSIS** *Arn.*

(Arn. in Hook. Journ. of bot. III. 274. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 76. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 356.)

1. *BR. COURTALLENSIS Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 196.*) — Species indescripta.

2. BR. PEDATA Hsskrl. Catal. pl. hort. Bogor. 168. — Foliis pedato-partitis, laciniis muricato-serratis. ⊙ — *Bryonia quinquefolia* Nor. A. B. V. 70? — Colitur in horto Bogoriensi.

5128. **ANGURIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 318. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 197.)

1. A. MULTIFLORA Miquel, Linnaea XVIII. 366. † — Alte scandens: foliis late ovato-cordatis, sinu baseos lato juxta petiolum triangulariter protracto, trinerviis trilobis, lobis acuminatis, sinu obtuso diremtis, minute mucronato-denticulatis vel subintegerrimis, supra scabris, subtus reticulatis tomentosis; floribus racemosis vel subfasciculatis; racemis supra ramulos aphyllos paniculatim dispositis; floribus masculis pluribus, foemineis in racemi basi solitariis; calycis foeminei dentibus lineari-lanceolatis tubo brevioribus; fructu oblongo-cylindrico laevisculo calyce coronato quadriloculari; seminibus compressis. ♃ — In Surinam.

5130. **BRYONIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 304. [excl. spec. plurib.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 197.)

Excludantur:

BR. SCABRELLA Linn. — Wlprs. l. c. 198. no. 3. = MUCKIA SCABRELLA Arn. (Wlprs. l. c. 199. no. 5130/3.)

BR. UMBELLATA Willd. — Wlprs. l. c. 198. no. 6. = KARIVIA UMBELLATA Arn. (Wlprs. l. c. 199. no. 5130/2.)

BR. EPIGAEA Rottl. — Wlprs. l. c. 198. no. 7. = AECHMANDRA EPIGAEA Arn.

BR. DELTOIDEA Arn. — Wlprs. l. c. 107. no. 1. = AECHMANDRA DELTOIDEA Arn.

BR. ROSTRATA Rottl. — Wlprs. l. c. 198. no. 8. = AECHMANDRA ROSTRATA Arn.

(Wlprs. l. c. 196. no. 5126/3.)

BR. TUBIFLORA Wght. et Arn. — Wlprs. l. c. 198. no. 9. = GYMNOPETALUM ZEYLANICUM Arn. (Wlprs. l. c. 203. no. 5140/1.)

5130/1. **DICLIDOSTIGMA** *Knze.*

(Knze. in Schlchtd. Linnaea XVII. 576.)

Flores monoici, masculorum calyx urceolatus, medio constrictus quinquedentatus (in alabastro cylindricus). Corolla quinquefida, lobis rotundatis emarginatis patulis glanduloso-scabris. Stamina 5 triadelpha, filamentis brevibus. Antherae discretae sinuatae biloculares, valvis ciliatis. Rudimentum pistilli depresso-hemisphaericum. Florum foemineorum calyx tubo ellipsoideo superne constricto urceolato, limbo quinquedentato. Corolla quinquefida, laciniis limbi acutiusculis patulis glanduloso-scabris, annulus glandulosus quinquelobus basin styli cingens. Ovarium triloculare, placentis pauciovulatis, stylus indivisus brevis, stigmata 3 bilamellata. Pepo 6-9-spermus calyce coronatus. Semina ovata compressa leviter marginata, embryo exalbuminosus, cotyledones plano-convexiusculae, radicula brevissima. — Herba perennis Cubensis, habitu *Melothriae* vel *Bryoniae*.

1. D. MELOTHRIOIDES Knze. l. c. 577. — Radix tuberosa perennis; caules sinistrorsum volubiles graciles angulati scabriusculi; folia petiolata hastato-triloba, margine denticulata, supra scabra; cirrhi laterales simplices; pedunculi axillares, apice umbelliferi, floribus utriusque sexus mixtis et foeminei uniflori; corollae parvae flavae; pepo 5-6 lin. longus, diametro trilineari, laevis glaber viridis, lineis sex pallidis notatus. — Crescit in insula Cuba.

§. 3. CUCUMERINAE Endl. l. c. p. 938.

Stamina 5 saepissime triadelpha. Antherae magis minusve coalitae, loculis linearibus extus adnatis, sursum et deorsum flexis.

5138. CUCURBITA *Linn.*

(DC. Prodr. III. 316. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 202.)

1. C. LITTORALIS Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 190. — Foliis subrotundo-cordatis angulato-5–7-lobatis hirtis, lobis repando-dentatis acuminatis; pedunculis unifloris et petiolis ramisque urenti-hirtis; peponibus (diametro tripollicari) globosis urenti-hispidis densissimeque glauco-pruinosis. ☉☽ — Colitur in horto botanico Bogoriensi (Java).

5140½. APODANTHERA *Arn.*

(Arn. in Hook. Journ. of bot. III. 274. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 203. *)

1. *A. MATHEWSI Arn. l. c. [absque ulla descriptione.] — Wlprs. l. c. *
2. A. GRACILIS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 99. — Caule tenui puberulo vel glabrato; foliis profunde cordatis acuminatis integris vel obscure 3–5-angulato-lobatis, margine subciliatis, supra glabriusculis punctulatis, subtus pilosulis; floribus longe pedunculatis, masculis paucis racemoso-corymbosis, foemineis solitariis; fructibus ovato-globosis glabris. ☉ — Folia bipollicaria, acumine longiusculo. Pedunculi masculi et foeminei ex iisdem axillis gracillimi, petiolo longiores. Flores masculi ad apicem pedunculi pauci, breviter pedicellati. Calyx tubulosus, extus puberulus breviter quinquedentatus. Petala late acutiuscula integerrima brevissime ciliato-puberula. — In insula Taboga, Salango.

§. 5. CYCLANTHEREAE Endl. l. c. p. 939.

Stamina monadelpha, columnae apice in discum orbiculatum margine antheriferum dilatato.

5143. CYCLANTHERA *Schrad.*

(Schrader, Linnaea VIII. Literaturb. 23.)

1. C. LEPTOSTACHYA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 99. — Glabra: caule gracillimo; foliis pedatim 7–9-sectis, segmentis petiolulatis oblongo-lanceolatis grosse dentatis, extimis brevioribus subincisis; racemo masculo longissimo gracili, corymbulis remotis; flore foemineo longe pedunculato. ☉? — Rami quam in *C. pedata* multo graciliores. Petioli 1½–2 poll. longi, folii segmenta majora 2–3 poll. longa, 6–9 lin. lata, quam in *C. pedata* tenuiora minus dentata. Racemi masculi semipedales vel longiores, floribus parvis in racemulos breves subcorymbosos secus rhachin communem dispositis. — Crescit in America tropica (Salango).
2. C. PEDATA Schrad. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 203. *) — Glabriuscula: caule gracili; foliis cordatis pedato-subquinquelobis, lobis mucronatis leviter argute serratis, utrinque scabriusculis reteque scabro-pubescente, sinubus rotundatis, cirrhis bifidis; floribus masculis racemosis, foemineo solitario parce aculeato. ☉ — Foliorum forma variabilis, sunt enim sinu rotundata cordata pedatinervia, plerumque triloba vel rarius inferiora lobo uno alterove oblitterante biloba aut subintegra, lobo medio latius angustiusve lanceolato, lateralibus antice in lobum saepe evidentem protractis, postice lobum latiorem obtusum sublobato-angulatum formantibus, lobi lobulique omnes mucrone subulato longiori vel breviori terminantur et serraturis aliquot angustis in lateribus signantur, retis vasculosi rami majores pilis rigidulis minutis sunt obsessi et foliorum pagina punctulis elevatis dispersis leviter exasperatur. Racemus masculus axillaris folii longitudine, perigonium petaloideum 5-lobum; flos foemineus ad basin racemi masculi pedunculo insidens petiolum circiter aequanti glabro. Ovarium lanceolatum aculeolis aliquot instructum dispersis, collo elongato in limbum expla-

nato, cujus centrum occupat stigma sessile capitatum. — *Elaterium? vibiflorum* Schlechtd. Linnaea VII. 388. — Wlprs. l. c. II. 203. no. 1. — Crescit in Mexico.

3. C. DISCANTHERA Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 697. — [Wlprs. l. c. 203. *] DISSECTA Arn. in Hook. Journ. of bot. III. 280. — Glabriuscula: caule gracili; foliis ternatisectis, lobis basi attenuatis linearibus, terminali tripartito, laciniis irregulariter dentato-sinuatis, media oblonga eximie mucronata, lateralibus brevioribus saepe 2-3-lobulatis, lobis foliii lateralibus bifidis, segmentis profunde 2-3-lobulatis et sinuato-dentatis; floribus masculis in racemum axillarem folia aequantem collectis breviter pedicellatis, floris foeminei pedunculo fructum immaturum vix adaequante. ☉ — Flores masculi vix 3 lin. diametro tenent. Ovarium triloculare, loculis fructu maturescente evanescentibus, ovula erecta prope ad loculi basin affixa, fructus juvenilis aculeolis longis mollibus glabris vestitus. Semina magna erecta plana. — Crescit in Texas.

4. C. MOMORDICA Gillies mss. in Hook. Bot. Miscell. III. 324. — Wlprs. l. c. 200. no. 4.) HYSTRIX Arn. l. c. — Foliis quinquelobatis glabris laevibus, basi subcuneatis, lobis denticulatis mucronatis, inferioribus binis recurvo-patentibus, medio productiori, cirrhis simplicibus; floribus ex eadem axilla masculis racemosis et foemineis solitariis pedunculatis; fructibus oblique ovatis setis validis echinatis (oligospermis, elastice dissilientibus. ☽? — Crescit in Bonaria.

† *Species indescriptae.*

5. *C. DIGITATA Arn. l. c. — Crescit in Peruvia.
6. *C. MATHEWSII Arn. l. c. — Crescit in Peruvia.

† Genera minus nota.

5145. SPHENANTHA *Schrader.*

(Schrader, Linnaea XII. 416.)

1. SPH. SCABRA Schrader l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 204. *) — Radix annua ramosa, fibris copiosis aucta, caulis scandens 2-3-pedalis, crassitie pennae anserinae seu columbinae, basi supra terram magis minusve incrassatus, uno alterove ramo instructus, argute angulatus scaber, rami subsimplices; folia longe petiolata 1½-2-pollicaria cordata quinqueloba angulato-dentata, lobo intermedio majori, reticulato-trinervia subfirma saltem non membranacea, pilis parvis rigidis densis (subtus evidentioribus) scabra, sordide viridia, superiora subtriloba sinuato-angulata, lobo intermedio productiori acutiori. Petioli similiter pilosi. Cirrhi 4-5-fidi, laciniis inaequalibus. Flores axillares semipollicares hermaphroditi in racemum brevem pedunculatum dispositi. Pedunculus pollicaris et ultra subangulatus, aeque ac pedicelli et calyces pilis minutis rigidis dense tecti. Calycis tubus elongato-cuneatus, limbus basi annulo toruloso cinctus quinquefidus, laciniis lineari-lanceolatis acuminatis. Corolla campanulata extus pilis exiguis adspersa flava, limbo quinquefido patente. Stamina sub limbo corollae inserta 5 distincta vel 3 diadelpha brevia, antherae basifixae gyrosae anticae. Nectarium nullum. Ovarium oblongo-cylindraceum cum calycis tubo connatum, stylus cylindricus, stigmata 3 subpeltata. Fructus sesquipollicaris elliptico-globosus, nervis 9-12 longitudinalibus prominulis notatus, glaber trilocularis evalvis, carne spongiosa alba, demum exarescente. Semina plura horizontalia 4-5 lin. longa elliptico-oblonga lenticulari-compressa. — Crescit in Mexico.

5145/1. RYDITOSTYLIS *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 424. t. 77. fig. A. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1422. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 356.)

1. R. GRACILIS Hook. et Arn. l. c. 425. t. 77. fig. A. — Herba perennis? Caulis gracilis filiformis glaber. Folia tenuiter membranacea sesquipollicaria aequilata rotundato-cordata, sinu valde profundo, margine angulato-dentata mucronulata, punctulis utrinque elevatis scabra, petioli breves laminae sinu plerumque non

multo longiores. Cirrhi laterales trifidi, supremi simplices. Flores masculi in corymbum umbellamve 4–6-florum axillarem pedunculatum digesti, pedunculis folium subaequantibus, flores foeminei solitarii brevissime pedunculati ad basin inflorescentiae masculae siti. Flores masculi foemineis minores et graciliores, petalaque in masculis basi non tuberculoso-incrassata. Tubus stamineus longitudine fere calycis, sed ovarii ne rudimentum quidem reperiendum. Flores foeminei stylo forma longitudineque columnam stamineam simulante instructi sunt, stigma magnum glabrum, vertice depressum. — In Mexico ad Realejo.

5147/1. **PENTACLATHRA** *Bertoloni.*

(Bertoloni, Novi commentar. acad. Bononiens. IV. 438. t. 46. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 108. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 356.)

1. P. CUCUMERINA Bertoloni l. c. — Caulis prostratus angulatus sulcatus ramosus scaber. Folia petiolata profunde cordata 3–5-loba acute dentata, supra tuberculis aculeolatis scaberrima, subtus hirta. Cirrhus oppositifolius ramosus contortuplicatus. Flores.....? Bacca elliptico-oblonga, cortice coriaceo tenui laevissimo glaberrimo, intus referta loculis chartaceis depressis horizontalibus clathratis, utrinque dispositis in series quatuor longitudinales interstinctas dissepimento acute flexuoso facto e parietibus clathrorum. — Crescit in Guatemala.

†† Genera ex ordine expellenda (nec tamen ad alium hucusque relata).

5148. **ERYTHROPALUM** *Blume.*

(DC. Prodr. III. 303. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 205. [excl. syn.] — Arn. in Hook. Journ. of bot. III. 271.)

5148/1. **MACKAYA** *Arn.*

(Arn. Magaz. of zool. and bot. II. 550. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 108.)

Calyx ebracteolatus brevis late campanulatus, limbo brevissimo quinquedenticulato. Corolla subgamopetala rotata quinquepartita decidua, lobis oblongis calycis dentibus alternantibus, aestivatione valvata. Stamina 5 inter glandulas duas inserta prope basin corollae laciniarum iisque opposita, antherae sessiles incurvae ovatae biloculares, longitudinaliter versus latera dehiscentes, connectivo crassiusculo. Ovarium semiadhaerens uniloculare absque axi centrali, parte libera conico-ovata in stylum brevem crassum sensim acuminata, ovula 3 ex apice loculi pendula. Stigma trilobum. Fructus omnino cohaerens oblongus, apice calycis denticulis styloque persistente coronatus unilocularis crustaceus indehiscens, cortice (seu calyce) per maturitatem in valvas 3-4-5 ab apice ad basin subirregulariter delacerato. Semen unicum pendulum. Albumen oleagineo-carnosum. Embryo minutus in basi albuminis prope hilum situs. — Genus forte cum praecedente consociandum.

1. M. POPULIFOLIA Arn. l. c. 551. — (Wght. Catal. 2465.) — Frutex glaber scandens. Folia alterna longiuscule petiolata subpeltata trinervia integerrima ovata, apice attenuata, basi rotundata vel retusa, subtus glauca. Pedunculi graciles pauciflori axillares aggregati vel secus ramulum brevem axillarem aphyllum aut apicem versus oligophyllum alternatim dispositi, nunc in ramis junioribus axillares solitarii vel in axillis superioribus in cirrhos mutati. Flores longe pedicellati magnitudine quodammodo et facie illorum *Myosotidis palustris,* colore forsan albo. — Crescit in India orientali ad Courtallum.

5151. **THLADIANTHA** *Bnge.*

(Bnge. Mém. des sav. étrang. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 103.)

1. THL. DUBIA Bnge. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 205. *) — Herba annua? scandens tenera: foliis alternis petiolatis profunde cordatis denticulatis, cirrhis

stipularibus simplicibus. Capitula florum abortivorum in axillis foliorum infimorum sessilia, in sequentibus breviter pedunculata, in axillis superioribus rami foliati, floribus masculis axillaribus longius pedicellatis flavis, magnitudine illorum *Campanulae rotundifoliae*. — In China, in ruderatis prope urbem Peking.

††† Genera dubia.

5152. PERIANTHOPODUS *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 28. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 90.)

Floris masculi calyx campanulatus, dentibus 5 parvis. Corolla calyci adhaerens quinquepartita, laciniis oblongis acutis viridibus, intus striatis. Stamina 3 conniventia, basi corollae adpressa, antherae 5 flexuosae connatae. Floris foeminei calyx ovario basi collo angustissimo affixus, mox extus tubuloso-campanulatus scabriusculus quinquedenticulatus. Corolla calyci continua quinquepartita, laciniis elongatis acutis, intus lanatis. Stamina sterilia. Stylus crassus exsertus, stigma capitatum scabro-muricatum. Discus hypogynus (!sic!). Bacca sicca, semina 2 ovali-oblonga, basi callosa, longitudinaliter in pulpa callosa conniventia. — Plantae Brasilienses caule striato; foliis pedatipartitis, lobis tribus linearibus acutis mucronatis integerrimis reticulatis; pedunculis solitariis unifloris.

1. P. ESPELINA Silva Manso l. c. — Fructibus obovato-oblongis subacuminatis; radice subulata armata longissima parenchymatosa, fibris longitudinalibus. ☉? ♃? — *Espelina* Paullistarum seu *Tomba* Mineirorum. — Crescit in Brasilia.
2. P. TOMBA Silva Manso l. c. — Fructibus oblongis obtusis; radice tuberosa nodosa. ☉? ♃? — *Espelina* Paullistarum. — Crescit in Brasilia.
3. P. CARIJO Silva Manso l. c. — Fructibus minoribus oblongis subacuminatis; radice submoniliformi-fasciculata, isthmis multiplicatis longis. ☉? ♃? — *Purga de Carijo* Cuyabensium. — Crescit in Brasilia.

$5152/_1$. WILBRANDIA *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 30. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Flores spicati, masculi superiores, foeminei pauci in eadem spica, utrique calyce tubuloso, laciniis brevibus. Florum masculorum corolla calyci adnata patens, stamina 3 brevissima, medio tubi calycis inserta, antherae tres biloculares connatae. Floris foeminei stigmata quatuor oblonga acuta fimbriata. Peponida ovata quadrilocularis, loculis polyspermis. Semina multiplicata obovata arillata marginata. — Herba Brasiliensis: caule geniculato sulcato; foliis subseptemlobis dentatis; radice diffusa ramosa tuberosa pendula.

1. *W. HIBISCOIDES Silva Manso l. c. — ♃? — *Abobrinha do mato* seu *Taynia de Quiabo* et *Gonú* Paullistarum et Mineirorum. — Crescit in Brasilia.

$5152/_2$. DERMOPHYLLA *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 30. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Pedunculi solitarii nutantes uniflori. Flos masculus magnus miniatus. Calyx tubuloso-infundibuliformis, laciniis longis subulatis revolutis. Corolla cum calyce continua plicata patens. Stamina 3, antherae flexuosae connatae. Flos foemineus.....? Bacca marcescens ovali-rotunda trilocularis sub-12-sperma. Semina obovata, margine attenuata longitudinalia. — Herba Brasiliensis: caule quinquesulcato; cirrhis inaequaliter bidivisis; foliis cordatis subquinquepartitis scabriusculis, laciniis angulatis, media longiore; radice tuberosa pendula.

1. *D. PENDULINA Silva Manso l. c. — ♃? — *Cabacinho* et *Taynia de Abobrinha* Paullistarum. — Crescit in Brasilia.

5152/3. **CAYAPONIA** *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 31. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Flores solitarii. Masculorum calyx campanulatus, basi in nectarium subinflatus, medio grosse reticulatus, apice laciniis ovali-acutis elongatis, tubo vix brevioribus. Corolla calyci interne adnata patens, petala basi coalita, virescens. Stamina 3 conniventia, antherae flexuosae tubum aequantes. Flores foeminei.....? Bacca ovalis oligosperma, semina oblonga irregularia plana. — Herbae? Brasilienses.

1. C. DIFFUSA Silva Manso l. c. — Caule amplissime diffuso; ramis septemsulcatis; cirrhis simplicibus; foliis cordatis trilobis, lobo medio majori acuminato, subtus cano-reticulatis; radice diffusa; fructibus tetraspermis, utrinque subacuminatis. ♃? — Crescit in Brasilia.

2. C. GLOBOSA Silva Manso l. c. — Foliis quinquangulatis?; fructibus globosis coccineis subdecaspermis; seminibus ovatis, basi bilobis. ♃? — *Purga de Caiapo* Paullistarum vel *Anna Pinta* et *Capitaõ do mato* Mineirorum. — In Brasilia.

5152/4. **ALTERNASEMINA** *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 35. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Flores masculi et foeminei ex eadem axilla, masculi cymosi lutei. Calyx campanulatus quinquedentatus. Corolla calyci continua gamopetala, petalis acutiusculis. Stamina 7, antherae uniloculares, medio dehiscentes. Floris foeminei corolla alba, basi supra ovarium stipitata. Urceolus hypogynus (!sic!) trilobus. Stigmata crassa 3 subexserta. Peponida bilocularis oligosperma, seminibus in axillis dissepimenti affixis alternantibus (— unde nomen horribile —) obovatis submarginatis. — Planta Brasiliensis: caule geniculato; cirrhis simplicibus; foliis cordatis acutis dentatis.

1. *A. TAYNIA Silva Manso l. c. — ♃? ☉? — *Taynia mindo* ab incolis appellatur. — Crescit in Brasilia.

5152/5. **DRUPARIA** *Silva Manso.*

(Silva Manso, Catarct. Brasil. 35. ex Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91.)

Flores masculi.....?, foeminei racemosi.....? Drupa oblonga quadrilocularis, loculis monospermis. Semina oblonga, utrinque acuta cylindracea. — Planta Brasiliensis pilosa: caule subseptemsulcato; cirrhis trifidis; foliis subquinquangulatis, apice elongatis acutis, inaequaliter pilosodentatis.

1. *DR. RACEMOSA Silva Manso l. c. — ☉? ♃? ♄? — *Abobra do mato* Goyazensium. — Crescit in Brasilia.

Ordo XCII. BEGONIACEAE *R. Br.*

(Endl. Gener. plant. p. 941. — Meisn. Gener. plant. vasc. II. I. 336. II. 243. — Wlprs. Report. bot. syst. II. 206. et 934.)

5153. **BEGONIA** *Linn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 206–217. et 934.)

Observatio. Specierum affinitates potius e capsularum forma plerumque tamen ab auctoribus non descripta quaerendae esse videntur, quam e foliorum forma et figura in plantis cultis variabili vel e radicis indole saepius fallaci.

† Perennes.

a. Tuberosae.

1. *B. DIVERSIFOLIA Grah. in Edinbrgh. Philos. Journ. 1829. 183? — Bot. Magaz. t. 2966. — Wlprs. l. c. 206. no. 9. et Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 408.

   β. nana: pusilla tenerrima: caule, petiolis stipulisque ferrugineo-pilosis; floribus singulis; capsulae alis binis minoribus rotundatis, tertia productiore subacuminata rotundata. — Unicum tantummodo vidi specimen, quoad foliorum formam omnino ad iconem laudatam accedens, sed capsulae ala obtusiore staturaque multoties humiliore recedens. — Distinctam hanc esse speciem vix dubito. — Crescit in Peruvia ad Altos de Toledo.

b. Repentes.

2. B. PELTATA Hsskrl. Tijdschrift voor natuurlijke Geschiedenis X. I. 133. (nec Otto et Dietr. — Repert. II. 210. no. 55.) — Foliis coriaceis peltatis subrotundo-ovatis acutis glanduloso-crenatis, subtus cum petiolo, ramis pedunculisque atro-sanguineis; floribus roseis in corymbis dichotomis; flore altero masculo, altero foemineo; capsulae alis subaequalibus aut una majori, obtusis. ♃ — Herba perennis caulescens elegantissima. — *B. rubra* Blume? — An eadem ac *B. albo-coccinea* Hook.? — Crescit in insula Java.
3. B. ALBO-COCCINEA Hook. Bot. Magaz. t. 4172. — Acaulis: foliis oblique ovatis obtusissimis subreniformibus peltatis coriaceo-carnosis sublobato-sinuatis glaberrimis longitudine petiolorum, petiolis adpresse hirsutis; sepalis 2 exterioribus rotundatis (extus coccineis), reliquis minoribus obovatis (albis); capsula turbinata trialata, alis latis subaequalibus. ♃ — Caulis nullus vel brevissimus ideoque planta acaulis appellari potuisset. Ex caudice brevi repente oriuntur petioli crassi rubri 5–6-pollicares teretes, pilis sparsis hinc inde adspersi, basi stipulis magnis laxis membranaceis vaginati. Foliorum lamina 2–6 poll. diametro habet, longitudine plerumque petioli, glaberrima oblique ovata obtusissima subreniformis, marginibus vix reflexis sinuatis inaequaliter sublobatis, peltata, insertionis puncto excentrico, sinui majori approximato, crassa carnoso-coriacea. Scapi sesquipedales foliis plus duplo longiores teretes rubri, supra in paniculam laxam multifloram divisi, bracteae bracteolaeque ad ramificationes parvulae. Flores masculi tetrasepali, sepalis 2 exterioribus parum majoribus suborbicularibus, extus rubris, intus albis, 2 interioribus minoribus obovatis albis rubro-suffusis. Flores foeminei masculis similes, petalis tamen interioribus nonnumquam ternis. Capsulae alae subaequales rotundatae. — Crescit in India (orientali?).
4. B. RUBRICAULIS Hook. l. c. t. 4131. — Acaulis pubescenti-pilosa: foliis breviter petiolatis oblique cordatis sinuato-lobatis serratis rugosis, basi profunde bilobis,

lobis rotundatis imbricatis; scapis folio pluries longioribus crassis, superne paniculato-ramosis; floribus speciosis, petalis quinque obovatis; capsula turbinato-triquetra, angulis duobus brevissime elatis, tertia ala maxime elongata. ♃ — Folia pauca, petiolis brevibus pulcherrime rubris immediatim e terra prorumpentibus, oblique ovata 4-6-pollicaria pilosula saturate viridia, venis reticulatis densissimis rugulosa, margine undulata sinuato-lobata serrulato-ciliata, basi profunde biloba, lobis rotundatis approximatis, lobo altero alteri incumbente. Scapi radicales ex axillis foliorum illisque multo longiores crassi, sursum tenuiores pilosi pulcherrime rubro-coccinei, apice paniculato-ramosi, flores plurimos magnos pulcherrimos gerentes, pedunculi et pedicelli saturate rubri bracteati. Bracteae scariosae laxae deciduae late ovales. Flores masculi foemineis paullo majores pentapetali, petala pallide rubra, reliqua tria pallida rubro-suffusa. Stamina et stigmata lutea. Capsulae triquetrae sanguineae alae duae brevissimae, tertia valde elongata triangularis obtusa, sursum paullo curvata. — Crescit.....?

5. B. STIGMOSA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. Plant. miscell. 32. — Caule brevissimo repente; foliis oblique cordatis acutis indivisis ciliatis subintegris, supra maculis quibusdam discoloribus compressis, subtus glabriusculis, petiolis ramentaceis; panicula subcymosa; floribus dipetalis; capsulae alis obtusis, altera maxima. ♃ — Affinis *L. manicetae* et *hydrocotylaefoliae*. — Crescit.....?

c. Erectae.

6. B. ACULEATA Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 409. — Caule tereti herbaceo succulento, aculeis brevibus subhamatis axillaribus solitariis armato; foliis breviter petiolatis semisagittatis obtusis integris vel subemarginatis, infra sanguineis, utrinque glaberrimis; floribus.....? tetrasepalis; capsulae alis subaequalibus cordato-rotundatis. ♃ — Caulis partem tantummodo, folia quatuor floresque nonnullos absque rhachi pedunculisve vidi. Folia subcoriacea, quadripollicaria et ultra, pollicem lata, petiolo brevi 9–10 lin. longo crasso. Aculei axillares brevissimi pungentes singuli. Stipulae — quod suspicor ex cicatricibus amplexicaulibus — ochreaceae vaginantes, quoad formam ignotae. Flores parvi rosei? — Species omnino dubia posterisque disquisitionibus, quando meliora aderunt specimina, magnopere commendanda. — Crescit in Brasilia circa urbem Rio de Janeiro.

7. B. COLUMNARIS Bth. Plant. Hartweg. p. 131. no. 740. — Herbacea ramosa: caule ferrugineo-puberulo, demum glabrato; stipulis membranaceis oblique ovatis oblongisve semicordatis serratis hispidulis vel supra demum glabratis; floribus umbellatis, masculis paucis glabris disepalis dipetalis, foemineo unico trisepalo dipetalo; calyce hirto; capsula laevi, basi aequaliter trialata acute tricostata, apice in columnam producta. ♃ — Affinis *B. urticae* Linn. Caulis basi subradicans ascendens, vix pedalis. Folia 1½ poll. longa, 6–9 lin. lata, inferiora proportione breviora, rarius obsolete lobata, basi dimidiata, supra strigis sparsis mox evanidis hispidula, subtus ad venas ferrugineo-pubescentia. Stipulae obliquae acuminatae integerrimae, 2–3 lin. longae. Pedunculi folio subaequilongi. Umbella junior involucrata. Flores parvi. Pedicelli masculi graciles semipollicares glaberrimi, singuli ex axilla bracteae ovatae membranaceae subintegerrimae glabrae deciduae. Sepala orbiculata glaberrima, fere 3 lin. longa. Petala sepalis paullo breviora obovato-oblonga. Stamina 15, filamentis brevibus ad medium in columnam brevem connatis. Antherae lineares, filamentis longiores. Pedicellus foemineus brevis hirsutus, bracteis 3 apice laceris suffultus. Ovarium hirsutum. Sepala 3 parum inaequalia late ovata acutiuscula valde obliqua et concava glabra. Petala 2 glabra, sepalis vix breviora, altero late ovato, altero angustiore. Stylus crassus, post anthesin elongatus, superne trifidus, lobis profunde et subdichotome multifidis. Capsulae alae supra incrassatae, ad angulum exteriorem in rostrum incurvum breve acutum productae, supra cum columna suberosa crassiuscula erecta obtusa, 7–8 lin. longa continuae. Placentae ab apice loculi pendulae polyspermae. — Crescit in Columbia ad Loxam.

8. B. PALUSTRIS Hartweg mss. ex Bth. l. c. p. 184. no. 1022. — Herbacea perennis pilosa: foliis petiolatis orbiculato-reniformibus subangulatis denticulatis; pedunculis dichotome paucifloris; capsula anisoptera glabra. ♃ — Caules flexuosi, pilis rufescentibus vel subroseis praesertim juniores vestiti. Stipulae membranaceae oblique lanceolatae ciliato-fimbriatae, semipollicares vel paullo longiores. Petioli pollicares. Folia rugulosa, pollicem longa, fere 2 poll. lata, parum obliqua. Pedunculi infra ramificationes bipollicares, ad ramificationes bracteis parvis stipulis caeterum conformibus onusti. Flores in cymis circa 6, nunc omnes masculi vel foeminei, nunc nonnulli utriusque sexus in eadem cyma. Sepala marium orbiculata, petala obovata, stamina numerosa, antherae lineares. Sepala foemineorum multo minora obovata, petalum alterum iis vix minus, alterum duplo latius bipartitum. Capsula semipollicaris glauco-rubra, alis duabus angustis, tertia duplo latiore obtusangula. — Crescit ad fossas prope Popayan.

9. B. TRACHYPTERA Bth. l. c. no. 1023. — Herbacea scabro-hirtella: stipulis membranaceis oblique oblongis; foliis oblique ovato-oblongis semicordatis serratis hispidulis; floribus in umbella masculis paucis disepalis dipetalis, foemineo unico 2-3-petalo; sepalis omnium hirsutis; capsula scabro-hirta, alis aequalibus obtuse subrostratis, apice in columnam capsula ipsa breviorem productis. ♃ — Valde affinis *B. columnari* sed elatior videtur, partes juniores minus ferrugineae, sepala et pedicelli omnes hispidi, capsulae majores, setis brevibus sparsis hispidae, alae extremitate rotundatae, vix in acumen productae, columna brevior crassior. — Crescit in sylvis juxta Pitayo prov. Popayan, altitudine 10,500 pedum.

10. B. LONGIROSTRIS Bth. l. c. p. 185. — Herbacea scabro-hirtella: stipulis membranaceis oblique oblongis; foliis oblique ovato-oblongis semicordatis acuminatis serratis hispidulis; floribus in umbella masculis paucis disepalis dipetalis, foemineo unico trisepalo 2-3-petalo; sepalis omnium glaberrimis; capsula glabra depressa aequaliter trialata longe trirostrata, supra non producta. ♃ — Herba perennis (vel suffrutex?) affinis *B. columnari* et *B. trachypterae*. Stipulae semipollicares vel longiores. Folia 2-3-pollicaria longiuscule acuminata, serraturis saepius duplicatis, pilis in pagina superiore adpressis, cum setis cartilagineis distantibus, inter venas primarias seriatim dispositis, pagina inferior inter venas glabra, venis rufo-pubescentibus. Pedunculi vix pollicares. Flores majusculi glabri. Bracteae deciduae coloratae semipollicares obovatae truncatae vel emarginatae integerrimae, una sub quoque pedicello masculo. Pedicelli semipollicares colorati glaberrimi, masculi duo, foemineus unicus. Floris masculi sepala semipollicaria integra colorata, petala breviora angusta, ad medium bifida, laciniis obtusis, stamina 8, exteriorum 6 filamenta brevia brevissime connata, interiorum 2 filamenta antheris aequilonga alte connata, antherae lineares acutae. Flos foemineus suffultus bracteis duabus ad apicem pedicelli ovatis coloratis, ovarium triangulare, angulis rostratis, rostris in florem ascendentibus, sepala 3 iis marium similia, petala 3 inter se aequalia obovata emarginata, stylus tripartitus multifidus. Capsula depressa glabra, rostris subulatis 3 lin. longis. — Crescit in declivitate occidentali Andium Quitensium versus Nanegal.

11. B. MULTIFLORA Bth. l. c. — Fruticosa glabra: foliis subsessilibus inaequaliter oblongis, basi dimidiatis, superne serrato-crenatis; pedunculis elongatis dichotomis multifloris; floribus masculis vel foemineis in cymis distinctis; staminibus liberis, antheris oblongis; stylis apice bifidis; capsulae ala altera maxima obtusa. ♁ — Affinis quoad folia *B. eleganti* H. B. Kth. et *B. Ottonis* Wlprs., sed inflorescentia diversa. Frutex 6-8-pedalis, ramulis tenuibus. Folia 1-2-pollicaria. Stipulae persistentes 4-5 lin. longae. Cymae laxae. Bracteae coloratae 3-4 lin. longae. Sepala in floribus masculis late cordato-ovata 3 lin. longa, petala oblonga breviora, stamina fere libera, filamenta brevia, antherae oblongae. In foemineis sepala ovata, petala 2, altero fere bipartito, laciniis oblongis, altero oblongo. Capsulae ala una 6 lin. longa, 4 lin. lata, 2 angustae. — Crescit juxta pagum Tena prov. Bogota.

12. B. CONFERTIFLORA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 134. — Suffruticosa erecta ramosa: ramis, pedunculis petiolisque hirsutis; foliis subinaequilateris oblongis acuminatis, basi subcordatis minute serrato-dentatis, supra glabris, subtus nervo medio hirsutis; stipulis magnis oblongis obtusis, basi attenuatis; cymis axillaribus dichotomis multifloris; capsulae alis subaequalibus rotundatis. ♃ — Suffrutex 3-4-pedalis, folia 8-pollicaria, 2½ poll. lata, supra viridia, subtus pallida, flores conferti. Capitula circiter 3 lin. longa subglobosa. — Affinis *B. ulmifoliae* H. B. Kth., sed folia duplo majora et capsulae alae subaequales. — Crescit in Brasilia in montibus Organensibus.

13. B. RETICULATA Gardn. l. c. — Herbacea erecta ramosa glaberrima: foliis valde obliquis cordatis oblongis acuminatis angulatis irregulariter serrato-dentatis, basi 3-4-nerviis; stipulis membranaceis eleganter reticulato-venosis; panicula dichotoma; floribus roseis foemineis, basi bibracteatis; bracteis coloratis ovatis acutis; petalis 5 subinaequalibus ovatis vel ovato-oblongis obtusis; capsulae alis duabus parvis, tertia majori rotundata. ♃ — Herba basi suffruticosa bipedalis, folia 4-pollicaria, 15 lin. lata, supra viridia, subtus pallida. — Affinis *B. pulchellae* Raddi, sed differt capsulae alis inaequalibus. — In Brasiliae montibus Organensibus.

14. B. HOOKERIANA Gardn. l. c. 135. — Fruticosa erecta ramosa minute rufo-lepidoto-tomentosa: foliis valde inaequilateris fere pedalibus acutis, basi subcordatis duplicato-dentato-serratis; stipulis coriaceis oblongo-lanceolatis; cymis axillaribus dichotomis multifloris; floribus parvulis, foemineorum petalis 5 oblongis obtusis aequalibus; capsulae subglobosae alis tribus aequalibus rotundatis. ♁ — Frutex 5-6-pedalis, folia 10-12-pollicaria, 4-5 poll. lata pennivenia. — Crescit in Brasiliae montibus Organensibus.

15. B. MEYERI Otto, Allgem. Gartenzeitng. IV. 349. — Hook. Bot. Magaz. t. 4100. — Caule erecto elato suffruticoso; foliis amplis oblique hinc basi auriculatis, margine obsolete sinuatis, ubique molliter cano-tomentosis; pedunculis elongatis longissimis pubescentibus; panicula ampla multiflora; floribus masculis tetrapetalis, petalis 2 rotundatis, 2 quadruplo minoribus oblongis, foemineis dipetalis, petalis obovatis; capsula triquetra, angulis late elatis, alis subaequalibus. ♁ — *B. eriocaulis* Visiani. — (Wlprs. l. c. II. 217. no. 140.) — Crescit.....?

16. *B. NITIDA Dryand. Linn. Transact. I. 159. — Wlprs. l. c. 214. no. 109. — Salisb. Stirp. rar. 17. fig. 9. et Paradis. Londin. t. 72. — Hook. Bot. Magaz. t. 4046. — *B. obliqua* Hérit. Stirp. I. 95. — *B. purpurea* Swrtz. Prodr. 86. — *B. minor* Jcq. Collect. I. 126.

†† Annuae.

17. B. MEYENIANA Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 409. — (Schmbrg. Guian. pl. no. 334.) — Humilis tenella: caule erecto herbaceo; foliis alternis petiolatis oblique cordatis angulato- vel duplicato-serratis; floribus singulis axillaribus; pedunculis petiolos aequantibus; capsulae alis subaequalibus rotundatis. ☉ — Plantula annua bipollicaris, foliis circiter pollicaribus semipollicem latis pellucidis, stipulis lanceolatis acutis integris, floribus minimis albis tetrasepalis. — Species *B. humili* Ait. Hort. Kew. V. 285. — Bot. Regist. t. 284. — (Wlprs. Repert. II. 215. no. 122.) certo proxima, sed jam inflorescentia satis superque videtur differre. — Crescit in Brasilia circa urbem Rio de Janeiro et in Guiana Anglica.

18. B. FILIPES Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 101. — Annua: caule gracili glabro; foliis longiuscule petiolatis oblique semicordatis ovato-oblongis triplicatim ciliato-serratis tenuibus sparse setulosis; pedunculis tenuibus subtrifloris; floribus minimis; capsulae ala altera ipsa capsula multo latiore, duabus angustis. ☉ — *B. humili* affinis, petioli inferiores multo longiores et capsulae ala major 4 lin. lata transverse oblonga, nec omnes anguste rotundatae. — Crescit in insula Taboga et in isthmo Panamensi.

† *Species indescripta.*

19. *B. GAUDICHAUDII Wlprs. mss. — *Eupetalum Lindleyanum* Gaudich. Voyage de la Bonite (Botanique) t. 50.

†† *Icones addendae.*

B. COCCINEA Hook. — Paxton, Magaz. of bot. X. 73. (c. ic.)
B. MARTIANA Lk. et Otto. — Paxton l. c. XI. 151. (c. ic.)
B. SUAVEOLENS Haw. — Paxton l. c. IV. 123. (c. ic.)
B. RAMENTACEA Paxton l. c. XI. 73. (c. ic.) [Species mihi ignota.]
B. PLATANIFOLIA Schott. — Paxton l. c. III. 125. (c. ic.)

5153/1. **MEZIEREA** *Gaudich.*

(Gaudich. Voy. de la Bonite Botanique t. 32. absque descriptione.)

Flores monoici trichotomo-paniculati, intermedio masculo deciduo, lateralibus foemineis. Perigonium tetraphyllum, foliolis duobus orbiculatis subcucullatis, duobus lanceolato-ellipticis acutis. Stamina (floris masculi) 10-12-13 brevia, serie simplici(?) disposita, antherae ovales biloculares introrsum dehiscentes, loculis connectivo crassiusculo adnatis. Ovarium (floris foeminei) ovale triloculare, placentis parietalibus varie lobatis pluriovulatis. Styli tres brevissimi bicrures crassissimi, stigmata bis circinnata. Capsula ovalis aptera sexcostata (indehiscens?) subcarnosa? polysperma. — Herba? seu frutex? habitu *Begoniarum*: foliis breviter petiolatis oblique semicordato-ovatis subrepando-denticulatis, stipulis semilanceolatis acuminatis petiolum aequantibus; paniculis axillaribus longe pedunculatis trichotomis, flore intermedio masculo deciduo, lateralibus foemineis fructiferis; bracteis membranaceis hyalinis caducis ovato-lanceolatis acuminatis. (Wlprs.)

1. *M. SALACIENSIS Gaudich. l. c. t. 32. — ♀? ♂? — Crescit.....?

Ordo XCIII. PASSIFLOREAE *Juss.*

(DC. Prodr. III. 321. excl. trib. III. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 218. et 934. — Endl. Gener. plant. p. 924. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 124. II. 89.)

Tribus I. *PAROPSIEAE* DC. l. c. 322.

5094. **SMEATHMANNIA** *Soland.*

(DC. Prodr. III. 322. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 218.*)

1. SM. LAEVIGATA Soland. mss. ex DC. l. c. — Hook. Bot. Magaz. t. 4194. — Ramulis subsericeis; foliis oblongis grosse serratis, basi in petiolum brevissimum attenuatis, apice acuminatis glaberrimis nitidis; florum urceolo nectareo inciso, intus piloso. ♂ — Frutex erectus, rami patentes, juniores puberuli vel sericei, folia alterna oblonga subcoriacea subdisticha grosse serrata, basi in petiolum brevem attenuata, apice abrupte acuminata. Stipulae distinctae desunt, sed in latere anteriori ad petioli basin adest glandula verosimiliter cirrhi rudimentum. Flores solitarii axillares, pedunculi breves deflexi basi bracteati. Alabastrum ovatum sericeum. Calyx demum glaber viridis, marginibus sepalorum a reliquis imbricatorum late petaloideo-marginatis albis. Petala alba patentia. Stamina et pistillum stipiti brevi crasso imposita, filamenta 20 pistillo longiora, antherae oblongae; ovarium ovatum, ovula placentis quinis parietalibus affixa. Styli 5, stigmata crasse capitata peltata. — Crescit in Sierra Leone.
2. SM. MEDIA R. Br. in Transact. of the Linn. soc. XIII. 221. — Ramis glabris; foliis obovato-oblongis, basi obtusis, adultis utrinque glabris subopacis. ♂ — Crescit in Sierra Leone.
3. SM. (BÜLOWIA Schum. et Thonning, Kongl. Dansk. vidensk. Selsk. Afhandl. IV. 21.) ILLUSTRIS Endl. mss. ex Wlprs. l. c. 218.* — Ramulis teretibus ferru-

gineo-pubescentibus; foliis alternis brevissime petiolatis ovalibus acutis serrato-dentatis rigidulis, supra nitidis, subtus pilosulo-pubescentibus; floribus axillaribus solitariis breviter pedunculatis; nectario urceolato, ore angustato, extus intusque villoso germen aequante. ♄ — Frutex ramosissimus orgyalis, folia 4–6-pollicaria, tenella involuta, margine glandulosa. Flores magnitudine *Rosae*, sepala oblongo-ovata colorata extus subtomentosa; petala oblongo-ovalia subsessilia alba, calyce paullo longiora. Stamina circiter 20, quinque in serie simplici, corolla duplo breviora filiformia, antherae ovatae sagittatae erectae. Styli 5 filiformes longitudine staminum, stigmata capitata. Germen transsectum unilociare polyspermum seminibus gemina serie quinquefariam parietibus affixis. — Crescit in Guinea.

Observatio. CANDELABRIA Hochstett., quam supra (pag. 407.) inter *Samydeas* enumeravi, huic fortasse ordini melius adscribenda erit.

Tribus II. *PASSIFLOREAE VERAE* DC. l. c. 322.

5096. **THOMPSONIA** *R. Br.*

(Hujus generis in Transact. of the Linn. soc. XIII. 220. nulla fit mentio.)

5098. **PASSIFLORA** *Juss.*

(DC. Prodr. III. 322. excl. trib. 3. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 219. et 934.)

Sectio IV. CIECA Medic. — (DC. l. c. 323.)

1. P. VELLOZII Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 103. — Tota piloso-hispida: foliis basi cordatis quinquenerviis trilobatis eglandulosis, lobis ovatis acutis apiculatis, lateralibus medio duplo brevioribus divaricatis, petiolis versus apicem biglandulosis, glandulis longe stipitatis pilosis; stipulis dimidiatis semiorbiculatis profunde lacerato-ciliatis; pedicellis solitariis petiolum subaequantibus; bracteis semiuncialibus grosse pinnatifidis; calycis segmentis 5 oblongis obtusis, infra apicem setaceis trinerviis; petalis nullis; coronae filamentis seriei exterioris filiformibus sepala subaequantibus, seriei interioris breviter connatis fimbriatis. ♄ ∪ — Folia 2½-pollicaria, 15–18 lin. lata. Cirrhi simplices. Ovarium piloso-tomentosum. — *Passiflora foetida* Vellozo, Flor. Flum. IX. t. 86. (non Cavan.) — Crescit in Brasilia in montibus dos Orgãos.

Sectio V. DECALOBA DC. l. c. 325.

2. P. SPECIOSA Gardn. Sertum plantar. t. 17. — Subferrugineo-tomentosa: foliis oblato-cordatis (?) trilobis, lobis oblongis acutis vel subacuminatis crenato-dentatis, junioribus serrato-dentatis, supra pilosis, subtus fulvo-tomentosis, petiolo biglanduloso; floribus axillaribus; bracteis 3 oblongis acutiusculis subserratis, basi 4-glandulosis; segmentis calycinis obtusis carinatis, carinis infra apicem sepalorum longe apiculatis; coronae filamentis seriei exterioris anguste lineari-lanceolatis complanatis sepalis triplo brevioribus, seriei interioris conformibus sed dimidio fere brevioribus; fructibus capsularibus. ♄ ∪ — Crescit in Brasilia in montibus „dos Orgãos."
3. P. FILIPES Bth. Plant. Hartweg. p. 118. no. 661. — Glabra gracillima: petiolis eglandulosis; foliis latis, basi truncato-subcordatis brevissime peltatis trinerviis, breviter late et obtuse trilobis tenuiter membranaceis eglandulosis; pedunculis geminis divaricatis elongatis ebracteatis; petalis calyce dimidio brevioribus. ♄ ∪ — Ramuli, pedunculi et petioli filiformes. Folia pleraque pollicem longa, sesquipollicem lata, petioli 8–10 lin. longi. Pedunculi angulo recto utrinque divaricati bipollicares, cirrhus inter pedunculos simplex. Flores parvi albo-virentes. Calyx membranaceus glaber, laciniis fere 4 lin. longis obtusiusculis. Petala dimidio minora tenuiora. Corona exterior filamentosa, intermedia in annulum fimbriatum brevem connata, interior columnae adpressa breviter lobata. Columna staminea vix 2 lin. longa. Ovarium.....? — Crescit in sylvis ad Guayaquil.
4. P. BOGOTENSIS Bth. l. c. p. 184. no. 1021. — Ramulis velutino-villosis; petiolis brevibus eglandulosis; foliis ovato-cuneatis, apice breviter et late bilobis, in

sinu aristatis subtrilobisve, basi rotundatis, subtus glandulosis, utrinque velutino-villosis; pedicellis brevibus subsolitariis; bracteis setaceis obsoletisve; calycibus villosis, laciniis crassis lanceolatis quam petala oblongo-linearia longioribus. ♂♀ — Caulis scandens, ramulis vix angulatis. Pubes in partibus novellis flavicans, demum fuscescens. Folia 1½–2 poll. longa, pollice saepius latiora, trinervia, lobis ovatis obtusis aristulatis sinu latiori quam longo separatis, subcoriacea, pube utrinque molliter velutina, subtus densiore. Glandulae paucae, inter venas irregulariter dispersae. Petiolus vix 2–3 lin. longus. Stipulae setaceae. Pedunculi semipollicares pubescentes. Calyx 9–10 lin. longus crassus, ex sicco ruber, tubo lato brevi, laciniis crassis, margine membranaceis glabratis. Petala tenuia, laciniis calycinis breviora, obtusiora et angustiora glabra. Coronae exterioris biserialis series exterior filamentosa calyce subdimidio brevior, interior e squamis ovatis fimbriatis composita. Corona interior deest. Columna staminea 5 lin. longa. Ovarium globosum, dense villosum. Styli tenues, 3 lin. longi. Stigmata parva. — Crescit in sepibus inter urbem Bogota et pagum Zipaquira.

5. **P. SURINAMENSIS** Miquel, Linnaea XVIII. 363. † — Caule, pedunculis foliisque subtus tenerrime puberulo-adspersis cito glabratis, his late semiorbicularibus, basi lata subconcavatis, apice truncato-subbilobis (lobis singulis uni-bisinuatis) trinerviis, nervis mucronatim productis, subtus glaucis, basi inter nervos biglandulosis glandulisque paucis in pagina sparsis, petiolis brevibus hirtellis; cirrho axillari solitario; pedicellis plerumque geminis petiolo parum brevioribus, infra medium bibracteolatis; calyce tenerrime puberulo-adsperso. ♂♀ — In Surinam.

6. **P. ORGANENSIS** Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 104. — Glabra: foliis latis, basi rotundatis eglandulosis subpeltatis trinerviis divaricato-subtrilobis, lobis lateralibus ovatis obtusis, medio lato obtusissimo, petiolis eglandulosis; pedicellis geminis petiolo longioribus; calycis segmentis oblongis obtusis, petalis brevioribus; coronae filamentis serici exterioris complanato-petaloideis petalis brevioribus, seriei interioris connatis. ♂♀ — Folia 2½–3-pollicaria, 3–4 poll. lata. Petioli pollicares. Cirrhi simplices. Ovarium glabrum. — Crescit in Brasiliae montibus Organensibus.

† *Icones addendae.*

P. EDULIS Sims. — Morren, Annales de la soc. d'horticult. de Gand I. 359. t. 35.
P. KERMESINA Lnk. et Otto. — Paxton, Magaz. of bot. I. 25. (c. ic.)
P. MIDDLETONIANA Paxton l. c. IX. 51. (c. ic.)

5098/1. **TETRAPATHAEA** *Raoul.*

(Raoul, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 123.)

Dioica. Fl. mascul. calyx quadrilobus. Petala quatuor. Stamina quatuor. Ovarii rudimentum breve, styli 3 abortivi. Fl. foemin. calyx 4-lobus. Petala 4. Stamina 4 abortiva. Ovarium stipitatum uniloculare, placentis parietalibus 3 saepe triovulatis. Fructus subbaccatus inflatus ovoideus laevis. Semina arillo rubro carnoso vestita. Embryonis cotyledones planae. — A *Passiflora* differt floribus dioicis tetrameris.

1. **T. AUSTRALIS** Raoul l. c. et Choix des pl. de la Nouv. Zélande 27. t. 27. — Frutex glaber: caule debili scandente ramosissimo. Rami teretes, cortice herbaceo vestiti, cirrhiferi, cirrhi (inflorescentia) axillares, aut, quod in multis ramulorum superiorum accedit, evolutione foliorum suppressa laterales longissimi filiformes erecti, interdum basin versus crassiores, rigiduli, vulgo apice tumidi circinnato-convoluti, apice rarissime floriferi. Folia alterna oblonga vel elliptico-oblonga integerrima acuminata acuta, basi obtusiuscula, 5–9 centim. longa, 2–3 centim. lata, utrinque glaberrima penninervia, juniora supra opaca, adulta nitida. Petioli 1 centim. et ultra longi, supra sulcati glaberrimi, interdum convoluti subcirrhosi. Inflorescentia axillaris, in ipsis cirrhis, scilicet ex eorum apice in floribus foemineis orta, subbiflora, in masculis racemoso-paniculata, bracteis minutissimis subulatis ad pedicellorum exortum obsessa, pedicelli filiformes articulati, pedunculi folium medium vix aequantes, cirrhi steriles vel fructiferi in-

terdum elongati. Flores vix centimetrales lutei vel luteo-virides, corona flavicante, dioici. Calyx tetraphyllus, foliolis reflexis ovatis obtusis concaviusculis glaberrimis herbaceis. Petala 4 alterna, parum longiora angustiora oblonga obtusissima reflexa. Corona filamentosa, filamentis filiformibus vel haud raro apice tumidis glabris. Masculi stamina 4, filamenta circa pistilli rudimentum centro floris residens in tubum perigynum brevem quadrifidum connata, antherae rotundatae, connectivo crasso medio affixae strictae flavae, rimis longitrorsum dehiscentibus. Foeminei flores ut masculi. Stamina 4 sagittata imperfecta, in fundo floris in annulum gynophorum cingentem inferne concreta. Styli 3 ex summo ovario divaricati, stigmatibus sessilibus capitati. Ovarium ovatum gynophoro stipitiformi suffultum laeve glabrum, obscure trisulcum, placentis tribus pauciovulatis, ovulis horizontalibus anatropis, funiculo brevi affixis. Fructus ovoideus magnitudine pruni minoris solitarius suberectus, ante maturitatem viridis, in colorem aurantiacum denique in rubrum transiens vesiculosus indehiscens. Semina compressa rotundata arillata, arillus ruber puniceus plicatus, testa crustacea rugoso-scrobiculata vel foveolata nigrescens, albumen forma seminis obsolete foveolatum carnosum albidum, in sectione transversali seminis quasi bilamellatum. Embryo cotyledonibus foliaceis plano-convexis trinerviis rotundatis, radicula brevi obtusa. ♄ᴗ — *Passiflora tetrandra* Bnks. et Soland. ex DC. Prodr. III. 323. no. 10. — Crescit in Nova Hollandia.

5100. DISEMMA *Labill.*

(DC. Prodr. III. 332. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 221.)

1. D. AURANTIA Labill. — DC. l. c. no. 1. — Hook. Bot. Magaz. t. 4140.

5101. TACSONIA *Juss.*

(DC. Prodr. III. 333. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 221.)

Sectio I. EUTACSONIA DC. l. c. 333.

1. T. LAEVIS Bth. Plant. Hartweg. p. 118. no. 662. — Glaberrima: stipulis late semicordato-reniformibus mucronatis; foliis trilobis, basi subpeltatis, lobis ovatis obtusis integerrimis, medio productiore, lateralibus divaricatis, sinubus 2-3-glandulosis, petiolis stipitato-subquadriglandulosis; bracteis ovato-oblongis integerrimis liberis; calycis laciniis tubo parum longioribus. ♄ᴗ — Ex omni parte glabra et saepius magis minusve glauca. Stipulae 6-9 lin. longae, 6 lin. latae, falcato-dimidiatae, interdum fere orbiculares. Petioli pollicares tenues, glandulis supra medium per paria dispositis rarius obsoletis. Folia quinquenervia, lobus intermedius 2 poll. longus (a petiolo), laterales pollicares, ab intermedio ultra medium soluti, sinubus latiusculis. Pedunculi solitarii bipollicares. Bracteae a calyce parum distantes semipollicares vel paullo minores obtusae mucronulatae. Calycis tubus pollicaris viridis glaber, laciniae late lanceolatae obtusiusculae, dorso breviter aristulatae, 14-15 lin. longae, extus linea dorsali virides, margine intusque coloratae. Petala lacinias calycinas subaequantia, undique colorata (rubra?). Corona exterior pluriserialis filamentosa, filamentis exterioribus 1-2 lin. longis, interioribus minimis. Corona intermedia ad basin tubi brevis cyathiformis, brevissime lacera, interior vaginaeformis conica, apice truncata, tubo stamineo arcte adpressa, 2½ lin. longa. — Species *P. reflexiflorae* Cav. affinis at distincta videtur. — Crescit in Columbiae sylvis ad Guayaquil.

Sectio II. BRACTEOGAMA DC. l. c. 334.

2. T. ERIANTHA Bth. l. c. p. 183. no. 1016. — Caule glabriusculo; stipulis suborbiculato-dimidiatis aristatis subdentatis; foliis quinquenerviis profunde trilobis, lobis ovatis calloso-serratis, supra glabris, subtus inter venas niveo-tomentosis, venis reticulatis glabriusculis; bracteis connatis calyceque tomento albo lanatis. ♄ᴗ — Folia quoad formam ad illa *T. mollissimae* accedunt, coriacea tamen, lobis magis divaricatis, glandulae petiolares 2, 4 vel 6, pagina inferior in sicco eleganter picta venis nigricantibus et tomento niveo. Bracteae sesquipollicares subfloccoso-tomentosae et nigro-venosae. Calycis tubus 4 poll., laciniae 15-16 lin.

longae. Corona exterior ad faucem e squamis brevibus uniseriatis connatis composita, intermedia prope basin tubi brevissima truncata integerrima, interior tubum stamineum breviter vaginans crenulata. — In hortis Quitensium colitur.

3. T. FOCKEANA Miquel, Linnaea XVIII. 364. † — Foliis glabris membranaceis vel coriaceo-membranaceis oblongis elliptico- vel subovato-oblongis, breviter acuteque acuminatis, basi rotundatis, integerrimis vel praesertim junioribus apicem versus undulato-repandulis serrulatisve penniveniis, petiolis basi vel paullo supra basin biglandulosis, pedunculo ter sexiesve brevioribus; bracteis tribus subulatis, ima basi connexis, supra basin biglandulosis a flore rubro remotiusculis. ♄ ∪ — Crescit in Surinam.

Sectio III. DISTEPHANA Juss. ex DC. l. c. 335.

4. T. CUNEATA Bth. l. c. p. 183. — Glabriuscula: stipulis setaceis; foliis eglandulosis trinerviis cuneato-oblongis, apice recte subtruncato-trilobis, lobis aristatis intermedio minore; bracteis setaceis inter se et a calyce remotis; calycis laciniis tubo subdimidio brevioribus. ♄ ∪ — Caules striati, juniores puberuli, mox glabrati. Stipulae parvae. Petioli breves vel rarius usque ad 5 lin. longi. Folia 1-2-pollicaria vel paullo longiora reticulato-venosa, basi cuneato-rotundata, apice latiora, 6-8 lin. lata, terminata lobis tribus rectis triangularibus lanceolatisve inaequalibus 1-3 lin. vel lateralibus rarius 6-8 lin. longis. Pedunculi vix pollicares. Calyx glaber coloratus, tubo circiter pollicari, laciniis oblongis 7 lin. longis obtusis muticis. Petala vix 5 lin. longa oblonga obtusa vel apice serrulata. Corona exterior ad faucem filamentosa uniserialis, filamentis 2 lin. longis, intermedia prope basin tubi brevissima fimbriata, interior nulla. — Crescit in Paramo de San Fortunato, prov. Bogota altitudine 10,000 pedum.

5. T. QUITENSIS Bth. l. c. no. 1019. — Caule angulato velutino; stipulis suborbiculato-dimidiatis denticulatis aristatis; foliis quinquenerviis profunde trilobis, lobis ovatis acuminatis serratis, supra glabriusculis, subtus velutinis vix canescentibus; bracteis connatis calycisque tubo tomentosis. ♄ ∪ — Folia quoad formam iis *T. erianthae* subsimilia, lobi subaequales, a petiolo usque ad apicem pollicem longi, ultra medium separati subcoriacei. Pubes paginae inferioris et ramulorum prima juventute canescens, mox flavescens. Glandulae petiolares circa 6 sessiles. Bracteae sesquipollicares alte connatae. Calycis tubus quadripollicaris, laciniae 18-20 lin. longae, late oblongae obtusae aristatae. Corona *T. erianthae*. — Crescit in praeruptis prope Quito.

† *Icones addendae.*

T. MOLLISSIMA H. B. Kth. — Hook. Bot. Magaz. t. 4187.

T. PINNATISTIPULA Juss. — Hook. l. c. t. 4062.

Tribus III. *MODECCEAE* Endl. l. c. p. 927.

5103. **MODECCA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 336. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 222.)

1. M. OBLONGA Hsskrl. Catal. plant. hort. Bogor. 187. — Foliis palmato-trilobis, lobo medio utrinque attenuato, apice acuminato; fructibus oblongis, basi obtusiusculis, apice acutis, laciniis petaloideis linearibus. ♄ ∪ — Crescit in insula Java.
2. M. CARDIOCARPA Hsskrl. l. c. — Foliis palmato-trilobis, lobis lineari-lanceolatis acuminatis; fructibus oviformibus, basi magis minusve subimpresso-subtruncatis, apice acutis saepe obliquis, laciniis petaloideis linearibus. ♄ ∪ — Java.

5103/1. **BOTRYOSICYOS** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. I. Besondere Beilage p. 3.)

Flores dioici: masculi spicato-racemosi minimi involucrati, involucellum monophyllum uniflorum, florem amplectens et recondens; perigonium campanulatum sexfidum biseriatum, laciniae tres exteriores breviores, extus hirsutae, tres interiores alternae longiores petaloideae, squamae tres laciniis

interioribus basi adnatae iisque oppositae et similes, sed paullo breviores et apice bilobae vel bidentatae; stamina tria laciniis exterioribus in media lamina prope faucem inserta, filamenta brevia apice diantherifera, antheris bilocularibus introrsis; ovarium effoetum, stigmate tridentato. Flores foeminei et fructus ignoti. — Herba scandens Abyssinica.

1. B. **PENTAPHYLLUS** Hochstett. l. c. — Herba volubilis et scandens: foliis alternis petiolatis, quinatis ternatisve (summis quandoque simplicibus), petiolo basi plerumque torto et cirrhi vicem agente, foliolis obovato-oblongis vel ovato-lanceolatis, apice longiuscule mucronatis 3–4-nerviis et venosis, utrinque hispidulis; pedunculis axillaribus in caulis parte inferiore longis, saepe longissimis racemosis, racemulis spiciformibus pollicaribus alternis, geminis ternisve aut solitariis, in superiore caulis parte pedunculis brevissimis subnullis, pedicellis spicigeris ternis vel geminis ex axilla oriundis; involucellis ovatis concavis acutis, flores includentibus et multo superantibus villosulis. — Crescit in Abyssinia ad Djeladjeranne.

5106. **CERATOSYCIOS** *Nees ab Esenb.*

(Nees ab Esenb. in Eckl. et Zeyh. Enumer. pl. Afric. austr. p. 281.)

1. C. **ECKLONII** Nees ab Esenb. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 222.*) — Harwey, Ann. of natur. history III. 421. t. 10. — Caulis procumbens subscandens herbaceus; folia glabra 3–7-fida serrata longe petiolata glandulosa, laciniae acuminatae. Inflorescentia mascula racemosa et ubi abortiva subcirrhosa axillaris gemina, racemis folio brevioribus; flores nutantes 3 lin. longi virentes glabri, masculi subinflati, ad *Behen* quoad calycem quodammodo accedentes. Flos foemineus longe pedicellatus solitarius inter duos racemos masculos, axillae tamen inferiores solummodo masculiflorae. Capsula cum pedicello suo fere tripollicaris viridis striata chartacea, omnino sicca. Semina pisi mediocris ambitu, albumen intra tunicas seminis distans conicum chalazae affixum nudum. Embryo centralis, radicula hilo sive apici libero albuminis adversa. — Crescit in Promontorio bonae spei (Kafferland, Uitenhage).

Ordo XCIV. MALESHERBIACEAE *Don.*

(Endl. Gener. plant. p. 928. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 123. II. 89. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 223. — PASSIFLOREARUM tribus 3. MALESHERBIEAE DC. Prodr. III. 337.)

5109. **GYNOPLEURA** *Cav.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 223.)

1. *G. **ANGUSTIFOLIA** Cav. — Wlprs. l. c. et Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 337. — *Malesherbia? subalpina* Poepp. Coll. pl. Chil. 28.
2. G. **SOLANOIDES** Meyen, Reise um die Erde I. 402. — Wlprs. l. c. — Undique viscido-tomentosa: foliis inferioribus ovato-cuneatis in petiolum attenuatis erosodentatis, ramealibus triplo quadruplove minoribus lanceolatis sessilibus; floribus (ex Meyen) oppositifoliis. ♃? — Crescit in Chili. (An forte eadem ac *G. dilatata* Don?).

Ordo XCV. LOASEAE *Juss.*

(Endl. Gener. plant. p. 929. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 125. II. 90. — DC. Prodr. III. 339. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 223.)

5110. **ACROLASIA** *Prsl.*

(Prsl. Reliq. Haenk. II. 39. t. 54.)

1. **A. BARTONIOIDES** Prsl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 223.*) — Radix annua filiformis simplex flexuosa fuscescens. Caulis usque palmaris teres striatellus albus erectus, pilis horizontaliter patentibus hyalinis albis scabris rigidis prurientibus dense pubescens, basi pennam anserinam crassitie aequans, ab ima basi ramosus, ramis ramulisque alternis patentibus, summis viridibus et densius pubescentibus oppositis dichotomis. Folia primordialia et caulina infima desunt, reliqua usque pollicaria alterna sessilia, e cordata basi oblongo-lanceolata obtusa sinuato-pinnatifida, laciniis ovato-oblongis obtusis cartilagineo-marginatis integerrimis aut obsolete angulatis, utrinque margineque pilis setaceis et longioribus basi globoso-dilatatis, omnibus retrorsum scabris et densioribus quam in caule, hispidulo-pubescentia cinerea. Flores in dichotomia ramulorum supremorum aut in ramulis terminales solitarii sessiles ebracteati. Calyx quinquepartitus persistens, laciniis lineam longis oblongis obtusis erectis, utrinque ovario capsulaque hispidulo-pilosis. Petala calyce duplo longiora alba obovata obtusa, apice fasciculum pilorum gerentia breviter unguiculata imo calyci inserta, triplinervia. Ovarium 2 lin. longum obconico-cylindraceum. Stylus calyce parum longior persistens erectus trigonus, basi trifidus, laciniis divergentibus, stigma obtusum. Capsula 3 lin. longa cylindracea trivalvis, valvis styli basi persistente instructis, unilocularis oligosperma. Semina semilinea paullo majora angulata rugosa fusca. — Crescit in Chili.

5111. **MENTZELIA** *Linn.*

(DC. Podr. III. 343. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 223. excl. sect. 3.)

1. ***M. LINDLEYI** Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 533. — Wlprs. l. c. 224. no. 4. — *Bartonia* (*Chrysostoma* Lilja, Linnaea XV. 264.) *aurea* Lindl. Bot. Regist. t. 1831. — Sweet, Brit. flow. gard. (2. Ser.) IV. t. 357. — Hook. Bot. Magaz. t. 3649.

2. **M. ADHAERENS** Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 15. — Caule erecto a basi ramoso albo; foliis petiolatis ovatis grosse dentatis vel sinuato-lobatis, basi cuneatis, floralibus oppositis; filamentis 30–40, omnibus filiformibus; capsula oblongo-turbinata; seminibus 10–12. ☉? — Pili creberrimi biformes, caules 1–2-pedales basi opposite, superne dichotome ramosi (ut in *M. albicauli*), cortice tenui albido demum detergibili tecti, folia subbipollicaria, basi in petiolum 3–6 lin. longum angustata, saepius irregulariter 3–5-loba, interdum simpliciter et inaequaliter dentata, floralia gradatim minora. Flores in dichotomiis breviter pedunculati minores quam illi *M. hispidae*. Calycis tubus 4 lin. longus turbinatus valde hispidus, laciniae lanceolato-lineares reflexae, tubo parum breviores, interdum subdentatae. Petala oblonga basi angustata semipollicaria. Stamina parum inaequalia petalis breviora. Capsula calycis limbo coronata quinquevalvis, placentis duabus instructa. — Crescit in California in „Magdalena Bay“.

5111/1. **MICROSPERMA** *Hook.*

(Hook. Icon. plant. t. 234. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 356. — *Mentzeliae* sect. 3. Endl. Gener. plant. p. 931.)

Calycis tubus obovatus ovario adhaerens, limbi laciniis 5 lanceolatis patentibus. Petala 5 patentia ovalia. Stamina numerosa calyci inserta, filamentis liberis brevibus aequalibus, antheris rotundatis compressis, ad marginem longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium apice solummodo liberum in stylum filiformem attenuatum, stigmate obtuso, uniloculare, placentis 5 parietalibus filiformibus instructum, ovula plurima. Capsula calycis limbo coronata, ad apicem intra calycem dentibus 5 dehiscens. Receptacula quinque filiformia parietalia longitudinalia. Semina numerosissima minutissima ovali-oblonga subpellucida angulata. — Herbae Mexicanae asperae subsucculentae: caule flexuoso; foliis alternis cordato-ovatis longiuscule petiolatis lobatis serratis; floribus flavis racemosis vel axillaribus solitariis.

1. M. LOBATA Hook. l. c. — Tota setuloso-aspera: foliis longiuscule petiolatis cordato-ovatis sublobatis, lobis rotundatis obtusissimis, caeterum denticulato-serratis; racemis terminalibus secundis. ♃ — Herba subvolubilis? (ex Hook.). Petioli foliorum maximorum sesquipollicares, lamina quadripollicari, 3 poll. lata, sed folia suprema saepe dimidio minora. Racemi terminales (vel demum alares?) secundi 8–10-flori, flores pedicello sesqui- vel bilineari suffulti, bractea lanceolata setulosa pedicello paullo vel duplo longiori stipati. Flores expansi diametro 6–8 linearum, petala flava ovali-orbiculata staminibus pluries longiora. — In Mexico.

2. M. (EUCNIDE Zuccarini, Linnaea XVIII. 509.) BARTONIOIDES Wlprs. mss. — Tota (praeter corollam et genitalia) setulis basi glanduloso-incrassatis prurientibus armata: foliis longiuscule petiolatis alternis vel irregulariter oppositis cordato-ovatis grosse inciso-dentatis subpalmatinerviis; pedunculis solitariis uni floris primum terminalibus, demum alaribus. ♃ — Herba succulenta perennis (nec annua) prostrata radicans ramosissima, undique setulis pungentibus (nec urentibus) e callo glanduloso oriundis armata. Folia magnitudine et forma diversa, petioli maximorum bipollicares, lamina 2–3-pollicaris, 1½–2 poll. lata, basi cordata, superiora ovata, cordato-ovata acuminulata profunde inciso-dentata irregulariter denticulata, subtus pallidiora. Flores axillares et pseudo-terminales solitarii pedunculati, pedunculi floriferi 1½–2-pollicares, fructiferi ad semipedem usque elongati. Calyx ovario adnatus setoso-pilosus, limbo quinque-partito membranaceo, laciniis erectis e basi latiori lanceolato-acuminatis flavis, post anthesin marcescentibus persistentibus. Petala citrina glaberrima elliptico-lanceolata, basi longius acuminata, 1–1¼-pollicaria, 9 lin. lata, infra albida. Stamina plurima calyci inserta, vix ima basi coalita subaequalia sesquipollicaria, plurima pulcherrime citrina, antherae minimae apicales biloculares. Ovarium calyci immersum vix summo apice liberum uniloculare, placentis quinque parietalibus longitudinalibus instructum. Ovula plurima utrinque incrassata. Stylus staminibus parum longior, infra pallide flavus, apicem versus virescens, stigma obtusum. Capsula quinquevalvis. Semina numerosissima cylindrica decemsulcata minima. — Crescit in Mexico. (v. v. c.)

5114. **SCLEROTHRIX** *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. II. 3. t. 53.)

1. SCL. FASCICULATA Prsl. l. c. 4. t. 53. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 225.* — Radix fibrosa annua tenuis. Caulis sesquipedalis erectus teres ramosus, undique pilis reversis rigidis densis aculeisque reversis basi bulbosis scaberrimus, rami oppositi iisdem pilis scaberrimi. Internodia elongata recta. Stipulae nullae. Folia opposita petiolata ovato-lanceolata acuminata, basi in petiolum attenuata acute et inaequaliter serrata, utrinque petiolisque pollicaribus supra canaliculatis, his pilis in caule descriptis sed antrorsis vestita et inde scaberrima cinerascentia, nervis alternatim pinnatis tenuibus parum prominulis. Racemi in

ramis terminales fasciculati terni quaternive pedunculati 4-10-flori, fasciculis hisce autem racemo uno ex his quatuor basi folio solitario lanceolato acuto breviter petiolato, pilis in foliis caulinis descriptis vestito suffultis. Pedunculi 2-12 lin. longi teretes, pilis horizontalibus scabris rigidis vestiti. Rhachis flexuosa pedicellique lineam longi calycesque iisdem pilis vestiti. Flores ebracteati duas lineas circiter longi patentes, in racemis alterni, subinde flos solitarius alaris inter ramos obvenit. Calycis tubus in pedicellum attenuatus, limbi dentes minuti, intus glaberrimi. Corolla calycis limbo quadruplo longior, petalis flavis trinerviis, extus pubescentibus. Stamina glabra. Capsula deflexa aut nutans, floribus duplo longior, valvis extus pubescentibus, intus nitidulis glaberrimis. Semina fusco-flava sub lente scrobiculata. — Crescit in Mexico.

5114/1. ANCYROSTEMMA *Poepp. et Endl.*

(Poepp. et Endl., Nov. gener. et spec. plant. Chil. III. 65. t. 272.)

Calyx tubo cylindrico spiraliter striato, cum ovario connato, limbo supero quadripartito. Corollae petala quatuor, summo calycis tubo inserta, ejusdem laciniis alterna aequalia cucullata. Stamina fertilia quatuor petalis opposita, filamentis filiformibus, antheris depresso-globosis didymis, latere dehiscentibus, stamina sterilia ternatim calycis lobis opposita abbreviata, filamentis basi connatis, intermedio longiore, medio in glandulam intumescente. Ovarium inferum uniloculare, placentis parietalibus quatuor marginiformibus, ovula plurima uniseriata pendula. Stylus simplex, stigmate obtuso. Capsula spiraliter torta unilocularis, apice quadrivalvis. Semina plurima minima globosa reticulata scaberrima. — Herba Peruviana adhaerens: ramis foliisque oppositis elliptico-oblongis inaequaliter argute serratis; pedunculis axillaribus unifloris.

1. A. MICRANTHUM Poepp. et Endl. l. c. t. 272. — Herba pedem unum ad tres alta, a basi inde ramosa foliosa, floribus numerosis minutis ornata, insons adhaerens. Radix fibrosa. Caulis simplex strictus numquam scandens, inferne obtuse octangularis, superne tetragonus sulcatus striatus, ad ramificationes paullo incrassatus et compressus, intus medullosus, extus pube recurva scaberrimus, pallide virens. Rami oppositi corymbosi, apice opposite ramulosi. Folia opposita horizontalia vel patulo-deflexa, inferiora ovato-elliptica, superiora oblonga, omnia acuta, in petiolum satis longum sensim attenuata, argute et inaequaliter serrata, tenuiter membranacea flaccida, pilis brevibus retrorsum hamulatis, subtus imprimis frequentibus adhaerentia, obscure viridia, seniora 4 poll. longa, sesquipollice fere latiora. Pedunculi axillares solitarii patuli teretes tenues scabri, sub anthesi petiolum circiter duplo excedentes, fructiferi longitudine folium fere adaequantes, tri- quinqueflori, pedicelli breves dissiti racemosi secundi ebracteolati. Flores minuti albi inodori. — Crescit locis cultis et graminosis in Peruvia subandina prope Cuchero.

5115. GRAMMATOCARPUS *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 59. t. 38.)

1. GR. VOLUBILIS Prsl. l. c. 60. t. 38. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 225.*) — Radix verosimiliter perennis. Caulis bipedalis, fili ligatorii crassitie, teres flexuosus volubilis foliosus ramosus, ramis oppositis aut sparsis (si oppositus abortu non evolvitur aut ejus loco flos producitur) ramisque pilis patentibus simplicibus pubescens. Folia pollicaria opposita breviter petiolata, fere ad medium usque pinnatisecta, segmentis oppositis lanceolatis obtusis, saepissime trilobis, rarissime bilobis, lobis lanceolatis integris obtusis, supra pube simplici, subtus (sub lente fortiori) pube glochidiata vestitis, nervis pinnato-ramosis vix prominulis. Petioli unam duasve lineas longi exstipulati planiusculi, folio decurrente marginati. Flores axillares ramis oppositi solitarii vel in ramulis terminales sessiles erecti mediocres. Calycis laciniae 4 lin. longae, sub anthesi deflexo-patentissimae, post anthesin patentissimae, fructu maturo deciduae, rudimenta relinquentes,

lineari-oblongae obtusae planae, pilis simplicibus pubescentes herbaceae. Petala flava calyce duplo longiora, extus pilis simplicibus hirsuta. Squamae flavae petalis triplo breviores, filamentis sterilibus aurantiacis, unguibus apicalibus coriaceis nitidis intensius coloratis, aristis pallidis. Stamina longitudine cavitatis petalorum pallide flava. Ovarium 7 lin. longum, semilineam latum, sessile teres, pilis simplicibus pubescens viride. Stylus laciniis calycinis duplo brevior glaber, ante maturitatem fructus deciduus. Capsula sesquipollicaris, lineam diametro crassa hirtella, lineis elevatis longitudinaliter striata, basi spiraliter torta, valvis coriaceis planis, intus nitidis flavescentibus, extus hirtellis, demum varie flexis, apice spathulatis acutis crassioribus et rudimentis calycis munitis. Semina fusca. — *Scyphanthus elegans* D. Don mss. in Sweet, Brit. flow. gard. III. t. 238. — Paxton, Magaz. of bot. X. 3. (c. ic.) — *Loasa striata* Meyen, Reise um die Erde I. 310. — (Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 310.) — Crescit in Chili.

5116. **LOASA** *Adans.*

(DC. Prodr. III. 340. [excl. sect. 1.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 225.)

§. 1. *Foliis oppositis.*

1. *L. VOLUBILIS Juss. Ann. Mus. V. 24. t. 5. fig. 1. — DC. l. c. 342. no. 14. — Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 338. — *L. pediculariifolia* Meyen, Reise I. 310.

2. L. CALYCINA Bth. Plant. Hartweg. p. 132. — Caule canescenti-tomentoso et urenti-hispido; foliis oppositis petiolatis ovatis acuminatis grosse lobato-dentatis, basi rotundatis vel hinc acutis, supra adpresse hirsutis, subtus canescenti-tomentosis et urenti-hispidis, floralibus parvis alternis lineari-lanceolatis; racemo terminali subnudo; pedicellis elongatis remotis; calycis segmentis maximis late lanceolatis acutis; petalis brevissime unguiculatis calycem vix superantibus. ♃ — Herba erecta quam maxime urens. Folia 4–6 poll. longa, 2–3 poll. lata, lobis inaequalibus triangularibus ad medium non attingentibus, omnibus acutis dentatis, basi pleraque inaequalia, petiolo 1–1½ poll. longo. Racemus pedalis sexflorus. Pedicelli infimi deflorati bipollicares, floriferi fere sesquipollicares, omnes setis ferrugineis urentibus uti calycis tubus hispidissimi. Calycis laciniae herbaceae, 9 lin. longae. Petalorum ungues dilatati, squamae petaloideae, petalis vix dimidio breviores, apice bilobae, lobis oblongis obtusis. Stamina fertilia in quaque phalange circiter 12, petalo paullo breviora, antheris nigris. Ovarium uniloculare, placentis tribus. — Crescit in Guatemala.

3. L. CHELIDONIIFOLIA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 101. — Divaricato-ramosa scabro-puberula: foliis pinnatim 3–7-sectis, segmentis ovatis inciso-dentatis, basi oblique subcordatis, inferioribus subpetiolatis, terminali maximo subpinnatifido; pedunculis extraaxillaribus; calycis tubo setosissimo, laciniis late ovatis foliaceis; petalis calyce vix duplo longioribus. ♃ — Affinis *L. triphyllae* et *papaverifoliae*, differt foliis majoribus, segmentis latioribus, caulibus pedunculisque non setosis lobisque calycinis vix acuminatis. — Atakames.

4. L. MEYENIANA Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 338. — Foliis omnibus oppositis breviter petiolatis cordato-quinquelobis, lobis acute dentatis; floribus racemoso-paniculatis; pedicellis folio florali sessili multo longioribus; lobis calycinis lanceolato-linearibus acuminatis. ♃ — Caulis, folia praesertim margine, pedunculi calycesque urenti-pilosi. Folia breviter petiolata, basi cordata 3–5-loba, lobo medio productiori, acute dentato-lobulata, inferiora ultra bipollicaria, suprema minima semipollicaria, ejusdem formae. Pedicelli ultra pollicares deflorati deflexi. Fructus conico-hemisphaericus. — Species proxima *L. acerifoliae* Juss. Ann. Mus. V. 24. t. 1. fig. 2., differt tamen foliis multo minoribus, pedicellis folio longioribus lobisque calycinis non oblongis, petala aequantibus. — *L. insons* Poepp. (Wlprs. Repert. II. 226. no. 12.), cui etiam summopere affinis, differt foliis inferioribus quoque sessilibus, basi confluentibus, summis ovato-trilobis lobisque calycinis longissimis. — In Chili in Cordillera de S. Fernando.

5. L. PENTLANDII Paxton, Magaz. of bot. IX. 7. (c. ic.) — Hook. Bot. Magaz. t. 4095. — Foliis oppositis elongatis pinnatifidis; calycis laciniis pinnatifidis, appendicibus duabus clavato-filiformibus ad apicem petalorum minorum; stylo trialato, disco epigyno lobato; fructu turbinato recto. ♃ — Caulis 3-4-pedalis lignescens gracilis ramosus, ad nodos incrassatus, rami erecti scandentes. Folia opposita petiolata subercta, lamina quadripollicaris, pollicem lata, profunde pinnatifida, supra obscura rugosa, infra nervosa pallidior, utrinque setis urentibus e glandula magna oriundis vestita, intermixtis pilis brevioribus crassioribus e glandula minori oriundis, praesertim in pagina inferiore numerosioribus, segmenta ovata obtusa lobata, versus basin magis distantia minusque coalita pinnasque distinctas exhibentia, petiolis laminam dimidiam aequantibus. Pedunculi quadripollicares erecti teretes axillares solitarii alterni. Tubus calycis turbinatus ovario adnatus brevis prominulo-decemcostatus, limbus tubo longior jam ante anthesin reflexus, segmentis acutis gracilibus pinnatifidis. Corolla (expansa 2 pollices diametro tenens) decapetala, petala patentia nec reflexa, alterna majora pollicaria, cum sepalis alterna, utrinque concoloria aurantiaca obovato-rotundata navicularia, petala minora laciniis calycinis opposita illaque vix aequantia cucullata cartilaginea ecolorota nectarifera, prope apicem filis duobus aurantiacis instructa. Stamina numerosissima cum petalis inserta, duo abortiva cum petalis minoribus oriunda iisque duplo longiora, subulata libera, basi semilunari-appendiculata, reflexa supra petala breviora, stamina reliqua fertilia in fasciculos 5 petalis longioribus dimidio breviores collecta, e basi libera. Stylus staminibus brevior, stigma trigonum. Placentae in ovario 3 bifidae magnae multiovulatae. — In Peruvia.

6. L. CIRSIIFOLIA Knze. in Poepp. Coll. plant. Chil. 144. ex Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 318. — Foliis oppositis, inferioribus breviter petiolatis obovatis maximis undulato-lobatis, basi profunde cordatis, superioribus sessilibus obovato-cordatis angulato-dentatis; pedunculis axillaribus solitariis unifloris folia aequantibus; lobis calycinis orbiculato-acuminatis, petalis brevioribus. ♃? — Species valde affinis *L. sclareaefoliae* Juss. Ann. Mus. V. t. 1. fig. 1., sed folia inferiora (usque pedalia, circiter 6 poll. lata) obtusa, apice rotundata, summa angulato-lobata nec integriuscula, pedunculi folia aequantes nec illis breviores. — Crescit in Chili ad Copiapó.

7. L. CHUQUITENSIS Meyen, Reise um die Erde I. 483. ex Wlprs. l. c. 339. — Caule, foliis calycibusque piloso-setosis; foliis oppositis longe petiolatis lanceolatis pinnatifidis, lobis oblongis croso-crenato-lobulatis; floribus axillaribus solitariis; pedunculis petiolo brevioribus; lobis calycinis lanceolatis dentatis obtusis corolla brevioribus. ♃ — Corolla (ex sicco) sulphurea. Folia 5–5½-pollicaria, petiolo sesquipollicari, sesquipollicem lata. Pedunculi pollicares. — Crescit in Peruvia ad Laguna de Titicaca.

§. 2. *Foliis alternis.*

8. L. RUPESTRIS Gardn. Herb. fl. Brasil. 2413. ex Hook. Icon. plantar. t. 663. — Hispida: caule erecto infra inflorescentiam simplici, supra paniculato-racemoso; foliis alternis petiolatis ovato-oblongis sinuato-lobatis grosse dentatis, basi cordatis; racemis pedicellisque elongatis; lobis calycis late ovatis acutis; petalis obovatis obtusis concavis; capsula ovata. ☉ — Herbacea hispida 2–3-pedalis. Caulis erectus, infra foliosus, supra paniculato-racemosus aphyllus. Folia alterna petiolata ovato-oblonga obtusa sinuato-lobata, grosse dentata, basi cordata, 4–4½ poll. longa, 2–2½ poll. lata, petioli 1½–2½-pollicares. Panicula racemosa. Flores parvi albi pedicellati. Pedicelli circiter 8 lin. longi. Calycis tubus ovario adhaerens, limbus persistens quinquepartitus aequalis, segmentis late ovatis acutis petalis brevioribus. Petala obovata obtusa concava. Squamae 5, petalis alternae ovatae concavae trinerviae, dorso trisetae truncatae, in conum conniventes et basi intus filamentis 2 sterilibus instructae. Stamina plurima cum petalis inserta, exteriora 10 sterilia lineari-lanceolata ciliata uninervia, interiora fertilia in phalanges 5–18-andras petalis oppositas disposita. — Crescit locis lapidosis inter Cachoeiras et Marmaleiro in Brasilia.

9. L. RUDIS Bth. Plant. Hartweg. p. 75. — Foliis alternis pinnatisectis, segmentis 5–9 oblongo–lanceolatis dentatis subincisis, ultimis confluentibus; floribus paucis racemosis; calycis tubo turbinato hispidissimo, lobis ovatis subglabris ciliatis; petalis calyce duplo longioribus. ⊙ — Herba erecta bipedalis? Folia fere *Caiophorae lateritiae,* segmentis tamen angustioribus. Flores in racemo terminali basi foliato 4–5. Pedicelli fructiferi fere pollicares. Calycis floriferi tubus 3 lin., fructiferi 7–8 lin. longus, laciniae limbi 4 lin. longi foliacei, persistentes. Petala oblonga, basi angustata, apice acuminata et setis 2 terminata. Squamae cymbaeformes, calycis lacinias aequantes. Capsula apice trivalvis, valvulis extus setosis. Seminum testa laxa reticulata, hilo terminali. — In Guatemala ad Santa Maria.

5117. **CAIOPHORA** *Prsl.*

(*Loasae* sect. I. *Helicteroides* DC. Prodr. I. 340. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 227.)

1. *C. (LOASA Hook. Bot. Magaz. t. 3632. — Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XI. t. 22. — Wlprs. l. c. 227. no. 17. — RAPHISANTHE Lilja in Linnaea XV. 263.) LATERITIA Bth. in Maund et Henslow, The Botanist III. t. 119. †
2. C. (LOASA Lam. Dict. III. 579. — DC. Prodr. III. 340.) CONTORTA Prsl. Reliq. Haenk. II. 42. — (Wlprs. l. c.*) — Caule volubili dichotomo, pilis reflexis scabro; foliis oppositis petiolatis ovato–oblongis sinuato–pinnatifidis, basi cordatis, supra hispidulis, subtus pilis glochidiatis scabris, lobis acutis inciso–dentatis; pedunculis folia aequantibus; capsulis ovali–oblongis spiraliter costatis nutantibus. ♃ — Lam. Illustr. t. 426. fig. 2. — Juss. Ann. Mus. V. 25. t. 3. fig. 1. — Trattin. Tab. I. 33. — Crescit in vallibus Cordillerarum in Peruvia.
3. *C. ABSINTHIIFOLIA Prsl. l. c. 43. — Wlprs. l. c. no. 4. et Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 339. — *Loasa pilosa* Meyen, Reise um die Erde I. 470. — Crescit in Peruviae Laguna de Titicaca.
4. C. (LOASA Meyen, Reise um die Erde I. 310.) SCANDENS Meyen et Klitzsch. mss. ex Wlprs. Nov. act. l. c. — Tota urenti–pilosa scandens opposite ramosa: foliis oppositis, inferioribus breviter petiolatis, superioribus sessilibus, omnibus hastato–quinquelobatis, lobis crenato–dentatis, medio productiori, saepius lobulato; floribus terminalibus paniculatis; lobis calycinis linearibus dentatis acutis. ♃ — *Loasa helicteroides* Meyen mss. — Crescit in Chili Cordillera de S. Fernando, Copiapó et ad declivitates fluvii Tinguiririca.

   Adnotatio. Legatur in Repertorio II. 227. CAIOPHORA CIRSIIFOLIA loco C. CISSIFOLIA precor.

5118. **BLUMENBACHIA** *Schrad.*

(DC. Prodr. III. 340. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 227.)

1. BL. INSIGNIS Schrad. Commentat. de Blumenbachia p. 9. † t. 1. — (DC. Prodr. l. c.* — Wlprs. l. c.* — Sweet, Brit. flow. gard. II. t. 171.) — Foliis profunde palmato–quinquefidis, lobis grosse sinuato–dentatis, terminali productiori inciso–lobulato; pedunculis axillaribus folio plus duplo longioribus, floriferis erectis, flore cernuo, fructiferis deflexis. ♃ — Caules plures herbacei, serius lignescentes 1½–2–pedales et ultra, procumbentes vel erecti subscandentes, fragiles ramosi tetragoni, undique pilis exiguis glochidiato–verticillatis tecti pilisque aliis majoribus urentibus conspersi, folia opposita petiolata 1½–2–pollicaria patentissima, alia deflexa, basi cordata, nervoso–venosa membranacea, utrinque indumento caulis simili instructa, ramealia minora, petioli canaliculati lamina breviores. Pedunculi axillares alterni solitarii uniflori glochidiato–pilosi, apice bracteis 2 parvis linearibus instructi, sub anthesi sesquipollicares, fructiferi parum elongati. Flores albi inodori, 12–14 lin. diametro tenentes. — *Bl. parviflora* Gill. mss. ex Hook. Bot. Miscell. III. 227. — Crescit in Chili locis umbrosis subhumidis.

Ordo XCVI. TURNERACEAE *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. III. 345. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 228. — Endl. Gener. pl. p. 914. — Meisn. Gener. pl. vascul. I. 123. II. 89.)

5056. TURNERA *Plum.*

(DC. Prodr. III. 346. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 228.)

1. *T. ULMIFOLIA Linn. — *β. angustifolia* DC. l. c. no. 1. — Hook. Bot. Magaz. t. 4137.

2. T. HINDSIANA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 101. — Foliis ovato-oblongis acuminatis serratis, basi angustatis eglandulosis glabriusculis; racemulis axillaribus brevibus paucifloris; capsulis globosis tuberculosis. ☉? — Simillima *T. salicifoliae*, differt foliis latioribus plerisque 3 poll. longis, 1½ poll. latis, racemulis simplicibus paucifloris, pedunculo communi brevissimo, pedicellis 3 lin. longis infra medium minute bracteolatis et capsulae tuberculis evidentioribus. — Crescit ad Guayaquil.

5058. WORMSKIOLDIA *Schum. et Thonn.*

(Schum. et Thonn. Kongl. Dansk. vidensk. Selsk. Afhandl. III. 165.)

1. W. SERRATA Hochstett. Flora (B. Z.) XXV. II. 666. — Planta annua ramosa spithamaea vel pedalis: caule erecto glanduloso-pubescente; foliis alternis lanceolatis, utrinque attenuatis penninerviis serratis, serraturis apice glandulosis; racemi vel spicae axillaris et terminalis folia subaequantis pedunculis glanduloso-pubescentibus, pedicellis brevissimis; calyces evoluti semipollicares vel longiores, pilis glandulosis hispidi; petala ochroleuca vel sulphurea; capsulae vix semipollicares in calycis modum hispidae. ☉ — *Streptopetalum secretum* Hochstett. mss. — Crescit in Abyssinia prope Sellassamilla.

2. W. DIVERSIFOLIA Schum. et Thonn. l. c. — Guillem. et Perrot. Tentam. flor. Senegamb. I. 36. t. 11. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 230.*) — Annua ramosa 6-10-uncialis: caule erecto rigidule fusco-piloso; ramis inferioribus prostratis; foliis alternis lanceolatis acutis, basi attenuatis grosse runcinato-dentatis subpinnatifidis glabris; pedunculis axillaribus terminalibusque glabris racemose 2-4-floris; pedicellis brevissimis; calycibus apice sensim inflatis, rigidule pilosis; petalis linearibus obtusis subspathulatis. ☉ — Folia maxima 3-4½-pollicaria, pollicem lata, illis *Rhaphani sativi* simillima. Pedunculi axillares solitarii folio subbreviores 1½-2-pollicares teretes glabri. Calyx longe tubulosus gracilis, apice sensim inflatus pilosus. Petala angustissima, tubo calycino supra basin adnata eoque longiora. Stamina 5 imo tubo calycino inserta, petalis breviora, antheris terminalibus subcordatis violaceis longitudinaliter bilocularibus. Ovarium lineari-oblongum pluriovulatum, placentis 3 parietalibus. Styli 3 lineares subulati decidui, stigmate obliquo terminati. Fructus linearis teres siliquaeformis trivalvis, valvis medio seminiferis. Semina alternatim erecta et inversa, medianti podospermio filiformi sinuoso affixa obovoidea subobliqua, basi membranula laterali erosa arilli instar amplexa, regulariter scrobiculata, scrobiculis subquadratis approximatis. — *Raphanus pilosus* Willd. Spec. plant. III. 562. — *Cleome raphanoides* DC. Syst. veget. II. 662. (Prodr. I. 240. no. 24.) — *Cleome longifolia* Vahl mss. — *Wormskioldia heterophylla* Thonn. mss. — Crescit in Guinea.

Ordo XCVII. PORTULACEAE *Juss.*

(Endl. Gener. plant. p. 946. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 230. et 934. — DC. Prodr. III. 351. — Meisn. Gener. plant. vasc. I. 134. II. 98. — FICOIDEAE DC. Prodr. III. 415. [ex parte]. — Meisn. l. c. I. 129. II. 93.)

Tribus I. *TETRAGONIEAE* Fnzl. ex Endl. l. c. p. 947.

Calycis 3-5-fidi tubus cum ovario coalitus. Corolla nulla. Ovarium 3-9-loculare, loculis uniovulatis. Fructus drupaceus vel nucamentaceus, ad angulos cornutus vel alatus 1-9-locularis. Semina in loculis solitaria pendula.

$5164/_1$. **TETRAGONELLA** *Miquel.*

(Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 245.)

Calyx liber quadrifidus, limbi laciniae ellipticae comosae, praefloratione subimbricatae. Corolla nulla. Stamina 12 ante et inter sepala posita, filamentis filiformibus, antheris erectis oblongis bilocularibus, loculis oppositis, rima laterali antice hiantibus. Ovarium liberum triloculare? loculis uniovulatis? Stigmata 3 vel 2 exserta subclavato-teretia hispidula. — Herba Novae Hollandiae succulenta crystallino-papillosa: foliis alternis vel in ramulis abbreviatis subfasciculatis lanceolato-ellipticis comosis; floribus axillaribus solitariis longe pedunculatis.

1. T. AMPLEXICOMA Miquel l. c. 246. — „Herba ramis intricatis, floribus flavis.“ Rami filiformi-teretes glabri, epidermide fibrosa, ramuli alterni vagi, foliorum fasciculatorum vestigiis tuberculati, juniores papillosi. Folia alterna, plerumque supra ramulos contractos fasciculata, comosa, in sicco submembranacea glabra vel glabriuscula flaccida, obsolete uninervia, nonnisi sub lente fortiori parce venulosa, elliptico-lanceolata obtusa vel obtusiuscula, basi in petiolum longiusculum attenuata, cum petiolo 3–4½ centim. longa, fere 1½ centim. lata. Bases petiolorum post folia lapsa persistentes incrassatae. Flores axillares solitarii, pedunculis filiformibus sursum parumper incrassatis 1–2 centim. longis sustenti, virginales obovati, florescentes obovato-semiglobosi, 2–3 millim. longi. Calycis succulenti quadrifidi laciniae ellipticae. Stamina 12 vix exserta (duo ante singulas calycis lacinias, alia inter sinus disposita?), filamentis subulato-filiformibus, antheris laete luteis. Stigmata staminibus paullo longiora, in sicco nigricantia. — Crescit in clivulis arenosis insulae Rotenest.

Tribus II. *AIZOIDEAE* Fnzl. l. c.

Calyx liber 4-5-fidus vel partitus. Corolla nulla. Styli 2-5. Capsula lignosa 2-5-locularis, abortu interdum unilocularis, ad angulos loculicide dehiscens. Semina in loculis 1-10, ex apice columellae centralis pendula.

5167. **PLINTHUS** *Fnzl.*

(Fnzl. in Endl. Novar. stirp. mus. Vindobon. decad. p. 51.)

1. PL. CRYPTOCARPUS Fnzl. l. c. 52. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 232.*) — Suffrutex humilis pube plana adpressa medifixa malpighiaceo-biacuminata sericea dense velatus squarroso-ramosus, ima basi torulosus polycephalus, ramis uncialibus et digitalibus rigidis, crassitie fili emporetici tenuioris, diffusis erectis et

ascendentibus, tota longitudine ramulis simplicissimis 2–5 lin. longis oppositis alternisque erecto-patentibus, subbiserialiter per internodia 1–6 lin. longa remotis, arctissime imbricato-foliatis obsessis. Folia ad ramulorum innovationes disposita majora, subopposita et alterna ovata, profunde canaliculato-triquetra acuta rigide patenti-recurva fragilia, 2–3 lin. longa, basi lineam lata, ramulorum arctissime imbricata, obsolete 3–5-fariam disposita, ovato-triquetra crassiuscula, dorso rotundata, acutiuscula, ¼–sesquilineam longa, in axillis modo flores, modo juniorum glomerulos depauperatos foventia. Flores ½–¾ lin. longi 1–2-bracteolati, foliolis ramulorum absonditi axillares sessiles. Bracteolae foliolis homomorphae flores subaequantes. Calycis laciniae intus flavae, extus pube supra dicta dense velatae, sub anthesi patentes, serius clausae. Stamina 5 calycis tubo subhypogyne inserta laciniisque alterna, parum exserta capillaria. Semina pro capsula minuta magna pyriformia compressiuscula, faciebus purpureo-fusca, dorso nigricantia nitidula sulcato-striatula. — Crescit in Promontorio bonae spei prope Rietpoort in territorio Nieuweveld.

Tribus III. *SESUVIEAE* Fnzl. l. c. p. 948.

Calyx quinquefidus, rarius bifidus vel bipartitus liber vel tubus ovario semiadnatus. Corolla nulla vel rarius petala 4-6. Ovarium 1-5-loculare, loculis multiovulatis. Capsula circumscisse dehiscens.

5169. **DIPLOCHONIUM** *Fnzl.*

(Fnzl. in Endl. Nov. stirp. mus. Vindob. decad. p. 57.)

1. D. SESUVIOIDES Fnzl. l. c. p. 58. no. 65. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 233.*) — Habitu *Portulacae oleraceae* simile, verosimiliter herba prostrata dichotome squarroso-ramosa succulenta glabra, papulis sive granulis albidis undique adspersa, ramis teretiusculis, crassitie pennae corvinae. Folia opposita connosa plana, facie enervia, obovata elliptica aut spathulata, margine revoluta, faciebus subinde retrorsum conduplicata, hinc acutiuscula, hinc obtusa, in petiolum basi membranaceo-dilatatum attenuata patentissima, infima uncialia, superiora sensim breviora. Flores in ramorum dichotomiis solitarii remoti, supremi confertiores et dichotomia ramulorum imperfecta axillares redditi sessiles, magnitudine illorum *Sesuvii Portulacastri*, in sicco e roseo in flavum colorem vergentes visi. Calyx infundibuliformis patentissimus semiuncialis et parum longior, limbo ad duos trientes quinquefido, laciniis ovatis petaloideis scariosis, medio herbaceis, apice cucullatis in mucronem carnosum lineam longum productis, summo tubi margine pentagono. Stamina 40–70 calycis fauci inserta, ad illius sinus confertiora, inaequalia aurea. Capsula ellipsoidea. — Crescit in Promontorio bonae spei in rupestribus ad Gaprium fluvium.

5170. **SESUVIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 453. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 233.)

1. S. ACUTIFOLIUM Miquel, Tijdschrift voor natuurl. Geschiedn. X. 75. — Foliis anguste lanceolatis vel spathulato-lanceolatis, basi angustatis, apice acutis, planis; pedunculis dimidio folio brevioribus. ♃ — Crescit in maritimis Surinamensibus ad Matapicca.

5172. **ANCISTROSTIGMA** *Fnzl.*

(Fnzl. in Endl. Novar. stirp. mus. Vindob. decad. p. 85.)

1. A. CYPSELEOIDES Fnzl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 233.*) — Herba perennis, habitu *Herniariae* magis quam *Centunculi, Cypseleae humifusae* caeterum valde accedens, glaberrima ramosissima, humo adpressa. Caudiculi filiformes crassiusculi digitales lignescentes ac partibus vetustioribus demum radicantes, ramulis florigeris uncialibus, semiuncialibus ac minoribus dense foliosis, in caespitem planum confertis onusti. Folia distincte petiolata opposita et alterna, in axillis juniora 2–5 cum flosculo simul foventia, lamina ovali-subrotunda vel

ovata, plana carnosa uninervia obtusissima integerrima, 1–2 lin. longa, ½–1 lin. lata, in petiolum tenuem filiformem dimidio breviorem, basi membrana stipulari scariosa in denticulum utrinque producta auctum semiamplexicaulem haud attenuata. Flores minuti foliis breviores axillares solitarii, pedicellis demum calycem aequantibus, frequentes. Calycis ¾–1⅓ lin. longi subcampanulati ultra medium quinquefidi glaberrimi laciniae exteriores ovatae, interiores ovales obtusissimae, medio herbaceae, reticulato-venosae, margine scariosae, concaviusculae virides. Stamina plerumque 8, rarius 7 vel 9, summo calycis tubo inserta. Ovarium uniloculare 6–12-ovulatum, stylus centralis sigmoideus apice uncinatus simplex. Capsula ellipsoidea membranacea. Semina 4–8 reniformia laevissima. — Crescit in Nova Hollandia orientali extratropica.

5174. **PORTULACA** *Tournef.*

(DC. Prodr. III. 353. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 233. et 934.)

1. P. ERIOPHORA Casaretto, Decad. novar. stirp. Brasil. (II.) 23. — Caule humifuso herbaceo, in axillis foliorum lanato-hirsutissimo, villis folio multo longioribus; foliis aliquantulum approximatis minutisque lineari-oblongis carnosis planiusculis obtusiusculis, basin versus leviter angustatis; floribus in apice ramulorum 1–3 sessilibus congestis, basi foliis superioribus subverticillatis villisque axillaribus suffultis. ☉ — Herba mollis villis longiusculis crebris incomptis sordide albescentibus e foliorum axillis tantummodo ortis undique tecta. Flores exigui purpurei. — Crescit in Brasilia ad littora fluvii La Plata.
2. P. ROSTELLATA Brignoli, Linnaea XVIII. 509. — Caule erecto subflexuoso, superne ramoso-corymboso; foliis inferioribus cuneato-spathulatis, superioribus oblongis acutiusculis marginatis; floribus terminalibus binis quaternisve sessilibus; capsula matura pyxidata stylo terminata. ♃? — Crescit in Brasilia.

Tribus IV. *PORTULACARIEAE* Fnzl. l. c. p. 949.

Calyx diphyllus liber persistens. Corolla persistens. Ovarium liberum uniloculare. Ovulum unicum basifixum. Stigmata tria. Capsula triptera indehiscens monosperma.

No. 5175.

Tribus V. *CALANDRINIEAE* Fnzl. l. c. p. 950.

Calyx liber diphyllus bipartitus vel bifidus, rarissime trifidus. Corollae petala libera vel basi in tubum coalita, rarissime nulla. Ovarium uniloculare. Capsula valvata.

5176/1. **PLEUROPETALUM** *Hook. fil.*

(Hook. fil. Lond. journ. of bot. V. 108. t. 2.)

Calyx disepalus persistens, sepalis basi connatis. Corolla pentapetala, petalis hypogynis ovatis concavis coriaceis, dorso multicostatis, aestivatione imbricatis. Stamina 8, filamenta infra medium monadelpha, antherae biloculares erectae longitudinaliter dehiscentes. Ovarium liberum globosum uniloculare. Ovula plurima, placentae basilari funiculis distinctis elongatis inserta amphitropa. Stylus brevissimus. Stigmata 4 paullo divaricata teretia. Capsula.....? — Suffrutex (?) Galapagaeus erectus glaberrimus: ramis teretibus, superioribus foliosis. Folia integerrima. Flores in racemos terminales lateralesve dispositi, breviter pedicellati.

1. PL. DARWINII Hook. fil. l. c. 109. t. 2. — Rami cylindracei teretes, crassitie pennae corvinae, ramulis foliiferis breviusculis. Folia alterna petiolata, 2–3 unc. longa, 1–1½ lata, anguste ovato-lanceolata, utrinque attenuata, longe acuminata integerrima, costa venisque conspicuis, petiolo ¼ unc. longo. Racemi subunciales 5–7-flori, pedicello valido tereti, superne florifero. Flores breviter pedi-

cellati, pedicello crasso tereti. Calycis foliola ovata acuta concava, petalis ½ breviora. Petala ovata subacuta concava, siccitate coriacea, dorso praecipue costis plurimis parallelis percursa, erecto-patentia. Stamina infra medium in cupulam membranaceam coalita, filamentis anguste subulatis. Ovarium globosum subcarnosum. Stigmata paullo divaricata subobtusa. — In „Galapago Islands."

5177. **GRAHAMIA** *Gillies.*

(Gillies in Hook. Bot. Misc. III. 331.)

1. GR. BRACTEATA Gill. l. c. — Frutex glaber ramosus, rami divaricati. Folia alterna teretia oblonga obtusa carnosa, axillis pilosis. Flores solitarii ramos breves aut elongatos terminantes. Bracteae scariosae uninerviae apiculatae, interiores lanceolatae, exteriores oblongae brevioresque circa calycem arcte imbricatae. Sepala concava albida, dorso longitudinaliter plurinervia, margine scariosa. Petala albida facile albescentia uncialia calyce longiora. Staminum filamenta versus basin purpurea, sursum straminea, antherae oblongae flavae. Stylus semiuncialis filamentis longior, germen androphoro longitudine aequale, stigmata revoluta pallide flava. — *Xeranthus salicosus* Miers, Trav. Chil. II. 529? — Crescit in Chili inter St. Louis et Mendozam.

5178. **TALINUM** *Adans.*

(DC. Prodr. III. 356. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 234. et 934.)

1. T. NANUM Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 246. † — Caule basi ramoso; ramis lateralibus procumbentibus ascendentibus, apice caulis brevissimi longioribus; foliis carnosis alternis sessilibus oblongis obtusis, subtus convexis, supra depressis; floribus in racemum terminalem simplicem subsecundum tam caulis quam ramorum dispositis, breviter pedicellatis. ♃? — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum supra oppidulum Perth.

5179. **CALANDRINIA** *H. B. Kth.*

(DC. Prodr. III. 358. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 235.)

1. *C. TRIFIDA Hook. et Arn. Bot. Miscell. III. 333. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 236. no. 12. — *C. fruticulosa* Knze. mss. in Poepp. Herb.
   β. gracilis Meyen mss. ex Wlprs. Nov. act. XIX. Suppl. I. 340. — Foliis brevioribus; caule sepalisque glabriusculis, hinc inde ciliatis staturaque omnino humiliori. — Crescit in Cordillera de San Fernando (Chile).
2. *C. MENZIESII Hook. Flor. Bor. Am. I. 223. t. 70. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 235. no. 1. — *C.* (*Cistanthe* Lilja, Linnae XV. 264.) *speciosa* Lindl. Bot. Reg. t. 1598.
3. C. AMOENA Visiani, Illustrazione delle piante nuove o rare II. 22. et Linnaea XVIII. 512. — Viridis caulescens simplex: foliis canaliculatis subciliatis acutiusculis, inferioribus subspathulato-lanceolatis longe petiolatis, caulinis oblongo-linearibus unilateralibus alternis; floribus laxe racemosis oppositifoliis bracteatis, infimo nudo; bracteis pedunculo folioque interpositis lineari-oblongis; pedunculis liberis compressis apice incrassatis; sepalis ovato-acuminatis ciliolatis integris, dorso carinatis; petalis calyce duplo longioribus; staminibus 6–12, filamentis basi pilosis liberis; stylo apice tripartito, stigmatibus conniventibus. ☉ — Crescit.....?
4. C. BIFLORA Meyen, Reise um die Erde I. 349. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 340. — Caule fruticuloso ramosissimo glaberrimo; foliis lanceolatis acutis vel inferioribus linearibus acutiusculis, his densioribus, caulinis superioribus laxis distantibus; floribus duobus terminalibus longe pedunculatis; calycis sepalis integris orbiculari-acutis. ♃ — Flores purpurei? saepius bini, etiam terni subcorymbosi. — Habitus omnino *C. trifidae* Hook. et Arn.
   β. Caulibus elongatis laxis; foliis ultra semipollicaribus lanceolatis acutis vel linearibus obtusis. — *C. acuta* Meyen mss.
   Crescit in Chili ad Copiapo.

5. C. POEPPIGIANA Wlprs. l. c. — Caule herbaceo erecto ramosissimo; ramis paniculatis sparse longeque pilosis; foliis linearibus succulentis? obtusiusculis longe pilosis ciliatis; floribus longe pedunculatis racemoso-paniculatis; calycibus ferrugineo-pilosis sublanatis; sepalis integris; petalis ignotis. ♃ — Herba pedalis? habitu *Asterum* nonnullorum. — *C. sericea* Poepp. Herb. no. 112. (nec Hook. et Arn.) — Crescit in Chili in Cordillera de S. Fernando.

6. C. MEYENIANA Wlprs. l. c. 341. — Acaulis: rhizomate lignoso crasso brevi; foliis omnibus radicalibus lanceolatis obtusis, basi longe attenuatis; pedunculis radicalibus folia subaequantibus ebracteatis unifloris; calycis sepalis orbicularibus acutis glaberrimis. ♃ — Species *C. acauli* H. B. Kth. proxima, sed jam foliis *lanceolatis* nec *linearibus* satis differt. — Crescit in Chili.

7. C. CORYMBOSA Wlprs. l. c. — Suffruticosa ramosa glabra: foliis ovatis obovatis ovalibusve obtusis, in petiolum attenuatis glaberrimis succulentis; floribus corymbosis, corymbo terminali plerumque trifido; calycibus glabris; floribus.....? ♃ — Affinis *C. glaucae* Schrad., sed folia laete viridia nec glauca vidi totoque praeterea habitu jam recedit. — Crescit in Chili ad Copiapo.

8. C. MUCRONULATA Meyen, Reise um die Erde I. 314. — Wlprs. l. c. — Foliis radicalibus ovato-cuneatis obtusis vel subacuminatis, basi attenuatis crassis succulentis; scapo simplici longissimo; floribus racemosis laxis; bracteis ovatis amplexicauli-vaginantibus mucronatis acutis membranaceis; pedunculis pollicaribus, defloratis reflexis; calycis sepalis depresso-orbicularibus integerrimis glaberrimis; corolla maxima lilacina? ♃ — In Chili in Cordillera de S. Fernando.

5181. **MONOCOSMIA** *Fnzl.*

(Fnzl. Novar. stirp. mus. Vindob. decad. p. 84.)

1. M. CORRIGIOLOIDES Fnzl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 238.*) — Herba annua multicaulis glaberrima succulenta laete virens, caules in orbem diffusi simplices vel inferne ramulosi digitales vel palmares, crassitie fili emporetici mediocris angulati foliolosi, tota longitudine florum racemulis alternis magis minusve remotis obsessi, apice longioribus tribus ad quinque subcymose confertis terminati. Folia radicalia confertissime rosulata 1–3-uncialia carnosa uninervia, lamina deltoidea, basi rhombea 3–8 lin. solum longa, 2–5 lin. lata, angulis apiceque obtusissimis in petiolum linearem semilineam latum attenuata, caulina radicalibus similia sensim minora demumque lineari-oblonga vel lanceolata alterna, stipulata, carina marginibusque in angulos decurrentia. Racemi semi- vel sesquiunciales, inferne foliosi, superne aphylli virginei subscorpioidei. Flores minutissimi vix magnitudine illorum *Corrigiolae vulgaris* subsecundi, primum confertissimi, demum remotiusculi nutantes, pedicellis ½–2 lin. longis suffulti. Flores albi. Capsula ovoidea calyce parum major tenerrima bivalvis 1–2-sperma. — *Talinum monandrum* Rz. et Pav. Prodr. fl. Peruv. 65. — *Calandrinia monandra* DC. Prodr. III. 359. — *Corrigiola deltoidea* Poepp. Pl. Chil. no. 91. — Crescit in Chili in collibus aridis prope Conception ad fluvium Andalien et prope Tumbez Talcahuanensium.

5183. **CALYPTRIDIUM** *Nutt.*

(Nutt. mss. ex Torr. et Gr. Flor. N. Am. I. 298. [excl. synon.])

1. C. MONANDRUM Nutt. mss. ex Torr. et Gr. l. c. (excl. syn.) — Fnzl. Ann. des Wien. Mus. II. 298. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 239.*) — Herba annua succulenta *Calandriniam* habitu aemulans dense ramosissima depressa glabra: foliis radicalibus lanceolato-spathulatis obtusis crassis succulentis in rosulam congestis; spicis axillaribus numerosis, saepe pluribus aggregatis; floribus parvis subsecundis. ♃ — Sepala subinaequalia, margine scariosa. Corolla minuta pallide rubens. Capsula 3 lin. longa compressa subrecurvata, valvis membranaceis. Semina nigra nitida, funiculis longitudine inaequalibus affixa. — Crescit in California ad St. Diego.

Tribus VI. *MOLLUGINEAE* Fnzl. l. c. p. 952.

Calyx quinquepartitus vel rarius quinquefidus, rarissime quadripartitus persistens. Ovarium nunc uniloculare multiovulatum, nunc 3-5-loculare, loculis uni- vel multiovulatis, ovula basilaria vel anguli centralis medio aut omni ejusdem longitudini funiculis distinctis inserta. Capsula loculicide valvata.

5184. **ORYGIA** *Forsk.*

Forsk. Descript. pl. Aegypt. Arab. 103.

1. O. PORTULACA Vahl. Symbol. bot. I. 33. — TALINUM Willd. Spec. pl. II. 864. DECUMBENS Forsk. l. c. — Fnzl. Ann. Wien. Mus. II. 299. — DC. Prodr. III. 455. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 239.*) — Caules prostrati angulati dichotomi glabri, semipedales et longiores, rami alterni remoti. Folia in caule ad divisiones approximata gemina vel solitaria, in ramis alterna remota petiolata glabra obovata, in petiolum longius attenuata, hinc cuneiformia, apice plerumque rotundata et mucrone brevi terminata integerrima, nonnumquam subemarginata laete viridia, cum petiolo vix ultra semiuncialia. Paniculae laxae subdichotomae oppositifoliae remotae pedunculatae 1½–2-unciales, rami alterni, pedicelli setacei nudi uniflori 2–3 lin. longi. Bracteae ad dichotomias solitariae, nonnumquam suboppositae exiguae lanceolatae, margine membranaceae. Sepala ovato-lanceolata, dorso viridia, exteriora 2 paullo latiora, interiora magis membranacea alba. Petala nulla. Styli 5 flavescentes. Capsula ovata subpentagona nitida flavescens. — *Axonotechium Glinus* Heyne in Rth. Nov. plant. spec. 231., *trianthemoides* Fnzl. l. c. I. 354. — *Corbichonia* Scopol. Institut. 1196. — Crescit in Arabia felici, India orientali et in Promontorio bonae spei.

5185. **GLINUS** *Loefll.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 239.)

1. GL. PAULI WILHELMI Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. I. Besondere Beilage p. 5. — Tomento stellato albido-lanatus herbaceus: foliis ternis vel rarius quinis, intermedio paullo majori, omnibus breviter petiolatis obovatis obtusissimis integerrimis, nervo dorsali et transversalibus valde prominulis; floribus oppositifoliis subsessilibus 3–5 vel pluribus umbellatim aggregatis; bracteis ad originem fasciculi minutis; corolla nulla; staminibus viginti; seminum funiculis brevissimis, non circumflexis, strophiola umbilicali integra. — *Paulo-Wilhelmia triphylla* Hochstett. l. c. XXVII. I. p. 17. — Crescit in Barbaria.

5192. **SCHIEDEA** *Cham. et Schlchtd.*

(Cham. et Schlchtd. Linnaea I. 46.)

1. SCH. LIGUSTRINA Cham. et Schlchtd. l. c. — Endl. Atact. bot. t. 14. — (Fnzl. Ann. Wien. Mus. II. 242. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 249.*) — Cymulis 3–10-floris corymbiformi-contractis; foliis sessilibus lanceolatis et lanceolato-lincaribus acutis sepalisque glabris. ♀ — Frutex tripedalis, ramis nodosis 2–4-furcatis patentibus, annotinis crassitie pennae columbinae, internodiis valde inaequilongis uncialibus et brevioribus, geniculis tumidis nec fragilibus, annuis tetragonis compressiusculis, demum bisulcatis. Folia opposita exstipulata membranaceo-carnosula sessilia ½–2-uncialia, facie uninervia integerrima glabra. Cymulae longius brevrusve pedunculatae, in axillis bractearum infimarum oppositarum plures congestae facieque subverticillatae vel solitariae, per paria 3–7 longitudine rhachidis 2–4-uncialis, inferne remotius, superne confertius brachiatim dispositae, paniculam vel si mavis thyrsum interruptum cylindraceum efficientes. Bracteae membranaceae ovatae, demum setaceae, ramulis adpressae lineam longae. Pedicelli 1½–10 lin. longi stricti, cum reliquis partibus glaberrimi. Calyx ovoideus basin usque 5–6-fidus, sepalis ovatis concavis enerviis siccatis viridibus ¾–2 lin. longis. Capsula ovoideo-3–4-gona unilocularis polysperma calyce parum longior

pergamentacea. — *Portulaca anonyma* Hook. et Arn. Bot. B ch. voy. 188. — Crescit in insula Owahu.

2. SCH. NUTTALLII Hook. Icon. plant. t. 649. 650. — Paniculis amplis ramosissimis; ramis capillaribus elongatis patentissimis; foliis breviter petiolatis ovato-lanceolatis obscure penninerviis; sepalis pedicellisque glabris. ♃ — *Eucladus suffruticosus* Nutt. mss. — Crescit in rupibus insulae Sandwicensis Oahu.
3. SCH. MENZIESII Hook. l. c. (adnot.) — Panicula erecta coarctata; foliis sessilibus anguste lanceolatis longe acuminatis trinerviis; calycibus pedicellisque pubescenti-tomentosis. ♃ — Crescit in insulis Sandwicensibus.

5193. **COLOBANTHUS** *Bartl.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 249.)

1. C. MUSCOIDES Hook. fil. Antarct. voy. of Terror and Erebus 14. — Densissime compactus carnosus: ramis confertis foliosis; foliis arcte imbricatis patentim recurvis lineari-subulatis obtusis, supra planis, basi lata connatis; pedunculis brevissimis solitariis terminalibus, superne incrassatis; perianthio herbaceo parvo compresso; sepalis 4 erectis lanceolatis obtusis concavis, exterioribus majoribus, dorso obscure carinatis; staminibus 4 per paria approximatis, ex annulo perigyno incrassato ortis. ♃ — Tota planta valde carnosa caespites crassos format. Caules 3-4-pollicares. Folia 2 lin. longa. Flores minutissimi vix lineam longi, inter folia absconditi. Perianthium quadrisepalum, sepalis lateralibus latioribus magis concavis dorsoque carinatis. Annulus perigynus eximie conspicuus et in glandulas 2 luteas carnosas ad basin staminum sitas inflatus. — Crescit in insulis Aucklandicis et Campbell.
2. *C. BENTHAMIANUS Fnzl. — Wlprs. l. c. no. 4. — *Sagina muscosa β. squarrosa* et *γ. laricifolia* Hb. Mus. Brit. — *Colobanthus subulatus* Hook. fil. l. c.

Tribus VII. *POLPODEAE* Fnzl. l. c. p. 954.

Calyx quadripartitus, laciniis petaloideis fimbriato-laceris. Corolla nulla. Stamina 4 hypogyna. Capsula obcordata bilocularis bivalvis disperma, seminibus mediae columnae centrali inserta.

5194. **POLPODA** *Prsl.*

(Prsl. Symbol. bot. I. 1. t. 1.)

1. P. CAPENSIS Prsl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 249.* — Fnzl. Ann. Wien. Mus. II. 300.) — Radix annua fere perpendicularis flexuosa ramosa albida dura tenax, crassitie pennae columbinae 5-pollicaris et longior. Caulis a basi ramosus, ramis 3-5-6-pollicaribus, pennam columbinam crassis arcuato-ascendentibus vel patentibus, simplicibus aut parce ramosis, ramulis patentibus. Folia alterna imbricata ramos a basi usque ad apicem vestientia, vix linea longiora subulata acuta patentia glaberrima uninervia, margine revoluta, basi utrinque in stipulas ovatas acuminatas fimbriatas membranaceas tenues albas, nervis parallelis obsoletis notatas abeuntia. Flores minuti axillares sessiles, plerumque bini, rarius solitarii aut terni, basi bracteis 8 in duas series dispositis, oblongis fimbriatis membranaceis scariosis hyalinis, calyce paullo minoribus muniti. Calyx tetrasepalus patens glaberrimus. Stamina erecta calyce duplo longiora. Ovarium glaberrimum minutum. Stylus brevis cum stigmatibus erecto-patentibus longitudine staminum. Capsula minuta fuscescens transversa, latitudine longitudinem duplo superans, emarginata mucronata, lateribus rotundata, undique muricibus parvis exasperata, valvis patentibus. — *Blepharolepis* ..... Nees ab Esenb. in Lindl. Nat. syst. 442. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Tribus VIII. *ADENOGRAMMEAE* Fnzl. l. c. p. 954.

Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Stamina quinque. Ovarium uniloculare, ovulo unico. Stylus filiformis, stigmate capitato. Capsula indehiscens monosperma.

(Cf. Repert. bot. syst. II. 250.)

Tribus IX. *LEWISIEAE* Hook. mss. ex Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 677.

Calycis sepala 6-8. Petala 8-10 (vel 10-12). Stamina numerosa. Ovarium uniloculare multiovulatum. Capsula unilocularis polysperma (*Spaetalumeae* Nutt. mss.).

5196. **LEWISIA** *Prsh.*

(Prsh. Fl. Amer. septentr. II. 368. — Endl. Gener. pl. p. 955. — Meisn. Gener. plant. vascul. 1. 130. II. 94. et 357.)

Calycis sepala 6-8 late ovata, basi subcoalita petaloidea, aestivatione convoluto-imbricata persistentia. Petala 8-10 (10-12 Nutt.), aestivatione imbricata oblongo-linearia vel exteriora ovata, patentia, demum circa genitalia voluta. Stamina numerosa cum petalis basi calycis inserta, filamenta gracilia petalis breviora, antherae lineari-oblongae, utrinque emarginatae, introrsae. Ovarium globoso-ovoideum brevissime stipitatum striatum uniloculare, placenta centralis libera multiovulata, stylus persistens brevis, stigmata 6-8 filiformia puberula. Capsula globosa coriaceo-membranacea unilocularis, basi transverse dehiscens sexvalvis. Semina numerosa campylotropa reniformi-globosa funiculo longo inserta, funiculo e basi capsulae oriundo, testa crustacea glabra nitida. Embryo teres curvatus circa albumen farinosum, cotyledones longae inaequales. — Herba perennis acaulis Boreali-Americana (habitu fere *Pulsatillarum*): radicibus crassis fusiformibus infra ramosis; foliis dense imbricatis, in caudice brevi crasso lineari-oblongis crassis succulentis; scapis brevibus carnosis, supra medium articulatis ibique involucro 5-7-phyllo (phyllis subulatis membranaceis) instructis unifloris; floribus magnis; petalis roseis.

1. *L. REDIVIVA Prsh. l. c. — Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 677. — Nutt. Journ. acad. Philad. VII. 23. t. 2. — Hook. Bot. Misc. I. 344. t. 70. — Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 344. t. 86. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 250.*) ♃ — Oregon.

† **Genus valde obscurum.**

5193/1. **BELOANTHERA** *Hsskrl.*

(Hsskrl. Flora [B. Z.] XXV. Beibl. 55. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 91. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 357.)

1. B. OPPOSITIFOLIA Hsskrl. l. c. — Caule herbaceo procumbente radicante; foliis alternis subsessilibus calyceque glanduloso-pilosis; petalis ovatis albidis; stigmatibus violaceis. ⊙? ♃? — Crescit in insula Java.

Ordo XCVIII. CRASSULACEAE *DC.*

(DC. Prodr. III. 381. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 251. et 935. — Endl. Gener. plant. p. 808. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 134. II. 98.)

Subordo I. *CRASSULEAE* DC. l. c.

Capsulae liberae, angulo interiore dehiscentes.

Tribus I. *CRASSULEAE ISOSTEMONES* Endl. l. c. p. 809.

Stamina petalis numero aequalia.

§. 1. EUCRASSULEAE Endl. l. c.

Petala omnino libera.

4607. **TILLAEA** *Micheli.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 251.)

1. T. (*Tillaea*) ASCENDENS Nees ab Esenb. in Lehm. Plant. Preiss. I. 277. † — Caule basi brevi spatio decumbente, hinc stricte erecto, inferne ramoso; foliis connatis ovato-cymbiformibus subcarnosis; floribus pentameris in axillis congesto-verticillatis, omnibus sessilibus; sepalis petalisque membranaceis acuminatis, his duplo angustioribus. ♃ — Crescit in Nova Hollandia non procul ab oppidulo Freemantle.
2. T. COLORATA Nees ab Esenb. l. c. † — Caule erecto inferne ramoso; foliis connatis ovato-cymbiformibus subcarnosis; floribus pentameris in axillis congesto-verticillatis; verticillis sex-plurifloris confertis; flore intermedio cujusque axillae pedicellato; sepalis petalisque membranaceis acuminatis, his duplo angustioribus. ♃ — In arenosis sylvae prope oppidum Perth in Nova Hollandia.
3. T. (*Bulliarda*) INTRICATA Nees ab Esenb. l. c. 278. † — Caule diffuso intricato repente; ramis ascendentibus; floribus axillaribus sessilibus oppositis pentameris distantibus; sepalis petalisque ovato-lanceolatis acuminatis; foliis oblongo-linearibus obtusis carnosis, supra depressis, subtus convexis. ♃ — Crescit locis arenoso-conchyliosis insulae Rotenest in Australasia.

4608/1. **TELMISSA** *Fnzl.*

(Fnzl. Pugill. plant. nov. Syr. I. 15. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 84. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 357.)

1. T. SEDOIDES Fnzl. l. c. et in Russegers Reisen I. 948. t. 17. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 256. ubi deleatur.) — Herba subaquatica a basi plerumque ramosa glaberrima humilis: foliis alternis teretibus carnosis, basi solutis, cauliculis ramisque in cymam foliosam abeuntibus; floribus sessilibus subimmersis extraaxillari-oppositifoliis ebracteolatis parvis albis. ♃? — Crescit in Syria circa Aleppo.

4610. **CRASSULA** *Haw.*

(DC. Prodr. III. 383. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 252.)

1. CR. (*Squamulosae*) SULPHUREA Knze. Linnaea XVII. 573. — Caule suffruticoso flexuoso, apice dichotomo; foliis densis connatis decussatis lanceolato-linearibus acuminatis obtusiusculis glabris, margine papilloso-ciliatis; floribus umbellato-cymosis; calyce papilloso; petalis apiculatis. ♃ — In Promontorio bonae spei.

4611/1. **SPHAERITIS** *Eckl. et Zeyh.*

(Eckl. et Zeyh. Enumer. pl. Afric. austr. extratrop. p. 299. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 131. II. 98.)

Calyx quinquepartitus, lobis erectis linearibus obtusis. Corolla gamopetala profunde quinquefida, lobis lanceolatis conniventibus, nervo medio incrassatis in acumen abruptum subcomplicatum apice callosum exeuntibus. Stamina 5 summo corollae tubo inserta, lobis alterna; squamae 5 lineares, apice latiores. Carpella 5 apice conniventia, in stylum crassum brevissimum desinentia 6-8-sperma. — Suffrutices Capenses: foliis oppositis subconnatis; floribus corymboso-subcapitatis terminalibus axillaribusve.

(Species enumerantur in Repert. II. 255.)

§. 2. ROCHEAE Endl. l. c. p. 809.

Petala inter se magis minusve coalita. Ovaria petalis numero aequalia vel pauciora.

4612. **THISANTHA** *Eckl. et Zey.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 256. et 935.)

1. TH. SCABERULA Knze. Delect. semin. hort. Lips. 1845. collect. p. 4. (adnot.) — Caule fastigiatim ramoso ramisque glabris; foliis ovatis crassis obtusiusculis calycisque laciniis ovatis obtusis, apice setigeris, margine scabrellis; petalis acutiusculis glanduloso-ciliatis. ☉ — *Crassula pulchella* Hortor. — *Th. glomerata* differt caule scabro foliisque lineari-lanceolatis. — In Promontorio bonae spei.
2. TH. GLABRA Eckl. et Zeyh. — (Wlprs. l. c. 256. no. 4.*) — Knze. l. c. (charact. emendat.) — Caule laxe ramoso glabro; ramis papilloso-scabriusculis; foliis oblongo-lanceolatis planiusculis calycisque laciniis lanceolatis acutis papilloso-apiculatis; petalis obtusiusculis obsolete ciliatis. ☉ — *Crassula glabra* Haw. — DC. Prodr. III. 389. no. 66. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Tribus II. *CRASSULEAE DIPLOSTEMONES* Endl. l. c. p. 810.

Stamina duplo petalorum numero.

§. 1. UMBILICEAE Endl. l. c.

Corolla gamopetala.

4619/1. **PACHYPHYTUM** *Klzsch.*

(Klzsch. in Otto et A. Dietr. Allgem. Gartenzeitung IX. 9. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 71. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 357.)

1. P. BRACTEOSUM Klzsch. l. c. et in Lnk. Klzsch. et Otto, Icon. plant. rar. hort. Berol. p. 108. † t. 43. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 258.*) — Folia rosulata obovato-cuneiformia crassa carnosa obtuse apiculata; spica procera axillaris versus apicem cernua; bracteae magnae crassae obovatae brevissime acutae sessiles basi sagittatae; flores secundi breviter pedicellati; calycis laciniae elongatae brevissime acutae corolla coccinea longiores, antherae flavidae exsertae; stigmata capitata viridia. ♃ — Folia, bracteae et calyces glaucescenti-albida. — Crescit in Mexico.

4620. **UMBILICUS** *DC.*

(DC. Prodr. III. 399. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 258.)

1. U. (*Rosularia*) PERSICUS Boiss. Diagnos. plant. orient. nov. III. 14. — Perennis glaberrima: foliis radicalibus rosulatis lingulatis lineari-subspathulatis obtusissimis planis, margine papillis albis subtriangularibus ciliato-serrulatis, caulino uno alterove paullo angustioribus; scapis ima basi excepta nudis, apice dichotome cymosis, ramis unilateralibus; pedunculis calycis longitudine; calyce glaberrimo, corolla triplo breviore, fere ad basin usque in lobos lanceolato-subu-

latos fisso; corollae glabrae roseae laciniis lanceolatis acuminatis; staminibus ad tertiam partem tubi insertis; carpellis glabris; squamis hypogynis semiovatis brevissimis. ♃ — Radix sublignosa caespites parvos densos edens. Folia 4–6 lin. longa, apice sesquilineam lata. Scapi 2–3-pollicares. Cyma bis vel ter dichotoma, ramis 1–2-pollicaribus. Flores magnitudine illorum *U. Libanotici*. — Crescit in Persiae monte Perezend.

2. U. (*Cotyle*) SIMPLEX C. Koch, Linnaea XIX. 41. — Caulis erectus simplex glaberrimus, striis alaeformibus foliorum decurrentium causa instructus. Folia glaberrima, radicalia integra rotunda peltata, petiolo late membranaceo longoque, caulina sessilia petiolatave parva rara. Bracteae pedicellos superantes oblongae, Flores nutantes flavescenti-virescentes. Corolla tubulosa, laciniis brevibus late ovatis acuminatis. ♃ — Crescit in Asia minori boreali.

3. U. (*Cotyle*) TROPAEOLIFOLIUS Boiss. l. c. — Glaberrima: foliis radicalibus caulinisque infimis longe petiolatis peltatis orbiculatis obsoletissime 7–9-sinuato-lobatis, caulinis superioribus minimis ovatis breviter petiolatis; bracteis triangulari-subulatis vix perspicuis; caule a basi ramosissimo tortuoso; ramis incurvo-tortuosis; pedicellis patulis calyce longioribus; calycis glaberrimi ad basin usque fissi sepalis ovatis acutis corolla dimidio brevioribus; corolla glabra lutea ad medium usque partita, lobis ovatis breviter acuminatis; staminibus ad tertiam partem tubi insertis corolla brevioribus; glandulis hypogynis ovatis obtusissimis; carpellis obtusiusculis, brevissime mucronulatis. ♃ — Foliorum diameter pollicaris vel major, caulis 4–5-pollicaris a basi divaricato-paniculatus. Flores illis *U. parviflori* paullo minores. — Crescit ad Ninivem.

4. U. (*Cotyle*) OXYPETALUS Boiss. l. c. 15. — Glaberrima: foliis radicalibus inferioribusque longe petiolatis .....?; bracteis linearibus minutissimis; caule e basi ramosissimo paniculato tortuoso; ramis incurvo-tortuosis; pedicellis patulis calyce quadruplo longioribus; calycis glaberrimi ad basin usque fissi corolla triplo brevioris sepalis oblongo-lanceolatis acutis; corolla glabra lutea ultra medium partita, lobis lanceolato-acuminatissimis; staminibus ad tertiam partem tubi insertis corolla brevioribus; glandulis hypogynis subemarginatis; carpellis in mucronem elongatum eorum tertiam partem aequantem attenuatis. ♃ — Praecedenti facie inflorescentiaque valde affinis sed petalorum et carpellorum forma distincta. — Crescit in Persiae australis monte Perezend.

5. U. (*Cotyle?*) HEYLANDIANUS B. Webb et Berthol. Phytogr. Canar. I. 176. t. 26. — Radice tuberosa; foliis.....; bracteis filiformibus flores excedentibus liberis aut cum basi pedicellorum connatis; pedunculis erectis; corollae fauce coarctata; staminibus 5 corollae laciniis alternantibus, fauce subbrevioribus; cotyledonibus petiolatis basi sagittatis. ♃ — Radix tuberosa. Caulis simplex pedalis aut sesquipedalis. Folia ignota. Flores spicati, spica simplex. Bracteae filiformes flores excedentes liberae aut aliquando cum basi pedicellorum connatae. Pedicelli erecti vel horizontales. Caulis infundibuliformis profunde quinquefidus, laciniis basi ovato-lanceolatis, apice subulatis, cellculis basis et nervi medii substantia fusca refertis, caeteris diaphanis. Corolla straminea, anguste campanulata, post medium quinquefida, fauce coarctata decemnervia, nervis ad basin laciniarum confusis incrassatis iterumque in laciniis ramosis, laciniis ovato-lanceolatis imbricatis conniventibus, basi angustatis, apice subulatis. Stamina 5, corollae laciniis alternantia inclusa, fauce breviora. Filamenta brevissima, nervis alternis corollae insidentia, apice subulata, basi dilatata et in nervulos binos inter nervos corollae utrinque abeuntia. Antherae ovatae compressae rugulosae lateraliter longitrorsum dehiscentes, paullo supra basin affixae, sacculis apice obtusis, demum basi et apice divergentibus. Galndulae hypogynae 5 breves claviformes obtusae. Ovaria 5 sessilia, basi receptaculo immersa, apice breviter attenuata obtusa. Stigmata sessilia simplicia rotundata. Ovula plurima ovato-compressa, utrinque obtusa, placentae suturali affixa. Carpidia 5 follicularia, corolla duplo breviora obtusa, intus ad suturam dehiscentia. Semina oblique ovata lutea lae-

via, utrinque obtusiuscula, chalaza apice fusco-notata. Perispermium carnosum tenuissimum, testae arcte adnatum. Embryo rectus axilis ovatus, utrinque obtusus, seminis fere longitudine. Cotyledones apice rotundatae, basi sagittatae, breviter petiolulatae. Radicula crassa brevissima, basi rotundata, ad hilum conversa. — Crescit in insulae Palmae regione montana.

6. U. (*Cotyle*) LUTEUS B. Webb et Berth. l. c. 177. — Radice tuberosa; foliis subpeltatis aut cucullatis; bracteis apice palmatis vel lanceolatis grosse dentatis, superioribus lineari-lanceolatis subintegris, floribus brevioribus; pedicellis erectis basi connatis; corollae campanulatae fauce patente; staminibus 10 exsertis; cotyledonibus sessilibus ovatis. ♃ — Calyx quinquefidus, laciniis lanceolatis a basi ad apicem attenuatis. Corolla intense lutea campanulata, fere ad medium quinquefida, fauce dilatata decemnervi, nervis a basi ad apicem distinctis simplicibus, laciniis lanceolatis, a basi ad apicem sensim attenuatis divergentibus, saepe reflexis. Stamina 10, 5 longiora laciniis corollae opposita, 5 breviora alternantia. Filamenta fauce longiora filiformia, nervis corollae distinctis insidentia. Antherae ovatae compressae, basi rotundatae, sacculis usque ad apicem connexis, demum revolutis. Glandulae hypogynae 5 brevissimae, apice latiores, praemorsae subbicornes. Ovaria 5, corollae longitudine, sensim a basi ad apicem attenuata subulata. Stigma sessile apiculatum. Ovula plurima elongato-ovata, apice hilo et micropyla, basi chalaza fusco-apiculata. Carpidia follicularia ovariis conformia. Semina lutea cylindraceo-ovata, utrinque acutiuscula. Cotyledones ovatae, basi radicula latiores sessiles. — *Cotyledon lutea*, *radice tuberosa* Dodart. Mém. 72. (c. ic.) — *Cotyledon Umbilicus α* Linn. Sp. pl. 615. — *Cotyledon lutea* Huds. Fl. Angl. 194. — *Cotyledon Lusitanica* Lam. Encycl. II. 140. — *Cotyledon Umbilicus* var. *praealta* Brot. Flor. Lus. II. 204. — *Umbilicus erectus* DC. Fl. Franc. IV. 384. (excl. syn.) — DC. Prodr. III. 400. no. 7. — *Cotyledon tuberosa* Hort. Paris. — Crescit in Britannia, Lusitania, Creta et in Syria.

7. U. (*Orostachys*) FIMBRIATUS Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVII. II. 241. — Foliis radicalibus spathulatis, appendice cartilaginea fimbriata terminatis caulinisque linearibus, apice mucronatis; spicis densis cylindricis aut subpyramidatis et tunc pedunculis inferioribus elongatis 1-3-floris squamosis. ♃ — Flores lactei ut in *Cotyledone leucantha* Ldb., an *Umbilicus serratus* DC.? — *Cotyledon fimbriata* Turcz. Catal. pl. Baical. 469. — In rupibus Dahuriae ad lacum Tarei.

† *Icon addenda.*

U. MACROPHYLLUS DC. — Hook. Bot. Magaz. t. 4098.

4621. ECHEVERIA *DC.*

(DC. Prodr. III. 401. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 259. et 935.)

1. E. SCHEERII Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. t. 27. — Caulescens: foliis ovalibus acutis in petiolum planum elongatis; floribus racemoso-paniculatis; racemis nutantibus; sepalis linearibus acutis corolla brevioribus, altero saepius majori. ♃ — Crescit in Mexico.

2. E. PERUVIANA Meyen, Reise um die Erde I. 448. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 342. — Foliis rosulatis obovato-cuneatis carnosis crassissimis acutis glaucis; scapo centrali, basi folioloso; floribus racemosis laxis; bracteis linearibus acutis persistentibus, pedicello longioribus; calycis sepalis lanceolatis muticis glaucis, corolla coccinea plus duplo brevioribus. ♃ — Valde affinis *E. racemosae* Cham. et Schlchtd., sed differt foliis obovato-cuneatis, scapo basi folioso, sepalis emucronatis bracteisque persistentibus. — Crescit in Peruvia in Cordillera de Tacna.

§. 2. SEDEAE Endl. l. c. p. 811.

Petala omnino libera.

4622. SEDUM *Linn.*

(DC. Prodr. III. 401. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 260. et 935.)

1. S. *(Telephium)* THIRKEANUM C. Koch, Linnaea XIX. 41. — Glaberrimum: folia late oblonga obtusa inaequaliter dentato-serrata, omnia sessilia; panicula terminalis effusa; corolla (sicco statu) alba campanulata; petala ex apice apiculato recurva; stamina basi corollae inserta, eadem minora ♃? — Crescit in Asia minori boreali.
2. S. *(Telephium)* GLANDULOSUM Bertoloni, Nov. commentar. acad. Bonon. V. 428. t. 41. fig. 2. — Glaucum: foliis obovatis petiolatis glabris; corymbo terminali simplici; pedunculis calycibusque glandulosis. ♃ — Caulis teres glauco-albens, inferne glaber, superne glandulosus, subspithamaeus. Folia alterna obovata, vix acuta integerrima longiuscule petiolata glabra glauca. Corymbus terminalis simplex. Bracteae sub pedicellis foliis caulinis similes, sed multo minores. Pedicelli et calyces adspersi glandulis numerosis, brevissime pedicellatis. Petala obovata, longe unguiculata calyceque multo longiora. — Crescit ad ripas Euphratis.
3. S. ANATOLICUM C. Koch, Linnaea XIX. 41. — Rhizoma obliquum aut horizontale, gemmas in stolones subterraneos plerumque serius solutas et caules erectos superne ramosos angulatos reverse hirtos agens; folia stolonum opposita late linearia, caulina contra breviter oblonga integra, inferiora in petiolum attenuata, superiora sessilia; rami unilateraliter spiciferi; petala lanceolata; carina puberula; ovaria quinque. ♃ — Crescit in Asia minori boreali.
4. S. STRICTUM C. Koch l. c. 42. — Annuum erectum congesto-ramosum pilosum: folia plana lineari-oblonga obtusa, inferiora ad basin attenuata, lineis elevatis quasi decurrentia sparsa; flores unilaterales sessiles; calycis laciniae ovato-acutae; petala lanceolata longe acuminata, carina ciliata; ovaria 5 pilosa. ☉ — Crescit in Asia minori boreali.
5. S. NEBRODENSE Gasparini in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 644. — Hirsutum viscosum: caule caespitoso ramosissimo; foliis imbricatis exsiccatione persistentibus oblongo-spathulatis sessilibus, basi non solutis; panicula laterali corymbosa; capsulis breviter rostratis. ♃ — Crescit in frigidissimis muscosis montium Nebrodensium.
6. S. ELONGATUM Ldb. Fl. Altaic. III. 193. — (Wlprs. l. c. 261. no. 18.) — Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVII. II. 243. — Foliis obovato-oblongis oblongisve, basi cuneatis subintegerrimis repandis vel apice grosse serratis vix glaucescentibus; caule simplici; floribus corymboso-cymosis 4- rarius 5-fidis; pedicellis flores superantibus, squamarum nectariferarum longitudine latitudinem triplo superante; ovariis apice recurvis, stigmate punctiformi. ♃ — *Rhodiola elongata* Fisch. et Mey. in Schrenk, Enumer. pl. nov. 68.
   α. majus Turcz. l. c. 244. — Foliis oblongis, basi ovata integerrimis repandisve; squamis nectariferis retusis, apice angustatis, longitudine latitudinem duplo excedentibus. — *Sedum Rhodiola* Turczan. Cat. pl. Baical. 470. nec. DC.
   β. minus Turcz. l. c. — Foliis basi angustatis subovatis vel oblongis acutis, a medio ad apicem grosse serratis, squamis nectariferis apice angustatis, longitudine latitudinem triplo excedentibus. — *S. elongatum* Turcz. l. c. 471.
   Crescit in humidis alpis Chamor, in Dahuria ad fluvium Alchanai.
7. S. WALLICHIANUM Hook. Icon. plant. t. 604. — Radice crassa elongata subtuberosa multicipite; caulibus erectis simplicibus foliosis; foliis lanceolatis acutis planis carnosis grosse serratis; cyma terminali foliosa; floribus pentameris (flavis). ♃ — *S. Asiaticum* Wall. Cat. 7329. (nec DC.) — Crescit in India orientali boreali ad Gossain-Than et Kamaon.
8. S. OLYMPICUM Boiss. Diagnos. pl. nov. orient. III. 16. — Perenne caespitosum glaberrimum: caulibus tenuibus, basi tortuoso-ramosis, dein erectis pumilis;

foliis inferioribus surculorumque quaternatim verticillatis planis carnosis obovato-spathulatis obtusissimis, caulinis oppositis ellipticis; racemo pauciflore brevi laxe subspicato; floribus pedicello calyce vix longiore erecto, bractea lineari eo breviore stipato suffultis; calyce glabro corolla 2½-plo breviori in sepala ovata acutiuscula ad basin usque partito; petalis lanceolatis acutis carinatis albis glabris; carpellis rectis oblongo-ellipticis obtusis, mucrone eis sextuplo breviore terminatis; squamis hypogynis oblongis minimis retusis. ♃ — Folia 3 lin. longa aut paullo longiora, apice 1½–2 lin. lata, caules 2–4-pollicares tenues. — Crescit in Olympi Bithyni regione alpina.

9. S. LYDIUM Boiss. l. c. 17. — Perenne caespitosum glaberrimum: caudiculis repentibus fibrillosis; surculos brevissimos apice dense foliosos caulesque floriferos erectos pumilos foliosos edentibus; foliis linearibus semiteretibus obtusis, surculorum brevioribus; cymae radiis patenti-subscorpioideis brevibus densifloris coarctatis, in capitulum corymbosum approximatis; pedicellis calyce brevioribus bracteola setacea eos aequante suffultis; calyce glabro ad basin usque in sepala oblonga obtusa partito; petalis roseis aut albidis anguste lanceolatis acutis ecarinatis calyce subduplo longioribus; antheris subexsertis nigris; carpellis oblongis erectis in mucronem eis dimidio breviorem petalis aequilongum attenuatis. ♃ — Caules numerosi tripollicares, folia 2–3 lin. longa, semilineam lata. — Crescit in Lydiae et Cariae regione alpina.

10. S. CONFERTIFLORUM Boiss. l. c. 15. — Annuum pumilum glabrum: caulibus simplicibus aut parce ramosis dense foliosis; foliis alternis semiteretibus elongatis, e basi latiore paullulum attenuatis obtusis; cymae terminalis ramis brevissimis in capitulum unicum aggregatis, pedicellis brevissimis incrassatis; floribus inter se contiguis; calycis glabri ad medium usque partiti lobis ovatis obtusissimis, margine subincrassato revolutis, saepe facie tuberculatis; petalis albis lanceolatis acutis, calyce paullo longioribus; staminibus denis; carpellis subincurvis obtusis, mucrone eis quadruplo breviori terminatis glabris aut sub lente tuberculatis; squamis hypogynis oblongis retusis minimis. ☉ — Plantula bipollicaris, folia circiter semipollicaria, cymae rami confertissimi pauciflori subscorpioidei in capitulum approximati. — Crescit in Graecia et prope Smyrnam.

4622/1. AITHALES *B. Webb et Berthelot.*

(B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canar. I. 178.)

Calyx quinquefoliolatus, foliolis herbaceis, corolla multo brevioribus, inter se connatis persistentibus. Corolla pentapetala, petalis angustis carinatis, apice subulatis erectis conniventibus, receptaculo insertis deciduis, basi glandula minuta (stamine abortivo) auctis. Stamina 4, petalis alterna libera, receptaculo inserta caduca, filamenta filiformia, antherae biloculares ovatae, utrinque longitrorsum dehiscentes. Squamae perigynae nullae. Ovaria 5 compressa erecta sessilia, basi aut fere ad medium (*Ai. caespitosa*) in capsulam unicam quinquelocularem, marginibus placentiferis in columnam aggregatis connata. Ovula plurima horizontalia, funiculis filiformibus placentae suturali affixa. Styli subulati, demum recurvi. Carpidia follicularia 5, stylis mucronata, stellatim patentia polysperma, angulo interno dehiscentia. Semina minuta, longitrorsum lineolata, oblique ovata aut subpyriformia, utrinque hilo et chalaza et facie interna raphe notata, embryo brevis rectus, in medio perispermii parci carnosi axilis, cotyledones ovatae crassae, radicula brevis. — Herbae parvae annuae erectae: folia sparsa crassa fusiformia aut clavata; flores sessiles secundi, in cymas di- v. trichotomas breves terminales aggregati; petala rosea aut albida, carina carnea.

1. Ai. RUBENS B. Webb et Berthelot l. c. 179. — Foliis subcylindraceis glabris; cyma, calycibus carpidiisque glandulis stipitatis pilosis. ☉ — *Sedum rubens* Linn. Spec. plant. 615. — DC. Pl. grass. t. 55. — *S. rubens β. pentandrum* DC. Prodr. III. 405. — Crescit in regionibus omnibus Mediterraneis, in insulis Canariensibus et in Helvetia.

2. AI. CAESPITOSA B. Webb et Berthelot l. c. 180. (adnot.) — Foliis ovatis turgidis imbricatis glabris. ☉ — *Sedum caespitosum* DC. Prodr. III. 405. no. 40. (cum synonymis). — Crescit in regionibus Mediterraneis.

4622/$_2$. **AICHRYSON** *B. Webb et Berthelot.*

(B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. I. 180. t. 27.)

Calyx cyathiformis, ad medium usque 5-12-fidus. Petala tot quot calycis laciniae, perigyna, ad apicem disci hypogyni inserta, basi in annulum cum filamentis coalita. Stamina geminata, raro petalorum numero aequalia, filamenta filiformia, antherae rotundatae muticae. Squamae perigynae apice bicornes palmato-ciliatae aut digitato-fimbriatae erectae, ovariis applicatae. Ovaria petalis numero aequalia, raro pauciora, sub stylis gibba, receptaculo basi immersa. Styli recti conniventes, demum divaricati, stigmata acutiuscula, mox papilloso-capitata. Carpidia follicularia, angulo interno dehiscentia. Placentae filiformes, ad suturam internam curvatae. Semina ovata aut ovato-pyriformia lineolata. Embryo ovatus obesus, cotyledones ovatae aut rotundatae sessiles, radicula brevis obtusa. — Herbae bi- vel triennes hapaxanthae: paniculis dichotomis late divaricatis, aut perennes lignescentes: paniculis dichotomis cymosis; folia etiam in hapaxanthis glomerata, mox sparsa crassa rhomboideo- v. ovato-spathulata aut ovata, plana vel dorso gibba sessilia vel petiolata, margine integra aut croso-crenata; flores lutei vel aurei, in praefloratione erecti; inflorescentia centrifuga.

Sectio I. HAPAXANTHA.

Paniculae divaricato-dichotomae. Folia petiolata plana rhomboidea spathulata aut ovata. Petala aestivatione valvata, demum subimbricata. Stamina petalis demum longiora.

1. AI. (SEMPERVIVUM DC. Jard. Génèv. t. 21. et Prodr. III. 413. no. 19.) DICHOTOMUM B. Webb et Berth. l. c. 181. — Caule erecto, pilis patulis crispis hispido; ramis floriferis racemoso-dichotomis; pedicellis filiformibus erectiusculis; foliis integris ovato-subrhomboideis hirtis, in petiolum attenuatis, squamis angustis apice breviter bilobis. ☉ et ♂ — Herba hapaxantha 3-9-pollicaris, rarius pedalis, culta bipedalis. Radix fibrosa. Caulis cylindraceus erectus strigoso-hirsutus viridis aut saepe sordide purpurascens, apice dichotome ramosus. Rami floriferi dichotomi racemosi, dichotomiarum angulis acutis, pilis patulis molliter hirsuti. Pedicelli filiformes arrecti. Folia ad apicem ramorum subglomerata, demum sparsa caduca horizontalia ovato-subrhomboidea, basi in petiolum attenuata, molliter pubescentia. Calyx campanulatus, pilis erectis pellucidis hirtus, ultra medium 9-10-fidus, laciniis lineari-lanceolatis acutiusculis. Petala 9-10 linearia acutiuscula, pallide flava, ad apicem urceoli calycini inserta. Stamina 18-20, corolla demum longiora. Filamenta omnia filiformia, basi receptaculo inserta et in annulum cum petalis coalita. Antherae rotundatae, utrinque obtusae, sacculis a basi ad apicem confluentibus, ad latera longitrorsum dehiscentibus, valvulis demum post pollinis emissionem reversis. Squamae perigynae filiformes, apice breviter bicornes. Ovaria totidem quot petala, sub stylis gibba, basi receptaculo immersa. Styli cuspidati recti conniventes, demum extrorsum reflexi. Stigmata acuta, demum papilloso-capitata. Ovula plurima horizontalia elongato-ovata, hilum versus attenuata, funiculis brevibus. Carpidia follicularia compressa, angulo interno ab apice ad basin dehiscentia. Placentae filiformes subsuturales. Semina elongato-ovata levissime striata, utrinque fusco-notata. Embryo ovato-cylindraceus, basin versus attenuatus obtusus. Cotyledones ovatae. Radicula breviuscula. — *Sempervivum annuum* Chr. Smith in Buch, Canar. Ins. 154? — Crescit in rupestribus udis insularum Canariensium.

2. AI. (SEMPERVIVUM C. Smith in Leop. v. Buch, Canar. Ins. 155. — DC. Prodr. III. 412. no. 17.) PUNCTATUM B. Webb et Berthelot l. c. 182. t. 27. — Caule erecto glabro subpurpurascente; ramis floriferis dichotomis cymosis pubescentibus; pedicellis filiformibus divaricatis; foliis rhombeideis petiolatis glabris lucidis,

margine obsolete crenulatis, crenulis purpureo-notatis, squamis basi cuneatis, apice palmato-laciniatis. ☉ et ♂ — Herba 3-9-pollicaris, culta bipedalis. Caulis erectus foliosus, post anthesin nudus purpurascens, apice ramosus, superne pilis crispulis molliter villosus. Rami floriferi racemoso-cymosi divaricati dichotomi, dichotomiarum angulis rectis. Folia rhomboideo-ovata, in petiolum attenuata, intense viridia glabra lucida, margine obsolete crenulata, crenulis purpureo-punctatis. Pedicelli filiformes dichotomi divaricato-refracti, in praefloratione erecti. Calyx campanulatus, pilis patulis glanduloso-hirsutus, ad medium usque 8-10-partitus, laciniis lanceolatis acutiusculis trinerviis. Petala 8-10 linèari-lanceolata apiculata, ad apicem disci hypogyni inserta. Stamina 16-20, filamenta omnia filiformia, apice subulata, alterna petalis opposita et basi in annulum cum iis connexa, antherae rotundatae, sacculis post emissionem pollinis revolutis. Squamae perigynae complanatae magnae, basi cuneatae, apice dilatatae palmato-laciniatae. Ovaria erecta, sub stylis gibba, dorso latiuscula, basi disco immersa. Styli recti, in conum inter se convergentes, demum extus reflexi. Stigmata acuta, demum capitato-papillosa. Ovula plurima horizontalia, funiculis filiformibus longiusculis affixa. Carpidia follicularia erecta. Placentae nerviformes subsuturales. Semina ovato-pyriformia luteola, longitrorsum fusco-lineolata. Embryo brevis obesus claviformis, utrinque rotundatus. Cotyledones ovato-orbiculatae sessiles. Radicula brevissima crassa obtusa. — Crescit in regionibus umbrosis insulae Teneriffae.

Sectio II. MACROBIA.

Paniculae breves. Folia ovata crassa sessilia, dorso convexa.

3. **Al. RADICESCENS** B. Webb et Berthelot l. c. 183. — Caule decumbente radiculas crebras emittente; foliis parvis rosulatis crassis spathulato-ovatis, subtus convexis sessilibus, undique hirtis; paniculis brevibus cymosis; floribus parvis; squamis bicornibus, cornibus longiusculis acutis. ♃ — Caulis decumbens, per terram et saxa radicibus crebris capillaribus reptans. Folia parva rosulata crassa spathulato-ovata, subtus convexa, apice rotundata, basi attenuata sessilia, pilis patulis hirta. Paniculae cymosae breves subdivaricatae pubescentes foliosae. Flores parvi, saepe bini, inferior sessilis, superior breviter pedicellatus. Calyx campanulatus, pilis rectis pellucidis apice glandulosis hirtus, fere ad medium 8-9-partitus, laciniis lineari-lanceolatis crassis obtusiusculis. Corolla 8-9-petala, petalis lineari-lanceolatis nervosis acutis carinatis, carina extus hirta. Filamenta filiformia. Antherae ovato-rotundatae. Squamae perigynae complanatae, basi cuneatae, apice dilatatae et quasi metopoideae bicornes. — *Sempervivum villosum* Haw. Succul. pl. 166. — DC. l. c. 411. no. 3. (non Ait.) — Crescit in rupestribus humidis insulae Teneriffae.

4. **Al.** (SEMPERVIVUM Ait. Hort. Kew [edit. 1.] II. 148. — DC. l. c. no. 2. — Curtis, Bot. Magaz. t. 296.) **TORTUOSUM** B. Webb et Berthelot l. c. 184. — Caule fruticoso decumbente contorto; foliis spathulatis, subtus convexiusculis in petiolum attenuatis glanduloso-pubescentibus; paniculis cymosis erectis; squamis digitato-fimbriatis aut subbilobis, lobis fimbriatis. ♄ — Caulis tortuosus decumbens. Rami erectiusculi. Folia spathulata, apice subacuta glanduloso-pubescentia, subtus convexiuscula, in petiolum crassum attenuata. Paniculae cymosae bis aut ter dichotomae foliosae. Flores magni pedicellati. Calyx campanulatus pubescens, ad medium usque 7-8-fidus, laciniis ovato-lanceolatis acutis trinerviis. Petala 7-8 anguste lanceolata apiculata 3-8-nervia. Filamenta omnia filiformia, basi in annulum cum petalis coalita. Antherae ovatae muticae. Squamae perigynae, basi angustae, apice digitato-fimbriatae, rarius subbilobae, lobis digitato-fimbriatis. Ovaria ovata, apice sub stylis gibba, lateribus glanduloso-pubescentia. Styli cylindracei glabri, mox extus divaricati. Stigmata demum capitata. Carpidia follicularia brevia, antice gibba, ad suturam interiorem dehiscentia. Placentae prope marginem interiorem curvatae. Semina ovato-pyriformia. — Crescit in rupestribus calidissimis insulae Teneriffae.

5. AI. (SEMPERVIVUM Chr. Smith in Buch, Canar. Ins. 155. — DC. l. c. 413.) PYGMAEUM B. Webb et Berthelot l. c. 184. — Foliis spathulatis hirtis; caule declinato paucifolio unifloro; petalis aristulatis. ♃? — Caulis vix pollicaris. — Crescit in insula Canariensi Lancerotta in rupibus vallis Hariae.

4623/1. AEONIUM *B. Webb et Berthelot.*

(B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. I. 184.)

Calyx campanulatus cyathiformis aut turbinatus, apice 6-12-dentatus, ad medium usque 6-12-fidus. Petala totidem quot calycis laciniae, perygina, stamina superantia, ad apicem disci hypogyni inserta, basi in annulum cum filamentis coalita, aestivatione imbricata, apice contorta. Stamina petalorum numero dupla breviora petalis opposita, filamenta filiformia aut magis minusve dilatata, antherae ovatae aut rotundato-ovatae obtusae acutiusculae aut apiculatae, sacculis confluentibus, lateraliter dehiscentibus, post emissionem pollinis revolutis. Squamae perigynae nullae vel quadratae claviformes aut obcordatae, apice integrae aut obsolete crenatae erectae, ovariis applicatae. Ovaria petalis numero aequalia, intus recta aut subincurva acuta, basi receptaculo immersa. Styli triquetri extus leviter incurvi, stigmata acuta, demum papilloso-capitata. Carpidia follicularia indehiscentia aut demum basi et dorso per diruptionem dehiscentia. Placentae filiformes, ad marginem interiorem carpidii, aut crassae per medium valvarum curvatae. Semina elongato-ovata aut oblique subpyriformia. Embryo ovatus obesus. Cotyledones ovatae sessiles. Radicula brevissima obtusa. — Suffrutices Canarienses ramosi aut herbae basi lignescentes, propagines emittentes. Folia rosulata crassa, subtus convexa vel gibba, margine pilosa cartilagineo-ciliata aut papillata. Paniculae cymosae aut thyrsoideae. Flores lutei vel fulvi, rarissime rosei. Pedicelli in praefloratione nutantes. Inflorescentia centrifuga.

a. Squamae perigynae nullae. Paniculae cymosae.

1. AE (SEMPERVIVUM B. Webb in Hort. Milf.) CRUENTUM B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens I. 186. t. 28. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XIV. t. 61. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 935.*) — Caule fruticoso erecto; ramis rectis puniceo-cruentatis glanduloso-puberulis; paniculis cymosis; foliis cuneato-spathulatis glaberrimis crassis, basi in petiolum attenuatis, margine papillosis, supra viridibus subcanaliculatis, subtus convexiusculis, lineolis sanguineis notatis; floribus parvis 6-8-meris; antheris muticis; carpellis brevibus antice subrectis, dorso planis. ♁ — Suffrutex erectus bipedalis ramosissimus, ligno tenacissimo, cortice fusco aut purpuracente rugoso scabro. Rami elongati recti 2-3-chotomi, dichotomiarum angulis acutis, purpureo-sanguinei glabri foliosi, demum nudi cicatriculosi. Folia ad apicem ramorum rosulata, mox ramis floridis sparsa, cuneato-spathulata crassa, supra subcanaliculata viridia, subtus lineolis cruentis notata convexa, margine papillosa. Paniculae ad apicem ramorum saepius longissimorum cymosae floribundae. Flores parvi 6-8-meri. Calyx campanulatus, ultra medium 6-8-fidus, laciniis lanceolatis crassiusculis. Petala fulva lanceolato-spathulata uninervia, nervo ad basin nervulis 2 aucto, apice in apiculum protruso. Filamenta filiformia, apice subulata. Antherae rotundatae, utrinque obtusae. Squamae perigynae nullae. Ovaria brevia, receptaculo ima basi immersa. Ovula elongato-ovata obtusa, apice chalaza, basi prope hilum apiculatum exostomate notata. Styli extrorsum leviter incurvi. Stigmata demum capitata. Carpidia follicularia subtriquetra, dorso latiusculo plano, stylis persistentibus vix longiora, ad suturam ventralem acuta, dorso et basi per diruptionem dehiscentia. Placentae a basi ad apicem curvatim per medium fere valvarum procurrentes. Semina fusca ovato-pyriformia, tenuiter striata. Embryo brevis ovato-claviformis. — Crescit in insula Canariensi Palma locis saxosis.

2. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in hort. Milf.) STREPSICLADUM B. Webb et Berthelot l. c. 187. t. 31. — Caule suffruticoso erecto saepe tortuoso; ramis

divaricatis rubescentibus, apice viscoso-puberulis; paniculis cymosis; foliis ovato-subspathulatis subfoliaceis, utrinque planis glabris viscidis, margine papillosis, subtus lineolis rubris aut purpureis notatis; floribus 8–10-meris; antheris acutiusculis; carpellis obesis antice gibbis, dorso canaliculatis. ♃ — Suffrutex erectus tripedalis tortuosus, ligno tenaci, cortice fusco-cinereo lacero. Rami divaricati irregulariter flexi, demum suberecti, apice rubescentes viscido-puberuli. Folia ad apicem ramorum rosulata, demum sparsa subfoliacea fusco-viridia, utrinque planiuscula ovato-spathulata aut subrhomboideo-spathulata, basi attenuata subcanaliculata glabra viscida, margine papillosa, pagina inferiore rubro- aut purpureo-lineolata. Calyx campanulatus glaber, ultra medium 8–10-fidus, laciniis lanceolatis. Petala lutea ovato-lanceolata, ad apicem latiora acutiuscula. Filamenta omnia filiformia glabra, antherae ovatae, apice attenuatae. Ovaria brevia antice gibba, dorso canaliculata. Styli breves triquetri, stigmata capitata. Carpidia brevia obesa, antice gibba, dorso canaliculata. — Crescit in insulis Canariensibus.

3. AE. (SEMPERVIVUM Sims, Bot. Magaz. t. 1980. — DC. Prodr. III. 412. no. 12.) **SMITHII** B. Webb et Berth. l. c. 187. — Ramis divaricato-ascendentibus, apice hispidis; foliis latis subfoliaceis cochleatis obovato-rhomboideis acutiusculis sessilibus, basi attenuatis, margine papillosis et glanduloso-ciliatis, supra lucidis, intense viridibus, subtus planiusculis viridi- aut purpureo-lineolatis; floribus 8–12-meris; filamentis basi dilatatis; antheris obtusis. ♁ — Calyx campanulatus, ad medium usque 8–12-fidus, laciniis lanceolatis acutis subherbaceis glanduloso-hirtis, trinerviis. Petala 8–12 lanceolata, basi attenuata apiculata. Filamenta apice subulata, basi dilatata. Antherae ovato-rotundatae obtusae. Squamae perigynae nullae. Ovaria 8–12 brevia, dorso latiuscula, angulo interiore acuto, basi receptaculo angusto, antice columnae centrali valde prominenti alte connexa. Styli breves rectiusculi, leviter refracti. Stigmata demum ovato-capitata. Carpidia brevia, dorso lata, basi et antice ad columnam centralem dehiscentia. Placentae a columna centrali per valvas procurrentes, valde curvatae breves semilunatae, nec ad basin styli productae. — *Sempervivum foliosum* Cbr. Smith ex Lnk. Hort. Berolin. 38. — Crescit in rupibus insulae Teneriffae.

4. AE. (SEMPERVIVUM C. Smith, Hort. Berol. 37. — DC. l. c. no. 13.) **BARBATUM** B. Webb et Berthelot l. c. 188. t. 30. — Ramis horizontalibus claviformibus, radiculis longis capillaribus saepe barbatis; foliis arcte rosulatis lineari-lanceolatis subspathulatis acutis glabris, utrinque lineolatis, margine papillosis, subtus convexis; floribus 8–10-meris; antheris acutis; squamis perigynis nullis. ♃ — *Sempervivum lineolare* Haw. Suppl. pl. succul. 69. — *Sempervivum spathulatum* Hornem. Suppl. cat. hort. Hafn. 60. — In rupibus siccissimis insulae Teneriffae.

β. Squamae perigynae quadratae, clavatae aut obcordatae.

† Panicula cymosa.

5. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in Hort. Milf.) **LINDLEYI** B. Webb et Berthelot l. c. 189. t. 33. — Caule fruticoso tortuoso subdiffuso; foliis sessilibus ovato-spathulatis glutinosis, undique glanduloso-pubescentibus, margine integerrimis; floribus 8–9-meris; petalis acutis; filamentis filiformibus, antheris ovato-rotundatis muticis; squamis magnis apice dilatatis integris aut emarginatis; carpidiis antice rectis viscoso-glandulosis. ♁ — Rami lignosi tortuosi subdiffusi, demum ascendentes, cortice cinereo, ligno fusco durissimo, floriferi breviusculi, apice fusco-purpurascentes, glanduloso-pubescentes. Folia valde glutinosa crassiuscula ovato-spathulata aut ovato-cuneata obtusa vel subacuminata fusco-viridia, 7–8 lin. longa, 3–5 lin. lata, basi attenuata sessilia, undique glanduloso-pubescentia. Paniculae cymosae breves subcongestae foliosae, ramulis subalatis, pedicellis filiformibus. Flores luteo-fulvi. Calyx campanulato-disciformis hirtus glanduloso-viscosus, fere ad medium usque 8–9-fidus, laciniis ovato-triangularibus acutiusculis. Petala elongato-lanceolata, dorso glandulosa, apice acuminata. Stamina 16–18, basi cum petalis coalita. Filamenta

filiformia, antherae ovato-rotundatae muticae. Ovaria angulo interno recta, viscoso-glandulosa, basi inter se connata et receptaculo immersa. Ovula elongato-ovata, utrinque obtusiuscula. Styli ovariorum longitudine subcylindracei laeves, stigmata acuta. Carpidia follicularia erectiuscula glanduloso-pubescentia, in casulis receptaculi nidulantia, basi et saepissime toto dorso per diruptionem dehiscentia. Placentae ad suturam ventralem subrectae leviter incurvae. Semina oblique pyriformia luteo-fusca striata, apice ad chalazam fusco-notata, basi ad hilum mucronulata. — *Sempervivum villosum* Lindl. Bot. Regist. t. 1553. (nec Haw.) — Crescit in rupestribus siccis insulae Teneriffae.

6. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb, Phytogr. Canar. I. t. 32.) GOOCHIAE B. Webb et Berthelot l. c. 190. — Caule fruticoso tortuoso diffuso; foliis laxe rosulatis subherbaceis ovatis obtusiusculis petiolatis, margine obsolete sinuatis glutinoso-viscosissimis; floribus octomeris cymosis; cymis brevibus laxis; calyce cyathiformi viscoso; petalis lineari-lanceolatis, dorso margineque glandulosis; filamentis filiformibus, antheris muticis; squamis clavatis, apice obcordatis aut subcrenatis; carpidiis elongatis angustis antice rectis. ♁ — Caulis ligno albido poroso, cortice fusco. Rami dichotomi ascendentes, apice foliosi, rufescentes breviter pubescentes glanduloso-viscosi. Folia ad apicem ramorum laxe rosulata subcrassa, utrinque plana, margine integra subsinuata, ovata aut rotundato-ovata obtusiuscula aut subacuta, undique glutinoso-viscosissima glanduloso-puberula viridi-rufescentia petiolata, petiolo foliis subbreviore. Flores rosei melliti, ad apices ramorum inter foliorum rosulas cymosi, cymis brevibus laxis. Pedicelli filiformes glanduloso-viscosi. Calyx cyathiformis viscoso-pubescens, fere ad medium 7-8-fidus, laciniis lanceolatis, apicem versus attenuatis acutis. Corolla 7-8-petala, petalis lineari-lanceolatis subtrinerviis carinatis acutissimis, dorso et margine glandulosis. Filamenta filiformia, antherae ovatae muticae, lateribus dehiscentes, post pollinis emissionem revolutae. Squamae perigynae planae crassiusculae claviformes, apice obcordatae aut rotundatae subcrenatae. Ovaria calycis longitudine, glanduloso-pubescentia, basi in receptaculi alveolis recepta. Styli triquetro-filiformes laeves erecti, petalorum longitudine, mox eadem et stamina superantes. Carpella follicularia elongata angusta, apicem versus attenuata, dorso incurva, antice recta, dorso et basi per diruptionem ad apicem alveolorum receptaculi quibus adhaerent dehiscentia. Placentae subsuturales rectae. Semina elongato-ovata, longitudinaliter striata, embryo cylindraceo-ovatus, cotyledones ovatae, apice rotundatae, radicula brevissima obtusa. — Crescit in insulae Palmae rupibus calidis.

7. AE. (SEMPERVIVUM Chr. Smith, Hor. physic. Berol. 38. — DC. l. c. 412. no. 14.) CAESPITOSUM B. Webb et Berthelot l. c. 191. — Caule abbreviato propagines emittente; foliis sessilibus elongato-lanceolatis, pilis longis ciliatis, superioribus ligulatis, utrinque lineolatis; paniculis glabris; floribus 7-9-meris; dentibus calycinis apice glanduloso-ciliatis; filamentis filiformibus; squamis breviusculis subquadratis, apice obsolete crenulatis. ♃ — Caulis caespitosus decumbens propaginibus procurrens. Folia elongato-lanceolata glabra, pilis longis mollibus ciliata, utrinque virescenti- aut purpureo-lineolata, sessilia, caulina subligulata. Flores dichotome pedicellati, pedicellis saepe subalatis. Calyx glaber campanulatus 7-9-fidus, laciniis lanceolatis acutiusculis, ciliis glandulosis apiculatis, basi purpureo-lineolatis. Petala ovata lanceolata subquinquenervia, apice obsolete crenata obtusiuscula. Filamenta filiformia, ima basi dilatata, antherae ovatae, apice attenuatae obtusiusculae, loculis post pollinis emissionem revolutis. Squamae perigynae apice rotundatae lineolatae subplicatae obsolete crenato-dentatae. Ovaria breviuscula glabra, placentae prope suturam internam curvatae. Ovula elongato-ovata. — *Sempervivum ciliatum* Sims, Bot. Magaz. t. 1978. (nec Willd.) — *S. barbatum* Hornem. Suppl. cat. pl. hort. Hafn. 61. — *S. ciliare* Haw. Revis. succ. pl. 64. — Crescit in insulis Canariensibus 5000-5400 ped. supra oceanum.

8. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss.) BALSAMIFERUM B. Webb et Berthelot l. c. 192. — Caule fruticoso erecto; foliis elongato-spathulatis subcartilagineo-

ciliatis acuminatis balsameo-viscosis; calycis campanulato-cyathiformis dentibus late ovatis; antheris elongato-ovatis apiculatis; squamis quadrato-claviformibus, apice eroso-crenatis; ovariis basi inter se connatis, stylis apice incurvis. ♁ — Caulis robustus cinereus. Folia crassa viridia, saepe lutescentia elongato-spathulata, basi attenuata subcartilagineo-ciliata glabra aut brevissime glanduloso-pubescentia balsameo-viscosa, in rosulam ovatam ad apicem ramorum congesta. Paniculae glutinosae glaberrimae. Calyx campanulato-cyathiformis glaberrimus lutescens 9-fidus, dentibus latis ovatis crassis acutiusculis, margine submembranaceis. Petala late lanceolata glabra trinervia acutiuscula. Filamenta dilatata, antherae elongato-ovatae, loculis apiculatis. Squamae perigynae quadrato-claviformes, apice erosae aut eroso-subbilobae. Ovaria glabra elongata subangusta, antice acuta subrecta, basi inter se et cum columna centrali coalita. Placentae ad suturam ventralem incurvae. Ovula elongato-pyriformia, in massam placentis coalitis conjunctam aggregata. Styli cylindraceo-subtriquetri, apice incurvi, stigmata capitata. — Crescit in rupestribus calidissimis insulae Canariensis Lancerottae.

9. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in Hort. Milf.) **HOLOCHRYSUM** B. Webb et Berthelot l. c. 194. — Caule fruticoso crasso; ramis divaricatis; foliis plano-rosulatis glabris, apice rotundato-spathulatis subapiculatis, basi sensim attenuatis, molliter ciliatis, subtus ad carinam purpureo-lineolatis; floribus aureis in thyrsum densum aggregatis 7-9-meris; filamentis dilatatis, antheris ovatis apiculatis; squamis rhomboideis, apice emarginatis. ♃ — Caulis rectus rigidulus crassus, ramis divaricatis, cicatricibus foliorum lineari-rhomboideis crebris notatis, cortice cinereo. Folia crassiuscula, pagina superiore plana, basi subcanaliculata, inferiore subcarinata, carina striis purpureis lineata glabra griseo-prasina, in rosulam regularem complanatam digesta, apice ovato- aut rotundato-spathulata mucronulata, basi sensim attenuata, margine molliter ciliata. Panicula magna, densissime thyrsoidea. Flores aurei. Calyx campanulatus glanduloso-subpubescens 9-10-fidus, laciniis lanceolatis obtusiusculis, trinerviis. Petala lanceolata, apice subspathulata uninervia, nervo basi nervulis plurimis stipato. Filamenta dilatata, apice subulata, breviora latiora, antherae ovatae, loculis apice breviter apiculatis. Squamae perigynae crassae latae rhomboideae concavae quadrinerviae, apice emarginatae aut irregulariter crenatae. Ovaria 9-10 breviuscula. Placentae margini interiori subparallelae, leviter curvatae. Ovula cylindracea, basi ad hilum acuta. Carpella follicularia angusta rufa scabra, angulo interno incurva. Semina oblique elongato-ovata, minutissime striata, embryo brevis ovato-claviformis. — *Sempervivum urbicum* Lindl. Bot. Regist. t. 1741. (nec Smith). — Crescit in rupestribus siccis insulae Teneriffae.

10. AE. (SEMPERVIVUM Salm-Dyck, Catal. 253.*) **HAWORTHII** B. Webb et Berthelot l. c. 193. t. 34. — Caule ramosissimo; ramis brevibus apice foliosis; foliis rosulatis ovatis crassis acutis glaucis cartilagineo-ciliatis; floribus magnis 7-9-meris; filamentis dilatatis papillosis, antheris ovatis mucronatis; squamis perigynis subquadratis, apice integris. ♁ — Caulis a basi ramosissimus, ramis crebris brevibus, apice foliosis. Folia rosulis patentibus aggregata ovata glauca sessilia crassa acuta, subtus convexa, margine cartilagineo-ciliata. Calyx campanulatus glaberrimus 7-9-fidus, laciniis lanceolatis acutis. Petala lanceolata carinata acuta, basi subseptemnervia. Filamenta papillosa, breviora petalis opposita valde dilatata, apice subulata, dorso carinata, longiora apice subulato-filiformia, basi dilatata, antherae mucronatae, basi obtusae, staminum breviorum elongato-ovatae, longiorum cylindraceae, a basi usque ad loculorum mucronem lateraliter dehiscentes. Squamae perigynae subquadratae diaphanae, apice integrae. Ovaria elongata erecta angusta glandulosa, styli elongati triquetri, angulis subalatis, apice subglandulosi, basi laeves. Placentae ad angulum interiorem inflexae. Ovula ovato-pyriformia, apice obtusa, basi acutiuscula. — Crescit in insulae Teneriffae rupibus maritimis.

11. AE. (SEMPERVIVUM Chr. Smith in Hornem. Cat. pl. hort. Hafn. 60. — DC. l. c. 411. no. 7.) URBICUM B. Webb et Berthelot l. c. 194. t. 29. — Caule frutescente erecto; foliis creberrimis in rosulam spissam glomerulatis, anguste spathulatis glabris acuminatis serrato-ciliatis, basi in petiolum quadrangularem attenuatis; floribus albido-virescentibus in thyrsum maximum diffusum digestis 8-9-meris; calycis glabri dentibus ovato-triangularibus; filamentis dilatatis, antheris ovatis apiculatis. ♁ — Caulis robustus saepe 2-3-pedalis, cortice cinereo, foliorum cicatricibus rhomboideis crebris tessellatus. Folia crassa cartilaginea glaberrima lucida, laete viridia, anguste spathulata, margine serrato-ciliata, laete viridia, basi in petiolum quadrangularem attenuata. Panicula elongata racemoso-diffusa, ramulis ascendentibus longis, apice cymas floriferas gerentibus. Flores albo-virescentes. Calyx campanulatus glaberrimus breviter 8-9-fidus, dentibus ovato-triangularibus acutis. Corolla 8-9-petala, petalis lanceolatis acutis, dorso carinatis glabris. Filamenta glabra, breviora petaloideo-dilatata, dorso carinata, apice subulata, longiora apice subulato-filiformia, basi dilatata, antherae ovatae glabrae, loculis mucronatis. Squamae perigynae quadratae, apice obsolete marginatae. Ovula elongata erecta glabra. Styli triquetri, stigmata capitata. Placentae ad marginem interiorem curvatae. Ovula ovato-pyriformia, basi subacuta. — Crescit in rupibus et in aedificiorum tectis insulae Teneriffae.

12. AE. (SEMPERVIVUM Willd. Enumer. 508. — DC. l. c. no. 4.) CILIATUM B. Webb et Berthelot l. c. 193. — Caule fruticoso; foliis crassis in rosulam stellatam laxiusculam aggregatis glabris glauco-virescentibus spathulato-lanceolatis cartilagineo-serratis mucronatis; thyrsis laxe racemosis longissimis, ramulis ascendentibus, apice floriferis; floribus virescentibus aut sublateritiis 7-8-meris; calyce crateriformi glabro; petalis lineari-lanceolatis; filamentis dilatatis, antheris ovatis apiculatis; squamis tetragonis emarginatis aut subobcordatis. ♁ — Caulis erectus. Folia magna spathulato-lanceolata, basi attenuata, in rosulam laxiusculam stellatam aggregata glaberrima lucida glauco-virescentia aut in apice rubescentia indurata, stomatibus creberrimis minimis quasi puncticulato-lineolata, margine potius cartilagineo-serrata quam ciliata, apice in mucronem durum recurvum protracta. Thyrsi nunc sesquipedales, nunc sesquibrachiales, ramulis elongatis ascendentibus nudis, apice cymigeris. Flores virescentes, aut sole percussi ad petalorum carinas lateritii. Calyx crateriformis 7-8-fidus, laciniis lanceolatis acutis, leviter glanduloso-pubescentibus. Petala lineari-lanceolata aut linearia acuta. Filamenta apice subulata, sensim dilatata, breviora petalis opposita latiora, antherae ovatae pubescentes apiculatae. Squamae perigynae tetragonae planae tenues diaphanae, apice et lateribus emarginatae. Ovaria elongata gracilia, angulo interiore acutissimo plano diaphano recto, lateribus pustulata. Styli recti demum leviter recurvi, stigmata acuta, mox capitata. Ovula numerosissima elongato-ovata, basi acuta, apice obtusa. Placentae a margine interiore leviter curvatae. Carpella follicularia elongata, basi diruptione partis liberae dehiscentia. — Crescit in rupibus insularum Canariensium.

13. AE. (SEMPERVIVUM Linn. Spec. plant. 664. — DC. Pl. grass. t. 141. et Prodr. III. 412.) CANARIENSE B. Webb et Berthelot l. c. 196. — Caule suffruticoso crasso; foliis magnis obovato-spathulatis molliter pubescentibus mucronatis, in petiolum attenuatis, floralibus sessilibus rotundatis; thyrso laxiusculo folioso, ramulis apice regulariter bi-trichotomis; floribus pallide citrinis 7-9-meris; calyce campanulato villoso; petalis linearibus; filamentis filiformibus, antheris ovatis apiculatis; squamis planis subtriangularibus, apice integris aut obsolete crenatis. ♃ — Caulis crassus brevis. Folia in rosulam complanatam digesta, exteriora magna laxa, obovato-spathulata crassa mucronata, basi in petiolum attenuata, mollissime pubescentia, caulina obovato-rotundata. Thyrsus elongatus racemosus laxus villosus, ramulis horizontalibus breviusculis. Flores pallide citrini, pedunculis secundis demum nutantibus. Calyx campanulatus, post inflorescentiam urceolatus, mox patens villosissimus 7-9-fidus, laciniis ovato-lanceolatis acutis. Petala

linearia acuta. Filamenta filiformia, antherae ovatae apiculatae. Squamae perigynae breves subtriangulares, apice latiores integrae aut obsolete emarginatae, gutta liquoris dulcis quotidie mane scatentes. Ovaria elongata, angulo interiore sub stylo recta. Styli breves subdilatati, stigmata acuta, demum capitata. Carpidia follicularia elongata. Placentae ad marginem interiorem leviter incurvae. Semina elongato-ovata, basi apiculata, embryo rectus obesus claviformis. cotyledones ovatae, radicula brevissima obtusa. — Pluken. Phytogr. IV. t. 314. fig. 1. — Commulyn, Hort. Amstelod. II. 189. t. 95. — Crescit in rupestribus insularum Teneriffae et Palmae.

† *Species inquirendae.*

14. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in Hort. Milf.) **UNDULATUM** B. Webb et Berthelot l. c. 197. — Caule fruticoso robusto; foliis spathulato-ovatis, basi attenuatis mucronatis tenuibus crispato-undulatis dilute viridibus, saepe rubescentibus, margine ciliatis, ciliis spissis mollissimis. ♁ — Crescit in insulis archipelagi Fortunati.

15. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in Hort. Milf.) **YOUNGIANUM** B. Webb et Berthelot l. c. — (Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVII. t. 35.) — Caule fruticoso crasso; foliis subcartilagineis crassis lucidis saturate viridibus obcordato-spathulatis, basi subtetragonis, apice obsolete mucronatis, margine attenuatis breviter ciliatis. ♁ — Crescit in insulis archipelagi Fortunati.

16. AE. (SEMPERVIVUM B. Webb mss. in Hort. Milf.) **CUNEATUM** B. Webb et Berthelot l. c. — Caule fruticoso crasso; foliis rigidis elongato-cuneatis laete viridibus, apice mucronatis, ad basin sensim attenuatis tetragonis, margine breviter ciliatis. ♁ — Crescit in insulis archipelagi Fortunati.

†† *Species dubiae.*

17. *AE. (SEMPERVIVUM Haw. Philos. Magaz. 1827. p. 125. — DC. l. c. 411. no. 9.) **FRUTESCENS** B. Webb et Berthelot l. c. 198.

18. *AE. (SEMPERVIVUM Haw. Revis. pl. succ. 65. — DC. l. c. 414. no. 32.) **LAXUM** B. Webb et Berthelot l. c.

4623½. **GREENOVIA** *B. Webb et Berthelot.*

(B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. I. 198. t. 36.)

Calyx crateriformis 28-32-fidus persistens. Corolla 28-32-petala, petalis perigynis angustis, disco hypogyno insertis, ope filamentorum in annulum cum staminibus coadunatis persistentibus. Stamina numero petalorum dupla, breviora petalis opposita, filamenta dilatata, antherae ovatae muticae, loculis confluentibus, lateraliter dehiscentibus. Squamae perigynae nullae. Ovaria totidem quot petala, angusta, disco hypogyno ad medium immersa. Styli erecti demum divaricati, stigmata capitata. Placentae filiformes, per mediam valvam curvatim protrusae horizontales. Ovula creberrima, superiora erecta, inferiora pendula. Carpella follicularia angusta, medio valvarum diruptione inter placentas dehiscentia. Semina minutissima subpyriformia, perispermium carnosum parcum, embryo brevissimus ovato-claviformis, cotyledones ovatae sessiles, radicula brevissima obtuse conoidea. — Herbae succulentae Canarienses: floribus aureis ad apicem scapi foliosi cymosis.

1. GR. **AUREA** B. Webb et Berthelot l. c. 199. t. 37. — Hook. Bot. Magaz. t. 4087. — Foliis glaberrimis glaucis obovato-spathulatis sessilibus, margine membranaceo-cartilagineis, saepe irregulariter eroso-crenatis; pedicellis glanduloso-pubescentibus. ♃ — Radices plures fibrosae. Caulis vix ullus aut brevis fuscus, foliorum rosulis cyathiformibus superatus, stolones aut propagines emittens. Folia crassa sessilia elongato- aut obovato-spathulata apiculata aut mutica glaucescentia, margine membranaceo-cartilaginea integra aut obsolete crenata. Scapus e medio rosularum 1-2-pedalis sulcatus glaber foliosissimus, foliis obovatis aut rotundatis imbricatis. Rami floriferi ad apicem scapi cymosi, semel aut bis dichotomi,

apice subalati pubescentes, bracteis lanceolatis acutis. Flores subsessiles aut breviter pedicellati. Calyx hypocrateriformis glanduloso-pubescens, fere ad medium usque 28-32-partitus, laciniis lineari-lanceolatis crassiusculis acutis. Petala 28-32 linearia uninervia integra, apice acuminata, laciniis calycinis alternantia, subtriplo longiora et paullulum infra earum basin disco hypogyno inserta, inter se basi libera, sed ope filamentorum alternantium, quibus adhaerent, in annulum connexa. Stamina 56-64, quorum 28-32 petalis opposita, ante ea inserta et eorum basi coalita, longiora 28-32 alternantia, altius supra discum sive inferius inserta. Filamenta apice subulata, omnia basi dilatata, antherae elongato-ovatae planae, basi et apice rotundatae, loculis inter se confluentibus, ad latera dehiscentibus. Ovaria compressa conferta angustissima, medio antice ad apicem disci gibba, ad medium usque disco carnoso immersa, valvarum dimidio superiore libero coriaceo opaco rufescente, inferiore immerso tenuissime chartaceo diaphano, dorso angusto crasso albido. Placentae 2 filiformes, a receptaculo per medium valvarum subhorizontaliter fere ad dorsum, ubi curvationem efficientes conjunguntur, protrusae, ovarium in 2 partes fere aequales dispertientes. Ovula numerosissima in massam aggregata elongato-ovata, placentis undique circumcirca affixa et hinc superiora erecta, dorsalia horizontalia, inferiora pendula. Stylus anceps suberectus, demum in fructu extus incurvus, stigma acutum. Carpidia follicularia angustissima, medio per diruptionem ad placentas irregulariter dehiscentia, dimidiis superioribus receptaculo valvarum dimidiis inferioribus immersis notato, dorso solidato persistente attinente. Semina minima fusca elongato-ovata aut subpyriformia minutissime striata, basi ad hilum apiculata, apice ad chalazam acutiuscula, perispermium carnosum tenuiusculum, seminis tegmen crustans, embryo brevissimus claviformis, cotyledones rotundato-ovatae sessiles, radicula cotyledonibus angustior brevissima conoidea, basi obtusiuscula. — *Sempervivum aureum* Chr. Smith, Hor. phys. Berol. 57. — DC. Prodr. III. 412. — *S. calyciforme* Haw. Suppl. succul. pl. 69. — Bot. Regist. t. 892. — *S. dodrantale* DC. l. c. et Mém. Crass. 40. t. 11. — In rupestribus elatis Teneriffae insulae.

2. GR. DODRANTALIS B. Webb et Berthelot l. c. 200. — Foliis integerrimis oblongo-ovatis glabris petiolatis; cymis divaricatis; pedunculis calycibusque hirtis. ♃ — *Sempervivum dodrantale* Willd. Enumer. I. 508. — Crescit in rupestribus insulae Teneriffae.

462$^3/_3$. PETROPHYES *B. Webb et Berthelot.*

(B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canar. I. 201. t. 36.* et 39. — *Monanthes* Haworth.)

Calyx disciformis 7-12-fidus persistens. Corolla 7-12-petala, petalis linearibus aut lineari-lanceolatis, disco hypogyno insertis. Androecium e verticillis 3, primus staminum petalis oppositorum longiorum (in praefloratione breviorum), alter staminum breviorum, tertius seu interior staminodiorum seu squamarum perigynarum. Filamenta filiformia, antherae rotundato-ovatae muticae. Staminodia flabelliformia aut cordato-flabelliformia imbricata breviter stipitata, etiam in praefloratione horizontalia, demum post anthesin erecta. Ovaria totidem quot petala, disco hypogyno basi immersa. Styli cylindracei, extus incurvi, stigmata acuta, demum papillato-capitata. Placentae suturales. Carpella follicularia, ad angulum internum dehiscentia. — Herbae Canarienses perennes pusillae decumbentes. Caules plurimi filiformes dichotomi, inter saxa reptantes aut breves bulboidei. Folia ad apicem ramorum rosulata crassa glaberrima claviformia aut per ramos elongatos opposita vel rarius alterna, uviformia vel scrotiformia. Racemi filiformes 2-3-9-flori, rarissime abortu uniflori, pedicellis capillaribus alternis, ante anthesin erectis, defloratis recurvis. Flores parvi, petalis, antheris staminodiisque purpureis. Inflorescentia centripetalis.

1. P. POLYPHYLLUM B. Webb et Berthelot l. c. 201. t. 36.* A. — Caulibus pluribus dichotomis; foliis confertissimis congestis ovato-clavatis; racemis brevibus 2-4-floris, rarius unifloris; pedicellis et calyce pilis longis hirtis; petalis linearibus

piloso-glandulosis; staminodiis flabelliformibus, margine dentato-fimbriatis. ♃? — Caules plurimi debiles crassi cinerei filiformes dichotomi, sub terra et musco repentes, radicantes. Folia ad apices ramorum in rosulas conicas confertissimas congesta clavata, apice ovata, crassa glaberrima rugoso-papillata, stomatibus creberrimis puncticulata prasina tenerrima, saepe sub sole purpurascentia, utrinque convexa. Racemi breves 2–4-flori, rarius per abortum uniflori. Pedicelli elongati filiformes purpurei, pilis longis patulis glandulosis hirti. Calyx disciformis hirtus, ad medium usque subseptemfidus, laciniis lanceolatis acutiusculis. Petala linearia apice acuta subcarinata, pilis diaphanis apice glandulosis fimbriata. Filamenta staminum longiorum apice subulata, basi subdilatata, breviorum filiformia, antherae rotundato-ovatae muticae. Staminodia breviter stipitata flabelliformia, margine irregulariter fimbriato-dentata. Ovaria brevia glabra papillosa, ovula ovata. Styli cylindracei laeves, extus subincurvi, stigmata acuta. Carpidia follicularia antice curvata subgibba. Semina ovata leviter striata, embryo ovatus, cotyledonibus subrotundis, radicula brevissima. — *Semperviwum Monanthes* Ait. Hort. Kew. (edit. 1.) II. 149. — DC. Prodr. III. 414. no. 28. — Curtis, Bot. Magaz. t. 93. — DC. Pl. Grass. t. 157. — *Monanthes polyphylla* Haw. Revis. 68. — Crescit in rupestribus regionum inferiorum in insulis Palma et Teneriffa.

2. P. BRACHYCAULON B Webb et Berthelot l. c. 202. t. 36.* B. — Caulibus brevibus crassis bulbosis aut cylindraceo-clavatis; foliis laxe rosulatis spathulato-claviformibus; racemis 5–7-floris, pedicellis et calyce breviter hirsutis; petalis lanceolatis glabris; staminodiis subflabelliformibus late cordatis, apice subemarginatis, margine dentato-crenatis. ♃ — Caulis brevis crassus bulboideus aut cylindraceo-claviformis. Folia majora quam in specie antecedente laxius rosulata spathulato-claviformia, dilute prasina glaberrima, pagina superiore planiuscula, inferiore convexa subrugoso-papillosa, stomatibus crebris puncticulata. Racemi 5–7-flori saepe coeruleo-purpurascentes, pedicelli elongati filiformes hirtelli. Calyx disciformis glanduloso-hirsutus, laciniis acutis trinerviis. Petala 7 lanceolata acuta uninervia, margine saepe fusco-lineolata. Filamenta filiformia, antherae rotundato-ovatae (juniores quadrato-subcubicae), loculis post emissionem pollinis revolutis. Staminodia late cordata, breviter stipitata, ovariorum et laciniarum calycinarum fere longitudine, apice subemarginata, margine dentato-crenata. Ovaria subtriquetra lata, sub stylo rotundato-gibbosa, styli filiformes, ovariis subbreviores, demum saepe curvato-refracti, stigmata acuta, demum capitata. Carpidia follicularia brevia lata glabra, dorso trinervia. Semina ovata compressiuscula, basi aliquando attenuata, tenuissime longitudinaliter striata, embryo minimus ovatus obesus, utrinque obtusissimus, cotyledones rotundatae sessiles, radicula crassa brevissima rotundato-obtusa. — Crescit in rupestribus circa Orotavam et alibi in Teneriffa insula.

3. P. AGRIOSTAPHIS B. Webb et Berthelot l. c. 203. t. 39. — Caule elongato filiformi repente radicante; foliis oppositis, rarius alternis, uviformibus sessilibus; racemis 6–12-floris; pedicellis et calyce glanduloso-pubescentibus; petalis linearilanceolatis glabris; staminodiis flabelliformibus, basi subcordatis, apice profunde emarginatis, margine obsolete crenatis. ♃ — Caulis subligneseens prostratus reptans. Rami erectiusculi teretes fusci laevigati dichotomi, crassitie pennae columbinae. Folia opposita, superiora aliquando alterna, crassa glaberrima uviformia aut scrotiformia sessilia, supra canaliculata, subtus convexa, versus basin et apicem attenuata, obtusa. Racemi ad apicem ramorum glanduloso-puberuli, debiles, sensim attenuati 6–12-flori. Pedicelli capillares elongati. Calyx disciformis glaber papillosus 5–7-dentatus, dentibus pyramidatis acutis trinerviis. Corolla 5–7-petala, petalis lineari-lanceolatis, dentibus calycinis duplo longioribus, carinatis acutis glabris. Filamenta filiformia, apice subulata, longiora basin versus dilatata, antherae ovato-subquadratae, utrinque obtusae, lateraliter dehiscentes, loculis post emissionem pollinis revolutis. Staminodia breviter stipitata late subcordata, apice rotundata profunde emarginata, supra convexa pa-

pillosa, margine revoluta obsolete dentata. Ovaria staminodiorum longitudine, sub stylis gibberosa. Styli breves cylindraceo-triquetri, stigmata acuta, demum capitata. Carpella follicularia brevia glabra. — Crescit in rupestribus apricis circa oppidum Lagunae in insula Teneriffa.

Subordo II. *DIAMORPHEAE* Endl. l. c. p. 812.

Carpidia basi vel juxta totam longitudinem in capsulam pluriloculare coalita.

No. 4624. et 4625.

* *FRANCOACEAE.*

4627. TETILLA *DC.*

(DC. Prodr. IV. 667. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 265.*)

1. T. HYDROCOTYLIFOLIA DC. l. c. — Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. plant. Chil. I. 12. t. 19. — Guillem. in Deless. Icon. pl. select. III. 43. t. 77. — (Wlprs. l. c.*) — Herba annua tenera glabriuscula, hinc inde pilis tenerrimis brevibus apice glanduligeris adspersa 1–1½-pedalis. Folia radicalia vel paullo supra radicem caulina alterna longe petiolata cordato-orbicularia, diametro subbipollicari, sinuato-dentata palmatinervia, dentibus brevissimis saepius glandula terminatis, petioli saepius tripollicares plani, basin versus dilatati amplexicaules. Caulis teres gracilis scapiformis strictus simplicissimus vel inferne uno alterove ramo auctus, racemo simplicissimo elongato, apice subnutante terminatus. Pedicelli pilis brevissimis apice glanduligeris conspersi, circiter 3 lin. longi, totidem lineas dissiti, basi bractea lineari-lanceolata vix lineam unam superante sustenti erecti vel patentiusculi. (Reliqua cf. in charact. gener.) — *Dimorphopetalum Tetilla* Bertero, Mercurio Chilense 1829. 12–14. — *Anarmosa gracilis* Miers mss. — *Tetraplasium petiolare* Knze. Flora (B. Z.) XIV. 378. — Crescit in fissuris rupium graniticarum in Chile boreali.

Ordo XCIX. MESEMBRIANTHEMEAE *Fnzl.*

(Fnzl. Ann des Wien. Mus. I. 347. — Endl. Gener. plant. p. 945. — FICOIDEARUM genus Juss. ex DC. Prodr. III. 415. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 265. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 129. II. 93.)

5163. MESEMBRIANTHEMUM *Linn.*

(DC. Prodr. III. 415. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 265.)

1. M. (§. 50.) OLIGANDRUM Knze. Delect. semin. hort. Lips. 1845. collect. p. 3. (adnot.) — Caule herbaceo diffuse ramoso; ramis ascendentibus teretibus; foliis oppositis connatis, inferioribus spathulato-oblongis, supra canaliculatis, subtus costatis, superioribus linearibus; floribus e dichotomia pedunculatis 6–7-andris; calycis papulosi lobis linearibus, duobus superioribus longissimis; petalis uniserialibus, calyce clauso brevioribus albis. ♃ — Proximum videtur *M. papuloso* Linn., sed exiguo staminum petalorumque numero horumque brevitate et colore albo (nec luteo) eximie differt. — Crescit in Promontorio bonae spei.

Ordo C. REAUMURIACEAE *Lindl.*

(Lindl. Introduct. [edit. 2.] 91. — Endl. Gener. plant. p. 1037. — Wlprs Repert. bot. syst. II. 268. — TAMARISCINEARUM subordo II. REAUMURIEAE Meisn. Gener. plant. vascul. I. 129. II. 93.)

5479. **HOLOLACHNE** *Ehrenbrg.**)

[nec *Halolachna*, neque *Halolachne*.]

(Ehrenbrg. Linnaea II. 273. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 129. II. 93.)

1. **H.** (TAMARIX Pallas, Act. Petropolit. X. 374. t. 10. fig. 4. — DC. Prodr. III. 97.) **SOONGARICA** Ehrenbrg. l. c. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 268.*) — Ledeb. Fl. Alt. III. 222. et Ic. fl. Ross. Alt. illustr. t. 443. — Truncus lignosus, basi ½–¾ poll. crassus, ab ipsa basi ramosissimus. Rami prostrati vel ascendentes 3–6-pollicares divaricatissimi, varie flexi, inferne non raro diametro 2–3½-lineari, cortice fusco-griseo rimoso-lacero, hinc inde secedente obducti, iterum ramosissimi. Ramuli angulo subrecto patentes, adulti superficie fere ramorum, annotini foliosi albidi. Folia sparsa patentia sessilia semicylindracea, supra plana, versus apicem subincrassata glabra, undique punctis impressis seu glandulis instructa glauca, duas circiter lineas longa. Ex axillis inferioribus foliorum fasciculi, e superioribus flores, e summis subinde iterum foliorum fasciculi proveniunt. Flores solitarii sessiles, folio subalari et insuper bracteis duabus lateralibus oppositis foliaceis calyceque brevioribus suffulti. Calycis campanulati laciniae ovatae vel oblongae obtusae, quarum una vel duae caeteris nonnumquam latiores sunt. Petala albida persistentia oblongo-cuneata, apice rotundata. Stamina 8–10 petalis parum breviora, annulo hypogyno glanduloso inserta, hinc basi monadelpha. Germen ovatum glabrum 2–4-sulcatum, styli 2–4 cylindrici liberi, stigmata stylis vix crassiora truncata. Capsula 2 lin. longa, plerumque 3- rarius 2- vel 4-valvis dehiscens. Columella in fundo capsulae brevissima, apice lamellas sursum emittit tot quot valvae adsunt, tenuissime membranaceas longitudine capsulae, valvularum carinae vix adnatas, versus centrum capsulae porrectas, non inter se connatas, dissepimenta valvaria mentientia, facile a valvis secedentia, nec nisi ipsa basi cum columella cohaerentia, ita, ut capsula 2-3-4-locularis videatur. Cuivis lamellae ipsa basi semina inserta sunt duo magna, undique villis longis fuscis obducta, quorum alterum subinde abortu deficit, ita, ut ejusdem loco funiculus umbilicalis vulgo longior reperiatur. Lamella plerumque in ejusmodi loculamentum vacuum aut semivacuum inflectitur et tunc longitudinaliter complicata et carinata reperitur. — *Schanginia* Sievers mss. ex Pallas l. c. — Crescit in locis salsis deserti ad fluvium Tschujam in Soongaria.

5481. **EICHWALDIA** *Ledeb.*

(Ledeb. in Eichwld. Plant. Caspic. Caucas. 38. t. 34.)

1. **EI. PERSICA** Boiss. Diagnos. plant. nov. orient. III. 13. — Ramis striatis glabris dense foliosis; foliis fasciculatis subulato-linearibus carnosulis subcompressis acutiusculis glabrescentibus; pedunculis ad ramorum extremitatem conferto-subcapitatis foliosis, capsula brevioribus; sepalis imbricatis triangularibus, externis brevioribus obtusis, interioribus acutis; capsulae valvis oblongo-lanceolatis calyce triplo longioribus. ♁ — Rami recti simplices, more *Phylicarum* vel *Aspala-*

---

*) *Characteres generis quales a* **St. Endlicher** *et* **Meisner** *l. l. c. c. exponuntur in descriptione speciei emendati sunt.*

thorum quorundam foliis rigidulis fasciculatis undique tecti. Fasciculi compositi foliis 4–5, uno sublongiori, caeteris axillaribus, omnibus 3–4 lin. longis, ⅓ lin. crassis. Pedunculi 2–6 inter se oppositi, racemum subcapitatum formantes foliosi, foliis supremis florem involucrantibus, calycem aequantibus. Fructus iis *Reaumuriae hypericoidis* paullo majores, semina obconica, apice obtusa, basi attenuata, villo rufo undique tecta, 3 lin. longa, 1¼–2 lata. Flores non visi sunt ideoque ex sola structura calycis huic generi adnumeratur. — In Persiae desertis.

2. **El. OXIANA** Ledeb. l. c. — Ramis griseo-fuscis vel junioribus luteis glabris; foliis alternis sparsis linearibus integerrimis acutiusculis falcatis crassis depresso-teretibus spongioso-coriaceis glabris sessilibus, basi attenuatis; floribus secus ramos sparsis subracemosis axillaribus, folia non aequantibus. ♁ — Frutex semipedalis ramosissimus. Folia 1–1½-pollicaria, lineam lata alterna, non fasciculata. Flores axillares brevissime pedunculati folio plus duplo breviores. — Crescit in sinu Balchanensi et ad Oxum fluvium.

Ordo CI. CACTEAE *DC.*

(DC. Prodr. III. 457. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 269. et 936. — Endl. Gener. plant. p. 942. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 128. II. 92.*)

Sectio I. CACTEAE TUBULOSAE Miq.

I. (5154 a.) **MAMILLARIA** *Haw.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 283. et 936.)

1. **M. SUBCURVATA** Alb. Dietr. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung XII. 232. — Subglobosa depressa pallide viridis punctata: axillis lanatis; mamillis magnis conicis tetragonis, lateribus subaequalibus, apice oblique truncatis; areolis subapicalibus lanato-tomentosis; aculeis 6–7 apice fuscis, quatuor crassioribus subulatis, rectis vel parum curvatis, reliquis minimis setaceis. ♃ — Planta diametro 4½-pollicari, 3½ poll. alta, vertice valde depressa, pallide viridis dense albo-punctata, in axillis tomento lanato denso, demum evanescente repleta. Mamillae semipollicares conicae tetragonae, facie posteriori paullo rotundatae, apice oblique truncatae, areolae oblique insidentes rotundatae albido-tomentoso-lanatae. Aculei 6–7, juniores fuscescentes apice nigricantes, demum subcinerei ipsoque apice ecolorati, 4 rigidioribus cruciatim dispositis subulatis, maximo deorsum verso 9 lin. longo, reliquis 3 semipollicaribus rectis, accedunt aculeoli 2–3 setiformes vix 2 lin. longi. Flores sub vertice proveniunt, lanae immersi, semipollice parum longiores, expansi diametro 9 linearum. Calycis hypocrateriformis sepala pauca, nonnulla petalorum longitudine, alia breviora, omnia fuscescentia, margine pallidiora, acute lanceolata. Petala 18–20 lanceolata acuminata, laete purpurea integerrima. Stamina petalis duplo breviora purpurea, antheris pallidioribus. Stylus staminibus vix longior, stigma palmato-6-fidum cerinum. — Affinis *M. recurvae*

---

*) Conferantur praeterea:

Cacteae in horto Dyckensi cultae anno 1844, *additis tribuum generumque characteribus emendatis a* **Principe Jos. de Salm-Dyck.** *Parisiis* 1845. 8*vo cum tab.* 1.

Handbuch der Cacteenkunde in ihrem ganzen Umfange, oder die erfolgreichsten auf die neusten Erfahrungen gegründeten Kulturangaben, sowie ausführliche und genaue Beschreibung und berichtigte Synonymik sämmtlicher bis jetzt bekannt gewordenen Cacteen, und überhaupt alles in Bezug auf diese Pflanzenfamilie sonst nur Wissenswerthe. — Auf den Grund langjähriger eigener und fremder Erfahrungen bearbeitet von **Carl Friedrich Förster.** — Leipzig 1846. (12mo).

Pfiz. — *M. formosa* A. Dietr. in Otto et Dietr. l. c. 186. (nec Scheidweiler. — Cf. Repert. II. 290.) — Crescit in Mexico.

2. M. SPECTABILIS Mühlenpfordt in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XIII. 346. — Subglobosa pallide viridis: axillis junioribus laniferis; mamillis conicis brevibus; aculeis 6–8 albis, junioribus incarnatis, apice fuscis. ♃ — Planta 3 poll. alta et fere totidem crassa, pallide virens, mamillae breves conicae, demum basi subtetragonae densissimae, axillae juniores laniferae. Aculei albidi, juniores rosei, apice fusci, 4–6 laterales plantae adpressi, uno sursum, altero deorsum verso, superiore reliquis parum longiori, 4-lineari. Flores pallide rosei. — Affinis est *M. radianti*. — Crescit ad Real del Monte in Mexico.

3. M. SCHEERII Mühlenpfordt l. c. — Globosa multiplex: mamillis subglobosis, superne sulcatis; aculeis radiantibus 20–22 albis adpressis subdistichis, centralibus 4 rectis fuscis, infimo valde elongato 8–10 lin. longo. ♃ — Aculei radiantes crassiusculi albi, plantae arctissime adpressi, 5–6 lin. longi, mamillas omnino obtegentes, centrales 4–5 recti fuscescentes 8–10 lin. longi. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

4. M. LONGISETA Mühlenpfrdt. l. c. — Globosa, infra prolifera glaucescens: axillis laniferis et setosis; mamillis crassis subtetragonis glaucescenti-viridibus, margine inferiore subarcuatis; areolis junioribus tomentosis, senioribus nudis immersis; aculeis 5 setaceis rigidis flexilibus, supremis 2 brevibus, lateralibus elongatis bipollicaribus, infimo 3-pollicari. ♃ — *M. cirrhiferae* proxime affinis est, sed tota planta multo robustior, mamillis multo crassioribus, basi evidentius tetragonis aculeisque arcuatis differt. Aculei 2 superiores sursum versi 4–5 lin. longi, laterales duo bipollicares sursum vel deorsum versi, subcompressi prominulo-costati albi, apice fusci flexiles. Baccae rubrae fructum *Bromeliae* redolentes. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

5. M. DIADEMA Mühlenpfordt l. c. — Globosa: axillis junioribus lanatis; mamillis crassis conicis, junioribus apice lanatis; aculeis 6 rigidis corneis, tribus superioribus brevissimis una serie dispositis, lateralibus duobus longioribus, infimo longissimo deflexo. ♃ — *M. magnimammae* affinis, glaucescens, mamillae crassae conicae, infra cuneatim prominentes, juniores apice lanatae. Aculei 3 superiores bilineares in diadematis modum dispositi, laterales 5–6 lin. longi leviter arcuati, infimus pollicaris deorsum flexus, omnes cornei obscurius apiculati. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

6. M. POLYCEPHALA Mühlenpfordt l. c. 347. — Multiceps laete viridis: axillis lanatis, mamillis brevibus subtetragonis, 2 lin. longis et latis; aculeis radiantibus setaceis 24–28 albis 2 lin. longis, centralibus 4 albis, apice nigris cruciatim dispositis, 4–6 lin. longis. ♃ — *M. crucigerae* Mart. valde affinis. Planta (unica) aequaliter quinqueceps, junior 4 poll. diametro habet. Mamillae breves, latitudine earum longitudinem aequante. Aculei radiantes setacei 2 lin. longi pallide albi, centrales candidi fusco-apiculati, 4–6 lin. longi decussati. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

7. M. KRAMERI Mühlenpfordt l. c. — Globosa, basi tandem prolifera: axillis lanatis; mamillis angulosis pyramidalibus, junioribus lanatis; aculeis exterioribus 4–5 rigidis, centrali uno elongato sesqui- vel bipollicari, omnibus albis, apice nigris. ♃ — Glaucescens, mamillarum apices rubro-fusci. Mamillae angulatae. Aculeus supremus 4–5 lin. longus, centralis 1½–2-pollicaris leviter deorsum arcuatus. Inter mamillas juniores lana, inter seniores setulae quaedam occurrunt. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

8. M. WOBURNENSIS Scheer in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 136. — Lactescens cylindrica, vertice convexa, basi et superne prolifera: axillis mox lanatis et setosis; mamillis brevibus subovatis, ad basin latis confertis, superne repandis, faciebus superioribus polyedris, cum inferioribus rotundatis, obscure viridibus et apicem versus rubris; areolis ad apicem mamillarum positis albo-lanatis, mox nudis; aculeis exterioribus circiter 9 (3 lin. longis) subaequalibus irregulariter patentibus subincurvatis eburneis, 4 inferioribus nec non longioribus, centralibus 1–2

duplo longioribus, nascentibus brunneis, deinde etiam eburneis brunneo-sphacelatis rectis erectis, omnibus rigidis subulatis. ♃ — Flores nondum visi sunt, planta 2 poll. alta, 1¼ poll. diametro. — Crescit in Guatemala.

9. M. IMBRICATA Wegener in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung XII. 66. — Ovali-globosa saturate viridis: mamillis ovali-conicis, basi tetragonis; axillis nudis; areolis rotundatis parvis; aculeis exterioribus sedenis radiantibus inaequalibus albis, centralibus quaternis decussatis obscure fuscis. ♃ — Mamillae 5 lin. longae, 2 lin. crassae, areolae albo-tomentosae, aculei exteriores 10 radiantes, 4 superiores breviores, deorsum sensim longiores, ad 3 lin. longi, interiores 4 obscure fusci decussati subulati, infimo longissimo, sursum arcuato. Plantae diameter 2½-pollicaris. — Affinis *M. ancistratae* Scheln. — In Mexico.

10. M. WEGENERI C. Ehrenbrg. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 738. — Globosa vel hemisphaerica, aculeis longis strictis armata: mamillis conicis brevibus crassis, basi subtetragonis subcompressis, junioribus ex areola extus obtuse carinatis glabris virentibus; areolis ovalibus in plantae vertice albido-tomentosis, aculeis 22-24 longis acutis, plerumque patentibus flavescentibus aureis albidis cinereo-albidis rubenti-fuscis vel apice rubro-fuscis, aculeis centralibus 4-5-6 flavis, cinerascentibus vel apice tantummodo rubro-fuscis quam secundarii paullo crassioribus longioribusque, axillis albido-tomentosis; seminibus obscure brunneis reniformibus. ♃ — Radix fibrosa, tota planta poll. 4 diametro habet, mamillae ad basin 4-5 lin. crassae, 2-3 lin. longae. Aculei centrales 5-7 lin., secundarii 5-6 lin. longi. — Crescit in Mexico.

11. M. BENECKEI C. Ehrenbrg. l. c. II. 833. (et in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung XII. 401.) — Cylindracea, plerumque oblique obtusata, vertice umbonato-depressa simplex vel sobolifera: axillis primum lanatis; mamillis obscure, pallide, flavescenti- vel saturate virentibus, flavidis vel rubescentibus, cylindricis, basi tetragonis, apice oblique obtusatis; areolis principio plerumque breviter lanatis; aculeis heteromorphis, exterioribus 12-15 horizontaliter adpressis subaequalibus albidis, flavidis vel apice fuscis, centralibus firmioribus 2-6 fuscis apiceve nigrescentibus, quorum 1-2 duplo longioribus, apicem versus incrassatis et uncinatis. ♃ — Planta 2-3-pollicaris, 2-2½ poll. diametro habet, mamillae 4-6 lin. longae, 1½-2 lin. crassae, aculei radiantes 3-4 lin., centrales 3-6 lin. longi. — In Mexico.

12. M. HEINEI C. Ehrenbrg. l. c. (et in Otto et Dietr. l. c. 402.) — Cylindracea sobolifera, vertice vix impressa: axillis primum sublanatis; mamillis viridibus densis tetragonis obtusis, apice rotundatis oblique obtusatis, areolis ovalibus primum sublanatis; aculeis heteromorphis, radiantibus 20 setaceis stramineis pellucidis, superioribus horizontalibus, inferioribus patentibus sensim longioribus, centralibus 2-4 firmioribus rigidis acutis rubro-fuscis, inferiori saepe longiori apice uncinato. ♃ — Planta 4-pollicaris, diametro 2½-pollicari, mamillae 3 lin. longae, 2 lin. crassae. Aculei radiantes 1-4 lin. longi, centrales 4-8 lin. longi. — Crescit in Mexico.

13. M. KLUGEI C. Ehrenbrg. l. c. 834. (et in Otto et Dietr. l. c.) — Cylindracea vel globosa, ovalis, vertice subdepressa, in axillis et inter mamillas lana longa instructa: mamillis pallide virentibus densis apice conicis, basi obsolete tetragonis; areolis principio sublanatis; aculeis heteromorphis, radiantibus setaceis tenuibus horizontaliter appressis albis vel albidis, centralibus paullo firmioribus, plerumque binis, altero sursum, altero deorsum verso, interdum ternis quaternisve, albidis, flavescentibus, fuscescentibus, nigris vel nigro-apiculatis, aculeis radiantibus paullo brevioribus vel subaequalibus, rarius illos excedentibus. ♃ — Planta ad 5 pollices alta, diametro tripollicari, mamillae 4 lin. longae, 1½-2 lin. crassae, aculei radiantes 2 lin., centrales 1-2 lin. longi. — Crescit in Mexico.

14. M. MEISSNERI C. Ehrenbrg. l. l. c. c. — Cylindracea sobolifera, vertice subdepressa vel non depressa, inter mamillas et in axillis longe lanata: mamillis pallide viridibus pyramidatis tetragonis obtusis elongatis angustis; areolis ovali-acuminatis primum lanatis; aculeis heteromorphis, radiantibus 16-22 tenuissimis

setaceis subpatentibus albidis, centralibus binis paullo firmioribus rectis subaequalibus, altero sursum, altero deorsum verso, pallide fuscis, apicem versus obscurioribus. ♃ — Planta altitudinem 5 pollicum attingens, diametro 1–3-pollicari, mamillae 2–3 lin. longae, 1–1½ lin. crassae, aculei radiantes 1–1½–, centrales 1–2-lineares. — Crescit in Mexico.

15. M. KUNTHII C. Ehrenbrg. l. c. 835. (et in Otto et Dietr. l. c.) — Hemisphaerica, vix vertice depressa: axillis lanatis et setosis; mamillis obscure glauco-virentibus pyramidatis, basi tetragonis, apice pentagonis obtusis; areolis ovalibus, apice lanatis; aculeis heteromorphis, radiantibus 20 minutissimis inaequalibus albidis, centralibus 4 firmis rectis vel subflexuosis, superiore longiore, luride albis, apice fuscis vel nigris. ♃ — Planta bipollicaris, diametro tripollicari, mamillae 4 lin. longae, 2 lin. crassae, aculei radiantes 1–1½ lin. longi, centrales 3–5-lineares. — Crescit in Mexico.

16. M. ZEPNICKII C. Ehrenbrg. l. l. c. c. — Cylindracea vel globosa pluriceps: axillis lanatis; mamillis obscure viridibus conicis, supra oblique truncatis, deorsum obtuse marginatis; areolis principio lanatis ovalibus acutis in sulcum desinentibus saepe dimidiam mamillam attingentem et setas 1–2 rectas albas pellucidas proferentem; aculeis heteromorphis, radiantibus 16–20 setaceis pellucidis albidis inaequalibus patentibus, centralibus 4–6 firmis subarcuatis flavis, fusco-apiculatis, junioribus violaceis, supremo longiori, intermedio (si adest) brevissimo. ♃ — Planta quinquepollicaris, 3 poll. diametro, mamillae 4 lin. longae, 3 lin. crassae, aculei radiantes 2–3, centrales 4–7 lin. longi. — Crescit in Mexico.

17. *M. RHODEOCENTRA Lemaire. — Wlprs. l. c. 300. no. 156. — Alb. Dietr. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XII. 232. — *M. rosea* Scheidweil. in Otto et Dietr. l. c. XII. 185.

† *Icones addendae.*

M. TETRACANTHA Pfflr. — Hook. Bot. Magaz. t. 4060.

M. ELEPHANTIDENS Lem. (Repert. II. 294. no. 101.) — Lemaire, Iconogr. descript. des Cact. fasc. 2. (c. ic.)

M. DOLICHOCENTRA Lem. (Repert. II. 300. no. 153.) — Lemaire l. c. fasc. 2. (cum ic.)

M. ERECTA Lem. (Repert. II. 302. no. 172.) — Lemaire l. c. fasc. 5. (cum ic.)

III. ANHALONIUM *Lemaire.*

(Lemaire, Cact. nov. gen. et spec. p. 1. — Wlprs. Repert. bot syst. II. 309. — Prncps. Jos. de Salm-Dyck, Cact. in hort. Dyckensi 1844. cult. p. 15. [charact. reform.])

Perigonii tubus amplus subcampanulatus, ultra germen productus crassus laevis, phylla numerosa biserialiter disposita valde connata. Stamina numerosa, tubo gradatim adnata, limbo breviora. Stylus sulcatus fistulosus, superne infundibuliformiter ampliatus. Stigma octoradiatum, radiis lanceolato-linearibus deflexis, ad margines revolutis, supra convexis papillosis. Bacca oblonga subangulosa laevis, perigonio marcescente coronata. Cotyledones connatae acutae. — Plantae napiformes: radice crassa, superne tuberculis coronata basi latis foliaceo-applanatis, superne incrassatis triquetro-elongatis aut deltoideo-retusis acutis duris, supra sulco lanigero exaratis vel apice pulvilligeris, pulvillis tomentosis aculeisque quibusdam brevibus interdum evanidis instructis. Flores plurimi ex tuberculorum axillis valde lanatis.

1. A. RETUSUM Salm-Dyck l. c.* — Tuberculis prismatico-triangularibus, superne foliaceo-applanatis et sulco lanigero exaratis. ♃ — *Anhalonium prismaticum* Lem. l. c. — *Ariocarpus retusus* Scheidweil. Descript. diagnost. Cact. aliq. 2. t. 1. — Horticult. univers. t. 30. — Crescit in rupibus porphyricis prope St. Louis Potosi.

2. A. ELONGATUM Salm-Dyck l. c.* — Tuberculis elongatis aequaliter trigono-prismaticis, apice areolatis; areolis breviter tomentosis breviterque setigeris. ♃ — *Anhalonium pulvilligerum* Lem. — Crescit.....?

IV. (5175.) ECHINOCACTUS *Lnk. et Otto.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 309. et 936.)

§. 1. *Macrogoni.*

1. E. CONCINNUS Hook. Bot. Magaz. t. 4115. (excl. synon.) — Lemaire, Iconogr. des Cact. fascic. 3. t. 2. — Depresso-globosus glaucescens subdecemcostatus: costis obtusis sinuato-crenatis; areolis remotiusculis lanatis; aculeis setaceis 8–10 stellatim patentibus breviusculis, unico longiore validiore, paullulum decurvis. ♃ — Planta parva bipollicaris, diametro 3–3½-pollicari, globosa, vertice eximie depressa mamillosa, mamillis lanato- et aculeato-areolatis, costae regulares profundae, sinus acuti, obtusissimae sinuato-crenatae subvigenae. Areolae lanatae, aculei 8–10 graciles et setiformes vel aciculares patentes, uno longiori firmiori deorsum curvato gracili. Flores singuli vel bini e margine verticis depressi magni pulcherrimi, petala lutea apicem versus nervo sanguineo percursa. Squamae calycinae villosae. — Crescit.....?

2. E. PENTLANDI Hook. Bot. Magaz. t. 4124. — Globosus, vertice umbilicato sub-12-costatus, glaucus: costis elevatis remote crenatis, sinubus acutis; areolis distantibus albo-lanatis; aculeis subvalidis inaequalibus paullulum arcuatis stellatim patentibus rufo-fuscis; floribus lateralibus sparsis solitariis; tubo calycino squamoso, squamis ciliato-pilosis; petalis sepalisque rufescenti-roseis lanceolatis mucronatis. ♃ — Planta subglobosa bipollicaris, apice depresso-umbilicata, sulcis 12 profundis acutis notata, costis valde prominentibus obtusis alte crenatis glaucescentibus, pulvinulis remotis, e quibus oriuntur aculei sex subcurvati patentes rigidi semipollicares vel paullo longiores. Flores magni solitarii in plantae vertice, complures eodem florentes tempore. Calycis tubus viridis, apicem versus virescens, squamis parvis pilosis ciliatus, sepala superiora flavescenti-purpurea. Petala saturate purpurea. Stamina numerosa albida. — Crescit.....?

3. E. ECHINOIDES Lemaire mss. ex Salm-Dyck in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitung XIII. 386. — Caule hemisphaerico cinerascente lurido, vertice lanato 11-costato; costis convexis latis; pulvillis confertissimis transversim ovalibus nigro-tomentosis; aculeis exterioribus 7 subaequalibus rigidis radiantibus levissime recurvatis, primo nigris, deinde cinereis, centrali validiore erecto; floribus luteis; petalis exterioribus acutis, interioribus spathulato-dilatatis obtusis e rosulis (?) erecto-patentibus. ♃ — Plantae diameter ultra quinquepollicaris, vertex impressus dense albo-lanatus. Costae 11 cinerascenti-virides laeves crassae supra convexae, infra applanatae obsoletae. Areolae magnae 3–4 lin. distantes, latiores quam longae, nigrescenti-tomentosae. Aculei radiantes inferiores sensim longiores 4–6 lin. longi, centralis 9 lin. longus, omnes primum nigrescentes, demum cinerascentes, sub lente lineolati. Petala interiora obtusa emarginata. Stigmata 6–8 flava. — Crescit in Bolivia.

4. E. MARGINATUS Salm-Dyck l. c. 386. — Caule ellipsoideo cinerascente lurido viridi, vertice lanato-decemcostato; costis parum convexis; pulvillis omnino confluentibus convexis nigro-tomentosis; aculeis exterioribus 5–7 radianter patulis rigidis rectis, primo badiis, dein cinerascentibus, infimo atque centrali solitario validioribus; floribus luteis; petalis exterioribus lanceolatis acutis, interioribus erectis obtusis cum mucronulo. ♃ — Planta 6½-pollicaris, 3½ poll. crassa, utrinque attenuata, vertice globosa densissime albo-lanata. Costae 10 cinereae lurido virides, supra convexae, basin versus applanatae, sinus obtusissimi. Aculeus centralis pollicaris erectus, omnes rigidi recti castanei, demum cinerei, sub lente lineolati. Petala exteriora erecta rubicunda, sensim longiora et latiora, interiora lutea erecto-patentia vix mucronulata. Stigmata 11 lutea. — Crescit.....?

5. E. MALLETIANUS Lemaire mss. ex Salm-Dyck l. c. 387. — Caule depresso globoso laete viridi, crusta cretacea obducto, vertice lanato 15–17-costato; costis superne angustis convexis inter pulvillos gibbose repandis, inferne applanatis

rugosis; pulvillis immersis elongatis nigro-tomentosis; aculeis rectis acicularibus rigidis nigris, exterioribus 5-6 suberectis, centrali solitario validiore. ♃ — Planta 3-4-pollicaris. Costae pallide virescentes sed crusta cretacea obductae indeque cinereae, sursum attenuatae, inter pulvillos subcompressae, basin versus applanatae asperulae nigrescentes, strigulosae. Areolae angustae elongatae, 7-8 lin. distantes nigrescenti-tomentosae. Aculei aciculares nigri rigidi erecti, exteriores 5-6 subpatentes 7-8 lin. longi, centralis crassior longior. — Crescit.....?

6. **E. INTRICATUS** Salm-Dyck l. c 387. — Caule depresso globoso luride virente leproso, vertice lanato 13-costato; costis convexis subsinuatis; pulvillis confertis subnudis; aculeis omnibus exterioribus 7-8 primo nigris, dein cinerascentibus rigidissimis validissimis, cornu instar recurvatis, radianter patentibus intertextis, summo interdum erecto. ♃ — Planta tripollicaris et altior. Costae subcompressae luride virides subrepandae ad areolas prominentes turgidae. Areolae sex lineas distantes rotundatae nigro-tomentosae, demum glabrae. Aculei omnes radiantes, primum cinerascentes, demum cinerei rigidissimi, 10-12 lin. longi arcuato-reflexi intertexti, superiore interdum deficiente suberecto. — Crescit.....?

7. **E. GILVUS** Alb. Dietr. in. Otto et Dietr. l. c. XIII. 170. — Subgloboso-depressus glaucescens: sinubus acutis; costis 16 acutis subundulatis; areolis ovalibus, junioribus velutinis; aculeis 8 rigidis glabris canescentibus, septem lateralibus patentibus subcurvatis, centrali unico recto, caeteris duplo longiore. ♃ — Planta circiter 8-pollicaris, diametro eodem, vertice aculeatissimo. Costae crassae acutae subundulato-crenatae, sinubus acutis. Areolae in mediis crenaturis, in plantae vertice approximatae, caeteroquin subremotae ovales subglobosae, juniores tantummodo tomentosae. Aculei radiantes subulati incurvati, tres superiores pollicares, inferiores breviores, centralis strictissimus porrectus bipollicaris. Flores complures e medio vertice oriundi, sub anthesi isabellini, diametro fere bipollicari. Sepala oblonga obtusa, nervo medio purpureo, pallide fusco-marginata. Petala plurima lanceolata acuta, apicem versus crenulata, intus laete isabellina, extus nervo purpureo percursa. Stamina petalis plus duplo breviora. Stigmata 11-12 lutea. — Crescit in Mexico.

§. 2. *Stenogoni.*

8. **E. HOOKERI** Mühlenpfordt in Otto et Dietr. l. c. XIII. 345. — Obovatus multangularis: vertice impresso; costis membranaceis confertissimis undulatis, areolis impressis; aculeis tribus depressis incurvis, junioribus albidis, supremis alatis bipollicaribus, lateralibus 8 lin. longis. ♃ — Costae plurimae foliaceae undulato-flexuosae. Areolae non valde elongatae impressae, aculeis 3 sursum arcuatis instructae. Aculei plano-compressi, medio subfoliaceo bipollicari, lateralibus 8 lin. longis, junioribus albis fusco-apiculatis, adultis corneis. Baccae magnitudine pisi majoris in vertice plantae dispersae. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

9. **E. HETERACANTHUS** Mühlenpfordt l. c. — Subglobosus: costis acutis numerosis (34) undulatis compressis, vertice albo flocceso-lanato; fasciculis aculeorum immersis; aculeis 4 centralibus cruciatim dispositis, junioribus apice fuscis et carinatis, radiantibus 11-13 albis. ♃ — Plantae vertex albo-lanatus. Aculeus supremus sursum arcuatus omnium longissimus carinatus, junioribus albidis, apicem versus supra medium pallide fuscis, adultis corneis, radiantibus crasse setaceis albis. — Crescit in Mexico ad Real del Monte.

10. **E. UNDULATUS** Alb. Dietr. l. c. XII. 187. — Globosus: vertice subretuso; costis numerosis valde compressis undulatis; areolis subsolitariis, junioribus tenue tomentosis; aculeis octonis concoloribus albidis, lateralibus setaceo-subulatis compressiusculis, centrali unico compresso, omnibus rectis; floribus solitariis; calycis tubo elongato. ♃ — Planta diametro ultra tripollicaris, coerulescenti-viridis. Costae 30-40 tenuissimae compressae undulato-flexuosae, una tantummodo areola aculifera rarius duabus instructae, areolis vel ad apicem vel ad basin costarum sitis impressis, junioribus tantummodo tomentellis. Aculei recti,

prima juventute flavescentes, deinde cinerascenti-albidi, tribus utrinque lateralibus, uno superiore alteroque centrali sesquipollicari subulato, medio erecto ad summum pollicari, duobus lateralibus 1¼-pollicaribus, quatuor inferioribus tenuissime setaceis sesquipollicaribus vix compressis. Flores singuli in plantae vertice sesquipollicares, tubus elongatus cylindricus, squamae imbricatae ovatae vel ovales, breviter mucronatae, medio virides, albo-marginatae, infra mucronem flavo-maculatae, sensim in petala transeuntes. Petala circiter 30 rosea, nervo medio lilacino, lanceolata pollicaria albo-mucronata. — Affinis *E. obvallato* et *lancifero*. — Crescit in Mexico.

11. E. MELMSIANUS Wegener in Otto et Dietr. l. c. XII. 65. — Ovato-globosus glaucus: vertice impresso multicostato, costis rotundatis; areolis 2 poll. distantibus; aculeis quinis, superiore lanceolato longissimo, lateralibus duobus erectis subulatis crassis multo minoribus, inferioribus duobus deflexis. ♃ — Costae 55 densissimae undulatae obtusatae, areolae albo-tomentosae, sursum in sulcum cuneatae, ad aculeos globoso-inflatae. Aculeus superior 3-pollicaris lanceolatus, medio carinatus, transverse sulcatus, sesquilineam latus, apice tricuspis, cuspide media lateralibus lineam longiori, laterales annulatae subulatae pollicares, inferiores duo deflexi applanati tres lineas longi, omnes rubescenti-albidi, demum luride cinerascentes. Tota planta 3½ poll. alta et totidem crassa. — In Mexico.

12. E. SPINOSUS Wegener l. c. 66. — Ovali-globosus pallide virens multangularis: costis acute acuminatis; areolis semipollicem distantibus; aculeis radiantibus 14-16, centralibus geminis, altero superiori, altero intermedio applanato subulato-acuminato. ♃ — Costae 34 parum undulatae 3 lin. distantes, areolae juniores dense albo-lanatae, in vertice plantae ideo inconspicuae. Aculei radiantes nivei radiati, faciem plantae araneosam efficientes semipollicares, intermedius bipollicaris compressus carinatus subcanaliculatus semiteres, apicem versus fuscescens. Planta 3 poll. alta, diametro 4½-pollicari. — Crescit in Mexico.

13. E. QUADRINATUS Wegener l. c. — Depresso-globosus, pallide virens multangularis: costis acutis 1-2 lin. distantibus; areolis longe remotis parum tomentosis moxque denudatis; aculeis 7, interioribus tribus, superiore uno, lateralibus duobus longissimis, inferioribus quatuor deflexis. ♃ — Costae 34 undulatae, areolae juniores tantummodo lanatae, circa aculeos globoso-inflatae in sulcum sursum desinentes. Aculei 3 interiores, unus superior lanceolatus acutissime acuminatus, obsolete carinatus semipollicaris, duo laterales patentes bipollicares tetragoni transverse annulati, plerumque omnes valde contorti, 4 semilineam crassi, interiores luride cinerascentes, apice rubescenti-fusci, exteriores albi, in barbae modum dependentes 4 lin. longi. — Simul cum duobus praecedentibus affinis est *E. lancifero*. — Crescit in Mexico.

14. E. SULPHUREUS Alb. Dietr. in Otto et Dietr. l. c. XIII. 170. — Subglobosus viridis: vertice depresso aculeatissimo; costis numerosis valde compressis undulatis; areolis lateralibus remotiusculis, verticalibus approximatis; aculeis 8-9 albidis, junioribus apice fuscescentibus, basi compressis subulatis, lateralibus 7-8, centrali unico porrecto longissimo. ♃ — Planta 3-4 poll. diametro habet, vertex depressus aculeatissimus. Costae numerosissimae valde compressae, areolae distantes albido-tomentosae. Aculei cinerascentes, juniores apicem versus fuscescentes subulati, basi latiori subcompressi, centralis saepe ultra bipollicaris rectus, aculeorum radiantium 3 superiores dimidium centralem aequantes subcurvati, 3-4 inferiores multo tenuiores et breviores, vix basi compressiusculi. Flores e medio vertice porumpentes hypocrateriformes pollicares, diametro sesquipollicari, pallide sulphurei. Petala lanceolata acutissime acuminata, sub apice utrinque eroso-crenulata. Stamina vix dimidia petala attingentia, antheris obscure luteis. Stylus staminibus parum longior, stigmate sulphureo 7-radiato. — Proxime affinis est *E. arrigenti* et *tetraxipho*. — Crescit in Mexico.

15. E. OBREPANDUS Salm-Dyck in Otto et Dietr. l. c. XIII. 386. — Caule depresso-globoso nitido viridi 17-costato; costis compressis, inter pulvillos valde

cristatim obrepandis; pulvillis immersis subconfertis griseo-tomentosis; aculeis rigidis, exterioribus 10 recurvato-patentibus, summo cum centrali solitario longioribus erecto-recurvulis. ♃ — Plantae diameter ultra quinquepollicaris. Costae 17 pallide virentes laeviusculae valde compressae, sinus acuti. Areolae valde impressae 9–10 lin. ab invicem distantes cinereo-lanatae. Aculei radiantes 10, quorum 8 laterales patenti-recurvati 6–8 lin. longi, infimus brevior, supremus cum aculeo centrali unico rigidior, pollice longior erectus, sursum curvatus, omnes rigidi flavescenti-fusci, adulti cinerascentes. — Crescit in Bolivia interiori.

16. E. CINERASCENS Lemaire mss. ex Salm-Dyck l. c. 387. — Caule subgloboso cinerascente luride viridi, vertice lanato 20-costato; costis subcompressis repandis, ad pulvillos tuberculato-inflatis; pulvillis confertis rotundatis cinereo-tomentosis; aculeis exterioribus 8 inferioribus sensim longioribus et radianter intertextis, centralibus duobus validioribus, omnibus rigidissimis cinereis; floribus luteis, laciniis exterioribus latiusculis acutis, apice rubicundis, saepe recurvulis, interioribus erectis planiusculis late lanceolatis eroso-dentatis. ♃ — Planta 3½-pollicaris, vertex globosus cinereo-lanatus. Costae inter areolas repando-compressae, sinus acuti, areolae 3–4 lin. distantes rotundatae cinereo- vel nigrescenti-tomentosae. Aculei radiantes inferiores sensim longiores 5–6 lin. longi, centrales erecti 9–10 lin. longi. Flores mediocres aculeis circumdati. Stigmata erecta 8 flava. — Crescit in Chili ad Copiapo.

§. 3. *Phymatogoni.*

17. E. WILLIAMSII Lemaire mss. ex Salm-Dyck in Otto et Dietr. l. c. XIII. 385. — Caule humili, inferne tereti, superne tuberculato cinerascente viridi, vertice impresso; tuberculis latis obsoletissime polyedris in costas 10 subconfluentibus pulvillisque instructis remotiusculis lanigeris, lana cinerascente densa longa in penicillum erectum collecta; floribus parvulis roseis. ♃ — Radix fusiformis, caulis bipollicaris, duobus pollicibus fere crassior, vertice impresso, tuberculi inferiores obsoleti rimosi, caulis teres griseo-flavescens. Tuberculi in planta juniore obscure 5–6-goni glabri, adulti applanati confluentes. Areolae 5–6 lin. distantes rotundatae, pilis densis penicillatim congestis apice crispatis luride flavis obsitae. Flores parvi e tuberculis junioribus oriundi. Petala integerrima acuta pallide rosea, extus nervo purpureo percursa. Stamina brevia aggregata flavescentia. — Crescit.....?

17. E. LEEANUS Hook Bot. Magaz. t. 4184. — Depresso-globosus obscure subglauco-viridis: tuberculis subhemisphaericis majusculis obtuse hexaedris mammaeformibus confluentibus, in series irregulares subverticales dispositis; areolis ovalibus tomentosis; aculeis subgracilibus, quorum subdecem patentibus rectiusculis cum unico centrali porrecto vix majore; floribus majusculis pallide flavescentibus. ♃ — Planta bipollicaris, diametro 2½-pollicari, vertice depresso, glaucescens. Tuberculi magni hemisphaerici, obsolete hexagoni irregulariter dispositi, inferiores confluentes obsoleti, superiores numerosissimi parvi Areolae ovales pubescentes vel sublanatae. Aculei 11, uno centrali strictissimo erecto, reliquis subrecurvis horizontaliter patentibus praecipue in tuberculis adultis, subaequalibus, circiter semipollicaribus. Flores ex apice depresso mediocres. Tubus brevis, squamis rotundatis vel oblongis obtusis virentibus obsitus, superioribus majoribus margine apiceque pellucidis, sensim in petala sulphurea vel lactea transeuntibus. — Crescit in Bonaria.

19. E. MULTIFLORUS Hook. l. c. t. 4181. — Depresso-globosus obscure viridis subglaucus tuberculatus, vix costatus: tuberculis magnis verticaliter oblongis hemisphaerice prominentibus mammaeformibus, demum confluentibus, superne in series subverticales irregulares dispositis; areolis ovalibus tomentosis; aculeis 5 validis reflexo-patentibus recurvatis subadpressis subaequalibus; floribus numerosis (pro plantae ratione) magnis albidis. ♃ — Planta 4 poll. alta et totidem crassa, vertice depressa, glaucescenti-viridis. Tuberculi magni irregulares, superiores in series verticales incompletas digesti, oblongi vel ovales valde pro-

minuli obscure angulati. Aculei subpollicares, duo utrinque laterales, quintus deflexus, patentissimi subrecurvi flavescentes, basi purpurascentes. Flores pro magnitudine plantae magni numerosi, complures simul florentes in plantae vertice. Squamae calycinae virentes, sensim majores et petaloideae, petala patentia obovata albida. Stamina numerosa, antherae minutae aurantiacae, stigmatis radii albescentes. — Crescit.....?

† *Icones addendae.*

E. OXYGONUS Lnk. et Otto. — Hook. Bot. Magaz. t. 4162.
E. PECTINIFERUS Lemaire. — Hook. l. c. t. 4190.
E. GIBBOSUS DC. — Lemaire, Iconogr. des Cact. fascic. 5. (t. 1.)
E. COPTONOGONUS Lemaire. — Lemaire l. c. fascic. 3. (t. 1.)

V. DISCOCACTUS *Pfffr.*

(Pfffr. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. I. 119. t. 15. — Salm-Dyck, Cact. in hort. Dyckensi 1845. cult. p. 23. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 323. absq. charact. generis.)

Perigonii tubus cylindraceus gracilis, basi nudus, ultra germen longe productus laevis, phylla numerosa, exteriora elongata lanceolata recurvato-patentissima colorata, interiora breviora biserialia, apice radiatim patentia, corollam tubulosam limbo brevi simulantia. Stamina tubo adnata, intima breviora, extima tubi orificium claudentia. Stylus filiformis, superne incrassatus, staminibus brevior. Stigma 5-radiatum, radiis linearibus. Bacca et semina.....? — Caule simplicissimo disciformi costato, costis obtusis, pulvillis aculeiferis instructis; floribus in vertice caulis e lana densa, cephalium planum simulante prodeuntis, nocturnis ephemeris.

1. D. (CEREUS Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVI. Pl. misc. 66.) BIFORMIS Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVIII. t. 9. — Frutex debilis subprostratus. Rami adulti teretes, spinulis stellatis parce obsiti, juniores alati articulati crenati, floridi lanceolati, basi teretes, steriles oblongi sessiles. Flores minores rosei. Sepala 4, lineari-subulata sesquipollicaria, apice recurva, petala totidem aequalia lanceolata, apice patula. Fructus sanguinei ovato-lageniformes, semina polita, testa valde fragili leviter arcuata. — In Honduras.

VI. ASTROPHYTUM *Lemaire.*

(Lemaire, Nov. Cactear. gener. et spec. 3. et 105. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 323. [absq. charact. gener.])

Calycis tubus carnosus brevissimus, innumerabilibus squamis purpureo-nigris rigidis lineari-lanceolatis acutissimis, pilis lanuginosis longis intertextis undique opertus, divisiones perianthoideae internae breves numerosissimae lanceolatae acutae, in plures series dispositae acanthideae. Stamina inclusa, filamentis brevissimis partim tubo, partim ovario gradatim insertis (et verosimiliter serius antheras versus internum imum flectentibus), antheris luteo-auratis; stylus brevissimus crassissimus stamina vix aequans, profundissime (usque ad dimidium) in octo radios carnosos fissus. Ovarium crassissime carnosum, ovulis in medio vere nidulantibus. [Characteres ex alabastro elaborati sunt.] — Planta hemisphaerica: costis 5-6 crassissimis farctis, inferne fere omnino deplanatis, superne obtusis, punctis albidis adspersis pulvilligeris; pulvillis confertis prominulis tomentosis, in plantis novellis aculeis quibusdam mox evanescentibus instructis.

1. *A. (ECHINOCACTUS Salm-Dyck, Cact. in hort. Dyck. 1845. cult. 22.*) MYRIOSTIGMA Lemaire l. c. † — (Wlprs. l. c.) — Hook. Bot. Magaz. t. 4177. — Crescit in Mexico?

VII. (5156.) **ECHINOPSIS** *Zuccarini.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 323.)

1. E. AMOENA Scheidweil. in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XII. 187. — Ob-ovata pallide viridis: vertice rotundato; costis 11–12 obtusis interrupte tuberculatis; aculeis e lana parca decidua septem brevibus rectis albidis patentibus, imo longiore. ♃ — Quam maxime affinis *E. pulchellae*, cujus forte habenda erit varietas. Planta clavata sesquipollicaris pallide virens. Aculei 2 superiores minimi vix lineam longi paralleli, duo utrinque laterales, quorum superior minor sesquilinearis, alter bilinearis, septimus inferior trilinearis, aculei omnes griseo-albi, prima juventute flavescentes. Flores laterales solitarii pollicares. Tubi calycini squamae imbricatae, lamina lanata aculeolorum fasciculo terminata, aculeoli tres 4–5 lin. longi setacei flavescentes, squamae omnes lanceolatae obtusae virentes, superiores longiores inermes rubro-marginatae, carina fusca. Petala circiter 20 laete et intense purpurea ¾ poll. longa lanceolata mucronata. Stamina petalis dimidio breviora vix rubentia, antheris flavis. Stylus filiformis albus longitudine staminum, stigmata 5 crassiuscula virescenti-lutea. — In Mexico.
2. *E. PECTINATA Fennel in Otto et Dietr. l. c. XI. 282. — *Echinocactus pectinatus* Scheidweil. — Wlprs. l. c. 321. no. 100.

VIII. **PILOCEREUS** *Lemaire.*

(Lemaire, Cact. nov. gen. p. 6. — Salm-Dyck, Cact. in hort. Dyckens. 1845. cult. p. 24. — *Cerei* sectio I. *Cephalophorus* Miquel. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 325.)

Perigonii tubus ultra germen productus abbreviatus latus, phylla exteriora parum numerosa lata obtusa, axillis sublaevibus, interiora petaloidea subbiserialia paullulum longiora conniventia, corollam clavatam aemulantia. Stamina filiformia numerosissima, gradatim tubo adnata, limbo breviora. Stylus robustus exsertus. Stigma 6–12-radiatum, radiis linearibus. Bacca subsquamata, squamarum axillis nudis vel parce lanigeris. Cotyledones crassae globosae. — Cautis *Cereorum* erectus multicostatus, costis pulvillis confertis aculei- vel criniferis instructis. Pulvilli floriferi praeterea lana densa muniti, ex qua flores prodeunt. Flores mediocres laterales solitarii vel zonaliter dispositi aut in caulis parte supera conferti et tunc quasi in cephalio densissime lanuginoso immersi.

1. *P. (CEREUS DC. — Wlprs. l. c. no. 1.) SENILIS Lemaire. — Salm-Dyck l. c.
2. *P. (CEREUS Karwinski. — Wlprs. l. c. no. 2.) COLUMNA Lemaire. — Salm-Dyck l. c.
3. *P. (CEREUS DC. — Wlprs. l. c. 326. no. 8.) POLYLOPHUS Salm-Dyck l. c.
4. *P. (CEREUS Otto. — Wlprs. l. c. 327. no. 23.) CURTISII Salm-Dyck l. c.
5. *P. JUBATUS Salm-Dyck l. c. — *Cereus Cometes* Scheidweil. — Wlprs. l. c. 341. no.159.
6. *P. (CEREUS DC. — Wlprs. l. c. 334. no. 89.) POLYGONUS Salm-Dyck l. c.

IX. (5157.) **CEREUS** *Haw.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 325. [excl. sect. I.])

1. C. LIMENSIS Salm-Dyck in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XIII. 353 — Caule erecto crasso perviridi, basi.....?; costis 12 obtusis subrepandis, pulvillis confertis ovalibus subtomentosis fulvis; aculeis acicularibus setaceis rectis, centralibus 8–10 divergentibus fulvo-rubentibus, uno alterove longiore, exterioribus 20–25 radiantibus, summis rubro-fulvis, inferioribus albidis. ♃ — Caulis (in planta juvenili?) simplex 7–8-pollicaris, 2 poll. diametro, aculeorum fasciculi 4 lin. distantes. Aculei centrales et radiantes superiores flavescenti-rubri, demum fuscescentes, inferiores albidi. — Crescit in Bolivia.
2. C. NITENS Salm-Dyck l. c. 354. — Caule erecto crasso nitidissime viridi, basi prolifero; costis 9–10 obtusis latis, sinu obsoleto, inter pulvillos obrepando-crenulatis; pulvillis subimmersis latiusculis cinereo-tomentosis; aculeis gracilibus rigidis, inferne purpurascentibus, superne pallide lutescentibus, centralibus 4

paullo validioribus, infimo longiore, exterioribus 9–10 radiantibus. ♃ — Differt a *C. candicante* caule tenuiore laeviore costisque inter pulvillos obrepando-turgidulis, aculeis brevioribus tenuioribus, a basi ad medium atropurpureis, apicem versus albidis. — Crescit in Bolivia.

3. C. **LONGISPINUS** Salm-Dyck l. c. — Caule erecto crasso glabrato; costis 12 ad pulvillos tuberculato-intumescentibus; pulvillis confertis latissimis tomentosis, tomento brunneo-cinerascente; aculeis circiter 12 irregulariter dispositis valde inaequalibus patentissimis parum divergentibus, 4–5 elongatis longissimis, caeteris brevioribus aut brevissimis, omnibus acicularibus flexilibus rectis pungentibus, junioribus nigricantibus, senioribus cinereis. ♃ — Caulis fere pedalis, crassitie 3 pollicum glaucus, costae rotundatae, ad pulvillos tuberculatae, transverse sulcatae. Pulvilli 5–6 lin. distantes latissimi, deuse griseo-fusco-tomentosi truncati, infra semicirculares. Aculei primum erecti, demum horizontaliter patentes fasciculati recti, longiores 2–5-pollicares aciculares pungentes, reliqui multo breviores 1–6 lin. longi. — Crescit in Bolivia.

4. C. **SUBULIFERUS** Salm-Dyck l. c. — Caule erecto laete viridi levissime velutino; costis 9–10 crassis rotundatis ad pulvillos intumescentibus; pulvillis subconfertis latissimis convexis ovalibus dense tomentosis, tomento nigricante; aculeis 6 patulis rigidissimis subulatis cinereo-fulvis, supremo erecto validissimo, caeteris duplo longiore ac crassiore. ♃ — Caulis humilis, plantae adhuc juvenilis 4–5-pollicaris, 2 poll. crassus, costae crassae rotundatae ad areolas applanatae subcrenatae, areolae 10–11 lin. distantes latissime ovales subhemisphaerico-prominulae dense fusco- vel nigrescenti-tomentosae. Aculei radiantes crassissimi rigidi, juniores isabellini, seniores griseo-flavescentes, 4 laterales utrinque patentes, infimus deorsum curvatus, supremus validissimus 2 pollicibus longior erectus, pennae columbinae crassitie. — Crescit in Bolivia.

5. C. **PEPINIANUS** Lemaire mss. ex Salm-Dyck l. c. — Caule erecto laete viridi levissime velutino ; costis 8–9 crassis latis obrepandis; pulvillis confertis latis ovalibus dense tomentosis, tomento cinereo-nigricante; aculeis rigidissimis, junioribus stramineis, apice valde sphacelatis, senioribus cinerascentibus, exterioribus 7–8 radiantibus recurvulis, centralibus 2–4, summo et imo longissimis, sursum et deorsum patentibus. ♃ — Planta adhuc tripollicaris, diametro 2½ pollicum. Costae versus basin applanatae, ad pulvillos vix crenatae. Pulvilli 6–9 lin. distantes subimpressi late ovales prominulae, tomento denso fusco-nigrescente vestitae. Aculei juniores basi subpellucidi straminei, ad medium fusco-variegati, seniores cinereo-albidi, exteriores subrecurvati 7–8 lin. longi, interiores 2½ poll. longi. — Crescit in Bolivia.

6. C. **PYCNACANTHUS** Salm-Dyck l. c. 355. — Caule erecto luride viridi levissime velutino; costis 10 crassis rotundatis, ad pulvillos intumescentibus subcrenatis; pulvillis subremotis latissimis convexis ovalibus dense tomentosis, tomento nigro; aculeis rigidissimis subulatis brunneo-cinereis, exterioribus 11–13 radiantibus patentissimis, inferioribus sensim longioribus, centralibus 4 decussatis patulis, supremo et imo multo validioribus. ♃ — Planta adhuc 5-pollicaris, diametro bipollicari. Pulvilli pollicem distantes, medio prominuli. Aculei juniores fusco-rubentes, adulti cinerascentes, supremus et infimus longissimi sesquipollicares. — Crescit in Bolivia.

7. C. **GILVUS** Salm-Dyck l. c. — Caule crasso luteo-viridi tenuissime velutino; costis 11 latis obtusissimis obrepandis, ad pulvillos dilatatis, vix crenulatis; pulvillis remotiusculis ovato-oblongis griseo-tomentosis; aculeis rigidissimis validissimis subflexuosis gilvis, exterioribus 11 recurvato-patentibus, interioribus 4 suberectis, ima basi noduloso-incrassatis, summo et infimo longioribus. ♃ — Planta adhuc ovalis quinquepollicaris, diametro 4½ pollicum. Pulvilli 10–12 lin. distantes crassissimi. Aculei flexuosi, radiantes pollicares, interiores, praesertim supremus et infimus bipollicares griseo-isabellini. — Crescit in Bolivia.

8. C. **BENECKEI** C. Ehrnbrg. in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitng. II. 835. † — (Salm-Dyck l. c.) — Caule erecto laete viridi, pruina farinosa obducto; costis 7 rotun-

datis crassis tuberculato-repandis; pulvillis remotis parvulis nigro-tomentosis; aculeis sex valde inaequalibus, inferioribus 5 radiatim patentissimis brevibus comeis rigidissimis brunneis, supremo pallidiore longissimo subulato erecto-patente. ♃ — Planta adhuc tripollicaris, pollices 2 crassa. Costae inter pulvillos valde repandae, medio crenatae obtusissimae. Aculei 5, inferiores 2 lin. longi, superior solitarius fere sesquipollicaris subulatus. — Crescit in Mexico.

9. C. FARINOSUS Haage mss. ex Salm-Dyck l. c. — Caule erecto laete viridi, pruina farinosa dense obtecto; costis 7 rotundatis crassis tuberculato-repandis; pulvillis subremotis parvulis nigro-tomentosis; aculeis 2 gracilibus brunneis, altero sursum, altero deorsum patente. ♃ — Differt a praecedente quocum conjungendus videtur Ehrenbergio (cf Schlechtd. et Mohl, Bot. Zeitng. II 836) pruina farinosa densissima et aculeis geminis tantummodo tenuissimis. — In Mexico.

10. C. DONKELAARII Salm-Dyck l. c. — Caule radicante cylindraceo atro-virente 7-8-sulcato; costis subprominulis acutis; pulvillis minutissimis valde confertis, tomento albo lanaque parca sericea instructis; aculeis exterioribus 9-10 radiantibus adpressis setaceis albis, centralibus 2-3 brevissimis rigidulis fulvidis. ♃ — Planta adhuc simplex ultra pedalis, ad basin 5-6 lin. crassa, atropurpurea vel atrovirens, sursum attenuata pilosa pulvilli tomentosi pilisque crispis sericeis instructi, aculei radiantes brevissimi, vix lineam longi, centrales imo iis breviores. — Crescit in Bolivia.

11. *C. (CACTUS Jacq. Select. stirp. Americ. 151.) PITAYA DC. Prodr. III. 466. — Hook. Bot. Magaz. t. 4084. — *C. variabilis* Pfffr. — Wlprs. l. c. 334. no. 91.

† *Icon addenda.*

C. EXTENSUS Salm-Dyck. — Hook. Bot. Magaz. t. 4066.

X. (5158.) PHYLLOCACTUS *Lnk.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 341.)

1. PH. (CEREUS Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVII. t. 31.) CRENATUS Wlprs. mss. — Ramis strictis compressis biconvexis, margine exacte crenatis, omnino viridibus; floribus maximis candidis; stigmate novemradiato. ♄ — Planta bipedalis, *Cereo speciosissimo* similis, rami latissimi patentes, statu juniori teretes subangulati, ad articulationes setulosi, articuli crassi coriacei 1-2-pedales, 2½-3 poll. lati saturate virides, margine eximie crenati, versus nervum medium basi prominentem sensim crassiores, flores e crenatura prima vel secunda folii, in quo gemmae multae floris primordia fovent, una tantummodo perfecta. Tubus floris teres subangulatus quadripollicaris subcurvatus, squamae 3-4-seriales ovato-acuminatae fuscescentes, interiores minores, exteriores majores in sepala transeuntia. Flores maximi pulcherrimi, diametro 5-pollicari, candidissimi. Sepala lineari-lanceolata acuta quadripollicaria, 9 lin. lata biserialia, interiora pallidiora, exteriora saturate fusca. Petala 18 triserialia ovato-oblonga acuminata, versus basin crasse carnosam attenuata, caeteroquin tenuia, 3½-pollicaria, apicem versus pollicem lata, interiora breviora. Filamenta staminum numerosissima, petalorum duas tertias aequantia, tubo calycis e parte adnata, alba, interiora levissime virentia. Antherae ovatae obtusae saturate virides. Stylus petalorum longitudine, stigma palmato-9-fidum, radiis semipollicaribus. Ovarium parvum virescenti-flavum pentagonum. — Honduras.

XI. (5159.) EPIPHYLLUM *Pfeiffr.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 342. et 936.)

1. *E. RUSSELLIANUM Hook. — Wlprs. l. c. 936. — Paxton, Magaz. of bot. X. 245. (c. ic.)

§. 2. CACTEAE ROTATAE.

XII. RHIPSALIS *Pfeiffr.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 342. excl. sect. 2. et 3. [absq. charact. gener.])

Perigonii tubus ultra germen non productus, phylla 12-18 exteriora sepaloidea brevissima squamaeformia, interiora petaloidea rotatim expansa. Stamina numerosa longitudine subaequalia et limbum aequantia,. Stylus filiformis, stigma 3-6-radiatum. Bacca a principio emersa pisiformis glabra, matura pellucens, perigonio marcescente coronata. Cotyledones breves acutae. — Plantae pseudoparasiticae: caule articulato-ramoso tereti anguloso aut foliaceo-dilatato crenulato, crenulis squama vix conspicua instructis nudis sublanatis vel setas minutas gerentibus; floribus lateralibus vel rarissime terminalibus parvulis subephemeris.

(Species enumerantur in Repert. II. 342–344. no. 1–18.)

XIII. LEPISMIUM *Pfeiffr.*

(*Rhipsalidis* sect. 2. Wlprs. Repert. bot. syst. II. 344.)

XIV. HARIOTA *DC.*

(*Rhipsalidis* sect. 3. Wlprs. Repert. bot. syst. II. 345. et 936.)

XV. (5160/1.) PFEIFFERA *Jos. de Salm-Dyck.*

(Prnceps. Jos. de Salm-Dyck, Cact. in hort. Dyckensi 1844. cult. p. 40.)

Perigonii tubus ultra germen vix productus. Phylla 10-12, exteriora sepaloidea breviora, interiora petaloidea infundibuliformi-erecto-patula. Stamina numerosa, externa longiora, limbo breviora. Stylus crassiusculus columnaris stamina superans. Stigma 5-6-radiatum. Bacca a principio emersa subglobosa pulvilligera, matura pellucens, perigonio marcescente coronata. Cotyledones subconnatae breves acutae. — Planta carnosa terrestris, caulis erectus cereiformis erectus ramosus 3-4-angularis, angulis repando-crenatis. Crenae squamula parva carnosa pulvilloque aculeifero instructae. Flores laterales aut interdum terminales mediocres albidi, per aliquot dies clausi vigentes.

1. PF. CEREIFORMIS Prnceps. Jos. de Salm-Dyck l. c. 41. t. 1. — Caulis pedalis et ultra, basi et superne ramosus, 3-4-angularis, lateribus 6-7 lin. latis, angulis repando-crenatis, saepe violaceo-coloratis. Crenae approximatae pulvilligerae. Pulvilli rotundati albo-tomentosi, aculeis setisque 6-7 subpungentibus armati. Bacca primo obtuse pentagona, ad angulos pulvillis setigeris instructa opaca atro-purpurea, dein exacte globosa, diametro 5-6-lineari et matura pellucens violaceo-rosea. — *Cereus janthothele* Monv. — Crescit.....?

XVI. (5161.) OPUNTIA *Tournef.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 346.)

1. O. PENTLANDII Salm-Dyck in Otto et Dietr. Allgem. Gartenzeitng. XIII. 387. — Caule humili articulato-ramoso laete viridi; articulis elongatis utrinque attenuatis plano-tuberculatis; tuberculis remotis foliolum graniforme mox deciduum pulvillumque parvulum gerentibus, superne tomentosum, inferne aculeiferum; aculeis 4-6 gracilibus rigidulis albidis, divaricatim deflexis. ♃ — Caulis semipedalis, articuli 2-3-pollicares. Aculei tenues setacei 3-4 lin. longi deflexi divergentes. Pulvilli pars superior luride tomentosa. — Pertinet cum speciebus sequentibus ad *Opuntias glomeratas.* — Crescit in Bolivia.
2. O. BOLIVIANA Salm-Dyck l. c. 388. — Caule articulato suberecto laxe ramoso; articulis ovato-oblongis laevibus pallidissime viridibus, adultis lutescentibus; pulvillis subremotis foliolo minuto erecto acuto suffultis; aculeis 1-4 erecto-divergentibus longissimis lineari-extensis flexilibus, inferne corneo-pellucidis albis, apice pungentibus fulvo-sphacelatis. ♃ — Planta ultra pedalis ramosissima. Articuli 2-2½ poll. longi, basi 10-12 lin., apice vix 4-5 lin. crassi, juniores pal-

lide virides, sub lente albo-punctulati, adulti luride flavescentes laevissimi, areolis impressis. Pulvilli rotundati, juniores praeter tomentum cinereo-flavicans lana crispa mox evanescente vestiti. Aculei aciculari-setacei 3–4-pollicares flexiles albidi subpellucidi subflexuosi, acute pungentes. — Crescit in Bolivia.

3. O. FLOCCOSA Salm-Dyck l. c. — Caule basi prolifero clavato crasso nitide perviridi, cristatim tuberculato; tuberculis confertis foliolum crassissimum ellipsoideum erectum gerentibus; pulvillis axillaribus elongatis lanigeris, lana sericea stricta alba in pulvillis senioribus longissima dependente aculeisque 1–3 vix conspicuis commixta. ♃ — Planta adhuc 4–5-pollicaris erecta, apice sesquipollicem crassa. Tuberculi carnosi prominentes, qui gerunt foliolum diu persistens. Pulvilli lanigeri, infra aculeis brevibus setaceis instructi. Lana sesquipollicaris alba fasciculatim dependens. — Crescit in Bolivia.

4. O. VESTITA Salm-Dyck l. c. — Caule erecto elato cylindraceo, superne attenuato, tandem ramoso nitide perviridi; tuberculis planissimis confertis folium elongatum obtusiusculum erecto-patulum gerentibus; pulvillis axillaribus rotundatis, praeter tomentum gilvum aculeis setaceis lanaque alba crispata instructis. ♃ — Caulis hucusque sesquipedalis, ad basin semipollicem crassus, sursum attenuatus, tuberculis applanatis demum obsoletis instructus. Folia 4–5 lin. longa ovalia patentia. Pulvilli supra setarum fasciculo, medio aculeolis tenuissimis, infra lana brevi crispa demum deflexa adpressa instructi. — Crescit in Bolivia.

† Genus dubium.

XVII. PELECYPHORA *Carl Ehrenberg.*

(C. Ehrenberg in Schlchtd. et Mohl, Bot. Zeitung I. 737.)

Caulis clavatus humilis, aetate ramosus, tuberculis obtectus. Tuberculi spiraliter confertissimi, axillis junioribus lanigeris, ima basi rhombeo-teretiusculi, tum excavato-compressi, apice subdilatati obtusi, pulvillo seu scutello cartilagineo elliptico applanato instructi, sulco longitudinali exarato et ad peripheriam fimbrillis cartilagineis numerosis minutissimis albidis (aselli pedes referentibus) serrulato. Flores.....? Germen inclusum.

1. P. ASELLIFORMIS C. Ehrenbrg. l. c. † — Planta carnosa griseo-viridis, poll. 2 alta, apicem versus diametro sesquipollicari, inferne vix 9-lineari, tuberculi potius malleiformes quam securiformes appellandi sunt. — Crescit.....?

Ordo CII. RIBESIACEAE *Endl.*

(Endl. Gener. plant. p 823. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 357. — GROSSULARIEAE DC. Prodr. III. 477. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 128. II. 92.)

4682. RIBES *Linn.*

(DC. Prodr. III. 477. [excl. sect. 1.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 357.)

1. *R. MALVACEUM Sm. — DC. l. c. 483. — Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 343. — *R. alceaefolium* Knze. in Poepp. Coll. pl. Chil. 73. — *R. trilobum* Meyen, Reise um die Erde I. 314. — Huc pertinere videtur *R. glutinosum* Bth.

2. R. *(Ribesia)* TORTUOSUM Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 17. — Ramis brevibus tortuoso-ramosissimis, per anthesin aphyllis glabris; foliis basi cordatis quinquelobis, junioribus puberulis; bracteis pedicellos aequantibus; calycis limbo tubuloso, apice quinquefido, laciniis ovatis reflexo-patentibus. ♁ — Fruticulus ante foliorum explicationem florens, ramuli crassi, cortice cinereo glabro, vege-

tiores 2–3-pollicares, plerique multo breviores. Internodia ex cicatricibus foliorum delapsorum pauca. Ad apices ramulorum e gemma squamis fuscis persistentibus suffulta racemi oriuntur 6–12 lin. longi, 8–12-flori, minute puberuli et hinc inde folia pauca parva explicari incipiunt. Pedicelli divaricati lineam longi. Calycis tubus fere 2 lin. longus cylindricus crassiusculus glaber, laciniae semilineam longae. Petala ovata calycis laciniis dimidio breviora, ad faucem inserta. Stamina 5 petalis aequilonga. Ovarium in fundo calycis brevissimum, placentis 2 parietalibus multiovulatis. Stylus apice brevissime bilobus, lobis intus stigmatosis, placentis contrariis. Fructus maturus siccus videtur. — In California.

3. R. LEPTOSTACHYUM Bth. Plant. Hartweg. p. 186. no. 1027. — Ramis hirsutis; foliis petiolatis, basi cordatis 3–5-lobis duplicato-dentatis glabris, supra viscosis; racemis longissimis hirtellis; bracteis lanceolatis concavis, calyce vix brevioribus; floribus subsessilibus campanulatis puberulis; petalis minutis. ♁ — Frutex 4–6-pedalis habitu *R. Alpino* similis. Rami pilis longis ferrugineis subpaleaceis hirsuti. Racemi demum semipedales. Bracteae 1½–2 lin. longae. — In ascensu ad Paramo de Guanacas prov. Popayan, altitudine 10,000 ad 10,500 pedum.

4. R. DIKUSCHA Fisch. mss. ex Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. II. 254. — Caulibus erectis; foliis cordatis 3–5-lobis, utrinque glaberrimis, lobis acuminatis inaequaliter serratis; racemis erectis, demum nutantibus glabris; bracteis tomentosis pedicello brevioribus; calycibus campanulatis planis puberulis; petalis spathulatis; stylis profunde bifidis; baccis glabris eglandulosis ebracteolatis. ♁ — Calyces albidi. Baccae nigrae inebriantes. — *R. Americanum* Pall. Fl. Rossic. II. 94. — Crescit ad ostia fluvii Witim et in ripis humidis ad Angaram superiorem (in regione Baikalensi).

† *Icon addenda.*

R. PULCHELLUM Turczan. — Trautvett. Plant. imagin. et descript. I. 13. t. 8.

Ordo CIII. SAXIFRAGACEAE *DC.*

(DC. Prodr. IV. 1. et 665. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 362. et 936. — Endl. Gener. plant. p. 843. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 136. II. 99.)

Subordo I. *SAXIFRAGEAE* DC.

4629. EREMOSYNE *Endl.*

(Endl. Enumer. pl. Hügel. 53.)

1. E. PECTINATA Endl. l. c. et Iconogr. gener. t. 112. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 362.*) — Herba digitalis, pilis simplicibus mollibus albis conspersa. Folia radicalia rosulata obovato-spathulata semipollicaria obtusa, e duarum linearum latitudine sensim attenuata. Caules plurimi filiformes 1½–2-pollicares, e basi procumbente ascendentes, intermedius crassior et strictior, simplices vel apice simpliciter dichotomi. Folia caulina alterna sessilia ovata, 3 lin. longa, basi profundissime pectinato-pinnatifida, laciniis linearibus acutis, utrinque 4–6, imis deflexis, reliquis ascendentibus, lobo terminali latiore. Flores in cymulis repetito-dichotomis contractis, in corymbum terminalem dipositis, ramis ramulisque inflorescentiae confertius molliusque pilosis, bractea lineari integra vel trifida stipatis. Flores minimi, floribus *Sherardiae arvensis* paullo minores. Calyx glanduloso-pilosus, laciniis 5 lanceolatis acutis. Petala late linearia alba pilosa. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4632. **NIMMOIA** *Wght.*

Wght. Madr. journ. of science 1837. p. 309. t. 20.)

1. N. **FLORIBUNDA** Wght. l. c. — (Ann. sc. natur. [2. Ser.] XI. 173. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 362.*) — Herba glabra ramosissima: folia coriacea alterna sessilia cordato-lanceolata acuta exstipulata; flores parvi rosei paniculato-corymbosi; corymbulis ultimis basi bibracteatis; calyx et petala persistentia; capsula inclusa, apice demum dehiscens polysperma. — Crescit in India orientali.

4634. **SAXIFRAGA** *Linn.*

DC. Prodr. IV. 17. et 666. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 362. et 936.)

1. S. *(Aizoonia)* **CORYMBOSA** Boiss. Diagnos. pl. novar. oriental. III. 17. — Rosulata caespitosa: foliis radicalibus patentibus obovato-spathulatis, basi attenuatis, apice rotundatis obtusis vel obsolete acutiusculis, margine anguste cartilagineo angustissimo calcareo-punctatis; caulibus pumilis foliosis, apice paniculato-corymbosis; foliis caulinis paniculaque pilis crispis flavescentibus viscidis abunde vestitis; foliis caulinis lanceolato-linearibus obtusis, basi attenuatis; pedunculis crassiusculis primum brevissimis, fructiferis calycem aequantibus, folio florali lineari eos paullo superante suffultis; calyce piloso-glandulosissimo in dentes oblongos intus quoque glandulosos obtusos ad medium usque fisso; petalis pallide luteis obovato-spathulatis calycem aequantibus aut eum vix superantibus; stylis divergentibus, stigmatibus brevibus subcompressis papillosis. ♃ — Rosulae caespitis diametro 1–1½-pollicari, folia 6–9 lin. longa, apice 3 lin. lata. Scapi 1–4-pollicares, apice in ramos 1–3, flores 2–5-gerentes divisi. — Affinis *S. mediae*, *Friderici Augusti* et *sanctae*, a duabus prioribus jam recedit petalis flavis et a postiore foliis minoribus linearibus pungentibus serrulatis. — Crescit in regione superiore Cadmi occidentalis supra Geyra in Caria.

2. S. *(Aizoonia)* **SCARDICA** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 332. † — Caule glanduloso-piloso, foliis parvis remotis foliato, vix palmari; rosulae foliis ovato-oblongatis rotundato-acutis, patenti-recurvatis rigidis, supra concavis, subtus convexo-carinatis integerrimis, ad marginem 9–15 fovearum serie exsculptis; corymbo paucifloro; calycis segmentis ovatis acutiusculis, corolla alba plus duplo brevioribus; petalis obovatis quinquenerviis, nervis rectis. ♃ — Habitus *S. aretioidis* Lap. sed floribus luteis et a *S. Valdensi* DC. foliis brevibus obtusis facile dignoscitur. — Crescit in saxis alpicis Scardi.

3. S. *(Aizoonia)* **SPRUNERI** Boiss. l. c. 18. — Dense caespitosa: caulibus foliis vetustis imbricatis densissime tectis columnari-cylindricis; foliis radicalibus confertissimis ovato-oblongis rotundatis obsolete mucronulatis, anguste marginatis, basi glanduloso-ciliatis planis viridibus; scapis solitariis foliosis pumilis, apice confertim corymboso-paniculatis, cum inflorescentia tota hirsuto-glandulosis; foliis caulinis lanceolato-spathulatis obtusis; pedunculis calycem subaequantibus, folio florali anguste lineari eis aequali suffultis; calycis brevis hispido-glandulosi dentibus triangularibus acutis membranaceo-marginatis, tubo subaequalibus; petalis obovatis unguiculato-attenuatis, calyce triplo longioribus; stylis subparallelis elongatis, stigmatibus subclavatis albidis. ♃ — Caules dense caespitosi columnares nigri, fere bipollicares. Folia radicalia 2–3 lin. longa, 1–1½ lin. lata, scapi 1–2-pollicares, flores magnitudine illorum *S. diapensioidis*. — *S. marginata* Bory et Chaub. (nec Strnbrg.)? — Crescit in summo cacumine Parnassi montis.

4. S. *(Aizoonia)* **SEMPERVIVUM** C. Koch, Linnaea XIX. 40. — Folia densissime rosulata, late lineari-oblonga acuminata, subtus convexo-carinata glaberrima, juxta marginem cartilagineum multifoveolata, caulina sessilia, e parte superiori glaberrima, ex inferiori contra ut caulis simplicissimus erectus et calyx glanduloso-pubescentia; flores sessiles aut brevissime pedunculati, bracteas aequantes; calyx purpureo-violaceus, laciniis oblongis; petala vix exserta, saturate coerulea (sicco statu) oblonga aut oblongo-spathulata; stamina corolla breviora, antheris flavis. ♃ — Crescit in Asia minori boreali.

5. S. *(Aizoonia)* CORIOPHYLLA Griseb. l. c. 333. † — Caule glanduloso-pubescente foliis parvis foliato vix palmari; rosulae foliis breviter oblongis obtusis, expansis rigidis, supra concavo-planiusculis, subtus convexo-carinatis integerrimis, ad marginem 5–7 fovearum serie exsculptis; corymbo paucifloro; calycis segmentis oblongis obtusis corolla alba duplo brevioribus; petalis obovato-oblongis trinerviis, nervis rectis. ♃ — Praecedenti quam maxime affinis, sed notis datis diversa. — Crescit in saxis alpinis Albaniae borealis.

6. S. *(Xanthizoon* *)) SANCTA Griseb. l. c. † — Caulibus glabris ascendentibus, inferne foliosis palmaribus; foliis inferioribus lingulato-lanceolatis breviter acuminatis mucronatis ciliato-dentatis rigide patentibus, supra planiusculis, subtus carinatis, juxta marginem cartilagineum 5 fovearum minutarum serie exsculptis; petalis flavis spathulato-oblongis calyce sesquilongioribus trinerviis, nervis lateralibus arcuatis; staminibus breviter exsertis. ♃ — Species pulcherrima, affinis *S. Aizoidi*, sed foliis lanceolatis majoribus, supra rosulam dense foliosam abrupte decrescentibus facile distinguitur. — Crescit in summo cacumine montis Athos.

7. S. *(Dactyloides)* FACCHINII Koch, Flora (B. Z.) XXV. II. 624. — Caudiculis dense foliatis; foliis imbricatis lanceolatis rotundato-obtusis muticis, basi attenuatis, omnibus indivisis emortuis, apice totisve cinereis tri-quinquenerviis; caule a basi aequaliter foliato 1–3-floro; petalis oblongo-cuneatis emarginatis, basin versus attenuatis, calyce paullo longioribus, latitudine lacinias calycis aequantibus. ♃ — Crescit in summis alpibus Tyrolensibus (Seiseralpe).

8. S. *(Dactyloides)* ADENOPHORA C. Koch, Linnaea XIX. 40. — E radice tenui caulis abbreviatus plures caudiculos densissime imbricato-foliosos formans; folia, apice caudiculorum excepto, arida brunnea minus glandulosa, suprema viridia glandulifera, omnia cuneata, ex apice trifida, laciniis linearibus; pedunculus glanduloso-pubescens uni- vel bifolius pauciflorus; petala alba calycem glandulosum duplo superantia. ♃? — Crescit in Asia minori septentrionali.

9. S. *(Arabidia)* WILDIANA Knze. Linnaea XVII. 575. — Caudiculis laxe rosulatis; foliis longe petiolatis spathulato-oblongis acutis sinuato-dentatis, margine multipunctatis vel squamulosis recurvis, utrinque sparsim, petiolis densius hirsutis; scapo apice corymboso patentissime glanduloso-piloso; bracteis lineari-lanceolatis, infimis subincisis; calycis glandulosi laciniis obtusis patentibus, petalis ellipticis duplo brevioribus; filamentis subulatis; ovario subgloboso; carpellis apice stylisque patenti-erectis. ♃ — *S. hirsuto-Aizoon* Rchb. Fl. excurs. 3622. — Crescit.....?

10. S. *(Hydatica)* CHRYSOSPLENIFOLIA Boiss. l. c. 20. — Perennis: radicis fibrosae collo incrassato; caule inferne, petiolis et rarius foliorum pagina inferiori pilis articulatis crispis magis minusve copiosis obsitis; foliis radicalibus cordatis orbiculato-reniformibus herbaceis teneris crenatis, crenis latis obtusissimis; caule erecto parce folioso cum panicula subcorymbosa pauciflora terminali parce glanduloso-piloso; foliis caulinis parvis subsessilibus, dentibus triangularibus acutis; calyce glabro in dentes oblongos obtusos ad basin usque partito; petalis obovatis calyce triplo longioribus lacteis obsolete punctatis; capsulae ovatae apice emarginatae stylis divergentibus brevibus; stigmatibus oblique capitatis; seminibus minimis oblongis sublaevibus. ♃ — A *S. rotundifolia*, cui similis est, differt florescentia praecociori, foliis tenerioribus numquam marginatis, crenis latis obtusissimis nec triangularibus, magis minusve acutis, petalis majoribus obovatis nec lanceolatis, seminibus dimidio minoribus laevibus, nec grosse tuberculatis. — *S. rotundifolia* Bory et Chaub. (nec Linn.) ex p. — Crescit ad rupes faucium Taygeti ad Mistra, in montibus Messeniae et in insula Creta.

---

*) *XANTHIZOON Griseb. l. c. 333. — Rhizoma stolones foliosos emittens, foliis alternis ciliatis, ante apicem fovea nuda vel juxta marginem fovearum ejusmodi serie exsculptis. Calyx quinquepartitus ovariis adnatus persistens. — Huc spectant* S. aizoides *L. et* S. tenella *Wulff.*

11. S. *Hydatica* OLYMPICA Boiss. l. c. 19. — Perennis: rhizomate vestigiis foliorum vetustorum squamoso; foliis fere omnibus radicalibus petiolatis reniformi-cordatis transverse sublatioribus multicrenatis, crenis rotundatis laxissimis, apice magis minusve distincte attenuato-apiculatis punctatisque, omnino herbaceis glabris obscure virentibus, obsolete nervosis, folio caulino uno alterove breviter petiolato profunde 3-7-secto, dentibus triangularibus acutis, petiolis glabris aut pilis crispis articulatis paucissimis hirtellis; caulibus erectis, apice paniculato-corymbosis; inflorescentia pilis rubris glandulosis brevibus conspersa; pedunculis flores superantibus, bracteolis brevibus linearibus suffultis; calyce viscidulo in lacinias oblongo-ellipticas acutiusculas, fructiferas rectas, fere ad basin usque fisso; petalis ellipticis obtusiusculis calyce subtriplo longioribus rubro-punctatissimis; staminibus filiformibus; capsula oblonga apice vix emarginata; stylis arcuato-horizontalibus stigmatibusque oblique truncatis coronata; seminibus sublaevibus oculo valde armato subtuberculato-punctatis. 4 — Planta pulcherrima gregarie crescens, caules ½–1-pedales, folia diametro transverso 2½-pollicaria, dentibus latis obtusis, apice attenuatis, rarius triangularibus acutis. Paniculae rami inferiores elongati et sic inflorescentia corymbosa pauciflora. Flores illis *S. pauciflorae* fere majores, petala saepius alba, maculis innumeris purpureis intus picta, sed etiam saepius maculis frequentioribus et in lineas longitudinales confluentibus purpurascentia. Semina subtilissime tuberculato-punctata. — *S. Geum* Sbthrp. nec Linn.) — Crescit in Asia minori (locus a cl. Boissier non indicatur).

12. S. *(Neurophyllum)* HEDERACEA Linn. Spec. plantar. 579. (nec DC. Prodr.) — Boiss. l. c. 21. — Annua tenerrima: caulibus debilibus erectiusculis; foliis radicalibus reniformibus obtusissime 3-5-lobis, transverse latioribus, basi subcordatis cuneatisve, caulinis trilobis, lobis acutioribus, supremis saepe integris; pedunculis paucis oppositifoliis patentibus longissimis; calyce glabro ad basin usque in lacinias ovatas acutiusculas diviso; petalis albis obovatis rotundatis, calycem paullo superantibus trinerviis; capsula subglobosa calycem vix superante, apice truncata, stylis subdivergentibus ea triplo fere brevioribus apiculata; seminibus ovatis angulosis tuberculosis. ⊙ — *S. parviflora* Bivona. — *Saxifraga Cretica annua minima hederaceo folio* Tournef. — Crescit in insulis Sicilia, Creta, Chio et vulgatissima in Attica.

13. S. *(Neurophyllum)* CYMBALARIA Linn. l. c. (nec DC. Prodr.) — Boiss. l. c. — Annua tenera: caulibus diffusis vel erectiusculis foliosis; foliis reniformibus rotundatis subcordatis grosse 5–11-dentatis, dentibus triangularibus acutis, superioribus trilobis, summis integris oblongo-lanceolatis; pedunculis elongatis oppositifoliis; calyce ultra medium in lacinias triangulares obtusas, etiam post anthesin erecto-patulas diviso; petalis luteis ellipticis obtusis, calyce triplo longioribus trinerviis; capsula ovato-rotunda calyce subduplo longiori, apice truncata, stylis vix divaricatis ea subtriplo brevioribus apiculata; seminibus ovatis obsolete tuberculatis. ⊙ — Buxb. Centur. t. 45. fig. 2. — *S. orientalis* Jcq. Observat. t. 34. — DC. l. c. 43. no. 125. — *S. reticulata* Willd. — Strnbrg. Revis. Saxifr. t. 13. — *S. hederacea* M. Bieb. et DC. l. c. no. 124. — Crescit in regionibus orientalibus Asiae, in Armenia, Cappadocia, in Tauro orientali et in Persia boreali ad Djoulfeckou.

14. S. *(Neurophyllum)* SIBTHORPII Boiss. et Sprunner l. c. 22. — Annua tenera: caulibus erectiusculis; foliis reniformibus, basi cordatis transverse latioribus quinquelobis, lobis rotundatis obtusissimis, superioribus trilobis, lobis etiam rotundatis, supremis saepe integris ovatis; pedunculis elongatis oppositifoliis; calyce ultra medium in lacinias ovatas obtusas diviso, post anthesin reflexo; petalis luteo-aurantiacis oblongis acutiusculis, calyce duplo longioribus trinerviis, basin versus biglandulosis; capsula ovato-rotunda calycem vix superante, stigmatibus subsessilibus apiculata; seminibus magnis globosis sublaevibus, sub lente fortissima minute tuberculatis. ⊙ — *S. Cymbalaria* Sbthrp. Flor. Graec. t. 378. — Planta 2–3-pollicaris tenera, flores magnitudine illorum *S. rotundifoliae*. Differt

a praecedente aeque ac a sequente sepalis reflexis, capsulae stigmatibus sessilibus, foliorum forma, seminibus globosis vix nisi oculo armato tuberculatis eis *S. Cymbalariae* duplo et *S. scotophilae* quadruplo majoribus. — Crescit in Graeciae montibus Delphi Euboeae et in Parnasso.

15. S. *(Neurophyllum)* SCOTOPHILA Boiss. l. c. 23. — Annua: caulibus filiformibus flaccidis elongatis debillimis intricatis; foliis tenerrimis reniformi-cordatis 5–9-lobis, lobis rotundatis obtusis, terminali majori, superioribus trilobis aut integris ovatis; pedunculis oppositifoliis valde elongatis divaricatis; calyce ultra medium in lacinias ovatas acutas diviso, post anthesin erecto-patulo; petalis luteis nitidissimis calyce subduplo longioribus oblongis obtusis trinerviis, basi biglandulosis; capsula breviter ovata calyce sublongiore, apice truncata, stylis vix divergentibus ea tertia parte brevioribus apiculata; seminibus ovatis angulatis tuberculatis. ☉ — Planta tenerrima fere deliquescens. Caules valde intricati filiformes, folia eis *S. Cymbalariae* paullo minora, flores magnitudine eorum *S. stellaris*, adeo nitidi, ut e cavis tenebrosis quae planta habitat, sicut stellae eluceant. *S. Cymbalariae* characteribus affinis est, sed distinguitur teneritate mira, foliorum lobis rotundatis, calycis dentibus acutis, floribus dimidio minoribus, petalis calyce vix duplo nec triplo majoribus, capsula stylis longioribus apiculata, seminibus dimidio et eis *S. Sibthorpii* quadruplo minoribus. — Crescit in cavis obscuris saxium magnarum in regione montana superiore Tmoli supra Philadelphiam.

16. S. *(Neurophyllum)* GRANIGERA C. Koch, Linnaea XIX. 40. — Pilosiuscula: radix granulata; caulis erectus simplex, ex apice glandulosus corymbosus; folia reniformia 3–5-lobata, radicalia longissime petiolata, caulina sessilia, suprema bracteiformia, opposita pedunculos suffulcientia; corymbus pauciflorus; calyx liber, sepalis oblongis, petalis trinervibus triplo minor; filamenta filiformia. ☉ — Crescit in Asia minori boreali.

† *Icones addendae.*

S. CILIATA Royle. — Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XV. t. 65.*)

S. DIVERSIFOLIA Wall. — Hook. Lond. journ. of bot. IV. 638. t 21. (var. *β.* DC. Prodr.)

4635. LEPTARRHENA *R. Br.*

(R. Br. in Parry's I. Voy. Suppl. p. CCLXXIII.)

1. L. (SAXIFRAGA Don, Transact. of the Linn. soc. XIII. 389.) PYROLIFOLIA R. Br. l. c. — (DC. Prodr. IV. 48.* — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 368.*) — Hook. Flor. Bor. Americ. I. 256. t. 89. — Radix perennis subfusiformis elongata fibrosa. Caulis brevis ascendens simplex vel ad basin ramosus 2–3-uncialis foliosus, petiolis membranaceis latis omnino tectus. Folia elliptica obtusa coriacea plana, duplicato-serrata nervosa, nervis obliquis, supra nitida viridia, subtus pallida. Petioli subunciales insigniter dilatati canaliculati subciliati membranacei vaginati. Scapus spithamaeus pedalis et ultra, erectus rigidus, foliis parvis vel squamis duabus oblongis serratis instructus, superne praecipue pubescens. Racemus compositus subcorymboso-paniculatus. Flores parvi inconspicui. Calyx profunde quinquefidus pubescens, tubus brevis, segmentis oblongis obtusis erecto-patentibus. Petala linearia obtusa, vix calycem superantia. Stamina 10 longitudine petalorum, 5 illis opposita, 5 alterna distincta, filamenta subulata, antherae subgloboso-tetragonae, dorso affixae uniloculares bivalves. Pistilla 2 distincta libera. Ovarium ovatum uniloculare pluriovulatum, ovulis lineari-elongatis erectis, prope basin ad marginem valvarum insertis. Styli attenuati subdivergentes, stigmata obtusa. Carpella 2 oblongo-ovata, stylis attenuatis terminata, intus longitudinaliter dehiscentia. Semina scobiformia, testa utrinque ultra nucleum ovalem elongata subalata. — *Leptarrhena* (*Saxifraga* Strnbrg. Revis. Saxifr. Suppl. 2. t. 2.) *amplexifolia* Seringe in DC. l. c. — *Saxifraga micrantha* et *coriacea* Fisch. mss. — Crescit in Unalaschka et „Behring's Strait, Rocky mountains."

*) *Pro S. CILIATA Royle. — Wlprs. l. c. II.* 365. *no.* 24. *legatur S. IMBRICATA Royle l. c.*

4638. **CHRYSOPLENIUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 48. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 368.)

Sectio I. EUCHRYSOPLENIUM Turcz. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVII. II. 272.

Flores terminales et alares subsessiles foliis floralibus involucrati. Radices fibrosae. — Species omnes hucusque descriptae huc pertinent.

1. CHR. PELTATUM Turczan. l. c. 273. — Caule nudo aut basi 1–2-folio; foliis radicalibus orbiculato-reniformibus crenato-lobatis peltatis, lobis emarginatis, caulinis alternis, petiolis inferne cum inferiore parte caulis fusco-pilosis. ♃ — Crescit in alpe Nuchu-Dabau ad torrentem Dschochoi.

Sectio II. NEPHROPHYLLOIDES Turczan. l. c. 273.

Flores axillares solitarii longiuscule pedunculati foliis floralibus non cincti. Radices tuberosae.

2. CHR. SEDAKOWII Turczan. l. c. — Plantula pusilla et tenella glaberrima. Radicis tubercula ovata, grani cannabini magnitudine, squamis ramentaceis tecta. Cauliculi 1–2-pollicares ascendentes debiles dichotomi, solitarii, bini vel terni e radice. Flores illis *Chrysoplenii alternifolii* minores. Calyces sordide albi vel ochroleuci. Genitalia, capsulae et semina generis. Habitus a genere alienus, *Saxifragam vicularem* aemulans, sed characteres tam floriferi, quam fructiferi omnino *Chrysoplenii*. ♃ — Crescit in rupibus jugi Urulgensis ad fluvium Nereza extensi non procul ab oppido Nerczinsk.

4646. **ORESITROPHE** *Bnge.*

(Bnge. Mémoir. des sav. étrang. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 105.)

1. O. RUPIFRAGA Bnge. l. c. 106. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 372.*) — Herba acaulis, radice crassa squamosa bulbillosa, e rupium fissuris enata. Folia serotina cordata acuta ampla solitaria, supra glabrata, laete viridia, subtus primum violacea, demum pallida, ad nervos glanduloso-hispida, margine eroso-denticulata. Scapus aphyllus ebracteatus glanduloso-hispidus. Racemi dichotome paniculati subnutantes. Flores pallide purpurei, demum virescentes. Antherae laete violaceae. — Crescit in fissuris rupium in China boreali.

Subordo II. *CUNONIEAE* DC.

4648. **CALLICOMA** *Andrws.*

(D. Don in New Edinbrgh. philos. journ. IX. 93.)

1. C. SERRATIFOLIA Andrws. Bot. Reposit. t. 566. — (DC. Prodr. IV. 9.) — Bot. Magaz. t. 1811. — Delaun. Herb. amat. t. 299. — Foliis lanceolatis acuminatis, subtus canis, basi attenuatis. ♁ — Anne flores dioici? — Crescit in Nova Hollandia.
2. C. FERRUGINEA D. Don l. c. 94. — Foliis oblongis acutis, subtus ramulisque ferrugineo-tomentosis, basi cuneatis. ♁ — In Nova Hollandia ad fluviorum ripas.
3. C. BILLARDIERI D. Don l. c. — Foliis ternis subsessilibus ellipticis retusis crenulatis glabris. ♁ — *Codia montana* Labillard. mss. — In Nova Hollandia.

4649. **CALYCOMIS** *R. Br.*

(R. Br. in Flind. Voy. 549.)

1. C. VERTICILLATA R. Br. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 373.*) — D. Don in New Edinbrgh. philos. journ. IX. 93. — Frutex bipedalis, rami oppositi, folia ternato-verticillata subsessilia oblongo-ovata coriacea acuminata grosse serrata eximie penninervia, juniora laete purpurascentia. Flores parvi numerosissimi in verticillos densos bracteatos infra folia suprema collecti. Pedicelli breves pilosi rubri. Sepala 5 patentia pilosa ovata pallide rubra. Petala sepalis longiora spathulata patentia. Stamina 10 hypogyna, filamenta petalis longiora, primum incurvata, antherae subglobosae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus Germen subglobosum pilosum, styli duo subulati. Capsula biloba stylis persistentibus patentibus terminata pilosa bilocularis, loculis oligospermis. Semina

ovato-globosa dissepimentis utrinque inserta. — *Weinmannia venosa* Knwls. et Wstestt. The floral Cabinet II. 81. t. 65. — Wlprs. l. c. 373. no. 2. — *Acrophyllum verticillatum* Hook. Bot. Magaz. t. 4050. — *Acrophyllum venosum* Bth. in Maund et Henslow, The Botanist II. t. 95. — Crescit in Nova Hollandia.

4650. **APHANOPETALUM** *Endl.*

(Endl. Novar. stirp. mus. Vindobon. decad. p. 34.)

1. A. RESINOSUM Endl. l. c. p. 35. no. 42. et Iconogr. gener. t. 96. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 373.*) — Arbor: ramuli teretes pennae anserinae crassitie, cortice rubro-fusco, verruculis plurimis exasperato glaberrimo nitido versus summitates resinoso vestiti. Folia opposita, internodiis inter paria bipollicaribus, breviter petiolata ovato-elliptica, 2-3-pollicaria, 1-1½ poll. lata, basi saepius subcuneata, apice angustata acuta vel obtusiuscula, remote et obtuse serrata coriacea glaberrima, supra resinoso-nitida, utrinque reticulato-nervosa venosa, petioli vix 2 lin. longi, subtus convexi, supra canaliculati, in vaginam stipularem brevissimam caducam, cicatricem annularem circa nodum nonnihil incrassatum relinquentem commissi. Paniculae axillares, rarius laterales simplices vel compositae, folio breviores. Pedicelli et rhachis generalis tetragono-filiformis. Bracteae ad basin pedicellorum squamiformes, lineam longae, bracteolae mediis pedicellis insertae setaceae deciduae. Calycis tubus liber, limbi explanati quadripartiti laciniae 5 lin. longae, 2 lin. latae, obtusae membranaceae venosae glabrae, una alterave plerumque reliquis longiore. Petala lineari-lanceolata brevissima, saepissime deficientia. Stamina vix dimidiis laciniis calycinis aequalia, stylo breviora. Ovarii loculi rarissime omnes perfecti, plerumque 1-2 effoeti. — Crescit in Nova Hollandia orientali extratropica.

4651. **CERATOPETALUM** *Smith.*

(DC. Prodr. IV. 12. — D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 94.)

1. C. GUMMIFERUM Smith, Nov. Holl. I. 9. t. 3. — (DC. l. c. 13.*) — D. Don l. c. — Foliis ternatis; floribus petaliferis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.
2. C. (MERIDEMA) APETALUM Caley mss. ex D. Don l. c. — Foliis simplicibus lanceolatis; floribus apetalis. ♁ — An flores nonnumquam petalo unico instructi sunt? — Crescit in Nova Hollandia.
3. C. MONTANUM D. Don l. c. — Foliis simplicibus lineari-lanceolatis; floribus apetalis. ♁ — Crescit in Nova Hollandia.

4652. **SCHIZOMERIA** *D. Don.*

(D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 94.)

1. SCH. OVATA D. Don l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 373.*) — Arbor: folia simplicia petiolata elliptico-oblonga acuta serrata coriacea glabra, reticulato-venosissima, petioli basi articulati, stipulae indivisae caducae; flores parvi albi paniculati, panicula terminalis ramosissima. — *Ceratopetalum ovatum* Caley mss. — Crescit in Nova Hollandia.

4655. **WEINMANNIA** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 8. et 665. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 373. — D. Don in New Edinbrgh. philos. journ. IX. 85.)

§. 1. *Foliis simplicibus.*

1. W. OVATA Cav. Icon. VI. 45. t. 566. — (DC. l. c. 9. no. 9. excl. syn. Kth.) — D. Don l. c. 86. — Foliis elliptico-oblongis obtusiusculis crenatis, utrinque ramulisque glabris, basi acutis; fasciculis paucifloris remotis. ♁ — Arbor triorgyalis, folia basi acuta, 2-3-pollicaria, 1-1½ poll. lata, petioli 2-3 lin. longi. Racemi tripollicares laxissimi. Discus hypogynus 8-glandulosus. — Crescit in Peruvia ad oppidum Buenaventura.
2. W. KUNTHIANA D. Don l. c. — Foliis ellipticis crenatis, basi cuneatis membranaceis glabris; racemis elongatis, fasciculis paucifloris. ♁ — Folia elliptica vel

ovata obtusa aut acuta, crenata membranacea, supra glabra, subtus in nervo venisque pilosula, basi cuneata, 3–5–pollicaria, 1½–2 poll. lata, petioli 2–3 lin. longi, racemi spathamaei, fasciculi 3–10–flori. — *W. ovata* H. B. Kth. Nov. gener. et spec. pl. VI. 52. (excl. syn. Cavan.) — Crescit prope Santa Fé de Bogota Novo–Granatensium.

3. W. BALBISIANA H. B. Kth. l. c. 51. t. 520. — (DC. l. c. no. 5.) — D. Don l. c. — Foliis subsessilibus ovato–lanceolatis subacuminatis serratis glabris, basi attenuatis; fasciculis paucifloris. ♁ — Folia 1½–3–pollicaria, racemi laxi bipollicares. Capsulae ovatae glabrae. — Crescit in sylvis prope Loxam Quitensium.

4. W. LAURINA H. B. Kth. l. c. 51. — (DC. l. c. no. 6.) — D. Don l. c. — Foliis oblongis acutis crenatis glabris, basi attenuatis; fasciculis multifloris. ♁ — Folia tripollicaria vel ultra, subtus ad venas pubescentia. Racemi bipollicares. — Crescit.....?

5. W. MACROPHYLLA H. B. Kth. l. c. 52. t. 521. — (DC. l. c. no. 7.) — D. Don l. c. — Foliis subsessilibus ovatis acuminatis serratis, utrinque ramulisque glabris, basi rotundatis; fasciculis paucifloris. ♁ — Folia 3–5–uncialia, 2–3 poll. lata, utrinque glabra, supra nitida, racemi laxiusculi, fasciculi pauciflori distincti, capsulae tereti–oblongae glabrae. — Crescit in Andibus Quitensibus inter Loxam et pagum Nabon.

6. W. ELLIPTICA H. B. Kth. l. c. 50. — (DC. l. c. 8. no. 1.) — D. Don l. c. — Foliis petiolatis ellipticis obtusis crenatis, utrinque glabris, basi acutiusculis; racemis laxis. ♁ — Folia 1– vel fere 1½–pollicaria coriacea, racemi 1½–2–pollicares, capsulae ovatae glabrae. — Crescit in Peruvia prope Loxam.

7. W. OVALIS Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. IV. t. 333. fig. a. (inedit.) — D. Don l. c. — (DC. l. c. 8. no. 3.) — Foliis petiolatis ovalibus crenatis, utrinque ramulisque glaberrimis lucidis, basi acutis; fasciculis paucifloris. ♁ — Folia ovalia vel subrotundo–ovalia obtusissima crassa coriacea, utrinque glaberrima, basi acuta, 2–3–pollicaria, petioli pollicares, racemi laxi palmares, capsulae ovatae laevissimae. — Crescit in nemoribus Andium Peruvianarum prope Pillao.

8. W. CRASSIFOLIA Rz. et Pav. l. c. t. 331. fig. a. (inedit.) — D. Don l. c. 17. — Foliis subsessilibus ovalibus grosse crenatis, subtus ramulisque pilosulis, basi rotundatis; fasciculis paucifloris. ♁ — Folia bipollicaria crassa coriacea, subtus ad costam venasque pilosa, racemi 2–3–pollicares, capsulae ovato–oblongae laevigatae. — Crescit in Peruvia.

9. *W. LATIFOLIA Prsl. — Wlprs. l. c. 373. no. 3.

10. W. RUGOSA Bth. Plant. Hartweg. p. 132. no. 743. — Foliis simplicibus late ovatis obtusis crenatis, basi cuneatis coriaceis, utrinque, praesertim ad venas, cum ramulis racemisque pubescentibus; stipulis ovato–oblongis caducis; racemis folio multo longioribus; seminibus pilis paucis longis obsitis. ♁ — Folia 2–2½ poll. longa, 1½ poll. lata, juniora subtus dense tomentoso–sericea, adulta supra breviter, subtus molliter pubescentia. Racemi numerosi 4–5–pollicares. — Crescit in Columbiae montibus prope Loxam.

§. 2. *Foliis simplicibus ternatisque.*

11. W. HETEROPHYLLA H. B. Kth. l. c. 52. t. 522. — (DC. l. c. 9. no. 11.) — D. Don l. c. 87. — Foliis simplicibus ternatisque ovato–oblongis acutis grosse serratis, subtus pilosulis; fasciculis multifloris. ♁ — Folia plerumque simplicia, supra glabra, subtus, praesertim ad costam pilosula 3–5–pollicaria, 1½–2 poll. lata, petioli semiunciales, racemi laxi 4–unciales, fasciculi multiflori, capsulae ovatae laevigatae. — Crescit prope Santa Fé de Bogota Novo–Granatensium.

12. W. CORDATA D. Don l. c. — Foliis subsessilibus cordato–ovatis obtusiusculis grosse serratis, subtus ramulisque subpilosis; fasciculis multifloris. ♁ — Folia subsessilia cordato–ovata vel ovalia obtusiuscula, simplicia vel ternata bipollicaria, racemi laxi tripollicares. — *W. heterophylla* Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. IV. t. 331. fig. b. — Crescit in Peruvia.

13. W. AURICULATA D. Don l. c. — Foliis ellipticis, margine revolutis serratis, basi rotundatis, subtus ramulisque hirsutis; fasciculis confertis. ♁ — Folia elliptica vel elliptico-oblonga obtusa, supra glabra nitida, subtus copiose fulvo-hirsuta, 1–1½-pollicaria, basi unilobata vel quandoque ternata, racemi densi spicati 2–3-pollicares, capsulae subrotundo-ovatae stylisque hirtellae. — *W. ovata* Rz. et Pav. l. c. t. 333. fig. b. — Crescit in Peruviae nemoribus ad Pillao.

§. 3. *Foliis ternatis quinatisque.*

14. W. PENTAPHYLLA Rz. et Pav. l. c. t. 330. fig. a. — D. Don l. c. 87. — Foliis ternatis quinatisve, foliolis ovato-lanceolatis acutis serratis, utrinque glabris; racemis laxis. ♁ — Ramuli pubescentes, foliola 3–5 elliptico-oblonga acuta serrata coriacea, utrinque glaberrima, supra nitida 2–3-uncialia, lateralia basi inaequilatera, racemi laxi palmares, pedicelli longiusculi, capsulae ovatae laevigatae, styli nunc 3 et subinde capsulae triloculares. — Crescit in Peruvia.

15. W. MAURITIANA D. Don l. c. 88. — Foliis ternatis quinatisque, foliolis obovatis ellipticisque obtusis crenatis glabriusculis; racemis laxis. ♁ — Foliola coriacea, subtus leviter pubescentia, ½–1-pollicaria, rhachidis articuli cuneato-oblongi, racemi laxi bipollicares, fasciculi pauciflori, capsulae oblongae laevigatae, loculis decaspermis. — *W. trifoliata* Lam. Encycl. méthod. VII. 579., Illustr. gener. t. 313. fig. 2. (excl. syn.) — Crescit in insula Mauritius.

16. W. MICROPHYLLA H. B. Kth. l. c. 54. t. 523. — (DC. l. c. 10. no. 17.) — D. Don l. c. — Foliis ternatis quinatisque, foliolis obovatis crenatis glabris; racemis brevissimis subcorymbosis. ♁ — Foliola 3 vel 5, nunc binata parvula cuneato-obovata crenata glaberrima nitida, 3 lin. longa, rhacheos articuli cuneati, capsulae ovatae glabrae. — Crescit prope Loxam Quitensium.

17. W. DISCOLOR Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 104. — Glabra: foliis trifoliolatis vel interdum imparipinnatis bijugis, foliolis oblongo-lanceolatis, apicem versus attenuatis, basi cuneatis grosse serrato-dentatis, alis petiolorum semiobovatis; ramulis compressis angulatis, superne foliisque junioribus subtus pilosulis; racemis folia subaequantibus, rhachi villosa. ♃ — Arbuscula 10–12-pedalis. Foliola majora 2–2½-pollicaria, 6–8 lin. lata, supra viridia, subtus pallida. Flores quadripartiti octandri. — In Brasilia in montibus Organensibus.

§. 4. *Foliis pinnatis.*

18. W. GLABRA Linn. Suppl. 228. — (DC. l. c. 10. no. 23.) — D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis obovatis oblongisve crenatis, subtus pilosulis, rhachidis articulis rhomboideis; racemis laxis. ♁ — *W. pinnata* Linn. Spec. plant. I. 515. (excl. syn.) — Crescit in insulis Stae. Crucis et Martinica, etiam in Mexico prope San Salvador.

19. W. TRICHOSPERMA Cavan. Icon. VI. 45. t. 567. — (DC. l. c. 11. no. 30.) — Foliis multijugis, foliolis oblongis acute dentatis, subtus pilosulis, rhachidis articulis exacte rhombeis. ♁ — Folia magnitudine eorum speciei praecedentis, basi oblique cuneata, supra nuda nitida, subtus in nervis venisque pilosula, racemi laxi, capsulae subrotundo-ovatae costatae glabrae. — *W. dentata* Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. IV. t. 334. fig. c. — *W. pinnata* Linn. et Cav. mss. — Crescit in Peruvia et in insula San Carlos de Chiloë.

20. W. HIRTA Swrtz. Prodr. fl. Ind. occid. 63. — (DC. l. c. 10. no. 22.) — Wlprs. l. c. 374. no. 11. — D. Don l. c. 88. — Foliis subtrijugis, foliolis ellipticis serratis, subtus ramisque hirsutis, rhachidis articulis cuneatis. ♁ — Foliola subtus copiose hirsuta, supra demum glabriuscula coriacea, majora quam in praecedente. Racemi laxi copiosissimi bipollicares. — Crescit in Jamaica.

21. W. NITIDA D. Don l. c. 89. — Foliis subtrijugis, foliolis obovatis crenatis, utrinque glabris nitidis, rhachidis articulis cuneatis. ♁ — Praecedenti admodum affinis, sed glabritie primo intuitu distinguitur. — *W. hirta* var.? Smith. — Crescit in Jamaica insula.

22. **W. TINCTORIA** Sm. in Rees, Cyclop. ex D. Don l. c. 89. — Foliis multijugis, foliolis oblongis serratis glabriusculis, rhachidis articulis spathulatis; fasciculis multifloris. ♁ — *W. glabra* Lam. Encycl. VII. 578., Illustr. gener. t. 313. fig. 1. (excl. synon.) — Crescit in Borbonia insula.

23. **W. FAGAROIDES** H. B. Kth. l. c. 54. t. 524. — D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis obovatis ellipticisve crenatis, utrinque glabris, supra nitidissimis, rhachidis articulis obcordatis. ♁ — Ramuli saepe annulari-rimosi pubescentes, foliola 5–15 obovata vel ovalia obtusissima crenata coriacea, supra nitidissima, subtus in articulis pilosa, 3 lin. longa, racemi bipollicares, fasciculi multiflori, capsulae ovato-oblongae glabrae. — Crescit in Peruvia ad Pillao.

24. **W. PARVIFOLIA** Rz. mss. ex D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis oblongis serratis, subtus pilosis, rhachidis articulis obovatis; racemis abbreviatis. ♁ — Ramuli dense pilosi, foliola 9–15 elliptica vel oblonga serrata contigua, supra nuda et opaca, subtus copiose pilosa 3–5 lin. longa, racemi densi cylindrici vix pollicares, fasciculi multiflori conferti, capsulae subrotundo-ovatae glabrae. — *W. microphylla* Rz. et Pav. Flor. Peruv. Chil. IV. t. 334. fig. a. (inedit.) — Crescit in Peruvia ad Pillao.

25. **W. RETICULATA** Rz. et Pav. l. c. t. 332. fig. a. — (DC. l. c. 10. no. 19.) — D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis ellipticis crenatis, subtus ferrugineo-tomentosis, rhacheos articulis obovato-oblongis; fasciculis confertis. ♁ — Ramuli dense ferrugineo-tomentosi, saepe annulari-rimosi, foliola 9–17 elliptica vel elliptico-oblonga obtusissima crenata, supra pilosa nitida reticulato-venosissima, subtus ferrugineo-tomentosa semiuncialia, racemi densi cylindrici 2–3-pollicares, fasciculi multiflori conferti pilosissimi, styli basi pilosuli, capsulae ovatae laevigatae. — *W. pubescens* Ruiz mss. — Crescit in Peruvia ad Pillao et Acomayo.

26. **W. TOMENTOSA** Linn. Suppl. 227. — H. B. Kth. l. c. 55. t. 525. — (DC. l. c. 10. no. 20.) — D. Don l. c. 90. — Foliis multijugis, foliolis ovalibus, margine revolutis integerrimis, subtus cano-tomentosis; spica cylindrica confertissima. ♁ — Foliola magnitudine *Buxi*, 9–15 approximata elliptica obtusissima, margine revoluta et integerrima coriacea, supra convexa pubescentia, demum viridia, subtus dense niveo-tomentosa, rhachidis articuli obovati, margine revoluti, spica cylindrica obtusa pollicaris, fasciculi multiflori confertissimi, pedunculus teres dense tomentosus brevissimus. — Crescit in Nova Granata.

27. **W. CINEREA** Rz. et Pav. l. c. t. 332. fig. b. (inedit.) — D. Don l. c. — Foliis subtrijugis, foliolis ellipticis serratis reticulatis glabriusculis, rhachidis articulis cuneato-oblongis; racemis laxis. ♁ — Foliola 7–9 elliptica coriacea rigida pollicaria, pedunculus hirsutissimus, racemus laxus 2–3-pollicaris, fasciculi pauciflori, capsulae ovatae glabrae. — *W. sambucina* Ruiz mss. — Crescit in Peruviae nemoribus ad Pillao.

28. **W. SUBSESSILIFLORA** Rz. et Pav. l. c. t. 334. fig. b. — D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis ovalibus oblongisve serratis glabriusculis; spicis elongatis cylindricis; stylis puberulis; capsulis sericeis. ♁ — Foliola 11–15, juniora utrinque leviter pubescentia ½–1-pollicaria, rhachidis articuli obovati, spicae angustae 3–4-unciales, fasciculi conferti multiflori, flores brevissime pedicellati, pedicelli et calyces incani, capsulae subrotundae sericeae. — *W. polystachya* Ruiz mss. — Crescit in Peruviae nemoribus ad Pillao.

29. **W. HIRTELLA** H. B. Kth. l. c. 56. — (DC. l. c. 10. no. 21.) — D. Don l. c. — Foliis multijugis, foliolis oblongis serrulatis, subtus pubescentibus; racemis laxis. ♁ — Ramuli tomentosi, foliola 4–7-juga oblonga vel ovato-oblonga 8–9 lin. longa, racemi laxi 2–3-unciales, ovarium ovatum glabrum. — Crescit prope Santa Fé de Bogota Novo-Granatensium.

30. **W. PUBESCENS** H. B. Kth. l. c. 56. — (DC. l. c. 11. no. 28.) — D. Don l. c. 91. — Foliis multijugis, foliolis elliptico-oblongis serratis, utrinque pilosis; capsulis ovatis tomentosis. ♁ — Foliola 4–6-juga cum impari, 6–13 lin. longa, racemi laxi 3–4-unciales. — Crescit in monte Avila prope Caracas.

31. **W. SORBIFOLIA** H. B. Kth. l. c. 57. — (DC. l. c. 11. no. 27.) — D. Don l. c. — Foliis subquadrijugis, foliolis oblongis acutiusculis serratis, subtus pilosulis; racemis laxis; ovariis glabris. ♁ — Ramuli glabri, foliola oblonga acutiuscula, supra glabra, subtus in costa praecipue pilosula, 19–20 lin. longa, 6–7 lin. lata, basi oblique cuneata, racemi laxi 3–5-unciales, fasciculi remoti, calyx et ovarium glabrum. — Differt a sequente nonnisi foliis majoribus subcoriaceis et ramulis glabris, an igitur species distincta? — Crescit in Nova Granata.
32. **W. CARIPENSE** H. B. Kth. l. c. 58. — (DC. l. c. 11. no. 26.) — D. Don l. c. — Foliis subquinquejugis, foliolis oblongis obtusiusculis serratis membranaceis glabris. ♁ — Ramuli pubescentes, foliola 10–15 lin. longa, 4–5 lin. lata membranacea, utrinque glabra, racemi laxi 4–5-unciales, ovarium ovatum glabrum. — Crescit in Nova Andalusia prope coenobium Caripe.
33. **W. ORGANENSIS** Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 104. — Albo-tomentosa: foliis impari-pinnatis 4–7-jugis, foliolis oblongis vel acutiusculis serratis, alis petiolorum obovatis; ramulis compressis, apice dilatatis; racemis folia superantibus. ♁ — Arbor 10–20-pedalis. Foliola pollicaria, 5–6 lin. lata, supra demum glabriuscula. Racemi 3–4-pollicares. Flores quinquepartiti decandri. — Crescit in Brasilia in montibus Organensibus.
34. ***W. DIVERSIFOLIA** Moric. mss. ex DC. l. c. 10. no. 16.
35. ***W. MACROSTACHYA** DC. l. c. no. 24.
36. ***W. PAULLINIAEFOLIA** DC. l. c. 11. no. 25.
37. ***W. PRODUCTA** Moric. mss. ex DC. l. c. no. 29.
38. ***W. POLYPHYLLA** Moric. mss. ex DC. l. c. no. 31.
39. ***W. CRENATA** Prsl. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 374. no. 7.
40. ***W. LENTISCIFOLIA** Prsl. — Wlprs. l. c. no. 8.
41. ***W. GLOMERATA** Prsl. — Wlprs. l. c. no. 9.
42. ***W. INTERMEDIA** Cham. et Schlchtd. — Wlprs. l. c. no. 10.

† *Species verosimiliter alius generis.*

43. ***W. BIGLANDULOSA** A. Cunn. — Wlprs l. c. 373. no. 1.
44. ***W. BETULINA** A. Cunn. — Wlprs. l. c. no. 4.
45. ***W. FUCHSIOIDES** A. Cunn. — Wlprs. l. c. no. 5.
46. ***W. SYLVICOLA** Soland. — Wlprs. l. c. no. 6.

†† *E genere expellantur:*

W. CHILENSIS DC. = CALDCLUVIA PANICULATA.
W. CORYMBOSA Rz. et Pav. = CALDCLUVIA PANICULATA.
W. DIOICA Spr. = ad TEREBINTHACEAS referenda?
W. FRAXINEA Smith. = PTEROPHYLLA FRAXINEA.
W. PANICULATA Cav. = CALDCLUVIA PANICULATA.
W. PARVIFLORA Forst. = LEIOSPERMUM PARVIFLORUM.
W. RACEMOSA Murr. = LEIOSPERMUM RACEMOSUM.
W. ROSAEFOLIA A. Cunn. = ACKAMA ROSAEFOLIA.
W. SPECIOSA Bnks. et Sol. = LEIOSPERMUM RACEMOSUM.
W. TRIFOLIATA Thnbrg. = PLATYLOPHUS TRIFOLIATUS.
W. VENOSA Knwls. et Wstsctt. = CALYCOMIS VERTICILLATA.

4656. **LEIOSPERMUM** *D. Don.*

(D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 91.)

1. **L. RACEMOSUM** D. Don l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 374 *) — Petiolis apice articulatis; racemis subsolitariis. ♁ — Folia elliptica vel elliptico-oblonga, subtus pulchre venulosa, 2–3-pollicaria, racemi terminales plerumque bini 3–4-unciales. — *Weinmannia racemosa* Murr. Syst. veget. 376. — (DC. Prodr. IV. 8. no. 2.) — *Weinmannia speciosa* Bnks. et Soland. mss. — In Nova Zeelandia.
2. **L. PARVIFLORUM** D. Don l. c. — (Wlprs. l. c.*) — Petiolis basi articulatis; racemis corymbosis. ♁ — Folia elliptica, apice recurva sesquipollicaria, racemi plures 1½–2-pollicares, flores triplo minores quam praecedentis. — *Weinmannia parviflora* Forst. Prodr. 29. — (DC. l. c. 9. no. 8.) — Crescit in Nova Zeelandia.

4657. **ACKAMA** *A. Cunningh.*

(A. Cunningh. Annal. of natur. history II. 358.)

1. A. (WEINMANNIA A. Cunningh. mss.) ROSAEFOLIA A. Cunningh. l. c. — (Wlprs Repert. bot. syst. II. 374.*) — Arbor 30-pedalis, ramuli dense cinereo-pilosi. Folia pinnata, foliola 4–6-juga cum impari, sesqui- vel bunecialia, elliptica acuta serrata, serraturis attenuatis, breviter petiolata glabra, subtus discolora penninervia pilosa. Paniculae terminales ramosae laxae dense pilis stellatis lanatae. Petala lineari-spathulata, laciniis calycinis aequalia. Stamina incumbentia. Styli divaricati. Ovarium densissime tomentosum. Capsula subrotunda ecostata strigosa. — Crescit in Nova Zeelandia boreali prope fluvium Hokianga.

4658. **PTEROPHYLLA** *D. Don.*

(D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 93.)

1. PT. (WEINMANNIA Smith mss.) FRAXINEA D. Don l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 374.*) — Arbor: folia imparipinnata, foliolis lanceolatis obtuse acuminatis crenatis glabris, subtus glaucis, basi obliquis tripollicaribus, impari longius petiolulato, stipulae foliaceae maximae reniformes integerrimae deciduae, flores minuti polygami spicato-racemosi, racemi erecti terminales aggregati subpaniculati palmares, ovarium dense lanatum. — Crescit in insula Honimao.

4663. **GEISSOIS** *Labillard.*

(Labillard. Sertum Caledonic. 50. t. 50.)

1. G. RACEMOSA Labill. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 375.) — Arbor 5–6-orgyalis, trunco pedem crasso, ramis patentibus. Folia opposita quinato-digitata glabra, petiolo communi pollicari et longiori, petiolulis 2–6-linearibus, intermedio longiori, foliola elliptica aut elliptico-oblonga, supra castanea, infra badia tenuissime reticulata, nervis utrinque prominulis. Stipulae insuper binae oppositae latae oblongae caducae, inter foliorum paria ramum amplectentes. Flores racemosi, racemis ex axilla sub gemmis nondum evolutis oppositisque ternis ad quaternis, vix foliorum longitudine, pedicellis patentibus, lineas 3–4 longis. Calyx tetraphyllus patens, foliolis oblongis intus sericeis, extus fulvidis. Corolla nulla. Stamina 10, filamentis purpurascentibus, calyce duplo longioribus, infra latiusculis, sub pistillo insertis, antheris ovatis luteis versatilibus. Ovarium ovato-oblongum superum pilosulum, stylus bipartitus, stigmata bina subulata. Capsula (immatura) lineari-oblonga compressa acuminata bilocularis bivalvis, seminibus numerosis alatis deorsum imbricatis, valvarum medio hinc inde affixis. — Crescit in insula Nova Caledonia.

4664. **BELANGERA** *Cambess.*

(DC. Prodr. IV. 11. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 375.)

1. *B. TOMENTOSA Cambess. — DC. l. c. 12. — Cambess. in St. Hil. Flor. Brasil. merid. II. 205. t. 116. — *Polystemon triphyllus* D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 95.
2. *B. SPECIOSA Cambess. — DC. l. c. — Cambess. l. c. 206. t. 117. — *Polystemon pentaphyllus* D. Don l. c.

4664/1. **RALEIGHIA** *Gardner.*

(Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 97.)

Flores hermaphroditi. Calyx quadripartitus persistens, laciniis aestivatione valvatis oblongo-lanceolatis acutis trinerviis, extus pubescentibus. Corolla nulla. Stamina plurima fundo calycis pluriseriatim inserta, filamenta libera filiformia aequalia, antherae introrsae subglobosae biloculares, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium sessile liberum uniloculare. Ovula in placentis parietalibus tribus circiter 20 anatropa. Stylus terminalis cylindricus, stigma brevissime trilobum. Capsula stylo indurato superata subglobosa adpresse pilosa unilocularis trivalvis, valvis medio placentam

nerviformem gerentibus. Semina 3–6 subglobosa angulata, epidermide membranacea, testa crustacea. Embryo in axi albuminis carnosi orthotropus, cotyledones breves semiteretes, radicula brevis teres, umbilico proxima. — Frutex in Brasiliae montibus indigenus *Weinmanniae* facie: ramis dichotomis; foliis oppositis (exstipulatis) petiolatis oblongis penninerviis serratis; racemis terminalibus elongatis multifloris; floribus parvis.

1. R. AMERICANA Gardn. l. c. — Frutex 3–4-pedalis dichotomo-ramosus. Ramuli teretes glabriusculi, vel apice pilosi, cicatricibus foliorum exasperati, vetuli cortice cinereo vestiti, novelli rubelli. Folia ad apices ramulorum approximata, petiolata opposita, 2–2½ poll. longa, 8–10 lin. lata, oblonga vel oblongo-lanceolata, utrinque attenuata penninervia serrata, serraturis incurvis obtusis, supra viridia glabra, nervo medio pilosiuscula, subtus pallidiora nervosa, nervis prominentibus pilosis, petioli teretes pilosi, 6 lin. circiter longi. Racemi terminales villosi multiflori subquadripollicares, pedicelli villosi, 2 lin. circiter longi. — Crescit in Brasiliae montibus „dos Orgãos."

4665. **BAUERA** *Kennedy.*

(D. Don, New Edinbrgh. philos. journ. IX. 95.)

1. B. RUBIAEFOLIA Salisb. Ann. bot. I. 514. t. 10. — D. Don l. c. 96. — Foliis lanceolatis crenatis; floribus polypetalis. ♃? — Calyx 8–10-fidus, corolla 8–10-petala. — *B. rubioides* Andrws. Bot. Reposit. t. 198. — Bot. Magaz. t. 715. — Vent. Jard. de Malmais. t. 96. — Rchb. Ic. pl. cult. et colend. t. 6., Hort. botanic. t. 77. — DC. Prodr. IV. 13. — Crescit in Nova Hollandia.
2. B. BILLARDIERI D. Don l. c. — Foliis lanceolatis subintegerrimis; floribus hexapetalis. ♁ — Habitus omnino praecedentis, folia semipollicaria. — *B. rubioides* Labillard. mss. — Crescit in insula Diemensi.
3. B. MICROPHYLLA Sieb. ex DC. l. c. 13. no. 3. — D. Don l. c. — Foliis ellipticooblongis integerrimis; floribus hexapetalis. ♁ — Folia fere *Thymi Serpylli,* flores minores. — Crescit in Nova Hollandia.

4666. **ADENILEMA** *Blume.*

(Blume, Bijdragen p. 1120.)

1. A. FALLAX Blume l. c. 1121. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 375.*) — Frutex sarmentosus inermis, habitu *Ruborum,* folia alterna cordata acuminata triloba inciso-serrata bistipulata, terminalia passim indivisa. Inflorescentia terminalis paniculato-racemosa. Flores unibracteati. — Crescit in insula Java locis montanis.

Subordo III. *HYDRANGEAE* DC.

4668. **HYDRANGEA** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 13. et 666. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 375.)

1. *H. JAPONICA Siebold. — (Wlprs. l. c. no. 3.) — Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XVII. t. 61.

4668/1. **CARDIANDRA** *Siebold et Zuccarini.*

(Sieb. et Zucc. Flor. Japonic. I. 119. t. 65. et 66. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1416. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 358.)

1. C. (HYDRANGEA Siebold, Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIV. 692. — DC. Prodr. IV. 666.) ALTERNIFOLIA Sieb. et Zucc. l. c. 121. t. 65. et 66. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 377.*) — Foliis alternis petiolatis ovato-oblongis vel oblongis, acuminatis, argute serratis; floribus corymbosis difformibus, radiantibus sterilibus tripartitis, fertilibus triandris; antheris obcordato-truncatis. ♃ — Caules plures herbacei erecti subflexuosi teretes glabri vel apicem versus pubescentes, circiter bipedales. Folia inferiora petiolata, petiolis 3–6 lin. longis semiteretibus, superne canaliculatis, subtus convexis, parce pubescentibus, lamina utrinque attenuata, oblique acuminata argute serrata, serraturis cuspidatis, penninervia, su-

perne glabra et laete viridis, subtus in nervis venisque pilis brevibus adpressis parce pubescens glaucescens 4–6-pollicaris, 1½–3 poll. lata, floralia sessilia multo breviora et angustiora lanceolata vel lineari-lanceolata et subintegerrima. Stipulae nullae. Flores ex apice caulis et ex axillis foliorum superiorum in corymbos planos dichotomos dispositi, pedunculi erecto-patentes strieti teretes nudi, pilis brevissimis adpressis pubescentes, bolia plerumque multo superantes, apicem versus ramosi, ramuli dichotomi, bracteis parvis linearibus acutis integerrimis suffulti, pedicelli uniflori teretes pubescentes. Flores radiantes steriles 2 vel plures in quovis ramo longe pedunculati rosei, demum sordide fuscescentes, exhibentes sepala 3 rotundato-ovata integerrima glabra. Petalorum et genitalium rudimentum adest ut in *Hydrangeis*. Florum fertilium petala 4-5 rosea vel lilacina patentia. — Crescit in montibus humidis insulae Japonicae Kiusiu.

4669. **PLATYCRATER** *Sieb. et Zucc.*

(Sieb. et Zucc. Flor. Japonic. I. 62. t. 27.)

1. PL. ARGUTA Sieb. et Zucc. l. c. 64. t. 27. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 377.*) — Foliis oblongis vel ovato-oblongis, utrinque attenuatis, oblique acuminatis, argute serratis: corymbis terminalibus dichotomis; florum sterilium calyce ampliato cupulari persistente. ♃ — Frutex prostratus vel repens, ramis decussatim oppositis teretibus, cortice tenui in frustula papyracea secedente cinereo-fuscescente vestitis et novellis virentibus tetragonis glabris. Folia annua decussatim opposita breviterque petiolata, petioli semiteretes superne canaliculati, pilis sparsis saepius subciliati 2–3 lin. longi, lamina basi cuneatim attenuata integerrima, longe et oblique acuminata grosse serrata, serraturis patentibus, setaceo-attenuatis, glabra vel margine et subtus ad venas pilis paucis adspersa penninervia reticulatim venosa tenera, 2–5-pollicaris, 1–2½ poll. lata. Stipulae nullae. Flores in corymbos terminales ramosos paucifloros dispositi, rami plerumque 4 decussati, bracteis 2 oppositis sessilibus lineari-lanceolatis acutis ciliatis suffulti glabri 2–5-flori, pedicelli 1–2-flori, bractea una suffulti alteraque saepe deficiente infra medium posita instructi 6–12 lin. longi, pedunculi florum sterilium 1–1½-pollicares. Flores fertiles albi, steriles albo-virentes, rubro-striatelli. — Crescit in Japoniae septentrionalis regionibus montanis.

4670. **SCHIZOPHRAGMA** *Sieb. et Zucc.*

(Sieb. et Zucc. Flor. Japonic. I. 58. t. 26.)

1. SCH. HYDRANGEOIDES Sieb. et Zucc. l. c. 60. t. 26. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 377.*) — Foliis e basi cordata ovatis vel obovatis acutis, grosse serratis, subtus pubescentibus; corymbis terminalibus multifloris, floriferis patentibus, fructiferis contractis; bracteis radiantibus e basi rotundata vel subcordata late ellipticis coloratis albis. ♁ — Rami supra saxa arborumque truncos prostrati et radicantes vel rarius erecti 2–3-pedales teretes, sordide fuscescentes, novelli tetragoni virentes, ligno molli albido. Folia annua decussatim opposita petiolata, petioli horizontaliter patentes semiteretes, superne canaliculati glabri, saepe rubescentes 2–4-pollicares, lamina basi cordata ovata vel obovata cuspidata grosse serrata, serraturis simplicibus setaceo-cuspidatis, superne glabra, margine et subtus, praesertim ad venas pilis simplicibus tenuissime pubescens penninervia, reticulato-venosa membranacea, superne laete viridis, infra pallidior, 3–5-pollicaris, 2½–4 poll. lata. Corymbus terminalis superne fere planus, diametro ultra semipedali, rhachis compresso-tetragona cum ramulis pedicellisque molliter villoso-pubescens, inflorescentiae rami primarii tandem desinunt in laminam bracteaeformem (florem radiantem abortivum) ovato-ellipticam basi rotundatam, apice obtusam cum mucronulo integerrimam glabram eleganter radiato-venosam albam, 12–15 lin. longam, 10–12 lin. latam. Flores minimi virescentes. — Crescit in montibus Japonicis.

4673. **BROUSSAISIA** *Gaudich.*

(Gaudich. Voyage de Freycinet, bot. t. 69. — DC. Prodr. IV. 17.*)

1. BR. ARGUTA Gaudich. l. c. — DC. l. c.* — Foliis oppositis ovalibus, basi attenuatis obtusiusculis, argute et regulariter serrato-dentatis; corymbis paniculatis terminalibus erectis contractis. ♄ — Folia cum petiolo sexpollicaria, 2½ poll. lata, basi in petiolum attenuata, petiolo basi dilatato semitereti, superne sulcato brevissimo, subtus eximie reticulato-venosa, argute regulariterque serrato-dentata. Corymbus contractus trichotomus erectus, bracteae ad ramificationes utrinque ex ovali lanceolatae integerrimae membranaceae?, bracteola in medio pedicello lineari-lanceolata. Petala ovata acuminatissima inflexa, stigma in ovario globoso obtusum vix quinquecrenatum. — Crescit in insulis Sandwicensibus. (Descriptio ex icone.)
2. BR. PELLUCIDA Gaudich. Voyage de la Bonite t. 9. (Botanique) absque descriptione. — Foliis verticillato-ternatis lanceolatis, basi longe attenuatis argute serratis acutis (subtus tomentosis?); paniculis terminalibus trichotomis divaricatis. ♄ — Folia maxima 10-pollicaria, 1½–2 poll. lata, basi in petiolum fere 2½-pollicarem sensim attenuata, infra reticulato-venosa tomentosa?, petioli triquetri basi dilatati, panicula terminalis trichotoma, bracteae et bracteolae deciduae, petala ovata acutissima, acumine cucullato-inflexo, ovarii stylus cylindricus crassus quam in specie praecedente longior, stigma eximie quinquelobo-capitatum. — Crescit in insulis Sandwicensibus? (Descriptio ex icone.)

Subordo IV. *ESCALLONIEAE* DC.

4674. **ESCALLONIA** *Mutis.*

(DC. Prodr. IV. 2. et 665. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 377. et 937.)

1. E. RESINIFLUA Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leopold. Carol. XIX. Suppl. I. 343. — Fruticosa glabra: foliis subsessilibus ovato-ellipticis, apice acutiusculis, supra medium argute serrulatis, infra medium subintegerrimis, supra nitidis resinifluis, subtus glabris reticulato-venosis; floribus racemoso-spicatis; spicis multifloris; rhachi, pedicellis calycibusque resinifluis. ♄ — Habitu omnino accedit ad *E. pulverulentam.* — Crescit in Chili in Cordillera San Fernando.
2. E. CARMELITA Meyen, Reise um die Erde I. 313. — (Wlprs. l. c. 344.) — Fruticosa ramosissima glabra: foliis minutis obovato-ellipticis vel sublanceolatis acutis integris vel serrulatis; floribus in racemulos paucifloros terminales aggregatis; petalis longe unguiculatis obovatis, apice reflexis; calycis dentibus parvis subevanescentibus. ♄ — *E. alpinae* Knze. proxima, sed foliis acutis differt. — Crescit in Chili in Cordillera S. Fernando.

4676/1. **CHORISTYLIS** *Harvey.*

(Harvey in Hook. Lond. journ. of bot. I. 19. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 84. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 358.)

1. CH. RHAMNOIDES Harvey l. c — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 380.*) — Frutex 8–10-pedalis montanus: foliis alternis exstipulatis simplicibus elliptico-ovatis serratis glabris, longe petiolatis; paniculis parvis parce ramulosis axillaribus terminalibusque; floribus viridibus. ♄ — Genus *Forgesiae* proximum, sepalis petalisque persistentibus et staminibus diversum. — Crescit in Promontorio bonae spei in montibus „Katberg“.

* Genus Escallonicis affine.

4679. **CARPODETUS** *Forst.*

(Forst. Charact. gener. t. 17. A.)

1. C. SERRATUS Forst. l. c. — [DC. Prodr. II. 29.] — A. Cunningh. Ann. of natur. hist. II. 247. — Fnzl. Denkschrft. der Rgnsbrgr. bot. Gesllschft. III. 155. † t. 1. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 380.*) — Arbuscula 10–20-pedalis ramosissima, rami teretes flexuosi, cortice tenui fusco griseo-tuberculato exasperato tecti. Folia

exstipulata alterna membranacea patentia petiolata, elliptico-oblonga et lanceolata, acuta vel acuminata, maxima cum petiolo tripollicaria, sesquipollicem lata, minima fere ovalia 6–10 lin. longa, 3–5 lin. lata, plurima 1½–2-uncialia, argute serrata, serraturis apice calloso-subglandulosis, penninervia, supra laete viridia pubeque brevissima adpressa hirta, subtus pallida, ad venas pube microscopica fugacissima adspersa. Petioli 3–6 lin. longi semitereti-filiformes, supra canaliculati, adpresse puberuli. Inflorescentiae laterales ex inferiore ramorum parte ortae axillares vel gemma ramulum continuante interjecta oppositifoliae subterminales aphyllae, pedunculo 2–3 lin. longo cum reliquis partibus dense pubescente suffultae, ramulis simplicibus vel interjecto flore alari, subalari vel nullo, di- trichotomis, aliquas lineas dumtaxat longis, apice umbellatim vel subumbellatim 3–5-floris corymbose confertis compositae. Pedicelli ¼–1 lin. longi teretes, florum alarium ebracteolati, lateralium cum ramulis ramentaceo-1–2-bracteolati, bracteolis minimis fugacibus. Flores albidi. — Crescit in Nova Zeelandia.

** *BREXIACEAE.*

4681/1. **IXERBA** *A. Cunningh.*

(A. Cunningh. Ann. of natur. hist. III. 249. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1417. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 348.)

1. I. BREXIOIDES A. Cunningh. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. system. II. 380. *) — Hook. Icon. plantar. t. 577. 578. — Arbor elegans sempervirens vigintipedalis et infra: rami teretes glabri, cortice rugoso tecti. Folia 4–5-uncialia alterna petiolata exstipulata, ad summitatem ramulorum saepe verticillato-conferta elongato-lanceolata acuminata obtusiuscula coriacea, remote calloso-serrata, utrinque glabra, superne nitida, subtus pallidiora. Flores albi in corymbos terminales collecti, pedunculis uncialibus plerumque trichotomis. — In Nova Zeelandia.

Ordo CIV. UMBELLIFERAE *Juss.*

(DC. Prodr. IV. 55. et 667. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 381. et 937. — Endl. Gener. plant. p. 762. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 139. II. 102.)

Subordo I. ***ORTHOSPERMEAE*** DC. l. c. 58.

Tribus I. *HYDROCOTYLEAE* DC. l. c.

4355. **HYDROCOTYLE** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 59. et 667. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 381. et 937.)

a. Foliis orbicularibus.

1. H. SCAPOSA Steudel, Flora (B. Z.) XXVI. II. 763. — Miquel, Linnaea XVIII. 372.† (Diagnos. emendat.) — Caule hypogaeo repente filiformi; foliis longissime petiolatis orbicularibus, basi emarginatis vel subreniformi-orbicularibus subduplicato-crenatis 15–18-nerviis glaberrimis; pedunculo longissimo, apice simpliciter umbellifero vel semel prolifero; umbella 20–40-flora; mericarpiis compressis glabris, jugo dorsali prominente, lateralibus medioque tenuibus. ♃ — Crescit in aquosis Guianae Batavae (Surinam) prope Zwarigheid.
2. H. ALPESTRIS Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 105. — Villosiuscula: foliis orbiculatis cordatis 6–7-lobatis subduplicato-crenato-dentatis, supra adpresse pilosiusculis, subtus ad nervos pubescentibus, petiolis villosis pedunculo glabriusculo brevioribus; umbella 25–30-flora; floribus distincte pedicellatis;

fructibus late ovatis truncatis, basi subcordatis ecostatis. 2l — Herba parva, surculi radicantes pilosuli, folia fere pollicem lata, petioli bipollicares. Pedunculi tripollicares, pedicelli 3 lin. circiter longi, styli valde divaricati. — Crescit in Brasilia in summis montibus Organensibus.

β. Foliis cordatis palmatilobatis.

3. H. HISPIDULA Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 283. † — Caulibus erectis, basi nudis glabris; foliis utrinque sparse hispidulis cordato-reniformibus palmato-quinquefidis partitisve quinquenerviis, lobis obovatis acute tri-pluridentatis; stipulis scariosis laceris; pedunculis oppositifoliis petiolo brevioribus, involucro brevissimo scarioso-lacero; umbella subcapitata 7-10-flora, pedicellis aequantibus fructum didymum compressum minute punctulato-hispidulum utrinque bicostatum. ⊙? — Crescit in insula Australasica Rotenest.
4. H. CALLICARPA Bnge. l. c. † — Annua hirtella erecta: foliis palmato-5-3-fidis, lobis ovatis acutis acute inciso-dentatis, supra sparse hirtis; stipulis scariosis fimbriato-laceris; umbellis oppositifoliis brevius longiusve pedunculatis exinvolucratis globosis 9-15-floris; fructibus pedicello brevioribus didymis, dorso acutis, lateribus turgidis, ad commisuram utrinque profunde impressis laevibus subecostatis. ⊙ — Crescit in Nova Hollandia ad portum Princess royale Harbour.
5. H. TETRAGONOCARPA Bnge. l. c. 284. † — Glabra, prostrata annua: foliis reniformi-orbiculatis quinquelobis, lobis late 3-pluricrenatis; stipulis ovatis scariosis, margine laceris; umbellis oppositifoliis capitatis parce scarioso-involucratis 5-7- (?) floris; fructibus pedicello longioribus acute tetragonis apice subtruncatis, mericarpiis trigonis utrinque obsolete costatis. ⊙ — Crescit in insulae Australasicae Rotenest locis arenoso-conchyliosis.

4355/1. HAPLOSCIADIUM *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. I. p. 20.)

Calycis limbus 5-dentatus; petala ovato-lanceolata trinervia inflexa integra acuta; stylopodium conicum, stylis erecto-patulis. Fructus immaturus obconicus costatus. — Scapi radicales, umbella simplex, involucrum polyphyllum.

1. H. ABYSSINICUM Hochstett. l. c. — Radix perennis fusiformis simplex vel rarius subramosa. Caulis nullus. Folia radicalia sublinearia, digitum fere longa, semipollicem lata, bipinnatifida glabra, pinnulis bi-trifidis (rarius 4-5-fidis), laciniulis lineari-lanceolatis acuminatis, petiolo versus basin dilatato membranaceo nervoso; scapi numerosi, folia aequantes vel plerumque superantes ascendentes vel erecti, omnino nudi glabrique; umbella terminalis semipollicem vel ultra diametro metiens, simplex multiradiata, radiis exterioribus longioribus; involucri foliola umbellam subaequantia linearia integerrima trinervia acuta glabra; calycis dentes et fructus immaturus glabri; petala ut ex sicco videtur alba. — Crescit in Abyssiniae provincia Simen prope Enschedcap in pratis montanis.

4357. CESATIA *Endl.*

(Endl. Novar. stirp. mus. Vindob. decad. p. 63.)

1. C. ORNATA Endl. l. c. no. 71. (et Ann. des Wien. Mus. II. 200. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 384. *) — Herbae ut videtur humilis summitates quadripollicares tantummodo adsunt teretes glabrae. Folia alterna tripartita, lobi lineari-lanceolati acuti 4-5 lin. longi, dimidiam lineam lati, sub lente parce pilosi, petiolo 4-lineari basi dilatato. Umbellae simplices laterales et terminales 5-florae, pedunculo pollicari. Involucri pentaphylli foliola lineari-lanceolata sesquilineam longa, quadrantem lineae lata acutissima, margine obsoletissime pilosa. Pedicelli involucri foliolis oppositi, floriferi iisdem paullo breviores, fructiferi sextante longiores patentes teretiusculi glabri. Calycis tubus compressus subdidymus viridis glaber, jugis lateralibus marginalibus manifestis contiguis, limbus brevissime 5-dentatus. Petala ovato-lanceolata acuta integra, carina violacea, marginibus membranaceis albidis. Stamina petalis breviora flava. Fructus 2 lin.

longus et totidem latus, basi subcordatus, apice emarginatus. Mericarpia saepissime inaequalia sordide violacea. Carpophorum radicosum persistens. — Crescit in Novae Hollandiae austro-occidentalis interioribus.

4358. **DIMETOPIA** *DC.*

DC. Prodr. IV. 71. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 384.

1. **D. HIRTA** Bth. ex Wlprs. l. c. — Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 284. † — Piloso-hirta: caule elongato; foliis longe petiolatis trisectis, segmentis trifidis, lobis tridentatis; involucri umbella brevioris foliolis oblongis integris setoso-ciliatis dentatisve; mericarpio altero discolori laevi, margine crenato. ☉ — *Prionolobia didiscoides* Wlprs. l. c. II. 428. — *Dimetopia isocarpa* Bartl. Delect. semin. hort. Goetting. 1845. collect. p. 3. — Crescit in Nova Hollandia prope oppidulum Perth.
2. **D. PREISSII** Bnge. l. c. † — Piloso-hirta pumila: foliis longe petiolatis tripartitis, laciniis bi-trifidisque inciso-dentatis: involucri umbellam duplo superantis foliolis foliiformibus; mericarpio altero concolori obsolete tuberculato, margine acuto integerrimo. ☉ — Crescit locis arenosis in insula Australasica Rotenest ad lacum.

4362. **TRACHYMENE** *Rdge.*

(DC. Prodr. IV. 72. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 385.)

1. **TR. TERES** Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 286. — Herbacea glabra: caule tereti stricto, apice ramoso; foliis inferioribus petiolatis multifidis; umbellis terminalibus multiradiatis compositis; mericarpiis compressis, dorso acute carinatis rugulosis etuberculatis. ☉? — Crescit in Nova Hollandia in glareoso-sublimosis haud longe a cataracta ad caput fluvii Cygnorum.
2. **TR. JUNCEA** Bnge. l. c. † — Suffruticosa glabra: caule angulato stricto ramoso; ramis erectis substerilibus; foliis caulinis linearibus; umbella terminali erecta subsolitaria composita multiradiata; mericarpiis compressis dorso acute carinatis tuberculatis. ♃ — Crescit in montibus „Darlingsrange“ in Nova Hollandia.
3. **TR. CANDELABRUM** Bnge. l. c. 287. † — Herbacea glabra multicaulis: caulibus acutangulis superne dichotome ramosissimis; foliis caulinis inferioribus petiolatis trisectis, segmentis filiformibus, superioribus linearibus; pedunculis oppositifoliis arcuato-reflexis; umbellis surrectis compositis multiradiatis; mericarpiis dorso acute carinatis rugoso-tuberculatis. ☉? — Proxima *Tr. pendulae* Bth. Wlprs. l. c. 385. no. 2.) at umbellae multiradiatae et fructus evidenter tuberculati. — Crescit in Nova Hollandia haud procul ab urbiculo Freemantle.
4. **TR. SCABRIUSCULA** Bnge. l. c. † — Herbacea multicaulis: caulibus angulatis scabris ramosis; foliis paucis linearibus abbreviatis; umbellis pendulis?; mericarpiis.....? ☉? — Crescit in Nova Hollandia locis arenosis ad King'sriver.
5. **TR. PLATYPTERA** Bnge. l. c. † — Herbacea multicaulis ramosa glabra: caulibus utrinque alatis subdecemnerviis; foliis omnibus sessilibus tenuissime multisectis; umbellis terminalibus; involucri foliolis multifidis integrisve; fructibus truncatis, mericarpiis hinc turgidis, dorso convexis tristriatis rugulosis etuberculatis. ☉?
   α. turfosa: strictior laevis: nervis alarum minus prominulis, venis transversalibus vix distinctis; involucri foliolis trisectis.
   β. rupestris: flexuosa asperula: nervis alarum venisque transversalibus valde prominentibus; involucri foliolis linearibus integris.
   Crescit in Nova Hollandia.
6. **TR. STRICTA** Bnge. l. c. 288. † — Herbacea ramosa: caulibus strictis elongatis ramisque patulis anguste alatis, alis uninerviis; foliis inferioribus petiolatis minutis paucis, omnibus in lobos tenuissimos paucos fissis; umbellis axillaribus terminalibusque gracilibus pauciradiatis patulis; involucri foliolis linearibus brevibus; fructibus turgidis cordato-reniformibus; mericarpiis dorso acute unicostatis dense acuteque tuberculatis. ☉? — Crescit in Nova Hollandia ad oppidulum Perth.
7. **TR. FILIFORMIS** Bnge. l. c. 289. † — Herbacea glabra ramosa: caulibus ramisque flaccidis elongatis filiformibus angustissime alatis; foliis minutissimis, om-

nibus in lobos paucos subclavatos fissis; umbellis axillaribus terminalibusque gracillimis; fructibus turgidis didymis; mericarpiis dorso convexis unicostatis dense acuteque muricellatis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia ad urbiculum Perth.

4362/1. **PLATYSACE** *Bnge.*

(Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 285.)

Calycis margo obsolete quinquedentatus. Petala oblonga retuso-subemarginata concava, intus carinata. Styli erecti, juniores apice involuti, e stylopodio crasso orti, demum cum illo indurati subpungentes. Fructus a latere compressissimus didymus. Mericarpia aequalia dorso acuta, utrinque unijuga, obsolete univittata glabra. Carpophorum bifurcum. Semen compressissimum antice rectum semiorbiculare. — Herba Novae Hollandiae tuberosa? quoad folia non satis nota: umbellis compositis involucratis, floribus flavo-virentibus.

1. PL. CIRRHOSA Bnge. l. c. — Caules tenues flexuosi ramosi, ramis superioribus vel praesertim umbellarum pedunculis interdum cirrhosis, sublignescentes, epidermide in inferiore parte soluta, angulato-sulcati; rami juniores subpentagoni. Folia (e rudimentis in ramulo juniori) sparsa approximata lineari-subulata, lineam circiter longa, in altero ramulo anguste linearia fere pollicaria. Umbellae terminales et axillares compositae involucratae, involucri foliolis linearibus brevibus, quinqueradiatae, accedentibus floribus nonnullis solitariis in pedunculis filiformibus inter radios 6–7 lin. longos. Umbellulae 5–7-florae involucellatae, radiolis in flore filiformibus 2 lin. longis, interdum iterum divisis 2-floris. Calyx cum ovario minutus, minutissime 5-dentatus. Petala 0,6 lin. longa, aestivatione valvata (?). Cremocarpium nigricans 2,5 lin. latum, cum stylopodiis 2 lin. altum, utrinque emarginatum, emarginaturam superiorem explent et superant stylopodia compressa, fere triangularia, cum stylo recto continua. Carpophorum persistens, 1½ lin. longum, apice in furcam semicircularem divisum. — Crescit in Nova Hollandia (Victoria).

4363/1. **SCHOENOLAENA** *Bnge.*

(Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 289.)

Calycis tubus ovatus compressus, limbi laciniae cordatae vel peltatae deciduae cartilagineae albidae. Petala 5 obovato-oblonga, lacinula acuminata infracta. Stylopodia planiuscula glabra, styli subulati, demum corneo-indurati, basi articulata decidui. Fructus evittatus compressus, mericarpiis quinquejugis, jugis nerviformibus, lateralibus a commissura remotiusculis. Semen compressum antice rectum. Carpophorum integrum liberum. — Herbae Novae Hollandiae junciformes: foliis teretibus; umbellis compositis capitatis glumaceo-involucratis.

1. SCH. JUNCEA Bnge. l. c. † — Umbellis capitatis, umbellulis quinque 4-5-floris; antheris lineari-oblongis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum supra urbiculum Perth.
2. SCH. TENUIOR Bnge. l. c. 290. † — Umbellis capitatis; umbellulis quatuor trifloris; antheris subglobosis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia locis subturfosis prope oppidulum Albany in districtu Plantagenet.

4364. **XANTHOSIA** *Rdge.*

(Meisn. Gener. plant. vascul. I. 140. II. 102. — Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 290. — *Leucolaena* R. Br. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 385.)

Sectio I. CHLOROSIA Bnge. l. c.

Involucri foliola parva herbacea vel membranacea, fructus paucijugi.

1. X. GLABRATA Bnge. l. c. † — Herbacea glabra: caulibus diffusis laxis; foliis petiolatis, petiolo ciliato, trisectis, segmentis oblongo-linearibus acutis, margine integerrimis revolutis; umbellis axillaribus pedunculatis nutantibus uni-triflo-

risve; involucri foliolis linearibus longe ciliatis; calycis laciniis ovatis acutis, mericarpiis 5-jugis. 4 — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Canning.

2. X. PUSILLA Bnge. l. c. 291. † — Herbacea: caulibus ascendentibus dense hirsutis, demum glabratis; foliis petiolatis trisectis, segmentis oblongis basi attenuatis acutis obsolete dentatis ciliatis, ciliis demum evanidis; umbellis axillaribus sessilibus 1–2-floris erectis; calycis laciniis lanceolatis acuminatis; mericarpiis quinquejugis. 4 — Crescit in Nova Hollandia in arenosis ad King's river.

3. X. CILIATA Hook. Icon. plant. t. 726. — Subpubescens basi fruticosa: caulibus plurimis ex eadem radice erectis ramosis; foliis linearibus vel lineari-spathulatis acutis integris vel apicem versus tridentatis, basi articulatis membranaceo-vaginantibus, vaginis longe ciliatis; pedunculis axillaribus simplicibus vel divisis bracteatis; umbellis nutantibus; involucri involucellique foliolis tripartitis; dentibus calycinis cordatis acuminatis petala superantibus deciduis; mericarpiis quinquejugis. 4 — Crescit in Nova Hollandia occidentali ad fluvium Cygnorum.

Sectio II. EUXANTHOSIA Bnge. l. c.

Involucri foliola parva herbacea vel membranacea, fructus multijugi.

4. *X. (LEUCOLAENA Bth. in Enum. pl. Hügel. 183. — Wlprs. l. c. no. 2) CANDIDA Steudel ex Bnge. l. c.

5. *X. (LEUCOLAENA Bth. l. c. 184. — Wlprs. l. c. no. 3.) HÜGELII Steudel ex Bnge. l. c.

Sectio III. LEUCOLAENA DC. Prodr. IV. 75.

Involucri foliola magna, involucella petaloidea, fructus multijugi.

6. *X. ROTUNDIFOLIA DC. l. c. — Annales de Flore et de Pomone (2. Sér.) II. 181. † t. 2. — Bnge. l. c. 292.

$4364/_1$. PENTAPELTIS *Endl.*

(Endl. Gener. plant. no. 4364. c. — Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 292.)

Calycis tubus ovatus compressus, limbi laciniae 5 peltatae imbricatae cartilagineae. Petala 5 stipitata obovata acutiuscula, lacinula inflexa nulla. Stylopodia exigua plana glabra. Styli rigidi corneі, basi articulati. Fructus compressus turgidulus evittatus, ad commissuram contractus, mericarpia novemjuga, jugis prominulis. — Herba in Nova Hollandia indigena perennis multicaulis; folia semiorbiculata basi truncata. Umbella composito-3-4-radiata, umbellulae subquadriflorae. Involucra involucellaque rigida linearia.

1. *P. (LEUCOLAENA Hook. Icon. plant. t. 45. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 386. no. 5.) PELTIGERA Bnge. l. c. — 4 — Crescit in Nova Hollandia locis sublimosis montium Darling'srange.

4365. BOWLESIA *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. IV. 75. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 386.)

1. B. ACUTANGULA Bth. Plant. Hartweg. p. 186. no. 1031. — Prostrata, setuloso-pilosa: foliis cordato-reniformibus quinquelobis ovatis acutis, intermedio productiori; umbellis longiuscule pedunculatis subbifloris. ⊙? — A *B. lobata* differt imprimis foliorum lobis constanter acutis integerrimis, folia etiam tenuius membranacea, supra sparse subsimpliciter setosa, pilis paginae inferioris crebrioribus stellatis, petioli 1–3-pollicares, pedunculi semipollicares. Fructus setis paucis stellatis conspersi. — Crescit in fissuris rupium prope Hacienda de Antisana, altitudine 13500 pedum.

2. *B. LOBATA Rz. et Pav. — DC. l. c. — Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. p. 345. — *B. flexilis* Meyen, Reise um die Erde I. 348. — *B. diversifolia* Meyen mss.

3. *B. TENERA Spr. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — *B. tenella* Meyen, Reise um die Erde I. 466. (Poepp. Coll. pl. Chil. no. 94.)

4370. **ASTERISCIUM** *Cham. et Schlchtd.*

(DC. Prodr. IV. 82. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 387.)

1. *AST. CHILENSE Cham. et Schlchtd. — DC. l. c. — Wlprs. l. c. — *Asteriscium verrucosum* Meyen, Reise um die Erde I. 315. (ex Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 345.)

4370/1. **ELSNERIA** *Wlprs.*

(Wlprs. Nov. act. acad. Caesar. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 345. t. 8.)

Calyx acute quinquedenticulatus. Petala ovata integra concava alba. Stylopodia conica crassa. Styli divaricati filiformes. Stigmata capitellata. Fructus exalatus angulatus. Mericarpia evittata quinquejuga, jugo medio striaeformi, reliquis costaeformibus, unde mericarpia quinquangularia. Carpophorum filiforme bifidum, mericarpiis pendulis. — Herba Chilensis erecta ramosa, undique pilis stellatis obsita: foliis radicalibus ignotis, caulinis alternis ramealibusque oppositis simplicibus dentatis; umbellis exinvolucratis compositis. — Genus *Mulinearum*, *Asteriscio* Cham. et *Mulino* Pers. ex fructu, *Homalocarpo* Hook. ex habitu affine.

1. E. CRATAEGIFOLIA Wlprs. l. c. t. 8. — Herba annua: radice fusiformi subsimplici; caule erecto ramoso; ramis alternis, cum caule teretibus, vix striatis, setulis fasciculato-stellatis canescentibus medullosis. Folia radicalia ignota, caulina alterna petiolata semiamplexicaulia, vix vaginantia. Petioli pollicares angulati, lamina suborbiculata, basi cuneata septemlobulata, lobulis vix prominulis, impari acute tridentato acuto, reliquis irregulariter dentatis, dentibus minutis acutis spinellosis, linea recta inter se conjunctis. Nervi primarii septem palmati reticulato-venulosi. Lamina membranacea, cum petiolo utrinque setulis stellato-fasciculatis hirsuta ciliolata, pollicem longa lataque. Folia ramealia opposita subsessilia vel sessilia, acute tridentata, vel inferiora 3–5-lobulata inferioribus analoga, 5 lin. usque pollicem longa, 3–8-lin. lata. Folia summa, in umbellarum dichotomia sessilia, minuta linearia acuta. Umbella in ramis dichotomis terminalis quadriradiata, umbellulae 15–20-florae exinvolucratae. Flosculi albi minuti. Fructus dorso compressiusculi quadrangulares, mericarpia obsolete quinquangularia, setulis fasciculato-stellatis obsita, e carpophoro demum pendula. — *Mulinum hirsutum* Meyen mss. — Crescit in Chili in Cordillera de S. Fernando (v. s.)

4374. **HOMALOCARPUS** *Hook. et Arn.*

(Hook. et Arn. in Hook. Bot. Miscell. III. 348.)

1. H. BOWLESIOIDES Hook. et Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 387.*) — Herba annua erectiuscula, tota pilis stellatis incana dichotome ramosa, radix simplex tenuis, folia petiolata reniformia subrotunda subseptemlobata, lobis aequalibus ovatis obtusis integerrimis vel inciso-lobatis, inferiora alterna, superiora opposita, pedunculi axillares et terminales petiolum aequantes, umbella simplex 3–6-flora, calycis dentes pilosi et fere pilorum fasciculum aemulantes, fructus pedicello lineam longo fere duplo longior. — In Cordilleris Chilensibus.

4377. **POZOA** *Lagasea.*

(DC. Prodr. IV. 82. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 387.)

Sectio I. ZOPOA Wlprs. mss.
Involucrum monophyllum.

1. *P. CORIACEA Lag. — DC. l. c. — (Wlprs. l. c.*) — Hook. Bot. Miscell. I. 330. t. 60. — *Mulinum angulatum* DC. l. c. 80. — *Pozoa denticulata* Meyen, Reise um die Erde I. 314. ex Wlprs. Nov. act. acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 347.
2. P. HYDROCOTYLIFOLIA Gardn. Sertum plant. t. 40. — Glabra: foliis longe petiolatis rotundato-cordatis, margine crenato-dentatis; involucro gamophyllo acute dentato. ♃ — Tota planta glaberrima, radix crassa lignosa descendens, rhizoma (caulis) brevissimum ramosum vestigiis foliorum lapsorum dense vestitum, folia longe petiolata, petioli basi vaginantes bipollicares vel longiores, subrotunda,

basi cordata, margine remotiuscule crenato-dentata, diametro 9 lin. Scapus aphyllus quadripollicaris, umbella terminalis solitaria, involucro magno hemisphaerico suffulta pluriflora, pedicelli breves. Calycis dentes 5 obtusi persistentes. Petala 5 erecto-patentia ovata concava obtusiuscula, apice subincurvata alba. Fructus oblongus obtuse tetragonus. — Affinis praecedenti, diversa tamen foliis rotundatis profunde cordatis. — Crescit in Andibus Chilensibus.

3. P. INCISA Meyen, Reise um die Erde I. 314. — Caule ramosissimo decumbente; foliis rotundatis subcuneatis, margine superiore incisis subcoriaceis viridibus. ♃ — In herbario Meyeniano desideratur. — Crescit in Andibus Chilensibus.

Sectio II. SCHIZEILEMA Hook. fil.
Involucrum 5–6-phyllum.

4. P. RENIFORMIS Hook. fil. Antarct. voy. of Terror and Erebus 15. t. 11. — Foliis longe petiolatis reniformibus multilobatis, lobis latis retusis, petiolis basi vaginantibus; pedunculis petiolo brevioribus; involucri foliolis 3–4 linearibus; pedicellis 5–7 brevibus; calycis lobis late ovatis obtusis. ♃ — Herba pusilla glaberrima carnosa, facie *Hydrocotylis* graveolens. Caulis crassitie pennae passerinae longe repens articulatus nodosus, ad nodos cicatrisatus, apice foliosus. Folia ½–¾ uncias lata exacte reniformia luride viridia nitentia radiatim venosa, lobis late rotundatis. Petioli 2–3-unciales, vaginis basi magnis latis, superne acutis. Pedunculi ex axillis foliorum breves semipollicares. Pedicelli vix 2 lin. longi. Petala parva obovata subacuta, medio late uninervia. Stylopodia superne truncata. Fructus oblongus tetragonus, mericarpiis demum dorso canaliculatis. — Crescit in insulis Aucklandicis.

Tribus III. *SANICULEAE* Koch. — DC. l. c. 83.

4379. **HOLOTOME** *Endl.*

(*Actinoti* sect. 2. Endl. Enumer. pl. Hügel. p. 56.)

1. H. (ACTINOTUS) LEUCOCEPHALA Endl. l. c. — (Wlprs. Rep. bot. syst. II. 387.*) — Herba erecta 1–1½-pedalis ramosa paucifoliata piloso-pubescens, folia inferiora petiolata, superiora sessilia, palmatim 3–5-secta, segmentis integerrimis 3–5-fidisve, laciniis linearibus. Umbellae longe pedunculatae paullo minores quam in *Actinoto Helianthi*. Involucrum circiter 20-foliolatum, foliola lanceolata floribus plus duplo longiora radiantia, pilis longis niveis nitentibus densissime vestita vel nonnulla extus viridia subglabra. Flores numerosissimi densissimi, pedicelli omnium glabri, fertilium fructu breviores, sterilium longiores, cum floribus sterilibus post lapsum fructus et involucri persistentes. Calycis limbus et petala in floribus sterilibus ac fertilibus eadem, stamina 5, antheris fuscis, styli 2 in fertilibus filiformes incurvi, in sterilibus subabortivi. Fructus ovatus compressus densissime villosus. — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4381. **KLOTZSCHIA** *Chamisso.*

(Chamisso, Linnaea VIII. 327.)

1. KL. BRASILIENSIS Chamisso l. c. — Endl. Atact. bot. 21. † t. 19. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 387.*) — Herba 1½–3-pedalis elatiorque, folia radicalia sub anthesi nulla, caulis striatus medulla farctus, inferne leviter geniculato-flexuosus folio ad nodos et ramo axillari instructus, qui ramus iterum foliis paucis minoribus basi ornatus, paniculatim florifer elongatur, paniculis ramealibus cum centrali caulina confluentibus. Folia inferiora longius petiolata, petiolus 4–8-pollicaris teres, basi membranaceo-vaginatus, lamina diametro 4–7-pollicari 8-nervis, utplurimum quinqueloba, lobis secundariis rarius evolutis, umbilico depresso, nunc subcentrali, lobis subaequalibus, nunc excentrico, lobo apicali longius producto et acutiori, lateralibus minus distantibus minoribus brevioribusque, superiora caulina et ramealia minora, petiolo brevi ad vaginam brevem redacto, laminae margini inserto, lobo apicali maxime elongato, lateralibus magis minusve

deflexis, basilaribus vix evolutis, hastata, omnia inaequaliter subduplicato-serrata vel dentata, dentibus mucronulatis, paullo crassiora et firmiora quam in *Sanicula Europaea* rete vasculoso eximius pellucido sunt donata. Flores petalis subinconspicuis subinclusis vix albicantes, multo minores quam illi *Saniculae* in umbellulas conferti 3–15, umbellulae diametro bilineari, fructus maturus sesquilinearis, cum calyce et stylis ad summum bilinearis. — Crescit in Brasilia intratropica.

4382. **SANICULA** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 84. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 387.)

1. S. AZORICA Guthnick mss. ex Seubert, Flor. Azoric. p. 41. — Foliis radicalibus longe petiolatis quinquepartitis, partitionibus cuneato-obovatis trilobis, duplicato-serratis, serraturis ciliato-setosis, caulinis superioribus subsessilibus trifidis cauleque elato ramoso sulcato glabris; umbellis compositis multiradiatis; involucris palmato-partitis inciso-serratis; umbellulis capitatis, involucellorum foliolis lineari-lanceolatis integerrimis; floribus masculis pedunculatis, hermaphroditis sessilibus; calycis tubo uncinato-aculeato. ♃ — Crescit in insularum Azoricarum Terceira, Fayal et Pico montosis sylvaticis.
2. *S. ELATA Hamilt. — DC. l. c. 85. no. 7. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 334.

4384/1. **ACTINOLEMA** *Fnzl.*

(Fnzl. Pugill. pl. Syriac. 16. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 81. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 358. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 391. et 937.*)

1. ACT. ERYNGIOIDES Fnzl. l. c. et Abbildngn. v. seltenen Thieren und Pflanzen t. 12. — (Wlprs. l. l. c. c.*) — Annua glaberrima: caule a basi di- vel trichotome squarroso-ramoso; foliis alternis simplicibus oblongis serratis; umbellis alaribus et axillaribus sessilibus solitariis; involucelli 5–6-phylli foliolis oblongis, basi attenuatis spinuloso-denticulatis; floribus virescentibus. ☉ — Crescit in Syria circa Aleppo.

4386. **ERYNGIUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 87. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 389.)

1. E. FOLIOSUM Scheele, Linnaea XVII. 339. — Caule herbaceo erecto simplici sulcato folioso; foliis parallelinerviis, radicalibus planis linearibus angustissimis striatis dentato-spinosis, dentibus conjugatis subulatis longissimis, spinis accessoriis, foliis caulinis adpressis, floralibus lanceolatis denticulatis; umbella terminali trichotoma, ramis abbreviatis 2–3-cephalis: involucri foliolis ovato-lanceolatis acuminatis laevibus, capitula globosa aequantibus, calyce majoribus a paleis vix distinctis. ♃ — Affine *E. Pristis* Cham. — Crescit in Brasiliae provincia Minarum generalium.
2. E. COERULEUM M. Bieb. Fl. Taur. Cauc. [emend. Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 122.] — Bienne: caule erecto tereti dichotome ramosissimo-divaricato; foliis radicalibus teneris, mox exsiccatis, petiolatis, infimis ovatis cordatis, caeteris trilobis, lobis ovatis rotundato-crenatis, foliis caulinis sessilibus rigidis palmato- aut subpinnatifido-5–7-partitis, lobis lanceolatis acerosis, basi lobato-dentatis spinosis; involucri phyllis 5 linearibus rigidis patulis, capitulo 2–3-plo longioribus, basi subattenuatis integris aut basi utrinque unidentatis; capitulis sphaericis; paleis integris acerosis calyces aequantibus; tubo calycino papillis albis acutis obsito, dentibus lanceolatis apice attenuato-subulatis corollam superantibus. ♂ — Species ab *E. dichotomo* Desf. toto coelo differt foliis radicalibus teneris nec cartilagineis, supremis trilobis nec indivisis, capitulis fere dimidio minoribus, involucri phyllis longioribus, petalis tenerioribus apice non recurvatis, calycis papillis acutis nec obtusis. Facies et capitula *E. Cretici* Lam. foliorum radicalium lobis spinosis paleisque tricuspidatis facile distinguitur. — *E. dichotomum* var. Laroche. — Crescit in Persiae borealis prov. Ghilanica.
3. E. THYRSOIDEUM Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 121. — Perenne glaberrimum: caule elato folioso striato simplici; foliis radicalibus magnis petiolo crasso

supra canaliculato suffultis tripartitis, partitionibus elongatis, intermedia superne triloba, lateralibus bilobis, lobis ovatis externe usque ad partitionis basin decurrentibus, omnibus coriaceis reticulato-nervosis indivisis, profunde dentatis, dentibus lanceolatis spinosis, foliis caulinis petiolo dilatato brevissimo nervoso-striato suffultis, infimis tripartitis, lobis indivisis lanceolatis, summis indivisis, basi subamplexicaulibus ovato-oblongis acuminatis, omnibus acutissime dentatis; panicula terminali thyrsoideo-spicata; racemis numerosis confertis valde abreviatis 3-5-cephalis, foliis floralibus ovatis pinnatifidis in acumen longum recurvum attenuatis, capitulo terminali racemorum breviter pedunculato, caeteris subsessilibus; involucri phyllis capitulo paullo longioribus lanceolato-linearibus carinatis pungentibus, ad medium bidentatis; paleis subulatis integris florum longitudine; calycis tubo albo-papillari, lobis lanceolatis crasse nervosis, in mucronem brevem attenuatis, corollam paullo superantibus. ♃ — Foliorum radicalium segmenta saepe semipedalia, caulina media 2-3 poll. longa. Caulis tripedalis, thyrsus terminalis densiflorus 6-9 poll. longus. Capitula magnitudine eorum *E. campestris*. Color totius plantae pallide virens. Ex affinitate *E. campestris* et *Billardieri*, ab omnibus inflorescentia sua distinctum. *E. glomeratum* Lam. eodem charactere gaudet, sed foliis bipinnatifidis, racemis thyrsi uniflloris, involucri phyllis longissimis diversissimum est. — Ad radices montis Araras.

4. **E. INTERMEDIUM** Weinm. Tambow no. 45. ex Ldb. Flor. Rossic. II. 239. — Foliis radicalibus petiolatis cordato-oblongis obtusis, caulinis inferioribus breviter petiolatis ovatis incisis, superioribus 3-5-fidis, laciniis incisis, omnibus spinuloso-serratis; panicula dichotoma; involucris patentibus, capitulo globoso multo longioribus; paleis utplurimum lineari-subulatis pungentibus. ♃ — Medium tenet inter *E. planum* et *tricuspidatum*, accedit etiam ad *E. dichotomum*. — Crescit in Rossia media, in collibus gubernii Tambow.

5. **E. THORAEFOLIUM** Boissier, Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 122. — Perenne glaberrimum: radice cylindrica simplici; caule elato simplici striato subnudo, apice corymboso-oligocephalo; foliis coriaceissimis, radicalibus 2-4 petiolo longiori suffultis indivisis reniformibus transverse latioribus, basi subcordatis, superne obtusissimis truncatisve, palmatim 9-11-nerviis, reticulato-nervosis, circumcirca dentatis, dentibus nervo albo valido marginatis subtriangularibus, versus apicem folii inflexis, apice in spinam duram subulatam eos aequantem abeuntibus, foliis caulinis paucis minimis, petiolo brevi dilatato multistriato suffultis, inferioribus subrotundis multidentatis, supremis sessilibus trifidis, lobis lincaribus spinosis; involucri phyllis lanceolato-linearibus, capitulo duplo longioribus pungentibus carinato-plicatis, basi utrinque dente subulato auctis; paleis flores superantibus, omnibus tricuspidatis, cuspidibus spinosis elongatis, intermedia longiori; tubo calycino nudo, dentibus corollam aequantibus ovatis obtusissimis albo-marginatis, nervo albo valido in mucronem brevem excurrente percursis. ♃ — Folia radicalia durissima, infima saepe tripollicaria, 4 poll. lata, petiolo iis longiori suffulta, caetera paullo minora et magis rotundata, omnia crenis numerosis obtusiusculis obliquis ad apicem folii spectantibus in spinam, 1-2 lin. longam oblique abeuntibus instructa. Caules erecti 3-4-pedales, crassitie pennae anserinae, apice corymbosi, 5-8 capitula ferentes. Pedunculi capitulis longiores, capitula iis *E. plani* paullo minora, involucri phylla 9-10 lin. longa, lineam lata. — Crescit in montibus Lyciae.

6. **E. BITHYNICUM** Boiss. l. c. 123. — Bienne: caule erecto superne divaricatim ramoso corymboso ramisque albidis angulatis; foliis radicalibus petiolatis, infimis oblongis, basi subcordatis indivisis, caeteris trilobis, lobis rotundatis, terminali majori, omnibus crenatis, crenis subquadratis inermibus, nervo marginatis, foliis caulinis sessilibus 6-7-palmato-partitis, laciniis lanceolatis nervosis rigidis acerosis, margine spinulosis; pedunculis pentagonis involucri longitudine; involucri phyllis lobis foliorum conformibus capitulo duplo longioribus lanceolatis nervosis pungentibus, tenuiter utrinque 5-7-dentatis; capitulis globosis parvis;

paleis receptaculi omnibus tricuspidatis flores aequantibus; tubo calycino inferne papillis albis oblongis elongatis obtusis instructo, superne nudo, dentibus corollam parum excedentibus ovato-oblongis in mucronem validum iis breviorem attenuatis. ♂ — Caulis fere pedalis, folia infima iis *E. plani* similia, sed paullo minora. *E. planum* differt caule tereti, foliis caulinis inferioribus indivisis, involucri phyllis linearibus capituli longitudine, capitulis duplo majoribus, paleis integris etc., *E. dichotomum* Desf. cujus quoque folia radicalia oblonga sunt, differt caule tereti, capitulis duplo majoribus, involucri phyllis lineari-subulatis, paleis externis tantum tricuspidatis, calyce corolla multo longiori. *E. triquetrum* Vahl denique facie, caule angulato capitulorumque magnitudine affine, egregie distinguitur foliis radicalibus omnibus trilobis inciso-dentatis spinosis, involucri phyllis integerrimis, paleis omnibus integris, calycino tubo nudo. — Crescit in Bithynia.

7. **E. BOVEI** Boiss. l. c. 124. — Caule erecto tereti, superne ramoso subcorymboso; foliis radicalibus....., caulinis infimis basi cuneatis in petiolum brevem attenuatis, ultra medium trilobis, lobis oblongo-lanceolatis dentatis, superioribus rigidis sessilibus palmato-5-partitis, laciniis oblongo-lanceolatis acutis spinoso-dentatis; involucri phyllis 5-7 capitulis duplo longioribus lanceolatis acerosis integris vel parce spinoso-dentatis; paleis omnibus tricuspidatis, cuspidibus brevibus aequalibus flores superantibus; tubo calycino papillis albis acutis obsito, dentibus corollam vix aequantibus ovatis brevissime mucronulatis. ♃ — Ab *E. dichotomo* toto coelo differt forma foliorum paleisque tricuspidatis. Inter species hoc charactere donatas *E. Creticum* ab eo differt foliis caulinis omnibus profunde multifidis, involucri phyllis angustissimis subulato-triquetris nec planis, multo longioribus, palearum cuspidibus duplo longioribus. *E. tricuspidatum* Linn. involucri phyllis longissimis subulatis et forma foliorum caulinorum quoque diversissimum est. — Crescit in Africa boreali circa Bone et Stora.

8. **E. BARRELIERI** Boiss. l. c. 125. — Bienne?: caule ascendente striato, superne parce ramoso; foliis radicalibus caulinisque in petiolum magis minusve longum attenuatis oblongo-lanceolatis obtusiusculis crenatis aut denticulato-spinulosis, spinulis ad apicem folii directis, foliis ramorum trisectis, lacinia intermedia multo majori, omnibus dentato-spinosis; capitulis subsessilibus; involucri phyllis lanceolatis triquetris acerosis, basi utrinque unidentatis; paleis involucri phyllis aequilongis et iis persimilibus integris, basi utrinque in auriculam membranaceam dilatatis flores involventibus eosque quadruplo superantibus; tubo calycino undique papillis albis acutiusculis obsito, dentibus corollam superantibus ovatis, mucrone iis breviori terminatis. ♂ — *Eryngium pumilum polyrhizon* Barrel. Icon. 1247. — Crescit in Italia australi et in Africa boreali.

9. **E. PINNATIFIDUM** Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 293. † — Caule superne breviter trichotomo, infra ramificationem unifolio; foliis radicalibus in petiolum longe attenuatis oblongis pinnatipartitis, laciniis distantibus, infimis minoribus lanceolato-linearibus mucronatis, superioribus ovato-oblongis grosse inciso-dentatis, dentibus mucronatis, caulino solitario, radicalibus simili, foliis subfloralibus ternatim verticillatis late petiolatis, apice trifidis; capitulis pedunculatis; involucri foliolis suboctonis lanceolatis integerrimis rigidis spinescentibus, capitulum superantibus; paleis similibus minoribus; petalorum lacinulae inflexae tripartitae lobis filiformibus. ♃? — In Nova Hollandia in montibus Darling's range.

10. **E. TETRACEPHALUM** Bnge. l. c. † — Caule erecto stricto sulcato, infra ramificationem nudo, semel trichotomo; foliis radicalibus longe petiolatis pinnatisectis, segmentis remotis linearibus integerrimis vel hinc inciso-uni-bidentatis acuminatis pungentibus, caulinis tribus verticillatis similibus subsessilibus; capituli terminalis pedunculati involucro 8-phyllo; ramis tribus diphyllis monocephalis; capitulis pedunculatis; involucri 6-phylli foliolis lanceolatis spinosis, capitulum excedentibus; paleis similibus minoribus; petalorum lacinula apice longe fimbriata. ♃ — Crescit in Nova Hollandia prope lacum Keiermuln.

Tribus IV. *AMMINEAE* Koch. — DC. l. c. 98.

4390. **RUMIA** *Hoffm.*

(DC. Prodr. IV. 98. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 391.)

1. R. DEPRESSA Boiss. Ann. sc. natur. 3. Sér. I. 127. — Glaberrima glaucescens: collo radicis fibris nigrescentibus stipato; foliis radicalibus petiolo membranaceo-dilatato apice infracto suffultis horizontalibus, ambitu lanceolatis bipinnatisectis, segmentis parvis ovatis multipartitis subcomplicatis, lobis oblongis mucronulatis approximatis; caulibus nanis a basi dichotomis; ramis elongatis horizontalibus, folio caulino uno alterove ad foliolum pinnatisectum aut lineare integrum reducto; umbellis parvis inaequaliter 3–5-radiatis; involucri involucellique phyllis paucis lanceolatis oblongisve brevibus late albo-marginatis; petalis aureis rubellis integris, apice convolutis; calycinis dentibus ovatis; fructu brevissime pedunculato a latere subcompresso breviter ovato, stylopodio disciformi lobulato stylisque deflexis stylopodium aequantibus coronato, mericarpiis subgibbosis quinque-sulcatis, jugis quinque in cristam brevem undulato-plicatam subinflatam expansis, valleculis sulcatis, tuberculis rotundis albis obsitis. ♃ — Folia cum petiolo vix bipollicaria, limbus humi expansus, lobi segmentorum vix lineam longi, caules 2–3-pollicares, ramis divaricatis horizontalibus, flores parvi, fructus iis *R. Tauricae* dimidio minores, magnitudine eorum *Pimpinellae bubonoidis*. Facies *Seseleos* aut potius *Johreniae alpinae* Fnzl., e descriptione *R. seseloidi* affinis, quae differt patria (Sibiria), fructu oblongo et involucelli foliolis setaceis. — Crescit in Persiae alpe Elamont.

2. R. MULTIFLORA Ldb. Flor. Rossic. II. 281. — Foliis pinnatisectis, segmentis linearibus elongatis; involucro nullo; umbellis (plantae foemineae) 7–8-radiatis, umbellulis multifloris; pedicellis fructum subaequantibus; involucelli polyphylli foliolis setaceis; fructibus oblongo-cylindraceis, jugis tuberculato-nodulosis. ♃ — Affinis *R. seseloidi*, sed differt ramis omnibus sparsis, foliorum segmentis angustissime linearibus, umbellis 7–8-radiatis, umbellulis omnibus multifloris, radiolis subaequalibus. — *Cachrys Taurica* Willd. Herb. no. 5768. fol. 2. — Crescit in Tauria.

4393/1. **GYMNOSCIADIUM** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. Besondere Beilage p. 20.)

Calycis limbus obsoletus; petala ovato-lanceolata integra alba uninervia involuta. Fructus immaturus didymo-subglobosus costatus, stylopodio crasso, stylis longiusculis erecto-patentibus. Umbella composita pauciradiata et umbellulae parvae, involucro involucellisque destitutae.

1. G. PIMPINELLOIDES Hochstett. l. c. — Radix perennis saepe multiceps, herba subacaulis, folia longe petiolata, cum petiolo 3–5 poll. longa, simpliciter imparipinnata, infima unijuga, caetera bijuga, petiolo basin versus membranaceo dilatato 3–5-nervio foliolisque subrotundis obtuse crenatis pubescentibus, terminali plerumque cordato, lateralibus basi truncatis inaequalibus, umbellae pedunculus subradicalis 1–3-pollicaris superne pubescens, radii primarii tres (rarissime 2 vel 4) dense pubescentes 1–2 poll. longi subaequales, secundarii (umbellulae) 8–13 inaequales, exteriores 1–1½ lin. longi, interiores breviores, involucri et involucellorum vestigium nullum, fructus immaturus glabriusculus vel pilis brevissimis hispidulus. — Crescit in Abyssiniae provincia Simen, in montis Bachit regione superiore.

4394. **PETROSELINUM** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 102. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 391. et 937.)

1. P. DISSECTUM Bth. Plant. Hartweg. p. 188. no. 1037. — Foliis longe petiolatis ter quaterve pinnatisectis, segmentis inciso-pinnatifidis, lobis linearibus acutis integris trifidisve; involucris involucellisque multifidis. ♃ — Herba glaberrima ½–1-pedalis multicaulis. Folia radicalia numerosa, petiolo 4–6-pollicari basi

vaginante, lamina vix pollicari, laciniis crassiusculis, caulina similia sed brevius petiolata; supremorum petioli fere ad apicem vaginantes. Umbellae 6–8-radiatae. Involucri foliola plura, more foliorum dissecta, radiis breviora; involucelli foliola integerrima vel in lacinias paucas divisa. Petala late lanceolata, apice acuta subacuminata inflexa. Stylopodium depressum. Styli breves. Carpophorum bipartitum. Fructus magnitudine ejus *Petroselini sativi*. Mericarpii juga aequalia filiformia, valleculae univittatae, commissura bivittata. Species a *P. peregrino* involucro distinctissima, ab incolis dicitur *Sachaperexil*, i. e. *Petroselinum sylvestre*. — Crescit in monte Guagua-Pichincha, altit. 14,500 ped.

2. P. TRIFOLIATUM Watson in Hook. Lond. journ. of bot. III. 592. — Caule erecto striato; petiolis vaginantibus, foliis ternatis biternatisve, foliolis saepius basi inaequalibus, inferiorum ovatis acutis serratis, superiorum lanceolatis integerrimis; involucelli foliis lanceolatis. ☉ vel ♂ — Herba glabra tripedalis, dichotome ramosa. Pedunculi foliis oppositi vel terminales. Corolla parva alba. — Crescit in insula Azorica Flores in rupibus ad urbem Santa Cruz.

3. P. THOERMERI Weinm. Tambow no. 46. ex Ldb. Flor. Rossic. II. 242. — Caule erecto striato-angulato ramoso; petiolis dilatato-alatis, foliis inferioribus tri-, superioribus bipinnatisectis, segmentis pinnatifidis, laciniis linearibus, margine serrulatis; involucri foliolis anguste lanceolatis inaequalibus. ☉? — Crescit in Rossia media, in pratis gubernii Tambow.

4. *P. SEGETUM Koch. — DC. l. c. 102. — Ldb. Flor. Rossic. II. 242. — *Bupleurum subpinnatum* Ldb. in Eichwald. Pl. Casp. Caucas. 13. t. 11. — Wlprs. l. c. II. 397. no. 7.

4397. HELOSCIADIUM *Koch.*

(DC. Prodr. IV. 104. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 392.)

1. H. *(Cyclospermum)* AUSTRALE Bnge. in Lehm. Plant. Preiss. I. 294. † — Glabrum: caule erecto parce dichotomo-ramoso angulato; foliis sparsis, inferioribus pinnatisectis, segmentis paucis basi cuneatis 2–3-partitis, laciniis lanceolatis acuminatis integerrimis incisisve, superioribus trisectis, segmentis basi attenuatis elongatis lanceolatis integerrimis; umbellis oppositifoliis subsessilibus pedunculatisve 4-6-radiatis; involucro utroque nullo; petalis apice inflexis; mericarpii jugis crassiusculis suberosis. ♃ — Crescit in Nova Hollandia solo turfoso ad fluvium Cygnorum.

2. H.? (PETROSELINUM DC. Prodr. IV. 102? — Hook. Icon. plant. t. 305? — APIUM Labill.) PROSTRATUM Bnge. l. c. 295. — Caule procumbente flexuoso; foliis pinnatisectis, segmentis petiolulatis pinnatifidis, laciniis 5 lanceolatis, ultimis apice trifidis; umbellis subsessilibus oppositifoliis; involucro submonophyllo. ♃ — Crescit in Nova Hollandia ad fluvium Cygnorum.

4400/1. MICROSCIADIUM *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 141.)

Calycis dentes quinque aliis totidem accessoriis e sinubus ortis aucti, omnes brevissimi. Petala alba profunde bipartita cum lacinula inflexa late lineari brevi, apice emarginata. Fructus a latere compressus erostratus breviter linearis, apice truncatus dentibusque decem brevibus coronatus. Stylopodium substipitatum cupulatum, margine lobulatum, fructu angustius, styli erecti. Mericarpia lineari-cylindrica, jugis primariis quinque tenuissimis filiformibus, lateralibus marginantibus. Vittae solitariae jugis latiores prominentioresque. Commissura convexiuscula bivittata. Albumen exacte cylindricum. Carpophorum apice bifidum. — Herba Anatolica subinodora annua glabra pumila: foliorum laciniis setaceis; floribus umbellatis albis non radiantibus; involucris nullis, involucellis pentaphyllis setaceis; pedicellis aequalibus post anthesin incrassatis.

1. M. TENUIFOLIUM Boiss. l. c. 142. — Caules a basi ramosissimi divaricati 5–6-pollicares glabri tenues teretes. Folia glaberrima petiolo dilatato suffulta, ambitu ovata bipinnatisecta, partitionibus petiolulatis trifidis, laciniis foliorum infimorum

lanceolato-cuneatis 2–3–partitis acutis, caeterorum linearibus elongatis indivisis, foliis supremis tripartitis, laciniis linearibus elongatis indivisis. Umbellae oppositifoliae aut e dichotomia ortae subaequaliter 3–4–radiatae, umbellulae inaequaliter 5–7–radiatae ☉ — *Cyminum minutum* d'Urville. — Crescit in summis insulae Cos, Chios et in declivibus arenosis calcareis Lydiae, in monte Tartalo prope Smyrnam et in Sipylo supra Magnesiam.

4400½. **CALLISTROMA** *Fnzl.*

(Fnzl. Flora [B. Z.] XXVI. II. 457. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 82.)

Calycis limbus quinquedentatus, dentibus aequalibus conicis persistentibus. Petala late obcordata in lacinulam latam subaequilongam, carinae adnatam, apice bifidam abrupte coarctata, lobis marginibusque reflexis crispatis, intus hirsutissimis longe ciliatis, dorso vesicula oleifera tumida gibbosa. Fructus (immaturus) lateribus contractis subdidymus oblongus hirsutus, raphe centrali, stylopodio crasso conico stylisque erectis crassiusculis apice truncatis coronatus, mericarpia sectione transversali teretia pentagona, jugis 5 incrassato-filiformibus prominulis obtusiusculis aequalibus aequidistantibus, lateralibus submarginalibus, valleculis univittatis, commissura angusta bivittata, vittis usque ad basin decurrentibus erectis. Carpophorum.....? Semen teres. — Herba annua in Kurdistania crescens.

1. C. ERUBESCENS Fnzl. l. c. — Radix annua, fusiformis. Caules a basi di- vel subtrichotome ramosissimi squarrosi firmi, teretes laevissimi. Folia alterna villosa, demum glabrata, inferiora quandoque subbipinnatisecta oblonga, reliqua pinnatisecta, late ovata vel orbicularia, segmentis similibus vel obovato-cuneatis, trifidis sive tripartitis, partitionibus cuneatis, apice profunde 2–3–dentatis vel iterato semibi- vel semitrifidis, lobulis late linearibus acutis. Umbellae axillares pedunculatae 3–5–radiatae, radiis aequalibus abbreviatis crassis, umbellulae multiflorae globosae compactae villoso-hirsutae, floribus breve pedicellatis albis, demum roseis. Involucri pentaphylli ac involucellorum polyphyllorum foliola herbacea, caulinorum segmentis homomorpha, radiis floribusque demum subbreviora. — An eadem ac *Oliveria orientalis* DC. Prodr. IV. 234? (ex Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér., I. 136.) — Crescit in Kurdistania trans Tigrim inter Bauerd et Zacho.

4403. **SCHULTZIA** *Spr.*

(DC. Prodr. IV. 112. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 392.*)

1. *SCH. (ATHAMANTHA Ldb. Flor. Alt. I. 327. et Ic. fl. Ross. Alt. t. 81. — Wlprs. l. c. 404. no. 2.) COMPACTA Ldb. Flor. Rossic. II. 258. — *Athamantha Cervaria?* Pall. Fl. Rossic. II. 560. — *Athamantha monstrosa* Steph. ex Roem. et Schult. Syst. veget. VI. 495. — *Libanotis Stephaniana* DC. l. c. 151. — *Ligusticum athamanthicum* Adams mss.

β. laciniata: foliis pinnatisectis, segmentis pinnatipartitis, laciniis linearibus subincisis. — Crescit in Sibiria Altaica et Baikalensi.

4405. **AEGOPODIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 114. et 669. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 392.)

1. AE. LATIFOLIUM Turzan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVII. IV. 711. — Caule striato; foliis ternatis biternatisque glaberrimis, foliolis subrhombeis late ovatisque serratis, basi inaequalibus. ♃ — *Ae. Podagrariae* huic proxima, characteribus pluribus distinguitur, nempe caule sulcis profundis nec striis laevibus impresso, foliis subtus glaucis pilis brevibus vestitis, atque foliolis angustioribus oblongis. — Crescit in herbosis ad ripam Baikalis circa ostia fluvii Chara-Murin.

4406. **CARUM** *Koch.*

(DC. Prodr. IV. 114. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 393.)

Sectio I. CARVI DC.

1. C. ARMENUM Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 137. — Glaberrimum: radice fusiformi; foliis bipinnatisectis, laciniis foliorum inferiorum linearibus multifidis,

superiorum setaceis confertis; caule tereti erecto subflexuoso parce ramoso; involucro involucellisque polyphyllis deflexis, phyllis setaceis integris; pedicellis ovario 2–3-plo longioribus; fructu ovato, apice sub stylopodio subattenuato, stylopodio fructu paullo angustiori conico-depressissimo, margine lobulato; stylis deflexis stylopodii marginem superantibus, mericarpiorum jugis acutis, valleculis univittatis. ⊙? — Quoad habitum et radices *C. carvi* valde affine, sed vix pedale, parce ramosum, involucra et involucella polyphylla nec nulla et fructus juga acutiora. — Crescit in Armenia.

Sectio II. BULBOCASTANUM DC.

2. C. **BURIATICUM** Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 713. — Foliis tripinnatis, foliolis pinnatifido-multifidis, pinnis pinnulisque infimis ad petiolum communem decussatis; involucro universali 2–3-phyllo, phyllis inaequalibus, partiali polyphyllo; radice fusiformi. ⊙? — Folia magis divisa quam in aliis speciebus, laciniae angustiores et longiores. Involucri foliola valde inaequalia, albo-marginata. Involucella plurima lanceolata aequalia, anguste marginata. — Crescit in pratis Transbaikalensibus.

3. C. **MICROCARPUM** Boiss. l. c. 137. — Radice bulbosa globosa; foliis radicalibus tripinnatisectis, petiolulis primariis secundariisque elongatis, laciniis linearibus elongatis integris bifidisque acutiusculis, foliorum caulinorum petiolo brevi, limbo 3–4-fido vel integro; caule humili flexuoso ramoso; involucro minimo 1–2-phyllo, saepe nullo, involucelli triphylli phyllis setaceis; petalis albis nervo medio rubescenti percursis; fructu parvo ovato stylopodio conico-depresso, margine lobulato ei subgustato coronato, mericarpiorum jugis acutis, vittis in unaquaque vallecula solitariis latis, stylis deflexis stylopodii marginem superantibus. ⊙ — Caulis semipedalis flexuosissimus ramosus, ramis subhorizontalibus, laciniae foliorum radicalium ½–¾ poll. longae, vix lineam latae. Habitus *Bunii nivalis* vel *alpini* sed ab iis vitta vallecularum unica generice distinguitur. A *C. Bulbocastano* laciniis foliorum elongatis, caule humili flexuoso, involucello oligophyllo, stylis stylopodio non multo longioribus et fructu dimidio breviori ovato nec oblongo facile distinguitur. — Crescit in regione alpina montis Mesogis supra Tralles.

4. C. **PERSICUM** Boiss. l. c. 138. — Glaberrimum: radice tuberosa ovata; caule elato albido laevi striato divaricato-ramoso; foliis caulinis infimis breviter petiolatis tripinnatisectis, petiolis primariis secundariisque planiusculis abbreviatis, laciniis brevissimis subcuneatis trifidis, foliis superioribus sessilibus, ambitu ovato-rotundatis tripinnatisectis, petiolulis laciniisque setaceis elongatis rigidis; involucro 1–2-phyllo, phyllis setaceis; umbellis amplis 10–12-radiatis, involucelli phyllis 6–7 setaceis; umbellulis 20–25-floris; pedunculis setaceis rigidiusculis involucello duplo, fructu quadruplo longioribus; petalis albis breviter cuneatis subinaequaliter bilobis cum lacinula brevi inflexa, lobis rotundatis; fructu lineari basi paullulum attenuato lateraliterque subcompresso, jugis obsoletis, valleculis late univittatis, stylis deflexis stylopodio depresso integro fructu aequilato sublongioribus. ⊙ — Radix magnitudine nucis parvae, caules sesquipedales, folia caulina inferiora ambitu ovata 2 poll. longa, laciniis brevissimis trifidis, costis planiusculis, superiora sessilia pollicaria aut sesquipollicaria a basi 2–3-pinnatisecta, laciniis tenuissimis saepe 6–9 lin. longis. Flores magnitudine eorum *C. Bulbocastani,* petala alba nervo crasso rufescenti percursa, fructus fere 2 lin. longus, lineam dimidiam latus. Species foliis caulinis tenuissimis fructuque lineari basi subattenuato distinctissima. — Crescit in Persia australi inter Fasa et Ghyraz.

5. C.? **DAUCOIDES** Boiss. l. c. 139. — Radice bulbosa globosa; caule tereti elato, superne ramoso; foliis caulinis bipinnatisectis, segmentis cuneatis incisis parvis, laciniis linearibus obtusis abbreviatis rigidulis minimis; involucri polyphylli phyllis trilobis, lobis brevibus integris tridentatisve, involucelli polyphylli phyllis linearibus pedicellos subaequantibus; petalis albis bipartitis cum lacinula inflexa; ovarii jugis prominentibus. ♃ — Radix bulbosa crassitie nucis parvae, basi fibras radicales plures emittens. Caulis sesquipedalis teres foliosus tenuis,

superne solum corymboso-ramosus. Folia radicalia et caulina inferiora in specimine jam exsiccata, caetera in petiolum brevissimum dilatatum abeuntia, juga inferiora decussata, segmenta abbreviata, laciniae minimae subincrassatae rigidae, folia suprema etiam multisecta. Umbellae longe pedunculatae, involucri foliola numerosa apice bi- vel triloba, lobis abbreviatis integris aut 2-3-fidis acutiusculis, involucelli foliola linearia, radii numerosi, flores albi subvirescentes magnitudine eorum *C. bulbocastani*. Petala aequalia profunde biloba, nervo medio virescenti glanduloso lato percursa cum lacinula inflexa ex emarginatura. Styli erecti. Ovarium ovatum etiam in flore vix explicato evidenter a latere compressum acute 10-jugum. Valleculae late univittatae. — Crescit in Lydia ad basin meridionalem Tmoli inter Perrassa et Berghir.

6. C. DIVARICATUM Koch, Synops. fl. Germ. — Boiss. l. c. 140. — Radice bulbosa; caule tereti dichotome ramoso flexuoso; foliis tripinnatis, laciniis linearibus elongatis involucellisque oligophyllis; calycinis dentibus fere obsoletis; carpophoro vix incrassato; mericarpiis linear-cylindricis, margine per totam longitudinem inter se contiguis, jugis acutis, stylophoro depresso subcupulari fructu paullo angustiori, stylis a basi tenuissimis deflexis, demum deciduis. 4 — *Bunium ferulaefolium* Dsf. Coroll. t. 43. — DC. l. c. 117. no. 10. — Crescit in Istria et Dalmatia, in Graecia et in Asia minore.

4406/1. LOMATOCARUM *Fisch. et Mey.**)

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petrop. VI. 60. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1413. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 358.)

1. L. (SESELI M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I. 236.) ALPINUM Fisch. et Mey. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 393. excl. syn.) — Herba perennis gracilis glabra, habitu et foliis ad *Cnidium venosum* paullulum accedens, caulis tenuis striatus subramosus, ramis elongatis subaphyllis. Folia radicalia supradecomposita, laciniis plerumque profunde 2-3-fidis, lacinulis angustis sublinearibus mucronulatis, folia caulina summa simpliciter pinnata, laciniis elongatis sublinearibus. Umbellae 8-14-radiatae, radiis inaequalibus, umbellulae 15-20-florae. Involucrum et involucella 4-5-phylla setacea, foliolis involucellorum umbellulam subaequantibus. Flores parvi albidi, serius dilute rosei. Fructus parvi sesquilineares fuscescentes subinodori. — Crescit in Rossiae provinciis Caucasicis.

4406/2. SYMPODIUM *C. Koch.*

(C. Koch, Linnaea XVI. 356. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 82. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 358. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 394. [absq. char. gener.])

4406/3. ELWENDIA *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 140.)

Calycis dentes omnino obsoleti. Petala alba profunde emarginata cum lacinula inflexa. Fructus linearis exacte cylindricus, stylopodiis conicis in stylos rectos elongatos attenuatis coronatus. Carpophorum indistinctum cum facie commissurali concretum. Mericarpia concreta inter se non separabilia. Valleculae angustissimae univittatae. Raphe commissurae aequalis. Commissura planissima evittata. Albumen latere interiori planum. — Herba Persica radice tuberosa, habitu *Cari* e sectione *Pachypo*.

1. E. CAROIDES Boiss. l. c. — Planta glaberrima. Radix tuberosa rotunda avellana paullo major. Caulis semipedalis a basi dichotome ramosus, ramis divaricatis. Folia inferiora breviter petiolata pinnatisecta, divisionibus laciniisque brevibus linearibus subdecussatis. Folia superiora vaginae brevi insidentia, laciniis crassiusculis abbreviatis. Involucrum nullum aut 1-2-phyllum, phyllis lanceolatis acutis albo-marginatis. Radii umbellae 5-6 inaequales, demum stellato-patentes.

---

*) *Nec LOMATOCARPUM, ut scripsi in Repertorio II.* 358.

Involucelli phylla 3–5 involucro similia, pedunculis breviora. Umbellulae parvae 6–8–florae. Pedicelli valde inaequales, longiores florem subaequantes, omnes fructiferi subincrassati. Flores magnitudine eorum *Cari divaricati*. Petala non radiantia. — Crescit in Persiae monte Elwend et prope Ispahan.

4407. **BUNIUM** *Koch.*

(DC. Prodr. IV. 115. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 393.)

1. B. *(Caroides)* STRICTUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 344. † — Tubere composito, singulis globosis in radicem descendentem subito contractis; caule stricto, superne alternatim ramoso glabro; foliis limbo evanido in vaginas oblongo–lanceolatas patulas reductis, superiorum unico superstite pinnatisecto, segmentis distantibus anguste linearibus.....?; involucro brevi polyphyllo, foliolis ovato–lanceolatis; fructu elliptico–oblongo (1¼ lin. longo). ♃ — Crescit in Macedonia.

4407/$_2$. **MURETIA** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 143.)

Calycis dentes crassi brevissimi, fere obsoleti. Petala lutea ovata integra acuta, apice involuta. Fructus a latere compressus linearis. Stylopodium conico-depressum sublobulatum, fructu paullo angustius. Mericarpia semicylindrica, jugis quinque filiformibus aequalibus vix prominulis, lateralibus facie commissurali impositis. Valleculae trivittatae, vittis superficialibus inter se contiguis. Commissura late bivittata. Raphe angusta linearis. Albumen latere interiori planum. Carpophorum bipartitum. — Herbae orientales et Rossicae biennes: radice tuberosa; foliis bipinnatisectis, segmentis multifidis; umbellis umbellulisque involucratis.

1. M. TANAICENSIS Boiss. l. c. — Caule tereti; foliis bipinnatisectis, segmentis multifidis, laciniis setaceis multifidis; involucri phyllis oblongo–lanceolatis integris; pedicellis flore 2–3–plo longioribus; petalis nervosis, subtus subcaniculatis. ♂ — *Bunium* (*Sium* Spr.) *luteum* M. Bieb. — DC. Prodr. III. 116. no. 3. — Crescit in Bosnia australi ad Tanain prope Sarepta.

2. M. AUREA Boiss. l. c. — Caule angulato; foliis bipinnatisectis, segmentis ovatis inciso–multifidis, laciniis parvis abbreviatis cuneato–oblongis 2–3–fidis mucronatis; involucri phyllis lineari–spathulatis integris, aut apice breviter trifidis; pedicellis flores vix superantibus; petalis aureis enerviis planis. ♂ — Radix nigra bulbosa, in fibram radicalem attenuata, saepe bipartita. Caulis simplex aut e basi ipsa multiplex, acute angulatus, superne corymboso–ramosus 1–1½–pedalis. Folia radicalia petiolo basi membranaceo–dilatato striato secus caulem decurrente suffulta, folia caulina 1–2 poll. longa, segmentis subdecussatis, laciniis parvis rigidulis, suprema apice breviter triloba. Umbella centralis lateralibus brevior, omnes 6–7–radiatae, involucri phylla 5 inaequalia, alia lineari–subulata, alia lineari–spathulata, alia apice tridentata dentibus mucronatis; haec forma saepius in umbella centrali occurrit. Involucelli phylla quinque setacea. Flores intense aurei illis *Ridolfiae segetum* Moris fere duplo majores. Petala planissima enervia involuto–incurva acuta. Fructus laevis pedicelli longitudine viridescens nigrescensve linearis, a latere evidenter compressus. Mericarpia prismatico–semicylindrica nec basi nec apice attenuata, sesquilineam longa, vix lineae tertiam partem lata. Juga quinque parum et superne tantum prominula. Vittae in valleculis tres inter se valde approximatae decoloratae et ideo difficile perspicuae, duae commissurales latiores. Stylopodium lutescens depressum bipartitum, stylis deflexo–armatis eo paullo longioribus superatum. Margo calycinus brevissimus callosus lobulatus, sub stylopodio mericarpia coronans. Carpophorum usque ad basin bipartitum, pedicelli fructiferi apice in discum parvum incrassati. — Crescit in dumosis Lydiae ad basin montis Mesogis inter Laodiceam et Philadelphiam.

4409/$_1$. **LERESCHIA** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 127.)

Calycis limbus obsoletus. Petala alba ovata vix emarginata in lacinulam inflexam subangustata. Fructus a latere valde complanatus ellipticus, stylopodium nullum, styli inter se liberi, basi contigui erecti, dein arcuato-recurvi. Mericarpia a latere complanata quinquejuga, jugis filiformibus, exterioribus ante marginem positis. Vittae superficiales inaequales, exteriores multo latiores, vittae commissurales duae extra raphen sitae. Raphe angusta linearis. Albumen intus planum. Carpophorum a basi bipartitum. — Herba Calabrica perennis: foliis radicalibus trifoliolatis; panicula nuda gracili ramosissima; involucris involucellisque monophyllis, habitu *Sison amomum* referens.

1. *L. (CRYPTOTAENIA DC. Prodr. IV. 119. — SISON Tenore.) THOMASII Boiss. l. c. 128. — ♃ — Crescit in Calabria.

4410. **PIMPINELLA** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 119. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 395.)

Sectio I. TRAGOSELINUM DC.

1. P. TRIPARTITA Kaleniczenko, Bullet. de l'acad. de Moscou XVIII. t. 231. — Rhizoma horizontaliter prorepens simplex crassiusculum subarticulatum fuscum, secundum longitudinem ex inferiore parte subarticulorum (!!) binas radiculas sat longas perpendiculares sordide albas tenuissimas emittens. Caulis 4–5-pedalis erectus ramosus, basi parum incrassatus pilosus sulcatus, sulcis profundis margine raro pilosulis in superiore caulis parte vix vestigia pilorum (lentis ope) inspiciuntur. Folia cordato-reniformia tripartita, segmentis inaequalibus, intermediis late cuneatis vel suborbiculato-cuneatis, apice 4–5-sublobatis dentatisque, lateralibus inaequaliter ovatis, margine grosse vel inciso-dentatis obtusis, subtus puberulis seu villosis. Folia caulina suprema orbiculato-cordata trilobata vel tripartita, lobis tridentatis seu bidentatis. Petioli foliorum inferiorum longi, basi amplexicaules dilatati semicanaliculati tenuiter pubescentes, superiores vero breves dilatati et subvaginantes. Involucra et involucella nulla. Umbellae radii divergentes tenues laevissimi. Fructus a latere compressus ovatus glaber fusco-nigricans. ♃ — Crescit in Ucrania in sylvaticis versus meridiem montis Maschuka ad oppidulum Piatigorsk.

2. P. PEUCEDANIFOLIA Fisch. mss. ex Ldb. Flor. Rossic. II. 256. — Tenuissime pubescens: foliis radicalibus caulinisque infimis pinnatis, pinnis longe petiolatis trisectis, segmentis lateralibus oblongo-linearibus integris, terminalibus subtripartitis, laciniis integerrimis, foliis mediis minus dissectis, summis ad squamam lanceolatam acuminatam reductis; caule tereti tenuiter striato; fructibus (immaturis) ovato-globosis, stylis brevioribus. ♃ — Crescit in provinciis Caucasicis.

Sectio II. TRAGIUM DC.

3. P. CORYMBOSA Boiss. Ann. des sc. natur. (3. Sér.) I. 131. — Perennis: collo radicis verticalis vestigiis foliorum vetustorum stipato; caule erecto striato-anguloso, a basi thyrsoideo-ramosissimo flexuoso, ad ramorum basin subincrassato folioso; ramis elongatis rigidis subopposite ramulosis paniculam corymbosam formantibus; foliis breviter tomentellis, ambitu lanceolatis bipinnatisectis, laciniis rigidulis cuneato-linearibus abbreviatis, basi confluentibus integris aut trifidis acutiusculis, summis apice breviter trifidis integrisve; involucro involucellisque triphyllis, phyllis lanceolatis brevibus anguste albo-marginatis; umbellis umbellulisque 10–12-radiatis; petalis albis glabris emarginatis cum lacinula inflexa; pedicellis fructu vix sesquilongioribus; fructu lateraliter compresso, adpresse et brevissime tomentoso, stylopodio valde depresso, stylis fructu multoties longioribus mox deciduis. ♃ — Planta fere pedalis, habitus *Seseleos*, sed ovarium evidenter e latere compressum et dentes calycini nulli. — In Syriae monte Libano.

4. P. OLIVIERI Boiss. l. c. 132. — Annua aut biennis, tota brevissime tomentella: caule a basi dichotome ramosissimo; foliis petiolo brevi plano suffultis bipinnatisectis, ambitu lanceolato-oblongis, partitionibus decussatis per paria inter se remotis abbreviatis, lobis oblongo-linearibus obtusis integris 2-3-fidisve, foliis supremis breviter petiolatis trilobis integrisve; involucris involucellisque brevibus 2-3-phyllis; umbellis 7-8-radiatis radiis subinaequalibus, umbellulis parvis confertis; petalis albis subradiantibus subinaequaliter bilobis cum lacinula inflexa, extus ad nervum puberulis; pedicellis fructu subtriplo longioribus; fructu globoso-didymo, papillis tuberculosis brevissimis aspero, stylopodio mamillari obtuso, stylis setaceis fructu duplo longioribus deciduis, mericarpiis obsolete quinquecostatis, valleculis trivittatis, commissurae vittis duabus latis. ☉ vel ♂ — Planta pedalis a basi ramosissima, folia cum petiolo vix 3 poll. longa, ambitu lanceolata, pinnatim 2-3-juga, jugis remotis, ea *P. Chabraei* quodammodo referentia. Flores magnitudine eorum *P. Saxifragae*. Fructus didymi, basi latiores subcordati, forma sua iis *P. rotundifoliae* et *Reuterae gracilis* similes, papillis brevibus adspersi, quo charactere ab aliis speciebus facile dignoscitur. *P. corymbosae* imprimis affinis est, sed haec habet caulem non dichotomum, sed regulariter thyrsoideum, petala glabra, fructus dimidio minores breviter tomentosos nec papillos etc. — Crescit in Mesopotamia.

5. P. KOTSCHYANA Boiss. l. c. — Perennis, tota brevissime et parcissime (sub lente) tomentella: caule elato a basi subthyrsoideo-ramosissimo, ad nodos incrassato; ramis elongatis corymbiferis; foliis ambitu lanceolatis petiolatis pinnatipartitis 2-3-jugis, partitionibus petiolulatis ovato-cuneatis obtuse dentatis, foliorum superiorum angustatis lanceolatis cuneato-subtrifidis, foliis summis lanceolatis trifidis integrisve; involucris involucellisque subtriphyllis linearibus brevibus; umbellis umbellulisque multiradiatis; petalis albis emarginatis, dorso hirtellis margineque ciliatulis; pedicellis hirsutis fructu subduplo longioribus; fructu globoso subdidymo, pilis albis longis densissime obsito, stylopodio depressissimo, stylis fructu subduplo longioribus hirtellis. ♃ — Caulis bipedalis, habitus *P. corymbosae*, fructus *P. Tragii* sed rotundiores. — In aridis montium Kurdistaniae.

6. P. AFFINIS Ldb. Flor. Rossic. II. 257. — Foliis radicalibus.....?, caulinis pinnatisectis, foliolis inferiorum 3-5 late obovato-cuneatis serrato-dentatis, basi integerrimis, terminali subinde trilobo, superiorum obovato-cuneatis vel oblongis linearibusve, acute inciso-serratis; fructibus ovatis, pilis rariusculis patulis adspersis, stylopodio subconico. ♂? — A *P. peregrina* foliolis basi cuneato-integerrimis et fructuum superficie haud aegre distinguitur. — Crescit in provinciis Transcaucasicis.

7. P. (TRAGIUM B. Webb, Phytogr. Canar. t. 72.) DENDROSELINUM B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canar. I. 152. — Glabra: caule frutescente, basi elongato ramoso; foliis radicalibus caulinisque inferioribus pinnatisectis, segmentis 7-9 obovato-cuneatis venoso-reticulatis inciso-serratis, terminali trilobo; fructibus villosis. ♄ — Planta tota glabra, pallide viridis. Caulis frutescens elongatus, longo tractu petiolis foliorum inferiorum marcescentium basi dilatatis obductus foliosus 2-3 pedes altus glaber striatus fistulosus ramosus, ramis alternis. Folia radicalia et caulina inferiora longiuscule petiolata, petiolis striatis, basi in vaginas nervosas, margine ciliatas dilatatis, pinnatisecta, segmentis 7-9 obovato-cuneatis, pulchre venoso-reticulatis inciso-serratis lobatisve, inferioribus petiolatis, superioribus subsessilibus sessilibusve, terminali ovato trilobo, lobis inciso-serratis. Compositio foliorum superne decrescit et segmenta minus incisa sunt, sed basi attenuata, in foliis supremis vero integerrima. Umbella fere magnitudine *P. peregrinae*, involucro omnino carens, umbellulae involucellis destitutae. Umbellae radii subdecem, longitudine subaequales villosulae, umbellulae 9-13 radiatae, radiis villosis. Corolla alba, petala obovata concava, superne canaliculata, extus pubescentia, cum lacinula inflexa. Styli fere semilineam longi, juniores erecti, apice capitati. Fructus villosus, sub lente 5-costatus. — In rupibus Teneriffae insulae.

Sectio III. ANISUM DC.

8. P. ERIOCARPA Boiss. Annal. des sc. natur. (3. Sér.) I. 128. — Annua, tota pilis brevissimis sub lente scabrida puberula: caule humili flexuoso ramoso; foliis infimis indivisis ovato-subrotundis cordatis subquinquelobis, intermediis pinnatisectis, segmentis petiolulatis rotundato-ovatis, varie lobatis, supremorum vaginis abbreviatis albo-membranaceis, limbo bipinnatisecto, laciniis setaceis acutis rigidulis; involucris involucellisque nullis; petalis albis bipartitis cum lacinula inflexa; ovario sub anthesi hispido; fructu oblongo longe hispido, stylopodio conico-elongato usque ad basin bipartito, in stylos rectos mericarpiorum longitudinem aequantes attenuato, jugis fere obsoletis, valleculis plurivittatis, vittis subcontiguis, commissura bivittata. ⊙ — Stylopodio conico bipartito ad solam *P. peregrinam* caeterum diversissimam attinet. — Crescit in Syria prope Aleppo.

9. P. PUBERULA Boiss. l. c. 129. — Annua, tota pilis brevissimis tomentella: foliis infimis rotundatis subcordatis incisis, caulinis inferioribus pinnatisectis, segmentis petiolulatis ovatis lobatis incisisve, superiorum petiolis brevibus dilatatis, margine vix membranaceis, limbo tripinnatisecto, laciniis decussatis linearibus acutis rigidis; caule erecto ramoso, infra dichotomias subinflato; involucris involucellisque nullis; petalis albis inaequaliter bipartitis cum lacinula inflexa, extus puberulis vix radiantibus; fructu ovato-rotundato, setis acutis longe hispido, stylopodio depresso rotundato minuto, stylis erectis fructu longioribus, demum deciduis, jugis obsoletis, valleculis trivittatis vittis minimis subcontiguis, commissura late bivittata. ⊙ — Praecedenti affinis, pedalis vel bipedalis, tomentella, nec parce scabrida. — *Ptychotis puberula* DC. Prodr. IV. 109. no. 8. — Crescit in desertis Assyriae et inter Bagdad et Aleppo.

10. P. BARBATA Boiss. l. c. — Annua, praeter vaginas margine ciliatulas glabra: foliis bipinnatisectis, laciniis lineari-setaceis elongatis, summis integris trifidisve; caule gracili erecto laevi ramoso; involucris involucellisque nullis; petalis inaequaliter bipartitis cum lacinula inflexa, dorso basi pilosis, exterioribus radiantibus; pedicellis confertis fructu vix duplo longioribus; fructu ovato, setis planiusculis apice obsolete uncinulatis dense et longe hispido, stylopodio conico-depresso, stylis rectis elongatis demum deciduis, jugis subobsoletis, valleculis trivittatis, commissura bivittata, vittis latis. ⊙ — Planta gracilis ½–1-pedalis, umbellae fructiferae multiflorae confertae, pisi magnitudinem vix superantes. — Crescit inter Bagdad et Kermanchah.

11. P. GLAUCESCENS Boiss. l. c. 130. — Annua glaucescens glaberrima: caulibus tenuibus erectis strictis, parce dichotomis; foliis petiolatis bipinnatisectis aut solum trisectis, laciniis anguste linearibus, terminali longiori, superioribus indivisis linearibus; involucris involucellisque nullis; petalis dorso basi pilosulis, inaequaliter bilobis cum lacinula inflexa, exterioribus radiantibus; umbellulis globulosis; pedicellis fructu 2–3-plo longioribus; fructibus subglobosis, setis apice incrassato-uncinulatis dense hispidis, stylopodio depresso subcupulari, stylis dellexis elongatis demum ruptis. ⊙ — Praecedenti maxime affinis, differt tamen glabritie, glaucescentia, fructus globosi setis apice incrassatis et stylopodii forma. — Crescit in Persia australi ad Chyraz.

12. P. ARABICA Boiss. l. c. — Annua glaucescens: caulibus nanis subprostratis ramosis; foliis puberulis cuneatis in petiolum brevem attenuatis obtuse trilobis trifidisque, lobis integris vel dentatis obtusis, supremis abbreviatis tridentatis integrisve; involucris involucellisque nullis; petalis albis emarginatis cum lacinula inflexa; pedicellis fructu ovato breviter puberulo vix duplo longioribus, stylopodio depresso, stylis elongatis cito deciduis, jugis subobsoletis, valleculis trivittatis, commissura late bivittata. ⊙ — Caules numerosi prostrati 2–3-pollicares, a praecedentibus forma foliorum et fructus pubescentia brevissima differt. — Crescit in Arabia petraea.

13. P. CRINITA Boiss. l. c. 131. — Annua vel biennis, tota pilis patulis tomentella: caulibus a basi dichotome ramosissimis; foliis petiolatis tripartitis, partitionibus

longiuscule petiolulatis pinnatisectis, segmentis elongatis cuneatis 2–3–fidis, lobis obtusiusculis; foliis superioribus sessilibus minus dissectis; umbellis amplis 8–12–radiatis; involucri phyllis quinque linearibus brevibus membranaceis hirtis; umbellulis sub anthesi globosis, dein dilatatis multifloris; involucelli phyllis 5 tomentellis ovatis obtusis mucronatis, omnino membranaceis, pedicellos subaequantibus; petalis albis dorso puberulis subradiantibus, subinaequaliter bilobis cum lacinula brevi inflexa; pedicellis hirsutis, fructu 2–3–plo longioribus; fructu ovato setis ejus diametro duplo longioribus albis, apice glochidiato–capitatis densissime crinito, stylopodio elongato–conico, apice bifido in stylos setaceos fructus longitudinem aequantes attenuato, jugis obsoletis, valleculis 2–3–vittatis. ☉ vel ♂ — Planta pedalis, foliorum majorum petiolus pollicaris, partitiones sesquipollicares, umbellae magnitudine illarum *P. Saxifragae,* mericarpii setae fere sesquilineares, fructus anisum spirantes. — Crescit in Persia.

† *Icon addenda.*

P. CANDOLLEANA Wght. et Arn. – (Wlprs. l. c. no. 4.) — Wght. Icon. plant. Ind. or. II. t. 341.

4411. **REUTERA** *Boiss.*

, (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 395.)

1. R. (PIMPINELLA C. A. Mey. Verz. der Pflnzn. am Cauc. 122. – Wlprs. l. c. no. 2.) FLAVA Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 133. — Perennis, tota pube minuta canescens: foliis radicalibus supradecompositis, segmentis incisis, lobis lanceolatis mucronato–acuminatis, vaginis caulinis superioribus aphyllis; caule elato ramosissimo subaphyllo; involucris involucellisque nullis; umbellis umbellulisque pauciradiatis; petalis luteis integris, apice convolutis hispidis; pedicellis hirtis fructu vix longioribus; fructu ovato–rotundo vix compresso breviter hirsuto, stylopodio conico–depresso, stylis deflexis stylopodio subduplo longioribus, mericarpiorum jugis prominulis, valleculis 3–4–vittatis, commissura plana latissime bivittata. ♃ — Folia omnino ea *Peucedani Oreoselini* referentia sed minora. — Crescit in provincia Talysch.
2. R. CERVARIAEFOLIA Boiss. l. c. 134. — Tota breviter tomentella: foliis radicalibus bipinnatisectis, segmentis ovato–rhombeis sessilibus, basi cuneatis integris, superne inciso–dentatis, inferioribus decussato–cruciatis; caule elato ramosissimo, vaginis indivisis aut breviter trifidis tantum folioso; umbellis umbellulisque 2–5 pauciradiatis exinvolucratis; floribus minimis; petalis luteis integris convolutis hispidis; pedunculis fructus longitudine; fructu ovato–subgloboso vix compresso brevissime hirtello, stylopodio conico depressissimo, stylis divergentibus stylopodio paullo longioribus, mericarpiorum jugis prominulis, valleculis trivittatis, commissura late bivittata. ♃ — Planta elata, foliis *Peucedani Cervariae*, praecedenti valde affinis solisque segmentis foliorum differt. — *Pimpinella ramosissima* DC. Prodr. IV. 120. no. 6. — Crescit in Persia prope Ispahan.
3. R. PASTINACEAEFOLIA Boiss. l. c. — Glabra: foliis radicalibus petiolo longo subtereti suffultis, ambitu lanceolatis, amplis pinnatisectis 3–4–jugis, segmentis sessilibus magnis, basi inaequali cordatis ovato–subrhombeis argute et regulariter serratis coriaceis, foliis caulinis inferioribus petiolo basi vaginanti insidentibus 1–2–jugis, segmentis parvis subrotundatis, superioribus ad vaginas triangulares brevissimas reductis; caule tereti elato nudo, superne patule ramoso, ramis opposite ramulosissimis, ad axillas incrassatis, flexuosis rigidis, ramulis patulis subrecurvis; umbellis umbellulisque exinvolucratis breviter pedunculatis pauciradiatis; petalis aureis extus velutinis integris, extremitate convolutis; fructu glabro breviter ovato subcompresso, stylopodio depressissimo, stylis eo paullo longioribus deflexis. ♃ — Caulis nudus tripedalis, folia inferiora pedalia et longiora, segmenta lateralia bipollicaria, pollicem et amplius lata glaucescentia. — Crescit in Persia australi.
4. R. TRAGIOIDES Boiss. l. c. 135. — Perennis glaucescens magis minusve tomentella: foliis fere omnibus radicalibus, ambitu lanceolatis elongatis pinnatisectis

3–4–jugis, segmentis petiolulatis circumscriptione ovato–cuneatis 2–3–lobis indivisisque, omnibus acute incisis; caule erecto tereti parce ramoso; foliis caulinis, infimis exceptis, ad vaginas reductis; umbellis umbellulisque 9–12–radiatis exinvolucratis; floribus parvis; petalis luteis integris convolutis hispidis; pedunculis fructum glabrum oblongum vix compressum apice attenuatum aequantibus; stylopodio conico–depresso, stylis deflexis stylopodio duplo longioribus, mericarpiorum jugis prominulis, valleculis trivittatis, commissura late bivittata. ♃ — Crescit in montibus Elamout Persiae borealis.

5. **R. FLABELLIFOLIA** Boiss. l. c. — Perennis: rhizomate crasso lignoso; caule tereti erecto nudo parce ramoso; foliis radicalibus petiolatis orbiculatis flabellatis, basi breviter cuneatis argute serratis dentatis, dentibus triangularibus, brevissime tomentellis coriaceis, caulinis ad vaginam brevem acutam margine membranaceam reductis; involucro involucelloque nullis; umbellis umbellulisque pauciradiatis; floribus minimis; petalis flavescentibus tomentellis ovatis acuminatis, apice convolutis integris; pedicellis ovario pruinoso–hirtello vix longioribus. ♃ — Foliorum radicalium petiolus pollicaris, limbus 6–10 lin. longus et latus, caules pedales. — Crescit in Cappadocia ad ripas fluminis Euphratis.

6. **R. DEVERREOIDES** Boiss. l. c. 136. — Perennis, basi suffrutescens, tota brevissime tomentella: foliis radicalibus caulinisque inferioribus petiolatis ambitu lanceolatis pinnatisectis 3–4–jugis, segmentis remotis petiolulatis ovato–cuneatis, profunde lobatis incisisve, superioribus ad vaginam rigidam spinescentem reductis; caulibus nudis a basi ramosissimis rigidis veluti articulatis intricatis, ramulis axillaribus superioribus abortivis brevissimis subspinescentibus; involucris involucellisque nullis; umbellis ex axillis superioribus ortis pedunculo crasso suffultis 2–3–radiatis, umbellulis 5–6–radiatis, radiis inaequalibus flore vix longioribus; petalis flavescentibus velutinis integris acuminatis involutis ovatis; fructu juniori tomentoso a latere compressiusculo, stylopodio depresso, stylis arcuatis stylopodio vix longioribus. ♃ — Planta 1–3–pedalis. — Crescit in Persia prope Ispahan.

441 1/1. **ELAEOSTICTA** *Fnzl.*

(Fnzl. in Flora [B. Z.] XXVI. II. 458. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 82.)

Calycis limbus nullus. Petala ovata acuminata in lacinulam integerrimam canaliculatam liberam inflexa, dorso nec in granulum incrassata, nec vesicula oleifera gibbosa. Stylopodium disciforme, margine undulatum. Styli subcapitati demum recurvato–patentes. Fructus immaturus obovatus a latere subcompressus glaber, raphe submarginalis, mericarpia sectione transversali semiteretia quinquejuga, jugis filiformibus rotundatis obsoletissimis farctis aequidistantibus, lateralibus marginantibus, cum valleculis multivittatis, vitticulis plurimis punctiformibus ac brevissime linearibus subtilissimis, per superficiem internam pericarpii crassiusculi varie sparsis, commissuralibus similibus paucioribus. Carpophorum bipartitum. Semen teretiusculum. — Herba Mesopotamica quoad habitum *Triniis* haud dissimilis.

1. **E. MEIFOLIA** Fnzl. l. c. — Radix carnosa fusiformis, annua? Caulis elatus strictissimus teres effuse paniculatus, inferne solum foliatus, cum reliquis partibus glaberrimus. Folia oblonga 2–3–pinnatisecta multijuga, segmentis multifidis sessilibus, basilaribus jugorum cardinalium ac secundariorum omnium subverticillatis, lobis setaceis abbreviatis vel capillaceis elongatis, vaginis adstrictis, basi semiamplexicaulibus, caulina media cum rameis ad vaginas scariosas ovato–lanceolatas restricta. Umbellae dichotome paniculatae copiosissimae inaequaliter 3–5–radiatae cum floribus centralibus 1–5 pedicellatis fertilibus. Umbellularum flores 4–12 albo–flavescentes, pedicellis elongatis subaequalibus. Involucri ac involucelli 3–7–phylli foliola scariosa lanceolata minuta, demum reflexa. — Crescit in Mesopotamia inter Orfa et Suerek.

4414. **BUPLEURUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 127. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 396. et 937.)

§. 1. *Annua.*

1. B. **LEUCOCLADUM** Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 144. — Annuum: caule erecto gracili tereti subnudo virgato, a basi dichotome ramosissimo ramisque glaberrimis nitidis albis; foliis ad dichotomias sitis anguste linearibus strictis 5–7-nerviis, siccatione convolutis glaucis albis acutiusculis, superioribus sensim minoribus; umbellis terminalibus breviter 2–3-radiatis, radiis inaequalibus, lateralibus incompletis, saepius nullis; involucelli phyllis oblongis acutis carnosis opacis, sub lente pruinoso-scabridis quinquenerviis, flores aequantibus; floribus brevissime pedicellatis; fructus tenuiter pruinoso-granulati jugis obsoletis. ⊙ — Caulis 1–1½-pedalis, umbellae eis *B. tenuissimi* vix majores. — Crescit in Assyriae desertis.

2. B. **TRICHOPODUM** Boiss. et Sprunn. l. c. 145. — Annuum: caule erecto gracili vix angulato, fere a basi ramoso flexuoso; foliis radicalibus oblongo-linearibus brevibus, breviter in petiolum attenuatis acutis, caulinis basi aequali caulem cingentibus, dein sensim angustatis elongatis lanceolato-linearibus, longe acuminatis sub-6-nerviis, omnibus teneris pallide virentibus; umbellae radiis 3–7 longis capillaceis parum inaequalibus; involucro diphyllo, involucelli phyllis 5 setaceis carinatis uninerviis, flores superantibus, fructum aequantibus; floribus luteis; fructu laevi lineari acute jugato pedicellum aequante, valleculis evittatis. ⊙ — Caules 1-sesquipedalis ramique gracillimi. Species elegans prope *B. Gerardi* collocanda, cui valde affinis est, sed a qua dignoscitur caule multo proceriori ramisque elongatis tenuibus, involucro di- nec subpentaphyllo, radiis capillaribus valde elongatis, involucelli phyllis setaceis uninerviis nec lanceolatis trinerviis, fructu paullo majori. — Crescit in dumosis Atticae, Boeotiae et in dumosis circa Aleppum.

3. B. **SCABRUM** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 348. adnot. — Annuum: caule erecto dichotome ad basin et superne ramoso angulato scabro; foliis lanceolato-linearibus longe acuminatis quinquenerviis, imis distichis; umbellae radiis abbreviatis incrassatis; involucelli foliolis elongato-lanceolatis acuminatis, umbellulae radios breves multo superantibus trinerviis, margine serrulato-scabris foliaceis, nervis oleiferis venarum reticulo connexis; fructibus.....? ⊙ — Habitus *B. nodiflori.* — Crescit in Mesopotamia.

4. B. **CAPPADOCICUM** Boiss. l. c. 146. — Annuum: caule erecto gracili tereti striato, fere a basi dichotome ramoso; foliis basi aequali caulem cingentibus, dein attenuatis, anguste linearibus subconvolutis 6–7-nerviis acutis, superioribus abbreviatis longe acuminato-setaceis, ramulis terminalibus eximie flexuosis, uniuscujusque umbella laterali inferiori subsexradiata et terminali 3–4-radiata solis evolutis, caeteris abortivis ad foliola minutissima sessilia in bractearum setacearum axillis ad angulos flexionis ramulorum sitis occultata reductis, radiis capillaribus; involucri involucellique phyllis 3–5 minimis a basi lanceolata setaceis flores superantibus aveniis, sub lente anguste pellucido-marginatis; floribus luteis; fructus oblongi laevis jugis acutiusculis. ⊙ — Caulis pedalis, habitus praecedentis. — Crescit in Cappadocia ad Euphratem.

5. B. **KURDICUM** Boiss. l. c. — Annuum: caule erecto striato parce ramoso; foliis basi aequali caulem cingentibus linearibus sub-7-nerviis acutis, supremis abbreviatis oblongis acuminatis; umbellis umbellulisque sub-7-radiatis, radiis parum inaequalibus; involucri involucellique phyllis 5 abbreviatis oblongo-ellipticis longe acuminatis obsolete trinerviis; floribus luteis involucellum aequantibus, ovariis laevibus acute costatis. ⊙ — Caules ½–1-pedales, umbellulae eis *B. Gerardi* paullo majores, a quo caeterum habitu, involucri et involucelli brevitate et forma facile distinguitur. — Crescit in Kurdistania Persica.

6. B. **CITRINUM** Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 29. — Caule ramosissimo multangulari glabro; foliis linearibus 3–5-nerviis acutissime acuminatis; umbellis terminalibus et oppositifoliis longiuscule pedunculatis triradiatis; involucro triphyllo,

phyllis lanceolatis longe acuminatis quinquenerviis, umbella brevioribus; umbellulis 10- vel pluribus, involucellis 5-phyllis, phyllis ovatis acutissimis citreis vel pallide flavis venosis, quam pedicelli brevissimi duplo longioribus. ♃? ☉? — Crescit prope Erzerum.

7. B. SEMIPERFOLIATUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 350. adnot. — Annuum: caule erecto tereti simpliciusculo; foliis superioribus basi perfoliatis ovato-oblongatis, summis centro perfoliatis orbicularibus; umbellis decemradiatis exinvolucratis; involucelli foliolis late ellipticis mucronatis, demum expansis umbellulam fructiferam superantibus; fructibus oblongis laevibus, jugis argute filiformibus. ☉ — Crescit in Mesopotamia.

8. B. ALEPPICUM Boiss. l. c. 148. — Annuum: caule erecto gracili angulato-striato, a basi ramoso; foliis 5-7-nerviis lineari-lanceolatis, basi aequali caulem cingentibus, dein attenuatis acuminatis; umbellae radiis subtribus parum inaequalibus; involucri phyllis tribus lanceolatis quinquenerviis, involucelli flores duplo superantis foliolis quinque ovato-ellipticis, breviter mucronatis quinquenerviis subhyalinis, nervis omnibus ramulosis. ☉ — Planta pedalis ramosa gracilis, facie et umbellularum magnitudine *B. glumaceum* et *B. apiculatum* omnino referens, a quibus foliis quinquenerviis, involucelli phyllis latioribus quinquenerviis, nervis ramulosis et umbellis pauciradiatis facile distinguitur. — Crescit circa Aleppo.

9. B. AUCHERI Boiss. l. c. 148. — Annuum: caule a basi pluries approximatim et subverticillatim dichotomo; ramis angulatis divaricatis patentibus pluries furcatis cum capitulo sessili in dichotomiis; foliis basi subdilatata caulem ramosque cingentibus linearibus 7-nerviis, summis abbreviatis; umbellis axillaribus subsessilibus terminalibusque pedunculatis, inaequaliter 3-4-radiatis; involucri phyllis lanceolatis, foliis similibus, involucelli floribus triplo longioris phyllis quinque lanceolatis, breviter mucronatis opacis, post anthesin induratis strictis quinquenerviis, nervis exterioribus marginantibus, omnibus venulosis; floribus inaequaliter pedicellatis. ☉ — *B. brevicaule* Schlchtd. mss. — Crescit in Oriente (ubi??).

§. 2. *Perennia.*

10. B. NORDMANNIANUM Ledeb. Flor. Rossic. II. 265. — Caule subramoso paniculato; foliis radicalibus lineari-oblongis acutis, in petiolum attenuatis 3-7-nerviis, caulinis paucis conformibus sessilibus; involucro 1-5-phyllo vel nullo, foliolis inaequalibus, uno reliquis multo majore oblongo, 1-3 minutissimis; umbella multiradiata, radiis inaequalibus; involucellis polyphyllis, foliolis 6-10 ellipticis oblongisve acuminatis, umbellulam floriferam aequantibus; floribus breviter pedicellatis; fructibus.....? ♃ — Crescit in subalpinis Guriae (Transcaucasiae).

11. B. ANGUSTIFOLIUM Ldb. l. c. — Caespitosum: caulibus subramosis; foliis radicalibus linearibus acutissimis subtrinerviis, caulinis angustissime lanceolato-linearibus, arcte sessilibus subamplexicaulibus subquinquenerviis; involucro 3-6-phyllo, foliolis lanceolato-linearibus acutis, uno reliquis longiore; umbella 5-8-radiata, radiis inaequalibus; involucellis 6-8-phyllis, foliolis lanceolato-linearibus trinerviis, margine membranaceis, umbellula florifera duplo longioribus; fructibus.....? ♃ — Crescit in Sibiria Altaica ad fl. Tscharysch.

12. B. FLEXUOSUM Ldb. l. c. 267. — Caule a basi ramoso flexuoso subsulcato; foliis oblongis acutis 9- v. multinerviis subamplexicaulibus; involucro nullo vel monophyllo, foliolo obovato-oblongo subacuminato, involucellis subsex-(rarius 5-7-)phyllis, foliolis elliptico-oblongis acuminatis vel mucronatis, umbellam fructiferam subaequantibus, pedicellis fructum parum superantibus, jugis anguste alatis, valleculis trivittatis. ♃ — Affine *B. falcato* et *polyphyllo*. — Crescit in Davuria.

13. B. ACIPHYLLUM B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canar. I. 154. t. 77. — Caule fruticoso ramoso; ramis virgatis alternis; foliis coriaceis elongato-lanceolatis subfoliatis mucronatis sessilibus multinerviis; umbellis multiradiatis; involucris involucellisque pentaphyllis, foliolis brevissimis acutis; fructibus quinquejugatis oblongis rugoso-lacunosis. ♃ — Radix.....? Caulis fruticosus ramosus cylindri-

cus, cortice laevi rimoso fusco. Rami utplurimum subpedales, sed quandoque tres vel quatuor pedes etiam alti, alterni erecti virgati glabri striati teretes, superne subangulati, foliosi, apice divisi, ramulis umbelliferis dichotomis. Folia coriacea elongato-lanceolata, subfalcata mucronata integerrima concaviuscula, 2–3 lineas lata, 2–2½ pollices longa, multinervia glabra glaucescentia sessilia, ramorum semivaginantia, inferiora crebriora, superiora remotiuscula breviora, 5–9 lineas longa, 1–1½ lineas lata. Ramuli longitudine inaequales, inferiores breviores, superiores fere eandem altitudinem attingentes et fere corymbosi, angulosi striati glabri, saepe foliolo brevi lanceolato acuto bracteante aucti. Umbellae 7–11 radiatae, radiis 8–10 lineas longis, substriatis; umbellulae parvae. Involucrum et involucella pentaphylla, foliolis brevissimis fere ½–1 lineam longis, lanceolato-linearibus acutis. Petala subrotunda, arcte involuta concava, lutea, dorso canaliculata et e rubro nigrescentia, lacinula inflexa lata retusa. Fructus oblongi, maturi nigrescentes, 5-jugati, jugis crassiusculis, subcrispatis, inter juga rugoso-lacunosi glabri. Antherae bilobae. Valleculae vittatae. Stylopodium depressum, subrotundum, margine crenulatum. Styli duo reflexi subcapitati. Carpophorum bifidum. — Crescit in rupibus abruptis insulae Teneriffae.

14. B. **OLYMPICUM** Boiss. l. c. 149. † — Bienne, totum pruinoso-glaucescens: radicis verticalis simplicis collo vestigiis foliorum emarcidorum vestito; foliis radicalibus caespitosis oblongo-lanceolatis in petiolum attenuatis quinquenerviis obtusiusculis immarginatis, caulinis e basi caulem cingente vix attenuatis lanceolatis; caule humillimo, ad collum aut paullo supra ramoso; ramis patentibus subsimplicibus; involucri phyllis tribus lanceolatis, involucelli quinque flores subaequantibus; umbellulis multifloris; pedicellis fructum subaequantibus; floribus rubellis; fructus jugis subalatis. ♂ — Caules 1–2- rarius 3–4-pollicares, rami subradicales 1–5 cauli subaequilongi, saepius simplices patentes. Affine *B. ranunculoidi*, sed ab eo ejusque varietatibus distinctum glaucescentia, foliis basi vix dilatatis nec latissimis, caule ad collum ramoso, ramis patentibus, involucellorum angustie, florum colore. A *B. falcato* habitu, inflorescentia, foliis non membranaceo-marginatis, ab utroque radice simplici bienni nec ut in illis perenni suffruticosa distinctissimum. — Crescit in Olympi Bithyni regionibus superioribus.

15. B. **PERSICUM** Boiss. l. c. 150. — Bienne glaberrimum: radicis verticalis simplicis collo petiolis foliorum emarcidorum vestito; foliis radicalibus ovatis vel oblongo-lanceolatis acutis, in petiolum attenuatis quinquenerviis membranaceo-marginatis rigidulis, caulinis elongatis lanceolato-linearibus angustis acutis; caule elato striato a collo ipso ramosissimo; ramis patentibus; involucri phyllis 5 inaequalibus lanceolatis brevibus; umbellae multiradiatae radiis elongatis inaequalibus; involucelli phyllis 5 trinerviis oblongis acutis, fructu brevioribus; umbellis multifloris; pedicellis fructu fere dimidio brevioribus; petalis flavis, fructus oblongi jugis acutis, valleculis trivittatis. ♂ — Folia radicalia cum petiolo 2–3 pollices longa, 5-6 lineas lata, caules pedales ramosissimi. A *B. falcato, ranunculoidi* et *caricifolio* radice bienni simplici nec suffrutescente perenni distinctum, eodem charactere et caule a basi ramoso *B. Olympico* proximum, a quo tamen differre videtur indumenti pruinosi defectu, caule elato nec humillimo, ramis ramosissimis nec simplicibus abbreviatis, foliis latioribus rigidulis acutis, margine membranaceis, involucellis pedicello brevioribus. An tamen hujus varietas procera? — Crescit in Persiae borealis montibus Djulfekkou.

16. B. **SCHIMPERI** Boiss. l. c. 151. — Perenne glaucescens: radice suffruticosa; caule tereti elato virgato ramoso parce folioso; ramis patulis; foliis quinquenerviis linearibus acutis; umbellis terminalibus 3-4-radiatis, radiis inaequalibus; involucris involucellisque subpentaphyllis, phyllis minimis lineari-lanceolatis acutiusculis, radiis adpressis; floribus luteis; fructibus pedicellos aequantibus oblongis caesio-glaucescentibus, jugis filiformibus obtusis, valleculis exterioribus 5-vittatis, vittis interruptis. ♃ — Caules 2–3-pedales. *B. exaltato* affine, ab eo distinguitur

involucri et involucelli phyllis non acuminatis, pedicellis fructu longioribus et imprimis fructu caesio, jugis non acutis, vittis vallecularum exteriorum quinis, non ternis. — Crescit in Arabia.

17. B. LONGERADIATUM Turczan. Bullet de l'acad de Moscou XVII. IV. 719. — Caule ramoso; foliis subtus glaucis, radicalibus longe petiolatis, caulinis infimis in petiolum attenuatis, superioribus cordato-oblongis amplexicaulibus; involucri utriusque foliolis 1-4 inaequalibus parvis, umbella umbellulaque multo brevioribus, jugis filiformibus obtusis; valleculis trivittatis. ♃ — Crescit in Daburia orientali ad fluvios Schilka et Argun.

18. B. DAHURICUM Fisch. et Mey. ex Turczan. Bullet. de Moscou XVII. IV. 721. — Caule ramoso; foliis inferioribus elongato-lanceolatis, in petiolum attenuatis, basi 11-13-, medio 7-9-nerviis, superioribus lanceolatis utrinque acutis sessilibus, nervis omnibus aequicrassis; involucris 2-3-phyllis valde inaequalibus, involucelli foliolis lanceolatis cuspidatis umbellula sublongioribus; fructibus ovatis pedicellos subaequantibus, jugis subalatis, valleculis planis trivittatis. ♃ — A *B. falcato* distinguitur nervis numerosioribus et fructuum forma. — Crescit in pratis Daburiae et in regionibus Transbaikalensibus.

4414/1. EDOSMIA *Nutt.*

(Nutt. in Torr. et Gr. Fl. N. Ann. I. 612. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 358. — *Ataenia* Hook. et Arn. Bot. Bech. voy. 349. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1413.)

1. E. (ATAENIA Hook. et Arn. l. c. — [Wlprs. Repert. bot. syst. II. 398.*]) GAIRDNERI Torr. et Gr. l. c. — Radix tubera 1-4 oblongo-cylindracea pendula proferens, caulis 1½-4-pedalis, in speciminibus maximis vix pennae anserinae crassitie, sursum ramosus, in partibus superioribus nudus glaberrimus, folia inferiora mediocriter petiolata, petioli basi dilatati subvaginati, superiora saepe indivisa, inferiora pinnatipartita, segmentis subfiliformi-linearibus. Umbellae longe graciliterque pedunculatae, radii 6-12, pollicares vel longiores. Involucrum nullum vel phylla complura brevia subulata, involucelli phylla 7-9 pedicellos ad duas tertias attingentes; flores albi, in colorem luteum vel rubentem leviter transeuntes; fructus linea paullo longior ad commissuram contractus, vittae latae saepe tumidae.

α. Fructu late ovali. — *Edosmia montana* et *praealta* Nutt. mss.

β. Fructu ovato-oblongo. — *Edosmia Oregana* Nutt. mss.

Crescit in California, Oregon, Wahlamet et Rocky mountains.

4414/2. NEUROPHYLLUM *Torr. et Gr.*

(Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 612. — Endl. Gener. pl. Suppl. I. p. 1413. — Meisn. Gen. plant. vascul. II. 358.)

1. N. LONGIFOLIUM Torr. et Gr. l. c. 613. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 398.*) — Caules 3-4-pedales penna corvina tenuiores, prominulo-striatelli, folia radicalia longe petiolata, petioli pedales vel longiores, basi subdilatati, ternato-partita, segmenta 5-8-pollicaria, 1-2½ lin. lata linearia, utrinque attenuata marginata, infra nervis tribus pallidioribus notata, superiora simplicia; umbellae radii 10 subbipollicares; fructus immaturus sesquilinearis glaber, stylopodio magno dentibusque calycinis persistentibus coronatus. — *Peucedanum ternatum* Nutt. Gen. North Am. pl. I. 182., sed descriptio fructus paullo alia. — Crescit in Florida media et in Carolina boreali.

4415/1. FUERNROHRIA *C. Koch.*

(C. Koch, Linnaea XVI. 356. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 82. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 358. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 395. [absq char. gener.])

Tribus V. *SESELINEAE* Koch.

4418. **OENANTHE** *Lam.*

(DC. Prodr. IV. 136. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 399.)

1. OE. ANATOLICA C. Koch, Linnaea XIX. 38. — Radicis fasciculatae fibrillae filiformes crassiusculae, napulis nullis; caulis 1–1½-pedalis striato-angulatus, 3–6-ramosus, folia heteromorpha, inferiora pinnata; pinnae ex parte sessiles ovatae 5-inciso-serratae, ex parte petiolatae pinnatisectae, segmenta anguste oblonga, superiora 3–5-pinnatisecta, laciniae elongatae; umbella 6–12-radiata; involucrum oligophyllum, phylla setacea, involucella 4–6 exteriora sterilia, omnia phyllis setaceis parvis involucrata; pedunculi incrassati, ex apice diachenium paullulum majus aliquot cingentes; styli erecti. ♃ — Crescit in Anatolia.
2. OE. MEDIA Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 352. † — Radicis fasciculatae napulis sessilibus oblongis, utrinque attenuatis; caule erecto ramoso sulcato fistuloso; foliis homomorphis bipinnatisectis, superioribus pinnatisectis, segmentis elongato-linearibus; umbellis 5–8-radiatis radiantibus, fructiferis contractis; involucro subnullo, involucelli foliolis lanceolato-acuminatis, umbella brevioribus; petalis exterioribus apice fissis, in unguem protractis; fructibus cylindricis, pedicello incrassato quadruplo breviori suffultis, annulo calloso ad basin cinctis. ♃ — Intermedia inter *Oe. peucedanifoliam* Poll. et *Oe. silaifoliam* M. B. — Crescit in Macedonia et Serbia.
3. OE. ANGULOSA Griseb. l. c. 354. † — Radicis fasciculatae fibrillis filiformibus crassiusculis, deorsum attenuatis, napulis nullis; caule erecto acutangulo farcto ramisque striatis; foliis heteromorphis, imis tripinnatisectis, segmentis cuneato-ovatis inciso-pinnatifidis, laciniis breviter linearibus cuspidatis, caulinis pinnatisectis vel bipinnatisectis, segmentis elongato-linearibus; umbellis 8–12-radiatis parum radiantibus, fructiferis contractis; involucro subnullo, involucelli foliolis lanceolato-linearibus acuminatis umbellula brevioribus; fructibus cylindricis, exterioribus pedicellum incrassatum aequantibus, annulo calloso ad basin cinctis. ♃ — Proxima *Oe. pimpinelloidi* L. — Crescit in peninsula Hagion-oros et in insula Tassor.

4420/$_1$. **ANISOPLEURA** *Fnzl.*

(Fnzl Flora [B. Z.] XXVI. II. 459. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 82.)

Calycis limbus repando-quinquedentatus persistens, dentibus carnosis obtusissimis. Petala oblonga, apice obtusissimo vel truncato cucullato-inflexa, utrinque carina dorsali farcta rotundata usque ad apicem excurrente. Fructus immaturus quinquangulari-prismaticus, stylopodio maximo pulvinari stylisque adpresse reflexis coronatus, mericarpia dorso convexa quinquejuga disparia, alterum trialatum, jugo carinali lateralibusque marginantibus alatis, intermediis obsoletis rotundato-filiformibus, alterum quadrialatum, jugo carinali obtuso filiformi, intermediis lateralibusque alatis, alis utrorumque lateralibus submajoribus aequalibus, reliquis plerumque inaequalibus, vittae jugarum, vallecularum ac commissurae copiosissimae tenue filiformes, pericarpii crassi stratum medium ac internum occupantes. Carpophorum bipartitum. Semen dorso convexum, facie planum. — Herba Mesopotamica.

1. A. CRENATA Fnzl. l. c. — Radix.....? Caulis elatus teres, dichotome ramosus farctus, cum reliquis partibus glaberrimus. Folia radicalia.....?, caulina pinnatisecta paucijuga, segmentis oblongis vel obovato-oblongis rotundatis uninerviis grosse venoso-reticulatis, margine calloso-marginato obtuse triangulari, basi semiamplexicauli; superiora simplicia vel bipartita, margine interiore integra; summa vaginaeformia integerrima. Umbella amplissima 4–6-radiata, involucro triphyllo cincta; umbellulae multiflorae, involucelli 4–7-phylli foliolis herbaceis lanceolatis acuminatis. Flores longissime pedicellati flavo-virescentes, demum aurantiaci magni. — Crescit in Mesopotamia inter Orfa et Suerek.

4425. **FOENICULUM** *Adans.*

(DC. Prodr. IV. 142. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 401. et 938.)

1. F. MULTIRADIATUM C. Koch, Linnaea XIX. 38. — Annuum glaberrimum glaucescens: caulis erectus 1–2-pedalis, superne pauci-ramosus striatus; folia bipinnata, inferiora longe petiolulata minora, pinnulis simplicibus aut 2–3-partitis linearibus mucronatis; umbella media major, pluribus radiis instructa quam laterales; involucra et involucella nulla. Fructus.....? ☉ — In Asia minori boreali
2. F. DIVARICATUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 358. † — Perenne: caule elato farcto tereti striato; foliis glaucescentibus pinnatisecto-decompositis, segmentis abbreviatis linearibus rigidis mucronulatis divaricatis; umbellis multiradiatis concavis. ♃ — Intermedium inter *P. officinale* All. et *F. piperitum* DC., a quo umbellis magnis 20-radiatis recedit. — Crescit in peninsula Hagion-oros.

4430. **SESELI** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 144. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 401. et 938.)

1. S. *(Euseseli)* OLIVIERI Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 298. — Perenne glabrum: foliis radicalibus inferioribusque petiolatis coriaceis pinnatisectis bijugis, segmentis brevissime petiolulatis, basi truncatis subrotundis tripartitis, partitionibus cuneatis bi- aut trilobis, lobis ovatis acutis, segmento terminali basi cuneato, petiolo petiolulisque subcomplanatis, foliis superioribus minoribus subsessilibus; caule erecto tereti subsimplici; umbellis lateralibus breviter pedunculatis quinqueradiatis, totis tomentellis; involucri phyllis quinque triangularibus brevibus, umbellulis paucifloris, involucelli phyllis quinque lanceolatis pedicello paullo brevioribus; petalis parvis albo-virentibus, apice inflexis, dorso subcanaliculatis; calycis dentibus triangularibus brevibus; fructu tomentoso, stylopodio depresso stylis rectis eo paullo longioribus coronato. ♃ — Planta notabilis forma foliorum, quae cum petiolo bipollicaria sunt, segmentis coriaceis nitidis 5–6 lin. latis. Caulis pedalis et ultra, fere simplex. Umbellae radii semipollicem longi. Facies *Pimpinellae dissectae* et affinium, sed ovarium evidenter subteres calycisque dentes evidentissimi. — Crescit in Persia ad Teheran.
2. S. *(Euseseli)* DENUDATUM Boiss. l. c. — Perenne glaberrimum: radicis collo petiolorum vetustorum reliquiis dense stipato; foliis radicalibus brevissime petiolatis pinnatisectis 2–3-jugis, segmentis parvis coriaceis sessilibus cuneato-ovatis integris aut obtuse 2–3-dentatis, terminali trifido, foliis caulinis ad vaginas subulatas reductis; caule a basi tortuoso ramosissimo nudo tenuiter striato glaucescente; ramis tenuibus virgatis; involucri phyllis tribus membranaceis lanceolatis; umbellis parvis terminalibus longe pedunculatis 3–4-radiatis, involucelli phyllis 5 lanceolatis membranaceis pedicello brevioribus, umbellulis 5–8-floris; calycis dentibus membranaceo-marginatis lanceolato-linearibus petala alba virentia apice subconvoluta dorso subretusa glabra parva subaequantibus. ♃ — Folium unicum vix sesquipollicare visum est. — Crescit in Persiae borealis monte Elwend.
3. S. *(Euseseli,* OLIGOPHYLLUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 359. † — Perenne glabrum: caule erecto gracili, superne simpliciter ramoso subaphyllo; foliis inferioribus ambitu ovato-oblongis bipinnatisectis vel pinnatisectis oligophyllis, segmentis linearibus, subtus convexiusculis, petiolo tereti parum canaliculato; involucro nullo; umbellae 6–9-radiatae radiis inaequalibus laevigatis; involucelli foliolis lineari-setaceis umbellula duplo brevioribus; dentibus calycinis obsoletis; ovariis glabris. ♃ — Proxime accedit ad *S. polyphyllum* Ten. — In Scardi pratis montanis crescit.

4430/$_1$. **LITHOSCIADIUM** *Turczan.*

(Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 730.)

Calycis margo obsoletus. Petala oblonga integra, in lacinulam acutam oblique inflexa. Fructus oblongus, sectione transversali subteres vel a latere parum compressus, stylopodio depresso stylisque reflexis coronatum. Me-

ricarpia jugis 5 crassis argutis, lateralibus marginantibus. Vittae solitariae crassae, valleculas ex toto implentes, membranula pellucida tectae. Carpophorum bipartitum liberum. Albumen antice planiusculum. — Herba perennis multicaulis glabra: caulibus lateralibus basi tantum foliatis; foliis bipinnatisectis, segmentis inciso-pinnatifidis vel inciso-dentatis, dentibus cuspidatis; involucro utroque polyphyllo; umbella centrali radicali umbellulisque multiradiatis; petalis ochroleucis.

1. *L. (CNIDIUM Ldb. Flor. Rossic. II. 234.) MULTICAULE Turczan. l. c. 731. — ♃ — Crescit in sylvaticis alpium Nuchu-Daban et in glareosis ad lacum Kossogor Mongholiae Chinensis haud procul a limitibus Rossicis.

4430/2. **TODAROA** *Parlatore.*

(Parlatore in B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. I. 155. t. 74.)

Calyx 5-dentatus, dentibus subulatis persistentibus. Petala oblonga lacinula inflexa brevi acutiuscula integra. Fructus oblique ovato-oblongus apice attenuatus, sectione transversali subteres. Mericarpia cymbiformia, jugis 5 costatis, costis 3 dorsalibus obtusis aequidistantibus obliquis, 2 lateralibus marginantibus crassioribus latioribus rectis. Valleculae univittatae, vittae grandes vacuae. Facies commissuralis concava bivittata. Semen semiteres, antice concaviusculum. Stylopodium oblongum conicum, stylis brevibus, rectis coronatum. Carpophorum filiforme bipartitum. — Herba Canariensis: caule superne alterne ramoso stricto; foliis supradecompositis flaccidis aureis, foliolis pinnatifidis linearibus; floribus parvis albis.

1. T. AUREA Parlatore l. c. — Planta tota glaberrima, fructu excepto. Radix lignescens.....? Caulis subtripedalis erectus, basi fere digiti minimi, in medio pennae anserinae crassitie, basi fortiter striatus glaber teres fistulosus, superne alterne ramosus. Folia petiolata, petiolis teretibus, basi vaginantibus, vaginis rubris striatis, margine late membranacea flavida, ex rupibus dependentia, demum ex virescenti aurea, ternato-supradecomposita, segmentis circumscriptione ovato-oblongis pinnatifidis, laciniis linearibus, acutiusculis integris incisisque. Involucrum 3-5-phyllum, laciniis linearibus subulatis integris, longitudine valde inaequalibus. Umbellae radii 20-30, basi paullulum dilatatae, teretiusculae striatae, sub lente scabrillae. Involucella 5-7-phylla, laciniis linearibus subulatis subaequalibus. Calycis dentes breves, subulati persistentes. Petala oblonga concava alba, margine sub lente scabriuscula, lacinula inflexa acutiuscula. Fructus aureus, oblique ovato-oblongus, apice attenuatus, sectioni transversali subteres, junior subtomentosus, adultus pilis brevibus albis sub lente sparsus, 2-½ lin. longus, lineam latus. Mericarpia cymbiformia, jugis 3 costatis, costis obtusis, tribus dorsalibus aequidistantibus parum obliquis minoribus, duabus lateralibus marginantibus latioribus crassioribus rectis. Valleculae nigrescentes univittatae, vittae grandes vacuae. Facies commissuralis bivittata concaviuscula, extremitatibus tantum alium mericarpium contingens et cum illo latere altero excavationem efformans. Stylopodium conicum glabrum. Styli breves ½-⅔ lin. longi recti, stigmatibus capitatis obtusis. Carpophorum filiforme, in medio bipartitum. Filamenta alba recurva. Antherae didymae obtusae. — *Peucedanum aureum* Soland. in Ait. Hort. Kew. (edit. I.) I. 341. — DC. Prodr. IV. 178. no. 9. — Crescit in insula Teneriffa in fissuris rupium.

4432. **LIBANOTIS** *Crantz.*

(DC. Prodr. IV. 149. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 403.)

1. L. *(Eriotis)* ERIOCARPA Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. II. 198. — Caule erecto tereti ramoso; foliis glaberrimis tripinnatisectis, lobis linearibus cuspidatis; involucris polyphyllis; umbellis, petalis ovariisque pubescentibus. ♃ — Crescit in Soongaria in campis graminosis versus fluvium Kara-Kingir et in montibus Alutau.

2. L. GRAVEOLENS Ldb. Flor. Rossic. II. 278. — Incano-pubescens: foliis pinnatisectis, segmentis fasciculatis inaequalibus 2-3-pinnatisectis, laciniis linearibus cuspidatis; involucro vario, involucellis distinctis polyphyllis; fructibus villoso-pubescentibus. ♃ — *L. vulgaris* ε. *incana* DC. l. c. 150. — *L. Patriniana* DC. l. c. — *Athamantha incana* Stephan in Willd. Spec. pl. I. 1402. — *Seseli graveolens* Ldb. Flor. Alt. I. 340. et Ic. fl. Ross. Alt. t. 104. — (Wlprs. l. c. 402. no. 9.) — Forte cum specie praecedente conjungenda erit. — Crescit in Sibiria Altaica.

3. L. (ATHAMANTHA Linn. Spec. pl. 351.) CONDENSATA Fisch. mss. ex Turcz. l. c. 723. — Caule glabro, tereti vel sulcato simplici vel ramoso; foliis circumscriptione) oblongis tripinnatifidis pubescentibus, laciniis lineari-oblongis cuspidatis; involucro utroque polyphyllo, universali caduco; petalis ovalibus; fructibus lenticularibus (a dorso compressis) orbiculatis, pubescentibus, alis valleculis (latiusculis) vix latioribus, vittis nullis. — Crescit in pratis siccis Dahuriae.

4. L. (LIGUSTICUM Fisch. et Mey. mss.) SESELOIDES Turczan. l. c. 725. — Glabra: caule angulato ramoso; foliis tripinnatisectis, laciniis inciso-dentatis, dentibus lineari-oblongis cartilagineo-cuspidatis; umbellae radiis scabris; involucro universali nullo, partiali polyphyllo setaceo, umbellulam subaequante; fructibus ovatis villosulis, jugis argutis, valleculis 3-vittatis. ♃ — Crescit in campis Dahuadriae limites Chinenses.

4436. CNIDIUM *Cusson.*

(DC. Prodr. IV. 152. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 403.)

1. *CN. (LASERPITIUM Jcq. Hort. Vindob. III. 22. t. 38.) DAHURICUM Fisch. et Mey. Index semin. hort. Petropolit. II. 33. — Wlprs. l. c. no. 2. (excl. syn. all.) — Ldb. Flor. Rossic. II. 234. — Caule erecto ramoso striato; foliis 2-3-4-plicato-pinnatisectis, segmentis ovato-oblongis oblongisve pinnatipartitis incisisve vel integris serratis acutis, summis saepe oppositis; involucri polyphylli foliolis late ellipticis membranaceis, nervo viridi perductis, umbellulam aequantibus vel superantibus, utriusque mucronatis. ♃ — *Cn. striatum* Turcz. mss. — *Cn. argenteum* Cesati, Linnaea XI. 324. — (Wlprs. l. c. no. 1.) — *Selinum Sibiricum* Retz, Observ. II. 16. — Willd. Spec. pl. I. 1398. — Gmel. Fl. Sibiric. I. 205. no. 19. t. 49.

β. lanatum: Caule praesertim ad nodos, vaginis praesertim ad marginem foliolisque involucelli albo-lanatis. — Crescit in Sibiria Baikalensi.

2. CN. (LITHOSCIADIUM Turczan. Cat. pl. Baikal. no. 525.*)) MULTICAULE Ldb. l. c. — Radice multicauli; caulibus subvenosis striato-sulcatis; foliis simpliciter vel bipinnatisectis, segmentis pinnatipartitis, laciniis subtripartitis indivisisque, lacinulis subovatis inciso-serratis, serraturis subacuminatis, caulinis oppositis; involucro utroque polyphyllo, foliolis linearibus, involucelli umbellulam subaequantibus. ♃ — *Carum lutescens* Turczan. mss. — Crescit in Sibiriae Baikalensis alpe Nuchu-Daban et in Dahuriae graminosis.

3. CN. SALINUM Turczan. Bulletin de l'acad. de Mosc. XVII. II. 733. — Glabrum: caule striato ramoso; foliis bipinnatisectis, pinnulis pinnati-partitis, laciniis linearibus elongatis acutis, umbellae radiis angulatis, junioribus subscabris; involucro universali nullo, partiali polyphyllo, foliolis lineari-setaceis glabris, umbellulam subaequantibus. ☉? — In salsis Dahuriae et prope salinas Selenginenses.

4. CN. ORIENTALE Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 299. — Perenne glabrum: caule erecto elato striato ramoso; foliis radicalibus bipinnatis, segmentis ovato-cuneatis pinnatipartitis incisisve, laciniis cuneatis oblongisve obtusis mucronulatis, foliis caulinis pinnatipartitis, segmentis trifidis, laciniis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis obtusis, omnibus rigidulis; involucri involucellique phyllis numerosis setaceis glabris, pedicellos subaequantibus; floribus albis; fructu ovato lateraliter

*) Cf. pag. 864. no. 4430/1.

subcompresso, stylopodio brevi conico stylis deflexis eo multo longioribus superato, mericarpiorum jugis acutis subalatis, valleculis univittatis. ♃ — *Cn. apioidi* affine ejusque fortasse varietas. — Crescit in Rumelia, in Asia minori in monte Tmolo supra Philadelphiam.

5. CN. CONIIFOLIUM Boiss. l. c. — Bienne aut perenne: radice ovata fibras cylindricas numerosas edente; caule elato, superne parce ramoso tereti tenuissime striato; foliis inferioribus petiolo longo basi vaginanti insidentibus amplis, circumscriptione triangularibus tripinnatisectis, segmentis ovatis oblongisve sessilibus, basi inaequalibus, superioribus confluentibus, omnibus grosse incisis, lobis oblongis mucronulatis, foliis superioribus bipinnatisectis, vagina brevi petiolatis; umbellis amplis multiradiatis, terminalibus exinvolucratis, lateralibus involucratis; involucri polyphylli phyllis linearibus, basi subattenuatis, radiis quadruplo brevioribus; umbelluiae multiradiatae involucellis polyphyllis, phyllis linearibus pedicellos aequantibus; petalis albis ovatis amplis emarginatis cum lacinula brevi obtusa; calycis dentibus obtusissimis crassis fere obsoletis; ovario glabro ovato acute costato, stylopodio conico bipartito in stylos erectos eo duplo longiores attenuato. ♂ vel ♃ — Planta quadripedalis, folia infima cum petiolo sesquipedalia, limbus 8 pollices latus, segmenta inferiora sesquipollicaria vel pollicaria; umbellae amplae, flores magnitudine eorum *Cn. apioidis* vel etiam majores. Pulchra species, quae ob fructum ignotum inter *Cnidium* et *Ligusticum* adhuc incerta est, sed quae probabilius ob ovarium ovatum et formam foliorum primo generi adnumeranda est. Folia quodammodo ea *Laserpitii alati* M. B. referunt, sed segmenta majora sunt et inferiora ut in illo non decurrunt. — Crescit in regione alpina Olympi Bithynici.

6. CN. ATHOUM Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 363. † — Perenne glabrum: caule erecto ramoso striato; foliis bi- vel tripinnatisectis, segmentis cuneatis 3–5-fidis, lobis extimis breviter oblongis, apice rotundato-acutis, vaginis laxis; involucro utroque polyphyllo, involucelli foliolis setaceis glabris, pedicellos aequantibus. ♃ — Habitus omnino *Cn. cuneifolii*, sed involucellis pedicellos aequantibus jam differt, ut de fructu sileam. — Crescit in montis Athos regione sylvatica.

† *Icon addenda.*

CN. DIFFUSUM DC. — Wght. Icon. pl. Ind. or. II. t. 569.

4440/1. **TINGUARRA** *Parlatore.*

(Parlatore in B. Webb et Berthelot, Phytogr. Canariens. I. 157. t. 71.)

Calyx margo 5-dentatus, dentibus subulatis persistentibus. Petala oblonga, lacinula elongata cuspidata inflexa. Fructus oblongus utrinque attenuatus, sectione transversali subtereti. Mericarpia jugis 5-costata, costis 3 dorsalibus, 2 marginantibus, omnibus crassis obtusis subaequalibus. Valleculae trivittatae. Comissura plana, multivittata. Semen antice concavum, subreniforme. Carpophorum bipartitum. Stylopodium conicum, stylis rectis coronatum. — Herba Canariensis. Caulis ramosus erectus striatus glaber. Folia glabra glauca triternatisecta, segmentis grandibus subtrifidis incisis. Flores parvi flavi. Fructus tomentosi.

1. P. (ATHAMANTHA DC. Prodr. IV. 155.) CERVARIAEFOLIA Parlatore l. c. — Radix lignescens. Caulis suffruticosus, basi subcaudiciformis, crassus erectus pedalis sesquipedalisve, ramosus glaber, profunde striatus et basi subsulcatus nodosus. Folia glabra glauca triternatisecta, segmentis late ovatis acutis subtrifidis, laciniis incisis serrato-dentatis, segmento terminali majore, folia inferiora petiolata, superiora gradatim brevius petiolata minusque composita, petioli vaginantes, vagina striata membranacea glabra glauca. Pedunculi teretes striati elongati glabri, subumbella pubescentes, ex axillis foliorum superiorum orti, in umbella fructifera apice incrassati. Involucrum universale subdiphyllum, foliolis linearibus, subulatis striatis, subtus pubescentibus, umbella subdimidio brevioribus. Umbella universalis 20–45-radiata, radiis teretibus striatis pubescentibus subaequa-

libus. Involucella 6–8, foliolis lineari-subulatis subaristatis subaequalibus, subtus pubescentibus. Flores parvi albi, exsiccatione flavescentes subodorati. Petala oblonga concava, extus villosa, lacinula elongata lineari-cuspidata inflexa. Calycis margo 5-dentatus persistens, dentibus subulatis. Antherae subrotundae concavinsculae, filamentis filiformibus recurvis. Fructus tomentosus, junior tomentoso-canescens oblongus, utrinque attenuatus et fere fusiformis, 4–5 lineas longus, sectione transversali subteres. Mericarpia jugis 5 costata, costis 3 dorsalibus, 2 marginantibus, omnibus subaequalibus obtusissimis crassis. Valleculae trivittatae, vittis parvis. Commissura plana multivittata. Semen antice concavum glabriusculum. Styli duo, ½–1 lineas longi glabri recti divergentes, stigmatibus capitatis. Carpophorum filiforme, basi bipartitum. — *Seseli cervariaefolium* DC. Cat. pl. hort. Monsp. 145. — *Athamantha maxima* Choisy mss. — Crescit in fissuris rupium insulae Teneriffae.

4442. **LIGUSTICUM** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 157. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 404.)

1. L. SAXIFRAGUM Boiss. et Sprunn. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 300. — Perenne glaberrimum. radicis tuberosae oblongae collo vaginis petiolorum dilatatis vestito; caule crasso striato angulato, fere a basi ramosissimo; ramis corymbosis; foliis radicalibus ambitu ovatis tripinnatisectis, segmentis ovatis petiolulatis pinnatisectis incisisve, laciniis oblongis ovatisve integris aut trifidis parvis, foliorum caulinorum petiolo brevi membranaceo-dilatato, limbo ternato vel biternato laciniis oblongo-spathulatis; umbellulis umbellisque multiradiatis; involucri involucellique polyphylli phyllis oblongo-lanceolatis mucronatis anguste albo-marginatis, pedicellis paullo brevioribus; petalis albis emarginatis cum lacinula inflexa; fructu oblongo parvo, stylis deflexis stylopodium conicum tripartitum multo superantibus, mericarpiorum subincurvorum jugis filiformibus acutis prominulis, valleculis trivittatis. ♃ — Planta ½–2–3-pedalis, caulis saepe basin versus crassitie digiti, apice paniculato-corymbosus, fructus parvus vix ultra lineam longus. — Crescit in fissuris rupium Peloponnesi, Argolidis, Atticae et Asiae minoris prope Smyrnam.

4442/1. **ACIPHYLLA** *Forster.*

(Forster, Gener. plant. t. 38. — Hook. Icon. plant. t. 607. et 608.)

Calycis margo quinquedentatus, dentibus deciduis vel demum obsoletis. Petala quinque ovata acuta unguiculata, apice acumine inflexa. Fructus oblongus, sectione transversali subteres. Mericarpia dissimilia hinc jugis 4, illinc jugis tribus, omnibus late alatis, lateralibus marginantibus. Valleculae et commissura multivittatae. — Herba elata robusta erecta simplex(?): foliis iteratim digitato-divisis pubescentibus rigidis, laciniis elongatis longissime lineari-subulatis pungentibus planis striatis, petiolis dilatatis. Umbellae copiosae axillares compositae in spicam densam foliosam longissimam crassam; foliis floralibus minoribus plerumque quinato-divisis, lacinia media duplo triplove majore validiore, arcte reflexa. Flores polygami.

1. *A. SQUARROSA Forst. l. c. — Hook. l. c. — *Laserpitium* (*Ligusticum* Spr. in Roem. et Schult. Syst. vegetab. VI. 554. — DC. Prodr. IV. 159.) *Aciphylla* Linn. fil. Suppl. 181. — ♃ — Crescit in Nova Zeelandia.

4442/2. **ANISOTOME** *Hook. fil.*

(Hook. fil. Antarct. voy. of Erebus and Terror p. 16. t. 8. 9. 10. B.)

Flores dioici seu polygami. Calycis margo quinquelobus, lobis in flore sterili patentibus, in flore fertili erectis inaequalibus persistentibus 1-2, rarius 3 duplo longioribus lanceolatis, reliquis ovatis acutis. Petala obovata acuta vel acuminata uninervia brevissime unguiculata patentia, lacinula inflexa nulla. Masc. Stamina aequalia. Ovarium nullum. Stylopodia magna

depressa. Styli deficientes. Foem. Fructus ovali-oblongus, lobis calycinis erectis coronatus. Mericarpia subteretia inaequalia quinquejuga, jugis alte carinatis alatis, lateralibus marginantibus, unico seminifero jugis lateralibus dorsalique majoribus, altero abortivo jugis lateralibus dorsalique minoribus. Valleculae univittatae, vittis crassiusculis. Semen sulcatum, testa atro-fusca. — Herbae subsucculentae elatae altitudinem humanam attingentes, in insulis Auckland et Campbell sponte provenientes. Caulis erectus crassus fistulosus sulcatus. Folia maxima longissime petiolata bi- vel tripinnatisecta, segmentis latis vel angustis mucronato-cuspidatis marginatis. Petioli basi ventricoso-vaginantes. Umbellae amplae pluries compositae, vaginis maximis vix foliiferis bracteatae. Umbellulae globosae. Flores numerosissimi rosei vel pallide purpurei. Involucra et involucella polyphylla, foliolis lanceolatis aequalibus.

1. A. LATIFOLIA Hook. fil. l. c. t. 8. 9. 10. B. — Foliis oblongis bipinnatisectis, segmentis obliquis ovato-oblongis imbricatis, basi decurrentibus, inaequaliter 3–5-fidis, lobis acutis mucronato-aristatis pungentibus, reticulatim venosis, venis depressis, superioribus confluentibus. ♃ — In insulis Auckland et Campbell.

2. A. ANTIPODA Hook. fil. l. c. p. 17. † — Foliis lineari-oblongis tripinnatisectis, segmentis teretibus divaricatis lineari-subulatis rigidis pungentibus striatis, intus praesertim ad furcaturas transversim articulatis, rhachibus superne canaliculatis. ♃ — *Ligusticum antipodum* Hornbr. et Jacq. Voy. au Pol Sud (Bot. phanérog.) t. 3. (absq. descript.) — Crescit in insulis Auckland et Campbell.

4443. **TRACHYDIUM** *Lindl.*

(Lindl. mss. in Royle, Illustr. of Himal. pl. 232.)

1. TR. ROYLEI Lindl. l. c. — Dcne. in Jacquem. Plant. rar. in Ind. orient. collect. 69. t. 79. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 404.*) — Herba annua vel biennis, ex collo radicis folia caulesque caespitosos emittens plures. Caules simplices 1–6 decim. longi ascendentes fistulosi, inferne compressi striati glaberrimi aphylli vel rarius folia bina per paria approximata medio gerentes, summo apice sub involucri foliolis verrucosi. Folia radicalia et caulina similia petiolata tripinnatisecta glaberrima, segmenta opposita bipinnatisecta, lobis lanceolatis acutis decurrentibus, petioli inferne dilatati, marginibus membranaceis tenuissime striatis, superne complicatis. Involucri polyphylli foliola ut in foliis radicalibus, sed minora, involucelli foliola inferne dilatata membranacea, magis minusve coalita, flores superantia. Umbella parva simplex vel composita, radii inaequales ascendentes. Flores pedicellati parvi. Calyx breviter quinquedentatus, petala alba lanceolata acuminata, acumine incurvo, nervo fuscescente percursa. Styli arcuati subulati, facie interna canaliculati, stigmate capitato papilloso crassiusculo instructi. Stylopodium subdepressum, margine obsolete undulatum, mericarpia 2–3 millim. longa quinquejuga, jugis verrucoso-muricatis carnosis, verrucis aequalibus vel paullo latioribus, valleculae 4 univittatae, commissura bivittata. Carpophorum summo apice liberum bipartitum. Semen oblongum dorso convexum. — Crescit in India orientali in summis montibus Kanaor inferioris ad Pirpunjal et Pechana.

4444. **SILAUS** *Besser.*

(DC. Prodr. IV. 161. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 404.)

1. S. (BUNIUM DC. l. c. 116. no. 2.) VIRESCENS Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 301. — Perennis glaber: radicis verticalis collo fibrilloso; caule erecto stricto parce ramoso striato; foliis bipinnatisectis, ambitu oblongo lanceolatis, laciniis omnibus linearibus; umbellae radiis inaequalibus; involucelli phyllis linearibus acutis flores subsuperantibus; fructuum jugis acutis, valleculis trivittatis. ♃ — *Peucedanum Tauricum* Hort. Paris. — Crescit in Burgundia et in Banatu.

4447. **NEOGAYA** *Meisn.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 405.)

1. N.? MUCRONATA Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. I. 80. — Radice dense stupposa; foliis pinnatis, pinnis sessilibus bipartitis decussatis, laciniis inciso-dentatis, dentibus setaceo-mucronatis; involucro obsoleto. ♃? — Crescit in Soongariae montibus Alatau.

4448. **CONIOSELINUM** *Fisch.*

(DC. Prodr. IV. 163. — Wlprs. Repert bot. syst. II. 405.)

1. C. FISCHERI Wimm. et Grabowsk. Flor. Silesiac. I. 266. — DC. l. c. 164.*, Ldb. Flor. Rossic. II. 290. — Caule flexuoso striato tereti glabro; vaginis ampliatis, foliis bi- vel tripinnatisectis, segmentis inferne pinnatipartitis, superne inciso-serratis, laciniis inferioribus supra medium incisis, lacinulis oblongis; involucro oligophyllo, foliolis linearibus subdeciduis, involucello polyphyllo, foliolis setaceis umbellulam floriferam subaequantibus vel superantibus subreflexis. ♂ — *C. Tataricum* Fisch. mss. ex Koch, Synops. fl. Germ. 300. — *C. Ingricum* Fisch. Cat. pl. hort. Petrop. 1824. — *C. univittatum* Turcz. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. 735. — *Selinum Gmelini* Bray, Dnkschrft. der bot. Gesllschft. II. 36. — *Selinum dubium* Turczan. mss. — *Angelica chaerophyllea* Lottermoser in Eysenh. Diss. de accur. pl. compar. p. 12. — *Peucedanum officinale* Gorter, Fl. Ingric. 42. — *Peucedanum chaerophylloides* et *ligusticoides* Lessing mss. — *Ligusticum vaginatum* Spr. Pugill. pl. II. 57. (excl. syn. Linn.) — *Ligusticum Gmelini* Cham. et Schlchtd. Linnaea I. 391. — Gmel. Flor. Sibiric. I. 195. no. 10. t. 44. — Crescit in hemisphaerae borealis regionibus arcticis.

2. C. LONGIFOLIUM Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 736. — Foliis tripinnatis, laciniis linearibus longissimis subfalcatis, inferioribus bipartitis; involucris polyphyllis setaceis; mericarpiis late ovatis, valleculis univittatis, commissura bivittata. ♂ — Habitus *Mei Mutellinae*. — Crescit ad fluvium Maloi Ircut locis subalpinis saxosis.

3. C. CENOLOPHIOIDES Turczan. l. c. — Foliis tripinnatis, laciniis linearibus longissimis subfalcatis, inferioribus bipartitis; involucris 3–4-phyllis, rarius nullis; mericarpiis oblongo-ellipticis, valleculis univittatis, commissura 2- rarius 4-vittata. ♂ — A praecedente distinguitur tantum fructibus angustioribus. An varietas? — Crescit in glareosis subalpinis prope Schebutui (Dahuria).

4448/1. **CZERNAEVIA** *Turczan.*

(Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 739.)

Calycis margo obsoletus. Petala triangulari-obcordata cum lacinula intus inflexa. Fructus sectione transversali subteres, a dorso parum compressus, utrinque bialatus. Mericarpia jugis 5 subulatis, lateralibus in alam dorsalibus duplo longiorem expansis, toto plano commissurali inter se connexis. Valleculae 4-5-vittatae, vittis approximatis, pellicula tenuissime pellucida tectis. Carpophorum bipartitum liberum. — Herba biennis glaberrima vel setulis paucis (forte cultura ortis) saepe exasperata. Caulis laevis. Folia illis *Heraclei flavescentis* β. *angustifolii* non dissimilia subtripinnatisecta, laciniis dentibus cartilagineis munitis lanceolatis, terminalibus longissimis. Involucrum universale nullum, partiale oligophyllum. Flores albi.

1. *CZ. (CZERNJAJEWIA Turczan. Catal. plant. Baic. Dahur. 545.) CONIOSELINUM Turczan. Bullet. de Moscou XVII. IV. 740. — *Conioselinum Czernaevia* Fisch. et Mey. Ann. sc. natur. (2. Sér.) V. 188. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 405. no. 2. — ♂ — Crescit in pratis Dahuriae.

Tribus VI. *PACHYPLEUREAE* Ldb.

4451. **PACHYPLEURUM** *Ldb.*

(Ldb. Flor. Altaic. I. 296.)

1. P. ALPINUM Ldb. l. c. 297. et Ic. flor. Ross. Alt. illustr. t. 344. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 406.*) — Radix perennis, stupposa crassa ramosa, rami cylindrici, pedales. Caules solitarii, rarius 2–3 ex eadem radice erecti stricti, circiter pedales, rarius longiores, plerumque breviores, simplices vel subinde fasciculum ex axilla emittentes striato-angulati, plerumque unifoliati, inferne fusci. Folia radicalia longe petiolata, petiolo subcanaliculato, basin versus late marginato fusco, 2–3-pinnatisecta, segmentis oblongo-linearibus, utrinque attenuatis acuminatis integris glabris pallide viridibus, folium caulinum nonnumquam deficiens vel rudimentarium, plerumque unicum brevius petiolatum, radicalibus simillimum. Umbella erecta multiradiata, radiis exterioribus longioribus. Involucri polyphylli foliola oblonga vel oblongo-linearia, margine membranacea albida acuta, radios aequantes vel superantes, umbellulae radiantes involucellatae. — Crescit in alpibus Altaicis prope metallifodinam Riddersk.

4451/$_1$. **PHYSOLOPHIUM** *Turczan.*

(Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 728.)

Calycis margo obsoletus. Petala oblonga subemarginata in lacinulam inflexa. Fructus sectione transversali subteres, a dorso parum compressus, nucleatus. Mericarpia jugis 5 subtrigonis, intus inflato-cavis, lateralibus marginantibus majoribus. Valleculae evittatae. Semen (albumen) exocarpio non adnatum (saltem in maturitate), jugis propriis 5 tenuissimis totidemque vittis dorso et duabus commissuralibus crassis margini approximatis praeditum. — Herba perennis glabra. Caulis altus et crassus. Folia bipinnata, pinnulis inferioribus subtrilobis, lobis late ovatis inaequaliter serratis subincisisve. Involucrum universale nullum, partiale polyphyllum, foliolis setaceis. Umbellae radii numerosi scabri. Flores albi. Fructus forma omnino *Pachypleuri*, sed semina vittis donata, affine etiam hoc genus *Cenolophio*, at huic vittae superficiales in exocarpio, nec in albumine.

1. *PH. SAXATILE Turczan. l. c. 4. — *Angelica saxatilis* Turcz. Catal. pl. Baikal. 536. — Crescit in praeruptis lapidosis Baikalensibus ad fluvia Shilka et Argun.

4452. **STENOCOELIUM** *Ldb.*

(Ldb. Flor. Altaic. I. 297.)

1. ST. DIVARICATUM Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 734. — Caule ramosissimo; ramis divaricatis, saepe horizontaliter patentibus aphyllis; foliis pinnatisectis, laciniis cuneato-3–4-fidis, dentibus ovatis cuspidatis; involucro universali subnullo, partiali 3–4-phyllo, umbellula multo breviore; fructuum jugis junioribus verrucoso-tuberculatis. ♃ — Crescit in Dahuria et in regionibus Transbaikalensibus.

2. ST. TRICHOCARPUM Schrenk, Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. I. 80. — Caulibus simplicissimis umbelliferis scapisque umbelluliferis; involucellis umbellulam aequantibus; cremocarpiis setulis fasciculatis hirtis, jugis exsquamatis. ♃ — Crescit in Soongariae monte Tarbagatai.

3. ST. (CACHRYS M. Bieb. Flor. Tauric. Caucas. III. 217. — RUMIA DC. Prodr. IV. 98.) ATHAMANTHOIDES Ldb. Flor. Altaic. I. 298. et Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 175. — Caule brevissimo, umbella longissime radiata terminato; ramis elongatis umbellam breviter radiatam gerentibus, radios umbellae primordialis longitudine subaequantibus; foliis bipinnatisectis, segmentis pinnatifidis, laciniis oblongis acutis integris vel bifidis; involucellis umbellulam aequantibus; fructuum jugis valde prominentibus tuberculato-muricatis, muricibus setiferis. ♃ — Crescit in Sibiriae Altaicae alpinis ad fl. Tschujam.

4452/$_1$. **PHLOJODICARPUS** *Turczan.*

(Turczan. Catal. pl. Baikal. no. 553. ex Ldb. Flor. Rossic. II. 331.)

Calycis margo quinquedentatus. Petala late obovata emarginata, cum lacinula inflexa. Fructus a dorso lenticulari-compressus. Mericarpia quinquejuga, jugis elevatis crassis corticosis, lateralibus marginantibus latioribus. Valleculae uni- vel subinde bivittatae. Commissura bi- vel rarius quadrivittata, vittae pericarpio tectae. Carpophorum bifidum. Semen facie planiusculum fere liberum. — Herbae in Sibiria indigenae.

1. PHL. DAVURICUS Turczan. l. c. — Glaber glaucus: foliis subtripinnatisectis, segmentis elongatis linearibus acutis integris, vaginis superioribus dilatatis, foliorum rudimento terminatis vel aphyllis; involucri utriusque foliolis linearibus membranaceo-marginatis; involucello radiolos aequante vel superante; fructibus demum glabris. ♃ — *Cachrys Sibirica* Stephan ex Fisch. Cat. sem. hort. Petrop. 1823. collect. — Spr. Syst. veget. I. 892. — *Libanotis cachroides* DC. Prodr. IV. 151. — Crescit in lapidosis Sibiriae Transbaikalensis.

2. PHL. VILLOSUS Turczan. l. c. 554. ex Ldb. l. c. — Caule foliisque glabris glaucis; foliis subtripinnatisectis, segmentis integris vel tripinnatifidis partitisve, laciniis elongatis oblongo-linearibus acutis, vaginis subventricoso-ampliatis, omnibus foliiferis; umbella villoso-pubescente; involucri utriusque foliolis elongatis membranaceo-marginatis, demum reflexis, universalis linearibus lanceolatisve, partialis linearibus radiolos superantibus; fructibus magis minusve villosis. ♃ — *Cachrys Sibirica* Turczan. mss. — *Libanotis villosa* Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petrop. I. 31. — Crescit in Sibiria Baikalensi.

3. PHL. MICROCARPUS Ldb. l. c. † — Caule foliisque glabris glaucis; foliis subtripinnatisectis, segmentis abbreviatis oblongis obtusiusculis integerrimis vel apice magis minusve profunde 2–3-dentatis, vaginis subventricosis, omnibus foliiferis; umbella villosa; involucri utriusque foliolis linearibus membranaceo-marginatis, involucello radios superante; fructibus villosulis. ♃ — *Stenocoelium athamanthoides* Lessing mss. in Herb. reg. Berolin. — Crescit in Sibiriae Altaicae montibus Ssojuticis.

* **DICHOROPETALUM** *Fnzl.*

Fnzl. Pugill. pl. nov. Syriae. I. 17. (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 406.*) deleatur, exhibet enim veram generis JOHRENIAE (cf. no. 4480.) speciem.

Tribus VII. *ANGELICEAE* Koch.

4454/$_1$. **HETEROPTILIS** *E. Mey.*

(E. Mey. in Hook. Lond. journ. of bot. II. 534.)

Calycis margo acute quinquedentatus, dentibus persistentibus. Petala elliptica cum lacinula inflexa canaliculato-lineari acuta. Fructus suborbicularis, sectione transversali ellipticus, mericarpia a dorso compressa, jugis 5 membranaceo-alatis, dorsalium uno vel duobus ala multo angustiori praeditis, valleculae omnes univittatae, commissura quadrivittata, carpophorum adnatum. — Herba Capensis glaberrima glauca: caule erecto ramoso tereti acute sulcato-striato; foliis carnosulis bipinnatisectis, segmentis 3–4-jugis, lacinulis oblongis obtusis paucidentatis vel integris, petiolo basi breviter vaginante; umbellis terminalibus solitariis multiradiatis; involucro et involucellis polyphyllis, foliolis brevibus linearibus; floribus parvis albis; fructu magnitudine ejus *Aethusae Cynapii.*

1. *H. ARENARIA E. Mey. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 938.*) — Genus *Selino* proximum, sed calyce, petalis, fructus jugis dorsalibus inter se inaequalibus et commissura quadrivittata bene distinguitur. ♃ — Crescit in Promontorio bonae spei, in collibus arenosis prope Zwartevallei distr. George.

4456/1. **ULOPTERA** *Fnzl.*

(Fnzl. Flora [B. Z.] XXVI. II. 460. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 83.)

Calycis limbus quinquedentatus, dentibus triangularibus acutis persistentibus. Petala ovato-oblonga, apice canaliculato in lacinulam emarginatam inflexa, intus acute carinata, extus nec in granulum nec in vesiculam incrassata. Fructus a dorso plano-compressus, ob raphem submarginalem utrinque bialatus, stylopodio disciformi margine plicato-crenato stylisque capitellatis patentibus coronatus, mericarpia quinquejuga, jugis tribus dorsalibus filiformibus acute carinatis, nunc omnibus, nunc paucioribus tota longitudine vel passim distinctius obsoletiusve denticulato-cristatis vel subalatis, lateralibus remotis obsoletissimis, ante alas extimo margini complanato late impositis, alis marginalibus dorsalibus 2-3-plo latioribus crispato-erosis, faciebus rugosis simulque lacinulis vel tuberculis sparsis dentatis, vittis indefinite plurimis, vallecularum lateralium latissimarum ramosis. Pericarpium semen arcte includens. Carpophorum bipartitum. Semen complanatum. — Herba in Mesopotamia et in Kurdistania spontanea.

1. U. MACROCARPA Fnzl. l. c. — Radix.....? Caulis strictus, dichotome ramosus, teres glaberrimus farctus. Folia infima subquadripinnatisecta, reliqua tri- ac bipinnatisecta, jugis remotissimis, segmentis ultimis obovatis, cuneatis vel ellipticis 3–7-partitis, paucioribus bipartitis vel indivisis, lobis lanceolatis linearibusve mucronatis integerrimis, margine cum rachidibus plerumque calloso-scabris enerviis carnosis glaucis, caulina superiora vaginaeformia. Umbellae multiradiatae, radiis inaequalibus elongatis, umbellulis multifloris. Involucri universalis ac partialis pentaphylli foliola herbacea ovata oblonga vel lanceolata, persistentia pedicellis breviora. Flores aurantiaci glaberrimi. Fructus semipollicares ovales vel elliptico-ovales flavescentes, alis pallidioribus. — An eadem ac *Ferulago lophoptera* Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 325? — (cf. pag. 877. no. 12) — Crescit in Mesopotamia et in Kurdistania.

4457. **ARCHANGELICA** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 169. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 407.)

1. A. OFFICINALIS Hffm. Umbellif. 168. — Lallem. Linnaea XVIII. 171. † — Caule striato; foliis inferioribus 2–3-pinnatis, pinnulis confertim serratis, partim subcordatis, partim ellipticis sublanceolatisve, terminalibus trilobis; carpellis glabris, alis disco plus duplo angustioribus; seminum ventre 12–16-, dorso 16–20-vittato. ♃ — *Angelica Archangelica* Linn. Spec. pl. 360.

   α. sativa: pinnulis non decurrentibus, disco carpellorum ovalium inflato-convexo, albumine antice subplano. — *Archangelica officinalis* Koch, Synops. fl. Germ. 302. — DC. Prodr. IV. 169. — *Angelica Archangelica* Nees ab Esenb. Arzneigew., Hayne, Arzneigew. VII. t. 8. — Engl. bot. t. 2561. — Schkuhr, Hndbch. I. 204. t. 80 fig. 663. — Flor. Danic. t. 206.

   β. discocarpa Lallem. l. c. pinnulis non decurrentibus, disco carpellorum suborbicularium subconvexo, albumine antice subplano. — *Archangelica litoralis* Agardh ex DC. l. c. 170. — *Angelica Archangelica β. litoralis* Whlnbrg. Flor. Carpatens. 84.

   γ. decurrens Lallem. l. c. pinnulis decurrentibus; disco carpellorum ovalium inflato-convexo, albumine antice canaliculato. — *Archangelica decurrens* Ldb. Flor. Alt. I. 316., Ic. flor. Ross. Alt. illustr. t. 166. — (Wlprs. l. c. no. 1.)

   Crescit in Altai.

Tribus VIII. *PEUCEDANEAE* DC. l. c. 170.

4458. **OPOPONAX** *Koch.*

(DC. Prodr. IV. 170. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 407.*)

1. O. ORIENTALIS Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 330. † — Foliis radicalibus petiolisque pilis papillaribus, apice stellatis scabridis bipinnatisectis, segmentis ovato-

oblongis crenatis oppositis sessilibus, basi obliqua inter se connatis, superioribus secus costam breviter decurrentibus, terminali ad medium usque trisecto, lobo medio cuneato; foliis caulinis ad vaginas cucullatas reductis; caule elato glabro teretl striato, superne subverticillatim ramoso thyrsoideo; petalis aurantiacis; fructu late ovato, stylis deflexis stylopodio patellari depresso paullo longioribus, mericarpiorum margine dilatato albo, intervallo jugorum latiore, valleculis univittatis, commissura 6-7-vittata. ♃ — *Pastinaca Opoponax* Sibthrp. et Sm Flor. Graec. — Crescit in Italia, Sicilia, Graecia, Asia minore et in Persia.

2. O. HISPIDUS Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 378. — Perennis, inferne hispidus: foliis bipinnatisectis, pilis apice stellatim expansis incano-asperis, segmentis lanceolatis argute cartilagineo-serrulatis; umbellis proliferis; involucelli foliolis linearibus; vittis commissuralibus octonis maximis. ♃ — *Ferula hispida* Friv. Flora (B. Z.) 1835. p. 333. — *Pastinaca hispida* Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. 462. — Crescit in Thracia.

4458/1. FERULAGO *Koch.*

(Koch, Umbellif. p. 97. — *Ferulae* sect. I. *Ferulago* DC. Prodr. IV. 171. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 407. et 938.)

1. F. SCABRA Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. II. 461. — Caulis foliatus, dichotome squarroso-ramosus, inferne angulato-sulcatus, tuberculis callosis hirtis scaber cumque reliquis partibus pube minutissima copiosa asperula canescens, ramis umbelliferis 3-5, remote verticillatis aphyllis bracteatis; folia supradecomposita 3-5-plicato-dissecta maxima, petiolo communi semitereti lato, supra plano, partialibus primariis ac secundariis elongatis teretiusculis dense tuberculatis, laciniis filiformibus rigidis calloso-mucronatis, supra canaliculatis; bracteantia vaginaeformia lanceolata; umbellae 3-7-radiatae, umbellulis 3-10-floris; involucri ac involucelli foliolis herbaceis late subulatis; petala aurea cum ovario multivittato dense pubescentia, lacinula emarginata; fructus.....? ♃ — Crescit in Mesopotamia inter Diarbekir et Mardin.

2. F. TRIFIDA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 318. — Caule elato angulato subnudo, superne subverticillatim ramosissimo; foliis radicalibus glabris quaternatim ternatisectis, petiolis omnium ordinum crassis junceis subangulatis, laciniis ultimis complanatis, angustissime lineari-cuneatis, apice obtuse et breviter trilobis, rarius irregulariter pinnatifido-quinquelobis, caulinis ad vaginas brevissimas reductis; umbellis longe pedunculatis; involucris involucellisque polyphyllis, phyllis ovato-lanceolatis reflexis brevibus; petalis luteis glabris; fructu ovato pedicello paullo longiore, stylopodio depresso-lobulato stylisque deflexis stylopodium paullo superantibus coronato, jugis interioribus angustis subalatis, exterioribus in marginem valleculas aequantem confluentibus, commissura 6-8-vittata, valleculis interioribus tri-, caeteris bivittatis. ♃ — Folia sesquipedalia, costis primariis secundariisque rigidulis, intus medullosis elongatis, laciniis ultimis ½-1 poll. longis planiusculis, semilineam latis, fructus junior 2 lin. longus, 1½ lin. latus. — Crescit in Persiae alpibus Elamout.

3. F. LINEARIFOLIA Boiss. l. c. 319. — Caule elato angulato subnudo, superne subverticillatim ramosissimo; foliis radicalibus amplissimis quaternatim ternatisectis, petiolis omnium ordinum crassis junceis angulatis striatis, medulla farctis, laciniis ultimi ordinis linearibus elongatis convolutis rigidis attenuatis, caulinis ad vaginas lanceolato-lineares breves reductis; involucris involucellisque polyphyllis, phyllis brevibus oblongis; petalis luteis glabris; fructu ovato pedicello cum aequante subincrassato suffulto, stylopodio depresso patellari-lobulato, stylis eo triplo longioribus coronato, jugis interioribus angustis subalatis, exterioribus in marginem crassiusculum valleculas subaequantem confluentibus, vittis numerosissimis, dorsalibus latioribus. ♃ — *α.* Foliis praeter costas subasperulis glabris. — *β.* Foliis costisque pube asperula canescentibus. — *Ferula angulata* Schlchtd. — Wlprs. l. c. 938. no. 1. — Crescit in Persia boreali et in Kurdistania.

4. F. TRACHYCARPA Boiss. l. c. 319. † — Caule elato glabro brevi, superne subverticillatim ramosissimo; foliis radicalibus amplis, ambitu ovatis supradecompositis, parce asperulis glaucescentibus rigidis, petiolis angulosis medulla farctis, laciniis ultimis ordinis crassiuscule linearibus brevissimis, margine convolutis sulcatis obtusis mucronulatis subdivaricatis integris trifidisve, foliis caulinis superioribus ad vaginas lanceolatas cucullatas reductis; involucri involucellique phyllis oblongis aut oblongo-lanceolatis acutis enerviis albo-marginatis, hisce flores aequantibus superantibusve; petalis luteis tomentellis; pedunculis fructum oblongum papillis spinulosis sparsis undique obsitum aequantibus; stylopodio depresso planiusculo, stylis deflexis eo vix longioribus coronato; calycis dentibus triangularibus stylopodium subaequantibus, jugis exterioribus cum margine crassiusculo valleculis paullo angustiori confluentibus, dorsalibus elevatis subalatis crassiusculis acutis margine vix angustioribus, vittis numerosissimis fructum totum cingentibus, quatuor dorsalibus et duobus commissuralibus aliis crassioribus. ♃ — Caules 2–3 pedales superne thyrsoideo-paniculati, folia cum petiolo sesquipedalia, lacinulae terminales 1–2 lin. longae. Species fructu et petalis asperis distinctissima etsi praecedentibus affinis. *F. scabra* Fnzl. huic e descriptione affinis videtur, sed differt caule petiolisque tuberculis callosis hirtis, laciniis foliorum filiformibus etc. Species quatuor supra enumeratae in genere sectiunculam vittis dorsalibus quatuor paullo latioribus distinctam, sed caeterum cum aliis habitu characteribusque omnibus bene congruentem formant. — Crescit in regione montana Sipyli supra Magnesiam et in Libano monte.

5. F. OXYPTERA Boiss. l. c. 320. — Glabra: caule erecto striato subangulato, superne subverticillatim ramoso corymboso; foliis inferioribus ambitu lanceolatis supradecompositis, laciniis linearibus setaceis subcanaliculatis acutis, floralibus ad vaginas reductis; involucri involucellique phyllis lanceolatis acutis pedicellis paullo brevioribus; floribus luteis; pedicellis fructiferis vix incrassatis, fructu elliptico dimidio brevioribus; stylis deflexis stylopodium planum vix superantibus, jugis omnibus corticosis alatis fungosis, tribus intermediis acutiusculis inter se approximatis, exterioribus in marginem corticosum jugis interioribus duplo latiorem abeuntibus, albumine utrinque copiosissime vittato. ♃ — Habitus *F. sylvaticae* sed folia ambitu lanceolata nec ovata eorumque laciniae tenuissimae setaceae nec lineares. Insuper ab omnibus hujus generis speciebus, *F. sulcata* Desf. excepta, differt jugis interioribus mericarpiorum non filiformibus sed in alam veram intus corticosam expansis. *F. sulcata* Boiss. eodem charactere gaudet, sed in ea juga interiora eminentiora sunt, dorso obtusa nec acutiuscula, marginalibusque fere aequilata. Haec jugorum natura a *Fortanesio* optime observata „semina profunde trisulca“ et a qua nomen specificum duxit ab omnibus botanicis recentioribus neglecta fuit. Fructus *Ferul. sulcatae* insuper major crassior, styli stylopodium superantes, pedicelli fructiferi incrassati fructum aequantes etc. — Crescit in Persiae borealis provincia Carabagh.

6. F. LONGISTYLIS Boiss. l. c. 321. — Glabra: caule crasso elato, profunde sulcato, superne ramosissimo; foliis ambitu late lanceolatis supradecompositis, laciniis lineari-setaceis elongatis acutis, summis ad vaginas oblongas reductis; involucri phyllis lanceolatis, involucelli ovato-oblongis abbreviatis deflexis; stylis divergentibus ovario subaequilongis.....? ♃ — Caulis inferne pollicem crassus, folia amplissima, laciniis elongatis tenuissimis setaceis, habitus et inflorescentia *F. sulcatae*, quae differt laciniis foliorum latioribus, involucelli foliis linearibus et stylis abbreviatis. — Crescit in Cappadocia ad Euphratem.

7. F. ASPARAGIFOLIA Boiss. l. c. — Glaberrima: caule elato tereti striato subpruinoso, superne ramosissimo thyrsoideo; foliis radicalibus infimisque maximis, ambitu late ovatis quadripinnatis, supradecompositis, laciniis tenuissimis linearisetaceis acuminatis, petiolis costisque angulatis, foliis caulinis superioribus ad vaginas breves, inferiores limbum pinnatisectum brevem ferentes, superiores oblongas cucullatas reductis; involucri et involucelli phyllis numerosis oblongo-lanceolatis acutis reflexis; umbella centrali brevius pedunculata; petalis flavis;

nodo centrali umbellarum umbellularumque fructiferarum incrassato, radiis radiolisque incrassatis substellatim patentibus, bis fructu elliptico superne attenuato triplo brevioribus; stylis stylophorum planum superantibus, jugis interioribus filiformibus prominulis, exterioribus cum margine albido acuto valleculis aequilato confluentibus, valleculis 3–4-vittatis, commissura 10–12-vittata. ♃ — Planta 4–5 pedalis, folia infima cum petiolo pedalia et bipedalia, laciniae glaberrimae tenuissimae setaceae 2-3 lin. longae, mericarpia 3–4 lin. longa, 2 lata. Species distinctissima a *F. galbanifera*, *campestri* et affinibus facile dignoscenda caule tereti, foliorum laciniis angustissimis, pedicellis brevibus incrassatis rigidis, fructus minoris superne attenuati jugis prominulis. *Ferulago thyrsiflora* Koch e descriptione differt foliolis scabriusculis, commissura 25–30 vittata etc. — Crescit in regione calida Lydiae, prope Smyrnam, Budja et Magnesiam.

8. **F. HUMILIS** Boiss. l. c. 322. — Caule nudo pumilo tereti striato, superne ramoso-corymboso; foliis omnibus radicalibus ambitu lanceolatis bipinnatisectis, divisionibus primi ordinis sessilibus ovatis brevibus oppositis, per paria approximatis, segmentis minimis in lacinias numerosas setaceas minimas acuminatas confertas multifidis, vaginis caulinis lanceolatis; involucri involucellique phyllis numerosis linearibus; radiis umbellarum umbellularumque incrassatis; petalis luteis; fructu pedicello duplo triploque longiore elliptico, basi apiceque angustato, stylis deflexis stylopodio depresso longioribus, jugis interioribus obovatis, sectione transversa triangularibus corticosis, exterioribus in marginem valleculis duplo latiorem corticosum abeuntibus, vittis commissuralibus 16–20, dorsalibus subjugis et inter ea copiosissimis, omnibus tenuissimis. ♃ — Crescit in collibus et pratis siccis Lydiae prope Smyrnam, Triandam, Budjam et Magnesiam.

9. **F. STELLATA** Boiss. l. c. 323. — Glaberrima: caule erecto inferne sulcato-anguloso ramosissimo; ramis elongatis teretibus; foliis radicalibus petiolatis, ambitu lanceolatis tripinnatisectis, divisionibus brevibus sessilibus, in costa approximatis, laciniis setaceis teneris elongatis, foliis caulinis etiam supremis subsessilibus brevissimis capillaceo-multifidis; involucri involucellique phyllis multis oblongo-lanceolatis; petalis luteis; umbellarum et praecipue umbellularum paucifl orarum nodo post anthesin inflato radiisque fructiferis incrassatis stellatim patentibus; fructu elliptico pedicello paullo longiori, stylis deflexis stylopodio depresso multo longioribus, jugis interioribus subalatis angustis nec corticosis, exterioribus in marginem album valleculas aequantem abeuntibus, vittis commissuralibus 12–14, dorsalibus in valleculis et sub jugis copiosissimis. ♃ — Radix verticalis cylindrica. Caulis bipedalis. Folia radicalia semipedalia ea *Mei athamanthici* aut *Lophosciadii meoidis* referentia, caulina infima illis *Cari verticillati* similia. Species *F. humili* affinis et ab ea distincta laciniis foliorum longioribus, foliis supremis ad vaginas non reductis, caule basi ramoso sulcato nec simplici tereti, involucri phyllis oblongis nec linearibus, pedicellis fructum aequantibus nec eo triplo longioribus, stylis elongatis, fructus angustioris jugis intermediis magis prominulis alatis nec corticosis, margine valleculis aequilato nec duplo latiore. — Crescit in Persia.

10. **F. AUCHERI** Boiss. l. c. † — Caule parce folioso tereti subglaucescente patule ramoso, ad nodos subinflato; foliis radicalibus ambitu oblongis, petiolo canaliculato suffultis tripinnatisectis, segmentis integris multifidisve, laciniis parvis confertis ovato-oblongis mucronulatis glaucescentibus carnosis, margine subrevolutis, foliis caulinis paucis semel vel bis pinnatisectis, supremis ad vaginas lanceolatas reductis; involucri involucellique phyllis 5–6 lanceolato-linearibus; petalis luteis; pedunculis non incrassatis, fructu dimidio brevioribus; mericarpiis ovatis nitidis, stylis stylopodio depresso aequilongis, jugis filiformibus tenuissimis vix prominulis, exterioribus in marginem albidum subinflatum valleculis angustiorem abeuntibus, valleculis multivittatis, commissura 8–10-vittata, vittis tenuissimis, exterioribus utroque latere margini approximatis tortuosis. ♃ — Planta 2-pedalis, folia semipedalia aut longiora stricta, laciniae ovato-oblongae abbreviatae carnosae. — Crescit in Phrygia et in Lydia supra Magnesiam.

11. F. (FERULA Gussone) GENICULATA Boiss. l. c. 324. — Glaberrima glaucescens: foliis radicalibus ambitu ovatis supradecompositis, costis divaricatis, laciniis decussatis linearibus planis acutis rigidis mucronulatis, caulinis superioribus ad vaginas reductis; caule glabro laevi tereti ramoso, ad dichotomias valde ovato-inflato; involucri involucellique phyllis ovato-lanceolatis brevibus; petalis luteis, pedunculis non incrassatis, fructiferis stellato-patentibus, fructu ovato 2–3-plo longioribus; stylis divergenti-deflexis stylopodio depresso cupulari paullo longioribus, jugis exterioribus margine albo, valleculis subangustiori crassiusculo subundulato contiguis, dorsalibus tenuissime alatis, valleculis et commissura multivittatis. ♃ — Crescit in Italia et in Graeciae Olympo Thessalico.

12. F. LOPHOPTERA Boiss. l. c. 325. — Glaberrima glaucescens: caule erecto tereti ramoso; foliis radicalibus breviter petiolatis ambitu ovatis bipinnatisectis, costis elongatis, segmentis oblongo-lanceolatis subcomplicatis, in lacinias oblongas carnosulas mucronulatas confertas glaucescentes pinnatim divisis, supremis ad vaginas triangulares duras adpressas brevissimas reductis; involucri involucellique phyllis ovato-oblongis brevissimis; mericarpiis obovatis compressis; stylis deflexis stylopodium disciforme plicato-crenatum multo superantibus, jugis marginalibus in alas corticosas undulato-crispas incrassatas valleculis aequilatas abeuntibus, interioribus dimidio angustioribus acutis integris aut denticulato-undulatis, vittis commissuralibus 12, dorsalibus numerosissimis. ♃ — Caulis bipedalis, folia ea *F. Aucheri* referentia, flores magnitudine eorum *F. geniculatae*, fructus 6–10 lin. longus, 3–4 latus. Species affinitatem *Ferulaginis* et *Lophosciadii* optime demonstrans, huic fructu accedens, sed ab ea discedens magnitudine florum et forma aliena vaginarum et involucrorum, et hic characteribus habituque cum *Ferulagini* bene congruens, a qua propter juga dorsalia in alas angustas subdilatata non separanda est, nam alae fere aequilatae saepe in *F. geniculata* occurrunt. — *Uloptera macrocarpa* Fnzl. (cf. supra pag. 873. no. 4456/1.) hujus speciei varietas esse videtur? — Crescit in Persia.

4459. **FERULA** *Koch.*

(*Ferulae* sect. II. *Ferularia* DC. Prodr. IV. 172. et Wlprs. Repert. bot. syst. II. 408. no. 5. et 7.)

† Caule folioso.

1. *F. ARMENA C. Koch. — Wlprs. l. c. 408. no. 5. — Ldb. Flor. Rossic. II. 303, ad sectionem *Ferulariam* nec ad *Ferulaginem* pertinet, estque genuina hujus generis species.

2. F. (PEUCEDANUM Ldb. Flor. Altaic. I. 307. et Ic. flor. Ross. Alt. t. 105. — [Wlprs. l. c. 409.]) CANESCENS Ldb. Flor. Rossic. II. 303. — Foliis cano-pubescentibus tripinnatisectis, segmentis oppositis petiolulatis profunde pinnatipartitis, laciniis inferioribus pinnatifidis, superioribus confluentibus, lacinulis circumscriptione late ellipticis vel ovato-suborbicularibus tridentatis integrisve acutis, vaginis inferioribus superioribusque arctis, unica in medio caule subventricosa, summis aphyllis; ramis intermediis oppositis ternisve; umbellis caulem ramosque terminantibus geminis ternisve, terminali ampliori brevius pedunculata fertili, lateralibus linearibus (!?) longius pedunculatis masculis; involucro submonophyllo, involucellis oligophyllis, foliolis abbreviatis linearibus. ♃ — Crescit in Sibiria Altaica et in Soongaria.

3. F. MARATHROPHYLLA Wlprs. Nov. act. acad. caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I. 347. — Caule erecto tereti striato; foliis decompositis, lobis lineari-capillaceis glabris, petiolo canaliculato vaginante; umbellis exinvolucratis 7–15-floris; mericarpiis lenticulari-compressis quinquejugis, jugis tribus filiformibus dorsalibus, marginalibus crassis subalatis. ♃ — Crescit in China ad Cap Syng-moon.

4. F. LINKII B. Webb et Berthelot, Phytograph. Canar. I. 160. t. 75. — Caule tereti orgyali ramoso folioso; foliis supradecompositis, laciniis lineari-filiformibus acutis canaliculatis, foliolo terminali subelongato, foliorum summorum vaginis

dilatatis subaphyllis; involucro nullo; umbellis centralibus breviter pedunculatis; floribus parvis luteis. ♃ — Radix.....? Caulis erectus, locis humidioribus subbiorgyalis, striatus haud sulcatus glaber, farctus medulla ampla, in qua omnibus ut in *Ferulis* fibrae vagae videntur, caulem monocotyledonearum ludens, superne ramosus, rami alterni, superiores oppositi et subcorymbosi. Folia supradecomposita, circumscriptione ampla, laciniis lineari-filiformibus rigidulis, acutis canaliculatis brevibus, terminalibus subelongatis, petiolata, petioli in foliis radicalibus longiusculi, basi tantum dilatati, petioli foliorum caulinorum in vaginam amplam striatam, caules semiamplectantem dilatati, vaginis summis subaphyllis aphyllisve. Umbellae centrales breviter pedunculatae, pedunculis 3–10 lin. longis, laterales longiuscule pedunculatae, 16–24-radiatae, radiis subaequalibus striatis glabris. Involucrum nullum. Umbellulae 20–30-radiatae. Involucella submonophylla, foliolo lineari acuto, umbellula multo breviore. Flores lutei parvi. Petala ovata concava glabra cum acumine inflexo incurvo, sulcata integra. Antherae didymae, filamentis recurvatis. Styli divergentes, demum reflexi, basi subincrassati, apice capitati. Fructus ovatus, 4–½ lin. longus, 3 lin. latus, maturus nigrescens, a dorso plano-compressus, margine dilatato complanato cinctus. Mericarpia jugis 5, 3 dorsalibus filiformibus prominulis aequidistantibus, 2 lateralibus in marginem dilatatum abeuntibus, margine demum subincrassato et subinflexo, jugis secundariis obsoletis. Vittae in valleculis 2–3 superficiales. Commissura ampla sub-6-vittata, vittae distantes. Carpophorum filiforme bipartitum. Stylopodium conicum. Semen hinc planum, illinc convexiusculum. — *Ferula aurea* Lnk. in L. v. Buch, Canar. Ins. 132. (excl. syn.) — *Peucedanum aureum* Bot. Regist. t. 559. (nec Soland.) — DC. Prodr. IV. 178. (ex p.) — Crescit in regionis sylvosae rupestribus in insulis Canariensibus.

†† Caule aphyllo.

5. F. GRACILIS Ldb. Flor. Rossic. II. 304. — Foliis radicalibus cano-pubescentibus, demum subglabris bipinnatisectis, segmentis petiolulatis profunde pinnatipartitis, laciniis inferioribus oppositis sub 3- (2-5-)fidis, superioribus alternis integris confluentibus, lacinulis oblongis obtusiusculis; caule flexuoso ramoso; ramis sparsis; vaginis oblongis erecto-appressis, summa subreflexa; umbellis subternis, omnibus pedunculatis, terminali fertili, lateralibus submasculis; involucro utroque subnullo. ♃ — *Peucedanum gracile* Ldb. Flor. Altaic. I. 308. et Ic. flor. Ross. Alt. illustr. t. 306. — Wlprs. l. c. 409. no. 4. — *Peucedanum dubium* Ldb. Flor. Altaic. I. 310. — Wlprs. l. c. no. 6.

β. microcarpa: fructibus duplo minoribus.

Crescit in Sibiria Altaica.

6. F. PANICULATA Ldb. Flor. Rossic. II. 305. — Caule a basi ad apicem ramoso; ramis vagina decidua suffultis, superioribus subverticillatis; foliis radicalibus cano-pubescentibus 4–5-duplicato pinnatisectis, segmentis oppositis pinnatipartitis, laciniis obovatis incisis dentatisve, lacinulis acutis; umbellis umbellulisque plurimis verticillatis; involucro subnullo, involucello umbellularum hermaphroditarum nullo, masculorum polyphyllo, foliolis sublinearibus. ♃ — *Ferula resinosa* Sievers in Pall. Nord. Beiträge VII. 260? — *Peucedanum paniculatum* Ldb. Flor. Alt. I. 310. et Icon. flor. Ross. Alt. illustr. t. 199. non Lois.) — *Peucedanum feruloides* Steudel, Nomencl. bot. II. — *Peucedanum pyramidatum* Karel. et Kiril. Enumer. pl. Soongar. no. 384. — *Peucedanum Soongaricum* G. Don, Gener. syst. of gard. and bot. III. 332. — Crescit in Sibiria Altaica.

7. F. ERUBESCENS Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 316. † — Caule valde elato crasso tereti brevi albido, medulla farcto ramosissimo erubescente nudo; foliis amplis quadripinnatisectis, petiolis ejusque divisionibus medulla farctis angulosis, divisionibus remotis, segmentis parvis oblongis, secus rachin decurrentibus pinnatisectis, lobis dentiformibus oblongis planis obtusiusculis, limbo costisque secundariis tertiariisque tomentellis, foliis supremis ad vaginas parvas cucullatas lanceolatas tomentosas reductis; umbellis umbellulisque multiradiatis exinvolu-

cratis; petalis luteis; pedicellis fructiferis vix incrassatis fructu dimidio brevioribus; fructu longe elliptico, stylis deflexis stylopodio depresso parvo triplo longioribus, jugis interioribus filiformibus vix prominulis, lateralibus in marginem intus flexum valleculis dimidio angustiorem confluentibus, vittis rugulosis indistinctis confluentibus, commissuralibus binis latissimis. ♃ — Caulis inferne crassitie pollicis latus amoene roseus, folia pedalia et longiora ambitu oblonga, divisionibus inter se remotis basi nudis, segmenta ultimi ordinis vix sesquilineam longa et eorum lobi lineam dimidiam longa. Mericarpia 6–7 lin. longa, 2 aut 3 lata, pallide rufescentia cum margine subconcoloria compressissima. Albumen planissimum tenue. Radii et semina scatent gummi aurantiaco, quod odorem terebinthaceum gravem spargit. — *F. Persica* Sims, Bot. Magaz. t. 2096. (nec alior.) — Crescit in Persiae monte Dalmkou.

8. F.? ANATOLICA Boiss. l. c. 317. — Glaberrima: caule elato crasso tereti brevi, superne nudo paniculato-ramoso; foliis radicalibus amplissimis, petiolo basi late vaginante tereti suffultis, ambitu triangulari-ovatis quadripinnatisectis, segmentis multifidis, laciniis setaceis falcatis rigidulis, foliis caulinis superioribus ad vaginas ovatas longe acuminatas herbaceo-membranaceas glaucas sensim decrescentes reductis; umbellis 9–12 longe radiatis exinvolucratis; umbellulis multifloris; involucelli phyllis 6–7 basi inter se subconnatis, e basi triangulari setaceis, pedicellis multo brevioribus; floribus aureis longe pedunculatis; petalis oblongis obsolete nervosis integris, apice convolutis; dentibus calycinis triangulari-subulatis, petalis dimidio brevioribus; stylopodio lato plano disciformi, margine lobulato, stylis divergentibus eo paullo longioribus superato; fructu.....? ♃ — Caulis 4–6-pedalis, folia cum petiolo sesquipedalia, 8–9 poll. lata. Inflorescentia et flores *Elaeoselini* aut *Thapsiae*, folia et habitus *Peucedani orientalis*. — Crescit in Lydiae et Cariae regione montana calidiore.

4460. **DOREMA** *D. Don.*

(D. Don, Transact. of the Linn. soc. XVI. 601. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 408. — Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 328. — *Diserneston* Jaub. et Spach, Illustr. plant. orient. 78. t. 40. — Wlprs. l. c. 939.)

Calycis limbus fere obsoletus lobulatus. Petala ovata involuta cum acumine inflexo obtusiusculo, nervo medio valido percursa. Stylopodium cyathiforme carnosum lobulatum, stylis deflexis superatum. Fructus a latere valde compressus ovatus vel ellipticus. Juga 5 aequidistantia, interiora filiformia tenuissima, exteriora in marginem planum valleculis angustiorem confluentia. Vittae nullae distinctae. Epicarpium irregulariter rugulosum. Albumen durum subcorneum planum. Commissura puberula. — Herbae Persicae gummi resinosum exsudantes: foliis ea *Opoponacis* referentibus tripinnatisectis, segmentis ovatis lanceolatisve latis integris vel trilobis decursivis; inflorescentia paniculata, umbellulis breviter pedunculatis secus ramos aphyllos alternis aut subverticillatis constante; involucelli phyllis parvis deciduis.

1. D. AMMONIACUM D. Don l. c. — (Wlprs. l. c. 408.) — Boiss. l. c. 329. — Segmentis foliorum late ovato-oblongis, basi decursivis puberulis; umbellulis alternis pedunculo eis breviori suffultis; floribus subsessilibus; ovariis fructibus pedicellis ramisque tomento floccoso detersili obductis; mericarpiorum ellipticorum jugis fere obsoletis. ♃ — *Diserneston gummiferum* Jaub. et Spach l. c. † — Wlprs. l. c. 939. — In Persia australi inter Meier et Kutmechah, etiam circa Yezdikast.

2. D. GLABRUM Fisch. et Mey. Linnaea X. Literb. 88. — Wlprs. l. c. 408. — Boiss. l. c. — Glaberrimum: segmentis foliorum lanceolato-linearibus, basi decursivis; umbellulis pedunculo eas aequante suffultis subverticillatis, pedicellis flores aequantibus; mericarpiorum ovatorum glaucescentium jugis filiformibus. ♃ — *Ferula racemifera* Szowitz. mss. — Crescit in Persia boreali circa Kakchissewan.

3 D. AUCHERI Boiss. l. c. — Segmentis foliorum lanceolatis puberulis, basi decursivis; umbellulis pedunculo eas aequante aut superante suffultis subverticillatis; pedicellis flores aequantibus; ovariis fructibusque glabris, mericarpiorum ellipticorum pallide rufescentium jugis filiformibus. ♃ — Crescit in Persia boreali in monte Elwend.

4461. CAROSELINUM *Griseb.*

(Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 374.)

Margo calycinus obsoletus. Petala flava vel ochroleuca ovata, apice inflexa integra. Fructus ovalis a dorso compressus, jugis 5 primariis, tribus dorsalibus filiformibus, lateralibus in marginem alarem abeuntibus et commissurae ope coadunatis, valleculis trivittatis, carpophoro bipartito, albumine antice plano. — Involucella polyphylla.

1. C. (PEUCEDANUM Griseb. mss.) DISTANS Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 374. — Perenne glaucum glabrum: caule ramoso tereti substriato; foliis inferioribus interrupte bi- tripinnatisectis, superioribus plerisque ad vaginas reductis, segmentis extimis linearibus mucronatis, margine scabriusculis; umbellae radiis inaequalibus exinvolucratis; petalis flavis. ♃ — A sequente differt foliorum imorum segmentis valde distantibus, secundariis a petiolo communi remotis petalisque saturate flavis. — Crescit in peninsula Hajion-oros.

2. C. PALIMBIA DC. Prodr. IV. 176. no. 3. — SELINUM Jcq. Flor. Austriac. t. 72. — IMPERATORIA Spr. Umbellif. spec. 64. — OREOSELINUM M. Bieb. Fl. Taur. Caucas. I. 209. — PEUCEDANUM Gaud. Flor. Helvet. II. 330.) CHABRAEI Griseb. l. c. — Caule striato folioso; foliis pinnatisectis, segmentis decussatis 3–5-partitis, laciniis linearibus acutis; involucro nullo, involucelli foliolis 3–4 linearisubulatis; fructu ovali ♃ — *Selinum* (*Peucedanum* Vill. Dauphin. II. 630.) *carvifolium* Crntz. Austr. 162. t. 3. fig. 2. — *Selinum palustre* Thuill. Fl. Paris. 139. — *Selinum lactescens* Lam. Flor. Franc. III. 418. — *Ligusticum decussatum* Mnch. Method. pl. 81. — *Peucedanum minus* All. — Crescit in dumetis Galliae, Germaniae mediae et australis, Helvetiae, Iberiae et Siciliae.

4461/1. DIPLOTAENIA *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 308.)

Calycis dentes triangulari-subulati acuti. Petala alba oblonga, dorso late costata, apice subemarginata, cum lacinula inflexa obtusa canaliculata. Stylopodium conicum bipartitum in stylos elongatos subdivergentes attenuatum. Fructus ellipticus a dorso compressus. Pericarpium tenue. Mericarpia dorso subconvexa, latere interiore plana, jugis quinque aequidistantibus filiformibus dorso vitta notatis, lateralibus marginantibus. Valleculae quatuor univittatae, vittis vallecularum eis jugorum latioribus. Commissura plana quadrivittata, vittis mediis saepe abbreviatis. Carpophorum ad medium usque bipartitum. Albumen antice planum. — Herba Persica elata habitu foliisque *Peucedani orientalis* Boiss.

1. D. CACHRYDIFOLIA Boiss. l. c. 309. — Planta (cujus pars superior et folia radicalia tantum nota sunt) elata glaberrima, folia radicalia oblongo-lanceolata cum petiolo longo tereti pedalia vel sesquipedalia supradecomposita, divisionibus primariis ex eodem puncto subquaternis, laciniis confertissimis elongatis setaceis, folia superiora ad vaginas lanceolatas parvas reducta. Caulis superne subverticillatim corymbosus erubescens teres nudus. Umbella centralis subsessilis, basi umbellis minoribus longe pedunculatis stipata. Involucri phylla numerosa erecta lanceolato-linearia semipollicaria, involucelli similia sed breviora, pedicellis puberulis breviora. Flores albi non radiantes. ♃ — Crescit in Persia boreali.

4461/$_2$. **TOMMASINIA** *Bertoloni.*

(Bertoloni, Flor. Italian. III. 414.)

Umbella composita multiradiata plana. Involucrum et involucella nulla. Umbellulae multiflorae, floribus internis sterilibus. Margo calycis liber, dentes 5 ovati acuminati. Petala aequalia ovata, acumine involuto vel inflexo. Stamina corolla longiora, antheris subrotundis. Receptaculum floris(?) expansum convexum. Styli in anthesi breves erecti, in fructu receptaculo in parte media parum prominulo sublongiores recurvati, stigmata capitellata. Diachenium cum alis subrotundum, margine alatum, alis parallelis, basi et apice leviter emarginatum, e dorso lenticulari-compressum, extus utrinque quinquecostatum, costis tenuibus aequidistantibus, intermediis tribus apteris, lateralibus duabus tenuioribus et late alatis. Valleculae univittatae, facies commissuralis bivittata, vittis arcuatis. Mericarpia per commissuram acute carinatam connexa, vittae omnes superficiales. Semen pericarpio adhaerens. Carpophorum filiforme, demum bipartitum liberum. — Herbae perennes elatae: caulibus crassis ramosis fistulosis; foliis amplis tripinnatisectis, segmentis serratis; floribus albido-virescentibus(?).

Genus ab *Angelica* distinctum umbellis umbellulisque exinvolucratis, calycis margine lacinulato, diachaenii forma ejusque costis aequidistantibus et mericarpiorum commissura acute carinata.

1. **T. (IMPERATORIA** Coll. Herb. Pedem. III. 57. — **ANGELICA** Linn. Mantiss. 217. — Jcq. Hort. Vindobon. II. 60. t. 130.) **VERTICILLARIS** Bertoloni l. c. 415. † — Caule tereti glauco; ramis floriferis verticillatis; foliis bi- aut triternatisectis, segmentis ovatis dentatis acutis, lateralibus basi inaequalibus, terminalibus cordatis. ♃ — *Peucedanum* (*Ostericum* Rchb. Flor. excurs. 455. no. 2054.) *verticillare* Koch, Umbellif. 95. — DC. Prodr. IV. 181. no. 30. — J. Bauh. Hist. pl. III. lib. 27. p. 167. fig. supera. — Pluk. Phyt. t. 134. fig. 1. — *Panax* Rivin, Irregul. t. 14. — Crescit in Pedemontio.
2. **T. SZOWITSII** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 302. — Foliis longissime petiolatis biternatim, forsan triternatim sectis, lobis magnis oblongis argute crenato-dentatis, dentibus ad apicem folii directis, lateralibus sessilibus, latere exteriori secus costam decurrentibus, terminali saepe bilobo, basi in petiolum attenuato, foliis caulinis minoribus petiolo breviori basi in vaginam oblongam valde sulcatam dilatato suffultis; caule elato striato; umbellis magnis multiradiatis; involucris involucellisque nullis; pedicellis fructiferis non incrassatis fructu multo longioribus, basi cum radii apice incrassato in discum coalitis; fructu a latere compresso subquadrialato ovato, basi emarginato, stylopodio plano, stylis deflexis stylopodio aequilongis, mericarpiorum jugis interioribus subalatis, basi ad fructus emarginaturam subdilatatis, exterioribus margini alato albido albumini subaequilato contiguis, valleculis univittatis, commissura bivittata, vittis omnibus superficialibus. ♃ — Foliorum segmenta 3–5-pollicaria, sesquipollicem lata, umbellae radii inaequales saepe semipedales, mericarpia 3–4 lin. lata. — *Imperatoria decursiva* Szowitz. — Crescit in Persia boreali.
3. **T. KOTSCHYII** Boiss. l. c. — Foliis triternatis, divisionibus pinnatipartitis, lobis ovatis late dentatis sessilibus, omnibus, infimis exceptis, latere externo secus costam decurrentibus, terminalibus trilobis cuneatis; umbellis magnis inaequaliter multiradiatis; involucris nullis, involucellis 2–3-phyllis, foliolis setaceis; petalis luteis involutis; pedicellis fructiferis non incrassatis, fructu subduplo longioribus, basi inter se cum nodo incrassato in discum subcoalitis; fructu a latere compresso subquadrialato ovato, basi emarginato, stylopodio plano discoideo stylisque eo subaequalibus coronato, mericarpiorum jugis interioribus prominulis subalatis, basi ad emarginaturam subdilatatis, exterioribus paullo latius alatis, ala margini alaeformi seminis latitudinem aequanti connexa et ejus basin incrassante, vittis superficialibus in valleculis solitariis, in commissura binis. ♃ — Folia magna, segmenta pollices 1½–2 longa, pollicem et amplius lata. Fructus iis spe-

ciei praecedentis paullo majores. A *T. verticillari* Bert. distinctissima segmentis foliorum non cordatis, umbellis majoribus aliisque notis. Genus *Tommasinia* naturalissimum videtur. *Angelicae* habitu et characteribus proximum et ab *Imperatoria* calycis margine quinquedentato nec obsoleto petalisque luteis integris, a *Peucedano* margine mericarpiorum valde dilatato, ab eo et ab *Imperatoria* iterum raphe centrali lineari vel sublineari et fructu distincte quadrialato nec bialato differt. Caeterum hic character raphes centralis vel marginalis tantum genericus videtur nec ad tribus condendas sufficiens. — Crescit in monte Tauro.

4462. **PEUCEDANUM** *Linn.*

(*Peucedanum* et *Imperatoria* DC. Prodr. IV. 175–183. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 409. et 948.)

1. *P. (FERULA C. A. Meyer, Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 126. — Wlprs. l. c. 407. no. 2.) SESELOIDES Ldb. Flor. Rossic. II. 312.

2. *P. VAGINATUM Ldb. Flor. Altaic. I. 310. et Ic. flor. Ross. Alt. t. 308. — (Wlprs. l. c. 409. no. 7.) — Ldb. Flor. Rossic. II. 312. — *P. seseloides* Turczan. Bullet. de l'acad. de Mosc. XVII. 743. — *P. puberulum* Turczan. l. c.
β. pumilum: Caule tripollicari; fructibus dimidio fere minoribus.

3. *P. SALINUM Pall. in Willd. Herb. no. 5743. — Spr. Syst. veget. II. 10. — Ldb. l. c. 313. — *P. album* Spr. Geschichte der Bot. II. 200. — *P. microphyllum* Sm. in Rees's Cyclop. no. 11. — *P. humile* Turczan. l. c. 745. — *Athamantha (Libanotis* DC. Prodr. IV. 157. *tenuifolia* Willd. Herb. no. 5743. fol. 1–3. — *Selinum humile* Turczan. mss. — Gmel. Flor. Sibiric. I. 188. t. 14. (excl. synon.) — Crescit in Sibiria Altaica.

4. P. LATIVITTATUM Fisch. Mey. et Lallem. Linnaea XVIII. 212. — Cremocarpia pedicello longiora majuscula obovata, utrinque leviter emarginata, margine obtuso, vitta non latiore cincta. Mericarpia dorso quadrivittata, vittae spatio aequilato sejunctae, laterales latiores, leviter curvatae, mediae rectiusculae. Commissura bivittata, vittae superficiales rectae approximatae. ♃ — Crescit in Soongariae campis argillosis.

5. P. VARIUM Fisch. Mey. et Lallem. l. c. — Umbellarum dispositione *P. dissecto* Ledeb. simile, rami enim sunt terminati umbella primaria pluriradiata sessili obliqua aliisque umbellis (1–5) ramulo fultis, ad basin umbellae primariae orta illaque semper longiore. Cremocarpia pedicello paullo longiora, obovata vel elliptica, margine rotundato vallecularum latitudine cincta. Mericarpia vittis 4 fuscis superficialibus vallecula angustioribus variegata. Commissura bivittata, vittae superficiales rectae approximatae. Species ab affinibus *P. dissecto* et *P. elato* bene distincta. — Crescit in Soongaria campis argillosis.

6. P. ORIENTALE Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 309. — Caule elato, superne parce ramoso; foliis radicalibus petiolo longo tereti suffultis amplis quinquies pinnatisectis, laciniis multifido-setaceis, sub lente papilloso-asperis, foliis caulinis minoribus, vaginae amplae ovatae cucullatae amplexicauli striatae insidentibus, vaginis supremis etiam amplis, limbo minuto multifido terminatis; umbellis multiradiatis exinvolucratis; involucellorum phyllis minimis lanceolatis albo-marginatis mucronulatis; dentibus calycinis brevissimis obtusis; petalis albido-lutescentibus dorso late nervosis subemarginatis cum lacinula inflexa; stylis divergentibus stylopodio cupulari longioribus, fructu (e Tournefortio) oblongo-elliptico dorso convexo. ♃ — Haec planta propter petala non ut in *Ferulis* lutea subenervia integra convoluta, sed albido-lutescentia late nervosa apice emarginata ad *Peucedana* emendari debet. — *Ferula orientalis* Tournef. Voyage II. 379. (c. ic.) — Crescit in Armenia.

7. P. MACROCOLEUM Boiss. l. c. 310. — Glaberrimum: caule elato tereti striato, superne ramosissimo; foliis radicalibus petiolo brevi membranaceo suffultis, tri- aut quadriternato-compositis, laciniis rigidis elongatis lineari-subcylindricis, vaginis foliorum superiorum abbreviatorum amplissimis concavis induratis, par-

allele sulculosis, marginibus introflexis caulem involventibus; involucris nullis, involucellis nullis aut phyllis 2–3 minimis lanceolatis; dentibus calycinis brevibus ovatis; petalis flavescentibus dorso nervosis subemarginatis cum lacinula inflexa; pedicellis fructum longe ellipticum nitidum aequantibus, stylis deflexis stylopodium parvum conico-depressum paullo superantibus, jugis interioribus filiformibus tenuissimis, lateralibus in marginem albidum valleculis duplo angustiorem abeuntibus, vittis solitariis latis valleculas implentibus, commissuralibus binis. ♃ — Caulis 2–3-pedalis, folia semipedalia, laciniae ½–1-pollicares. Vaginae caulinae coriaceae, induratae 2 poll. longae, pollicem lata. Umbellae 7–8-radiatae. Fructus 3 lin. longus, sesquilineam latus. Species vaginis induratis nitidis insignis *P. orientali* valde affinis sed distincta laciniis foliorum multo crassioribus longioribusque rigidulis nec divaricatim patentibus. — In Persia ad Dalmkon.

8. **P. SCHLECHTENDALII** Boiss. l. c. 311. — Glaberrimum: caule elato laevi, superne subverticillatim ramoso; foliis radicalibus petiolo planiusculo suffultis amplissimis, ambitu oblongis quinquies pinnatisectis, laciniis multifidis setaceis divaricatis laevissimis, caulinis vagina laxa suffultis; involucris involucellisque nullis; dentibus calycinis brevissimis obtusis; pedicellis fructu oblongo paullo longioribus; stylopodio parvo conico-depresso undulato stylis deflexis eo multo longioribus coronato, jugis dorsalibus tenuibus vix prominentibus, lateralibus margini crassiusculo valleculis angustiori contiguis, vittis solitariis valleculas implentibus, commissuralibus binis. ♃ — *Polycyrtus cachroides* Schlchtd. Linnaea XVII. 126. — Wlprs. l. c. II. 939. — *Elaeorhytris**) *cachroides* Fnzl. in Russeg. Reise I. 958. t. 19. — *Dorema meifolium* Fnzl. Pl. nov. syriac. pugill. I. 18. — Wlprs. l. c. 408. no. 4. — Crescit in Kurdistaniae monte Gara.

9. **P. STENOCARPUM** Boiss. et Reuter l. c. 311. — Glaberrimum: caule tereti sulcato-striato; foliis radicalibus quaternatim ternato-compositis, foliolis linearibus longissimis, superioribus ternatis, foliis caulinis ad vaginas breviter multifidas reductis; umbellae radiis glabris; petalis flavescentibus emarginatis; pedicellis fructu sesquilongioribus; mericarpiis elliptico-linearibus, stylopodio conico stylis deflexis eo brevioribus coronato, jugis filiformibus elevatis, lateralibus margini valleculis latiore contiguis, valleculis univittatis, commissura bivittata. ♃ — Caulis 4–5-pedalis. *P. officinali* affine, sed ab eo egregie differt caule subsulcato et foliorum laciniis 3–4-pollicaribus. — Crescit in pascuis montium Hispaniae centralis prope Guadarrama Castellae novae.

10. **P. PETIOLARE** Boiss. l. c. 312. — Glabrum: caule elato subnudo tereti, superne ramosissimo; ramis elongatis: foliis inferioribus petiolo brevi dilatato suffultis biternato-compositis, laciniis longissimis petioliformibus cylindricis, intus medullosis junceis acutis; umbellis 3–6-, umbellulis 3–5-radiatis; involucris nullis, involucellis nullis aut foliolo unico lanceolato minimo deciduo constantibus; petalis flavescentibus dorso late nervosis, apice subemarginatis cum lacinula inflexa; fructu elliptico-lineari pedicello aequali vel paullo longiori, stylis stylopodium planum paullo superantibus, jugis dorsalibus filiformibus tenuissimis, lateralibus margini subincrassato valleculis paullo angustiori contiguis, vittis solitariis angustis, commissuralibus binis saepe mericarpio dimidio brevioribus. ♃ — *Ferula petiolaris* DC. l. c. 173. no. 17. — Crescit in montibus Seidkhodzi in Persia boreali.

---

*) *Flores polygami, umbellularum nunc omnes perfecti vel staminigeri, nunc centrales solum steriles. Calycis limbus quinquedentatus, dentibus aequalibus persistentibus. Corollae petala ovata curvata, apice subemarginato in lacinulam angustam subaequilongam inflexa. Fructus oblongus, sectione transversali teretiusculus, margine obsoleto cinctus, stylopodio primum disciformi, demum margine elevato crenato, circa stylos elongatos recurvos coarctato urceolari plicato coronatus, mericarpia semiteretia quinquejuga, jugis dorsalibus aequidistantibus filiformibus vix prominulis rotundatis, lateralibus obsoletioribus submarginantibus, valleculae univittatae, commissura 4–6-vittata, vittis dorsalibus maximis. Carpophorum.....? Semen subsemiteres antice convexiusculum carinatum.*

11. P. POLYSCIAS Boiss. l. c. 313. — Glaberrimum glaucum: caule tereti striato, alternatim a basi ramosissimo; ramis abbreviatis, iterum alternatim ramulosis; foliis radicalibus petiolo dilatato brevissimo suffultis quaternatim quinatimve ternato-compositis, laciniis longissimis petioliformibus rigidis cylindricis, intus medullosis junceis acutis glaucescentibus, caulinis infimis trifidis spinosis, caeteris ad vaginas lanceolatas cucullatas acuminatas cartilagineo-membranaceas ad ramorum ramulorumque dichotomias copiosissimas reductis; inflorescentia ob umbellas numerosas brevissime pedunculatas inter se approximatas subcapitato-corymbosa coarctata; umbellis 8–10-, umbellulis 12–20-radiatis, radiis abbreviatis nodisque inerassatis; involucris involucellisque subpentaphyllis, foliolis ovatis obtusis; petalis virescentibus carnosis, dorso obsolete lateque nervosis canaliculatis, apice inflexis; fructu auguste elliptico pedicello longiore, stylopodio conico-depresso stylis deflexis eo longioribus superato, jugis interioribus tenuissimis filiformibus, lateralibus in marginem valleculis plus dimidio angustiorem abeuntibus, vittis solitariis, commissuralibus binis, omnibus latis. ♃ — Caulis pedalis aut sesquipedalis, a basi alternatim ramosissimus, ramis inferioribus et superiorum pluribus abortivis et ad vaginas numerosissimas basilares rigidas acuminatas sese involventes reductis. Inflorescentia e ramulis brevissimis alternis constans coarctata multiumbellata. Folia radicalia pedalia laciniis strictis junceis pungentibus, extremis 2–4 poll. longis, lineam dimidiam diametro latis. Radii umbellarum ½ poll., pedicelli florum 2–4 lin. longi. Flores parvi pallidi lutei. Fructus parvus 2 lin. longus, lineae ½ latus brunneus, juga tenuissima parum prominula, margo angustus, valleculae latae. — In Persiae provincia Ghilanica.

12. P. CEPHALOTES Boiss. l. c. 314. — Glaberrimum glaucum: caule tereti striato, superne paniculato-ramoso; foliis radicalibus triternatim compositis, laciniis longis rigidis cylindricis petioliformibus, intus medullosis, caulinis ad vaginas reductis; umbellis exinvolucratis stellatim patentibus; umbellulis densissime globoso-capitatis; floribus subsessilibus; involucelli phyllis oblongis brevibus membranaceis: petalis parvis viridescentibus puberulis; fructu.....? ♃ — *Ferula peucedanifolia* Willd. — DC. l. c. 174. no. 251. — Crescit in Rossia australi et in Soongaria.

13. P. GRAMINIFOLIUM Boiss. l. c. 314 — Caule erecto elato folioso simplici striato glabrescente; foliis pinnatis, infimis brevibus bijugis, foliolis oblongo-lanceolatis, caulinis 1–3-jugis, foliolis late linearibus longissimis gramineis, subtus nervis anastomosantibus percursis, supremis indivisis e basi lineari subulatis convolutis; umbellis axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis; pedunculis radiisque angulatis pubescentibus, hisce valde inaequalibus; involucro nullo, involucelli foliolis quinque subulatis deflexis flores breviter pedicellatos superantibus; petalis albis vel roseis in lacinulam inflexam obtusam subcoarctatis; stylis deflexis: fructu.....? ♃ — Caulis 2–3-pedalis, laciniae foliorum gramineae semipedales vel etiam longiores, 2 lin. latae, folia suprema simplicia 2–3-pollicaria. — Crescit in Olympo Bithyno.

14. P. MEMBRANACEUM Boiss. l. c. 315. — Glaberrimum: caule tereti nudo dichotome ramoso; foliis radicalibus quadriternatisectis, costis elongatis divaricatis angulosis, superne sulcatis, parte inferiori nudis, segmentis remotiusculis, basi in petiolum attenuatis pinnatisectis trisectisve, laciniis lineari-cuneatis basi decurrentibus carnosulis, foliis caulinis ad vaginas breves ovatas late albo-membranaceas reductis; umbellis 6–9-radiatis; involucri phyllis ovatis praeter nervum medium in mucronem excurrentem omnino albo-membranaceis, umbellulis densis subglobosis; involucelli phyllis eis involucri conformibus rotundioribus pedicellos aequantibus; petalis albo-lutescentibus, nervo medio crasso percursis, apice subemarginatis cum lacinula inflexa, pedicellis non inerassatis fructu ovato cinereo sub lente papillari-scabrido brevioribus, stylopodio conico-depresso stylis recurvis eo triplo brevioribus coronato, mericarpiis dorso convexis, jugis filiformibus tenuissimis, lateralibus margini subincrassato valleculis angustiori

contiguis, valleculis anguste univittatis, commissura concaviuscula bivittata papillosa inter marginem et vittas utrinque canali profundiusculo percursa. ♃ — Planta ut videtur elata, caules crassitie pennae anserinae, folia ea *Laserpitii Gallici* quodammodo referentia, segmenta elongata cuneato-pinnatisecta saepe pollicem longa, 2–5 lin. lata, flores minimi flavescentes in umbellulas dense congesti parum aperti. Involucelli phylla 2½–3 lin. longa lataque. Fructus 2½ lin. longus, 1½ latus. Species involucri et involucelli forma distincta et habitu *Butiniam glaucescentem* referens. — Crescit in Persiae aridis prope Elamont.

15. **P. AUCHERI** Boiss. l. c. — Glaberrimum: caule tereti nudo elato, snperne ramoso; foliis radicalibus tri- vel quadriternatisectis, costis elongatis, basi nudis subteretibus, segmentis oblongo-cuneatis alternatim pinnatisectis incisisve, laciniis triangularibus acutis, foliis caulinis ad vaginam brevem scariosam reductis; umbellis 8–12-radiatis; involucri phyllis lanceolatis parvis membranacco-marginatis, involucelli conformibus pedunculis dimidio brevioribus; petalis albis obovatis late nervosis emarginatis cum lacinula inflexa; pedicellis non incrassatis fructu elliptico utrinque attenuato paullo longioribus, stylopodio conico-depresso stylis recurvis eo duplo longioribus superato; mericarpiis dorso convexis, jugis filiformibus prominulis, lateralibus margini angustissimo albido contiguis, commissura plana late bivittata, valleculis late univittatis. ♃ — Praecedenti quoad folia, faciem et characteres valde affine, sed praeter notas indicatas ab eo egregie distinctum foliorum minus coriaceorum costis non divaricatis nec sulcatis, involucelli phyllis membranaceis quidem sed brevioribus, magis herbaceis lineari-lanceolatis, petalis albis expansis fere triplo majoribus, ea *Pimpinellae Saxifragae* aequantibus, fructu formae diversae tres lin. longo, lineam lato, vittis latis fuscis jugisque albicantibus eleganter variegato. — In Persiae borealis monte Dalmkou.

4462/1. **EURYPTERA** *Nutt.*

(Nutt. mss. in Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 629. — Endl. Gen. pl. Suppl. I. p. 1413. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 358.)

1. **EU. LUCIDA** Nutt. mss. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 412.*) — Herba perennis glabra, radix tuberosa, folia omnia radicalia vel subradicalia simpliciter ternatisecta, diameter segmentorum pollicaris vel ultra, subcoriacea, patentim dentata, petioli basi late vaginantes. Pedunculus fructifer rigidus 8–10-pollicaris. Umbellae radii 10–14, involucrum nullum, involucellum unilaterale 6–7-partitum, segmenta lanceolata. Fructus longitudine latior, diameter 5 linearis, glaber nitidulus. Flores flavescentes. — Crescit in California.

4462/2. **XANTHOGALUM** *Lallem.*

(Lallem. in Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. VIII. 57. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 83. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 358.)

1. **X. PURPURASCENS** Lallem. l. c. — Herba glabra 3½–4½-pedalis. Caulis succo sulphureo spissiusculo scatens; folia infima 2–3-pinnata, pinnis acutis grosse serratis, lateralibus oblongo-ovatis, terminalibus lobatis. Pedunculi longi, umbella composita perfecta. Involucrum et involucellum aut nullum aut involucrum 1-, involucellum 1–6-phyllum. Corolla viridis, diametro 2–2½ linearum. Fructus 6–7 lin. longus, submaturus elegantissimus, disco splendente stylopodioque atro purpureis, jugis alisque roseis. ♃ — Crescit in Iberia ad Tschichisdwar.

4464/1. **LEFEBUREA** *A. Rich.*

(A. Rich. Ann. sc. natur. [2. Sér.] XIV. 260. t. 15. fig. 1. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 69. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 358.)

1. **L. ABYSSINICA** A. Rich. l. c. — Herba perennis, radice perpendiculari crassa alba carnosa, habitu ad *Ligusticum Levisticum* paullo accedens. Folia longe petiolata ternato-pinnatisecta, segmentis anguste lanceolatis acutissimis distanter serratis. Umbellae compositae multiradiatae, involucrum 5–6-phyllum, foliolis setaceis. Umbellulae multiradiatae, involucelli phylla plurima setacea. — Crescit in Abyssinia circa Hica in provincia Tigré.

4473. **PASTINACA** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 188. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 414. [excl. no. 4.])

1. P. MAZUREVSKII Kaleniczenko, Bullet. de l'acad. de Moscou XVIII. I. 232. — Caule sulcato parce hispidulo; foliis pinnatisectis, segmentis 3–5-jugis oblongo-ovatis pinnatifidis, pinnulis infimis grosse dentatis, summis vel simpliciter dentato-trisectis vel etiamque pinnatifidis acutis; involucri oligophylli foliolis tribus linearibus caducis; involucellis reflexis 4–5-phyllis capillaribus; fructibus ovato-orbiculatis glaberrimis. ♃ — Vittae commissurales clavatae magisque amplae quam dorsales. — Crescit in Ukrania ad radices montis Maschuka ad oppidulum Piatigorsk.

4473½. **LOPHOTAENIA** *Griseb.*

(Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I 377.)

Margo calycinus obsoletus. Petala flava, apice inflexo, obcordata. Fructus orbiculatus a dorso plano-compressus, apice emarginatus stylisque demum erectis coronatus, ala lata commissurali cinctus, jugis 5 primariis filiformibus, tribus mediis epispermiis, binis lateralibus mediae alae insertis semiorbicularibus, vittis solitariis, binis mediis abbreviatis, binis exterioribus filiformibus alae approximatis septatis, carpophoro bipartito, albumine antice plano. — Involucra nulla, involucella polyphylla.

1. L. AUREA Griseb. l. c. ☥ — Herba biennis pubescens: caule ramoso sulcato; foliis pinnatisectis, inferiorum segmentis ovato-rotundatis, omnium incisis serratisque; umbellis 3–5-radiatis; involucelli foliolis lineari-setaceis; petalis aureis. ♂ — *Heracleum aureum* Sbthrp. et Sm. Flor. Graec. t. 282. — *Pastinaca pimpinellifolia* Frivadsk. — *Pastinaca (Malabaila) rectistyla* Cesati, Linnaea XI. 321. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 414. no. 4.) — Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 334. — Crescit in Macedonia.

4474. **LEIOTULUS** *Ehrenberg*

deleatur, est enim:

L. ALEXANDRINUS Ehrenbrg. (DC. Prodr. IV. 669.) = MALABAILA PLATYPTERA Boiss.

4474. **MALABAILA** *Hoffm.*

(Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 333. — Hoffm. Umbellif. 125. t. 1. B. fig. 6. — *Leiotulus* Ehrnbrg. Linnaea IV. 400. — DC. Prodr. IV. 669. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 414.* — *Pastinacae* spec. no. 3. ex Wlprs. l. c.)

Calycis margo obsoletus. Petala ovata lutea, apice inflexa, dorso subcomplicato-canaliculata. Fructus a dorso plano-compressus, margine lato alato-membranaceo circumcirca tumido cinctus. Mericarpiorum juga tenuissima, tria intermedia aequidistantia, lateralia conspicue remota, parti inflatae marginis contigua. Valleculae univittatae, commissura bivittata, vittae subinaequales moniliformes lineares. Albumen complanatum.

(*Malabaila* Tausch (Flora (B. Z.) 1834. p. 356. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 425. — Endl. Gener. pl. no. 4537.) delenda esse videtur, quum ad *Hladnikiam* pertineat.)

1. M. (PASTINACA M. Bieb. Flor. Taur. Caucas. I. 237. — DC. Prodr. IV. 189. no. 7. — HERACLEUM Spr. Umbellif. I. 12. GRAVEOLENS Hoffm. Umbellif. 126. et 209. t. 1. B. fig. 6. — Boiss. l. c. 335. — Caule erecto sulcato, superne parce corymboso-ramoso; foliis cano-puberulis pinnatis 3–4-jugis, segmentis subsessilibus ovatis, basi obliquis sublobatis dentatis, caulinorum oblongo-lanceolatis; involucris subnullis, involucelli phyllis 3–4 lineari-setaceis; petalis ad medium dorsum extus breviter crispo-lanatis; pedicello fructum subsuperante ovatum apice emarginatum, stylis a basi divergenti-arcuatis marginaturam non superantibus, alae opacae utrinque diametro seminis paullo angustioris parte marginali incrassata alba, parte interna membranacea dimidio angustiori, vittis nullis abbreviatis, exterioribus arcuatis latioribus, commissura glabra. ♃ — Crescit in Transcaucasia.

2. M. (PASTINACA M. Bieb. l. c. I. 237. — DC. l. c. 190. no. 9.) PIMPINELLIFOLIA Hfflm. l. c. — Boiss. l. c. — Tota pubescenti-cana: caule erecto striato teretiusculo; foliis bipinnatisectis, segmentis oblongis pinnatifidis aut incisis, laciniis dentiformibus obtusis, foliorum summorum petiolo vaginante, limbo minimo; involucri involucellique phyllis 4-6 lanceolato-linearibus dimidiatis; petalis dorso extus hirtellis; fructu pedicello breviore ovato-orbiculato, apice emarginato puberulo, stylopodio cylindrico truncato, emarginaturam superante, stylis arcuato-divergentibus tenuissimis, alae utrinque diametro seminis angustioris parte marginali incrassata alba opaca parti internae pellucidae subaequilata, vittis vix abbreviatis, omnibus subaequilatis, commissura glabra. ♃ — In Transcaucasia.
3. M. PLATYPTERA Boiss. l. c. 336. — Tota pubescenti-cana: caule tereti striato parce ramoso; foliis omnibus breviter petiolatis pinnatisectis, segmentis oblongis pinnatifidis aut incisis, laciniis oblongis acute dentatis, supremorum lacinulis lanceolato-linearibus integris; involucri involucellique phyllis 3-5 setaceis brevibus; petalis fere glabris; fructu pedicello paullo breviori orbiculato emarginato nitido, ala utrinque diametro seminis latiori, parte marginali incrassata alba, interna vitreo-pellucida aequilata, stylopodio cylindrico cupulari emarginaturam aequante, stylis tenuibus reflexis, vittis non abbreviatis, exterioribus paullo latioribus, commissura glabra. ☉? — Planta 1-2-pedalis, folia etiam inferiora tantum 3-4-pollicaria, ambitu oblonga. — *Pastinaca Skahul* Russell. — DC. Prodr. IV. 189. no. 8. — *P. dissecta* Vent. — *Leiotulus Alexandrinus* Ehrenbrg. Linnaea IV. 400. — DC. Prodr. IV. 669. — In collibus Cariae, Syriae, Tauriae et in Aegypto.
4. M. AUCHERI Boiss. l. c. — Tota pubescenti-velutina: caule elato crasso ramoso tereti striato; foliis.....?; umbellis umbellulisque amplis multiradiatis; involucro submonophyllo, involucelli phyllis 5 lanceolatis abbreviatis; petalis glabris; pedicello fructu subduplo longiori; mericarpiis orbiculatis nitidis puberulis, apice emarginatis, emarginatura clausa, stylopodio cupulari a marginatura incluso, stylis tenuibus divergentibus emarginatura multo longioribus superato, alae utrinque diametro seminis latioris parte marginali incrassata alba, parte interna subpellucida paullo angustiori, vittis non abbreviatis, dorsalibus externis latioribus, commissura pubescente. ☉ — A praecedente differt pedicellis longioribus, fructus emarginatura clausa, stylis elongatis et commissura puberula. — Crescit in monte Keis prope Ispahan in Persia.
5. M. INVOLUCRATA Boiss. l. c. 337. — Tota pubescenti-cana: caule erecto sulcato, superne ramoso; foliis pinnatisectis, segmentis sessilibus ovatis rotundatis trilobis tripartitisve, lobis incisis obtuse dentatis, foliis caulinis superioribus vagina brevi suffultis, segmentis minimis acute dentatis; involucri involucellique phyllis 6-8 reflexis ovatis, extremitate setaceis ciliatis; petalis extus dorso medio crispo-lanatis; pedicellis fructu orbiculari-subobcordato glabro apice emarginato subbrevioribus; stylopodio cupulari incluso, stylis rectiusculis emarginaturam subsuperantibus, alae utrinque diametro seminis multo latioris parte marginali incrassata alba, parte interna pellucida dimidio angustiori, vittis non abbreviatis, dorsalibus externis paullo latioribus, commissura glabra. ♃ — Planta bipedalis, ab omnibus hujus generis speciebus differt involucro polyphyllo persistente. — *Peucedanum obtusifolium* Fl. Graec. — *Pastinaca obtusifolia* DC. Prodr. IV. 190. no. 10. — Crescit in Boeotia et in Ponto Euxino.
6. M. LASIOCARPA Boiss. l. c. — Tota crispulo-hirsuta: caule erecto sulcato, superne ramoso; foliis pinnatisectis, utrinque lanatis, segmentis ovatis sessilibus magis minusve profunde incisis dentatis; involucri involucellique phyllis 5-8 hirsutissimis lanceolato-setaceis deflexis parvis; petalis extus hirtis subpersistentibus; pedicellis fructu obcordato tomentello apice emarginato brevioribus, emarginatura clausa stylopodio amplo cupulari incluso, stylis rectiusculis emarginaturam superantibus, alae utrinque diametro seminis paullo latioris parte marginali incrassata, interna pellucida paullo angustiori, vittis non abbreviatis omnibus subaequilatis, commissura pubescente. ♃ — Pedalis et altior. — *Pastinaca dasyantha* C. Koch, Linnaea XVI. 359. — Crescit in Armenia.

7. M. BRACHYTAENIA Boiss. l. c. 338. Tota hirsuta grisea: foliis bipinnatisectis, segmentis multifidis; caule anguloso stricto, superne ramoso; involucri involucellique phyllis 5–6 lanceolatis brevissimis, pilis albis longis ciliatis; petalis basi extima excepta glabris; pedicello fructu obcordato tomentello emarginato rubello dimidio breviore, emarginatura clausa, stylopodio amplo cupulari incluso, stylis rectis emarginaturam superantibus, alae omnino pellucidae parte exteriori non inflata, interiori aequilata, vittis omnibus subaequilatis abbreviatis semine triplo brevioribus, commissura glabra. ♃ — A praecedente differt commissura glabra, ab omnibus vittis valde abbreviatis. — Crescit in Persia.

8. M. ABYSSINICA Boiss. l. c. — Caulibus teretibus asperis virgatis striatis, superne parce ramosis; foliis ambitu lanceolatis pinnatis tomentellis, segmentis sessilibus ovatis subcuneatis acute incisis, foliorum superiorum terminali lanceolato; umbellis pauciradiatis, radiis pedicellisque hispido-glandulosis; involucri involucellique phyllis paucis setaceis minimis; petalis extus hirtellis; fructu obovato elliptico, pedicello suo sublongiore, apice leviter emarginato, stylis terminalibus divergentibus tenuibus elongatis, alae opacae seminis diametro multo angustioris parte marginali subincrassata, parti internae subaequilata, vittis omnibus subaequilatis, nullis abbreviatis, commissura glabra. ♃ — Fructus 4–5 lin. longus, 3 lin. latus. — Crescit in Abyssiniae monte Scholoda.

4474/1. STENOTAENIA *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 339.)

Calycis margo minutissime quinquedentatus. Petala suborbiculata flava subemarginata in lacinulam inflexam ovatam coarctata, subtus puberula. Fructus a latere plano-compressus pubescens, stylopodio cyathiformi depresso lobulato stylisque divergentibus elongatis coronatus, ala lata cinctus. Mericarpia quinquejuga, jugis intermediis filiformibus tenuissimis vix perspicuis, lateralibus distantibus, margini alae laevi vix inflato contiguis. Vittae tenuissimae subflexuosae saepe abbreviatae superficiales, in valleculis ternae, in commissura sex. Semen complanatum. — Herbae Persicae pubescentes habitu *Tordylii* vel *Malabailae:* floribus magnis aureis, umbellis pauciradiatis; foliis pinnatisectis; involucris involucellisque nullis.

1. ST. TORDYLIOIDES Boiss. l. c. — Tota tomento brevi obsita: caule erecto ramoso parce folioso tereti striato; foliis inferioribus breviter petiolatis pinnatis 4–5-jugis, segmentis sessilibus, basi truncatis ovatis acute dentatis, terminali integro, foliis superioribus ad vaginam lanceolatam reductis; involucro involucellisque nullis; umbellis 2–3, umbellulis 6–8 inaequaliter radiatis, radiis, pedicellis ovariisque tomentosis; petalis flavis, extus hirtis; pedicellis non incrassatis fructu ovato puberulo vix longioribus; stylopodio depresso stylis divergentibus eo multo longioribus superato, alae utrinque seminis diametro triplo angustioris margine subinflato opaco, parte interna subpellucida angustiori, jugis interioribus filiformibus tenuissimis, vix perspicuis, vittis in vallecula tribus tenuissimis, intermedia seminis basin attingente, lateralibus dimidio brevioribus, commissura sexvittata, vittis flexuosis semine vix brevioribus, basin versus saepe interruptis. ♃? — Caulis tripedalis crassitie pennae anserinae, totus tomentellus, folia ambitu lanceolata, cum pedicello semipedalia, segmenta 9–12 lin. longa, flores intense aurei. — Crescit in Persia.

2. ST. NUDICAULIS Boiss. l. c. 340. — Tota breviter puberula: caule erecto subsimplici tenui tereti, parce ramoso; foliis omnibus radicalibus pinnatis 2–3-jugis, segmentis sessilibus, basi truncatis ovatis acute dentatis, terminali trilobo; foliis caulinis ad vaginas lineares reductis; involucris involucellisque nullis; umbellis 2–3, umbellulis 6–8, radiis inaequalibus puberulis; fructu elliptico-obovato, pedicello longiore puberulo, stylopodio depresso, stylis eo longioribus superato, alae utrinque diametro seminis dimidio angustioris parte marginali subincrassata, internae pellucidae subaequilata, jugis subobsoletis, valleculis trivittatis

vittis intermediis semine longioribus, commissurae sexvittatae vittis flexuosis semini aequilongis. 2|. — Folia cum petiolo 1½–2-pollicaria, segmenta semipollicaria, caulis pedalis nudus, flores quam praecedentis paullo majores. — Crescit in Persia boreali in monte Elamout.

4476. **SYMPHYOLOMA** *C. A. Mey.*

(C. A. Mey. Verzeichn. der Pflnzn. am Caucas. 127.)

1. S. **GRAVEOLENS** C. A. Mey. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 414.*) — Herba humilis: foliorum segmenta 3–5 suborbiculata; involucra nulla; petala rubella; fructus structura quam maxime singularis, mericarpia enim plano commissurali nullibi cohaerent, neque carpophori et vestigium quidem invenitur, sed marginibus suis mericarpia invicem arctissime connata sunt. — Accuratior speciei descriptio desideratur. — Crescit in alpibus Caucasi orientalis Tufandagh.

4477. **HERACLEUM** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 191. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 415. et 939.)

1. H. *(Euheracleum)* **PLATYTAENIUM** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 331. — Foliis tomento adpressissimo arachnoideo hypoleucis maximis ternatis, segmentis petiolatis cordatis vel segmentorum latere interno decurrente profunde tripartitis, segmentis lateralibus subpalmatilobatis, superiori profunde trilobo, lobis rotundatis obtusissimis obsoletissime dentatis; caule, petiolis radiisque molliter et longe barbatis; petalis albis radiantibus; involucri phyllis linearibus minimis, involucelli phyllis lineari-setaceis radios subaequantibus; ovariis pubescentibus; fructibus puberulis maximis obcordatis, vittis latissimis saccatis, dorsalibus fructus longitudinis ⅔ attingentibus, commissuralibus fructu dimidio brevioribus vix divergentibus. ♂ — Planta speciosa 4–5-pedalis nullo modo aspera, sed papillis elongatis mollibus, demum detersilibus barbata. Foliorum segmenta saepe 7–8 pollices longa lataque. Mericarpia sex lineas longa, saepe 4 et amplius lata. Vittae basi lineae ¾ latae. Ab *H. Pyrenaico* foliis imis non indivisis, foliorum lobis rotundatis, ab *H. aspero* pubescentia molli et lobis foliorum non acutis, ab omnibus foliorum margine obtusissime et obsolete crenato fructibusque totius generis maximis obcordatis vittisque latissimis distinctum. — Crescit in Lydiae regione montana.

2. H. **LASIOPETALUM** Boiss. l. c. 332. — Caule erecto, papillis brevibus latis copiosis obsito vix scabro angulato-striato; foliis longe petiolatis cordatis ovatis indivisis aut vix ad quintam partem usque palmato-lobatis, lobis obtuse dentatis, petiolis valde papillosis, limbo utrinque parce et breviter papillari, foliis caulinis supremis ad vaginam angustam et limbum parvum rotundatum palmatilobum reductis; involucri involucellique phyllis lanceolatis brevibus; radiis pedicellisque densissime papilloso-tomentosis; petalis non radiantibus extus villosissimis; fructu pedicello suo breviori dense papilloso-tomentoso obovato, vittis dorsalibus filiformibus subobliteratis, semen dimidium vix superantibus, commissuralibus albuminis ⅔ aequantibus, mericarpiorum margine subdenticulato. ♂ — Petioli pedales, limbus 5–6-pollicaris, fructus 3–4 lineas longus, 3 lineas latus. — Crescit in Persiae monte Zerdkou.

3. H. **APIIFOLIUM** Boiss. l. c. — Radice verticali subfusiformi; caule humili simplici aut parce ramoso, inferne glabro tereti, superne angulato puberulo; foliis glabris, inferioribus pinnatis bijugis, partitionibus breviter petiolulatis simplicibus aut iterum tripartitis, segmentis ovatis oblongisve obtuse incisis, foliorum superiorum vagina inflata brevi, limbi parvi laciniis oblongo-lanceolatis acute dentatis; involucro nullo, involucelli phyllis triangularibus minimis; petalis albis vix radiantibus, extus puberulis; fructu ovato oblongo sub lente parce et brevissime puberulo, apice vix emarginato; stylopodio stylis longis deflexis superato, vittis dorsalibus quatuor mericarpii ¾ aut ⅔ longitudinis aequantibus, commissuralibus binis brevissimis. ♂ — Caulis sesquipedalis, folia cum petiolo 2–3-pollicaria, mericarpia vix 2 lineas longa. — Crescit in Armenia prope Erzerum.

4. H. HYPOLEUCUM Visiani, Linnaea XVIII. 512. et Illustrazione delle piante nuove o rare II. 25. — Foliis obtuse pinnatilobatis, lobis 3–5, infimis sessilibus, caeteris decurrentibus, duplicato-dentatis, dentibus apiculatis, subtus cano-tomentosis, supra glabris; caule petiolisque striatis canescentibus; involucro nullo, involucelli dimidiati phyllis lanceolato-acuminatis radiolis multo brevioribus; fructibus obovato-ellipticis glabris, dorso 4–5-vittatis, vittis aequidistantibus linearibus, commissura lineari bivittata. ♂ — Crescit in Nepalia.

5. H. DULCE Fisch. Linnaea XVIII. 221. † — Foliis supra laevibus, subtus mediocriter pubescentibus, nervis hirtellis, inferioribus omnibus ternatis aut paucis pinnatis bijugis, pinnis infimis suborbicularibus subpalmatifidis, intermediis sessilibus, terminali orbiculari palmatifida, lobis plerumque semiellipticis acuminatissimis, se invicem subimbricantibus; radiis umbellae laevibus; ovariis villosis aut pilosulis; carpellis obovatis inermibus, stylopodio late marginato stylisque breviusculis (coronatis, vittis gracilibus, dorsalibus filiformibus, pericarpium dimidium percurrentibus, commissuralibus vix ad medium usque protractis. ♃ vel ♂ — *H. dissectum* Hort. Petrop. — *H. Sphondylium* Cham. et Schlchtd. Linnaea I. 394. (non L.) — *H. lanatum* Bngrd. Veg. Sitcha. — Crescit in Kamtschatka, Sitcha.

6. H. CLAUSII Ldb. Flor. Rossic. II. 323. — Foliis utrinque molliter pubescentibus pinnatisectis, segmentis varie inciso-lobatis pinnatifidisve vel integriusculis, obtuse crenato-dentatis; caule pubescente, basin versus pubescenti-hispidulo; umbellis radiantibus?; ovariis.....?; fructibus orbiculatis emarginatis glabris, vittis linearibus, dorsalibus aut aequilongis aut interioribus brevioribus rectiusculis, exterioribus eximie curvatis, ¾ mericarpii excedentibus, commissuralibus duabus maxima ex parte parallelis, ⅔ mericarpii aequantibus. ♂ — *H. Sphondylium* Claus, Ind. des. in Goebel, Reise II. 276. — Crescit in deserto Caspio circa Tschaptschatschi.

7. H. BREVIVITTATUM Ldb. l. c. 324. — Foliis supra glabris, subtus pubescentibus, tri- vel pinnatisectis, segmentis 3–7 grosse et inaequaliter inciso-serratis obtusiusculis, paris infimi petiolulatis subcordatis trifidis vel ovatis indivisis, intermedii (dum adest) sessilibus subdimidiato-ovatis subbilobis, supremi ovatis terminalique basi cuneato-indivisis vel in unum trifidum petiolulatum basi longe cuneatum connatis; fructibus elliptico-subobovatis emarginatis glabris, vittis dorsalibus subclavatis, interioribus sublongioribus dimidio mericarpio brevioribus, commissuralibus obsoletis. ♂ — Ad *H. Persicum* Dsf. et *Wilhelmsii* Fisch. et Lallem. proxime accedit, sed foliis minus dissectis, laciniis obtusiusculis nec longe acuminatis, superficie fructus et vittis abunde differt. — Crescit in Rossiae provinciis Caucasicis.

8. H. *(Wendtia)* INTERMEDIUM Ldb. Flor. Rossic. II. 328. — Caule inferne glabro, versus apicem hirto; foliis utrinque glabris pinnatisectis, segmentis quinis grosse et obtuse serratis aut omnibus integris, rarius 2–3-fidis aut terminali saepius inciso vel 2–3-fido, radicalium et caulinorum infimorum petiolo insidentium orbiculato-ovatis vel ovatis, summorum vaginae arcte insidentium ovato-lanceolatis oblongisve acuminatis, vaginis dilatatis late ellipticis, apice subauriculatis, suprema subaphylla; umbellis longe radiantibus; fructibus (immaturis) ellipticis villosulis, vittis....? ♂ — *H. chorodano* et *Austriaco* affine. — In pratis Imeretiae.

9. H. HUMILE Sibthrp. mss. ex Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 333. — Radice fusiformi elongata; caulibus humilibus simplicibus vel parce ramosis; foliis magis minusve pubescentibus, ambitu lanceolatis, pinnatis 3–4-jugis, segmentis ovato-rotundatis, infimis saepe petiolulatis tripartitis, caeteris sessilibus obtusiuscule dentatis, foliorum superiorum vagina ampla ovata, apice truncata, limbi parvi pinnatisecti laciniis triangulari-lanceolatis acutis, acute incisis, foliorum summorum limbo simplici setaceo; involucris nullis; umbellis 5–6-radiatis; involucelli phyllis lineari-setaceis pedicello brevioribus; petalis albis rotundatis vix radiantibus; fructu ovato subpendulo pedicello ei aequilongo suffulto parce et

breviter sub lente puberulo, stylis stylopodio longioribus, vittis dorsalibus quatuor sacciformibus latis fructu triplo brevioribus, commissuralibus nullis. ♂ — Crescit in omni regione superiore Olympi.

4477/1. **SYNELCOSCIADIUM** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 345.)

Calycis margo quinquedentatus, dentibus valde inaequalibus lanceolatis acutis, demum deciduis. Petala hirsuta obovata, basin versus lateraliter in lacinulam corniculatam coarctata, marginalia radiantia valde inaequaliter bifida. Fructus a dorso plano-compressus, disco subconvexus adpresse strigosus, margine lato plano cinctus suborbiculatus. Stylopodium conicum bipartitum in stylos induratos rectos subdivergentes attenuatum. Juga quinque filiformia obsoletissima, interna aequidistantia, lateralia remota margini contigua. Vittae omnes filiformes in valleculis solitariae, laterales latiores. Commissura ad medium bivittata, inter vittas longitudinaliter elevato-carinata. Semen antice planum. Carpophorum bipartitum. — Herba Syriaca annua tota strigosa: foliis pinnatisectis; floribus albis parvis subsessilibus; radiis umbellae valde inaequalibus pedicellisque post anthesin valde incrassatis contràctisque, habitu *Tordylii*.

1. *S. (HERACLEUM Labill. Decad. pl. Syr. V. t. 1.) CARMELI Boiss. l. c. 346. — Haec planta radice annua et habitu toto ab *Heracleo* abhorrens ab eo praeterea generice differt petalorum forma, quae ut in *Tordylio* prope basin contracta nec apice emarginato-biloba sunt, vittis filiformibus et continuis nec elevatis et abbreviatis et stylorum forma; a *Tordylio*, cujus faciem et petala habet, discrepat margine fructus coriaceo planissimo nec substantia spongiosa inflato rugoso, petalis hispidis nec glabris et stylis induratis; *Trigonosciadium* denique differt calycis dentibus nullis, petalis aequaliter bipartitis non radiantibus, habituque plane diverso. ⊙ — Crescit in Syriae monte Carmel.

4478. **ZOZIMIA** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 195. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 416.*)

1. Z. TRAGIOIDES Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 341. † — Tota puberula: rhizomate vaginis emarcidis foliorum vetustorum vestito; caulibus petiolo rigidiusculo insidentibus, ambitu lanceolato-linearibus pinnatis 3-1-jugis, jugis infimis remotis, segmentis subsessilibus orbiculatis, varie lobatis, acute incisis, terminali trilobo, foliis caulinis diminutis, involucri involucellique phyllis quinque lanceolato-linearibus dimidiatis; umbellis 3-6, umbellulis 6-10-radiatis; petalis albis; fructu pedicellum aequante ovato, apice obsoletissime emarginato, stylopodio depresso stylis deflexis eo multo longioribus coronato, vittis vallecula paullo angustioribus, alae utrinque seminis diametro paullo angustioris marginis subinflato parti internae aequilato. ♃ — Caulis 1-1½-pedalis, folia cum petiolo 3-4-pollicaria, segmenta 3-4 lineas longa et lata. — Crescit in Persia.

4478/1. **DUCROSIA** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. nat. [3. Sér.] I. 341.)

Calycis margo quinquedentatus. Petala alba integra obovata cum lacinula inflexa, extus puberula. Fructus a dorso plano-compressus hirtellus, margine tumido laevi cinctus. Stylopodium depressum margine plicato-lobulatum, stylis deflexis superatum. Mericarpia quinquejuga, jugis tenuissimis, omnibus aequidistantibus, lateralibus margini tumido contiguis. Vittae omnes continuae, inter se aequales, in valleculis solitariae aequidisn tantes, commissurales binae arcuatae, margini tumido contiguae. Semes complanatum margini continuum. — Herbae Persicae biennes aut perennee glabrescentes glaucescentes: caulibus humilibus parce ramosis; foliis longs petiolatis ambitu ovato-rotundatis carnosulis vel pinnatisectis; involucri-involucellisque 6-7-phyllis; petalis albis non radiantibus.

1. D. ZOZIMIA DC. Prodr. IV. 195. ANETHIFOLIA Boiss. l. c. — Foliis petiolatis, ambitu ovato-rotundatis trilobis, segmentis lateralibus sessilibus, terminali petiolato, omnibus a basi multifidis decompositis, laciniis linearibus acutis. ♂ — Crescit in Persia circa Teheran et Ispahan.

2. D. FLABELLIFOLIA Boiss. l. c. — Foliis petiolatis, infimis tripartitis, lobis cuneatis, lateralibus sessilibus, terminali petiolato saepe trilobo, omnibus acute incisis, superioribus basi truncatis cuneiformibusve rotundatis subflabelliformibus, magis minusve profunde 3–5-lobis indivisisve, margine mucronato-dentatis. ♂ — Caulis subsemipedalis striatus simplex aut umbella una alterave laterali instructus, folia fere omnia radicalia, petiolo ½–1-pollicari instructa, limbus coriaceus glaber, divisione sua dissimilis, in foliis inferioribus tripartitus, in superioribus integer aut lobatus, diametro 6–9 lineari. Involucri et involucelli phylla 5–7 brevia, e basi lanceolata setacea. Umbellae et umbellulae 13–15-radiatae, pedicelli tenues floribus vix longiores, fructus juniores tomentosi, stylopodium depressum breve, stylis deflexis eoque longioribus superatum. — Crescit inter Bagdad et Aleppo, in desertis Assyricis.

4480. JOHRENIA *DC.*

(DC. Prodr. IV. 196. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 416. [exclus. no. 1.])

1. J. DICHOTOMA DC. l. c.* — Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) I. 304. † (emend.) — Caule elato tereti stricto dichotome ramoso; foliis caulinis petiolo brevi plano suffultis, ambitu triangulari-oblongis bipinnatipartitis, partitionibus petiolatis inter se remotis, segmentis petiolatis linearibus 2–3-partitis indivisisque, foliis superioribus ad vaginas reductis; umbellis breviter pedunculatis inaequaliter 5–8-radiatis exinvolucratis, fructiferis contractis, umbellulis paucifloris; involucelli phyllis paucis lanceolatis pedicellos aequantibus; petalis intense flavis; pedicellis fructus longitudinis, fructiferis non incrassatis; fructu oblongo ovatove dorso convexo, stylopodio depresso-conico stylisque deflexis eo brevioribus coronato, mericarpiis maturis propter pericarpium valde spongiosum dorso convexis, area centrali a margine demum indistincta, jugis filiformibus sulculo a valleculis prominentibus occultato tantum notatis, dorsalibus anguste vittiferis, lateralibus saepius evittatis, commissura concava, a basi ad apicem linea elevata percursa, secus eam utrinque sulcata, canali inani angusto inter albumen et commissuram mediam. ♃ — Planta 3–4-pedalis, folia inferiora cum petiolo fere semipedalia, segmenta semipollicaria ½–1 lineam lata. Inflorescentia et flores fere *Foeniculi piperiti*, fructus ob naturam spongiosam pericarpii magnitudine valde varius vel oblongo cylindricus est apice subtruncatus tres lineas longus vel breviter ovatus vix 2 lineas longus. In mericarpiis immaturis area centralis depressa plana nigrescens a margine albo elevato distincta apparet, sic cl. Candolle viderat et descripserat, sed tandem haec area inflatur, in qua loco jugorum dorsalium vittae tres tenues rufescentes subexcavatae apparent, juga lateralia indistincta sunt, saepius evittata, rarius vitta abbreviata indicata. — Crescit in monte Libano et in Lydiae regione montana inferiore.

2. J. GRAECA Boiss. et Sprunn. l. c. 305. — Caule tereti striato nudo, a basi ramosissime et divaricatim dichotomo; foliis omnibus radicalibus petiolatis, ambitu lanceolatis bipinnatisectis, partitionibus oblongis sessilibus, segmentis abbreviatis in 3–5 lacinias oblongo-lineares partitis, foliis caulinis infimis pinnatis bijugis, segmentis indivisis lineari-lanceolatis elongatis mucronulatis, supremis ad vaginam elongatam acutam reductis; umbellis axillaribus inaequaliter 4–5-radiatis exinvolucratis; involucelli phyllis 2–3 acutis pedunculos aequantibus; umbellulis pauciradiatis; pedicellis flores aequantibus; petalis pallide flavis; fructu pedicellum aequante parvo oblongo, stylopodio depresso-conico stylisque stylopodium aequantibus deflexis coronato, mericarpiis convexiusculis (non omnino maturis) area centrali paullo depressiori margineque albo inflato donatis, jugis tenuissimis obsolete vittiferis, lateralibus obsoletis, commissura concaviuscula linea media longitudinali elevata percursa. ♃ — Affinis praecedenti, sed distincta caule a basi

nec superne tantum divaricatim ramoso, foliis ob partitiones inferiores sessiles ambitu lanceolatis nec triangularibus, laciniis brevioribus, caulinis fere omnibus ad vaginas reductis, umbellis umbellulisque paucifloris, petalis pallidius flavis, stylis longioribus et imprimis fructu multo minori vix sesquilineam longo, commissura planiuscula. Vittae forsan ob maturationem non perfectam mericarpiorum, obsoletissimae sunt et gummi irregulariter e variis locis areae centralis exsudare videtur. — *Seseli tortuosum* Sibthrp. et Sm. nec Linn. — Crescit in parte orientali montis Hymetti versus promontorium Sunium in Attica.

3. J. CANDOLLEI Boiss. l. c. 306. — Caule erecto valde striato-angulato, superne corymboso-paniculato; foliis radicalibus petiolatis pinnatisectis, ambitu lanceolatis 4-5-jugis, segmentis sessilibus ovato-oblongis bipinnatipartitis, lobis linearibus, foliis caulinis superioribus vagina brevi membranacea suffultis paucilobis, lobis lineari-setaceis; umbellis longe pedunculatis inaequaliter 12-14-radiatis; involucri phyllis 1-2 a basi dilatata membranacea cuspidatis, involucelli phyllis 5-7 lanceolato-linearibus deflexis pedicellos non aequantibus; petalis intense flavis; fructu pedicellum aequante ovato, stylopodio plano patellari stylisque horizontalibus eo subaequilongis coronato, immaturo area dorsali depressa nigricante margineque albo donato, mericarpiorum maturorum jugis quinque corticosis obtusis valde prominentibus, exterioribus marginantibus, valleculis profundis, vittis quinque latis pellucidis jugorum carinam occupantibus eorumque basin non attingentibus, commissura concaviuscula puberula, linea elevatiori notata. ♃ — *Ferula paucijuga* DC. Prodr. IV. 171. no. 2. — Crescit in Persiae borealis monte Badalan.

4. J. PERSICA Boiss. l. c. — Caule erecto striato nudo, fere a basi strictiuscule ramosissimo; foliis radicalibus ambitu late oblongo-lanceolatis bipinnatisectis, jugis remotis, segmentis basi cuneatis in 3-5 lacinias late lineares elongatas partitis, anguste albo-marginatis, foliorum superiorum pinnatisectorum laciniis paucis, supremis indivisis; umbellis exinvolucratis subinaequaliter 6-9-radiatis; involucelli phyllis 5-9 oblongis late membranaceis brevissimis; pedicello fructu oblongo paullo longiori, stylopodio conico-depresso margine undulato stylis deflexis eo longioribus superato, jugis quinque subaequidistantibus late vittiferis prominentibus. ♃ — Caules 1-1½-pedales, folia infima semipedalia, segmenta 6-10 lineas longa, 2-4 lineas lata. — Crescit in Persia.

5. J. MEYERI Boiss. l. c. 307. — Caule tereti elato nudo dichotome et stricte ramoso; foliis radicalibus petiolatis, ambitu oblongo-lanceolatis bipinnatisectis, jugis inferioribus remotis, segmentis pinnatifidis, lobis linearibus abbreviatis, foliis caulinis superioribus ad vaginas reductis; umbellis axillaribus exinvolucratis inaequaliter 3-5-radiatis, radiis strictis, demum contractis; involucelli phyllis paucis lineari-setaceis; umbellis paucifloris; petalis intense flavis; pedicellis fructiferis non incrassatis fructu brevioribus; fructu a dorso complanato oblongo, stylopodio conico-depresso, margine undulato stylisque deflexis eo paullo longioribus coronato, jugis quinque subaequidistantibus vitta dorsali sua tantum prominentibus, lateralibus margini albido vix inflato contiguis, valleculis planis, commissura planiuscula. ♃ — Caulis bipedalis tenuis ramosissimus, folia *Seseleos montani*, flores et inflorescentia *Johr. dichotomae* aut *Graecae*. Fructus eis praecedentium major complanatus 3½ lineas longus, 2 et amplius latus, juga etiam in mericarpiis maturissimis et plano superficiali fructus nisi vitta sua dorsali prominent, lateralia non ut in *J. Candollei* margini ipsi imposita sunt, sed ei contigua, valleculae planae. — *Ferula seseloides* C. A. Meyer, Verz. der Pflnzn. am Caucas. 126. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 407. no. 2. — Crescit in monte Beschbarmak, Talysch, in aridis Ghilanicis et alibi in Persia.

6. J. PLATYCARPA Boiss. l. c. 308. — Caule humili, a basi dichotome ramoso divaricato; foliis inferioribus.....?, caulinis infimis rigidis linearibus pinnatim 3-5-partitis, laciniis abbreviatis angustis; umbellis exinvolucratis inaequaliter 3-5-radiatis; umbellulis 3-4-floris; involucelli phyllis 1-2 minutis saepe obso-

letis; pedicello fructu triplo breviore; fructu valde complanato suborbiculari-ovato stylopodio conico depresso margine undulato stylisque deflexis eo brevioribus coronato, mericarpiorum planorum jugis quinque aequidistantibus, vitta dorsali sua tantum prominentibus, lateralibus margini subinflato dilatato contiguis, commissura plana. 2 — Planta ½–1-pedalis, a basi ramosissima, flores minuti, mericarpia fere *Peucedani*, 4 lineas longa, 3 lineas lata. Ab omnibus hujus generis speciebus fructus forma et ejus margine valde dilatato, intervallo vittarum latiore distinctissima. — Crescit in Persiae monte Elbourz.

4481. HASSELQUISTIA *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 197. [excl. spec. no. 2.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 416.*)

1. H. LANATA Boiss. Ann. sc. natur. 3. Sér.) I. 347. — Annua, tota densissime albo-lanata: caule erecto parce ramoso flexuoso folioso; foliis petiolatis, ambitu oblongis pinnatipartitis, partitionibus inferioribus longioribus iterum pinnatipartitis, superioribus indivisis, segmentis sessilibus decurrentibus ovatis lobatis, lobis obtusiuscule dentatis, foliorum superiorum petiolo brevi vaginante, segmentis minoribus angustioribus magis dissectis; umbellis axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis aequaliter 5–9-radiatis; involucri involucellique phyllis 2–3 minimis setaceis, demum deciduis; petalis albis puberulis valde radiantibus; dentibus calycinis triangularibus brevissimis; pedicellis fructiferis non incrassatis, fructu brevioribus; fructibus dimorphis tuberculis minutissimis papillisque crassioribus rotundatis sparsis asperis, internis urceolatis, externis planis ovato-orbiculatis, apice minute emarginatis, stylopodio cupulari lobulato minimo stylis eo brevioribus superato, jugis filiformibus fere obsoletis, alae semen cingentis eoque utrinque subaequilatae parte interna subdiaphana, externa paullo latiori incrassata transverse rugosa, vittis angustis semini subaequilongis, commissuralibus approximatis lineae commissurali mediae elevatae contiguis. ☉ — Planta 1½–2-pedalis. Caulis simplex vel dichotome ramosus, supra dichotomias incurvo-flexuosus. Foliorum limbus 4–6 pollices longus, partitiones inferiores 1-sesquipollicares, segmenta 5–6 lineas longa. Flores magnitudine eorum *Condylocarpi Apuli*. Fructus eo *H. Aegyptiacae* paullo minor, tres lineas longus. Species indumento et foliorum forma distinctissima. — Crescit in Caria.

4481/1. AINSWORTHIA *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 343.)

Calycis margo obsoletus. Petala rotundata, lateraliter prope basin in lacinulam minimam corniculaeformem coarctata, lateralia valde radiantia. Fructus a dorso plano-compressus, margine incrassato circulari laevi cinctus, mericarpia quinquejuga, jugis filiformibus aequidistantibus, lateralibus margini dilatato contiguis. Vittae in valleculis solitariae latiusculae, commissurales binae, centrales inter se approximatae. Commissura ad medium tenuissime in carinam elevata. Semen complanatum margini contiguum. — Herba orientalis? habitu *Tordylii*, foliis cordatis ovatis indivisis aut trilobis.

1. AI. (HASSELQUISTIA Linn. fil. Suppl. 179. — DC. Prodr. IV. 197. no. 2. — Jcq. Hort. Vindobon. t. 193.) CORDATA Boiss. l. c. l. c. — Herba annua, tota pilis deflexis adpressis scabrida. Caulis elatus ramosus angulato-striatus. Folia inferiora breviter petiolata cordato-ovata rotundato-crenata, superiora tripartita, lobis lateralibus sessilibus ovatis, terminali petiolulato cuneato, suprema minora subtriloba. Involucri phylla numerosa setacea deflexa strigosa, involucelli setacea flores aequantia aut superantia. Flores interiores pedicello eis duplo, exteriores quadruplo longiore suffulti. Petala umbellae exteriora valde radiantia obovata rotundata. Mericarpia suborbiculata apice et etiam basi minute emarginata 2 lineas longa sesquilineam aut paullo amplius lata. Stylopodium emarginatura dimidio brevius, stylis deflexis eo multo longioribus superatum, facies dorsalis papillis verruculosis sparsis sub lente obsita. Margo laevis glaber al-

bumine dimidio angustior, vittae omnes albumini aequilongae, dorsales interiores et commissurales rectae, dorsales externae arcuatae, commissura plana sed ad medium elevato-carinata et sic fructus maturus subtetrapterus. — *Tordylium cordatum* Poir. Diction. VII. 712. — Crescit in Oriente.

4481/2. **TRIGONOSCIADIUM** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] I. 344.)

Calycis margo obsoletus. Petala obcordata profunde et aequaliter bipartita, cum lacinula lata obtusa inflexa, vix radiantia. Stylopodium parvum patellare lobulatum, in fructu fere obsoletum. Fructus a dorso plano-compressus tomentellus. Mericarpia suborbiculata, margine lato membranaceo utrinque semini aequilato ad peripheriam subincrassato instructa, apice emarginata, stylis a basi conica cylindricis induratis erectis conniventibus hirtellis emarginaturam multo superantibus superata. Juga quinque obsoletissima filiformia acquidistantia, externa remota, margini medio posita. Vittae omnes filiformes in valleculis solitariae, saepe abbreviatae, laterales latiores. Commissura plana hirtella, ad medium bivittata. Carpophorum ad basin usque bipartitum. Albumen antice planum. — Herba Mesopotamica annua: radice tuberosa; caule triquetro, habitu *Tordylii.*

1. TR. TUBEROSUM Boiss. l. c. 345. — Radix oblonga tuberosa fibrillas edens. Tota planta pilis brevibus hirtella scabriuscula. Caulis pedalis, basi teres striatus, sed parte foliosa acute trigonus, crassitie pennae anserinae, superne parce et dichotome ramosus, ad dichotomias infracto-flexuosus. Folia radicalia petiolata.....?, caulina inferiora petiolo 2–3-pollicari basi vaginante instructa pinnata bijuga, segmentis sessilibus oblongis dentatis, terminali trilobo aut indiviso, lateralibus basi externa breviter secus petiolum decurrentibus. Umbellae terminales pedunculo elongato sulcato anguloso suffultae, 15–20-radiatae, radiis sesqui-bipollicaribus. Involucri phylla numerosa deflexa subulata 6–8 lineas longa. Umbellulae multiradiatae. Involucelli phylla multa deflexa hispida subulata pedicellos hispidos aequantia. Flores albi magnitudine eorum *Hasselquistiae humilis*, non radiantes. Petala basi hirtella. Ovarium hispidum. Fructus pedicello aequilongus planus brevissime tomentellus ovato-orbicularis 4–5 lineas longus, 3–4 latus, apice emarginatus, emarginatura subclausa. Stylopodium planum subpatellare brevissimum emarginatum inclusum anguste lobulatum, in planta fructifera vix ad basin stylorum incrassatorum perspicuum. Styli basi incrassati, dein attenuati cylindrico-lineares approximati paralleli hirsuti, 2 lineas fere longi, stigma capitatum, ala semen cingens ei aequilata, utrinque a jugo exteriore in duas partes subaequales divisa, pars interna subpellucida, externa subincrassata laevis, vittae omnes inaequales, internae angustiores brevissimae, earum altera saepe abortiva, commissurales inter se approximatae. — Crescit in Mesopotamia.

4482. **TORDYLIUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 197. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 417.)

1. T. MACROPETALUM Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 348. — Annuum, inferne pilis reflexis hirsutum, superne setis adpressis scabrum: caule striato erecto ramoso medulla farcto; foliis inferioribus pinnatis 2–3-jugis, segmentis sessilibus ovato-rotundatis, superiori majori oblongo, omnibus obtusissime lobulatis, foliis superioribus subtripartitis vel indivisis, segmentis lateralibus parvis, terminali longe lanceolato acuto apice integro, parte inferiori argute pinnatilobato; umbellae radiis abbreviatis; involucri phyllis lanceolatis radio dimidio brevioribus; floribus subsessilibus, involucelli phyllis lanceolato-linearibus umbellula multo brevioribus; calycis dentibus valde inaequalibus, demum deciduis altero lineari elongato, caeteris minimis; petalis pallide ochroleucis, exterioribus decuplo longioribus oblongo-lanceolatis spathulatis, basi lobulo parvo laterali auctis, umbellis fructiferis confertis; fructibus subsessilibus, mericarpiis ovato-rotundis dorso setis tuberculo insidentibus strigosis, margine albo hirtello inflato transverse rugoso cinctis, sty-

lis elongatis deflexis, vittis dorsalibus in valleculis solitariis latis, commissuralibus binis, commissura plana albo-pruinosa pubernla. ☉ — Planta gracilis 1-3-pedalis. Umbella diametro 1-sesquipollicaris, petala radiantia 5-8 lineas longa, mericarpia fere 2 lineas longa. Pulchra species *T. maximo* foliorum forma et habitu affinis, sed ab eo longe diversa involucelli phyllorum brevitate, petalis externis maximis ochroleucis nec roseis, vix radiantibus, stylis elongatis deflexis nec breviter erectiusculis, margine valde rugoso. — Crescit ad aggeres et sepes vallis Maeandri prope Guzelhizar et Vozli.

2. T. CAPPADOCICUM Boiss. l. c. 349. † — Annuum, totum brevissime hirtello-scabridum: caule erecto ramoso striato; foliis petiolo brevi basi vaginanti insidentibus pinnatis bijugis, jugo inferiori remoto, segmentis sessilibus longe cuneatis ovatis obtuse dentatis, foliis superioribus subsessilibus tripartitis; umbellis multiradiatis, radiis elongatis; involucri involucellique phyllis lanceolatis late membranaceo-marginatis, apice attenuato-setaceis, illis radio triplo brevioribus, his pedunculos aequantibus, calycis dentibus albidis lanceolato-triangularibus parvis inaequalibus; petalis albis radiantibus, exterioribus obovatis, aliis triplo longioribus, basi corniculo inflexo auctis; pedicellis non incrassatis fructu paullo longioribus; mericarpiis ovatis dorso longe et parce hirsutis, margine albo glabro transverse rugosissimo cinctis, stylis deflexis, vittis dorsalibus in valleculis solitariis, commissura concaviuscula glabrescente bivittata. ☉ — Caulis ½-1-pedalis, folia sesquipollicaria, segmenta 6-8 lineas longa, umbellae diametro bipollicares et ultra, petala 2 lineas longa, mericarpia 2 lineas longa. Praecedenti fructus forma et magnitudine affine, sed distinctissimum petalorum forma et magnitudine, foliis et involucri phyllis marginatis. — In Cappadocia ad Euphratem.

Tribus X. *CUMINEAE* Koch.

4488/1. **FRORIEPIA** *C. Koch.*

(C. Koch, Linnaea XVI. 362. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 417. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 83. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

4488/2. **AGROCHARIS** *Hochstett.*

(Hochstett. Flora [B. Z.] XXVII. I. p. 19.)

Calycis limbus 5-dentatus. Petala oblonga integra acuta, inflexa. Fructus a latere contractus, mericarpia dorso convexa, jugis apteris, primariis quinque elevatis filiformibus dupla vel triplici setarum serie echinatis, lateralibus marginantibus, secundariis quatuor unifariam aculeatis, aculeis apice hamatis vel radiatis. Carpophorum bipartitum.

1. A. MELANANTHA Hochstett. l. c. — Radix fusiformis perpendicularis longa gracilis annua. Caules ex radice plerumque plures adscendentes digitales vel spithamaei, magis minusve ramosi hispiduli, foliorum vaginis membranaceis nervosis fere toti tecti. Folia oblonga bipinnata, pinnulis lateralibus 2-4-fidis, terminalibus 3-5-fidis, lobis sublinearibus acutis, hispidulo-ciliatis; umbellae involucro polyphyllo praeditae longe pedunculatae oppositifoliae simplices, radii brevissimi flosculos subaequantes, fructu vero et involucellis lineari-lanceolatis hispido-ciliatis breviores, petala atro-purpurea. Mericarpia fere *Cumini* figura, paullo minora, sed aculeis ut in *Orlaya* patentibus patentibus hamatis horrida. — *Daucus melananthus* Hochstett. mss. — Crescit in agris Abyssiniae prope Endschedcap in provincia Simen.

Tribus IX. *THAPSIEAE* Koch.

4492. **LASERPITIUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 204. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 418.)

1. L. NESTLERI Soyer-Willemet, Observat ionssur quelques plantes de France (Nancy 1828.) p. 87. — Foliis supradecompositis saepe triternatisectis, segmentis

subrhombeo-ovatis, basi ovatis vel cordatis trilobis saepeque trifidis dentato-mucronatis; floribus albis; fructibus 8-alatis. ♃ — *L. aquilegifolium* DC. Fl. Franc. Suppl. 510. (excl. syn.), Duby, Bot. Gall. I. 214. (excl. syn.) — *L. cuneifolium* Nestler mss. — [Buchinger in literis.] — Crescit in Galliae montibus in districtu Lojère.

2. **L. CAROTA** Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 46. † — Caule basi prostrato, dein erecto, ad ramorum insertionem nodoso, breviter hispido-scabro; foliis ambitu ovato-oblongis bipinnatis, segmentis oblongo-cuneatis pinnatisectis, lobis triangularibus acutis; involucri phyllis 6-7 apice acute tridentatis; floribus centralibus masculis vel abortivis sterilibus. ♃ et ♂ — Rhizoma penna anserina tenuius repens caules plures 1-2-pedales edens. Folia eis *Dauci gummiferi* similia, cum petiolo 2-4-pollicaria, petioli basi in vaginam brevem albo-lanatam dilatati, segmenta viridia carnosula sessilia. Umbellae laterales paucae vel nullae, terminales pedunculatae 15-20-radiatae. Involucri phylla radiis triplo breviora plana canaliculata, usque ad partem tertiam trifida, involucelli phylla lanceolata plana pedicellis exterioribus breviora. Flores albi vel albo-virentes non radiantes, centrales brevius pedicellati masculi vel subabortivi steriles. — *Thapsia polygama* Dsf. Flor. Atl. t. 75. — *Daucus alatus* Poir. — Crescit in arenosis maritimis Algeriae circa Bonam.

3. **L. AFFINE** Ldb. Flor. Rossic. II. 335. † — Foliis subtus petiolisque piloso-hirsutis bipinnatisectis, radicalibus longe petiolatis, caulinis vaginae ampliato-ventricosae arcte insidentibus, segmentis infimis subtrisectis, terminalibus subconfluentibus, omnibus ovato-oblongis vel rhombeis, basi subcuneatis inciso-duplicato-serratis; fructibus.....? involucri utriusque polyphylli foliolis oblongis vel lineari-oblongis late membranaceo-marginatis integris mucronatis; caule tereti striato glabro. ♃ — Proxime accedit ad *L. nitidum* Zanted. — Crescit in Rossiae provinciis Caucasicis.

$4492/_{1}$. **POLYLOPHIUM** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 47.)

Calycis margo quinquedentatus. Petala alba obovata trinervia, nervo medio latiori, superne canaliculata cum lacinula involuta. Fructus ovatus a dorso subcompressus, stylopodio magno bipartito conico depresso coronatus. Juga primaria quinque, secundaria quatuor, omnia aequilata in alas membranaceas a basi valde undulato-crispatas expansa, alae jugorum primariorum margine horizontaliter cristula duplici denticulata instructae, jugorum secundariorum rectae, margine simpliciter denticulatae. Vitta lata sub omnibus jugis secundariis. Commissura plana late bivittata. Albumen involutum interne concaviusculum. Carpophorum a basi bipartitum. — Herba orientalis facie *Lecockiae* aut *Prangotis*, involucri phyllis apice pinnatisectis.

1. **P. ORIENTALE** Boiss. l. c. 48. — Perenne. Radicis collum fibris dense stipatum. Caulis glaber 2-3-pedalis teres, basi crassitie digiti tenuiter striatus. Folia glabra, radicalia petiolo in vaginam latam oblongam striatam dilatato suffulta cum eo semipedalia pedaliave ternata, divisionibus longe petiolulatis iterum tripinnatisectis, segmenta sessilia ovato-cuneata, ea *Libanotidis* vulgaris referentia in lacinias oblongo-lineares acutas profunde fissa. Folia caulina minora vagina ampla ovata suffulta, limbo brevi pinnatisecto. Involucri phylla numerosa radiis dimidio breviora oblongo-cucullata membranacea, apice limbum brevem pinnatisectum aut bipinnatisectum ferentia. Umbella ampla 50-60-radiata. Involucelli phylla pedicellos scabridos aequantia deflexa oblongo-lanceolata late membranacea, apice setacea. Flores albo-virescentes magnitudine eorum *Lecockiae*. Petala obovata dorso summo canaliculata vix emarginata, in lacinulam canaliculatam deflexam coarctata. Fructus maturi ovati $3\frac{1}{2}$ lineas longi, $1\frac{1}{2}$ aut paullo amplius lati subteretes, sed evidenter a dorso subcompressi, stylopodiis conicis depressis magnis stylisque deflexis stylopodio duplo longioribus coronati, pedi-

cellis eis longioribus suffulti. Mericarpia facie interiori plana, dorso convexa, alis cristaeformibus membranaceis novem inter se aequalibus albuminis diametro angustioribus flavidis inter se valde approximatis flexuoso-plicatissimis plicis suis imbricatis omnino tecta. Margo alarum primariarum denticulis horizontalibus alternatim dextrorsum sinistrorsumque directis, secundariorum denticulorum rectorum serie simplici instructus. Vittae commissurales duae, dorsales sub cristis jugorum secundariorum solitariae amplae, citri odore. Canalis inanis ad commissuram mediam inter albumen et vittas commissurales. Albumen convexiusculum a pericarpio facile separabile. — Crescit in Persia.

4493. **LOPHOSCIADIUM** *DC.*

(DC. Prodr. IV. 207. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 419.*)

1. L. **FERULA** Ten. Flor. Napol. t. 133.) BARRELIERI Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 372. † — Perenne glabrum: caule stricto superne ramoso tenuissime striato; foliis decomposito-pinnatisectis, ambitu oblongo-lanceolatis, segmentis primariis distantibus, extimis linearibus mucronatis planis (3 lin. longis); ramis supremis verticillatis: involucri foliolis reflexis involucellique ovato-lanceolatis cuspidatis; fructus oblongati alis dorsalibus parallelis obtusiusculis, lateralibus undulatis. ♃ — Barrel. Icon. fig. 836. — Buxb. Centur. I. t. 43. — *Ferula* (*Ferulago* Rchb. Pl. crit. IV. t. 371. fig. 555.) *sylvatica* Bess. Cont. pl. Volh. et Podol. p. 44. no. 1368. — DC. l. c. 171. no. 1. — *Peucedanum officinale* Bess. Primit. fl. Galic. et Catal. hort. Crem. 1816. — *Ferula nodiflora* Rochel, Banat. fig. 50. — *Ferula myriophylla* M. Bieb. mss. — Crescit in pratis Volhyniae, Podoliae, Albaniae, Macedoniae et Bithyniae.
2. L. **OLYMPICUM** C. Koch, Linnaea XIX. 38. — Perenne, glabrum: caulis erectus simplex striatus; folia pinnatisecta, ambitu oblongo-lanceolata, pinnae late lineares pinnatisectae, segmenta lineari-oblonga, ex margine aspera, in cuspidem brevem et cartilagineam desinentes; involucri phylla omnia ovato-lanceolata acuta nervosa, late sessilia. ♃ — Buxb. Centur. I. t. 48. — Rchb. Iconogr. fig. 585. — In Asia minori boreali crescit.
3. L. **SILAIFOLIUM** Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) I. 326. — Glaberrimum: caule erecto simplici folioso, apice umbellatim corymboso; foliis radicalibus longe petiolatis, ambitu triangularibus bipinnatisectis, divisionibus inferioribus multo longioribus, segmentis infimis petiolo contiguis, omnibus sessilibus oppositis remotis ovato-rotundatis, usque ad basin multifidis, laciniis linearibus planis abbreviatis mucronatis, foliis caulinis inferioribus subsessilibus, superiorum petiolo in vaginam foliaceam ovatam cucullatam apice profunde bilobam dilatato, limbi pinnati lobis oblongis, foliis summis ad vaginam integram reductis; involucri phyllis 5-6 oblongo-ellipticis reflexis obtusiusculis albo-marginatis longitudinaliter multinerviis, involucelli lanceolatis acutis flores superantibus; fructibus ovatis dense glomeratis, pedicello eis breviori suffultis, stylis divergentibus stylopodium aequantibus, jugis dorsalibus angustioribus. ♃ — Caulis bipedalis. Folia laciniarum forma *Silaum pratensem* aut *carvifolium* referentia, sed ambitu triangularia. Involucra eis *Euphorbiae esulae* et affinium, involucella eis *Bupleuri* similia. Fructus dense glomerati vix compressi 2½ lineas longi eos *Prangotis* aut *Laserpitii* referentes. Alae crassae subcorticosae undulatae, albumine angustiores, dorsales saepe irregulariter angustatae. — In Olympo Bithyno supra Brussam.
4. L. **MEIFOLIUM** DC. l. c. 208. — Boiss. l. c. 327. (emend.) — Glaberrimum: caule erecto parce ramoso vel simplici folioso, apice umbellatim corymboso; foliis radicalibus petiolatis, ambitu lanceolatis bipinnatisectis, divisionibus primariis omnibus abbreviatis, segmentis brevibus approximatis multipartitis, laciniis setaceis abbreviatis mucronatis, foliorum caulinorum petiolo in vaginam foliaceam, apice truncatam dilatato, limbo brevi, foliis summis ad vaginam ovatam cucullatam reductis; involucri involucellique phyllis ovatis ellipticisve, his flores subaequantibus; fructibus ovatis glomeratis, jugis omnibus saepius subaequilatis valde plicato-crispatis, stylis erectiusculis stylopodii longitudine. ♃ — Praecedenti

inflorescentia et involucris simile, sed distinctissimum foliis ambitu lanceolatis nec triangularibus, laciniis setaceis nec linearibus planis, eas *Achilleae millefolii* referentibus. Fructus eis speciei praecedentis paullo majores tres lineas longi, 2⅓ lati. Alae basi et apice subemarginatae corticosae durae albidae undulatae, albumine vix angustiores, dorsales in eadem umbella aliis aequilatae aut paullo angustiores. Vittae in commissura sub 12, sub jugis 2–3, in valleculis 4–5, omnes tenues inter se subaequidistantes pericarpio tectae. — *Ferula meoides* Linn. Spec. pl. 356. — *Laserpitium orientale folio Mei* Tournef. Coroll. 23. — Crescit in littoribus Bospori ad Bujukdere nec non in Asia minore.

Tribus XII. *DAUCINEAE* Koch.

4496. **ORLAYA** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 209. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 419.*)

1. O. **INTERMEDIA** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 49. — Caule erecto ramoso humili glabro; foliis hirsutis bipinnatisectis, laciniis linearibus abbreviatis; pedunculis rigidis oppositifoliis; involucri phyllis lanceolatis, involucelli ovatis, omnibus late membranaceis; petalis radiantibus ovario subaequalibus; mericarpiis ovatis, jugis primariis setulosis, secundariis bifariam aculeatis, aculeis omnibus aequilongis, jugorum exteriorum basi dilatatis in alam angustam coalitis, jugorum interiorum tenuibus subulatis, basi liberis, stylis aculeos superiores non superantibus. ☉ — Inter *O. grandiflorum* et *platycarpam* media, a priori differt foliis non glabris, stylis aculeos superiores non aequantibus nec longe exsertis, secundae magis affinis, sed ab ea distincta fructu breviori eum *O. maritimae* vix superante, aculeis tenuioribus illis jugorum interiorum basi triangulari non coalitis, sed liberis subulatis. — Crescit in montibus circa Smyrnam.

4497. **DAUCUS** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 209. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 419. et 939.)

1. D. *(Platyspermum?)* **LEPTOCARPUS** Hochstett. Flora (B. Z.) XXVIII. 30. — Caule ramoso striato aspero; foliis biternatisectis, segmentis parvis lineari–lanceolatis setuloso–pilosis; umbellis longe pedunculatis terminalibus oppositifoliisque 6–8–radiatis exinvolucratis; umbellulis 7–9–floris; involucelli phyllis tribus pluribusve angustis; mericarpiis angustis asprello–setulosis. ♂? — Crescit prope Erzerum.
2. D. *(Platyspermum)* **PERSICUS** Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 49. — Perennis: caule elato crasso tereti striato ramoso glabro; foliis ternato–supradecompositis, petiolo membranaceo albo–marginato brevi suffultis tomentellis, lacinulis linearibus confertis abbreviatis obtusis, superioribus ad vaginam lanceolatam albo–marginatam reductis; umbellis amplis exinvolucratis multiradiatis; involucelli phyllis numerosis lanceolatis albo–marginatis ciliatis; petalis radiantibus ovario vix longioribus, subtus ad basin hirsutis; aculeis diametro fructus subduplo longioribus anguste lanceolatis scabridis glochidiatis patentibus rigidis albis. ♃ — *D. pulcherrimo* affinis, ab eo differt petalis foliisque tomentellis nec glabris, foliorum lacinulis confertioribus, fructus aculeis longioribus 2 lineas et amplius longis lanceolatis nec e basi latiori subcanaliculata triangulari setaceis. Planta 2–3 pedalis. Ovaria jam in planta florente hispidissima. — Crescit in Persia prope Ispahan.
3. D. *(Platyspermum)* **HETEROCARPUS** Boiss. l. c. 50. — Biennis aut annuus?: caule humili ramosissimo, aculeolis brevissimis sparsis deflexis scabrido; foliis scabris, ambitu lanceolatis pinnatisectis 7–jugis, segmentis parvis carnosulis sessilibus rotundato–cuneatis, ad basin usque bifidis, divisionibus obtuse 2–3–lobis; umbellis longe pedunculatis; involucri phyllis trifidis asperis, radios vix aequantibus; petalis externis parum radiantibus; flore sterili centrali nullo; fructus breviter ovati jugis secundariis in cristas amplas semine latiores profunde in aculeos triangulares apice glochidiatos fissas dilatatis, fructuum marginalium mericarpii interni aculeis minoribus, fructuum centralium aculeis omnibus

saepius obsoletis cristisque inermibus angustis. ♂? ☉! — Caulis semipedalis ramosissimus probabiliter decumbens. Folia sesquipollicaria 2–3 lin. tantum lata. Umbellae parvae, fructiferae $^1/_2$–$^3/_4$ poll. diametro latae. Fructus forma sua ea *D. muricati* referentes sed quintuplo minores saepius heteromorphi, ab hac specie praeterea indumento, foliorum forma et partium omnium parvitate distinctissima, ut ea evitata et forsan hoc charactere a *Daucis* separanda. *D. pubescens* Koch huic affinis, diversissimus tamen est forma foliorum involucri et aculeis tenuissimis. — Crescit in Peloponneso.

4497/1. GAYTANIA *Münter.*

(Münter in Schlechtd. et Mohl, Botan. Zeitng I. 730. adnot. — *Chesneya* Bertoloni, Nov. Commentar. acad. Bonon. V. 427. t. 41. fig. I. [nec alior.]

Involucrum et involucella nulla. Umbella composita pauciradiata. Flores omnes fertiles, vel cum paucis internis sterilibus. Petala inflexo-obcordata, exteriora paullo grandiora. Styli duo longissimi, erecto-divergentes, stylopodio crassiusculo conico. Stigmata capitellata. Diachenium ex ovato conoideum, e latere commissurali compressiusculum, utrinque quinquecostatum, costis hispidis, setis longis scabris, patenti-ascendentibus. — Herba pusilla Orientalis: foliis radicalibus.....?, caulinis superioribus pinnatifidoternatis longiuscule petiolatis, foliolis cuneato-trifidis, laciniis brevibus lanceolatis acutis; umbellis 2-3-radiatis, umbellulis 8-10-floris.

1. *G. CHESNEYANA Münter l. c. — ☉ — Planta male descripta. — *Chesneya daucoides* Bertoloni l. c. — Crescit ad Euphratem fluviam.

4497/2. DURIEUA *Boiss. et Reuter.*

(Boiss. et Reut. Diagnos. pl. nov. Hisp. 14. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 83. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 359. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 421.)

1. D. GRAECA Boiss. Ann. des sc. natur. (3. Sér.) II. 50. — Annua pusilla: caule subnullo; petiolo setis patulis hispido, foliis pinnatisectis 2–4-jugis brevibus, segmentis sessilibus ovato–rotundatis parvis multipartitis, laciniis oblongo–lanceolatis minimis adpresse hirsutis; umbellis longe pedunculatis parvis inaequiradiis, folia multo superantibus; involucri phyllis tribus flores superantibus in 3–7 lacinias elongatas acutas pinnatisectis, involucelli phyllis valde inaequalibus linearibus; petalis e sicco flavescentibus, ovario triplo brevioribus; fructu ovato, jugorum secundariorum cristis in aculeos basi triangulares setaceos, diametro fructus triplo longiores apice glochidiatos profunde fissis. ☉ — Planta 3–4-pollicaris, folii limbus 6–8 lin. longus, mericarpia lineam longa, aculei lin. $1^1/_4$ longi. Flores minimi eis *Durieuae hispanicae* similes a qua nec species optime distinguitur foliis minoribus non pinnatisectis, umbellis longe pedunculatis nec subsessilibus, fructu minori multo longius aculeato. — Crescit in rupestribus Syriae.
2. D. (CAUCALIS Hochstett. mss. in Schimp. Herb. fl. Abyss. no. 328.) ABYSSINICA Boiss. l. c. 51. — Annua: caule erecto parce et breviter setoso; foliis glabriusculis bipinnatisectis, laciniis linearibus acutis; umbellis sessilibus pauciradiatis; involucri phyllis inaequalibus pinnatisectis, umbellulis saepius unifloris; fructu ovato, aculeis a basi latiori setaceis apice glochidiatis, diametrum fructus superantibus. ☉ — Planta ex albuminis forma sine ullo dubio huc referenda, a *D. Hispanica* differt glabritie majore, foliorum laciniis minus confertis latioribus, umbellis depauperatis, fructu triplo minori rel. — Crescit in Abyssiniae montibus.

Subordo II. *CAMPYLOSPERMEAE* DC.

Tribus XIII. *ELAEOSELINEAE* Koch.

4499. MARGOTIA *Boiss.*

(Boiss. Elench. pl. nov. Hisp. p. 52.)

1. M. LASERPITIOIDES Boiss. l. c. no. 92. et Voy. bot. dans le midi de l'Esp. p. 263. no. 768. t. 79. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 420.*) — Collum radicis folio–

rum vestigiis obsitum est, caulis glaber teres striatus nudus erectus 2–4–pedalis, parte superiori ramosus. Folia glabra intense viridia, radicalia humi expansa, ambitu ovato–rotundata palmato–tripartita, partitionibus bipinnatisectis, segmentis sessilibus pinnatim multifidis, lacinulis brevibus acute dentatis, petioli glabri vel hispiduli, costae praesertim secundariae complanato subdilatatae, folia caulina ad vaginam elongatam reducta. Involucri 6–7–phylli foliola glabra linearia semipollicaria. Umbella ampla 6–7–radiata, involucelli phylla 6–9 setacea acuta anguste albo–marginata, pedicellos subaequantia. Flores illis *Elaeoselinorum* duplo majores. Petala dorso nervo lato rufescente percursa, profunde bifida, intus lacinula inflexa, bifida aucta. — *Laserpitium thapsiaeforme* Brot. Phyt. Lusit. t. 34. — *Thapsia Apii folio Lusitanica foetidissima, flore albo* Tournef. Inst. rei herb.

β. Africana: Folia latiora, ambitu oblonga, laciniae longiores, profundius fissae, involucri et involucelli foliola lanceolata late albo–marginata. — *Laserpitium gummiferum* Dsf. Flor. Atlant. t. 72. — DC. Prodr. IV. 205. no. 10. — *Laserpitium polygamum* Lam. Dict. III. 425. — *Thapsia gummifera* Spr. Spec. umbellif. 31.

Crescit in Hispania interiori et australi, in Lusitania australi et in Mauritania.

Tribus XIV. *CAUCALINEAE* Koch. — DC. l. c. 216.

4500. **SZOVITSIA** *Fisch. et Mey.*

(nec Scovitsia.)

(Fisch. et Mey. Indx. semin. hort. Petropolit. I. 39.)

1. SZ. CALLICARPA Fisch. et Mey. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 420.*) — Glabra: foliis compositis vel decompositis, laciniis elongatis filiformibus; umbellis lateralibus; involucro nullo, involucelli foliolis 5–6 membranaceis; floribus albis. ☉ — Crescit in Rossiae provinciis Caucasicis.

4502. **TURGENIA** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 217. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 421. [esclus. no. 1.])

1. T. TUBERCULATA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 52. — Annua, tota breviter et adpresse hirta, insuper secus caulem petiolos, ad nervum medium laciniarum folii setis scabridis strigosa: caule erecto flexuoso angulato; foliis pinnatisectis, segmentis oblongo–lanceolatis, basi decurrentibus, magis minusve profunde pinnatifido–dentatis; involucris diphyllis aut nullis, involucelli phyllis ovatis cucullatis glabris, latissime membranaceis; petalis albis parum radiantibus; ovariis hispidissimis; fructu apice attenuato dentibus calycinis membranaceis ciliatulis coronato, stylis stylopodio longioribus, mericarpiorum superficie tota tuberculosa, jugis primariis commissuralibus ad tuberculorum seriem reductis, reliquis primariis tribus secundariisque quatuor his unifariam, illis bifariam aculeatis, aculeis omnibus aequalibus basi dilatatis subtriangularibus hirto–scabridis, mericarpii diametrum paullo superantibus. ☉ — *T. latifoliae* quoad herbam et foliorum formam affinis, ab ea statim dignoscitur setis strigosis elongatis caulis ramorum et nervi medii foliorum, styli insuper stylopodio longiores sunt nec hoc aequantes, fructus aculei longiores saepe 2 lin. longi basi magis dilatati, valleculae minus profunde tuberculis nec setulis obsitae, juga commissuralia non ut in illa aculeolis, sed tuberculis brevissimis in seriem simplicem dispositis constantia. — Crescit in Syria prope Aleppo.

2. T. BRACHYACANTHA Boiss. l. c. — Annua: caule pumilo dichotome ramoso, aculeis brevibus setaceis sparsis sursum directis scabrido; foliis pinnatisectis, segmentis oblongo–lanceolatis, basi decurrentibus obtuse crenatis; involucelli phyllis oblongis late membranaceis; fructu pedicello angulato paullo longiori ovato, basi turgido, jugis primariis commissuralibus ad tuberculos reductis, reliquis tribus viridibus laeviusculis simplicem seriem aculeorum gerentibus, secundariis latioribus albis tuberculatis duplam aculeorum seriem gerentibus aculeis

omnibus mericarpii diametro brevioribus nigris, basi triangulari attenuatis hirto-scabridis. ☉ — Caulis 4–5-pollicaris. Fructus 4 lin. circiter longi, aculei vix lineam longi. *T. tuberculatae* affinis, sed ab ea distincta setis caulis rarioribus brevioribus et imprimis fructus brevioris basi turgidioris aculeis dimidio brevioribus. *T. latifolia* jugis primariis biseriatis secundariisque triseriatis abunde differt. Fructus forma et magnitudine cum *Turgeniopsidis foeniculaceae* referens. — Crescit in Persia australi.

4502/1. TURGENIOPSIS *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 53.)

Calycis margo breviter quinquedentatus. Petala.....? Fructus a latere compressus ovatus, stylopodiis conicis stigmatibusque sessilibus coronatus. Juga primaria quinque filiformia, papillis albis sparsis obsita. Juga secundaria obtusissima, primariorum intervalla omnino occupantia 2-3-fariam aculeata, aculeis setosis, basi tuberculo insidentibus, apice glochidiatis. Vittae nullae. Facies commissuralis profunde concava cymbaeformis. Albumen concavum. Carpophorum apice fissum. — Herba Orientalis glaberrima: foliorum laciniis tenuissimis capillaceis; umbellis umbellulisque 2-3-radiatis; involucris nullis, involucellis 2-3-phyllis setaceis.

1. T. FOENICULACEA Boiss. l. c. — Annua glaberrima: foliis decompositis, laciniis capillaribus, radicalium abbreviatis, caulinorum elongatis. ☉ — Planta 3–4-pollicaris, caulis dichotome ramosus tenuis, umbellae biradiatae, umbelluiae 2–4-florae, fructus pedicello incrassato eo breviori suffultus, 2½ lin. longus, 1½ lin. latus. — *Turgenia foeniculacea* Fnzl. Pugill. pl. Syriac. I. 18. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 421. — Crescit in arenosis siccis in Sipylo supra Magnesiam.

4502/2. LISAEA *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 54.)

Calycis dentes lanceolati membranacei. Petala emarginata cum lacinula inflexa, exteriora valde radiantia subaequaliter bipartita. Fructus a latere compressus, jugis primariis commissuralibus vix prominulis, dorsalibus tribus in alas simplici serie cristato-aculeatas dilatatis, secundariis quatuor saepius obtusis, fere obsoletis, raro in aculeorum breviorum seriem simplicem productis. Vittae nullae. Commissura angusta. Albumen involutum. Carpophorum cum pericarpio concretum. — Herbae Orientales annuae setosae: foliis *Turgeniae*, floribus habituque *Tordylii* vel *Orlayae*, involucellis scarioso-membranaceis; umbellis multiradiatis, radiis scaberrimis, pedicellis sub fructu setularum coronula obsitis.

1. L. GRANDIFLORA Boiss. l. c. — Caule angulato petiolisque duplici pube, altera brevi, alia e setis tuberculo insidentibus glochidiatis constante scabris; foliis breviter scabridis pinnatisectis, segmentis oblongis inciso-dentatis; petalis marginalibus amplissimis, ovario multoties longioribus; fructus indehiscentis crustacei tuberculati sub lente hirtelli jugis primariis externis secundariisque omnibus obsolete costatis muticis in primariis dorsalibus cristatis duris, in 2–3 aculeos triangulares fissis, eis mericarpii interni angustioribus muticis, stylis deflexis stylopodio multoties longioribus. ☉ — Petala exteriora saepe 5–6 lin. longa, 4 lin. lata, aequaliter infra medium usque bipartita. — *Turgenia heterocarpa* DC. Prodr. IV. 218. no. 3. — Crescit in Persia circa Kermanchah.

2. L. SYRIACA Boiss. l. c. 55. — Caulibus ramosis teretibus petiolisque pube brevissima et setis glochidiatis rigidis scaberrimis; foliis breviter scabridis bipinnatisectis, segmentis abbreviatis ovatis, breviter et obtuse dentatis, foliis superioribus pinnatisectis; petalis marginalibus ovario vix duplo longioribus; fructus indehiscentis crustacei tuberculati, sub lente hirtelli jugis primariis externis obtusis muticis, dorsalibus secundariisque in cristas expansis, cristis in aculeos triangulares fissis, aculeis jugorum secundariorum minoribus, stylis erectiusculis

valde elongatis. ⊙ — A praecedente egregie distinguitur caule ramisque teretibus, setis validioribus scabris, foliis bipinnatisectis obtuse dentatis et petalis exterioribus vix 2–3 lin. longis. — *Caucalis strigosa* Russell? — Crescit in Syria circa Aleppo.

3. L. PAPYRACEA Boiss. l. c. — Caule angulato, pube brevissima setisque paullo longioribus glochidiatis scabro; foliis nervis et margine exceptis glabriusculis pinnatisectis, segmentis lanceolatis profunde dentatis, dentibus triangularibus acutis; petalis marginalibus ovario duplo longioribus; fructus tomentelli subbipartibilis jugis primariis externis obsoletis, dorsalibus in alas 6 papyraceas breviter denticulatas expansis, secundariis obsoletis serie simplici pilorum glochidiatorum tantum indicatis, stylis divergentibus nigrescentibus abbreviatis. ⊙ — Pulchra planta. Caulis bipedalis superne paniculato-ramosus, umbellae longe pedunculatae 6–8-radiatae planae diametro subsesquipollicares, petala exteriora 3 lin. longa lataque alba, juniora subtus rubescentia. Fructus (non omnino maturus) fere tres lineas longus, alae circiter lineam latae, papyraceae nec crustaceae. Mericarpia partibilia videntur, sed carpophorum ut in praecedentibus concretum. — Crescit in cultis planitiei Cariensis.

4503. **TORILIS** *Adans.*

(DC. Prodr. IV. 218. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 421.)

1. T. *(Eutorilis)* GRANDIFLORA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 56. — Annua: caule ramosissimo et ramis pilis tuberculo insidentibus retrorsis adpressis scabrido; foliis pallide virentibus adpresse setosis bipinnatisectis, segmentis ovatis pinnatifidis, lobulis oblongis, basi attenuatis acutis; involucris 4-, involucellis sub 10-phyllis, phyllis lanceolato-subulatis adpresse strigosis anguste membranaceis; umbellis subquinqueradiatis; petalis radiantibus ovario triplo longioribus; fructu ovato-subgloboso, stylis divergentibus stylopodio multo longioribus, aculeis flavescentibus diametro fructus paullo brevioribus incurvis, apice acutis non glochidiatis. ⊙ — Habitus *Caucalidis tenellae*. Caulis ½–1-pedalis, folia ea *Conii maculati* referentia sed minora, ambitu triangularia 1½ poll. longa, flores albi magni, fructus magnitudine *F. Helveticae*, sed globosior. Ab omnibus speciebus hujus sectionis dignoscitur petalorum magnitudine et aculeis non glochidiatis. *T. Anthriscus* quae sola hoc gaudet charactere longe differt radice bienni, foliorum forma et involucri phyllis linearibus. — *T. tuberculata* DC. — Crescit in Phrygia ad Hieropolin.

Tribus XV. *SCANDICINEAE* Koch. — DC. l. c. 220.

4504. **SCANDIX** *Grtnr.*

(DC. Prodr. IV. 220. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 421.)

1. SC. *(Pecten?)* HISPIDULA Bertoloni, Nov. Commentar. acad. Bonon. V. 427. — Foliis decompositis, foliolis linearibus mucronulatis; umbella simplici; involucris trifidis; diacheniis hispidis, apice incrassatis ⊙ — Radix fusiformis gracilis, lateraliter fibrillosa. Caulis adscendens bipollicaris v. palmaris. Folia decomposita, foliolis linearibus, petiolata, petiolo basi vaginante, vagina angusta longiuscula, margine albo-membranacea. Folia caulina superiora foliolis longioribus praedita. Umbellae simplicissimae, longe pedunculatae solitariae terminales vel cum una alterave laterali axillari. Involucrum polyphyllum erectum, foliolis filiformibus trifidis, umbella florente longioribus. Flores sessiles in umbella. Diachenia rostrata hispida, rostro apice paullulum incrassato. Styli duo brevissimi erecti, stylopodio crassiusculo exiguo. Tota herba hispidula. — Crescit ad ripas fluvii Eupbratis.
2. SC. *(Pecten)* AUCHERI Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 58. — Tota tomento brevissimo grisea: caulibus decumbentibus tenuibus, foliorum laciniis linearisetaceis; involucelli phyllis lineari-setaceis integris; petalis aequalibus; fructibus sessilibus a latere compressis scabris rostro a dorso compresso undique aspero

plus dimidio brevioribus duploque latioribus, stylis terminalibus brevissimis. ☉ — Caules 3–4-pollicares, flores parvi vix radiantes, fructus cum rostro vix ultra pollicem dimidium longus. Ab omnibus fructu sessili distincta praeter *Sc. pinnatifidam*, cui foliis et habitu similis est, sed quae egregie differt indumento tomentello elongato et involucellis pinnatifidis. *Sc. australis*, quae habet fructus brevissime pedicellatos stylosque breves, statim dignoscitur semine in rostrum sensim attenuato eoque vix latiori rostroque a latere subcompresso. — Crescit in Persia prope Ispahan.

3. SC. *(Pecten)* **HISPANICA** Boiss. l. c. 57. — Caule humili ramoso tomentello; foliorum laciniis parce hirtellis; involucri phyllis oblongo-linearibus integris minimis deflexis; petalis.....?; fructibus a latere compressis asperis, rostro a dorso compresso margine tantummodo aspero eis subtriplo longiori terminatis; stylis terminalibus brevissimis. ☉ — *Sc. pecten* Boiss. Voy. bot. en Esp. ex p.) — A *Sc. pecten*, quacum confusa erit, notis sequentibus differt: involucri phyllis integris minimis, fructu pollicem aut sesquipollicem tantum longo, rostro semine triplo nec quadruplo breviori angustiori convexo nec complanato, stylis terminalibus brevissimis nec lineae ¼ longis. *Sc. Persica* Mart. huic proportione rostri seminisque et brevitate styli affinis differt involucelli phyllis bifidis et rostro complanato nec convexo ei *Sc. pectinis* aequilato. *Sc. pecten*, cui etiam styli brevissimi sunt, differt fructu cum rostro continuo nec apice strangulato, rostro a latere compresso undique nec margine tantum aspero, involucellis bidentatis. *Sc. brachycarpa* denique glabritie, fructu laevi rostrum suum aequante etc. diversissima est. — Crescit in Hispania in regione alpina inferiore montium Granatensium.

4. SC. *(Wylia)* **ORIENTALIS** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 369. † — Caule glabro; foliorum segmentis setaceo-linearibus elongatis; umbellis lateralibus terminalibusque, lateralium radiis pilosis, demum divaricato-patentibus ternis; involucelli foliolis ovalibus obtusiusculis integerrimis, margine membranaceo-ciliatis; petalis spathulatis integris; rostro fructus elongato curvato commissuraque hispidulis. ☉ — *Sc. grandiflora* β. *glabrata* DC.? — Crescit in Thracia et in Macedonia.

4505. **ANTHRISCUS** *Hffm.*

(DC. Prodr. IV. 222. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 422.)

1. **A. ANATOLICA** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 59. — Perennis: caule elato crasso ramoso sulcato glabro, infra nodos strangulato; foliis quaternatim pinnatisectis, segmentis petiolulatis lanceolatis pinnatis, lobis dentatis, terminalibus elongatis, limbo utrinque tomentello, petiolis glabris; involucelli phyllis membranaceis oblongis, margine lanatis; petalis albis vix radiantibus; fructibus oblongo-linearibus, rostro sulcato eis plus sextuplo breviori terminatis tuberculatis, tuberculis setula terminatis, stylis stylopodia conica divergentia aequantibus. ♃ — Caules 4–6-pedales. Folia fere sesquipedalia illa *Chaerophylli aurei* referentia. *A. fumarioidi* et *nemorosae* affinis, ab utraque differt rostri brevitie, a prima iterum caule glaberrimo nec tomentello, foliis magis tomentosis, involucellis lanato-ciliatis nec glabris, foliis multo amplioribus 4–5- nec 2–3-pinnatisectis, fructu magis elongato, stylopodiis divergentibus, *A. nemorosa* differt caulibus et foliis ad nervos tantum setulosis caeterum glabris bipinnatis segmentis ovatis, fructibus brevioribus ovato-oblongis. — Crescit in arenosis Olympi Bithyni.

2. **A. LAMPROCARPA** Boiss. l. c. — Biennis: caule debili parce ramoso striato glabro folioso, foliorum petiolis dilatatis membranaceis margine lanatis, limbi bipinnatisecti segmentis oblongis pinnatis ad nervum parce setulosis, caeterum glabris; involucelli phyllis oblongis acutis ciliatis; petalis externis radiantibus; fructibus a latere compressis ovatis nitidissimis ecostatis, rostro brevissimo stylopodia divergentia vix aequante. ♂ — Radix cylindrica. Planta debilis 1½-pedalis, foliorum caulinorum vagina petiolaris brevis. Fructus 2 lineas longi sesquilineam lati. Habitus varietatis *leiocarpae* A. *nemorosae* Spr., in qua eadem fructus forma et magnitudo, sed characteribus sequentibus hanc ut specifice

2. **B. NODOSA** Boiss. l. c. — Radice napiformi; caule elato tereti laevi glaucescente ramoso subnudo, ad dichotomias praecipue inferiores inflato-nodoso, nodis ovatis; foliis radicalibus.....?, caulinis ad vaginas brevissimis reductis; umbellis inaequaliter 4-5-radiatis; involucri involucellique phyllis paucis lanceolatis, late albo-marginatis, his pedicello brevioribus; floribus omnibus fertilibus; petalis albis vix radiantibus; fructu parvo ovato glabro, jugis fere obsoletis, stylis deflexis stylopodio depressissimo bipartito duplo longioribus. ♃ — Caulis 2-3-pedalis ramosissimus, ramis tenuibus virgatis. Praecedenti valde affinis, sed distincta est umbellis umbellulisque pauciradiatis, involucelli phyllis angustioribus, floribus fere dimidio minoribus, fructu breviore et caule ad nodos inflato. — Crescit in Persia ad Ispahan.

3. **B. LIBANOTICA** Boiss. l. c. 62. — Caule nudo patulo ramosissimo; foliis radicalibus.....?, caulinis ad vaginas reductis; umbellis umbellulisque subaequaliter 5-4-radiatis; involucri involucellique phyllis lanceolatis brevissimis, fere omnino hyalinis; fructus oblongi jugis filiformibus fere omnino obsoletis, stylis stylopodio depressissimo incumbentibus hoc non superantibus. ♃ — Habitus *Triniae,* a praecedentibus differt praecipue stylis brevissimis et stylopodio depressissimo. — Crescit in monte Libano.

4. **B. MACROCARPA** Boiss. l. c. — Praeter vaginas foliorum ciliatulas glabra: radice globosa; caule pumilo ramoso flexuoso; foliis ambitu triangularibus bipinnatisectis, segmentis petiolulatis in lacinias lineares acutas abbreviatas multifidis; involucro nullo; umbellis 5-6-radiatis; involucelli phyllis 5 lanceolato-linearibus, apice setaceis, pedicellis brevioribus; pedicellis post anthesin fructum aequantibus subincrassatis patentibus; fructu oblongo-lineari, stylis incurvis stylopodio depresso vix longioribus; mericarpiis lineari-pentagonis, sub lente puncticulatis. ♃ — Caulis ½-1-pedalis. Petala subradiantia. Fructus 1½-2 lineas longus. Habitus *Conopodii,* sed vittae nullae stylopodiique forma diversa. Propter fructum elongatum ab aliis *Butiniis* paullulum recedens et ad *Anthriscum* accedens, sed ab hoc genere rostro nullo et albumine vix canaliculato nec involuto discedit. — Crescit in Graeciae regionibus montanis.

5. **B. STYLOSA** Boiss. l. c. 63. — Glaberrima: radice globosa; caule erecto parce ramoso; foliis biternatisectis, segmentis in lacinias elongatas lineares multifidis; involucro nullo; umbellis 5-7-radiatis; involucelli phyllis quinque lineari-setaceis pedicellos non aequantibus; pedicellis non incrassatis, fructu oblongo-lineari paullo longioribus; stylis divergentibus erectis stylopodio depresso duplo longioribus; mericarpiis lineari-pentagonis, sub lente punctulatis. ♃ — Praecedenti ex habitu et fructus forma valde affinis, sed distincta vaginis glabris, caule pedali erecto, foliorum laciniis magis elongatis, pedicellis longioribus, fructiferis non incrassatis, stylis erectioribus duplo longioribus lineam aut paullo amplius longis. — Crescit in regione sylvatica Mesogis supra Tralles et Tmoli supra Bozdagh.

4512. **TAUSCHIA** *Schlchtd.*

(Schlchtd. Linnaea IX. 607.)

1. **T. NUDICAULIS** Schlchtd. l. c. 608. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.*) — E radice crassa persistente fusiformi (?) albida parce fibrillosa nascitur foliorum coma radicalium mox densior, in planta vetustiore unicus vel plures caules primum breves, deinde elongati, infima basi tantummodo folio uno alterove instructi, caeterum nudi, umbellam solitariam compositam gerentes. Folia petiolata glabra pinnata et subbipinnata, pinnae 3-7-jugae cum impari, brevissime petiolulatae, oblique rotundato-ovatae vel cordatae, crenulatae vel crenatae vel fere crenato-lobatae, pinnae inferiores saepe trilobatae, trifidae, ternatae, pinnularum uno pari pedicellato, quod in summis numquam accidit, excepta terminali rotundato-ovata basi cuneata subreniformi, rotundato-cordata, crenata vel subtrilobata, integrae, folium cum petiolo 4-pollicare vel etiam sesquipollicare, pinnae superiores approximatae, petiolus basi in vaginam longam albidam expansus. Caulis florifer

folius brevior, fructifer elongatus 8-pollicaris, interdum ex axillis foliorum suorum ramos 1-2 sibi simillimos profert. Involucri locum tenet cingulum pubescens. Umbellae radii 6-8 sub anthesi breves subaequales. Involucelli foliola nonnulla pedunculos cum floribus subaequantia, basi angusta, apice trifida vel triloba, laciniae lineares obtusae. Pedicelli floriferi semilineam, fructiferi lineam longi. Petala aurea. Fructus bilinearis. Crescit in Mexico inter „las Vigas et Perote" et inter „la Joya et San Salvador".

4514. **FREYERA** *Rchb.*

Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.*)

1. FR. CYNAPIOIDES Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 366. — Bulbo perennans, inferne sparse pilosa: caule erecto superne ramoso, sub nodis constricto; foliis pinnatisecto-decompositis, segmentis extimis linearibus, apice acutis, margine scabrellis; involucro nullo, involucelli foliolis lanceolato-subulatis glabris adpressis; stylis erecto-patentibus stylopodium conicum duplo excedentibus. ♃ — Habitus omnino *Chaerophylli bulbosi* L. — Crescit in Albania boreali et in Sicilia (Guss. Ic. pl. rar. t. 24.).

4515/1. **GLYCOSMA** *Nutt.*

Nutt. mss. in Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 639. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1414. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. 359.)

1. GL. OCCIDENTALIS Nutt. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.*) — Herba perennis 2-3-pedalis pubescens, *Myrrheos* vel *Anisi* odorem spargens, caulis teres ramosus fistulosus. Folia inferiora longe petiolata, caulina sessilia, biternatisecta, segmentis bipollicaribus lanceolato-oblongis inciso-serratis, terminali plerumque tripartito. Umbellae longe pedunculatae in axillis foliorum supremorum solitariae vel 2-3 in apice caulis approximatae, 8-radiatae, radii inaequales, multi eorum flores abortivos tantummodo gerunt. Involucrum et involucella nulla; flores albi. Fructus nigricanti-virentes nitidi subrostrati, stylis 2 minutis divergentibus coronati. Semen integumentis adhaerens, fructus ideoque solidus, albumen profunde sulcatum. — Crescit in America boreali (Oregon).

4516. **GRAMMOSCIADIUM** *DC.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 66. — DC. Prodr. IV. 232. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.*)

Calycis dentes quinque rigidi persistentes. Petala obcordata emarginata cum lacinula inflexa, exteriora subradiantia. Fructus cylindraceus linearis erostratus, calycinis dentibus stylopodiisque conicis in stylos divergentes attenuatis coronatus. Mericarpia jugis primariis quinque corticosis costatis rotundatis, omnibus aequalibus lateralibusve marginantibus vel magis prominulis vel in alas saepe brevissimas expansis, valleculae angustae late univittatae, commissura bivittata, albumen latere interiore concaviusculum, carpophorum ultra medium bipartitum. — Herbae Orientales glaberrimae: foliis ambitu lanceolatis 1-2-pinnatisectis, segmentis oppositis sessilibus brevibus, in lacinias setaceas multifidis. Involucri involucellique phylla multifida setacea. Pedicelli fructiferi incrassati.

1. GR. SCABRIDUM Boiss. Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 66. — Caule erecto striato subangulato; foliorum subbipinnatifidorum et involucrorum laciniis capillaribus sub lente breviter scabridis, foliis caulinis abbreviatissimis; fructu pedicello subquadruplo longiori; calycis dentibus triangularibus brevibus stylopodium vix aequantibus, stylis rectis subparallelis, dentibus calycis sextuplo longioribus, jugis lateralibus subprominentioribus. ♃ — Caulis semipedalis parum flexuosus, fructus circiter 4-5 lin. longus. — Crescit in Armenia.
2. GR. SZOWITSII Boiss. l. c. 67. — Caule erecto elato tereti; ramis strictis; foliorum subbipinnatorum laciniis setaceis laevibus; fructus pedicello triplo longioris jugis omnibus inter se aequalibus; dentibus calycinis stylopodio paullo longioribus, stylis divaricatis dentes calycinos sextuplo superantibus. ♃ — Caulis

distinctam habeo. In *A. nemorosa* caules crassiores, vaginae foliorum glabrae, petala radiantia minora basi longius attenuata sunt, dein fructus basi angustius non ut in haec specie ecostatus, sed jugis acutiusculis percursus, longius rostratus. — Crescit in Syria.

3. **A. TENERRIMA** Boiss. et Sprunner, Ann. sc. nat. (3. Sér.) II. 60. — Annua: caulibus numerosis teneris ramosis flexuosis glabris; foliis parce sub lente puberulis subternatim bipinnatisectis, segmentis petiolatis ovato-rotundatis minutis tripartitis trilobatisve, lobis rotundatis mucronulatis, foliorum superiorum multo simpliciorum segmentis terminalibus lineari-spathulatis elongatis integris, petiolis omnium in vaginam anguste membranaceam barbatam dilatatis; involucro nullo; involucelli phyllis, quinque ovatis mucronatis ciliatis pedicellos non aequantibus; floribus omnibus fertilibus; petalis oblongo-spathulatis subintegris, ovario longioribus, externis non radiantibus; pedicellis incrassatis substellato-patentibus, fructu parvo didymo oblongo paullo longioribus; mericarpiis ecostatis, apice in rostrum vix sulcatum mericarpio quintuplo brevius valde attenuatis, stylis brevibus erectis. ☉ — Caules tenerrimi ½–1-pedales decumbentes, folia fere *Heterotaeniae* vel *Scaligeriae Tournefortii*, sed segmenta minora, fructus eis *A. vulgaris* paullo longiores, qui differt segmentis foliorum non multifidis, petalis triplo majoribus, fructu oblongo ecostato nec ovato costato et rostro semine quintuplo nec triplo breviore fere exsulcato. *A. fumarioides* Spr. toto coelo differt radice bienni aut perenni, foliis fructibusque majoribus apice non attenuatis, petalis radiantibus, involucellis glabris, pedicellis fructiferis non incrassatis. Cum *A. tenerrima* gregarie crescit *α. leiocarpa:* fructus glaberrimi nitidi, *β. scabricarpa:* fructus tuberculis in setam abeuntibus obsiti in arenosis Hymetti et Smyrnae.

4. **A. LAEVIGATA** Griseb. Spicileg. flor. Rumel. I. 367. † — Perennis: caule basi petiolisque inferioribus brevissime pulverulento-velutinis, superne foliisque glaberrimis hinc ciliolatis, bi- vel tripinnatisectis, segmentis plerisque oblongis, basi semicordatis, inciso-dentatis et pinnatifidis; umbellis terminalibus; involucelli foliolis 5 ovato-lanceolatis reflexis ciliatis; fructibus ovato-oblongis laevibus, rostro rudimentario; stylis erecto-patentibus stylopodium convexo-conicum duplo excedentibus. ♃ — *A. sylvestri* valde affinis. — Crescit in Macedonia australi.

4506. **CHAEROPHYLLUM** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 224. — Wlprs. Repert. bot. syst II. 422.)

1. **CH. CRINITUM** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 63. — Radice bulbosa rotunda fibrillosa; caule fere a basi dichotome ramoso foliisque setis deflexis molliusculis longis crinito; foliis decompositis, laciniis lineari-setaceis acutis abbreviatis; umbellis 10–12-radiatis; involucro nullo, involucelli phyllis ovatis mucronatis longe ciliatis deflexis; floribus omnibus fertilibus; petalis albis, exterioribus magnis valde radiantibus rotundis subaequaliter bipartitis; fructibus lineari-cylindricis, pedicello brevissimo incrassato iis aequilato suffultis, stylis erecto-divaricatis stylopodio depresso duplo longioribus. ♃ — Radix avellanae crassitie, caulis ½–1½-pedalis, umbellulae parvae, fructus circiter sex lineas longus, pedicello lineam longo suffultus. Planta fructifera *Grammosciadium* refert. *Ch. bulboso* et praesertim *Ch. Prescotii* affine, ab utroque caulis indumento longiori, fructu longiori, foliorum laciniis setaceis, involucellis longe ciliatis nec glabris, petalis exterioribus maximis rotundis nec obcordatis diversum, a priori iterum stylis elongatis nec abbreviatis deflexis, ab altero pedicellis fructu brevioribus nec eum aequantibus. — Crescit in Persiae alpibus Savalan in prov. Ghilan et in Cappadocia ad Euphratem.

2. **CH. MACROPODUM** Boiss. l. c. 64. — Perenne: caule elato crasso valde elongato sulcatoque, pilis albis deflexis demum deciduis strigoso; foliis amplis supradecompositis, divisionibus longe petiolatis, segmentis parvis ovatis pinnatifidis, laciniis minimis ovato-rotundatis, foliis summis subsessilibus multo minoribus pinnatisectis, laciniis linearibus elongatis, omnibus tomento griseo brevi obsitis;

paniculae ramosissimae aphyllae ramis teretibus tenuibus elongatis subverticillatis glabrescentibus; involucro nullo aut monophyllo lineari, radiis multo brevioribus, involucelli phyllis ovatis acutis albo-membranaceis hispidis; petalis albis glabris; umbellae floribus pluribus fertilibus; pedicellis fructiferis elongatis incrassatis stellatim patentibus fructui persimilibus et cum eo continuis, cum aequantibus aut superantibus; fructu lineari-cylindrico longissimo tenuiter et obsolete costato, stylis deflexis stylopodio depresso quadruplo longioribus. ♃ — Planta valde singularis. Caulis ut videtur 3-4-pedalis et forsan altior. Folia pedalia et ultra, laciniarum forma et indumento ea *Athamanthae Siculae* referentia. Paniculae corymbosa ampla. Umbellae inferiores saepe pedunculo semipedali suffultae, parvae. Petala exteriora radiantia, magnitudine eorum *Ch. hirsuti*. Pedicelli fructiferi saepe pollicares, fructus ¾ pollicis longi, prima fronte pedicello adeo similes, ut ejusdem continuatio videantur. Vittae quinque pericarpio tectae. — Crescit in Assyriae monte Valkou.

3. **CH. TEMULOIDES** Boiss. l. c. 64. — Bienne, parce secus caules petiolos et nervos subtus pilis sparsis rigidis asprellum: radice napiformi incrassata; caule elato angulato ramoso; foliis inferioribus petiolatis ternatis, divisionibus breviter petiolatis pinnatim aut basin versus bipinnatim partitis, segmentis sessilibus oblongis incisis dentatisque, foliis summis sessilibus pinnatipartitis, segmentis angustatis; umbellis multiradiatis exinvolucratis; involucelli phyllis membranaceis lanceolatis deflexis ciliatulis, pedicellorum longitudine; petalis albis glabris vix radiantibus; fructibus in umbellula 1-3 fertilibus pedicello non incrassato eis brevioribus suffultis lineari-cylindricis, stylopodio depressissimo stylisque tenuibus deflexis illud vix superantibus coronatis. ♂ — Caulis 1½-2-pedalis, crassitie pennae anserinae, folia ea *Ch. temuli* referentia, sed segmenta numerosiora, 9-10 lineas longa, 5-6 lata, superiora majora, fructus nec basi neque apice attenuati profunde exarati flavescentes 5 lineas longi. *Ch. temulum* ab hac specie diversissimum est fructibus abbreviatis longe pedicellatis et stylopodio longo terminatis. — Crescit in Persia boreali.

4. **CH. BYZANTINUM** Boiss. l. c. 65. — Perenne: caule elato tereti glabro striato; foliis glabris biternatisectis, segmentis novem amplis ovato-oblongis obtusis, basi inaequalibus cordatis crenatis, crenis obtusis mucronatis, foliorum supremorum segmentis ellipticis acutis; involucri involucellique phyllis numerosis lanceolatis deflexis membranaceo-marginatis; fructu lineari-cylindrico pedicello longiori, stylis divaricatis stylopodio conico duplo longioribus. ♃ — Caulis 3-4-pedalis, crassitie pennae anserinae, segmenta 2-4-pollicaria, umbellae amplae. — *Ch. angelicaefolium* DC. l. c. 227. no. 19. (nec M. B.)

β. Petiolis foliolisque subtus puberulis.

Crescit in sylvis *Castaneae vescae* in Olympo supra Brussam, etiam prope Byzantium ad Bosporum.

4507. **BUTINIA** *Boiss.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 422.)

1. **B. (BUNIUM DC. Prodr. IV. 117. no. 6.) GLAUCESCENS** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 61. — Radice napiformi fibrillosa; caule elato tereti glaucescente ramoso subnudo; foliis radicalibus et caulinis inferioribus ambitu lanceolatis bipinnatisectis, segmentis parvis sessilibus in lacinias setaceas acutas pinnatisectis, foliis caeteris ad vaginas lanceolatas anguste marginatas reductis; umbellis umbellulisque 9-12-radiatis; involucri involucellique phyllis ovato-oblongis acutis, nervo medio excepto omnino scariosis albis glabris, his pedicellos subaequantibus; floribus omnibus fertilibus; petalis albis vix radiantibus; fructus parvi oblongi glabri jugis primariis filiformibus fere obsoletis, stylis deflexis stylopodia obtusa bipartita depresso-subrotunda non superantibus. ♃ — Caulis 1½-3-pedalis durus, crassitie pennae anserinae, rami rigidi subpatuli, umbellae pollicem latae, fructus flavescens vix lineae ⅔ longus subdidymus ei *B. bunioidis* similis, sed apice non attenuatus. — Crescit in Persiae borealis montibus Seidkhodji.

umbellae in vesiculam oblongo-clavatam longe stipitatam clausam violaceam mutata.

1. D. PERSICA Boiss. l. c. 91. — Planta annua, tota indumento brevi sparso asperula. Caules fere bipedales, penna anserina tenuiores, inferne parce et dichotome ramosi striati. Folia breviter petiolata ambitu lanceolata bipollicaria bipinnatisecta, segmentis per paria remota dispositis in lacinulas abbreviatas trifidas divisis. Pedunculi axillares terminalesque longissimi semipedales pedalesque. Umbellae multiradiatae compactae planae 1-sesquipollicares. Radii exteriores longiores, omnes post anthesin incrassati complanati, centralis cum umbellula sua in vesiculam tenuem oblongo-clavatam in pedicellum 8–9 lin. longum attenuatam, 2 lin. latam inflatam clausam vacuam violaceam mutatus. Involucri phylla subulata aequalia deflexa, radiis triplo breviora, involucelli late linearia plana acuta deflexa, valde inaequalia, interiora sesquilineam longa ½ lin. lata, exteriora lineam lata semipollicem longa. Flos centralis foemineus sessilis, limbo calycino orbatus, ovario hirto, stylopodio nullo, stylis elongatis basi parallelis. Flores caeteri in circulos concentricos biseriati, interni masculi breviter, externi steriles longius pedicellati. Petala externa florum sterilium valde radiantia maxima, laciniis saepe sex lin. longis, apice tres latis, interna minora 1–3 lin. tantum longa, petala floris masculi et foeminei minima irregularia vel truncata vel inaequaliter biloba, semper lacinula inflexa setacea instructa. Umbellulae fructiferae cum radio involucellisque deflexis exarticulatae deciduae, basi in discum extus planum, intus concavum dilatatae. Pedunculi florum sterilium 6–8 cylindrico-conici 3–4 lin. longi, basi lin. ¾ lati, calycinis dentibus brevissimis recurvis, quorum interiores saepe abortivi coronati, inter se apicibus suis approximati. Pedunculi florum masculorum subulati vix lineam longi eis florum sterilium alterni et ab eis occultati, dentibus calycinis et stylopodio sub lente tantum perspicuis quoque terminati. Fructus in cupula sessilis nudus breviter hirsutus conico-cylindricus 2½ lin. longus, latere subcompressus absque stylopodio distincto, sed stylis longis basi crassioribus superatus, juga difficile perspicua filiformi-rotundata, valleculae planae tenuiter trivittatae. — In Persia australi.

4521. PYCNOCYCLA *Royle.**)

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424.)

1. P. SPINOSA Dene. Ann. sc. nat. (2. Sér.) III. 259. — (Wlprs. l. c. no. 3.) — Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 87. — Breviter tomentella: caulibus teretibus a basi dichotome et approximatim ramosissimis, ad dichotomias infractis veluti articulatis; foliis omnibus in spinas rigide patulo-arcuatas duras basi amplexicaules, superne subcanaliculatas, subtus teretes, infimas pinnatas bijugas, superiores trifidas, supremas simplices mutatis, spinarum dentibus teretibus subarcuatis pungentibus, terminali longiori; pedunculis axillaribus terminalibusque elongatis; umbellis subhemisphaerico-capitatis; involucri phyllis lanceolato-subulatis spinosis, radios paullo superantibus, flores non aequantibus, radiis brevibus villosis; involucelli phyllis brevissimis spinulosis, tandem deciduis; umbellulae floribus exterioribus omnibus masculis pedicellatis pistillo ovarioque orbatis; petalis.....?; pedicellis fructiferis elongatis strictis hispidis fructum centralem circumdantibus; flore hermaphrodito unico sessili centrali; calycis dentibus omnium florum subulatis brevissimis villo occultatis; fructu cylindrico latere subcompresso adpresse hispido, stylis erectis tenuibus eo dimidio brevioribus superato, mericarpiis obtuse pentagonis, valleculis trivittatis, albumine arcte involuto.

---

*) *In specierum hujus generis descriptione amiciss. Decaisne opinionem de organis cylindricis pilosis, quae fructum centralem circumdant, non secutus sum. In eis ille ovaria rudimentaria elongata videt, ego autem ea pro pedunculis elongatis incrassatisque habeo. In multis Umbelliferis polygamis enim florum masculorum ovarium fere obsoletum et numquam illo florum fertilium longius reperio, sectio transversa insuper hujus organi cylindrici substantiam medullarem homogeneam ostendit nec cavitatem quae ovarium abortivum indicaret* (Boissier).

♃ — Caulis basi crassitie pennae anserinae, spinarum partitiones abbreviatae, laterales 3–4 lin. longae, pedunculi 2–5 poll. longi, umbellae diametro fere pollicares, involucri phylla semipollicaria, pedunculi florum sterilium post anthesin 3–4 lin. longi. — Crescit in Persiae aridis.

2. **P. AUCHERIANA** Boiss. l. c. 88. — Glabra: caule basi suffruticoso depresso erinaceo-caespitoso; foliis in spinas teretes duras supra subcanaliculatas rigidas tripartitas mutatis, partitionibus simplicibus aut bifidis elongatis acerosis, terminali longiore; pedunculis lateralibus terminalibusque longissimis; umbellis corymbosis compactis planis multiradiatis, radiis brevibus hispidis; involucri phyllis 7–8 subinaequalibus simplicibus acerosis, umbella duplo longioribus, involucelli phyllis subcanaliculatis subulatis acerosis flores subaequantibus; floribus exterioribus omnibus masculis, pedicello villoso dein elongato suffultis; petalis albis emarginato-bilobis cum lacinula inflexa, externis subradiantibus; flore centrali unico hermaphrodito sessili, stylis longis divergentibus superato; calycinis dentibus omnium florum subulatis elongatis; fructu.....? ♃ — Planta glaucescens glabra, caules prostrati 3–4 poll. alti, cortice cinerascente tecti, penna anserina dimidio tenuiores, folia 3–4-pollicaria ad medium in tres spinas saepius simplices, rarius bipartitas divisa, terminalis 1½–2-pollicaris, omnes durissimae, apice flavescentes acerosae. Scapi ½–1 pedales, umbellae ut in *Dauco Carota* densae planae diametro ¾ pollicis latae. Involucri phylla 1–1½ poll. longa. A praecedente caulium brevitate, pedunculi et involucri longitudine, calycinis dentibus longe subulatis nec brevissimis distincta. — Crescit in Persiae australis desertis et in regni Muscatensis monte Chebeck.

3. **P. NODIFLORA** Dcne. mss. ex Boiss. l. c. 88. — Tota brevissime et adpresse pruinoso-tomentella: caulibus tenuibus teretibus virgatis erectis, parce ramosis; foliis in spinas abbreviatas tripartitas mutatis, infimis longius, supremis brevissime petiolatis, petiolis basi amplexicaulibus, partitionibus tenuibus teretibus acerosis, rarius simplicibus, saepius fere a basi 2–3-fidis et sic folio subpalmato 7–9-partito; umbellis axillaribus pedunculo folio breviori suffultis, breviter 4–5-radiatis; involucri et involucelli phyllis a basi latiori subulatis, radios floresque subaequantibus; floribus exterioribus masculis pedicello hirsuto, post anthesin incrassato subincurvo suffultis, flore centrali hermaphrodito unico sessili; dentibus calycinis triangulari-subulatis inaequalibus; petalis extus hirtis oblongis emarginato-bilobis cum lacinula inflexa, flore centrali hermaphrodito unico sessili; fructu oblongo hirsuto stylis apice recurvis eum subaequantibus superato. ♃ — Caules tenues pedem aut amplius longi, folia eis praecedentium tenuiora, infima petiolo pollicari suffulta, partitiones eorum ½–1-pollicares. Umbellae minutae pauciradiatae, vix 4–5 lin. latae. Pedicelli florum sterilium tantum 2½ lin. longi subincurvi. — Crescit in Persia.

4522. **ECHINOPHORA** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 234. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424.*)

1. **E.? FLABELLIFOLIA** Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 92. — Caulibus basi suffrutescentibus erectis, inferne foliosis teretibus, superne parce ramosis; foliis inferioribus petiolo longo basi amplexicauli suffultis, limbo coriaceo durissimo longitudinaliter nervoso cuneato, in petiolum attenuato, ovato-rhomboideo, inferne integro, superne in 9–15 dentes a basi triangulari longissime attenuatos pungentissimos alternatim longiores brevioresque inciso, foliis superioribus subsessilibus, in dentes pauciores ad basin usque fissis.....? ♃ — Foliorum radicalium petiolus 2–3-pollicaris, limbus 2½–3-pollicaris, 2 poll. latus, dentes aut potius lobi a basi triangulari in aculeos validos teretes attenuati, ½–1 poll. longi. An forsan *Eryngii* species? — Crescit in Persia.

2. **E. RADIANS** Boiss. l. c. — Caule elato striato ramoso filioso; foliis petiolo basi dilatato plano puberulo suffultis triternatisectis, laciniis filiformibus elongatis acutiusculis glabris inermibus subcanaliculatis, foliorum inferiorum abbreviatis

sesquipedalis teres, fructus circiter 3 lin. longus. — Crescit in pratis altioribus provinciae Karabagh in Persia.

3. GR. AUCHERI Boiss. l. c. — Caule flexuoso humili tereti; ramis divaricatis; foliorum basi bipinnatorum laciniis setaceis laevissimis; fructus pedicello triplo longioris jugis commissuralibus paullo prominentioribus, angulatis, stylis divaricatis, dentibus calycinis duplo longioribus. ♃ — Caules vix semipedales, fructus magnitudine illorum *Gr. scabridi;* a praecedentibus differt caule flexuoso, dentibus calycinis fere lineam longis et laciniis foliorum minus tenuibus. — In Armenia crescit.

4. GR. MACRODON Boiss. l. c. — Caule flexuoso humili striato-angulato divaricatim ramosissimo; foliorum bipinnatorum laciniis setaceis laeviusculis; fructus subsessilis pedicello plus sextuplo longioris jugis (e statu immaturo) aequalibus; dentibus calycinis elongatis linearibus stylos divaricatos aequantibus. ♃ — Caulis semipedalis aut longior divaricato-ramosissimus, rami horizontales, verticalibus fere longiores, fructus 4–5 lin. longus, dentes calycini 1½–2 lin. longi, ab omnibus speciebus dentibus calycinis elongatis differt. — Crescit in Armenia.

5. GR. PTEROCARPUM Boiss. l. c. 68. — Caulibus caespitosis humilibus angulatis erectis, vix flexuosis; foliorum pinnatisectorum linearium segmentis valde approximatis, laciniis setaceis abbreviatis albido-mucronulatis; fructus pedicello quintuplo longioris jugis marginalibus in alas basi apiceque truncatas mericarpio paullo latiores expansis, stylis divergentibus dentes calycinos subaequantibus. ♃ — Caulis 3–5-pollicaris, basi petiolis vetustis vestitus, folia sesquipollicaria, tres lineas lata, ea *Cari verticillati* referentia, fructus 4–5 lin. longus, alae ¾ lineas latae, inferne paullulum attenuatae corticosae albae, arcte cum eis mericarpii alterius conniventes et sic fructus dipterus. — In Cappadociae monte Akdagh.

4516/1. **RHABDOSCIADIUM** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 68.)

Calycis dentes quinque lanceolati. Petala subemarginata in lacinulam inflexam canaliculatam abeuntia. Fructus cylindricus elongatus, a latere subcompressus, stylopodiis conicis tenuibus brevibus stylisque longissimis coronatus. Mericarpia lineari-cylindrica, jugis primariis 5 filiformibus, lateralibus marginantibus, vittae nullae, sed gummi sub pericarpii jugis irregulariter vagum, albumen latere interiori concaviusculum, carpophorum complanatum, usque ad medium bipartitum. — Herba Persica perennis: caulibus junceis ramosissimis aphyllis; umbellis simplicibus axillaribus terminalibusque breviter pedunculatis minimis paucifloris; floribus minimis albis.

1. RH. AUCHERI Boiss. l. c. 69. — Rhizoma fibrillis nigris dense vestitum. Caules numerosi et ipsa basi dichotome ramosissimi, tenuiter striati glaucescentes subangulati, penna anserina tenuiores erecti virgati bipedales. Rami valde elongati juncei. Folia radicalia infimaque caulina petiolo plano suffulta bipollicaria pinnatisecta trijuga, jugis remotis, segmentis ovato-oblongis aut lanceolatis sessilibus cuneatis integris aut sublobatis, carnosulis glaucis glabris, 4–5 lineas longis, 2 latis. Petioli basi subdilatati. Foliorum caulinorum et ramealium loco vaginulae scariosae fuscae lanceolatae, supremae minutissimae. Umbellae saepius simplices, rarius 4–5-umbellulatae, umbellulis 4–5-floris, vaginulis oppositae vel terminales. Involucelli aut involucri phylla triangulari-lanceolata membranacea minima, pedicellis paullo breviora. Flores albidi minutissimi fere omnes fertiles. Pedicelli fructiferi incrassati angulati, fructu plus dimidio breviores. Fructus lineari-cylindricus semipollicaris aut longior, basi subattenuatus, calycinis dentibus brevibus membranaceis, stylopodiis tenuibus conicis stylisque saepe ruptis divaricatis tenuissimis (saepe 2 lineas longis) coronatus. Mericarpia acutiuscule pentagona virescentia, valleculae rugulis pluribus irregularibus subobliquis percursae evittatae. Succus propius guttulis exsudans. — Crescit in montibus Susianae a Kurdarum tribu Bachtiaris dicta habitatis.

4517. **OZODIA** *Wght. et Arn.*

(Wght. et Arn. Prodr. fl. penins. Ind. orient. I. 375.)

1. O. FOENICULACEA Wght. et Arn. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.* — Herba glabra glaucescens, habitu *Foeniculo* simillima, caulis striatus, folia multifida, lobis setaceo-linearibus, umbellae 12–20-radiati, involucrum et involucella nulla, flores flavescentes. ☉? ♃? — Crescit in peninsula Indiae orientalis.

4517/1. **HETEROTAENIA** *Boiss.*

(Boiss. Voyage bot. dans le midi de l'Esp. p. 267. t. 80. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 69. — Meisn. Gener. plant. vascular. II. p. 359.)

1. H. THALICTRIFOLIA Boiss. l. c. 269. no. 780. t. 80. A. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 423.*) — Radix bulbosa, magnitudine avellanae aut major, caules 1–2-pedales erecti subflexuosi parce ramosi tenuissime striati glabri. Folia tenera glabra, rarius ad petiolos et marginem laciniarum ciliis brevissimis obsita. Folia radicalia ambitu subrotunda longe petiolata 2–3-ternatisecta, laciniae omnes longe petiolulatae, segmenta breviter petiolulata trilobata, lobis dentatis, dentes rotundati.mucronulati, folia caulina inferiora bipinnatifida aut pinnatifida, laciniis lanceolatis, superiora petiolo subinflato insidentia trifida, laciniis setaceis, suprema integra. Umbellae 6–8-radiatae. Involucrum submonophyllum setaceum breve. Umbellulae 10–20-florae, pedicelli breves, flore vix triplo longiores. Involucellum 2–4-phyllum, laciniis lanceolato-setaceis, basi anguste albo-marginatis, pedicello brevioribus. Flores albi, hermaphroditi fertiles, plures masculi steriles, petala juniora rosea, demum alba obovata emarginata cum lacinula inflexa, dorso nervo angusto rufescente notata. Styli longissimi in fructu juniore deflexi. Fructus maturus didymus lateraliter compressus. Canalis inanis inter semen et pericarpium. — *Bunium thalictrifolium* Boiss. Elench. pl. nov. Hispan. no. 80. — Wlprs. l. c. 394. no. 5.

α. Caulibus glabris.

β. major: caulibus supra genicula patule villosis.

Crescit in Hispaniae australis regionibus umbrosis campestribus montosis.

4520/1. **DICYCLOPHORA** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 89.)

Flores polygami, interior umbellulae foemineus sessilis unicus stylopodio dentibusque calycinis nullis, stylis longissimis basi incrassatis. Flores caeteri pedunculati biseriati, seriei internae masculi, externae steriles, ovario nullo, stylopodio minuto conico, dentibus calycinis patulis minutis inaequalibus, saepe ad 1-2 reductis. Petala alba valde inaequalia, floris foeminei et masculorum minuta ciliata oblonga truncata vel breviter biloba, lobis inaequalibus, altero saepe evanido, semper lacinula setacea inflexa instructa. Petala florum sterilium valde radiantia, unum aequaliter, caetera inaequaliter fere ad basin usque bipartita, lobis oblongo-spathulatis. Filamenta longissima. In umbella fructifera involucellorum et pedicellorum bases in cupulam subtus planiusculam, interne concavam coalitae. Serici externae sterilis pedunculi incrassati, basi latiores conico-cylindrici, introrsum inclinati, apice contigui, fructum centralem nudum foventes, seriei interioris masculae pedunculi eis florum sterilium alterni tenuissimi triplo breviores, omnes stylopodio breviter conico denticulisque calycinis inaequalibus stellatim patentibus coronati. Fructus centralis pedunculis florum sterilium brevior et eis occultatus in cupula sessilis oblongus, apice attenuatus, a latere subcompressus, stylis elongatis circinnatis terminatus. Pericarpium tenuissimum extus hirsutum, juga filiformia obtusa obsoleta, valleculae planae trivittatae, commissura plana bivittata, albumen arcte involutum, latere interiori planum, exteriori convexum, carpophorum nullum. — Herba Persica facie *Anisosciadii*, involucellis valde inaequalibus, umbellis valde radiantibus *Caucalidis grandiflorae*, umbellula centrali

paullo latioribus, foliis supremis trifidis; umbellis compactis planis multiradiatis; involucri phyllis lanceolato-setaceis radios subaequantibus, breviter ciliatis, fructiferis deflexis, involucelli similibus, flores externos subaequantibus; umbellae flore centrali carnoso atropurpureo; petalis albis profunde et inaequaliter bilobis, lobis obovatis, externis valde radiantibus sexduplo majoribus; umbellulis fructiferis ovato-turgidis, involucellis calycibusque florum sterilium induratis recurvis spinosis muricatis; fructu centrali unico, stylis tenuibus longissimis superato. ♃ — Pulcherrima planta 1-3-pedalis, caulibus pluribus ramosissimis erectis, foliis numerosis saepe semipedalibus, laciniis tenuibus filiformibus viridibus saepe pollicaribus. Umbellae planae albae *Dauci*, densissime floribundae, saepe diametro sesquipollicares. Petala exteriora 3 lineas et amplius longa, flos centralis pisi magnitudine atropurpureus. *E. trichophylla* huic quoad herbam et fructum affinis optime distinguitur foliis ampliioribus, inferioribus saepe pedalibus, laciniis rigidioribus 5 lancescentibus (?) magis elongatis, involucelli phyllis glaberrimis triangularibus abbreviatis, umbellis 10-12-, nec 20-24-radiatis, radiis longioribus et ideo non compactis, flore centrali sterili nullo, petalis vix radiantibus, involucellis umbellulae fructiferae latioribus patulis nec hamato-recurvis. — Crescit in Lydiae et Cariae regione calida.

4522/1. **THECOCARPUS** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 93.)

Flores polygami, exteriores masculi pedicellati, stylopodio conico elongato instructi ovarioque destituti, centrales hermaphroditi plures sessiles, stylopodio elongato stylisque erectis superati, omnium calycis limbus quinquedentatus, dentibus subulatis. Petala alba late obovata emarginata cum lacinula inflexa, non radiantia. Umbellulae fructiferae in corpus unicum cum involucelli phyllis induratis concretae, fructus fertiles cylindraceo-urnaeformes, basi concreti, superne liberi truncati pentagoni. Pericarpium calyci adnatum, circa et inter semina crassum fungoso-sublignosum. Mericarpia semicylindrica non separabilia, substantia spongiosa pericarpii ad faciem commissuralem coalita, juga obsoleta, albumen evittatum oblongum, apice attenuatum, extus convexum, intus concavum, a basi ad apicem subincurvum, carpophorum planiusculum indivisum. — Herba Persica habitu *Echinophorae*.

1. *TH. MEIFOLIUS Boiss. l. c. 94. — Planta glaberrima. Caulis elatus teres, crassitie pennae anserinae, parce foliosus albo-striatus opposite ramosus. Folia radicalia.....?, caulina petiolo in vaginam oblongo-lanceolatam dilatato insidentia 2-3-pollicaria, ambitu lanceolata, pinnatipartita 7-8-juga, partitionibus oblongis abbreviatis 5-6 lin. longis, 2-3 latis, in lacinias setaceas abbreviatissimas approximatas subverticillatim multipartitis, supremis limbo brevissimo donatis. Umbellae longe pedunculatae, centralis 12-15-, laterales 5-7- et inaequaliter radiatae. Involucri phylla lanceolato-subulata brevissima, saepe evanida. Umbellulae pauciflorae compactae, involucelli phylla lanceolata albo-marginata, pedicellis subaequilonga. Flores marginales masculi pedicello eis aequali suffulti, centrales fertiles 4-6 sessiles, basi concreti. Flores albi parvi non radiantes. Floris masculi filamenta longissima. Stylopodium conico-acutum. Floris hermaphroditi stylopodium conico-elongatum, stylis crassis brevibus terminatum. Umbellula fructifera, pedunculo rupto facile deciduo e fructibus fertilibus crassis cylindricis, pedicellis florum masculorum brevibus et involucelli phyllis brevissimis basi concretis constans. Pedicelli florum sterilium apice stylopodio conico-lineari dentibusque calycinis coronati saepe magis minusve obsoleti. Fructus fertiles cylindrico-pentagoni angulis e quinque dentibus calycinis incrassatis triangularibus horizontalibus decurrentibus basi tantum coaliti, 2½-3 lin. longi, 2 lin. diametro crassi, superne truncati, stylopodio conico-lineari indurato lineam longo stylisque brevissimis conniventibus superati. Pericarpium cum calyce coalitum, extus fungosum, intus sublignosum loculos 2 subseparabiles

formans, in quibus nidulat albumen forma sua semen Pyri mali referens, sed extus convexum, intus concavum, 2 lin. longum, 1 latum, apice attenuatum viride, membrana tenerrima (spermodermio) vestitum. Facies camissurales planae, substantia spongiosa conjunctae. Carpophorum rudimentarium planiusculum. ♃? — Crescit in Persia prope Ispahan.

4525. **CACHRYS** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 236. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424.)

1. C. PAPILLARIS Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 75. — Caule elato crasso sulcato, superne corymboso-ramoso, undique ut petioli et costae foliorum tuberculis et pedicello complanato papillisque planis stellatim confertis constantibus obsito; foliis amplissimis oblongis supradecompositis, foliolis anguste linearibus teneris elongatis, undique papillis elongatis albis crispis obsitis, foliis caulinis subsessilibus minoribus; umbellae primariae involucri phyllis multifidis, lateralium linearibus; petalis luteis, apice convolutis, dorso subpuberulis; mericarpiis junioribus glaberrimis didymo-globosis, stylis divergentibus longissimis. ♃ — Species indumento suo distinctissima ob fructum juniorem tantummodo visum huic generi, nec *Prangoti* adnumeratur, tuberculi pedicellati caulis fere tertiam lineae partem longae. Caulis 3-4-pedalis, penna anserina crassior, folia sesquipedalia, umbellae 9-12-radiatae, radiis umbellae centralis tripollicaribus. — Crescit in Mesopotamia.
2. *C. ERIANTHA DC. l. c. 238. no. 10. — Boiss. l. c. — *Pycnocycla? macrocarpa* Dcne. mss. in pl. Aucher.
3. C. PRANGOIDES Boiss. l. c. 76. — Glaberrima: caule elato anguloso; foliis amplis supradecompositis, laciniis lineari-setaceis; involucri involucellique phyllis linearibus; pedicellis fructiferis fructu brevioribus; fructu ovato, stylopodio cupulari stylis duplo longioribus terminato, mericarpiis oblongis, jugis rotundatis obtusissimis apteris, valleculis sulco notatis. ♃ — Habitu, foliis et fructus magnitudine ex forma *Prangoti foeniculaceae* C. A. Mey. simillima, sed ab eo jugis non in alam expansis sed rotundato-obtusissimis diversa amborum generum affinitatemque demonstrans. Valleculae etsi parum profundae tamen latae sunt et canaliculatae, quo charactere distinguitur a *C. laevigata*, *cylindracea* et *alpina*, quae mericarpia hemisphaerica aut semicylindrica esulcata habent. — Crescit in Persia ad Dalmkou.
4. *C. Spec. nova?* Boiss. l. c. 76. — *C. erianthae* affinis forsan generice distincta, nam fructus non visus est. Tota aculeolis minutis sparsis scabrida, caeterum glabra, caulis angulatus, folia quadripinnatipartita, costis laciniisque linearibus carnosis angulatis subcanaliculatis abbreviatis rigidis, umbellae pedunculatae multiradiatae, umbellulae globosae, petala pallide lutea hirta. — In Persia prope Ispahan.

4525/1. **HIPPOMARATHRUM** *Lnk.*

(Lnk. Enumer. pl. hort. Berol. I. 271. — *Cachrydis* sect. II. *Aegomarathrum* DC. Prodr. IV. 237. no. 5. 6. et 7. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424. no. 3. et 4. — Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 73.)

Calycis margo quinquedentatus, dentibus elongatis persistentibus. Petala integra ovata, apice inflexa. Fructus turgidus didymus, stylopodio carnoso cupuliformi superatus. Pericarpium crassum lignosum durum. Juga quinque crassa laevia vel rugulosa vel papillosa vel acie dentata. Albumen involutum liberum, vittis copiosis tenuibus undique tectum.

Genus a *Cachryde* et *Prangote* longe diversum pericarpio duro nec spongioso dentibusque calycinis elongatis nec obsoletis. Omnes species foliis duris pungentibus eis *Echinophorae* similibus donatae sunt. *Lophocachrys* et *Hippomarathrum* generice separari omnino nequeunt et tantum dispositione paullo varia tuberculorum aut dentium costarum differunt.

1. H. CRISPUM Koch, Umbellif. 136. — Boiss. l. c. 73. — Mericarpiis subglobosis, jugis crassis transverse rugoso-tuberculatis, valleculis angustis saepe obliteratis;

dentibus calycis obtusis stylopodium non superantibus. ♃ — *Cachrys crispa* Pers. Enchir. I. 311. — DC. Prodr. IV. 237. no. 6. — *C. nudicaulis* Godet mss. — *Cachrys* (*Rumia* Hoffm.) *microcarpa* Steven mss. — In Palaestina et in Caucaso orientali.

2. H. PTEROCHLAENUM Boiss. l. c. 74. — Mericarpiis obovatis, jugis crassis lateraliter et acie papilloso-tuberculatis, valleculis angustis; dentibus calycinis lanceolatis stylopodio longioribus; involucri phyllis pinnatisectis. ♃ — *Cachrys pterochlaena* DC. l. c. no. 6. — *Cachrys Sicula* L. (non Boccone). — Crescit in Africa boreali et in Hispania australiori.

3. H. BOCCONI Boiss. l. c. — Mericarpiis obovatis, jugis attenuatis laevibus, valleculis latiusculis laevibus aut parce tuberculosis; calycis dentibus obtusiusculis stylopodium non superantibus; involucri phyllis indivisis linearibus. ♃ — *Cachrys Sicula* Fl. Graec. (non L.) — *C. Libanotis* DC. l. c. 237. no. 5. — *Lophocachrys echinophora* Bertol. — Crescit in Sicilia.

4. H. CRISTATUM Boiss. l. c. 75. — Mericarpiis obovatis, jugis angustis acie crista edentibus triangulari-subulatis constante obsitis, valleculis latis laevibus; calycis dentibus acutis stylopodio longioribus. ♃ — *Cachrys cristata* DC. l. c. 238. no. 13. — *C. Sicula* d'Urville. — Crescit in insulis Archipelagi, in Asia minori et in Lydia.

4526. **PRANGOS** *Lindl.*

(DC. Prodr. IV. 239. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424.)

1. PR. MACROCARPA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 77. — Glabra: caule elato, superne subcorymboso-ramoso tereti striato; foliis radicalibus.....?, caulinis petiolo brevi dilatato suffultis, etiam supremis 1-3-pinnatisectis, laciniis setaceis elongatis; umbellis multiradiatis; involucri phyllis elongatis lineari-setaceis, involucelli phyllis lineari-setaceis pedunculo brevioribus; petalis glabris; fructu pedicello longiore, maximo ovato alato, stylopodio disciformi stylis divergentibus eo triplo longioribus superato, alis basi apiceque emarginatis, basi incrassatis late membranaceis integris rectis, diametro mericarpii paullo angustioribus, valleculis latis laevibus. ♃ — Rami superiores plantae elatae tantum adsunt. Laciniae foliorum caulinorum tenuissimae, saepe 1-2-pollicares. Fructus totius generis maximus, saepe 13-15 lineas longus, 9 lineas latus, forma et alis eo *Pr. foeniculaceae* similis, sed magis elongatus triploque major, alae latiores 2 lineas et ultra latae, *Pr. foeniculacea* insuper foliis caulinis ad vaginam reductis differt, *Pr. cylindracea* DC. habet fructus ejusdem longitudinis sed multo angustiores et differt foliis superioribus indivisis aliisque notis. — Crescit in Persia australi.

2. PR. PUMILA Boiss. l. c. — Caule humili tereti, inferne brevissime sub lente tomentello glaucescente, superne corymboso-ramoso; foliis glabris, radicalibus petiolo in vaginam longam planam sulcatam dilatato suffultis, ambitu ovatis trisectis, partitionibus longe petiolulatis pinnatisectis, segmentis sessilibus in lacinias 3-7 lineares planas elongatas pinnatis, foliorum caulinorum petiolo abbreviato, foliis summis ad 2-3 lacinias lineares reductis; involucri involucellique phyllis lanceolatis brevissimis, demum evanidis; fructus pedicello glabro duplo longioris globosi glaberrimi laevis alis integris membranaceis, basi attenuatis, apice emarginatis, diametro mericarpii paullo angustioribus, stylis deflexis stylopodio multo longioribus. ♃ — Caulis semipedalis, umbella centralis brevius pedunculata 9-10-radiata, foliorum laciniae 4-6 lin. longae, lin. ½-1 latae, fructus exacte globosus magnitudine nucis Avellanae. Affinis *Pr. foeniculaceae*, a qua foliis minoribus, laciniis latioribus et longioribus et fructus forma differt. — Crescit in Tauro.

3. PR. ODONTOPTERA Boiss. l. c. — Humilis, tota brevissime pilis crispis tomentella: caule superne ramosissimo; foliis inferioribus petiolatis, ambitu oblongis bipinnatisectis, segmentis brevibus pinnatis, laciniis lineari-cuneatis abbreviatis crassiusculis rigidulis obtusis, caulinorum petiolo abbreviato plano, limbi laciniis elongatis; involucri involucellique phyllis lanceolatis brevissimis, demum evanidis; pedicellis puberulis; floribus.....?; fructu pedicello duplo longiore ovato, alis membranaceis mericarpii diametrum aequantibus valde a basi undulatis, basi

apiceque emarginatis, margine breviter et acute denticulatis, stylis stylopodio longioribus. ♃ — Caulis ½–1-pedalis, folia infima 4-pollicaria, laciniae 1–2 lin. longae, foliorum superiorum 3–4 lin. longae, fructus 8–9 lin. longi, 6 lin. lati, alae saepe 3 lin latae membranaceae roseae denticulatae. — Crescit in Tauro.

4. PR. PEUCEDANIFOLIA Fnzl. Flora (B. Z.) XXVI. 463. — Caulis teres cum reliquis partibus glaberrimus; folia radicalia 3–4-pinnatisecta 4–6-juga, laciniis indivisis vel bi-trisectis linearibus vel lineari-lanceolatis elongatis (½–1 poll. longis) mucronatis, rectis vel falcatis, petiolis late vaginantibus linearibus longissimis, demum dehiscentibus, caulina simpliciter pinnatisecta, summa vaginaeformia; umbellae multiradiatae; involucri ac involucelli foliolis pluribus subulato-setaceis; petala alba ovata cuspidata, cuspide inflexo; fructus ovales vel obovati maximi (¾–1 poll. longi) demum purpureo-variegati, alis subaequalibus integerrimis grosse undulatis mericarpiorum semiorbicularium diametro, valleculis cum commissura sparse granulato-tuberculatis. ♃ — Crescit in Mesopotamiae monte Karadaja-Dag prope Diarbekir.

5. PR. SZOWITSII Boiss. l. c. 78. — Caule humili tomentoso, basi fibrillis dense stipato; foliis omnibus radicalibus, ambitu triangularibus tripinnatisectis, divisionibus inferioribus petiolatis elongatis, segmentis in lacinias breves rigidas oblongas obtusas pinnatisectis tomentellis, petiolis costisque lana detersili vestitis; involucri involucellique phyllis membranaceis lanceolatis brevibus, demum evanidis; petalis hirtis luteis; fructu pedicello eo breviori suffulto breviter ovato, alis basi incrassato-spongiosis, in marginem membranaceum integrum, basi apiceque emarginatum diametro mericarpii angustiorem dilatatis, stylis deflexis stylopodium multo superantibus. ♃ — Caulis tripollicaris, laciniae foliorum 1½-2 lin. longae, fructus fere *Pr. pumilae*, sed alae basi non attenuatae. — Crescit in Persia boreali ad lacum Ourmiah et ad Hatchitschewan.

6. PR. CHEILANTHIFOLIA Boiss. l. c. 79. — Tota tomento brevissimo denso grisea: radicis collo vestigiis foliorum vetustorum fibrisque dense stipato; caule humili tereti tomentoso, superne simplici aut parce ramoso; foliis radicalibus petiolo brevi superne subcanaliculato suffultis, ambitu oblongo-lanceolatis pinnatisectis 8–10-jugis, divisionibus primariis oblongis sessilibus, iterum pinnatis, segmentis inter se approximatissimis contiguis parvis, in lacinulas breves obtusas canaliculatas confertissimas multipartitis, folio caulino ad vaginam lanceolatam acutam brevem reducto; involucri involucellique phyllis ad squamulas ovatas vix perspicuas demum evanidas reductis; petalis flavis hispidis; radiis, pedicellis ovariisque tomentosis; fructu breviter pedicellato breviter ovato glabrescente turgido, alis membranaceis integris basi et apice subemarginatis, diametro mericarpii paullo angustioribus, stylis stylopodio longioribus. ♃ — Caulis semipedalis, folia 3–4-pollicaria, pollicem lata paullove latiora, lacinulis minutissimis approximatis. — Crescit in Persiae provincia Aderbidjan.

7. PR. OVATIFOLIA Boiss. l. c. — Tota pilis sparsis tomentella: caule humili, superne ramoso; foliis petiolo brevi tereti crasso basi vaginante suffultis, limbo breviter ovato tripinnatisecto, divisionibus omnibus approximatis, segmentis sessilibus ovatis, laciniis oblongis obtusis subcanaliculatis valde approximatis, rhachi primaria secundariisque crassis; involucri involucellique phyllis paucis minimis lineari-subulatis; petalis luteis hispidis; fructu (immaturo) pedicello longiori breviter ovato, alis membranaceis undulatis, mericarpii diametro paullo angustioribus integris. ♃ — Caulis semipedalis, foliorum radicalium petiolus bipollicaris, limbus bipollicaris, 1½ poll. latus, laciniae congestae sesquilineares, semilineam latae. — Crescit in Persia.

8. PR. CINEREA Boiss. l. c. 80. — Tota indumento griseo denso brevi velutina: collo fibrillis dense vestito; caule subangulato vel compresso, superne ramosissimo; ramis oppositis subverticillatisque patulis elongatis; foliis radicalibus petiolo basi dilatato subcompresso suffultis, ambitu triangulari-ovatis tripartitis, partitionibus petiolatis bipinnatisectis, segmentis brevibus sessilibus, in lacinias rigidulas canaliculatas obtusas oblongo-lineares multifidis, costis basi nudis

segmentisque subdecussatis, foliis caulinis etiam supremis pinnati- aut bipinnatisectis, laciniis elongatis lineari-setaceis; umbellis pedunculatis multiradiatis; involucri phyllis brevibus lanceolatis integris aut 2–3-fidis, involucelli phyllis linearibus brevissimis; petalis pallide flavis, extus hirtis; ovario glabriusculo breviter ovato alato, alis integris membranaceis undulatis, stylopodio disciformi carnoso, stylis deflexis eo longioribus superato. ♃ — Planta 1–1½-pedalis, folia 1–1½-pedalia, radii umbellarum 1–2-pollicares. — In Persiae prov. Aderbidjan.

9. **PR. CORYMBOSA** Boiss. l. c. 81. — Tota indumento crispulo griseo velutina: caule elato angulato-sulcato, superne verticillatim corymboso ramosissimo; foliis radicalibus petiolatis amplis, ambitu ovatis bipinnatisectis, divisionibus oppositis remotiusculis, segmentis sessilibus in lacinias minutas oblongo-lineares multifidis, infimis ad ipsam basin costarum primariarum et secundariarum sitis, foliis caulinis ad vaginas breves lanceolatas, inferiores bifidas, caeteras integras reductis; umbellis multiradiatis, centrali brevius pedunculata; involucri involucellique phyllis lanceolato-linearibus brevibus; petalis luteis extus hirtis; ovario pedunculo longiori suffulto ovato glabro alato, alis membranaceis, stylopodio disciformi carnoso, stylis deflexis eo longioribus coronato. ♃ — Caulis videtur valde elatus, apice verticillatim ramosissimus, ramis dichotomis. Folia pedalia, 7–8 poll. lata. — Crescit in Cappadocia ad Euphratem.

10. **PR. MELIOCARPOIDES** Boiss. l. c. — Caule pumilo tereti parce ramoso, pilis crispulis tandem detersilibus obsito; foliis radicalibus glabriusculis glaucescentibus, ambitu lanceolatis bipinnatisectis, segmentis sessilibus breviter ovatis, laciniis confertis parvis oblongis subcanaliculatis abbreviatissimis, foliis caulinis ad vaginam subinflatam oblongam reductis; umbellis pauciradiatis; involucri involucellique phyllis parvis lanceolatis, demum deciduis; fructu basi attenuato pyriformi, apice obtuso, pedicello longiori alato, stylopodio disciformi sublobulato, stylis eo duplo longioribus divergentibus superato, alis membranaceis planis integris diametrum mericarpii aequantibus, basin versus sensim angustatis. ♃ — Caulis semipedalis pedalisve tenuis parce dichotomeque ramosus, folia cum petiolo brevi 2–3-pollicaria, laciniae vix lineam longae approximatae, umbellae 5–6-radiatae, radiis pollicaribus, fructus 6–7 lin. longus, superne 4 lin. latus, nitidus albicans, alae superne 1½–2 lin. latae. — In Cappadocia ad Euphratem.

11. **PR. LOPHOPTERA** Boiss. l. c. 82. — Glabra: caule elato subnudo ramoso acute striato subundulato; foliis radicalibus petiolo crasso angulato scabriusculo suffultis, ambitu rotundatis amplis supradecompositis, petiolis secundariis costisque omnibus elongatis valde angulatis, laciniis linearibus subfalcatis rigidis subteretibus scabriusculis intricatis, caulinis superioribus multo minoribus multifidis, laciniis tenuioribus longioribus; umbellis multiradiatis; involucris involucellisque lanceolato-linearibus submembranaceis brevibus; fructu breviter oblongo-cylindrico, pedicello eo paullo breviori suffulto, stylis stylopodio depresso patellari sublobulato longioribus, alis a basi membranaceis et undulato-plicatissimis albuminis diametro paullo angustioribus, valleculis papillis crispato-undulatis alis dimidio brevioribus 2–3-striatis repletis. ♃ — Caulis elatus superne paniculato-subcorymbosus. Folia radicalia 6–9 pollices longa et saepe latiora, laciniae semipollicares lineae ⅓ latae. Fructus fere 5 lineas longus, vix 2 latus, basi apiceque truncatus, alis albis a basi sinuato-plicatissimis, lineam aut paullo amplius latis. Papillae vallecularum aegre propter alas bullatas totam fructus superficiem tegentes prima fronte detegendae. A *Pr. uloptera* egregie differt laciniis brevioribus scabris, fructu dimidio angustiori, alis angustioribus plicatissimis basi non spongioso-incrassatis, valleculis papillosis, quo charactere sola *Pr. pabularia* quoque gaudet, quae ab hac foliis ambitu lanceolatis, fructus alis incrassatis caeterum longe recedit. — Crescit in Tauro.

12. **PR. AUCHERI** Boiss. l. c. 83. — Glabra: caule erecto ramoso subangulato; foliis radicalibus supradecompositis, laciniis linearibus elongatis planis, petiolo costisque primariis basi nudis angulatis, facie superiori sulcatis; umbellis multiradiatis;

involucri involucellique phyllis lanceolato-linearibus submembranaceis; fructu pedicello incrassato tereti paullo longiore oblongo-cylindrico, stylis arcuatis stylopodio patellari longioribus, alis diametrum albuminis subaequantibus a basi incrassato-spongiosis, margine tantum membranaceis rectiusculis vix undulatis. 4 — Planta elata. Foliorum laciniae pollicares, lin. 3/4 latae, eas *Ferulae glaucae* referunt. Fructus eis *Pr. ulopterae* multo longiores 7–9 lineas longi, alae eis hujus speciei basi magis incrassatae angustius membranaceae, apice et basi magis angustatae rectae nec undulatae. In *Pr. cylindraceа* quoque affini fructus longior est crassiorque, alae undulatae et a basi membranaceae. — Crescit in Persia prope Ispahan.

13. PR. MICROCARPA Boiss. l. c. — Caule tereti elato; foliis radicalibus....?, caulinis brevissimis pinnatisectis, laciniis brevissime puberulis tenuibus linearibus; umbellis multiradiatis; involucri involucellique phyllis lineari-setaceis brevissimis deflexis; petalis luteis glabris; pedunculis fructu ovato brevioribus; stylis deflexis stylopodio cupulari lobulato longioribus, mericarpiorum alis diametro fructus angustioribus, basi incrassatis sectione transversa triangularibus vix margine membranaceis, lateralibus paullo latioribus. 4 — Hujus plantae rami fructiferi foliis orbati tantum visi sunt. Fructus 4–5 lineas longus, 3 latus, eo *Pr. Aucheri* triplo minor, alae ut in eo incrassatae, sed dorsales obsoletissime membranaceae. Semper in eodem fructu mericarpii alterius facies commissuralis concava alteriusque convexa observatur. Vittae numerosae et embryo involutus. — Crescit in Persia.

4526/1. MELIOCARPUS *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 84.)

Calycis margo quinquedentatus, dentibus triangularibus brevissimis. Petala oblonga integerrima, apice in mucronem incurvum subconcavum subcontracta. Stylopodium cupulatum latum carnosum, marginibus introflexis in duas partes linea elevata divisum. Fructus parte superiori teres, inferiori valde a dorso complanatus latior. Pericarpium spongiosum quinquejugum, infra albumen in appendicem linguaeformem planam elongatam productum. Juga triangularia crassa, externa acuta marginantia, productione sua appendicis margines formantia, interna angustiora dilatata in costas tres vel albumine non longiores vel secus appendicis dorsum usque ad basin decurrentes. Albumen involutum pericarpio brevius, vittis numerosis undique tectum. Carpophorum bipartitum. — Herbae Anatolicae vel Syriacae: caule tereti elato ramoso; foliis habituque *Opoponacis*; floribus luteis magnis.

§. 1. *Mericarpia fructus inter se simillima, alarum numero aequalia.*

1. M. ANATOLICUS Boiss. l. c. — Foliis inferioribus ambitu ovatis bipinnatis 4–5-jugis, divisionibus inferioribus petiolatis, segmentis oblongo-lanceolatis obtusis, basi attenuata secus rhachidem decurrentibus, terminali tripartito, omnibus obtuse crenatis albo-marginatis; involucri involucellique phyllis oblongis acutis; fructu pedicellum aequante aut eo breviore, jugis omnibus incrassatis, superne subaequalibus obtusis, lateralibus inferne acutatis in marginem latum dilatatis, dorsalibus tota longitudine obtusis, ultra albumen vix non productis, albumine pericarpio dimidio breviore. 4 — Caulis 1½–2-pedalis, petioli canaliculati, segmenta foliorum pollicaria et ultra, 2–3 lin. lata, pedicelli fructiferi 6–8 lin. longi, mericarpium 6–7 lin. longum, superne 2 lin. latum. — Crescit in collibus Lydiae ad Smyrnam.

2. M. ALATUS Boiss. l. c. 85. — Foliis inferioribus petiolo dilatato, superne canaliculato, margine aspero suffultis pinnatis 1–2-jugis cum impari, segmentis jugi inferioris petiolulatis, ad petioluli apicem solitariis vel binis, eis jugi superioris sessilibus, terminali petiolulato, omnibus ovatis obtusis, obtuse crenatis albo-marginatis, basi saepe subcordatis, foliis superioribus breviter petiolatis tripar-

titis, segmentis subsessilibus elliptico-lanceolatis; involucri involucellique phyllis oblongis in mucronem setaceum abeuntibus; fructus pedicello brevioris jugis omnibus tenuibus alatis acutis, dorsalibus paullo angustioribus, usque ad basin appendicis in alam vel carinam acutam productis, albumine pericarpii dimidio breviore. ♃ — Praecedenti affinis, sed folia minus dissecta, segmentis saepe pollicem latis, phylla involucri et involucelli longius acuminata. — In Syria.

§. 2. *Mericarpia fructus inter se numero alarum dissimilia.*

3. M. ANISOPTERUS Boiss. l. c. 85. — Foliis.....?; involucri involucellique phyllis ovatis acutis; fructus pedicello paullo brevioris jugis tenuibus alatis, dorsalibus usque ad basin mericarpii productis paullo angustioribus vel inter se aequalibus, vel nonnullis apteris, albumine pericarpio tertia parte breviore. ♃ — *Prangos anisoptera* DC. Prodr. IV. 240. no. 6. (nec *anisopetala*). — Crescit in Palaestina prope Nazareth.

4527. COLLADONIA *DC.*

(DC. Prodr. IV. 240. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 424.*)

1. C. SYRIACA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 86. — Caule elato ramoso tereti, valde striato glabro; foliis infimis oblongis indivisis, caulinis inferioribus pinnatis bijugis, segmentis amplis sessilibus ovato-oblongis, basi inaequalibus, intermediis margine externo decurrentibus, omnibus regulariter et obtuse crenatis, foliis summis trifoliolatis, segmentis basi attenuatis, petiolis superne planis, inferne convexis striatis, ad strias et margines serrulato-scabris; umbellis amplissimis; involucri involucellique phyllis oblongis mucronatis; pedicellis longissimis. ♃ — Caulis sesquipedalis, foliorum segmenta coriacea, saepe bipollicaria et pollicem lata, radii umbellae 3–4 poll. pedicellique sesquipollicem longi. — Crescit in Syria prope Aleppo.

$4527/_1$. HEPTAPTERA *Reuter.*

(Reuter, Mémoires de la soc. d'hist. nat. de Génève VIII. 302. t. 5. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1414. — Meisn. Gener. pl. vascul. II. 359.)

1. H. COLLADONIOIDES Reuter l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 425.*) — Radix.....? Caulis acute triqueter, ima basi filamentis planis linearibus, foliorum veterum vestigiis tectus, lateribus subconvexis striatis, intus medulla alba farctus. Folia radicalia pinnatipartita, petiolis supra canaliculatis, basi caulem amplectentibus, partitionibus trisectis, segmentis basi confluentibus ovato-oblongis, margine late et irregulariter crenatis, in foliis superioribus magis minusve profunde trilobis, lobis basi cuneatim decurrentibus varieque incisis vel dentatis, dentibus apice callosis. Umbella terminalis magna circiter 12-radiata, laterales minores sub-8-radiatae, ad apices ramorum nudorum dispositae. Involucrum et involucellum polyphyllum, phyllis linearibus integris acutis membranaceo-marginatis. Flores lutei, alii exteriores hermaphroditi fertiles, centrales in umbellis lateralibus abortu masculi steriles, petala aequalia apice inflexa. Fructus magni obovato-truncati 7-alati, alae magnae membranaceae. — In collibus insulae Zakynthos.

$4528/_1$. EREMODAUCUS *Bnge.*

(Bnge. Linnaea XVIII. 151.)

Calycis margo quinquedentatus. Petala obcordata, lacinula inflexa obtusa Fructus a latere contractus cordato-suborbicularis, stylopodiis stylisque linearibus divergentibus coronatus. Mericarpia jugis tribus dorsalibus arcuatis argute carinata, lateralibus marginantibus, juga margine serie simplici, valleculae dorsales serie duplici verrucarum cavarum obsessae, valleculae laterales multo latiores verrucosae, omnes evittatae, commissura angusta excavata bivittata, carpophorum demum liberum, apice bifurcum. Semen a pericarpio cum vittis secedens, basi et apice incurvum semilunare, intus sulco profundo exaratum, sectione transversali teretiusculum. — Herba Asiae centralis annua glaberrima: foliis pinnatisectis, segmentis bipinnatifidis, laciniis oblongis. Umbellae terminales compositae, involucrum

polyphyllum, involucella dimidiata. Radii inaequales, exteriores e disco dilatato sub anthesi brunnea vernicoso pentagono orti, 5 longiores demum arcuato-reflexi, interiores numerosiores erecti et conniventes rigidi. Umbellulae multiflorae subradiantes. Flores albi.

1. *E. LEHMANNI Bnge. l. c. — ⊙ — Crescit in Asia centrali prope Bucharam in regione Kelta-kurgan.

4534. ARRACACHA *Bancft.*

(DC. Prodr. IV. 243. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 425.*)

1. A. GLAUCESCENS Bth. Plant. Hartw. p. 187. no. 1035. — Foliis 2-3-pinnatisectis, segmentis ovatis oblongisve inciso-serratis pinnatifidisve, superioribus basi cuneatis, subtus glaucis; involucro 4-6-phyllo, foliolis linearibus integris vel apice trifidis; fructu oblongo, jugis acutis. ♃ — *A. moschatae* affinis quidem, sed folia laxius dissecta, involucrum diversum et fructus longior, basi minus dilatatus et apice minus contractus. Involucelli foliola tria. Petala acumine longo inflexo aristata. Mericarpia jugis 5 aequalibus non crenulatis acutis, lateralibus submarginantibus, commissura subplana, vittae in valleculis solitariae vel 2-3 inaequales, in commissura saepius 4, carpophorum vix apice bifidum, albumen profunde sulcatum. — Hacienda de Iravi, prope pagum Perucho.
2. A. ACUMINATA Bth. l. c. no. 1036. — Foliis bipinnatisectis, segmentis ovato-lanceolatis acuminatis inciso-serratis, basi cuneatis; umbellis lateralibus sessilibus terminalibusque pedunculatis; involucro nullo; fructu ovato basi gibbo, jugis obtusis subundulatis. ♃ — Folia fere *A. esculentae*, sed segmenta majora longiusque acuminata. Umbellae saepe ad axillas sessiles, terminalium pedunculus 1-3-pollicaris. Involucelli foliola plura subulata, nonnulla umbellulas superantia. Petala subulato-acuminata. Fructus brevis, basi bigibbosus, apice breviter et abrupte attenuatus, juga crassa, vittae in valleculis 2-3, in commissura 4-6, albumen profunde sulcatum. Radix non tuberosa, caulis 5-6-pedalis. — Ab incolis dicitur *Sacharracacha* seu *Arracacha sylvestris*. — Crescit in praeruptis prope Quito, in valle Chillo, ad Hacienda de Chisinche, ad radices montis Ilenissa.

4536/1. COELOPLEURUM *Ldb.*

(Ldb. Flor. Rossic. II. 361.)

Calycis margo obsoletus. Petala elliptica integra subacuminata, apice incurvata. Fructus sectione transversali subteres vel a dorso parum compressus, mericarpiis margine hiantibus, utrinque bialatus. Mericarpia jugis 5 elevatis crassis subcarinatis, intus longitudinaliter excavatis, lateralibus paullo latioribus, membrana duplici instructa, exteriore crassa corticosa, interiore arcte adnata ejugata. Vittae numerosae. Carpophorum bipartitum liberum. Semen sectione transversali semilunare. — Genus cum *Archangelica* convenit vittarum numero totoque habitu, differt autem fructibus a dorso minus compressis, jugis intus excavatis et semine semilunari. A *Pleurospermo* distinguitur pericarpii membrana exteriore crassa corticosa, interiore ejugata, vittis numerosis habituque *Angelicarum*.

1. *C. (ARCHANGELICA DC. Prodr. IV. 170. — ANGELICA Wormskiold mss. — PLEUROSPERMUM Bongrd. Veget. Sitcha 141.) GMELINI Ldb. l. c. — ♃ — *Angelica Archangelica* Cham. et Schlchtd. Linnaea I. 394. — *Angelica maculata* Turcz. Bullet. de Mosc. XIV. 75. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 406. no. 1. — Crescit in Sibiria orientali prope Ochotsk, in Kamtschatka, Unalaschka, in insulis Kurilis et Sitcha, in America arctica.

4536/2. HANSENIA *Turczan.*

(Turczan. Bullet. de l'acad. de Moscou XVII. IV. 754.)

Calycis margo 5-dentatus. Petala breviter unguiculata emarginata cum lacinula inflexa. Fructus sectione transversali subteres orbiculatus. Mericarpia jugis 5-alatis, lateralibus marginantibus, membrana tenui, maturitate

relaxata cum vittis obtectis. Vittae in valleculis ternae, commissurales 6 superficiales. Albumen antice fovea profunda exaratum, sectione transversali semilunare. — Herba perennis glabra: foliis inferioribus bipinnatisectis, segmentis inferioribus pinnatim subquinquepartitis, laciniis ovatis pinnatifidis vel inciso-serratis; umbellis multiradiatis; involucro universali subnullo, partiali polyphyllo, foliolis lineari-setaceis; floribus ochroleucis vel virentibus.

1. *H. MONGHOLICA Turczan. l. c. — In lateribus sylvaticis alpis Nuchu-Daban et ulterius in sylvis subalpinis ad fluvium Oka nec non in Dahuria subalpina.

4537. **HLADNIKIA** *Koch.*

(*Malabaila* Tausch. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 425.)

1. HL. CICUTARIA Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 71. — Glabra: caule tereti sulcato-striato; foliis inferioribus ambitu rotundatis, petiolo basi dilatato suffultis tripartitis, partitionibus pinnatis bipinnatisve, segmentis incisis acuteque dentatis oblongis acutis, foliis caulinis summis sessilibus trisectis, segmentis lanceolatis dentatis; involucri phyllis 3–5 lanceolatis inaequalibus deflexis, involucelli linearibus pedicello brevioribus; fructu pedicello ei aequali suffulto, a latere valde compresso, stylopodio conico brevi stylis brevissimis superato, mericarpiis ovatis subincurvo-gibbis quinque-costatis, valleculis latis planis tenuissime trivittatis, pericarpio inflato tenui membranaceo, sub lente punctulato. ♃ — *Physospermum cicutarium* Spr. — DC. Prodr. IV. 247. no. 3. — *Smyrnium cicutarium* M. B. — *Ligusticum Caucasicum* Willd. Hb. ex Roem. et Schult. System. veget. VI. 457. — Crescit in Caucaso et in Persia boreali.

4537/$_1$. **ELEUTHEROSPERMUM** *C. Koch.*

(C. Koch, Linnaea XVI. 365. — Endl. Gener. pl. Suppl. III. p. 83. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 426.)

4540/$_1$. **OPOIDIA** *Lindl.*

(Lindl. Bot. Regist. [New Ser.] XII. Pl. misc. p. 66. no. 108. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1414. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. O. GALBANIFERA Lindl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 426.*) — Herba galbanophora erecta minute scabra: caule elato robusto; foliis bipinnatisectis bijugis, foliolis oblongis obtusis serrulatis decurrentibus; umbellis terminalibus et lateralibus compositis; involucro subnullo, involucellis polyphyllis; floribus pallide flavis. ♃ — Crescit in Persia.

4540/$_2$. **KERAMOCARPUS** *Fnzl.*

(Fnzl. in Russeger, Reise II. 966. t. 20. — Endl. Gener. plant. Suppl. III. p. 83.)

Flores polygami, umbellularum marginales perfecti, centrales staminigeri cum perfectis mixti. Florum staminigerorum tubus calycinus brevissimus, limbus quinquedentatus, dentibus minutis aequalibus acutis, petala quinque aequalia obovato-subrotunda, apice emarginato in lacinulam acuminatam complicatam inflexa, carina intus in aciem acutissimam prominente bilocellata, florum nonnullorum cum calyce inaequidentato radiantia, stamina 5, filamentis longissimis setaceis, stylopodium hemisphaericum apice depressum, stylorum rudimento nullo vel obsoleto. Florum perfectorum limbus calycinus valde inaequaliter quinquedentatus, dentibus exterioribus majoribus herbaceis late subulatis. Petala radiantia, valde inaequalia, tria exteriora maxima bipartita, medii lobis aequalibus, duorum lateralium altero maximo, altero interiore minimo, duo intima minutissima inaequaliter obcordata, omnia in lacinulam acutam e partitionis sinu ortam inflexa. Fructus stylopodio brevi late conico stylisque distantibus coronatus a latere contractus subdidymus, mericarpia subglobosa quinquejuga, jugis aequidistantibus filiformibus depressis, lateralibus marginantibus, valleculis latis

univittatis, vittis latissimis cylindrico-turgidis, extus valde prominentibus, commissura crassa evittata. Semen involuto-semilunare. — Herba Syriaca annua glaberrima: foliis pinnatisectis bijugis cum impari, segmentis lobatis, lobis serratis; umbellis multiradiatis; involucro nullo vel oligophyllo, involucellis 5-10-phyllis, foliolis subulatis.

1. *K. (JOHRENIA Fnzl. Pugill. plant. nov. Syriac. I. 18. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 416. no. 1.) TORDYLIUM Fnzl. mss. in Russeger, Reise II. 966. t. 20. — ☉ — Crescit in Syria.

4541/1. SMYRNIOPSIS *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 72.)

Calycis margo obsoletus. Petala lutea oblonga integra, apice involuta. Fructus a latere subcompressus, stylopodio patellari fructui aequilato, margine lobulato stylisque horizontalibus terminatus. Mericarpia recta acute prismatico-pentagona, juga 5 filiformia prominula arguta, lateralia marginantia, valleculae planae, vittae superficiales turgidae in valleculis 1-2, saepius in unicam confluentes, commissura concaviuscula bivittata, raphe marginalis, albumen rectum involutum, pericarpium tenuissimum ab albumine non separabile, carpophorum bipartitum. — Herba Orientalis facie *Smyrnii*, foliis *Opoponacis*.

1. SM. AUCHERI Boiss. l. c. — Caulis elatus teres aut subangulatus glaber, oppositе aut subverticillatim ramosus, corymboso-paniculatus. Folia radicalia 1–2-pedalia aut majora, illa *Opoponacis* referentia pinnata bijuga, jugis remotis, partitionibus iterum pinnatis quinquesectis, segmentis flavescentibus 1–2 poll. longis, pollicem latis, ovatis oblongisve, secus rhachidem late decurrentibus obtusis, obtuse crenatis, margine anguste albidis, petiolo costisque planiusculis nervoque medio parce pilosis, limbo glabro. Folia caulina subsessilia aut breviter petiolata, bi- aut tripartita, segmentis oblongis, basi attenuatis integris vel apice parce dentatis. Umbellae 9–12-radiatae, centralis brevius pedunculata. Flores magnitudine et colore eorum *Smyrnii olusatri*. Involucri involucellique phylla 1–2 minima lanceolata obtusa membranacea. Pedicelli fructum subaequantes. Mericarpia fere 3 lin. longa, lineam lata, pentagona. — Crescit in Assyriae monte Kalkou.

4543/1. CYNAPIUM *Nutt.*

(Nutt. mss. in Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 640. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1414. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. C. APIIFOLIUM Nutt. mss. l. c. 641. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 426.*) — Herba elata perennis, caulis 3–4-pedalis teres, versus apicem tantummodo ramosus, umbellae 3–4 longe pedunculatae. Folia caulina usque ad vaginam brevem dilatatam ternato-divisa, divisiones secundariae pinnatifidae, segmentis ¾–1½-pollicaribus, semipollicem latis vel latioribus, grosse mucronato-serratis. Involucrum nullum, involucellum oligophyllum laterale. Umbellae radii 15–24 longi graciles. Flores albi. Fructus circiter 2½ lin. longus obscure fuscus, costae basi latiores sed acute carinatae. Semen late et profunde sulcatum, imperfecte campylotropum.

   α. Caule folioso; foliorum segmentis apicem versus inciso-serratis vel dentatis. — *C. apiifolium* Nutt. mss.

   β. Caule apicem versus aphyllo; foliorum segmentis integris vel lobatis. — *C. nudicaule* Nutt. mss.

Crescit in planitiebus Oregonensibus.

4543/2. DEWEYA *Torr. et Gr.*

Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 641. — Endl. Gener. plant. Suppl. I. p. 1414. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. D. ARGUTA Torr. et Gr. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 427.*) — Herba perennis glabra. Radix tuberosa magna subfusiformis. Folia omnia radicalia pinna-

tisecta, cum petiolis 6–8-pollicaria, segmenta late cordato-ovata v. suborbicularia, pollicaria vel longiora crassiuscula, bina infima distincte petiolulata, terminali saepe trilobo, omnibus argutissime circumcirca dentata, dentibus patentibus mucronatis. Pedunculus 1–1½-pedalis teres, umbellas 1–2 gerens. Involucrum nullum, involucella 4–5-phylla, foliolis lanceolatis integris vel 2–3-dentatis cuspidatis. Umbellae radii fructiferi 2–3-pollicares, umbellulae radioli 1–2 lin. longi. Flores pallide flavi. Fructus 4 lin. longus modice compressus sed ad commissuram non contractus, valleculae latae subconvexae saturate virides. — Crescit in California ad St. Diego.

4544. **SCALIGERIA** *DC.*

(DC. Prodr. IV. 248. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 427.*)

1. SC. TOURNEFORTII Boiss. Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 70. — Perennis glaberrima: radice ovata napiformi; foliis radicalibus tripinnatisectis, segmentis petiolulatis rotundato-ovatis trilobis indivisisque dentatis, caulinis inferioribus bipinnatisectis, laciniis lanceolato-linearibus elongatis integris aut basi trifidis, supremis ad vaginam reductis; caule a basi ramosissimo flexuoso tenuiter striato; involucro nullo, involucellis bi- triphyllis, phyllis lanceolatis brevibus; umbellis umbellulisque 10–12-radiatis; pedicellis fructu glaberrimo nigro nitido, a latere compresso didymo duplo longioribus; mericarpiis gibbo-convexis reniformi-globosis, stylopodio bipartito conico-cylindrico stylis deflexis eo longioribus deciduis terminato, jugis obsoletis. ♃ — Caulis 1–1½-pedalis, in varietate 2–3-pedalis. Forsan haec varietas posterius in speciem distinctam erigenda erit. *Sc. microcarpa* DC. e descriptione foliorum forma ab hac longe recedit, varietati junceae tamen affinior. In descriptione generis cl. DC. vittas commissurales in icone data (Mém. Umb. t. 1.) omissas numero 6–7 esse dicit, sed probabiliter per errorem. — *Bulbocastanum Creticum radice napiformi* Tournef. — *Bunium Creticum* d'Urv. — *B. napiforme* Willd. — *Pimpinella Cretica* Hampe.

   β. juncea: Caulis elatior fere simplex, foliorum caulinorum inferiorum laciniae angustiores, involucrum monophyllum vel nullum. — *Bunium junceum* Margot et Reuter, Mém. de Génève VIII. 300. t. 4. — (Wlprs. l. c. 394. no. 6.)

Crescit in Graecia, in insulis Creta et Zakynthos.

Subordo III. *COELOSPERMEAE* DC.

Tribus XVII. *CORIANDREAE* Koch.

4547/1. **CRYPTODISCUS** *Schrenk.*

(Schrenk, Enumer. plant. nov. 64. — Endl. Gener. plant. Suppl. II. p. 106. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. CR. CACHROIDES Schrenk l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 427.*) — „Genus novum e solis fructibus notum, sed certe distinctissimum. Mericarpia pro *Cachrydis* more corticata, lineolis semicircularibus vix prominulis notata, apice in verticem obliquum rotundatum calvum dilatata et ad latus commissurale (supra commissuram, sed longe infra verticem) stylopodio dimidiato in integro fructu omnino latente notata. Commissura sublinearis non perforata. Nucleus liber subovatus, vittis numerosis semicircularibus tectus, structura interna *Biforae*. Stylopodium explanatum, licet non magnum, crenulatum, styli breves stylopodio paullo longiores.“ — Crescit in Soongaria ad lacum Alakul.

4548/1. **ORMOSCIADIUM** *Boiss.*

(Boiss. Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 95.)

Calycis margo dentibus quinque brevissimis. Petala obovata emarginata cum lacinula inflexa, exteriora radiantia bifida. Fructus ovatus oblongus a latere subcompressus, stylopodium brevissimum conicum bipartitum, stylis deflexis eo brevioribus superatum, mericarpia cymbaeformia, extus convexa,

intus profunde concava, juga primaria quinque angulosa vix prominula, lateralia marginantia, valleculae exteriores jugaque lateralia margine accessoria inerassato spongioso e tuberculis moniliter dispositis constante occultato, vittae nullae, commissura concava ad medium linea elevata carinata puberula, albumen corneum cymbaeforme, carpophorum bipartitum. — Herba Cappadocica annua facie *Coriandri*.

1. O. AUCHERI Boiss. l. c. — Radix annua fibrosa. Caulis teres glaber a basi dichotome ramosus flexuosus erectus, ad dichotomias foliosus, ½–1½-pedalis. Folia omnia vagina petiolari plana brevissima late albo-membranacea suffulta, ambitu orbiculata 6–7 palmatipartita, laciniis setaceis iterum pinnatis elongatis divergentibus acutiusculis. Involucri phylla numerosa, usque ad medium trifida setacea, radiis inaequalibus dimidio breviora. Involucelli phylla integra setacea terna umbellulam aequantia. Flores albi magnitudine eorum *Biforae radiantis*, sed brevius pedicellati. Petalorum radiantium lobi inaequales attenuati cuneato-rotundati. Fructus lineam longus, lineae ¾ circiter latus ovatus, apice subattenuatus, a dorso subcompressus nigrescens, eleganter utrinque margine moniliformi fuscescenti inflato valleculas exteriores tegente instructus. Discus sub lente tuberculato-papillosus, margo laevissimus. Raphe marginalis a jugis lateralibus formata. Facies commissuralis concava, carina angusta elevata, carpophoro contigua instructa. — Crescit in Cappadocia.

Ordo CV. ARALIACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. IV. 251. et 670. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 429. et 939. — Endl. Gener. plant. p. 793. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 152. II. 109.)

4550. PANAX *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 252. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 429. et 939.)

Subgenus AURELIANA C. A. Mey. Bullet. de la classe phys. math. de l'acad. de St. Ptrsbrg. I. 340.

Radix crassa perennis. Caulis herbaceus solitarius, foliorum verticillum unicum proferens. Folia palmatim composita.

1. P. GINSENG C. A. Mey. l. c. — Radice simplici palmata; squama ad basin caulis carnosa persistente; foliolis 5 ellipticis sensim acuminatis subaequaliter serratis, serraturis parvis, hinc serratura minuta notatis. ♃ — *Ginseng* Jartoux, Lettres édifiant. edit. 1732. X. 159. (c. icon.). — Du Halde, Descript. regn. Chinens. (edit. Germ.) II. 178. (c. ic.) — *Panax quinquefolium β. Coreense* Siebldt. Verhandl. der Batav. Genootsch. XII. — *P. Schinseng* var. *Coraiensis* N. ab Esenb. Suppl. plant. medic. 1. t. 16. fig. A. — Crescit in imperii Chinensis prov. Mantschuria et Corea.
2. P. PSEUDO-GINSENG Wall. Plant. Asiat. rar. II. 30. t. 137. — (Wlprs. l. c. 429. no. 4.) — Pharmac. Centralbl. 1832. no. 23. p. 353. t. 3. — C. A. Mey. l. c. — Radice fasciculata, fibris fusiformibus, rhizomate subrepente; squama ad basin caulis membranacea decidua; foliolis 5 oblongis vel lanceolato-oblongis caudato-acuminatis, profunde biserratis, serraturis circumcirca setoso-serrulatis. ♃ — *Panax Schin-seng* var. *β. Nepalensis* N. ab Esenb. l. c. fig. C. — Crescit in India orientali.
3. P. JAPONICUM C. A. Mey. l. c. — Rhizomate repente, fibris lateralibus fusiformibus; squama decidua ad basin caulis; foliolis 5 oblongis acuminatis profunde serratis. ♃ — *P. quinquefolium* var. *Japonicum* Siebldt. l. c. — *P. Schin-seng* var. *Japonica* N. ab Esenb. l. c. fig. B. — Crescit in Japonia.

4. P. QUINQUEFOLIUM Linn. — C. A. Mey. l. c. 341. — Radice simplici fusiformi divisa; squama ad basin caulis membranacea decidua; foliolis 5 obovatis abrupte caudato-acuminatis, in media parte profunde grosse biserratis, serraturis hinc serrulatis. 2. — *Aureliana Canadensis* Lafit. Mém. du Ginseng c. ic. — Catesby, Nat. hist. of Carolina III. p. 16. t. 16. — *Araliastrum foliis ternis quinquepartitis Ginseng et Nizin officinarum* Trew, Plant. select. 1. t. 6. — *Panax quinquefolium* Lam. Encycl. méth. II. 723. t. 860. fig. 1. — Woodwille, Med. bot. II. 149. t. 58. — Bot. Magaz. t. 1333. — Barton, Medic. bot. II. 193. t. 45. — Dict. d'hist. natur. XVIII. p. 546. (c. ic.) — Mich. Voy. aux montes Alleghanys p. 183. (c. ic.) — N. ab Esenb. l. c. t. 15. fig. A. — Crescit in sylvis Americae borealis (in Pennsylvania, Carolina, Maryland).

† *Icon addenda.*

P. SIMPLEX Forst. — Hook. fil. Antarct. voy. of Terror and Erebus 18. † t. 12.

4552. CUSSONIA *Thnbrg.*

(DC. Prodr. IV. 255. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 430.)

1. C. KRAUSSII Hochstett. Flora (B. Z.) II. 431. — Foliola novena glaberrima, supra lucida in petiolulos attenuata, duo infima simplicia lanceolata, media utrinque duo ternata, suprema tria pinnata, pinnis decurrentibus integerrimis (etiam impari) mucronato-acuminatis; spicae 5–8 umbellatae, punduculus spica longior. Similis *C. spicatae* Thnbrg., a qua differt foliolis integerrimis, spicarum numero et pedunculi longitudine. Forsan varietas insignis. ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei ad fl. Gelbeksriver.
2. C. CALOPHYLLA Miquel, Ann. des sc. natur. (3. Sér.) I. 36. † — Caule fruticoso; foliis longe petiolatis umbellato-digitatis, foliolis 5–7 longe pedicellatis coriaceis glabris nitidis, inferiore plerumque integro, reliquis in tria vel quinque rarissime septem segmenta pinnatifidis, segmentis duobus inferioribus juxta pedicellum decurrentibus, reliquis subarticulatim insertis ellipticis, omnibus versus apicem remote dentato-serratis vel subinciso-serratis; floribus.....? ♄ — Crescit in Promontorio bonae spei.

4556/1. BRASSAIA *Endl.*

(Endl. Decad. novar. stirp. mus. Vindobon. I. p. 89., Iconogr. gener. t. 104–106. et Gener. plant. Suppl. I. p. 1415. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. BR. ACTINOPHYLLA Endl. l. l. c. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 430.*) — Folia in apicibus ramorum conferta alterna longe petiolata, palmatim 7–14-foliolata. Stipulae intrapetiolares 2–4-pollicares, e basi lata semipollicari longe acuminatae dense imbricatae, apice subpatentes. Petioli semiteretes 6–8-pollicares, basi paullum incrassati. Foliola petiolorum apici complanato orbiculato petiolulis sesquipollicaribus radiatim inserta, oblonga, apice subobtusa, basi submarginata 6–8-pollicaria, 3 poll. lata penninervia, remote et obsolete serrulata, coriacea glaberrima nitida. Racemi terminales terni, basi vaginis stipularibus margine incisis muniti simplices stricti, digiti crassitie 4–6-pedales. Flores pisi minoris mole, in apice pedicellorum simplicissimorum pollicarium capitato-glomerati, pedicelli basi bracteae latae semicircularis cicatrice notati. — Crescit in Nova Hollandia tropica.

4558. ARALIA *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 257. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 430. et 939.)

1. A. POLARIS Hombr. et Jacq. Voy. au Pol Sud (Bot. phanér.) t. 2. (absq. descr.) — Hook. fil. Antarct. voy. of Terror and Erebus 19. † — Hook. Icon. plant. t. 747. — Polygama herbacea inermis, tota setis mollibus laxis obsita: foliis maximis longe petiolatis orbiculari-reniformibus, basi profunde cordatis, margine multilobatis, lobis 3–5-dentatis, dentibus subacutis; umbellis copiosis compositis, partialibus multiradiatis globosis; involucris foliaceis; floribus densis; fructibus depresso-sphaericis exsuccis suberosis atris nitidis. 2. — Rhizoma cylindricum procumbens 2–3-pedale. Caules validi 2–4-pedales e collo ipso valde ramosi,

saepius prostrati vel ascendentes fistulosi pallide flavido-virentes. Folia 1-1½ ped. lata crassa carnosa, utrinque, sed praecipue subtus ad nervos setosos rugosa, laete viridia nitida. Petioli bipedales et ultra, basi late vaginantes. Umbellae terminales et axillares compositae maximae, diametro capitis humani, pluries divisae. — Crescit in insulis Auckland et Campbell.

2. A. MACROPHYLLA Lindl. Bot. Regist. (New Ser.) XVII. Pl. misc. 73. no. 72. — Laevis inermis herbacea: foliis tripinnatis, foliolis petiolulatis cordatis oblongis serratis acuminatis, nunc trilobis; umbellis composito-racemosis. ♃ — Crescit in India orientali-boreali.

4558/1. TREVESIA *Visiani.*

(Visiani in Schlchtd. et Mohl, Botanische Zeitung I. 390.)

Calycis margo brevissime ultra ovarium productus, inaequaliter denticulatus. Petala 4-7 libera expansa. Stamina 6-9, utplurimum 7, solitaria alterna et opposita, antheris cordatis, loculis liberis, connectivo brevissimo medio conjunctis. Ovarium 5-8-loculare, disco amplo epigyno coronatum, ovulis pendulis. Styli tot, quot loculi, in unicum pyramidatum sulcatum, disco epigyno obductum ad apicem usque concreti. Stigmata totidem primo erecto-conniventia minima, post anthesin divaricato-biloba crassa stellato-patentia. Pyrenia carnosa calyce coronata 5-8-locularia, loculis monospermis. — Planta fruticosa aut arborea, aculeata: foliis cordato-palmatisectis orbiculatis coriaceis amplis pubescentia floccoso-stellulata instructis, 7-9-lobis petiolatis, stipula supraaxillari late ovata acuta amplexicauli, demum fissa munitis; floribus terminalibus paniculato-umbellatis albido-virescentibus.

1. *TR. PALMATA Visiani l. c. — ♁ v. ♆ — Crescit in India orientali ad Chittagong.

4559. SCIADOPHYLLUM *P. Browne.*

(DC. Prodr. IV. 259. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 431. et 939.)

1. SC. SPHAEROCOMA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 102. — Foliis digitatis, foliolis 7–11 longe petiolulatis amplis oblongis abrupte acuminatis, utrinque glabris; umbellulis longe racemosis; racemis pubescentibus in comam amplam subglobosam approximatis. ♆ — Inflorescentia ampla globosa insignis. Foliola maxima pedalia vel longiora, circa 5 poll. lata, petiolulo 5-pollicari, acumine pollicari, margine undulata, basi obtusa, costa media venisque primariis utrinsecus 7-9 valde prominentibus, venulis crebris reticulatis, foliola lateralia paullo minora. Racemi pedales, rhachis rigida angulata, pube brevi ferruginea. — Crescit in insula Gorgona.

4560. HEDERA *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 261. et 670. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 431.)

1. H. TRILOBA Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 105. — Glaberrima: caule fruticoso erecto inermi; foliis longe petiolatis membranaceis, aliis indivisis uninerviis, aliis trinerviis trilobatis majoribus, lobis acuminatis, margine obscure dentatis; pedunculis terminalibus umbellatis 10–12-floris; pedicellis flores subaequantibus. ♁ — Frutex 4–6-pedalis. Folia majora 9-pollicaria, 4½ poll. lata. Petioli fere 4-pollicares. Pedunculi sesquipollicares. Petala oblongo-lanceolata acuta, apice incurva glabra. Styli in unum coaliti. — Crescit in Brasilia in montibus Organensibus.

2. H. SESSILIFLORA Bth. Plant. Hartweg. p. 146. no. 816. — Arborea: foliis longe petiolatis indivisis ellipticis oblongisve coriaceis penninerviis, adultus supra glabris, subtus dense tomentosis; capitulis tomentosis globosis, secus ramos paniculae sessilibus. ♆ — Folia tripollicaria, juniora supra pulveraceo-tomentosa acuta vel obtusa. Paniculae rami divaricati. Bracteae concavae flores aequantes. Styli 2–5 subconnati. — Crescit in Columbia prope Loxam.

Genus inter ARALIACEAS et CORNEAS ambiguum.

4565/$_1$. **PUKATERIA** *Raoul.**)

(Raoul, Ann. sc. natur. [3. Sér.] II. 120.)

Dioica. Masc. Calyx parvus quinquedentatus. Corolla pentapetala, praefloratio imbricata. Stamina 5, antherae rotundae biloculares. Discus pentagonus carnosus. Ovarii rudimentum subnullum. Foemin. Calyx superus parvus obscure quinquedentatus. Petala 5 oblonga obtusa reflexa, praefloratio valvata. Stamina nulla. Stylus brevis simplex, stigmata 3, ovarium uniloculare uniovulatum, ovulo ex loculi apice pendulo anatropo. Fructus baccatus styli rudimento coronatus monospermus. Semen.....? — Arbor procera in Nova Zeelandia indigena: trunco robusto ramoso; foliis persistentibus coriaceis nitidis, stipulis axillaribus; floribus dioicis racemoso-paniculatis, pedunculis axillaribus; fructibus viridibus glabris.

1. P. (GRISELINIA Raoul, Choix des pl. de la Nouv. Zeel. 22. t. 19.) LITTORALIS Raoul, Ann. sc. natur. (3. Sér.) II. 120. — Arbor 15–20 metr. alta, habitu peculiari, truncus erectus vel tortuosus haud raro cavus, in ambitu saepius 6 metr. ad basin exsuperat, superne cylindraceus, in cacumen extensum in arboribus junioribus subhemisphaericum, in vetustioribus irregulare, quod ramis nonnullis crassissimis patentissimisque ac multis ramificationibus diffusis constat, solutum. Cortex trunci laevis viridis, lignum laeve. Rami horizontales, ramuli ultimi virescentes striati, siccitate nigrescentes, reliquiis stipularum notati. Folia alterna ovalia inaequilatera, 6–8 centim. longa, 3–4 lata, plantae tenerrimae folia sunt majora, vulgo 1½ decim. longa, 1½ lata, basi inaequilatera, apice emarginata vel obtusa tenuiora, in statu juvenili conduplicata, laete viridia nitida, siccata nigrescentia, subtus pallidiora, carnosa coricea subavenia. Petioli crassi, supra profunde sulcati, basi dilatati glabrati. Stipulae ovatae adnatae, quasi intraaxillares semiamplexicaules, margine ciliatae. Racemi axillares, folia media vix aequantes, pedicelli breves pubescentes, bracteis minimis suffulti. Flores dioici. Masc. Calyx parvus quinquedentatus, dentibus parvulis reflexis rotundatis. Petala 5 reflexa alterna oblonga obtusa, aestivatione imbricata, calycem superantia, glabra alba. Stamina 5, filamenta primo inflexa, petalis dimidio breviora, disco epigyno carnoso 5-lobato inserta, glabra. Ovarium subnullum. Foem. Calyx superus turbinatus, obscure 5-dentatus, dentibus quam in masculis minoribus. Petala 5 reflexa oblonga obtusa, aestivatione valvata. Stamina nulla. Stylus brevissimus. Stigmata 3 arcuata. Ovarium turbinatum vel globosum glabrum uniloculare uniovulatum. Ovulum ex loculi apice pendulum anatropum. Fructus baccatus obscure angulatus viridis, styli rudimento apiculatus. — Crescit in Nova Zeelandia (Akaroa) in maritimis.

---

*) *GRISELINIA Forst. Prodr. fl. Nov. Holl.* 401. *(Endl. Gener. plant. no.* 6886., *Meisn. Gener. plant. vascul. I.* 341. *II.* 254.*) huc pertinere dicitur, sed characteribus paullo diversis recedit.* Griselinia (Scopolia *Forst. Gener. t.* 70.) lucida *Forst. Prodr.* 401. *differt a* Gr. littorali *supra descripta: foliis multo amplioribus rotundatis, subtus laxe et valde reticulato-venosis; racemis folia aequantibus vel superantibus et lobis calycinis acutis.*

Ordo CVI. HAMAMELIDEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. IV. 267 et 670. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 434. et 840. — Endl. Gener. plant. p. 803. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 153. II. 109.)

$4593/_{1}$. DISTYLIUM *Siebold et Zuccar.*

(Siebold et Zuccar. Flor. Japonic. I. 178. t. 94. — Endl. Gener. pl. Suppl. II. p. 70. — Meisn. Gener. plant. vascul. II. 359.)

1. D. RACEMOSUM Siebold et Zuccar. l. c. 179. t. 94. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 435.*) — Arbor magna: ramis teretibus tortis flexuosis, cortice cinereo-fusco lenticellis albidis adsperso vestitis, novellis virentibus subangulatis. Folia alterna petiolata biennia, petioli basi subincrassata articulati semiteretes, superne canaliculati, 3–4 lin. longi, lamina oblongo-elliptica vel lanceolata, utrinque attenuata integerrima penninervia, glabra utraque pagina coriacea, 2–3-pollicaris, 10–15 lin. lata. Stipulae lanceolatae acutae integerrimae membranaceae pubescentes fuscescentes, petiolo longiores, caducae. Flores polygami in axillis foliorum in spicas simplices vel rarius subcompositas solitarias geminasve strictas erectas 8–12 lin. longas dispositi, rhachis subangulata parum flexuosa, aeque ac bracteae et calyces pilis stellatis pubescens, profunde quinquepartitus, laciniis inaequalibus ovato-lanceolatis acutis integerrimis coriaceis, extus dense pubescentibus, intus glabris, horizontaliter patentibus vel reflexis, longe post ovarii foecundationem delabentibus, rarius omnino deficientibus. Corolla nulla. Stamina 5 hypogyna, filamenta libera erecta crassa teretia glabra, calycem subaequantia ejusque laciniis opposita, antherae continuae, connectivo apice parum producto mucronulatae oblongo-ellipticae pro ratione floris magnae biloculares rubrae. Ovarium in floribus hermaphroditis superum sessile ovatum compressiusculum parvum pubescens biloculare, ovulo unico pendulo in quovis loculo, in floribus masculis ovarii rudimentum minimum, apice bidentatum. Styli 2 erecti subulati persistentes stellato-pubescentes staminibus longiores, stigmatibus inconspicuis. Capsula breviter pedicellata stylis coronata, ovata lignescens dense ferrugineo-pubescens biloculari bivalvis, valvulis a vertice dehiscentibus septicidis, loculis monospermis. — Crescit in insulae Japoniae Kiusiu montibus.

4594. BUCKLANDIA *R. Br.*

(R. Br. in Wall. Catal. 7414.)

1. B. POPULNEA R. Br. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 435.*) — Griffith, Asiatic Research. XIX. 95. t. 13. 14. — Arbor (in locis idoneis) 50–60-pedalis, cortice suberoso brunneo, coma irregulari, lignum compactum grave e vasis parvis plurimis fibrisque minutis formatum, medullae carnosae densiusculae cellulae punctatae, radii medullares plurimae angustissimae, porae concentricae inconspicuae, vasa spiralia circa medullam disposita, interdum composita, vasa corporis lignei annulata et punctata? fibrae punctatae, punctis istis *Coniferarum* similibus. Ramuli flexuosi glabri lenticellati articulati, articulis tumidulis, hinc cicatrice folii lapsi notatis, novelli laeviusculi abrupte et oblique terminati foliaque vel viridia vel rubro-colorata et glaucedine cito evanida tecta. Gemmae semper terminales foliiferae vel etiam floriferae bisquamatae, squamae oppositae ovales coriaceae integerrimae, marginibus coriaceis arcte approximatae, foliiferae vel ramuliferae diu persistentes et clausae planiusculae, faciebus interioribus basi tantum excepta arcte cohaerentibus, saepius (an semper?) foventes ramulos tres minutos, quorum quisque hinc apice gerens folium conduplicatum, pilis ferrugineis

hispidissimum crebre septatis acutis summoque apice gemmarum squamas pariter hispidissimas, longitudinaliter et inconspicue venosae sunt, externe et praesertim supra medium stomatosae, cuticula interiore quasi fibrosa et hinc illinc stomatibus incompletis rarius donata. Gemmae folii- et floriferae oblongae ventricosae subinflatae, ad anthesin secus marginem alterum spathae in modum fissae, cito bivalves, demum, nec tarde deciduae, membranaceo-coriaceae, praecedentibus minus foliaceae, extus brunnescentes, intus albidae, utrinque (an semper?) stomatibus orbatae, fovent ramulos ejusdem fere formae ac in istis, apice floriferos et pilis brevioribus hispidos, folio ramuli exterioris tantum complete evoluto. Folia alterna exstipulata, ramulos semper oblique terminantia, longiuscule petiolata, late cordato-ovata, interdum fere deltoidea, longe cuspidato-acuminata, saepissime indivisa, aliquando 2-3-loba, coriacea integerrima subrepanda, margine cartilaginea, supra laete viridia lucidaque, subtus subglaucescentia, novella utrinque, sed praesertim subtus ad venas et ad marginem pilis antea memoratis cito deciduis hispidissima. Venatio: vena primaria ad apicem recte excurrit, secundariis duabus infimis utrinque folii basi approximatis ideoque folium basi quinquenerve, omnibus, sed his praesertim arcuatis et mediantibus venis tertiariis connexis, venulae intramarginales inconspicuae. Pagina caeterum areolatim reticulata est, cuticula infera tantum stomatosa, utraque e cellulis varie angulatis parvis conflata, stomata ovalia parva. Petioli longitudine valde variabiles, interdum quadriunciales, saepius biunciales, utrinque incrassati et transverse rugosi, supra a medio usque ad apicem sulcati. Flores polygami, hermaphroditi et foeminei in arboribus distinctis capitati, octo in singulo capitulo verticillis binis alternantibus dispositi. Capitula subterna in pedunculis solitaria globosa virescentia, interstitiis florum, praesertim foemineorum dense pubescenti-pilosis. Pedunculi teretes, longitudine varii ½-1-unciales. Calyx semisuperus subcampanulatus, ore truncato carnoso repando subquinquelobo, lobis medio sulcatis, sinubus alternis profundioribus, fructifer induratus ad quartam partem superus, caeterum parum mutatus. Petala perigyna, floris hermaphroditi numero varia, sinubus profundioribus oris calycini opposita, lineari-spathulata carnosa integra decidua, per aestivationem arcuatim incurva, saepe in stamina incomplete mutata, floris foeminei subquaterna rudimentaria subulata, cito sphacelata et decidua. Stamina 10-14 (an unquam plura?) perigyna diutius persistentia, floris foeminei nulla, ne rudimentaria quidem, filamenta subulata subaequalia, per aestivationem varie flexa, post anthesin versus apicem sphacelata (an semper?), horum petalis alternantia semper solitaria. Antherae oblongae prope basin affixae, per anthesin saepe tortae biloculares, valvatim dehiscentes, loculorum sulco connectivo approximato, valvulae valde inaequales, inferna angustissima, externa lata longitudinaliter et extrorsum revoluta, ambae persistentes nudae, cito coriaceae, demum rectae et faciebus externis mutuo applicitae, connectivum lineare angustissimum, apice ultra loculos in apiculum breve productum. Pollen ovale laeve, hinc centraliter et longitudinaliter sulcatum. Ovarium (in flore foemineo majus) semiinferum ovato-oblongum biloculare, loculis anticis posticisque ⊂, 12-gemmulatum, septi dimidio superiore tantum placentigero, parte libera primum pilis brevibus albis pubescens, demum glabratum. Styli duo subulati glabri revoluti, stigmata plana, faciem internam stylorum a medio circiter supra occupantia. Ovula in loculo sena biseriatim collateralia pendula, duobus infimis appensis, difformia, 4 superiora semper abortiva, duo summa minima, infima ovali-oblonga, supra ad foraminis situm quasi truncata, tegumentis et nucleo vix distinctis, duo intermedia majora sursum paullo, deorsum valde elongata, ambitu ovato-lanceolata, mutua pressione ad faciem interiorem angulata, extus convexa, foramine supero distincto hiante, tegumentis nucleoque manifestioribus. Duo infima et extima semper fertilia, fundum loculi implentia convexo-trigona, facie nempe interiore angulata, exteriore convexa. Tegmenta bina distincta, utraque celluloso-membranacea, exterius ratione interioris maximum, sursum in alam loculi parietibus externis applicitam productum, foramen superum rimaeforme transversum, alae

basin versus situm ideoque quammaxime inaequilaterale, raphe parum elevata, hinc ad latus internum anguli seminis intimi currens. Chalaza macula brunnea notata, interius nucleum ovatum discretum continens, colli ore denticulato, foramen longitudine subaequante vel paullo superante. Fructus multiplex subglobosus induratus, interstitiis calycum rugosis. Capsula $^3/_4$-supera, demum omnino libera ovata, calyce indurato omnino cincta, stylis stigmatibusque induratis rectiusculis coronata glabra ecorticata bilocularis. Endocarpium osseum fragile nitidum, septum bilamellatum. Dehiscentia loculicida incomplete bivalvis, valvis medio septiferis, demum bipartitis, saepe stylis longitudinaliter bipartitis apiculatis. Semina cujusque loculi 6, situ ovulorum, quatuor superiora abortiva solida, extus ossea, duo summa sursum truncata, deorsum producta, extrorsum curvata, duo situ et magnitudine intermedia sursum paullo, deorsum longe producta et in sinubus alarum seminum inferiorum quasi nidulantia, intus angulata, extus convexa, duo infima fertilia, forma auriculam humanam referentia convexo-trigona, tegmenta bina leviter accreta, exterius celluloso-membranaceum subcoriaceum, e cellulis sinuosis conflatum, secus marginem exteriorem ab ipsa basi fere sursum productum in alam oblongam bilamellatam, lamella exteriore maxima alae formam dante, interiore oblique truncata, foramen immutatum, interius cellulosum brunnescens, albumini leviter adnatum, collo brunneo-sphacelato, ore dilatato dentato, ultra rimam foraminis nunc exsertum. Albumen parcum album carnosum. Embryo inversus albus, longitudine et latitudine fere albuminis, axilis, directione obliquus. Radicula conica subulata, cotyledonibus duplo brevior, apice collum membranae interioris subintrante. Cotyledones planae carnosae ovales inconspicue venosae, seminis faciebus parallelae, plumula inconspicua. — Crescit in India orientali in collibus Khasiyanis a Chirra-Punji ad Sarrarim.

4595. **SEDGWICKIA** *Griffith.*

(Griffith, Asiatic. Research. XIX. 98. t. 15. 16.)

1. S. CERASIFOLIA Griffith l. c. 99. t. 15. 16. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 435.*) — Arbor 50-60-pedalis satis formosa. Truncus saepe prope basin divisus, cortice laeviusculo cinereo-albido gummiresinam piperaceo-aromaticam parcam continente vel effoeto. Corona oblonga apicem versus praesertim fructifera ibidemque utplurimum foliis orbata. Lignum grave compactum ut in *Bucklandia*, fibrae eaeque praesertim circa vasa dispositae punctatae, punctis uniseriatis istis *Coniferarum* simillimis. Ramuli teretiusculi griseo-brunnei, hinc illinc lenticellis exasperati, fructiferi abbreviatim et apicem versus confertim foliati. Gemmae foliiferae conspicuae axillares, praesertim in ramis sterilibus, et terminales cylindraceo-subulatae, squamae arcte imbricatae mucronatae, sursum majores, inferiores rotundatae scariosae coriaceae, rubro-brunneo magis minusve tinctae glabrae vel leviter pubescentes, superiores oblongae ferrugineo-pubescentes, sursum magis magisque in folia abeuntes. Pubescentia simplex. Folia alterna petiolata ovato-oblonga acuminata serrata (serraturis glandulosis) subcoriacea, supra lutescenti-viridia, subtus pallidiora, seniora supra glabra, subtus puberula, axillis venarum secundariarum villosis, contusa odorem aromaticum piperaceum spargentia, vernatione involuto-imbricata, venae infra prominulae, secundariae alternantes, supra medium arcuatae et ope tertiariarum irregulariter connexae, caeterum venulae reticulatim anastomosantes, venulis accessoriis saepe interjectis. Cuticula utraque e cellulis sinuosis conflata, superior stomatibus expers, stomata minuta ovata, disco opaco quasi glanduloso, areolae circumambientis parietibus rectis. Petioli basi articulati, utrinque paullo incrassati, supra canaliculati, apice utrinque glandulosi. Stipulae lineares angustae obtusae, secus marginem exteriorem glandulosae vel caducae sunt vel subinduratae persistunt et tunc elongatione petioli supra basin hujus paullo elevantur. Inflorescentia axillaris sed ob approximationem foliorum terminalis videtur. Flores desiderantur. Fructus multiplex globosus, magnitudine cerasi majoris rugoso-verrucosus, stylis stigmatibusque induratis persistentibus induratis subrevolutis quasi echinatus,

pube brevissima ferruginea simplici vestitus. Pedunculi sesquiunciales ascendentes, insertione articulati laeviusculi cinereo-brunnei. Calyx fructifer ad ¾ superus, induratus truncatus, ore varie lobato, lobis angulatis medio saepe conicis minutissime ferrugineo-velutinis, demum liber. Stamina (an perfecta?) hinc illinc diu persistentia perigyna subsessilia, connectivum angustum, antherae adnatae oblongae, apice nunc mucronulatae biloculares, longitudinaliter dehiscentes, valvulae aequales persistentes. Capsula initio ad ¼ supera, ibidem corticata minuteque ferrugineo-velutina, demum libera bilocularis, loculis anticis posticisque facile solubilibus, polysperma, incomplete septicide bivalvis, valvis demum bipartitis, valvula altera stylo indiviso vel ambabus stylo longitudinaliter bipartito superatis, septum bilamellatum, basin versus eplacentigerum, placentae planiusculae laeves. Semina numero indefinita, saepissime omnia abortiva, uno plura numquam perfecta pluriseriata saltem mediam placentam versus, summo infimoque solitariis, sterilia cujusque loculi numero variantia, a 29 usque ad 30, forsan plura, valde difformia, varie angulata, cava ossea, adspectu sub lente extus cellulosa, directione varia, superiora transversa, inferiora pendula (appensa) intermedia valde compressa. Tegmenta seminis bina, exterius osseum, pagina exteriore cellulosum, interiore aegre fibrosum, interius tenuissimum celluloso-membranaceum, apicem seminis versus brunnescens, cavitate omnino nuda. Semen fertile solitarium, omnium extimum et infimum pendulum (appensum) loculi parieti approximatum, extus convexiusculum, intus pressione angulatum marginato-alatum, ab interiore latere visum aurem humanum apprime referens, ambitu irregulariter ovatum brunneum, ala lutescente. Rapheos situs linea angulis caeteris saturatius brunnea indicatus, chalaza inconspicua, foramen superum inconspicuum ob partium approximationem, oblique et interne situm, aequilaterale. Tegmentum duplex, exterius e membrana duplicata tenuissima decolorata, plicatura fibras plurimas elongatas lutescentes, longitudine varias fovente, margine fibris orbato, sub lente pulchre crenato, interius tenue celluloso-membranaceum brunneum, albumen arcte vestiens, supra in collum productum breve, pressione complanatum concolor, inter alae fissuram foramen constituentem inclusum et nullo modo exsertum. Albumen parcum carnosum album. Embryo inversus axilis albus, longitudine et latitudine fere albuminis, radicula supera cylindraceo-conica, cotyledonibus fere triplo brevior, basin colli membranae interioris fere attingens. Cotyledones faciebus seminis parallelae, planae foliaceae ovales venosae, venis vix prominulis, plumula inconspicua. — Crescit in regione Assamiae superioris, Muttack dicta, inter Debroomookh et Rangagurrhah inter gradum latitudinis borealis 27 et longitudinis orientalis 95.

Ordo CVII. CORNEAE *DC.*

(DC. Prodr. IV. 271. et 670. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 435. — Endl. Gen. plant. p. 793. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 153. II. 110.)

4574. **CORNUS** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV, 271. et 670. [excl. spec.] — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 435.)

Sectio I. ARCTOCRANIA Endl. l. c.

Flores involucrati umbellati albi. — Trunco subterraneo ramos floridos simplices promente. Subherbaceae. (DC. l. c. 273. no. 10–12.)

Sectio II. TANYCRANIA Endl. l. c.

Flores umbellati involucrati flavi. — Arboreae. (DC. l. c. 273. no. 13. 14.)

Sectio III. THELYCRANIA Endl. l. c.

Flores corymbosi vel paniculati exinvolucrati. — Arboreae vel fruticosae. (DC. l. c. 271. no. 1–9.

§. 1. *Alternifoliae.*

1. C. ALTERNIFOLIA Linn. fil. Suppl. 125. — (DC. l. c. 271. no. 1.) — Hérit. Corn. 10. t. 6. — Schmidt, Oestr. Baumz. II. 15. 16. t. 70. — Duham. Arboret. (edit. alt.) II. 157. t. 45. — C. A. Meyer, Ann. des sc. natur. (3. Sér.) IV. 59. † — Foliis sparsis late ellipticis ovatisve acuminatis, basi rotundatis subcordatisve, subtus tuberculatis glaucescentibus, setis brevibus bipartitis scabris setisque simplicibus scabris adspersis, nervis lateralibus utrinque quinque; cyma paniculata subovata glabriuscula; calycis limbo subdentato, disco depresso, stylo cylindraceo; nuce subrotunda. ♁ — Crescit in sylvis humidis et in fruticetis densis Americae borealis, in Canada, in montibus Aleganicis usque ad Carolinam australem nec non in parte occidentali reipublicae Kentuckensis.

§. 2. *Oppositifoliae.*

† Setae in foliorum pagina inferiore bipartitae incumbentes. (Interdum pili simplices rari in nervis et in nervorum axillis.)

2. C. ALBA Linn. Mantiss. pl. 40. (excl. syn. Amman. et patria Sibiria) — DC. l. c. 172. no. 6. — Schmidt l. c. 10. 16. t. 65. — C. A. Meyer l. c. 60. † — Foliis oppositis late ellipticis oblongisve acuminatis, basi attenuatis, subtus tuberculatis glaucis, setis brevibus bipartitis adpressis scabris adspersis, nervis lateralibus utrinque sex; cyma depressa setulis scabra; calycis dentibus disco pulvinulo brevioribus; stylo cylindraceo; nuce compressa altitudine sua latiore. ♁ — *C. stolonifera* Michx. Flor. Bor. Am. I. 92. (Foliis differre videtur ex Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 650.*)

β. angustifolia: Foliis oblongis, latitudine triplo longioribus, solum foliorum forma a genuina *C. alba latifolia* differt. Folia 3–3¼ poll. longa et fere ¾ poll. lata.

Crescit in ripis fluviorum et in sphagnetis Americae borealis.

---

*) *Caulibus saepe reclinatis et stoloniferis; ramis virgatis laete rubicundo-purpurascentibus, ramulis glabris subpatentibus; foliis ovatis acuminulatis, basi obtusis, pubescentia minuta adpressa utrinque scabris, infra albescentibus; cymis parvis depressis densiusculis glabriusculis; petalis ovatis; drupis albis.*

3. C. SIBIRICA Loddig. in Loudon, Hort. Britannic. (1830 edit.) p. 50. — C. A. Mey. l. c. 61. † — Foliis oppositis late ovato-ellipticis breviter acutatis acuminatisve, basi (saepe) rotundatis, subtus subtuberculatis subconcoloribus vel subglaucescentibus, setis brevibus bipartitis adpressis scabris adspersis, nervis lateralibus utrinque subsenis; cyma depressa setulis scabra; calycis limbo obsoleto, disco pulvinato, stylo cylindraceo, nuce compressa latitudine sua plerumque longiore. ♄ — *C. Sibirica* E. Spach, Hist. natur. des Veget. VIII. 94. (excl. syn. Mill.) — *C. purpurea* Tausch. — (Wlprs. l. c. II. 435. no. 1.) — *C. alba* Torr. et Gr. l. c. 650. (nec Linn.) — Pall. Flor. Rossic. I. 51. t. 34. — *C. sanguinea* Ldb. Fl. Alt. I. 149. (excl. syn.) — *Cornus* no. 277. Amm. Ruth. 198. t. 32. — Crescit in Sibiria praesertim orientali, in Kamtschatka et in Dahuria.

4. C. PANICULATA Hérit. Corn. 9. t. 5. — (DC. l. c. 271.) — Schmidt, Oestr. Baumzucht 13. 16. t. 68. — C. A. Meyer l. c. 63. † — Foliis oppositis ellipticis subovatisve acuminatis, basi attenuatis cuneatis, subtus glaucis tuberculatis, setis brevibus bipartitis adpressis scabris raris adspersis, nervis lateralibus utrinque subquaternis; cyma paniculata subovata subglabra; calycis dentibus disco depresso sublongioribus; stylo cylindraceo; nuce subrotunda. ♄ — A *C. alba* differt foliis basi plerumque magis attenuatis, subtus setulis raris adspersis subglabris, nervis lateralibus paucioribus, cyma paniculata subglabra, disco depresso vix pulvinulato et calycis dentibus longioribus. — Crescit locis umbrosis et in ripis fluviorum in Americae borealis civitatibus septentrionalibus.

5. C. STRICTA Hérit. l. c. 8. t. 4. — (DC. l. c. 271.) — Schmidt l. c. 12. 16. t. 67. — C. A. Meyer l. c. 64. † — Foliis oppositis late ellipticis acuminatis, basi plerumque attenuatis, subtus concoloribus laevibus, setulis brevibus bipartitis raris adpressis scabris adspersis subglabris, nervis lateralibus utrinque quaternis; cyma paniculata subovata subglabra; calycis dentibus disco depresso longioribus; stylo cylindraceo; nuce ovata. ♄ — Crescit in paludibus Virginiae usque ad Georgiam.

6. C. GLABRATA Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 18. — Ramulis ovatis cymisque glabris vel vix minute puberulis; foliis ovatis acuminatis, basi angustatis, supra sparse minuteque puberulis, subtus glaberrimis; cymis parvis depressis; drupis globosis. ♄ — Habitu foliisque similis est praecedenti. — Crescit in California ad San Franzisco.

7. C. DRUMMONDII C. A. Meyer l. c. 64. † — Foliis oppositis late ellipticis, basi rotundatis, subtus tuberculatis setisque elongatis bipartitis adpressis scabris dense incanis, nervis lateralibus utrinque subquinis; cyma depressa setulis incumbentibus scabra; calycis dentibus disco depresso longioribus; stylo cylindraceo; nuce.....? ♄ — Species foliis subtus undique setis elongatis bipartitis scabris incumbentibus dense obtectis incanis insignis, differt praeterea a *C. alba* foliis basi rotundatis utplurimum ovatis, disco depresso, dentibus calycinis majoribus, a *C. australi* foliis subtus tuberculatis, stylo cylindraceo nec apice clavato, a *C. sericea* setis scabris, stylo cylindraceo et a *C. paniculata* et *stricta* foliis basi rotundatis et inflorescentia exacte cymosa recedit. — Crescit in Americae borealis civitate Texana et Nova Orleans.

8. C. AUSTRALIS C. A. Meyer l. c. 65. † — Foliis oppositis late subovato-ellipticis, breviter acutatis, basi saepius rotundatis, subtus laevibus concoloribus, setis brevibus sparsis adpressis bipartitis scabris adspersis, nervis lateralibus utrinque quaternis; cyma depressa setulis scabra; calycis dentibus disco depresso longioribus late ovatis; stylo apice laevi clavato; nuce subglobosa. ♄ — Species *C. sanguineae* proxima, a qua foliorum indumento statim distinguitur, cum *C. sericea* stylo convenit, sed caeterum valde differt, a *C. Sibirica* differt calycis dentibus, disco depresso, stylo apice clavato et nucis conformatione. — *C. sanguinea* Güldenst. Itin. I. 198. 284. 421. 425. 428. II. 27. — *C. citrifolia* Wahlenbrg. in Oken's Isis XXI. 982. — Crescit prope Byzantium, in Dahuria, Tauria, in Ponto Euxino et ad mare Caspium.

9. C. BRACHYPODA C. A. Meyer l. c. 74. † — Foliis oppositis late oblongis subellipticis acuminatis, basi attenuatis, subtus tuberculatis glaucis, setis brevibus sparsis adpressis bipartitis scabris adspersis, nervis lateralibus utrinque octonis; cyma paniculata subglabra; pedicellis ovario brevioribus; calycis dentibus disco depresso (cyathiformi) longioribus ovatis; stylo apice laevi clavato; nuce.....? ♁ — Habitu ad *C. album* accedit, characteribus vero cum *C. australi* magis convenit, differt foliorum nervis lateralibus numerosioribus, pedicellis perbrevibus, disco depresso cyathiformi, stylo apice clavato, ab hac recedit nervorum numero, pedicellorum longitudine et foliis basi valde attenuatis, subtus tuberculatis atque glaucis. — *C. alba* Thnbrg. Flor. Japonic. 63. (excl. syn.?) — In Japonia.

10. C. SERICEA Linn. Mantiss. pl. II. 199. — Hérit. Corn. 5. t. 2. — DC. l. c. 272. excl. γ. — Schmidt l. c. 9. et 16. t. 64. — C. A. Meyer l. c. 67. † — Foliis oppositis ovato-ellipticis oblongisve acuminatisve, basi rotundatis vel attenuatis, subtus saepe laevibus concoloribus vel glaucescentibus, setis bipartitis elongatis laevissimis incumbentibus (saepissime) subsericeis, nervis lateralibus utrinque quinis cum ramulis cymaque depressa lanuginosis; calycis dentibus elongatis, disco depresso; stylo apice laevi clavato; nuce subglobosa. ♁ — Species setis in pagina foliorum inferiore bipartitis elongatis laevissimis rufescentibus, nervis subtus, ramulis junioribus et cyma lanuginosis nec non dentibus calycinis elongatis distincta.

α. ovatifolia: Foliis ovato-ellipticis, basi rotundatis, subtus rufo-sericeis.

β. oblongifolia: Foliis ellipticis oblongisve, basi attenuatis, junioribus subtus rufescentibus, adultis glabratis.

γ. Schüzeana: Foliis oblongis, basi attenuatis, subtus tuberculatis glaucescentibus, setis rufescentibus (etiam in foliis) nullis.

Crescit in America boreali.

†† Folia subtus setis vel pilis bipartitis simplicibusve patentibus hirta.

11. C. SANGUINEA Linn. Spec. pl. 117. — DC. l. c. 272. — Schmidt l. c. 11. et 16. t. 66. — Willd. et Guimp. Deutsch. Holzpflnzn. t. 3. — Duham. Arbor. (edit. 2.) 153. t. 44. — Engl. Bot. t. 249. — Flor. Danic. t. 481. — C. A. Meyer l. c. 68. † — Foliis oppositis oblongis, ellipticis vel ovato-ellipticis, breviter acutatis, basi attenuatis vel rotundatis, subtus laevibus concoloribus, setis mediocribus simplicibus scabris patentibus curvatis subhirtis, nervis lateralibus utrinque quaternis; cyma depressa hirsutiuscula; calycis dentibus disco depresso longioribus; stylo sub apice laevi clavato; nuce globosa. ♁ — Stirps a reliquis speciebus setis in foliorum pagina inferiore viridi simplicibus curvatis scabris diversa.

α. communis: Foliis ellipticis oblongisve, basi attenuatis.

β. latifolia: Foliis saepius ovato-ellipticis ovatisve, basi rotundatis.

Crescit per totam Europam, praesertim mediam.

12. C. EXCELSA H. B. Kth. Nov. Gen. et spec. pl. III. 335. — C. A. Meyer l. c. 69. † — Foliis oppositis late ovatis, ovato-ellipticis, ovato-oblongis vel oblongis acuminatis, basi rotundatis vel acutatis, subtus laevibus concoloribus, setis (mediocribus) bipartitis scabris patentibus subrecurvatis hirtellis, nervis lateralibus utrinque subquaternis; cyma depressa hirsutiuscula; calycis dentibus disco depresso sublongioribus; stylo apice laevi clavato; nuce.....? ♁

α. Schiedeana: C. A. Meyer l. c. 70. † — Foliis latitudine duplo longioribus late ovatis vel ovato-ellipticis, abrupte acuminatis, basi plerumque rotundatis. — *C. Tolucensis* Schlchtd. Linnaea IX. 604. (nec H. B. Kth.) — Crescit in Mexici sylvis Xalapensibus.

β. Hartwegiana C. A. Meyer l. c. † — Foliis latitudine triplo longioribus ovato-oblongis, sensim acuminatis, basi rotundatis. — *C. excelsa* Bth. Plant. Hartw. no. 465. — DC. l. c. 670.? — Crescit prope urbem Mexico.

γ. Beyrichiana C. A. Meyer l. c. † — Foliis latitudine triplo longioribus oblongis, abrupte acuminatis, basi acutis. — *C. asperifolia* Beyrich mss. — *C.*

Tolucensis H. B. Kth. l. c. — Crescit in Georgia et in Mexico in monte ignivomo Toluco.

13. C. CIRCINNATA Hérit. l. c. 7. t. 3. — DC. l. c. 272. — Schmidt l. c. 14. 16. t. 69. — C. A. Meyer l. c. 71. † — Foliis oppositis ovatis suborbiculatisve abrupte acutatis, basi rotundatis, subtus tuberculatis glaucis, setis longiusculis (plerumque) bipartitis scabris curvatis patentibus hirtis, nervis lateralibus utrinque septenis; cyma subpaniculata depressa hirsutiuscula; calycis dentibus disco depresso longioribus; stylo striato; nuce subglobosa. ♄ — Species *C. sanguineae* proxima, sed differt ramis valde verrucosis, foliis utplurimum amplissimis ovatis suborbiculatisve, nervis lateralibus utrinque 7–8-nis notatis, subtus tuberculatis et glaucis, stylo apice non clavato. — Crescit in ripis fluviorum Americae septentrionalis a Canada usque ad Virginiae montes.

14. C. CALIFORNICA C. A. Meyer l. c. 72. † — Foliis oppositis ovatisve acutiusculis vel sensim acuminatis, basi rotundatis, subtus tuberculatis glaucis, setis elongatis bipartitis sublaevibus crispatis patentibus hirtis, nervis lateralibus utrinque subsenis; cyma depressa hirsutiuscula; calycis dentibus disco depresso sublongioribus; stylo cylindraceo; nuce subglobosa. ♄ — Ad *C. sanguineam* et *circinnatam* prope accedit, differt foliorum forma et praesertim setis in pagina foliorum inferiore laevibus (non vel obsoletissime tuberculato-scabris), a *C. alba* distinguitur praeter foliorum indumento etiam foliis basi rotundatis, apice sensim acutatis et calycis dentibus longioribus formaque nucis. — *C. circinnata* Schlchtd. Linnaea III. 139? (nec Hérit.) — *C. alba β.* Hook. Fl. Bor. Am. I. 276. — *C. sericea β.* Torr. et Gr. Fl. N. Am. I. 652. — *C. pubescens* Nutt. mss. — Crescit in California.

Ordo CVIII. LORANTHACEAE *Lindl.*

(DC. Prodr. IV. 277. et 670. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 436. et 940. — Endl. Gener. plant. p. 799. — Meisn. Gener. plant. vascul. I. 154. II. 110.)

4582. ANTIDAPHNE *Poepp. et Endl.*

(Poepp. et Endl. Nov. gener. et spec. pl. Chil. II. 70. t. 199.)

1. A. VISCOIDEA Poepp. et Endl. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 436.*) — Frutex parasiticus densus hemisphaericus, ramis numerosissimis patentibus pennam anserinam crassis, e medio ramulosis griseo-fuscis, ramulis alternis subtetragonis, apicem versus trigonis, ad genicula compressis glaberrimis 1–1½-pedalibus, basin usque foliosis. Folia pollicem distantia, seniora infimaque in tuberculum mutata alterna, subsessilia aut basi in petiolum brevem attenuata, obovata, apice rotundata, basi cuneata, seniora interdum subrotunda, integerrima leviterque undulata, utrinque glaberrima coriacea rigida nervoso-venosa concolora, utrinque obscure viridia, bipollicaria, pollicem circiter lata vel subrotunda diametro tripollicari. Flores monoici in eadem axilla spicati, spicae 3–7-nae dense imbricatae, bracteis alternis spiraliter ambientibus in rhacheos articulationibus sessilibus, mox deciduis ovatis acutis scariosis badiis nitidis laevissimis munitae, demum excrescentes gemmam tunc longitudine in mare duplo, in foemina sextuplo excedentes. ♄ — Crescit in Peruviae transandinae sylvis primaevis ad Cuchero in arboribus praesertim Laurineis parasitica.

4584. **VISCUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. IV. 277. et 670. — Wiprs. Repert. bot. syst. II. 437.)

1. V. CLAVATUM Bth. Plant. Hartw. p. 189. no. 1044. — Dichotome ramosissimum flavicans: ramis junioribus compressis; foliis obovato- vel cuneato-oblongis obtusis enerviis, basi in petiolum longe angustatis; spicis axillaribus 1–3-nis folio brevioribus pedunculatis 1–3-articulatis; floribus immersis, inferioribus masculis, superioribus foemineis, omnibus trimeris. ♁ — Folia 1–1½-pollicaria, petiolo 4–6 lin. longo. Spicae basi saepius steriles, post anthesin mox clavaeformes, 6–12 lin. longae. Ovarii rudimentum adest et in floribus masculis. — Crescit in sylvis Pitayo, juxta Popayan.
2. V. SQUAMIGERUM Bth l. c. 190. no. 1046. — Ramosissimum aphyllum vel vaginis hinc inde in folium parvum cuneato-oblongum productis: ramulis subtetragonis mox teretibus; spicis 2–4-articulatis; floribus semi-immersis biseriatis. ♁ — Habitu variat nunc ramosissimum, articulis brevibus fere *Arceuthobii*, nunc subpedale, minus ramosum, articulis elongatis, fructiferis subfasciculatis. Vaginae breves, utrinque in squamulam acuto-triangularem dilatatae, rarius folium ferentes 4–6 lin. longum. Articuli floriferi in quaque spica 2, 3 vel 4, nunc breves sub-4-flori, nunc semipollicares 8–10-flori. — Flores foeminei trimeri, masculi non visi. Bacca subglobosa, breviter immersa. — In sylvis Pitayo, juxta Popayan.
3. V. OBTUSISSIMUM Miquel, Linnaea XVIII. 602. — Di- vel trichotome ramosissimum glabrum: ramis teretibus, ramulis tetragono-compressis subancipitibus, internodiis haud vaginatis, foliis oppositis petiolatis crassis obovatis vel obovato-rotundatis aequilateris (nascentibus obliquis), apice lato rotundatis, quandoque emarginatis, basi acutis vel cuneatis, tenuiter tri- vel quinquenerviis; spicis axillaribus 1–3, folio multoties brevioribus subsessilibus plerumque 3-articulatis, vaginae dentibus concavis truncatis subciliolatis patentibus; floribus 4-seriatis; calyce tridentato; baccis oblongo-clavatis calyce patente coronatis, spicae articulo duplo longioribus. ♁ — Crescit in Surinam.
4. V. NITIDUM Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. IV. 105. — Ramis ramulisque compressis; foliis lineari-lanceolatis obtusis nitidis, basi attenuatis tenuissime quinquenerviis; spicis axillaribus solitariis folio triplo brevioribus articulatis, vaginis bifidis; baccis ovatis, basi rhachi immersis. ♁ — Folia tripollicaria, 3–4 lin. lata. Spicae pollicares. Proximum *V. affini* Pohl. — Crescit in Brasilia parasiticum supra arbores in montibus Organensibus.
5. V. ELLIPTICUM Gardn. l. c. 106. — Ramis teretibus, junioribus compressis striatis; foliis ellipticis vel obovato-ellipticis breviter petiolatis obtusis trinerviis; spicis axillaribus solitariis folio triplo fere brevioribus; baccis ovatis rhachi immersis. ♁ — Planta parva vix pedalis ramosa. Folia 6–9 lin. longa, 4–5 lin. lata. Spicae 2–3-pollicares. — Crescit in Brasilia in montibus Organensibus parasiticum supra *Gaylussacciam* quandam.
6. V. DIMIDIATUM Miquel, Linnaea XVIII. 58. † — Ramosissimum: ramis teretibus, ramulis ancipitibus; internodiis praesertim inferioribus supra basin bidentatis; foliis oppositis petiolatis valde inaequilateris oblongis obtusis, basi attenuatis, majoribus latioribus subdimidiatis vel falcatis, supremis dimidiato- vel falcato-lanceolatis, 5–7-plinervulosis; spicis axillaribus solitariis, raro binis ternisve, 7–8-articulatis, articulis tumidis, utrinque constrictis, vaginis latis truncato-bidentatis; baccis subquinqueserialibus globosis. ♁ — Crescit parasiticum Surinami in *Citro aurantio*.
7. V. GLANDULOSUM Miquel l. c. 60. † — Ramosum: ramis teretibus, ramulis acute tetragonis; foliis oppositis crassis, in sicco praesertim supra glandulis nigris nitidis conspersis, parum inaequilateris ovatis obtusis vel ellipticis et tunc basi cuneatis, nervo medio crassiusculo percurrente, venulis tenuibus, inferioribus praesertim supra conspicuis, reliquis obsoletis; spicis 1–3 axillaribus folio brevioribus interruptis, plerumque 3–4-articulatis; floribus fere tetrastichis, 4–5 in singula serie cujusvis articuli, trimeris; baccis ellipticis. ♁ — Crescit in Surinam parasiticum in arboribus *Crescentiae Cujetae*.

4585. **TUPEJA** *Cham. et Schlechtd.*

(Wlprs. Repert. bot. syst. II. 439.)

1. T. CUNNINGHAMII Miquel, Linnaea XVIII 85. † — Glabra: ramis teretibus, internodiis junioribus compressis, versus apicem ancipitibus; foliis oppositis vel suboppositis petiolatis obovato-ellipticis vel obovato-spathulatis (marginibus in sicco undulato-crispulis) coriaceis, versus basin tenuiter uninerviis, aveniis vel immerse penniveniis; racemis axillaribus solitariis paniculatim compositis ebracteatis articulatis; floribus tetra- vel pentameris (nunc hermaphroditis); baccis ellipticis cicatrisato-umbonatis. ♁ — Crescit parasitica supra arbores in Nova Zeelandia.
2. T. PUBIGERA Miquel l. c. 86. † — Ramis teretibus glabris cinerascentibus; ramulis teretiusculis, petiolis postice, foliorum nervo medio subtus versus basin brevi-hirtellis; foliis oppositis breviter petiolatis vel sessilibus ellipticis vel rhombeo-ellipticis obtusis vel rotundatis, hinc fere obovatis, basi acutis vel attenuatis, uninerviis sparse venulosis glabriusculis, tenuiter coriaceis, marginibus breviter hirtellis; racemis in ramulis brevibus diphyllis terminalibus paucifloris; baccis pedicellatis ellipticis pallide citrinis. ♁ — *Viscum pubigerum* R. Cunn. mss. — Crescit in Nova Zeelandia.

4586. **LORANTHUS** *Linn.*

(DC. Prodr. IV. 286. — Wlprs. Repert. bot. syst. II. 439. et 940.)

1. L. *(Euloranthus)* VESTITUS Miquel, Linnaea XVIII. 62. † — Ramis subteretibus, ramulis sub-compressis, petiolis nervoque medio subtus dense ferrugineo-lepidotissimo-subpaleaceis; foliis oppositis vel summis suboppositis breviter petiolatis crassis, inferioribus rotundato-obovatis vel ellipticis, superioribus minoribus ellipticis, apice rotundatis uninerviis, supra parce venulosis; spicis axillaribus 1, 2 vel 3-nis folio brevioribus, superioribus ob folia abortiva subpaniculatis, rectis strictis; floribus tetrasticho-decussatis immersis, bractea adnata truncata suffultis; sepalis 6 linearibus calyculo brevi truncato sustentis; stigmate subcapitellato; baccis ellipticis. — Crescit parasiticus in arbore ignota Surinami.
2. L. SURINAMENSIS Miquel l. c. 63. † — Parce ramosus: ramis inferne tereti-tetragonis, superne tetragonis, nascentibus tetragono-ancipitibus, ad angulos lepidotis, linea scilicet lepidota e nervo medio juxta dorsum petioli in ramum descendente; foliis suboppositis breviter petiolatis, inferioribus elongato- vel subspathulato-ellipticis, omnibus obtusis, nervo medio percurrente versus basin venulosis; spicis axillaribus solitariis folio brevioribus; floribus tetrastichis decussatis immersis, bractea subtruncata marginibus patula sustentis; sepalis 6, calyculo repando-truncato; baccis cylindrico-urceolatis truncato-cicatrisatis. ♁ — Crescit in *Nerio Oleandro* parasiticus in Surinam ad Paramaribo.
3. L. INCONSPICUUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 102. — Ramosissimus: ramulis ancipitibus, demum vix teretibus; foliis parvis obovato-oblongis obtusis basi angustatis, obscure trinervibus; floribus minimis in axillis sessilibus congestis. ♁ — Ramuli, praesertim sub nodis, compresso-dilatati cinerascentes. Folia 6–10 lin. longa, basi longiuscule angustata at vix petiolata. Flores in axillis gemini vel terni, bracteis 3-4 ovatis minutis, margine fimbriatis suffulti. — Crescit in America centrali ad San Blas.
4. L. *(Euloranthus?)* IMMERSUS Bth. Plant. Hartweg. p. 189. no. 1043. — Ramulis teretibus; foliis sessilibus late cordato-ovatis orbiculatisve obscure quinquenervis; spicis pedunculatis fasciculatis axillaribus vel ad apices ramorum paniculatis tetragonis; floribus quadriseriatim immersis. ♁ — Folia 2–3 poll. longa et lata, crassissima, uti ramuli paniculae et pedunculi ferrugineo-granulosa. Spicae pleraeque pollicares, pedicello 3 lin. longo. Flores parvi. Petala 6 lanceolata. Valde affinis ex descriptionibus *L. alveolato* et *L. amplexicauli*, et inter illos quasi medius, sed in priore folia petiolata basique acuta dicuntur, in hoc reniformia amplexicaulia. — Crescit in Columbia prope Popayan.

5. L. (*Dendrophtoë*) COLENSOI Hook. fil. Icon. plant. t. 633. — Ramis teretibus; foliis obovato-rhombeis coriaceis obtusis petiolatis subaveniis; pedunculis axillaribus subquinquefloris; floribus longitudine fere foliorum; petalis quaternis, ungue basi dilatato lamina anguste ovata quadruplo longiore. ♁ — In Nova Zeelandia abundanter parasiticus in *Metrosidero tomentosa* ad lacum Waikare.

6. L. CASUARINAE Miquel in Lehm. Plant. Preiss. I. 279. † — Foliis, ramulis floribusque albo-tomentosis fasciculatis oppositis alternisque tereti-filiformibus obtusis; cymis squamoso-dichotomis 3–5-floris, simplicibus vel subcorymbosis axillaribus; floribus sessilibus; calycis limbo obsolete denticulato truncato; petalis 4–5 lineari-subspathulatis, a basi liberis, in alabastro clavato angulato coalitis; staminibus petalorum trienti superiori insertis, antheris aequilongis; stigmate filiformi. ♁ — Crescit in *Casuarinis* parasiticus in Nova Hollandia prope oppidulum Perth.

7. L. PREISSII Miquel l. c. 280. † — Glaber: ramulis teretibus; foliis suboppositis tereti-filiformibus strictiusculis subacutis muticis succulento-carnosis; floribus axillaribus in cymis di- vel trichotomis folio brevioribus pedicellatis (vel intermedio sessili); calycis breviter obconici limbo repando: petalis 5 lineari-spathulatis, apice concavis; staminibus eorum quadrienti superiori insertis aequilongis stylo filiformi sursum leviter incrassato paullo brevioribus. ♁ — Crescit parasiticus in *Acacia* quadam in Nova Hollandia prope oppidulum Perth.

8. L. SCOPARIUS Miquel l. c. † — Glaber: ramis teretibus; foliis oppositis erectis, axillaribus accessoriis plerumque subfasciculatis, filiformi-teretibus acutiusculis glabris; floribus.....? ♁ — In *Acacia* quadam in regione York in Nova Hollandia.

9. L. MIQUELII Lehm. l. c. † — Glaber: ramis teretibus; foliis suboppositis vel oppositis longe petiolatis, infimis quibusdam obovatis vel obcordatis, reliquis lanceolatis vel linearibus, plerumque leviter falcatis, obtusissimis muticis, basi attenuatis, uninerviis vel subtriplinerviis venulosis purpureo-marginatis; corymbis axillaribus solitariis longe pedunculatis, folia aequantibus vel superantibus 4–5-fidis, ramis trifloris; floribus omnibus longiuscule pedicellatis, singulis ad basin bractea rotundata naviculari sustentis; calycis limbo truncato obsoletissime denticulato. ♁

β. Foliis lanceolatis perspicue triplinerviis, floribus brevioribus.

Crescit parasiticus in *Eucalyptis* in Nova Hollandia, distr. York et Grantham.

10. L. MELALEUCAE Lehm. l. c. † — Glaber: ramis ramulisque teretibus; foliis oppositis vel suboppositis decussatis, longiuscule petiolatis coriaceis anguste spathulatis obtusis, basi sensim in petiolum contractis obsolete uninerviis aveniis vel praesertim supra subvenuloso-reticulatis; floribus corymbosis pedicellatis pentameris, basi bractea oblonga concava glabra suffultis; calycis cylindraceo-conici longiusculi limbo subdilatato truncato. ♁ — Crescit in ramis *Melaleucarum* insulae Australasicae Rotenest.

11. L. MIRACULOSUS Miquel l. c. 281. † — Glaber: ramis teretibus, ramulis praesertim infra foliorum insertionem compressis; foliis oppositis breviter petiolatis carnoso-coriaceis elliptico- vel subspathulato-lanceolatis, basi contractis, apice obtusis, obsolete uninerviis aveniis; cymis breviter pedunculatis di-trichotomis, ramis trifloris; floribus pedicellatis vel medio sessili; bractea ovato-rotundata naviculari apice ciliolata; calyce truncato. ♁ — Crescit in Nova Hollandia ad Wicklof parasiticus in *Santalo* quodam.

12. L. QUINQUENERVIS Hochstett. Flora (B. Z.) XXVII. II. 432. — Cortex olivaceo-fuscus laevis nitidulus; folia alterna coriacea ovata obtusa quinquenervia; flores umbellati, umbellae sessiles laterales, pedicelli breves; bractea cupuliformis valde obliqua ad basin calycis; calyx cylindrico-cupularis, subaequaliter truncatus; corolla pollicaris vel ultra glaberrima, basi ventricosa, ad medium usque vel paullo profundius quinquefida, tubo laciniisque rectis angustis; stylus corollam aequans stigmate globoso. ♁ — Crescit parasiticus in arboribus circa Port Natal in Promontorio bonae spei.

13. L. *(Psittacanthus)* RHYNCHANTHUS Bth. Bot. of Belch. voy. of the Sulphur 102. † — Glaber: ramulis acute tetragonis; foliis oppositis ovato-lanceolatis falcatis, basi angustatis, vix petiolatis crasse coriaceis subaveniis; corymbis terminalibus trichotomis; bractea cyathiformi sub floribus singulis; alabastro oblique rostrato; petalis sex linearibus acutis. ♁ — Similis *L. calyculato* DC., sed rami tetragoni, folia majora, saepe 4–5-pollicaria, corymbi ampliores, et flores ante anthesin longius acuminato-rostrati. — *L. calyculatus* Hook. et Arn. Bot. Beech. voy. 294. (non DC.) — Crescit in „Tiger Island."

14. L. OBOVATUS Bth. l. c. 103. — Glaber, scabriusculus: ramis subteretibus dichotomis verticillatisve; foliis subsessilibus obovatis obtusis, basi rotundatis cuneatisve venosis; pedunculis opposite ramosis terminalibus tenuiter puberulis, ramis trifloris; floribus pedicellatis, bractea cupuliformi ovario paullo breviore suffultis; corollae sesquipollicaris obtusae vix puberulae petalis sex linearibus. ♁ — Folia 1–2 poll. longa, ½–1 poll. lata, subcoriacea, venis pinnato-reticulatis parum prominentibus. Pedunculi nunc ad apices ramorum solitarii, ramulis per paria distantibus 3–4 lin. longis, pedicellis 2–3 lin. longis, nunc in axillis superioribus vel ad apices ramorum complures breves, ramulorum paribus approximatis, pedicellis abbreviatis. — Crescit vulgaris ad Guayaquil parasiticus in arboribus praesertim *Mimoseis.*

15. L. PYCNANTHUS Bth. Plant. Hartweg. p. 189. no. 1042. — Glaber: ramulis teretibus vel superne angulatis; foliis subsessilibus lanceolatis acutiusculis, basi rotundatis crassis uninerviis subaveniis; spicis terminalibus ramosis secundis brevibus densis, pedicellis unifloris; bractea foliacea lanceolata calyce multo longiore; corolla bipollicari pentamera; antheris versatilibus. ♁ — Folia 1½ poll. longa, 6 lin. lata, nervo medio prominente. Spicae fere in capitulum condensatae. Pedicelli 2 lin. longi. Bracteae 6–10 lin. longae. — Crescit in radicibus montis ignivomi Tunguragua prope Puëla.

16. L. SECUNDUS Bth. l. c. p. 189. — Glaber: ramulis subteretibus; foliis subsessilibus ovatis vel ovato-lanceolatis obtusis, basi rotundatis crassis uninerviis subaveniis; spica terminali secunda, pedicellis recurvis unifloris; bractea concava calycem subsuperante; corolla subquadripollicari pentamera; antheris versatilibus. ♁ — Folia 2–3 poll. longa, 1–1½ poll. lata, nervo medio prominente. Rhachis spicae sesquipollicaris. Pedicelli crassi recurvi, 2 lin. longi, bractea ad apicem pedicelli lata acuta, 3–4 lin. longa. — Crescit in Andibus prope Bogota altit. 10,000 ped.

17. L. MACRANTHUS Hook. Icon. plant. t. 733. 734. — Hexamerus: caule tereti foliis brevissime petiolatis orbiculari-ovalibus coriaceis: pedunculis bis dichotomis axillaribus; calyce unibracteato, bractea ovata calyce breviore; corollis omnium longissimis (pedalibus!), petalis anguste linearibus apice attenuatis liberis reflexis, staminibus petala subaequantibus stylo brevioribus, antheris lineari-angustissimis basifixis. ♁ — Crescit in Andibus Quitensium.

18. L. *(Struthanthus)* FLEXISTYLUS Miquel, Linnaea XVIII. 65. † — Foliis subopp ositis coriaceis glabris ovatis acuminatis complicato-recurvatis vel rarius planis, e nervo medio crassiusculo utrinque venulosis; paniculis axillaribus solitariis folium longe superantibus terminalibusque opposite vel alternatim ramosis ramis patentibus racemosis; floribus ternis sessilibus vel brevi pedunculo innixis tribracteatis; alabastris ellipticis subhexagonis; sepalis sex liberis lanceolato-linearibus incurvis; staminibus eorum trienti inferiore insertis, alternis longioribus, filamentis planis, apice utrinque excavatis, antheris dorso paullo supra basin insertis, connectivo scutiformi, postice in rostrum producto; stylo tetraptero-angulato prope apicem incrassato et curvato, stigmate subcapitellato tenerrime radiato. ♁ — Crescit in Surinam parasiticus in *Hibisco Rosa Sinensi* et in *Crescentia Cujete.*

19. L. CATOCARPUS Bth. Plant. Hartweg. p. 190. no. 1045. — Ramulis subteretibus cinerascenti-scabriusculis; foliis breviter petiolatis ovali-ellipticis obtusiusculis,

basi rotundatis vel breviter cuneatis, coriaceis venulosis; spicis solitariis interruptis, infimis subramosis; floribus minutis 2–3-nis fasciculatis subsessilibus tribracteatis; petalis 6 oblongis; antheris alternis mucronatis; baccis ovoideis reflexis. ♄ — Affinis *L. pyrifolio* Humb. et Kunth, *L. retroflexo* Ruiz et Pav., *L.' affini* et *L. subcampestri* Mart. aliisque minutifloris, sed cum nullis exacte convenit. Folia circa 3 poll. longa, 1–1½ poll. lata, petiolo 2–3 lineari. Spicae 2–3-pollicares. Florum fasciculi vix omnino sessiles, sed pedunculi latitudine sua breviores, saepius trifiori, floribus sessilibus, singulis minute tribracteatis. Corolla semilinea brevior, et citissime decidua. Petala obtusiuscula. Filamenta leviter dilatata brevissima, antherae alternae ovatae mucronatae, alternae minores muticae. Stylus brevissimus. Baccae 2½–3 lin. longae, arcte reflexae. — Crescit in arboribus prope Popayan.

20. **L. ALBIFLORUS** Hook. Icon. plant. t. 683. — Foliis suboppositis late lanceolatis acuminatis integerrimis coriaceis, basi in stipitem perbrevem decurrentibus; paniculis compactis axillaribus folio brevioribus, ramulis trifloris; bracteis minutissimis squamaeformibus; petalis 6 e basi ad medium erectis approximatis, dein reflexis; filamentis basi liberis, antheris ovatis subsagittatis mucronato-acutis, dorso affixis; stylo longitudine staminum apice obliquo. ♄ — Crescit in Andibus Quitensibus.

4587. NUYTSIA *R. Br.*

(R. Br. Journ. geogr. I. 17.)

1. **N. FLORIBUNDA** R. Br. l. c. — (Wlprs. Repert. bot. syst. II. 446.*) — Arbor 3–5-orgyalis, trunci diametro 1½-pedali et ultra, ramis numerosis divergentibus. Folia alterna crassa linearia obtusa. Flores in racemis simplicibus plurimis in ramulorum apice vix spithamaeis, squamis aliquot foliaceis infra stipatis. Pedicelli vix floribus longiores singuli trifiori, bracteis tribus ovato-oblongis germen superantibus. Calycis dentes 3-5 inaequales. Petala 6 linearia sulphurea. Stamina totidem petalis medium versus inserta, filamentis iisdem brevioribus, antherae versatiles subhastatae biloculares. Germen inferum turbinatum subtrigonum, stylus corolla brevior striatus subulatus, stigma acutum. Fructus immaturus monospermus, semine pulpa obvoluto, gluten e tubis longitudinalibus fundente. *Loranthus floribundus* Labill. Nov. Holl. I. 87. t. 113. — In Nova Hollandia.

INDEX

ordinum, subordinum, tribuum, generum, sectionum et synonymorum.

Ordinum dialypetalorum genera omnia in hunc indicem recepta sunt.
Illis generibus, quae signo * notata sunt, loco citato nihil novi addendum videbatur.
Genera signo ° notata loco citato characteribus genericis illustrantur.
Synonyma in hoc quinto Repertorii tomo commemorata omnia in hunc indicem recepta sunt, quo commodius perspiciantur genera et species inde a tomo primo emendata vel mutata.

A

Abatia *II. 112.
Abelmoschus I. 308. V. 92.
Aberia °V. 56.
Ablania *I. 352.
Aboremotemon V. 612.
Abrineae I. 791. V. 541.
Abroma I. 337. V. 111.
Abroma V. 111.
Abrus I. 791. V. 541.
Absus I. 827.
Abuta I. 95.
Abutilon I. 322. II. 793. V. 95.
Acacia °V. 587. I. 884. II. 905.
Acacia V. 581. 586. 587. 594. 595. 596. 597. 598. 601. 602. 603. 604. 605. 607. 608. 620. 621.
Acacieae I. 884. V. 587.
Acaena II. 43. V. 655.
Acanthobotrya I. 607. V. 453. 454.
Acanthonychia I. 201.
Acanthophyllum I. 282. II. 785.
Acanthophyton *II. 684.
Acanthospartum V. 465.
Acer I. 408.
Aceranthus I. 101.
ACERINEAE I. 408.
Acharia II. 222.
Achlys I. 100.
Achyronia *I. 580.
Aciotis *II. 137.
Aciphylla °V. 868.
Ackama II. 374. V. 834.
Acmadenia I. 509. V. 391.
Acmanthera V. 181.
Acmena II. 181.
Aconitum I. 57. II. 745. V. 7.
Aconychia V. 75.
Acosmium *I. 809.
Acosmus V. 349.
Acridocarpus °V. 285.
Acrocarpus I. 855. V. 573.
Acrolasia II. 223. V. 776.
Acronodia I. 365.
Acronychia I. 261. 523. II. 825.
Acrophyllum V. 829.
Acrosanthes II. 248.
Acrotrema I. 65.
Actaea I. 60.
Actinanthus *II. 391.
Actinodium V. 727.
Actinolema V. 845. (II. 391. *937.)
Actinospora I. 60.
Actinotus *II. 387. V. 844.
Adamia II. 377.
Adansonia I. 322.
Adelbertia II. 118.
Adelobotrys II. 128.
Adenandra I. 506. V. 390.
Adenanthera °V. 580. I. 861.

Adenanthera V. 581. 582.
Adenanthereae I. 858. V. 578.
Adenaria II. 112.
Adenilema II. 375. V. 835.
Adenobasium I. 352. V. 115.
Adenocarpus I. 624. II. 838. V. 790.
Adenogramma II. 250.
Adenogrammeae II. 250. V. 790.
Adenopis cf. *Adenopsis*.
Adenopsis I. 861. V. 582.
Adenosepalum I. 384.
Adenostoma II. 43. V. 655.
Adenotrias V. 143.
Adesmia I. 728. II. 889.
Adinandra I. 375. V. 130.
Adlumia I. 118.
Adonis I. 32. V. 4.
Adoxa I. 429.
Adrastea I. 64.
Adyseton I. 142.
Aechmandra II. 196.
Aegle I. 382.
Aegopodium II. 392. V. 850.
Aeonium °V. 799. II. 935.
Aërope II. 70.
Aesculus I. 423.
Aeschynomene I. 732. II. 889. V. 521.
Affonsea °V. 644. I. 932.
Agalmanthus V. 741.
Agasyllis *II. 417.
Agathisanthes *II. 68.
Agathosma I. 510. V. 392.
Agati I. 681.
Agdesdis *I. 93.
Aglaia I. 428. V. 373.
Agonis II. 166. 922. V. 739.
Agonolobus I. 168.
Agoranthus I. 80.
Agrimonia II. 37. 914.
Agrocharis °V. 496.
Agrostemma I. 281.
Aichryson °V. 797.
Ailanthus I. 523.
Ainsworthia °V. 894.
Aithales °V. 796.
Aitonia I. 436.
Aizoideae II. 231. V. 783.
Aizoon II. 231.
Aizoonia V. 824. 825.
Aizopsis I. 147.
Akebia I. 98.
ALANGIEAE II. 150. 919. V. 725.
Alangium II. 150. V. 725.
Alatae I. 886. V. 588.
Albizzia °V. 595. I. 925.
Alchemilla II. 42. 914. V. 655.
Aldina I. 843. V. 565.
Aldrovanda I. 230.
Alectryon *I. 422. II. 816.
Alepidea II. 388.
Aleurodendron I. 351. V. 115.
Alexandra °V. 564.
Algarobia I. 861. V. 582.
Alhageae I. 749. II. 899. V. 528.
Alhagi I. 749.
Alicteres I. 384.
Allania I. 843. V. 565.
Allasia *II. 205.
Allegria I. 325.
Alletima II. 371.
Allochroa II. 80.
Allomorphia II. 143. 918.
Almeidea I. 499.
Aloëxylon *I. 855.
Alomatium I. 132.
Alopecuroidei II. 869. V. 518.
Alsineae *I. 266. *V. 77.
Alsinastrum II. 238.
Alsodeia I. 224.
Alternosemina °V. 765.
Althaea I. 291. II. 788. V. 90.
Althaeastrum I. 291.
Alysicarpus I. 749. II. 899. V. 528.
Alyssineae I. 139. V. 36.
Alyssoides I. 141.
Alyssopsis I. 134.
Alyssum I. 142. II. 757. V. 36.
Amaracus I. 640.
Amaria I. 855.
Amelanchier II. 55. V. 660.
Ameletia II. 101.
Ameria I. 879. V. 585.
Amerimnum *I. 792.
Amherstia *I. 844. V. 567.
Amherstieae I. 843. V. 565.
Amicia I. 725. II. 888.
Ammannia II. 101. 916. V. 674.
Ammi *II. 392.
Ammileta II. 371.
Ammineae II. 391. V. 848.
Ammodendron I. 866.
Amoora I. 428.
Amooria I. 640.
Amoreuxia *II. 52.
Amorpha I. 654.
Ampacus I. 520.
AMPELIDEAE I. 437. V. 377.
Ampelopsis I. 441. V. 377.
Ampelosicyos V. 759.
Amphicarpaea I. 750.
Amphilochia II. *68. 915.
Amphirrhox I. 224.

Amphithalea I. 581. II. 835.
Amphodus I. 751.
Amphynemium I. 793.
AMYGDALEAE II. 8. 907. V. 648.
Amygdalophora II. 8.
Amygdalus II. 8. 907.
Amyrideae I. 560. V. 420.
Amyris I. 560. II. 831. V. 420.
Anacampseros *II. 234.
ANACARDIEAE I. 549. II. 829. V. 411.
Anacardium I. 555.
Anacolosa I. 378.
Anagyris I. 562.
Anamirta I. 95.
Anaphrenium V. 414.
Anaphrenium V. 415.
Anarmosa V. 807.
Anarthrosyne I. 736.
Anastatica *I. 159.
Anastaticeae I. 159.
Anatropa I. 519.
Anaxagorea I. 80.
Anaxanthus I. 80.
Anchieta I. 223.
Anchonieae I. 183.
Anchonium I. 183. II. 762.
Ancistrolobus I. 391.
Ancistrostigma II. 233. V. 784.
Ancistrum II. 43.
Ancylocalyx °V. 542.
Ancyrostemma °V. 778.
Andersonia I. 428.
Andira I. 803. V. 546.
Androsaemum II. 800.
Andrzeiowskia I 124.
Anemonanthea I. 20.
Anemone I. 14. II. 738. V. 4.
Anemoneae I. 9. V. 4.
Anemonospermos I. 27.
Anerincleistus °V. 681.
Anesorhiza II. 400.
Anethum II. 413.
Anetia *I. 548.
Aneura I. 159.
Aneuriscus I 394.
Angelica II. 406. 938.
Angelica V. 870. 871. 873. 881. 920.
Angeliceae II. 406. V. 872.
Angelicoides II. 410.
Angophora *II. 164. 923.
Anguria II. 197. V. 760.
Anhalonium °V. 812. II. 309.
Anisololus V. 650.
Anisopleura °V. 463.
Anisoptera V. 124.
Anisopterae V. 301.
Anisothea I. 580.
Anisosciadium *II. 424.
Anisotome °V. 868.
Anisum II. 395. V. 856.
Ankyropetalum °V. 77.
Anneslea I. 367.
Annulares I. 702.
Anoda I. 313. II. 791.
Anodontea I. 143.
Anodopetalum II. 373.
Anogeissus II. 63.
Anogra II. 79.
Anomalopteris V. 286.
Anona I. 86. II. 748.
ANONACEAE I. 73. II. 747. V. 14.
Anoneae I. 86. II. 747. V. 15.
Anonychium I. 861. V. 582.
Anoplonychia V. 74.
Anopterus *II. 379.
Anosmia II. 426.
Antheeischima V. 134.
Anthema I. 291.
Antherylium *II. 112.
Anthodiscus I. 410.
Anthodon I. 400.
Antholoma *I. 399.
Anthonema II. 372.
Anthonota I. 845.
Anthriscus *II. 422. V. 904.
Anthyllis I. 634. II. 846.
Anthylloidei I. 706. II. 875. V. 518.
Antidaphne II. 436. V. 935.
Antopetitia I. 724. V. 519.
Antrorsae I. 879.
Anychia I. 264.
Aotus I. 572. II. 832. V. 429.
Apeiba *I. 352. II. 798. V. 116.
Apeiba V. 117.
Aphanamixis I. 429.
Aphanes II. 42.
Aphania I. 420.
Aphanopetalum II. 373. V. 829.
Aphanostemma I. 33.
Aphloia I. 204.
Aphragmus I. 174.
Aphyllae I. 886. V. 588.
Aphyllon V. 425.
Apiastrum II. 428.
Apios I. 770.
Apium II. 391.
Aplectreae V. 33.
Aplectrocapnos °V. 33.
Aplectrum II. 145.
Apodanthera II. 203. V. 761.
Apodynomene I. 673.
Apodytes V. 136.

Apoplanesia I. 805. V. 547.
Apoterium I. 397.
Appendicularia *V. 687.
Apterygieae V. 150.
Apuleja I. 801. 854.
Aquifoliaceae V. 403.
Aquifolium V. 403.
Aquilaria I. 549.
AQUILARINEAE I. 549. V. 409.
Aquilegia I. 50. V. 6.
Aquilicia I. 444.
Arabideae I. 123. V. 34.
Arabidia V. 825.
Arabidopsis I. 164.
Arabis I. 130. II. 756. V. 34.
Arachis I. 727.
Aralia II. 430. 939. V. 925.
ARALIACEAE II. 429. 939. V. 924.
Araliastrum V. 925.
Arbor vernicis V. 415.
Arceuthobium II. 437.
Archangelica II. 407. V. 873.
Archangelica V. 920.
Archemora *II. 414.
Archytaea V. 133.
Arciphyllum I. 789.
Arctocranya V. 932.
Arctopus *II. 424.
Aremonia II. 42.
Aremonia II. 37.
Arenaria V. 77. 79. 81.
Argemone I. 109.
Argemoneae V. 20.
Argophyllum *II. 380. 724.
Argyrolobium I. 630. II. 842. V. 509.
Ariocarpus II. 309. V. 812.
Aristobulea I. 803.
Armatae I. 887. V. 588.
Armeniaca II. 8. V. 648.
Armeriastrum II. 268.
Arnoldia *II. 374.
Aromadendron I. 69.
Arracacha II. 425. V. 920.
Arrudea I. 394. II. 811.
Arsis I. 202.
Artabotrys I. 80. V. 15.
Artedia *II. 419.
Arthrolobium *I. 724. V. 519.
Arthrostemma II. 131. V. 701. 702.
Aruncus II 50.
Arversia I. 263.
Asaphes *I. 524.
Ascyreia I. 385.
Ascyrum I. 383.
Aspalathus I. 609. II. 837.
Aspalathus V. 457.
Asperatae I. 875.
Aspicarpa °V. 348.
Aspidopterys °V. 297.
Aspidostygma V. 397.
Assonia *I. 340.
Astartea II. 160. 922. °V. 738.
Asteriscium II. 387. V. 843.
Asterocarpus I. 535.
Asterocytisus V. 462.
Asteromyrtus V. 745.
Asteropeia *I. 548.
Asterospartum V. 462.
Asterotrichion I. 331. V. 96.
Astilbe *II. 372.
Astiria °V. 113.
Astoma II. 427.
Astomaea *II. 427.
Astraea [II. 921.] V. 732.
Astragaleae I. 684. II. 860. V. 517.
Astragalus I. 694. II. 863. V. 517.
Astrantia II. 388.
Astrapaea I. 350.
Astrocalymma V. 737.
Astrolobium I. 724. V. 519.
Astronia II. 148.
Astrophia I. 722.
Astrophytum °V. 817. II. 323.
Astrotricha II. 385.
Astydamia II. 414.
Atalantia I. 379.
Atamisquea I. 169.
Ataxacanthae I. 915.
Ateleia *I. 798.
Ataenia II. 398. V. 462.
Athamantha V. 850. 866. 867. 868. 882.
Athamanthoidea V. 380.
Atocion V. 81.
Atragene I. 9.
Atrema *II. 428.
Attae I. 88.
Atylosia I. 783.
Aubrietia I. 140. II. 757.
Aucuba *II. 436.
Audouinia I. 545.
Augia I. 557.
Augustinea °V. 698.
Aulacinthus V. 455.
Aulacospermum II. 426.
Aulosema °I. 694.
AURANTIACEAE I. 379. II. 804. V. 140.
Aureliana V. 924. 925.
Aurinia *I. 142.
Averrhoa I. 492.
Axinaea *II. 117. V. 676.
Axolopha I. 290.
Axonotechium II. 239. V. 788.

Axinaea II. 143.
Ayenia I. 339. II. 796.
Aylmeria I. 264.
Azadirachta I. 427.
Azara I. 204.
Azaltea * I. 539.
Azorella II. 386. 937.

B

Babingtonia °V. 735. II. 170. 922.
Backhousia °V. 755.
Badiera * I. 242. V. 64.
Baeckea °V. 734. II. 169. 920.
Baeckea V. 728. 732. 734. 735. 736.
Balanites I. 379.
Balanopteris V. 105.
Balbisia I. 460.
Balsamina I. 467.
BALSAMINEAE I. 467. II. 821. V. 382.
Balsamodendron I. 558. II. 830.
Banara I. 204. II. 765.
Bancroftia I. 363. (cf. Tovaria).
Bancroftia V. 55.
Banisteria °V. 222.
Banisteria V. 182. 202. 204. 206. 210. 213. 214. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 225. 226. 251. 255. 264. 267. 270. 271. 276. 278. 279. 280. 281. 284. 285. 286. 287. 293. 294. 328. 333. 336. 337. 348. 356.
Banisterieae V. 200.
Baphia I. 932.
Baptisia I. 563.
Baptisia V. 422.
Barbarea I. 128. II. 755. V. 34.
Barbieria * I. 762. V. 532.
Barbylus * I. 560.
Barcleya I. 108.
Barcleyeae I. 108.
Barosma I. 510. V. 391.
Barringtonia II. 192. V. 756.
Barringtonieae II. 192. V. 756.
Bartlingia °V. 726. II. 152.
Bartlingieae II. 152. V. 726.
Bartonia II. 224.
Bartonia V. 776.
Bartramea I. 356.
Baryxylum * I. 855.
Baseophyllum I. 830.
Basibracteatae I. 912.
Bastardia I. 327.
Batheogyne II. 5.
Bathrys I. 387.
Bauera II. 375. V. 835.
Bauhinia V. 571.
Bauhinia V. 572.
Bauhinieae I. 847. II. 904. V. 571.
Beaufortia °V. 749. II. 161. 928.
Beautempsia * V 55.
Begonia II. 206. 934. V. 766.
BEGONIACEAE II. 206. 934. V. 766.
Behenantha I. 278.
Beburia II 118.
Belangera II. 375. V. 834.
Beloanthera V. 790.
Bembix °V. 357.
Benincasa II. 201.
Benthamia II. 435.
Berardia I. 544.
BERBERIDEAE I. 100. II. 749. V. 18.
Berberis I. 101. II. 749. V. 19.
Bergera I. 381.
Bergeretia I. 146.
Bergia I. 284. II. 786.
Bergiotypus I. 285.
Berrebera * V. 645.
Berrya I. 363.
Bersama I. 445. V. 378.
Bertolonia V. 638.
Berula * II. 396.
Berzelia I. 542.
Betencourtia I. 760.
Beuthea I. 365. V. 521.
Biasolettia I. 351.
Biasolettia II. 423.
Bibersteinia I. 498.
Bibersteinieae I. 498.
Bifora * II. 427.
Bigamea II. 68.
Billardiera I. 257. V. 73.
Billiotia * II. 166. V. 739.
Bionia I. 763. V. 532.
Biophytum I. 491. V. 384.
Birolia V. 86.
Bischofia I. 524.
Biscutella I. 157.
Biserula * I. 711.
Bivonea * I. 175.
Bixa I. 202.
BIXACEAE I. 202. II. 765. V. 55.
Bixineae I. 202. V. 55.
Blackburnia * I. 522.
Blackwellia I. 548.
Blakea II. 147. V. 723.
Blennoderma II. 85.
Blepharanthemum I. 331.
Blepharanthes II. 222.
Blepharidium I. 234.
Blondia II. 372.
Blumenbachia II. 227. V. 784.
Bobua * II. 68.
Bocagea I. 73.

Bocageae I. 73.
Bocconia *I. 109.
Bocconieae I. 109. V. 20.
Bodwichia I. 808.
Boenninghausenia I. 517.
Boisduvalia II. 89.
Bolax II. 386.
Boleum *I. 188.
Bombaceae I. 329. II. 793. V. 95.
Bombax I. 329.
Bombicella I. 302.
Bonaveria *I. 725.
Bongardia I. 100.
Bonjeania I. 648.
Bonnetia I. 373. II. 801.
Bonplandia I. 499.
Boquila I. 99.
Borava I. 180.
Borbonia I. 580. II. 833.
Boronia I. 502. V. 388.
Boronieae I. 502. V. 388.
Boschia V. 96.
Boscia I. 196.
Bossiaea I. 578. II. 833. V. 434.
Boswellia I. 557. II. 830. V. 419.
Botrophis I. 60.
Botrycephalae I. 906.
Botryceras I. 555.
Botryolotus °V. 512. II. 905.
Botryosycios °V. 774.
Bouea I. 556.
Bowlesia II. 386. V. 842.
Boykinia II. 362.
Boymia I. 522.
Brachyandra °V. 700.
Brachybotryae I. 899. V. 590.
Brachycarpaea I. 190.
Brachycentrum II. 119.
Brachychiton V. 103.
Brachypterum I. 798.
Brachypterys °V. 201.
Brachysema *I. 566. V. 422.
Brachystylis II. 422.
Bractearia I. 751.
Bracteogama V. 773.
Bracteolaria V. 565.
Bradypiptum I. 176. V. 42.
Brasenia I. 105.
Brassaia II. 430. V. 925.
Brassica I. 184. II. 763.
Brassiceae I. 184. V. 49.
Bratydium I. 387.
Braunea I. 94. 96.
Braya I. 171. II. 761.
Brayera *II 51.
Brebissonia II. 94.
Bredemeyera *I. 247.
Bremontiera *I. 750.
Brexia II. 380.
Brexiaceae II. 380. V. 838.
Bridgesia I. 413. V. 360.
Brissonia I. 676. V. 515.
Brogniartia I. 678. II. 858.
Bronnia *I. 259.
Brotera I. 349.
Broussaisia *II. 377. V. 837.
Brownea I. 843. V. 565.
Brownlowia *I. 360. V. 119.
Brucea I. 519.
Bruceae V. 396.
Brugiera II. 70.
Brugiera II. 63.
Brunellia I. 519.
Brunia I. 543.
BRUNIACEAE I. 542.
Brunioideae I. 893.
Brya *I. 725.
Bryonia II. 197.
Bryonia V. 760.
Bryonopsis II. 196. V. 759.
Bryophyllum II. 257.
Bubon II. 413. 939.
Bubroma I. 340.
Bucco I. 510.
Bucerates I. 702. II. 867.
Buchanania I. 556. V. 416.
Bucida *II. 60. V. 661.
Bucklandia *I. 435. V. 928.
Büttneria I. 338. II. 796. V. 111.
BUETTNERIACEAE I. 336. II. 795. V. 107.
Büttnerieae V. 110.
Bulbocastanum V. 851. 923.
Bulliarda II. 251.
Bunchosia °V. 189.
Bunchosia V. 195. 196. 197.
Buniadeae I. 189.
Bunias I. 189.
Bunium II. 393. V. 853.
Bunium V. 869. 906. 910.
Bupleurum II. 396. 937. V. 459.
Bupleurum V. 849.
Burasaia I. 98.
Burdachia °V. 177.
Burdachia V. 177.
Burgonia V. 626.
Burkea V. 558. (*II. 904.)
Bursaria I. 255.
Bursera *I. 558. II. 830.
BURSERACEAE I. 557. II. 830. V. 419.
Burtonia I. 569. V. 426.
Busbeckea I. 201.

Butea I. 769. V. 536.
Butinia II. 422. V. 906.
Butonica II. 192.
Byblis I. 230.
Byronia *I. 541. V. 403.
Byrsanthus I. 548.
Byrsonima °V. 156.
Byrsonima V. 267. 328.

C

Cabomba I. 105. V. 19.
CABOMBEAE I. 105. V. 19.
Cabralea I. 431. V. 374.
Cacao I. 339.
Cachrys II. 424. V. 914.
Cachrys V. 871. 872. 915.
Cacoucia II. 68. V. 662.
Cacoueia cf. Cacoucia.
CACTEAE II. 269. 936. V. 809.
Cacteae rotatae II. 342. V. 821.
Cacteae tubulosae II. 283. V. 809.
Cactus II. 283. 936. V. 820.
Cadaba I. 196. V. 53.
Caesalpinia I. 810. II. 904. V. 554.
Caesalpinia V. 552.
Caesalpiniaefolia I. 876.
Caesalpinieae I. 808. II. 903. V. 550.
Caesarea I. 460.
Cajaneae V. 539.
Cajanus I. 782.
Cailliea I. 863. V. 583.
Cailliea *I. 925.
Caiophora II. 227. V. 781.
Cajuputi V. 747.
Cakile I. 159.
Cakilineae I. 159.
Calais II. 684.
Calamiformes I. 892. V. 589.
Calandrinia V. 787.
Calandrinia II. 235. V. 786.
Calandrinieae II. 234. V. 785.
Calanthea I. 197.
Caldasia II. 422.
Caldcluvia II. 375.
Calepina I. 189.
Callerya °V. 556.
Calliandra °V. 598. I. 925.
Callianthemum I. 33.
Callicoma *II. 373. V. 828.
Callicystus I. 779.
Calligeum II. 47.
Callisace *II. 413.
Callisemaea V. 546.
Callistachya I. 607.
Callistachys I. 566. V. 422.
Callistemon V. 742.
Callistemon II. 165. 923. *V. 741.
Callistemoneae II. 923. V. 741.
Callisthene *II. 68.
Callistroma °V. 850.
Calobota V. 453.
Calobota I. 607.
Calodendron *I. 506.
Calodyrum I. 426.
Calophaca I. 682. II. 860.
Calophylleae I. 396.
Calophyllum V. 145.
Calophyllum I. 396. II. 811.
Calophysa *II. 142.
Calopogonium I. 792.
Calorhexia II. 126.
Calothamneae II. 928. V. 748.
Calothamnus V. 741.
Calothamnus °V. 749. II. 161. 930.
Calpurnia I. 806.
Caltha I. 46. V. 6.
CALYCANTHEAE II. 60.
Calycanthus II. 60.
Calycogonium *II. 143.
Calycomis II. 373. V. 828.
Calycothrix °V. 733. II. 157.
Calycotome V. 454.
Calyplectus II. 113.
Calypso I. 402.
Calyptranthes II. 178. V. 752.
Calyptridium II. 239. V. 787.
Calyptrion I. 223.
Calysaccion V. 145.
Camarea V. 351.
Camarea °V. 349.
Cambessedea I. 556.
Cambessedesia V. 697.
Cambessedia II. 120.
Cambogia I. 396.
Camelina I. 173.
Camelineae I. 173. V. 40.
Camellia I. 375. V. 135.
Camellieae I. 375. V. 135.
Caminotropis I. 580.
Camphoromyrtus °V. 736. II. 922.
Camphorosma I. 262.
Campomanesia II. 170. 932. V. 750.
Campsiandra I. 845. V. 568.
Campsoplacuntia II. 142.
Camptolobium V. 480.
Camptosema I. 764. V. 532.
Campylanthera I. 180.
Campylia I. 461. 456.
Campyloptera I. 180.
Campylospermeae II. 420. V. 900.
Campylotropis I. 747. V. 527.

Canarium I. 558. II. 830.
Canavalia I. 765. II. 900. V. 534.
Candelabria °V. 407. *II. 828. [V. 771.]
Candollea I. 64. V. 11.
Canella *I. 398.
Cansjera II. 803. V. 137.
Cantharospermum I. 783.
Capellia I. 63.
Capnites I. 118.
Capnitis I. 623. V. 458.
Capnogorium I. 123.
Capnoides I. 119.
Capnophyllum *II. 414.
Cappareae I. 196. V. 53.
CAPPARIDEAE I. 193. II. 764. V. 52.
Capparis I. 197. II. 765. V. 54.
Caprini I. 708. II. 876.
Caproxylum I. 559.
Capsella I. 174. II. 761.
Caragana I. 681. II. 858.
Caraipa I. 374. II. 802.
Carallia II. 71.
Carapa I. 435. II. 817.
Cardamine V. 34.
Cardamine I. 135. II. 757. V. 35.
Cardamon I. 177. V. 43.
Cardaria I. 176.
Cardiandra II. 377. V. 835.
Cardiomyrtus V. 737.
Cardionema *I. 261.
Cardiopetalum I. 91.
Cardiophora °V. 417. II. 830.
Cardiospermum I. 411. II. 813. V. 358.
Careya II. 192.
Carica II. 203.
Carinaria V. 386.
Cariniana °V. 757.
Carmelia II. 416.
Carmichaelia I. 684.
Caroides II. 394.
Carolinea I. 329. V. 95.
Caroselinum °V. 880.
Carota II. 419.
Carpoceras I. 155.
Carpodetus I. 538. II. 380. 828. V. 837.
Carpolobia I. 247.
Carpopogon I. 767.
Carponema I. 193.
Carpopodium I. 192.
Carpotroche I. 203. V. 55.
Carrichtera *I. 188.
Carum II. 393. V. 850.
Carusia V. 178.
Carvi II. 393. V. 850.
Caryocar I. 410. V. 358.
Caryophyllastrum II. 46. V. 657.
Caryophyllata II. 47.
CARYOPHYLLEAE I. 260. II. 770. V. 74.
Caryophyllum I. 268.
Caryophyllus II. 181.
Casalea I. 33. V. 4.
Cascaria I. 546. II. 828. V. 406.
Casparia I. 847. V. 571.
Cassia I. 812. II. 904. V. 559.
Cassia V. 561.
Cassieae I. 812. II. 904. V. 559
Cassine V. 402.
Cassine I. 539. II. 828. V. 403.
Cassipourea II. 71.
Castalia I. 106.
Castanospermum I. 807.
Castela I. 525.
Casteleae I. 525.
Catacoma cf. Catocoma.
Catappa II. 60.
Catha I. 532. V. 401.
Cathartocarpus I. 812.
Cathormion V. 615.
Catinga *II. 193.
Catoclypta II. 155. V. 731.
Catocoma I. 243. V. 64.
Catolobus I. 132.
Catostemma °V. 133.
Caucalineae II. 420. V. 901.
Caucalis V. 900. 903.
Caucalis II. 420.
Caucanthus °V. 357.
Caulanthon V. 616.
Caulophyllum I. 101.
Caulotretus I. 851.
Cavalam V. 100.
Cavallium V. 98.
Cavanillesia *I. 330.
Cayaponia °V. 765.
Cedrela I. 436.
CEDRELACEAE I. 436. V. 376.
Cedreleae I. 436.
Ceiba I. 330.
CELASTRINEAE I. 529. II. 827. V. 401.
Celastrus V. 401.
Celastrus I. 533. II. 827. V. 401.
Cenolophium *II. 403.
Cenostigma °V. 556.
Centradenia II. 118. 917. V. 682.
Centrolobium I. 793. V. 541.
Centronia *II. 120.
Centrosema I. 753. V. 529.
Cephalandra II. 203.
Cephalophorus II. 325. V. 818.
Cephalospartum V. 469.
Cephaloteae II. 265.
Cephalotus II. 265.

Ceraseidos °V. 648.
Cerasophora II. 9.
Cerasus II. 9. V. 648.
Cerasus II. 8.
Ceratiosicyos II. 222.
Ceratocephalus I. 46.
Ceratonia *I. 855.
Ceratopetalum *II. 373. V. 829.
Ceratophyllum V. 671.
Ceratosanthes II. 202.
Ceratostachys *II. 68.
Ceratosycios °V. 775.
Cercidium °V. 552.
Cercis I. 808. 853.
Cercocarpeae II. 45. V. 656.
Cercocarpus II. 45.
Cercodia V. 672.
Cercodia II. 99.
Cereus V. 817. 820. 821.
Cereus II. 325. V. 818.
Ceriops II. 70.
Cerocarpus °V. 756.
Cervaria II. 410.
Cesatia II. 384. V. 839.
Cevallia II. 227.
Chadsia °V. 545.
Chaenopleura II. *148. 919.
Chaerimoliae I. 88.
Chaerophyllum II. 422. V. 905.
Chaetocalyx *I. 673.
Chaetocrater I. 546.
Chaetogastra II. 130. V. 700.
Chaetolepis *II. 137.
Chaetonychia I. 261.
Chaetostoma II. 121. V. 682.
Chailletia *I. 549. II. 829.
CHAILLETIACEAE I. 549. II. 829. V. 408.
Chalarium V. 525.
Chamaebuxus I. 234.
Chamaecrista I. 831.
Chamaedryon II. 49. V. 657.
Chamaefistula I. 831. V. 559. 560.
Chamaelaucieae II. 152. V. 726.
Chamaelaucium °V. 729. II. 154.
Chamaemelanium I. 218.
Chamaemeles *II. 57.
Chamaenerion II. 90.
Chamaerhodeae II. 36. V. 655.
Chamaerhodos II. 37. 913.
Chamaesciadium II. 394.
Chamaesenna I. 818.
Chamaespartium V. 497.
Chamarea II. 400.
Chamira *I. 192.
Chapmannia I. 728.
Charianthеae II. 148. V. 723.
Charianthus *II. 148.
Chartoloma °V. 49.
Chasmanthera °V. 18.
Chasmone V. 509. 510.
Chastenaea *II. 117. V. 677.
Chaulmoogra V. 58[b].
Cheiranthera I. 257. V. 72.
Cheiranthus I. 124. II. 755.
Cheiropsis I. 167.
Cheirostemon *I. 331.
Chelidonium I. 109.
Chesneya *I. 682. II. 859.
Chesneya V. 900.
Chiazospermum I. 117. II. 750.
Chichaea V. 98.
Chikrassia I. 436.
Chilmoria V. 58[b].
Chiloporus °V. 721.
Chimonanthus II. 60.
Chionotria I. 382. V. 141.
Chirocalyx °V. 535.
Chisocheton I. 429.
Chitonia I. 493.
CHLAENACEAE I. 566.
Chloroleucon V. 620.
Chloromyron I. 392.
Chlorosia V. 841.
Chloryllis I. 707.
Choisya I. 301.
Chorilaena I. 505.
Chorisia I. 329.
Chorisma I. 455.
Chorispora I. 159. II. 759.
Choristylis II. 380. V. 837.
Chorozema I. 567. II. 832. V. 424.
Christannia I. 205.
Christiani I. 705. II. 870.
Christolea I. 172.
Chryseis I. 116.
Chryseum II. 393.
CHRYSOBALANEAE II. 3. 907. V. 646.
Chrysobalanus II. 3. 907.
Chrysocalyx V. 443.
Chrysochlamys I. 392.
Chrysodraba I. 149.
Chrysoma V. 731.
Chrysonerion II. 90.
Chrysopia *I. 394.
Chrysoscias I. 790.
Chrysosplenium II. 368. V. 828.
Chrysostachys V. 552. 569.
Chrysostachys II. 68.
Chrysostoma V. 776.
Chrysoxylon °V. 561.
Chuncoa II. 63.
Chylismia II. 86.

Chymocarpicae II. 932. V. 750.
Chymocarpus I. 465.
Cicer I. 712. II. 883.
Ciceroidei I. 703. II. 867.
Ciconium I. 457. 461.
Cicuta *II. 391.
Cieca II. 218. V. 771.
Cimicifuga I. 60.
Cinnamodendron I. 398.
Cinnamomea V. 649.
Cipadessa I. 428.
Circaea II. 96.
Circaeaceae II. 96.
Ciruela V. 189.
Cissampelos I. 96. II. 749. V. 17.
Cissarobryon I. 461.
Cissus V. 378. 414.
Cissus I. 437. II. 817. V. 377.
Cistanthe V. 786.
CISTINEAE I. 206. II. 765. V. 58b.
Cistus I. 206. II. 765.
Citbareloma °V. 39.
Citreae I. 382.
Citriobatus I. 250.
Citrullus II. 199.
Citrus I. 382. II. 804. V. 140.
Citta I. 767.
Cladotrichium I. 811.
Cladrastis I. 807.
Clappertonia I. 354.
Clarkia II. 89.
Clausena I. 381.
Clauseneae I. 381.
Claytonia II. 237.
Clelia °V. 644.
Clematideae I. 3. II. 737. V. 3.
Clematis I. 3. II. 737. V. 3.
Cleobulia I. 764.
Cleome V. 52. 782.
Cleome I. 193. II. 764. V. 52.
Cleomeae I. 193. V. 52.
Cleomella I. 193.
Cleyera I. 370. II. 801.
Clianthus I. 684. II. 860. V. 517.
Clidemia II. 138. 918. V. 709.
Cliffortia II. 44.
Clitoria I. 751. V. 528.
Clitorieae I. 750. V. 528.
Clompanum V. 98.
Closaschima V. 134.
Closterandra I 115.
Closteranthera (errore typogr.) cf. Closterandra.
Clusia I. 393. II. 811. V. 144.
CLUSIACEAE I. 392. II. 810. V. 144.
Clusieae I. 393.
Clypea I. 96.
Clypearia I. 930. V. 613.
Clypeola I. 146.
Cneorum *I. 562.
Cnestis I. 561.
Cnidium V. 865. 923.
Cnidium II. 403. V. 866.
Cnidome II. 228.
Coccinia II. 202.
Cocculus I. 93. II. 748. V. 17.
Cochlearia I. 153.
Cochlitropis I. 765.
Cochlospermeae I. 367.
Cochlospermum I. 367.
Codarium I. 854.
Codia V. 828.
Codia *II. 373.
Codoriocalyx I. 744. II. 891.
Coelanthum II. 248.
Coelidium I. 582. II. 834.
Coelocline I. 76.
Coelopleurum °V. 920.
Coelospermae II. 427. V. 923.
Cola °V. 106.
Colbertia I. 63.
Coleonema I. 507.
Coleostachys °V. 178.
Colephonium I. 558.
Colicodendron I. 197.
Colladonia II. 424. V. 919.
Collaea I. 762.
Colobanthus II. 249. V. 789.
Colobotropis I. 975.
Colobotus I. 603.
Cologania I. 751. V. 528.
Columbia I. 362.
Coluria II. 49.
Colutea I. 682.
Coluteocarpus I. 141.
Coluteoideae V. 560.
Colvillea I. 811. V. 558.
Comaropsis *II. 46.
Comarum II. 26.
COMBRETACEAE II. 60. 915. V. 661.
Combreteae II. 65.
Combretum V. 338.
Combretum II. 65. 915. V. 662.
Comesperma I. 242. V. 65.
Cometes I. 262.
Commersonia *I. 337. II. 795. V. 110.
Commilobium I. 805. V. 547.
Commiphora I. 558.
Comocladia *I. 550.
Comolia V. 688.
Concinnae I. 916.
Concordia V. 611.

Coniandra II. 195.
Coniandreae II. 195. V. 759.
Coniogeton I. 556.
Conioselinum V. 870.
Conioselinum II. 405. V. 870.
Conium II. 425.
CONNARACEAE I. 561. V. 420.
Connarus I. 561. V. 420.
Conocarpus *II. 63.
Conohoria I. 224.
Conostegia *II. 145. V. 715.
Conothamnus II. 162. 930. *V. 748.
Conringia I. 169.
Cookia I. 381.
Copisma I. 786.
Coptis I. 49.
Coquebertia I. 841. V. 563.
Corbichonia II. 239.
Corchoropsis °V. 118.
Corchorus I. 354. II. 798. V. 117.
Cordiera II. 89.
Cordyla I. 855.
Cordylocarpum *I. 260.
Cordylophorum II. 90.
Corethrostylis I. 337. V. 110.
Coriandreae II. 427. V. 923.
Coriandrum II. 428.
Coriaria I. 528.
CORIARIEAE I. 528.
CORNEAE II. 435. V. 932.
Cornelia II. 102.
Cornidia II. 377.
Cornus II. 435. V. 932
Coronilla I. 724. II. 887. V. 519.
Coronilleae I. 724. II. 887. V. 519.
Correa I. 505. II. 824. V. 390.
Corrigiola V. 787.
Corrigiola I. 260.
Corrigioleae I. 260.
Cortia *II. 413.
Cortusina I. 458.
Corydalideae I. 118. V. 23.
Corydalis I. 118. II. 750. V. 24.
Corydalis V. 23.
Corylopsis II. 434.
Corynella *I. 681.
Corynostylis I. 223.
Corytholobium I. 792.
Coscinium I. 95.
Cosmostemon V. 745.
Cossignia *I. 421.
Cosymbe V. 569.
Cotinus I. 553.
Cotoneaster II. 56. V. 661.
Cotyle II. 259. V. 793.
Cotyledon V. 794.
Cotyledon II. 257.
Couepia II. 6.
Coulteria I. 810.
Coupoui *II. 193.
Couratori II. 193.
Couroupita II. 193.
Coursetia *I. 680.
Courtenia °V. 105.
Cowania II. 48. V. 657.
Craccoides I. 676. V. 514.
Craephalobrumnon I. 205.
Crafordia *I. 678.
Crambe I. 189. II. 763.
Crantzia II. 384.
Crassula II. 254. V. 792.
Crassula II. 252. V. 791.
CRASSULACEAE II. 251. 935. V. 791.
Crassuleae II. 251. V. 791.
Crassuleae diplostemones II. 256. V. 792.
Crassuleae isostemones II. 251. V. 791.
Crataegus II. 57. 915. V. 661.
Crataeva I. 201. V. 54.
Crateria I. 547.
Cratericarpum II. 89. V. 665.
Cratoxylum I. 391.
Cratylia I. 764. V. 533.
Cremanium II. 147. 919. V. 722.
Cremanium V. 723.
Cremolobeae I. 158.
Cremolobus I. 158.
Cremontia I. 304.
Crenea *II. 112.
Creochiton II. 145.
Crepidotropis I. 804.
Crinodendron I. 356.
Cristaria I. 313.
Cristatella I. 196.
Crithamus *II. 392.
Crithmum II. 405.
Croomia I. 104.
Crossostylis II. 193.
Crotalaria I. 583 II. 853. V. 435.
Crotalaria V. 456. 457. 459.
Crowea I. 504.
Cruciella II. 385.
CRUCIFERAE I. 123. II. 755. V. 34.
Crudya I. 854. V. 573.
Cruikschanksia I. 460.
Cruminium I. 792.
Cryphiantha I. 582.
Crypta I. 283. V. 83.
Cryptandra V. 726.
Crypteronia V. 675.
Cryptodiscus II. 427. V. 923.

Cryptolappa V. 349.
Cryptolobus I. 750.
Cryptopetalum II. 368.
Cryptotaenia *II. 394. V. 854.
Cryptotheca *II. 101.
Cucubalus *I. 282.
Cucumerinae II. 201. V. 761.
Cucumis II. 201.
Cucurbita II. 202. V. 761.
CUCURBITACEAE II. 195. V. 758.
Cucurbiteae II. 195. V. 759.
Cumineae II. 417. V. 496.
Cuminum *II. 417.
Cunonia *II. 375.
Cunonieae II. 373. V. 828.
Cupania I. 418. II. 815. V. 363.
Cuphea II. 105. V. 674.
Curatella I. 65.
Curatori V. 757.
Curtisia *II. 436.
Cusparieae I. 499. V. 386.
Cuspidaria I. 168.
Cussonia II. 430. V. 925.
Cyamopsis I. 759. II. 900.
Cyamus I. 105.
Cyanea I. 106.
Cyanospermum I. 790.
Cyanothamnus I. 503. V. 389.
Cyathodiscus V. 410.
Cyclanthera II. 203. V. 761.
Cyclanthereae II. 203. V. 761.
Cyclolobium I. 792. V. 541.
Cyclopia I. 564. II. 831.
Cyclospermum V. 849.
Cycnopodium °V. 723.
Cydonia *II. 53.
Cylista I. 790.
Cymbocarpum *II. 427.
Cymbosema I. 765. V. 534.
Cymopterus II. 417.
Cynapium II. 426. V. 922.
Cynocardamum I. 157.
Cynometra I. 853. V. 573.
Cynometreae I. 853. V. 573.
Cynophalla V. 54.
Cynosciadium *II. 401.
Cypselea *II. 233.
Cyrbasium I. 196.
Cyrtocarpa I. 550.
Cyrtogyne II. 256.
Cyrtonema II. 195.
Cyrtorhyncha I. 9.
Cyrtotropis I. 77. V. 536.
Cysticapnos *I. 122.
Cytisogenista V. 486.
Cytisopsis °V. 511.
Cytisus I. 632. II. 845.
Cytisus V. 462. 490. 502. 506. 510.
Czernaevia II. 405.
Czernaevia °V. 870.
Czernjajewia V. 870.

D

Dactylaena I. 195.
Dactylicapnos °V. 22.
Dactylicapnos I. 118.
Dactyliota II. 143.
Dactyloides V. 825.
Dais V. 409. 410.
Dalbergia I. 799. II. 903. V. 545.
Dalbergieae I. 796. II. 902. V. 541.
Dalea I. 652. II. 855. V. 513.
Dalenia °V. 715.
Dalhousiea I. 566.
Dalibarda II. 13.
Dalibardeae II. 13. V. 649.
Damine V. 119.
Dammara V. 128.
Darlingtonia I. 864. V. 584.
Darwinia °V. 729. II. 153.
Dasyanthera I. 205.
Dasycarpae V. 44.
Dasyloma II. 401.
Dasynema I. 352. II. 798. V. 115.
Dasystemon *II. 252.
Daubentonia *I. 681.
Daucineae II. 419. V. 899.
Daucophyllum II. 427.
Daucus II. 419. 939. V. 899.
Daucus V. 877.
Daviesia V. 425.
Daviesia V. 426.
Davilla I. 66. II. 746. V. 13.
Davya II. 118. 917.
Decadenia II. 115.
Decadia I. 367.
Decaloba II. 219. V. 771.
Decanthera I. 546.
Decarbaphe II. 146. V. 718.
Decaschistia I. 312.
Decodon II. 103.
Decostea II. 436.
Decumaria *II. 151.
Deguelia I. 805.
Deguetia I. 65.
Deidamia *II. 218.
Deilosma V. 38.
Deinboellia V. 371.
Delima I. 67.
Delimeae I. 65. V. 13.
Delphinium I. 51. II. 743. V. 6.

Dendrarabis I. 131.
Dendrobrychis I. 747.
Dendrolobium I. 757.
Dendromecon I. 116.
Dendromene II. 385.
Denäropemon II. 439.
Dendrophtoë II. 440. V. 938.
Dendrospartum °V. 504.
Denhamia I. 303.
Dentaria I. 138.
Dermophylla °V. 764.
Derris *I. 805.
Descurea I. 164.
Desuanthus V. 583.
Desmanthus °V. 584. I. 864.
Desmocarpus I. 196.
Desmodium I. 736. II. 890. V. 525.
Destruguesia *V. 55.
Detarium I. 854.
Dethawia *II. 403.
Deutzia II. 151.
Deverra II. 401.
Deweya *II. 427. V. 922.
Diacanthae I. 913.
Diadema V. 625.
Dialium I. 854.
Diamorpha *II. 264.
Diamorpheae II. 264. V. 807.
Diantheae I. 266. V. 77.
Dianthus I. 266. II. 771. V. 77.
Diastrophis I. 158.
Dibrachium °V. 550.
Dibrachya I. 457.
Dicalyx I. 367.
Dicella °V. 195.
Dicentra I. 118. V. 23.
Dicentreae I. 118. V. 22.
Dicera V. 121.
Dicerma I. 608. II. 892.
Dichaetanthera II. 137.
Dichilus I. 608. V. 454.
Dichoglottis °V. 78.
Dichoropetalum V. 872.
Dichoropetalum II. 406.
Dichosema I. 576. V. 433.
Dichosma I. 511.
Dichrostachys °V. 582. I. 863.
Diclidiostigma °V. 760.
Diclytra I. 118.
Dicorynia I. 840.
Dicoryphe *II. 434.
Dicrananthera V. 688.
Dicrananthus II. 124.
Dictamneae I. 517.
Dictamnus I. 517.
Dictyoloma I. 519.
Dictyopetalum II. 89.
Dicyclophora °V. 910.
Didesmus *I. 189.
Didiscus II. 384.
Didymeria °V. 390.
Didymocheton I. 431. V. 374.
Diesingia I. 782.
Dietericia II. 375.
Diglottis *I. 500.
Dileptium I. 178. V. 42.
Dillenia I. 63. II. 746.
DILLENIACEAE I. 63. II. 746. V. 8.
Dillenieae I. 63. V. 8.
Dillwynia I. 572. II. 832.
Dimacria I. 461.
Dimetopia II. 384. V. 840.
Dimidiatae I. 905.
Dimocarpus V. 364. 365.
Dimorphandra I. 854. V. 574.
Dimorphandreae I. 854. V. 574.
Dimorphanthus II. 430.
Dinemagonum °V. 342.
Dinemandra °V. 341.
Dioclea I. 764. V. 533.
Diocleae I. 762. II. 900. V. 532.
Dionaea I. 230.
Diosma I. 507.
DIOSMEAE I. 499. II. 823. V. 386.
Diotolotus °V. 510. II. 845.
Diphaca *I. 725.
Diphylleia *I. 100.
Diphysa *I. 681.
Diplandra II. 96. V. 670.
Diplecolobeae I. 190. V. 50.
Diplectria II. 145.
Diplesthes °V. 147.
Diplochiton II. 145.
Diplochonium II. 233. V. 784.
Diplofractum *I. 362.
Diplogenea II. 145.
Diplolaena I. 505. II. 824. V. 390.
Diplopeltis I. 421. V. 367.
Diplophractum I. 372.
Diplopteris °V. 339.
Diplostegium *II. 132.
Diplotaenia °V. 880.
Diplotaxis I. 187. V. 49.
Diplotropis I. 808. V. 549.
Diplusodon II. 112. V. 675.
Diporidium II. 826. V. 400.
Diposis *II. 387.
DIPTEROCARPEAE V. 121.
Dipterocarpus V. 125.
Dipterocarpus V. 121.
Dipterygium I. 180. II. 762.
Dipteryx I. 804. V. 547.

Dipteryx V. 547.
Diptychandra °V. 551.
Discanthera II. 203.
Dischodium I. 216. 219.
Discocactus °V. 817. II. 323.
Discocapnos °V. 23. I. 122.
Discolobium I. 802.
Discopleura *II. 392.
Discostigma °V. 145.
Discovium *I. 192.
Disemma II. 221. V. 773.
Diserneston II. 939. V. 879.
Diserneston cf. *Diserneston.*
Dissitiflori I. 696. II. 864. V. 517.
Dissochaeta II. 144. V. 713.
Distephana V. 774.
Distylium II. 435. V. 928.
Ditheca V. 69.
Dithyrea °V. 38.
Dobinea I. 410.
Dodecanthera I. 546.
Dodecas *II. 112.
Dodonaea I. 421. V. 368.
Dodonaeaceae I. 421. V. 367.
Dolichos I. 779. II. 901. V. 438.
Dolichos V. 539.
Doliocarpus I. 65. II. 746. V. 13.
Dollinera I. 736.
Dombeya I. 349. II. 797. V. 113.
Dombeyaceae I. 348. V. 113.
Donatia II. 316.
Donia I. 684. II. 591.
Dontostemon I. 163.
Dorema °V. 879. II. 408.
Dorema V. 883.
Dormientes I. 878. V. 585.
Dorycnium I. 647.
Dorycnopsis I. 647.
Douepea I. 187.
Draba I. 147. II. 758.
Drabaea I. 147.
Drabella I. 157. 711.
Drabopsis II. 760.
Drégea II. 412.
Drepanocarpus I. 794. V. 542.
Drepanolobus I. 649.
Drepanospron I. 770. V. 537.
Driessenia °V. 687.
Drimys *I. 72.
Drimyspermum V. 409.
Drosanthe II. 809.
Drosera I. 227. V. 61.
DROSERACEAE I. 227. II. 768. V. 61.
Drosocarpium I. 384.
Drosophyllum *I. 230.
Drummondia II. 370.
Druparia °V. 765.
Drusa *II. 387.
Dryadanthe II. 37.
Dryadeae II. 13. V. 649.
Dryas II. 49.
Drymaria I. 265. II. 779. V. 76.
Drymis V. 15.
Drymis I. 72. V. 14.
Dryobalanops V. 125.
Drypis *I. 282.
Drypideae I. 282.
Dryptopetalum II. 71. V. 664.
Duabanga II. 114.
Ducrosia °V. 891.
Duguetia I. 85. II. 747.
Dulacia V. 139.
Dumasia I. 750. II. 900.
Dunbaria I. 782.
Dupuisia I. 550. V. 411.
Durieua II. 421. V. 900.
Durio I. 331.
Duvaua I. 550. V. 413.
Dysemone V. 672.
Dysodia II. 623. 987.
Dysosmia II. 221.
Dysoxylon I. 429.

E

Ebenidium °V. 527.
Ebenus I. 749. II. 897.
Ecastophyllum cf. Hecastophyllum.
Ecbalium II. 199.
Echeveria II. 259. 935. V. 794.
Echinella I. 35.
Echinocactus II. 309. 936. V. 813.
Echinocactus V. 817. 818.
Echinocarpus I. 202.
Echinocystis II. 203.
Echinodiscus I. 193.
Echinolobium I. 744. V. 527.
Echinophora *II. 424. V. 912.
Echinopoda V. 466.
Echinopsis II. 323. V. 818.
Echinopterys °V. 194.
Echinospartum V. 466.
Edosmia V. 462.
Eichwaldia II. 268. V. 808.
Ekebergia I. 431.
Elaeocarpeae I. 363. V. 115. 120.
Elaeocarpus I. 363. II. 800. V. 120.
Elaeocarpus V. 126.
Elaeochytris V. 883.
Elaeodendreae I. 536.
Elaeodendron I. 536. V. 402.
Elaeoselineae II. 420. V. 900.

Elaeoselinum II. 420.
Elaeosticta °V. 458.
Elaphrium *I. 558. II. 830. V. 419.
Elaterium II. 203.
Elatine I. 283. V. 83.
ELATINEAE I. 283. II. 786. V. 83.
Elatinella I. 284. V. 84.
Eleiotis *I. 747.
Elephantorhiza °V. 581. I. 861.
Eleutherospermum II. 426. *V. 921.
Eliaea I. 391.
Elisanthe V. 82.
Elizabetha I. 843.
Ellipsaria I. 176.
Elodea I. 390. II. 809.
Elodeae I. 390.
Elsneria °V. 843.
Elvasia *I. 525.
Elwendia °V. 852.
Elythrante II. 443.
Emerus I. 724.
Emmotum °V. 137.
Empedoclea I. 66.
Empleurum *I. 517.
Enarthrocarpus *I. 189.
Encliandra II. 94.
Encurea *I. 414.
Endespermum *I. 799.
Endressia II. 405.
Enemion I. 48. 49.
Engyantha I. 404.
Entada °V. 578. I. 858.
Entelea I. 353. V. 117.
Enterolobium °V. 621.
Enterolobium V. 619.
Entoganum V. 387.
Eperua *II. 844.
Ephedroideae I. 882.
Ephedrospartum V. 463.
Epibrissonia I. 673.
Epicharis I. 430.
Epilobieae II. 76. V. 666.
Epilobium II. 90. V. 665.
Epimedium I. 100. V. 18.
Epiphyllum V. 820.
Epireineria I. 673.
Epistemum I. 582.
Epistemum II. 835.
Eranthis I. 47.
Eremaea II. 166. *V. 750.
Eremodaucus °V. 919.
Eremosparton II. 860.
Eremosyne II. 362. V. 823.
Ergaleion V. 61.
Erigenia II. 384.
Erinacea I. 626.
Erinacoides V. 483.
Eriobotrya II. 56.
Eriocnema °V. 683.
Eriocycla II. 401.
Eriodendron I. 330.
Erioglossum I. 417.
Eriolaena I. 351.
Eriolaeneae I. 351.
Erione I. 330.
Eriosema I. 784. II. 902. V. 540.
Eriosphaera V. 719.
Eriostemon I. 503. II. 823. V. 389.
Eriosynaphe *II. 409.
Eriotheca I. 330. II. 794.
Eriotis V. 865.
Erisma II. 69.
Eriudaphus I. 548.
Ernestia *II. 126.
Erodium I. 445. 462. II. 818.
Erophaca I. 684.
Erophila I. 153.
Erpetion I. 216.
Eruca I. 184.
Erucaria *I. 190. II. 764.
Erucarieae I. 190.
Erucastrum I. 187.
Erucastrum V. 49.
Ervoideae I. 711.
Ervum I. 712.
Eryngium II. 389. V. 845.
Erysimastrum I. 168.
Erysimum I. 167. II. 761. V. 39.
Erythrina I. 768. II. 901. V. 535.
Erythrineae I. 767. II. 900. V. 534.
Erythrochiton *I. 500. V. 387.
Erythropalum II. 205. *V. 763.
Erythrophila I. 411.
Erythrophlaeum I. 925.
Erythropsis V. 104.
Erythrospermeae I. 206.
Erythrospermum I. 206.
Erythrostigma V. 415.
ERYTHROXYLEAE I. 403. II. 812.
Erythroxylon I. 403. II. 812.
Escallonia V. 734.
Escallonia II. 377. 937. V. 837.
Escallonieae II. 377. V. 837.
Eschscholtzia I. 116.
Eschweilera II. 193.
Esenbeckia I. 501.
Esenbeckia I. 331.
Espelinae V. 764.
Espera I. 363.
Etaballia I. 853. V. 572.
Euacaena II. 43.
Euaconitum I. 57.

Euaeschynomene I. 732.
Euammannia II. 101.
Euandira I. 804.
Eubegonia II. 206.
Eubrychis I. 746.
Eucaesalpinieae I. 809. II. 903. V. 554.
Eucalais II. 684.
Eucallistemon II. 165.
Eucalymma V. 737.
Eucalyptus V. 743.
Eucalyptus II. 163. 924. V. 743.
Eucanavalia I. 766.
Eucapnos ° V. 23.
Eucapparis V. 54.
Eucaulotretus I. 851.
Euceraea V. 407.
Eucereus II. 325.
Euchaerophyllum II. 422.
Euchaetis I. 508.
Euchamaefistula I. 813.
Euchamaelaucieae II. 153. V. 727.
Eucharidium II. 90.
Euchilus I. 574.
Euchlora I. 618.
Euchorozema I. 567. V. 424.
Euchresta I. 804. V. 546.
Euchrysoplenium V. 828.
Eucladus V. 789.
Euclaytonia II. 237.
Euclidieae I. 159.
Euclidium I. 159.
Euclisia I. 129.
Euclitoria I. 751.
Eucnide V. 777.
Eucrassuleae II. 251. V. 791.
Eucryphia * I. 366.
Eucryphieae I. 366.
Eucymopterus II. 417.
Eudema * I. 174. V. 41.
Eudesmia II. 163. 927. * V. 744.
Eudesmodium I. 737.
Eudianthe I. 281.
Eudimorphandra V. 574.
Eudioclea I. 765.
Eudiosmeae I. 506. V. 390.
Eudissochaeta II. 144.
Eudolichos V. 539.
Eudryadeae II. 46. V. 656.
Eugalenia II. 232.
Eugenia V. 755. 756.
Eugenia II. 181. 933. V. 752.
Euhamameleae II. 434.
Euhedysareae I. 725. V. 520.
Euhelictereae I. 332.
Euheracleum II. 415. V. 889.
Euheuchera II. 369.
Euhosackia I. 648.
Euinga I. 928. V. 636.
Euleptolobium I. 808.
Euleptospermeae V. 739.
Eulicania II. 5.
Eulophus II. 426.
Euloranthus II. 430. V. 937.
Eulotus I. 647.
Euludwigia II. 74.
Eulychnis I. 281.
Eulythrarieae V. 673.
Eumentzelia II. 223.
Eumiconia V. 720.
Eumimosa I. 865.
Eumimoseae I. 858. V. 578.
Eumirbelia V. 433.
Eumitella II. 371.
Eumorpha I. 458.
Eumundia I. 244.
Eumusenium II. 427.
Eumyrtus II. 172.
Eunomia I. 175. V. 41.
Eupapaveraceae I. 109.
Euparonychieae I. 260. V. 74.
Eupetalum II. 215. V. 769.
Eupeucedanum II. 409.
Euphaca I. 684.
Euphaseoleae I. 770. II. 901. V. 537.
Euphaseolus I. 771. V. 537.
Euphoria I. 420. V. 364. 365.
Euphotinia II. 56.
Euphronia * II. 52. V. 659.
Eupiptadenia I. 858. V. 578.
Eupittosporum I. 250. V. 71.
Eupodalyrieae I. 562. II. 831. V. 422.
Eupolanisia I. 195.
Eupomatia I. 92.
Eurhexia II. 126.
Eurya I. 369.
Euryale * I. 156.
Euryaleae I. 106.
Euryanthe I. 376.
Eurycoma * I. 562.
Euryomyrtus ° V. 735. II. 921.
Euryosma I. 785.
Euryptera * II. 412. V. 885.
Euscaphis I. 529. II. 826.
Euschranckia I. 884.
Euseseli II. 402.
Eusonerila II. 122.
Eustathes * I. 422.
Eustreptanthus I. 128.
Eustylosanthes I. 727.
Eutacsonia V. 773.
Eutaxia I. 573. II. 832.
Eutetratheca V. 68.

Euthalictrum I. 11.
Euthemis °V. 60. I. 528.
Eutiarella II. 372.
Eutorilis V. 903.
Eutraphis cf. Euscaphis.
Eutrema I. 174.
Eutrichilia I. 432.
Eutrichosanthes II. 202.
Euvateria V. 126.
Euverticordia II. 154. *V. 730.
Euxanthosia V. 842.
Eversmannia I. 746. II. 894.
Evodia I. 500. II. 828.
Evonymeae I. 529.
Evonymus I. 530. II. 827. V. 401.
Ewyckia II. 148. V. 724.
Exitelia I. 351. V. 115.
Exoacantha *II. 424.
Exostyles I. 845.
Exothea I. 557.
Exothea V. 366.
Eysenhardtia *I. 655.

F

Fabago V. 386.
Fabricia *II. 169. 922. V. 740.
Fagara I. 520.
Fagarastrum I. 559.
Fagarastrum V. 396.
Fagelia I. 782. V. 539.
Fagonia I. 494. II. 822. V. 385.
Falcifoliae V. 597.
Fallugia II. 46.
Farquharia V. 54.
Farsetia I. 139. II. 757.
Fatioa II. 114.
Fenzlia II. 150.
Feronia I. 382. v. sub Teconia.
Ferrandia I. 94.
Ferula V. 874. 877. 879. 882. 884. 893. 898.
Ferula II. 407. 938. V. 877.
Ferulago II. 407. V. 873.
Ferulago V. 874.
Ferularia II. 408.
Fevillea V. 758.
Fevillea *II. 194. 933.
Ficaria I. 46. II. 740.
Ficoideae V. 783.
Filicinae I. 929. V. 591.
Fillaea °V. 576. I. 857.
Fimbriaria V. 354. 355. 356.
Firmiana °V. 104.
Fissenia II. 228.
Fistula I. 812. V. 559.
Flabellaria V. 296.
Flacourtia I. 205.
Flacourtianeae I. 205. V. 55. 56.
Flammula I. 3. V. 3.
Fleischeria °V. 110.
Flemmingia I. 790. II. 902.
Flemmingiastrum I. 790.
Flindersia *I. 436.
Floerkea I. 467.
Foeniculum II. 401. 938. V. 864.
Foetidia *II. 193.
Fontenella, Fontenellea } cf. *Fontenellea*.
Fontenellea V. 659. (I. 524.)
Forgesia *II. 379.
Fortunia I. 183.
Fothergilla *II. 435.
Fothergilleae II. 435.
Fouquiera *I. 259.
Fragaria II. 25.
Fragariastrum II. 31. V. 654.
Fragarieae II. 25. V. 651.
Fragarius V. 708.
Fragosa II. 386.
Francisia *II. 160. *V. 733.
Francoa II. 264. 734.
FRANCOACEAE II. 264. 734. V. 807.
Frankenia I. 259. V. 74.
FRANKENIACEAE I. 259. V. 74.
Frauenhofera I. 536.
Freyera II. 423. V. 908.
Freziera I. 570.
Friesia *I. 365. V. 121.
Fritschia II. 126.
Froriepia II. 417. *V. 496.
Fuchsia II. 94. 915. V. 666.
Fuchsieae II. 94. V. 666.
Fuernrohria II. 395. *V. 462.
Fugosia I. 307. V. 92.
Fumana *I. 206.
Fumaria °V. 26. I. 122. II. 750.
Fumaria V. 24. 25.
Fumariaceae I. 117. II. 750. V. 20. 22.
Fumarieae I. 118.
Furcaria I. 306.

G

Gaertnera V. 294.
Gagnebina °V. 581. *I. 861.
Galactia *I. 761. V. 531.
Galbanum II. 417.
Galedupa I. 798. V. 543.
Galega I. 672.
Galegeae I. 651. II. 855. V. 513.
Galegiformes I. 704. II. 868.
Galenia II. 232.

Galipea I. 499.
Galitzchia V. 569.
Galphimia V. 156. 179.
Galphimia °V. 182.
Galvezia I. 519.
Gamochilum I. 630. II. 842.
Garcinia I. 394. 811.
Garcinieae I. 394.
Garidella *I. 49.
Garuga I. 559.
Gastonia *II. 430.
Gastrolobium I. 573. V. 431.
Gastrolychnis I. 280.
Gaudichaudia °V. 344.
Gaudichaudia V. 349. 351. 352.
Gaudichaudieae V. 344.
Gaura II. 96. V. 670.
Gaura II. 96. V. 670.
Gaureae II. 96. V. 670.
Gauridium II. 96.
Gaya I. 321.
Gaya II. 405.
Gayophytum II. 76.
Gaytania °V. 900.
Geeria I. 369.
Geijera I. 501.
Geissaspis I. 726.
Geissois V. 854.
Genethyllis °V. 727. II. 153. 920.
Genista V. 504. 505. 507. 508.
Genista °V. 461. [I. 628. II. 841.]
Genisteae I. 576. II. 832. V. 433.
Genistella V. 489. 490. 501.
Genistoideae I. 711.
Genistoides V. 496. 497.
Genisto-spartium V. 471. 473. 476. 480.
Geoffroya I. 803.
GERANIACEAE I. 445. II. 818. V. 379.
Geranium I. 447. 462. II. 819. V. 379.
Geruma *I. 445.
Getonia II. 62.
Geum II. 46. V. 657.
Gilibertia *II. 430.
Gillenia *II. 51.
Ginalloa II. 439.
Ginginsia II. 243.
Ginoria *II. 112.
Ginseng V. 924.
Githago *I. 282.
Glanduliferae I. 876.
Glaphyria *II. 144.
Glastaria I. 146.
Glastum I. 180.
Glaucium I. 115. II. 750.
Gleditschia I. 856.
Glinus V. 788.
Glinus II. 230.
Gliricidia I. 679.
Globulea *II. 265.
Glossarrhen I. 223.
Glossoschima [I. 375.] cf. *Closaschima*.
Glossospermum V. 115.
Glossostemon I. 350.
Glottidium *I. 680.
Gluta *I. 555.
Glycine *I. 759. II. 900. V. 531.
Glycineae I. 759. II. 900. V. 531.
Glycirrhiza V. 514.
Glycirrhiza I. 672. II. 857.
Glycosma II. 423. V. 908.
Glycosmis I. 380.
Godetia II. 87. 915.
Godoya I. 375.
Goethea I. 301.
Goldbachia *I. 183.
Gomphandra I. 378. II. 802. 803.
Gomphia I. 526. V. 399.
Gompholobium I. 568. V. 425.
Gomphopetalum II. 406.
Gongylocarpus II. 97. V. 670.
Goniocarpus V. 672.
Goniocarpus II. 99.
Goniochiton I. 431.
Gonocytisus °V. 505.
Goodia *I. 578. V. 570.
Gordonia I. 374. II. 802. V. 134.
Gordonieae I. 374. V. 134.
Gossampinus I. 330.
Gossypium I. 312. II. 791. V. 93.
Goupia I. 539.
Gourliea I. 807.
Graellsia I. 154.
Graffenrieda *II. 118.
Grahamia II. 234. V. 786.
Grammatocarpus II. 225. V. 778.
Grammosciadium °V. 908. *II. 423.
Granateae II. 194.
Grangeria *II. 7.
Greenovia °V. 804.
Grenvillea I. 462.
Grewia I. 360. II. 799. V. 119.
Grewiaceae I. 352. V. 116.
Grias *II. 193.
Grielum *II. 52.
Grisebachia *II. 72.
Griselinia V. 927.
Grislea *II. 112.
Gronovia II. 228.
Grossularia II. 357.
Grossularieae II. 357. V. 822.
Groutia I. 377.
Gryptoctenium II. 38.

Guajacum I. 498.
Guanabani I. 86.
Guarea I. 434. II. 817. V. 375.
Guatteria I. 81. II. 747.
Guazuma I. 340. V. 112.
Güldenstaedtia I. 684.
Guichenotia *I. 336.
Guiera II. 63.
Guilandia I. 809.
Guildingia II. 149.
Guindilia I. 524.
Gumillea II. 374.
Gummiferae I. 908. V. 591.
Gunnera II. 100. V. 672.
Gunneraceae II. 100. V. 672.
Gustavia *II. 193. V. 756.
Guttiferae V. 144.
Gymnagathis °V. 745. II. 927.
Gymnanthereae I. 864. V. 584.
Gymnocarpae V. 46.
Gymnocarpos *I. 262.
Gymnocladus I. 809.
Gymnonychium °V. 393.
Gymnopetalum II. 203.
Gymnosciadium °V. 848.
Gynandropsis I. 193. II. 764. V. 52.
Gynocardia °V. 58*.
Gynopleura II. 223. V. 775.
Gynostemma I. 98.
Gynotroches I. 397.
Gypsophila V. 78. 79. 80.
Gypsophila I. 270. II. 773.
Gyrinops I. 549.
Gyrinopsis °V. 410.

H

Habbasia I. 875. V. 585.
Haberlia V. 412.
Habrosia °V. 76. II. 770.
Habrosieae V. 76.
Habzelia I. 76.
Hacquetia *II. 388.
Haematoxylon I. 809.
Haemocharis I. 372. V. 132.
Halimodendron I. 682. II. 859.
Halimolobus I. 167.
Hallia I. 582.
Halolachna / *Halolachne* } cf. Hololachne.
HALORAGEAE II. 98. 916. V. 671.
Haloragis II. 99. 916. V. 672.
Hamadryas I. 32.
Hamamelcae II. 434.
HAMAMELIDEAE II. 434. 940. V. 928.
Hamamelis *II. 434.
Hamatolobium I. 724. II. 888.
Hammatocaulis II. 413.
Hampea I. 331.
Hansenia °V. 930.
Hapalosia I. 263.
Hapaxantha V. 797.
Haplophyllum I. 518. II. 824. V. 394.
Haplosciadium °V. 839.
Hardenbergia I. 758. V. 530.
Hardwickia *I. 853.
Hariota II. 345.
Hariota *V. 821.
Harmogia °V. 734. II. 921.
Haronga *I. 391. II. 809.
Harpalyce I. 678. 712.
Harpephyllum V. 418.
Harrisonia I. 525.
Hartighsea I. 429. V. 374.
Hartigia °V. 722.
Hartmannia II. 84.
Hartogia I. 536. V. 402.
Hasselquistia V. 894.
Hasselquistia *II. 416. V. 894.
Hasseltia I. 352.
Hauya *II. 93.
Havetia I. 393. II. 810.
Hebradendron I. 396.
Hecastophyllum I. 792. V. 541.
Hecatonia I. 34.
Hedera II. 431. V. 926.
Hedycarpus V. 367.
Hedysareae I. 724. II. 887. V. 519.
Hedysarum I. 744. II. 892. V. 527
Hedysarum V. 521. 527.
Hedwigia I. 559.
Heeria V. 414. (I. 557.)
Heeria II. 132. V. 703.
Hegetschweilera °V. 528. II. 900.
Heimia II. 103. 916.
Heimia V. 674.
Heisteria *I. 377. II. 803.
Heladena °V. 197.
Heldreichia I. 158.
Heliamphora I. 109.
Helianthemum I. 208. V. 58.
Helictereae I. 331. V. 96.
Helicteres V. 98.
Helicteres I. 332. II. 794.
Heliocarpus *I. 353.
Heliophila I. 190. II. 764.
Heliophileae I. 190.
Helleboreae I. 46. V. 6.
Helleborus I. 46. II. 741.
Helleria I. 425.
Helophytum II. 252.
Helosciadium II. 392. V. 849.

Hemistemma *I. 65.
Hemprichia I. 559.
Henriettea *II. 145. V. 716.
Henschelia I. 99.
Henslowia °V. 675.
Hepetica I. 30.
Heptapleurum II. 433.
Heptaptera II. 425. V. 919.
Heracleum V. 886. 891.
Heracleum II. 415. 939. V. 889.
Heritiera °V. 106. *I. 334.
Hermannia I. 344.
Hermannieae I. 340. V. 112.
Hermas II. 425.
Herminiera I. 681. V. 516.
Herniaria V. 74.
Herodium I. 447.
Herpetica I. 814.
Herrania °V. 111.
Heruchea II. 369.
Hesperis I. 160. II. 760. V. 38.
Hesperomeles II. 56.
Heterocentron II. 127. V. 699.
Heterochroa I. 271.
Heterochroa °V. 79.
Heterodendron I. 562.
Heterodon I. 545.
Heteroloma V. 525.
Heteromorpha II. 398.
Heteronoma II. 127.
Heteropterys (Heteropteris) V. 221. 223. 238. 279. 280. 286.
Heteropterys °V. 254.
Heteroptilis °V. 872. II. 938.
Heterostemon *I. 844.
Heterotaenia °V. 910. II. 423.
Heterotrichum II. 144.
Heuchera II. 369.
Heucherella II. 370.
Heudelotia I. 558.
Hexalobus I. 80.
Hexaptera I. 180.
Heydusa I. 582.
Heylandia I. 582.
Heynea I. 432.
Heynichia °V. 373.
Hibbertia I. 64. V. 8.
Hibisceae I. 302. V. 91.
Hibiscus I. 302. II. 790. V. 91.
Hidrosia I. 660.
Hildegardia °V. 104. I. 335.
Hilsenbergia II. 798. V. 113. (nec III. 125.)
Hippobromus I. 423.
Hippocastaneae I. 423. V. 371.
Hippocastanum I. 433.
Hippocratea I. 400. II. 812. V. 106.
HIPPOCRATEACEAE I. 400. II. 812. V. 146.
Hippocrepis I. 724. II. 888. V. 519.
Hippomarathroides II. 401.
Hippomarathrum II. 401.
Hippomarathrum °V. 914.
Hippuris *II. 98.
Hiptage °V. 293.
Hiraea V. 197. 222. 275. 295. 296. 297. 298. 299. 308. 309. 311. 340. 346. 348.
Hiraea °V. 320.
Hiræeae V. 290.
Hirschfeldia I. 184.
Hirtella II. 3. V. 646.
Hisingera °V. 57.
Hladnickia II. 425.
Hladnickia V. 921.
Hoarea I. 451. 462.
Hoffmannseggia I. 811.
Hohenackeria II. 391.
Hoheria I. 331. V. 97.
Holarges I. 150.
Holargidium II. 758.
Holboellia I. 99.
Holigarna I. 555.
Holochloa II. 369.
Hololachne V. 808.
Holopetalum °V. 33.
Holosepalum I. 384.
Holotome II. 387. V. 844.
HOMALINEAE I. 548. V. 408.
Homalium *I. 548. V. 408.
Homalobus I. 711.
Homalocarpus I. 30.
Homalocarpus II. 387. V. 843.
Homalospermum °V. 740. II. 923.
Homoranthus °V. 729.
Honkenya I. 354.
Hopea V. 127.
Horkelia II. 36.
Hornera I. 549.
Hornschuchia I. 391.
Horsfieldia II. 391.
Hortia I. 501.
Hortonia II. 748.
Hosackia I. 648. II. 855.
Hostmannia °V. 400.
Hoteia II. 372.
Hovea I. 576. II. 832. V. 433.
Huanaca *II. 387.
Huberia II. 118.
Hudsonia I. 213.
Hügelia *I. 506.
Huërtea I. 557.
Hugonia I. 366.
Hugoniaceae I. 366.

Hulthemia II. 13.
Humboldtia I. 844.
Humea V. 119.
Humiria I. 425. V. 372.
HUMIRIACEAE I. 425. II. 816. V. 372.
Humirium I. 425. II. 816. V. 372.
Hunnemannia I. 116.
Hunnemanniaceae I. 116.
Hutchinsia I. 175. II. 761.
Hyalostemma I. 91.
Hybotropis I. 580.
Hydatica V. 825.
Hydnocarpus °V. 58b. (I. 206.)
Hydrangea II. 375. V. 835.
Hydrangea V. 835.
Hydrangeae II. 375. V. 835.
Hydrastis I. 32.
Hydrocera I. 476.
Hydrocotyle II. 381. 937. V. 838.
Hydrocotyleae II. 381. V. 838.
Hydropeltideae I. 100. 105. V. 19.
Hydrosphondylus °V. 671.
Hymenaea I. 846.
Hymenanthera I. 225. II. 767.
Hymenidium *II. 403.
Hymenobrychis I. 747.
Hymenodeae I. 930.
Hymenolaena II. 426.
Hymenolobus I. 174. II. 761.
Hymenophysa I. 179.
Hymenopus II. 6.
Hymenota I. 574. V. 432.
Hypanthera °V. 758.
Hypecoëae I. 117. V. 21.
Hypecoum I. 117. II. 750.
Hypelate I. 421. V. 366.
Hypenanthe II. 143.
Hypericeae I. 383.
HYPERICINEAE I. 383. II. 805. V. 141.
Hypericum V. 143.
Hypericum I. 383. II. 805. V. 141.
Hypertelis II. 247.
Hypobrichia II. 101.
Hypocalymma °V. 736. II. 166. 922.
Hypocalyptus I. 606.
Hypocarpus V. 138.
Hypoglottidei I. 695. II. 863.
Hypopterygium V. 420.
Hyssopifolia V. 674.

I

Ianthe II. 377.
Iberidella I. 175.
Iberidium I. 156.
Iberis I. 156. II. 759.
Icacina I. 377.
Icacineae V. 136.
Icica I. 558.
Ilex V. 402. 405.
Ilex I. 540. II. 828. V. 403.
ILICINEAE I. 539. II. 828. V. 403.
Illecebreae I. 260. V. 74.
Illecebrum *I. 260.
Illicieae V. 14.
Illicium *I. 72. II. 747. V. 74.
Imbricaria V. 734.
Impatiens I. 467. II. 821. V. 382.
Imperatoria II. 410.
Incani I. 709. II. 877.
Indigofera I. 660. II. 856. V. 514.
Inga °V. 622. [I. 928. II. 906.]
Inga V. 568. 577. 587. 595. 599. 600. 601. 605. 608. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 619. 622. 645.
Ingenhoussia I. 581.
Ingenhouzia I. 328.
Inopsidium I. 328.
Intsia *I. 845.
Involucraria II. 202.
Irina I. 415.
Irio I. 164.
Iroucana I. 547.
Isatideae I. 180. V. 43.
Isatis I. 180. II. 762. V. 44.
Isauxis V. 126.
Isnardia II. 76.
Isodesmia °V. 523. (II. 889.)
Isomeris I. 196.
Isopetalum I. 457. 462.
Isophyllum I. 383.
Isopterae V. 308.
Isopyrum I. 48. II. 741.
Isora I. 334.
Isothea I. 581.
Isotropis I. 567. V. 424.
Itea II. 379.
Ivira V. 99.
Ixerba II. 380. V. 838.
Ixionanthus V. 376.
Ixora II. 481.

J

Jackia I. 248.
Jacksonia I. 569. V. 426.
Jambosa V. 752.
Jambosa II. 191.
Janusia °V. 351.
Jeffersonia I. 100.
Jenkinsonia I. 455. 462.
Jodina I. 541.

Joëdes I. 95.
Johnia I. 759. V. 531.
Johrenia II. 416. V. 892.
Johrenia V. 922.
Joliffa II. 195.
Joliffia V. 759.
Jonidium I. 221. II. 767. V. 59.
Jossinia II. 172.
Jubelina °V. 340.
Jucunda II. 140.
Juicra I. 335.
Juliania *(Llave* et *Lexarza)* I. 493.
Juliania (Schlchtd.) °V. 420.
Juliferae I. 901. V. 590.
Jungia V. 734.
Jussiaea cf. Jussieua.
Jussieua II. 72. V. 664.
Jussieuae II. 72. V. 664.

K

Kadsura I. 92. V. 15.
Kageneckia II. 52.
Kalanchoë II. 256.
Kallstroëmia I. 493.
Kalpandria I. 435.
Kamptzia II. 160.
Kandelia II. 70.
Karivia II. 199.
Kayea I. 397.
Kennedya I. 757. V. 529.
Kennedyeae I. 757. II. 900. V. 529.
Keramocarpus °V. 921.
Keraudrenia *I. 337.
Kerria II. 49.
Ketmia I. 302.
Khaya I. 436.
Kibessia *II. 148. V. 723.
Kielmeyera I. 373. V. 133.
Kiesera I. 762.
Kiggelaria I 206.
Kirschlegeria II. 94.
Kitaibelia I. 290.
Klaprothia *II. 225.
Kleinhovia I. 340.
Kleinhovieae I. 340.
Klotzschia V. 844. [*II. 387.]
Kneiffia II. 84.
Knowltonia *I. 32.
Koeberlinia I. 258.
Koelreuteria I. 421.
Kolb a *II. 222.
Kolleria II. 232.
Koniga I. 142.
Kosteletzkya I. 302. II. 790.
Kotschya I. 735. V. 523.
Krameria I. 247. V. 67.
Krebsia V. 453 455.
Krebsia I. 623.
Krokeria I. 647.
Kuhlia I. 204. V. 56.
Kundmannia *II. 401.
Kunzea °V. 741.
Kydia *I. 351. V. 115.

L

Labichea I. 840. V. 561.
Labillardiera I. 257.
Lablab I. 781. V. 530.
Lablavia I. 781.
Lacepedea *I. 402.
Lachnoloma °V. 49.
Lachnopodium II. 132.
Laetevirentes V. 601.
Laetia I. 203.
Lafoënsia II. 113.
Lagenaria *II. 201.
Lagerstroemia II. 114.
Lagerstroemieae II. 112. V. 675.
Lagoecia *II. 423.
Lagonychium V. 582.
[Lagonychium I. 861.]
Lagunaria I. 311.
Laguncularia II. 63.
Lagunea I. 327.
Lalage I. 577. V. 434.
Lamarchea II. 161.
Lampromyrtus V. 748.
Lancretia *I. 391.
Langsdorfia I. 520.
Lannea I. 550. V. 412.
Lanneoma °V. 413.
Lansium I. 428.
Laplacea I. 372. II. 801. V. 132.
Laplaceae I. 372. V. 132.
Lappula I. 356.
Laretia II. 387.
Larrea *I. 498. V. 386.
Larrea I. 460.
Larzidabala I. 99.
Larzidabaleae I. 98.
Laserpitium V. 866. 868. 898. 901.
Laserpitium II. 418. V. 496.
Lasiandra II. 128. V. 700.
Lasianthera *I. 445.
Lasianthus I. 374. V. 134.
Lasiolepis °V. 398.
Lasiopetaleae I. 336. V. 107.
Lasiopetalum I. 336. V. 110.
Lasiorhegma I. 827. V. 560. 561.
Lasiospron I. 774.

Lasiotrachyphylla I. 110.
Lathriogyne I. 582.
Lathyrus I. 718. II. 886.
Lauridia I. 537.
Lavatera I. 290.
Lavauxia II. 87.
Lavoisiera II. 118. 916. V. 678.
Lavoisiereae II. 117. V. 676.
Lavradia I. 226.
Lawrencia I. 296. II. 78. V. 89.
Lawsonia II. 112.
Laxmannia II. 49.
Leandra II. 137.
Leavenworthia I. 139.
Lebeckia I. 606. V. 453.
Lebretonia I. 301. V. 89.
Lechea I. 212. V. 58.
Lecokia *II. 425.
Lecostemon *II. 7.
Lecythideae II. 193. V. 757.
Lecythis II. 193.
Ledocarpeae I. 460. V. 379.
Ledocarpum I. 460. V. 380.
Leea I. 444. V. 378.
Lefeburea II. 413. V. 885.
Legnotideae II. 71.
LEGUMINOSAE II. 831. V. 422.
Leiocarpae I. 876.
Leiolobium I. 745.
Leiospermum II. 374. V. 833.
Leiospora I. 132.
Leiostegia II. 127. V. 699.
Leiotulus V. 886. 887.
[Leiotulus *II. 414.]
Lembotropis °V. 510. II. 846.
Lemonia V. 387.
Lennea °I. 680.
Leobordea V. 458.
Leobordea I. 622. II. 837.
Leontice I. 100.
Leonticoides I. 121.
Lepeostegeres II. 445.
Lepia I. 177. V. 43.
Lepidiastrum I. 178. V. 42.
Lepidineae I. 174. V. 41.
Lepidium V. 43.
Lepidium I. 176. II. 762. V. 42.
Lepidotae I. 874.
Lepionurus I. 377.
Lepisanthus I. 416.
Lepismium II. 344.
Lepismium *V. 821.
Lepta *I. 539.
Leptaleum *I. 172.
Leptarrhena II. 368. V. 827.
Leptidium I. 216. 219.
Leptinga I. 931. V. 622.
Leptis V. 458 459.
Leptis I. 619. II. 837.
Leptobalanus II. 5.
Leptocaulis *II. 392.
Leptocnemia II. 418.
Leptocyamus I. 758.
Leptoglottis I. 925.
Leptolaena *I. 366.
Leptolobieae I. 808. V. 550.
Leptolobium I. 758. V. 551. 570.
Leptolobium I. 808. V. 550.
Leptonema °V. 37.
Leptorhynchus I. 645.
Leptormus I. 191.
Leptosema I. 576.
Leptospartum V. 469.
Leptospermeae II. 160. V. 734.
Leptospermum V. 378. 339. 741.
Leptospermum II. 166. 923. V. 740.
Leptospron I. 772.
Leptostylis I. 132.
Leptotaenia II. 412.
Leptrina *II. 239.
Lepuropetalum II. 368.
Lereschia °V. 854.
Lespedeza V. 527.
Lespedeza I. 748.
Lessertia I. 682. V. 517.
Lettsomia *I. 370.
Leucaena °V. 586. I. 884.
Leucocarpum I. 203.
Leucodraba I. 150.
Leucolaena II. 385. V. 842.
Leucosidea II. 44. V. 656.
Leucosmia °V. 411.
Leucothamnus I. 336.
Leucoxylon I. 376.
Leuwenhoekia I. 349.
Levisticum II. 406.
Lewisia °V. 790. II. 250.
Lewisieae V. 790.
Lhotskya °V. 732. II. 157.
Libanotis V. 850. 872. 882.
Libanotis II. 403. V. 865.
Licania II. 5.
Lichtensteinia II. 399.
Lichtensteinia II. 442.
Lightfootia I. 204.
Ligularia I. 455.
Ligusticum V. 850. 866. 868. 869. 880. 921.
Ligusticum II. 404. V. 868.
LIMNANTHEAE I. 467.
Limnanthes I. 467.
Limnia II. 237.
Limonia V. 140.

Limonia I. 379.
Limonieae I. 379.
Linconia I. 345.
Lindackeria I. 203. V. 55.
Lindleya V. 132.
Lindleya *II. 52. V. 659.
LINEAE I. 287. II. 786. V. 87.
Linostigma I. 461.
Linum I. 287. II. 786. V. 87.
Liparia I. 580. II. 834.
Lipotactes II. 439.
Lipozygis V. 456. 457. 458. 459.
Lipozygis I. 621.
Liriodendron *I. 72.
Liriosma °V. 138. II. 804.
Lisaea °V. 902.
Listia I. 624.
Litchi V. 364.
Lithobium II. 21. V. 684.
Lithophila *I. 262.
Lithosciadium cf. Cnidium (V. 866. no. 2.)
Lipozygis I. 621.
Lithosciadium °V. 864.
Litbraea I. 551.
Llagunoa I. 421.
Llaupanke II. 264.
Llithi I. 551.
Loasa V. 781.
Loasa II. 225. V. 779.
LOASEAE II. 223. V. 776.
Lobadium I. 554.
Lobocarpus *I. 91.
Lobularia I. 142.
Loddigesia *I. 606.
Loeffingia I. 263.
Loefflingiaceae I. 263.
Lomatocarpum vid. Lomatocarum.
Lomatocarum II. 393. V. 852.
Lonchocarpus I. 678. 799. V. 543.
Lopezia II. 96. V. 670.
Lopezieae II. 95. V. 669.
Lophanthera °V. 179.
Lophira V. 128.
Lophiraceae V. 128.
Lophocachrys V. 915.
Lophopterys °V. 200.
Lophosciadium *II. 419. V. 898.
Lophostemon II. 161. 927. *V. 744.
Lophostylis V. 67.
Lophotaenia °V. 886.
Lopimia I. 300.
LORANTHACEAE II. 436. 940. V. 935.
Loranthus II. 439. 940. V. 937.
Loranthus V. 940.
Loreya *II. 145. V. 716.
Loteae I. 576. II. 832. V. 433.
Lotononis V. 444. 457.
Lotononis I. 619. V. 455.
Lotos I. 107.
Lotus V. 458.
Lotus I. 647. II. 853.
Loudonia II. 100.
Louichea I. 262.
Lourea I. 735.
Loureira I. 560.
Lowea II. 13.
Loxanthera II. 443.
Loxostylis I. 555.
Lozania *II. 69.
Ludia I. 203.
Ludwigia II. 74.
Ludwigiantha II. 76.
Lühea I. 352. II. 798. V. 116.
Lütkea II. 53. 368.
Luffa II. 200.
Lugoa *II. 634.
Lumbricidia I. 803.
Lumnitzera II. 63.
Lunania V. 106.
Lunania °V. 57.
Lunaria I. 139.
Lundia I. 203.
Lupinus I. 595. II. 836. V. 452.
Luvunga I. 382.
Luxemburgia I. 226. V. 61.
Lychnideae I. 270. V. 77.
Lychnis I. 281. II. 785. V. 83.
Lyciopsis II. 94.
Lyrocarpa °V. 37.
Lysiloma °V. 593.
Lysimachion II. 90.
LYTHRARIEAE II. 101. 916. V. 673.
Lythrum II. 103. V. 674.

M

Macairea II. 130.
Macanea *I. 398.
Macarthuria °V. 107.
Machaerium I. 794. V. 542.
Mackaya °V. 763.
Mackleya I. 109.
Macoubea *I. 398.
Macraea I. 461.
Macranthes I. 351.
Macranthus *I. 792.
Macrobia V. 798.
Macroceras I. 100.
Macrocheton I. 430.
Macrogoni V. 813.
Macrolobium I. 845.
Macrophyllae V. 595. 599.
Macropodium I. 135.

Macroptilium I. 775.
Macrosolen II. 443.
Macrostylis I. 517.
Macrothyrsus I. 424.
Macrotropis I. 807. II. 903.
Macrotys I. 60.
Maerua I. 197.
Magellana *I. 466.
Magnolia I. 70. II. 746.
MAGNOLIACEAE I. 69. II. 746. V. 14.
Magnolieae I. 69.
Magonia I. 422.
Magydaris II. 425.
Mahernia I. 347. V. 112.
Mahonia I. 103. V. 19.
Mahurea *I. 374. II. 802.
Majeta II. 142. V. 711.
Malabaila V. 886. 921.
Malabaila II. 425. V. 886.
Malache I. 298.
Malachodendron I. 374.
Malachra I. 322. V. 95.
Malacmaea V. 189. 191.
Malacocarpus °V. 394. II. 824.
Malcolmia I. 160. II. 760.
Malesherbia V. 775.
Malesherbia *II. 223.
MALESHERBIACEAE II. 223. V. 775.
Mallea I. 427.
Mallococca V. 120.
Malope I. 290. V. 88.
Malopeae I. 290. V. 88.
Malosma I. 551.
Malpighia °V. 150.
Malpighia V. 156. 160. 164. 167. 168. 169. 172. 173. 174. 175. 184. 186. 187. 189. 192. 194. 231. 267. 279. 286. 328. 335. 338. 350.
MALPIGHIACEAE (*I. 408.) V. 147–357.
Malpighiaceae diplostemones V. 150.
Malpighiaceae meiostemones V. 344.
Malpighieae V. 150.
Malva I. 292. II. 788. V. 88.
MALVACEAE I. 290. II. 788. V. 88.
Malvaviscoides I. 301.
Malvaviscus I. 307. V. 92.
Malveae I. 290. V. 88.
Mamillaria °II. 283. V. 809.
Mammea I. 394.
Mammillaria cf. Mamillaria
Mangifera I. 555.
Mangle II. 70.
Manglietia I. 70.
Maralia *II. 430.
Maranthus V. 115
Marcetia II. 127. V. 699.
Maregravia I. 399. II. 811. V. 146.
MARCGRAVIACEAE I. 398. II. 811. V. 145.
Margotia II. 420. V. 900.
Margyricarpus II. 44.
Marialva I. 392.
Marialvaea I. 392.
Marianthus I. 256. V. 72.
Maria-Antonia °V. 459.
Mariera I. 180.
Marila I. 374. V. 133.
Marlea II. 150. 919.
Marliera II. 177.
Marquartia V. 556. 557.
[Marquartia I. 855.]
Martia I. 752.
Martiusia I. 841. V. 562.
Marumia II. 145.
Mascagnia V. 320. 321.
Mastixia *II. 436.
Matayba I. 418.
Matisia I. 332.
Matthewsia I. 174.
Matthiola I. 123.
Mauria *I. 551. V. 413.
Mayna I. 203. V. 55.
Mayna *I. 92.
Maytensillo V. 60.
Maytenus I. 534. II. 827. V. 402.
Meckelia V. 188.
Meconella I. 117.
Mecones I. 113.
Meconopsis I. 110. V. 20.
Mecopus I. 736.
Medibracteatae I. 910.
Medicago I. 635. II. 847.
Medinilla II. 142. V. 711.
Megacarpaea I. 158.
Megapterium II. 82.
Meionectis II. 98. V. 671.
Meissneria II. 121.
Melaleuca V. 745. 748.
Melaleuca II. 162. 927. V. 745.
Melaleuceae V. 744.
Melandrium I. 280. II. 784. V. 82.
Melanorrhoëa I. 555.
Melanoselinum *II. 419.
Melanosticta *I. 812.
Melanoxylon I. 845. V. 570.
Melastoma V. 708. 712. 718. 724.
Melastoma II. 132. V. 703.
MELASTOMACEAE II. 117. 916. V. 676.
Melastomeae II. 117. V. 676.
Melhania I. 349. II. 798.
Melia I. 427. V. 373.

MELIACEAE I. 426. II. 817. V. 373.
Meliantheae I. 498.
Melianthus *I. 498.
Melicocca V. 366.
Melicocca *I. 421.
Melicope I. 500. II. 823. V. 387.
Melicytus I. 205.
Melieae I. 426.
Melilotus I. 638.
Melinospermum I. 651.
Meliocarpus °V. 918.
Meliosma I. 423. II. 816.
Meliosmeae I. 423.
Melocactus °II. 304.
Melochia I. 341. II. 796.
Melolobium I. 618. V. 454.
Melothria II. 195.
Melothrieae II. 195. V. 759.
Memecyleae II. 148. V. 725.
Memecylon II. 148.
Meniocus *I. 140. II. 757. V. 36.
Meniscosta I. 95.
Meniscus cf. Meniocus.
MENISPERMACEAE I. 93. II. 748. V. 17.
Menispermeae I. 93.
Menispermum I. 95.
Menkea °V. 41.
Menonvillea I. 159.
Mentzelia II. 223. V. 776.
Mentzelia V. 777.
Meriania II. 117. V. 676.
Meridema V. 829.
Merimea I. 284.
Merimea I. 286.
Meriolix II. 79.
Meristotropis °V. 514. (II. 857.)
MESEMBRIANTHEMEAE II. 265. V. 807.
Mesembrianthemum II. 265. V. 807.
Mesitis I. 809.
Mespilus II. 54.
Mesua I. 396.
Methorium I. 332.
Methyscophyllum I. 560.
Meticulosae I. 870.
Metrocynia I. 855.
Metrodorea I. 501.
Metrosidèros V. 741. 742.
Metrosideros II. 165. 923. V. 741.
Meum *II. 405.
Mezierea °V. 770.
Mezoneurum I. 811.
Michelia I. 70.
Miconia II. 146. 918. V. 719.
Miconieae II. 137. V. 709.
Micrandra °V. 107.
Micranthera I. 392.
Microblepharis II. 222.
Microcephalae I. 878.
Microceras I. 101. V. 18.
Microcerasus II. 911.
Microchlaena I. 351.
Microcochle I. 775.
Microcos I. 362.
Microdesmia II. 5.
Microlepis *II. 137.
Microlicia °V. 690. II. 125.
Microlicia V. 690. 697. 698.
Microlotus I. 349.
Micromelium I. 382. cf. Micromelum.
Micromelum V. 140. cf. Micromelium.
Micromyrtus V. 748.
Microphyllae V. 597.
Microsciadium °V. 849.
Microsperma II. 224.
Microsperma °V. 777.
Microstemma I. 372.
Microtropis V. 664.
Microtropis I. 534.
Middendorfia °V. 673.
Miliusia I. 74.
Milletia I. 799. II. 902. V. 544.
Milligania II. 100. V. 672.
Millingtonia I. 791.
Millingtonia I. 423.
Milnea I. 428.
Mimosa V. 577. 580. 581. 583. 586. 587. 595. 596. 597. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 618. 619. 621. 622. 624. 625. 626. 627. 632.
Mimosa °V. 584. I. 864. II. 905.
MIMOSEAE I. 859.
Mimoseae II. 905. V. 576.
Minkelersia °V. 529.
Miocarpus °V. 688.
Miquelia II. 434.
Mirbelia I. 576. V. 433.
Mirbelieae I. 576. V. 433.
Mirkoa II. 103.
Miscolobium I. 801.
Mischocarpus I. 418.
Misodendron II. 436.
Mitella II. 371.
Mitellaria II. 370.
Mitellastra II. 371.
Mitellina II. 370.
Mitellopsis II. 370.
Mnemion V. 59.
Mniarum I. 266.
Moacurra I. 549.
Modecca II. 222. V. 774.
Modecceae II. 222. V. 774.
Modestae I. 865.

Modica-Walli I. 80.
Modiola I. 296.
Moldenhauera *I. 812. V. 559.
Molina V. 294.
Mollia I. 353. 117.
Mollugineae II. 239. V. 788.
Mollugo II. 240.
Molopospermum *II. 422.
Momordica II. 200.
Monanthes V. 806.
Monetia *I. 541.
Moniera *I. 500. *II. 823.
Monnina I. 245. II. 769.
Monocera I. 364.
Monochaetum °V. 701.
Monocosmia II. 238. V. 787.
Monodora I. 91.
Monoploca °V. 43.
Monosis II. 542.
Monospora °V. 57.
Monoxora °V. 755. II. 173.
Monsonia I. 451. 462.
Montezuma *I. 331.
Montia II. 238.
Montinia *II. 93.
Moquilea II. 6. V. 647.
Mora I. 854. V. 574.
Morettia I. 159.
Moricandia I. 187.
Moringa I. 855.
Moringeae I. 855.
Morisia I. 184.
Morisonia *I. 201.
Moronobea I. 394.
Moronobeae I. 394.
Moschoxylum I. 433. II. 817.
Moulinsia I. 418.
Mouriria II. 149. V. 725.
Moutouchia I. 792.
Mucizonia II. 258.
Mucuna I. 767. II. 900.
Müllera *I. 805.
Münteria °V. 398.
Mukia II. 199.
Mulineae II. 386.
Mulinum V. 843.
Mulinum II. 386.
Mundia I. 244. II. 769.
Mundulea I. 677.
Munnicksia V. 58b.
Munronia I. 426.
Muntingia I. 363.
Muraltia I. 243. V. 66.
Muretia °V. 853.
Muricaria *I. 188.
Murraya I. 381. II. 804.
Murucuja II. 221.
Musenium II. 427.
Myagrum I. 183.
Myginda *I. 538. V. 402.
Myosurus I. 33.
Myrcia V. 756.
Myrcia II. 173. 932. V. 751.
Myriadenus I. 726.
Myriandra I. 386.
Myriantheia *I. 548.
Myriaspora *II. 140. V. 710.
Myricaria II. 114.
Myriomeles II. 57.
Myriophyllum II. 98.
Myrmidone II. 141.
Myrobalanus II. 61.
Myrodia I. 331. II. 794. V. 97.
Myrodieae I. 331. V. 96.
Myrospermum I. 805.
Myroxylon I. 805.
Myrrhidium I. 455.
Myrrhinium II. 150.
Myrrhis *II. 423.
MYRTACEAE II. 152. 920. V. 726.
Myrteae II. 170. V. 750.
Myrtillus II. 172.
Myrtineae V. 726.
Myrtus V. 755. 756.
Myrtus II. 172. 932. V. 750.
Mystroxylon V. 402.
Mystroxylon I. 537.

N

Naiocrene II. 238.
Nandina *I. 104.
Naravelia I. 9.
Naregamia I. 426.
Nasturtium I. 125. II. 755.
Natalia I. 415.
Navaea I. 290.
Nectris I. 467.
Neesia I. 331.
Negundo I. 410.
Nehemia I. 360.
Neillia *II. 51. 372.
Nelitris II. 170.
Nelumbium I. 105. V. 20.
NELUMBONEAE I. 105. V. 20.
Nemedra I. 428.
Nemopanthus *I. 541.
Neogaya II. 405. V. 870.
Nephelium I. 420. V. 364.
Nephromeria V. 525.
Nephrophylloides V. 828.
Neptunia °V. 583. I. 863.

Nesaea II. 103. V. 674.
Nesaea II. 103.
Neslia I. 183.
Neumannia I. 204.
Neurada II. 52.
Neuradeae II. 52.
Neurocarpum I. 752. II. 900. V. 529.
Neuroloma I. 134.
Neurophyllum V. 826. 827.
Neurophyllum II. 398. V. 462.
Neuroscapha °V. 543.
NHANDIROBEAE II. 194. V. 758.
Nibbisia I. 80.
Nicolsonia I. 736. V. 524.
Niebuhria I. 136. V. 53.
Nigella I. 49. II. 741.
Nima V. 395.
Nima I. 525.
Nimmoia II. 362. V. 824.
Niopa I. 860. V. 579.
Niota I. 525.
Nisa *I. 548.
Nissolia *I. 750. II. 900.
Nitidae V. 603.
Nitraria *I. 542.
Nitrarieae *I. 542.
Noisettia I. 223.
Nomisma I. 155.
Nomismia I. 790.
Nomismium I. 217.
Norantea I. 398.
Norta I. 163. V. 39.
Noterophila II. 125. V. 690.
Notoceras I. 124.
Notopterygieae V. 200.
Notorhizeae I. 160. V. 38.
Nudiflorae I. 915.
Nuphar I. 108.
Nupharinae I. 106.
Nuttallia II. 51. V. 659.
Nuytsia V. 940.
Nymphaea I. 106. II. 749.
NYMPHAEACEAE I. 106. II. 749. V. 20.

O

Obstrigosae I. 873.
Obtusifoliae V. 596.
Ochna I. 527. II. 826. V. 400.
OCHNACEAE I. 525. II. 826. V. 399.
Ochneae I. 526.
Ochopodium I. 732.
Ochotodium *I. 159.
Ochradenus II. 751.
Ochrantaceae I. 392.
Ochranthe I. 392.
Ochrocarpus I. 392.
Ochroleuci I. 702. II. 867.
Ochroma *I. 331.
Ochtocharis °V. 681.
Ochtocosmus °V. 135. II. 802.
Octomeris °V. 706.
Odina V. 413.
Odina I. 550. V. 412.
Odonia I. 783.
Odontarrhena I. 145.
Oëidocarpum I. 253. V. 70.
Oenanthe II. 399. V. 463.
Oenothera V. 665.
Oenothera II. 79.
OENOTHEREAE II. 72. 915. V. 664.
Olaceae V. 137.
OLACINEAE I. 377. II. 802. V. 136.
Olax V. 139.
Olax I. 377. II. 803. V. 138.
Olbia I. 290.
Oligadenia II. 115.
Oligomeris II. 754.
Olinia II. 149.
Olinieae II. 149.
Oliveria V. 850.
Oliveria *II. 424.
Omalophysa I. 12.
Omphalobium I. 844.
Omphalobium V. 420.
Onagra II. 82.
Onagraceae V. 664.
ONAGRARIAE II. 72. V. 664.
Oncoba I. 203.
Oncolobium I. 816.
Oncosporum II. 256. V. 72.
Onobrychioidei I. 698. II. 866.
Onobrychis V. 516.
Onobrychis I. 746. II. 894.
Ononis V. 440. 456. 458. 510.
Ononis I. 624. II. 839. V. 460.
Ophiocaryon °V. 364.
Ophispermum °I. 549.
Opilia I. 377. II. 803.
Opilieae V. 137.
Opoidia II. 426. V. 921.
Opoponax *II. 407. V. 873.
Opuntia II. 346. V. 821.
Oreogeum V. 656.
Oreomyrrhis *II. 422.
Oreophila I. 538.
Oreoselinum V. 880.
Oresitrophe II. 372.
Orimaria II. 398.
Orlaya *II. 419. V. 899.
Orleya I. 436.
Ormiscus I. 191.

Ormocarpum I. 725. II. 888.
Ormosciadium °V. 923.
Ormosia I. 807. V. 549.
Ormosolenia II. 417.
Ornithopus I. 724. V. 519.
Ornithrophe I. 414. V. 362.
Orobella I. 723.
Orobus I. 723. II. 887.
Orophaca I. 689.
Orophea I. 74.
Orostachys V. 794.
Ortegia *I. 263.
Orthocarpaea I. 332.
Orthoctenium II. 37.
Orthodanum I. 784. V. 539.
Orthoploceae I. 184. V. 49.
Orthosetis I. 191.
Orthospermeae II. 381. V. 838.
Orthotropis I. 567.
Orychophragmus I. 187.
Orygia II. 239. V. 788.
Osbeckia II. 135. 918. V. 708.
Osbeckieae II. 128. V. 700.
Osmorhiza II. 423.
Ossaea *II. 142.
Osteomeles *II. 54.
Ostericum V. 881.
Osteriscium *II. 406.
Otanthera II. 135.
Otidia I. 454. 462.
Otites I. 276.
Otondandra I. 435.
Ototropis I. 660.
Ottoa *II. 399.
Oudneya I. 125.
Outea I. 845. V. 570.
OXALIDEAE I. 476. II. 821. V. 383.
Oxalis I. 476. II. 821. V. 383.
Oxandra II. 747.
Oxydium I. 747.
Oxygraphis I. 46.
Oxylepis II. 626.
Oxylobium I. 566. II. 832. V. 423.
Oxymeris II. 147. 918. V. 722.
Oxymyrrhine °V. 736.
Oxyramphis I. 672.
Oxyspora II. 127.
Oxytropis I. 690. II. 861. V. 517.
Ozodia II. 423. V. 910.
Ozoroa °V. 415.

P

Pachira I. 329. II. 739. V. 95.
Pachycarpae I. 879.
Pachycentria II. 143. V. 712.
Pachydium II. 89.
Pachylobium I. 764.
Pachylobus I. 560.
Pachylophis II. 83.
Pachymeria °V. 677.
Pachynema *I. 65.
Pachyphytum II. 258. V. 792.
Pachypleureae II. 405. V. 871.
Pachypleurum II. 405.
Pachypleurum II. 406. V. 871.
Pachypodium I. 172.
Pachypodium I. 163.
Pachypteris V. 48.
Pachypterygium V. 48.
Pachystigma V. 386. (II. 942.)
Pachystigma cf. *Pachystigma*.
Pachystylum I. 192.
Padus II. 10.
Paenoë V. 126.
Paeonia I. 61. II. 745. V. 7.
Paeonieae I. 59. V. 7.
Palava I. 290.
Palimbia II. 409. V. 880.
Palovea *I. 855.
Panax V. 881.
Panax II. 429. 939. V. 924.
Pancrasia II. 477.
PANGIEAE V. 58.
Pangium V. 58.
Papaver I. 110. II. 750.
PAPAVERACEAE I. 109. II. 750. V. 20.
Papavereae I. 109. V. 20.
PAPAYACEAE II. 205.
Papeda °V. 141.
PAPILIONACEAE I. 562.
Papilionaceae II. 831. V. 422.
Pappea V. 363.
Pappea I. 422.
Paramignya I. 382. V. 140.
Parastemon °V. 139. [*II. 804.]
Paratropia II. 433.
Parinarium II. 7. V. 647.
Paritium I. 311.
Parkia °V. 576. I. 857. II. 905.
Parkieae I. 857. V. 576.
Parkinsonia *I. 809.
Parivoa *I. 845.
Parlatoria I. 174.
Parnassia I. 230. II. 768.
Parnassieae I. 230.
Parochetus I. 651. II. 855. V. 512.
Parolinia I. 124.
Paronychia V. 76.
Paronychia I. 261. V. 74.
Paronychieae I. 260. V. 74.
Paropsia *II. 218.

Paropsieae II. 218. V. 770.
Parrotia II. 435. 940.
Parrya I. 132. II. 757.
Paryphantha °V. 728. (II. 920.)
Parvatia I. 99.
Paschanthus *II. 222.
Passiflora V. 773.
Passiflora II. 218. 934. V. 771.
PASSIFLOREAE II. 218. 934. V. 770.
Passiflorae verae II. 218. V. 771.
Pastinaca V. 874. 886. 887.
Pastinaca II. 414. V. 886.
Patagonium I. 729.
Patrisia II. 218.
Paucifoliatae I. 882.
Paulletia I. 847. V. 572.
Paullinia I. 413. II. 814. V. 360.
Paulo-Wilhelmia V. 788.
Pavia I. 424.
Pavonia V. 89.
Pavonia I. 297. II. 789. V. 90.
Pecten V. 903. 904.
Pectinatae I. 866.
Pectophytum *II. 386.
Pedicellaria I. 193.
Pedicellatae V. 602.
Pedicellia *I. 422.
Pedunculosae I. 868.
Peganum V. 394.
Peganum I. 517.
Pegia I. 550. V. 413.
Peixotoa °V. 249.
Pelargonium I. 451. (458. 462.) II. 820. V. 380.
Pelecynthis I. 579.
Pelecyphora °V. 822.
Pellacalyx II. 375.
Peltaria I. 146.
Peltogyne I. 846.
Peltophorum I. 811. V. 557.
Peltostigma °V. 386.
Pemphis *II. 103.
Pennantia II. 829. V. 414.
Pennatae I. 916.
Pentacaena I. 260.
Pentaceros V. 112.
Pentaclathra V. 763.
Pentaclethra °V. 577.
Pentacrypta *II. 425.
Pentadesma I. 396.
Pentagonaster II. 165. V. 741.
Pentalobus I. 224.
Pentamorpha V. 387.
Pentapeltis II. 386.
Pentapeltis °V. 842.
Pentapera II. 728.
Pentapetes I. 349. V. 114.
Pentaptera II. 62.
Pentapterys V. 318.
Penthorum *II. 264.
Peplis V. 674.
Peplis II. 101.
Peraltea *I. 678.
Peraphyllum II. 50. V. 660.
Pereskia II. 355.
Periandra I. 756.
Perianthopodus °V. 764.
Pericalymna II. 166. V. 740.
Periclistia °V. 407.
Perideraea II. 634.
Perideridia *II. 426.
Peristera V. 380.
Peristera I. 456.
Peritoma I. 193.
Perittium I. 845. V. 570.
Perreymondia °V. 51.
Perrottetia I. 539.
Persica II. 8.
Petagnia *II. 387.
Petalanthera II. 228.
Petalostemon I. 651.
Petalotoma *II. 193.
Petrocallis I. 147.
Petrocarvi II. 425.
Petrocarya II. 7.
Petrogeton II. 252.
Petrophyes °V. 805.
Petrophytum II. 51.
Petroselinum V. 849.
Petroselinum II. 391. 937. V. 848.
Peucedaneae II. 407. V. 873.
Peucedanum V. 862. 865. 869. 870. 877. 878. 880. 881. 887 898.
Peucedanum II. 409. 938. V. 882.
Peyrousea II. 638.
Pfeiffera °V. 821.
Phaca I. 684. II. 860. V. 517.
Phalangideae V. 744.
Phaleria V. 409.
Phalerieae V. 409.
Pharnaceum I. 263.
Pharnaceum II. 243.
Phaseoleae I. 750. II. 900. V. 528.
Phaseolus I. 770. II. 901. V. 537.
Phebalium I. 505. II. 823. V. 389.
Phelline I. 524.
Phellocarpus I. 802.
Phellopterus II. 418.
PHILADELPHEAE II. 159. 919.
Philadelphus II. 151. 919.
Philagonia I. 523 V. 397.
Philippodendreae I. 351.

Philippodendron I. 351.
Philotheca I. 505.
Phlebochiton °V. 416.
Phlojodicarpus °V. 872.
Phoberos I. 203.
Phoenicanthemum II. 439.
Phoenicaulis I. 134.
Photinia II. 56.
Phtirusa II. 443.
Phylacium I. 726. V. 520.
Phyllagathis II. 146. V. 717.
Phyllanthus II. 341.
Phyllobotryes V. 480.
Phyllocactus II. 341. V. 820.
Phyllocarpus °V. 546. (I. 802.)
Phyllodiastrum I. 607. V. 453.
Phyllodineae I. 886. V. 588.
Phyllodium I. 606.
Phyllolobium I. 683.
Phyllomatia I. 789.
Phyllonoma I. 539.
Phyllopus II. 145.
Phyllota I. 571.
Phymatanthus I. 565.
Phymatogoni V. 816.
Physaria I. 141.
Physocalymna *II. 113.
Physocarpus II. 49.
Physodium I. 343.
Physolepidium II. 762.
Physolobium I. 758.
Physolophium °V. 871.
Physopodium *II. 114.
Physospermum V. 921.
Physospermum II. 426.
Physostemon I. 195.
Phytocrene I. 98.
Phytocreneae I. 98.
Pickeringia I. 562. [nec II. 730.]
Picramnia *I. 559. II. 830.
Picrasma I. 519. V. 395. 398.
Picrasma °V. 395.
Pictetia *I. 725.
Pierardia °V. 366.
Pileanthus °V. 731. II. 157.
Pillera I. 767.
Pilocarpeae I. 500. V. 387.
Pilocarpus I. 501.
Pilocereus °V. 818.
Piminta °V. 756.
Pimpinella V. 457. 923.
Pimpinella II. 395. V. 854.
Pineda *I. 205.
Pinzona I. 65.
Piparea I. 547.
Piptadenia °V. 578. I. 858.
Piptanthus I. 563.
Piptanthus °V. 422. II. 831.
Piriquetia II. 230.
Piscidia *I. 802.
Pistacia I. 549.
Pistorinia II. 258.
Pisum I. 712. II. 885.
Pitavia I. 519.
Pitcheria I. 790.
Pithecolobium °V. 608. I. 931.
Pithyrosperma °V. 7.
PITTOSPOREAE I. 250. II. 770. V. 71.
Pittosporum V. 116.
Pittosporum I. 250. V. 71.
Pitumba I. 547. V. 406.
Pityrocarpa I. 860. V. 579.
Plagianthera I. 254.
Plagiantheron V. 72.
Plagianthus I. 331.
Plagiolobium I. 577. V. 434.
Plagiopteron °V. 370.
Planarium °V. 522.
Planera I. 851.
Platea I. 378.
Platonia I. 398.
Platycapnos °V. 25. *I. 122.
Platycrater II. 377. V. 836.
Platyhymenia °V. 578. I. 858.
Platylobium I. 577.
Platylophus II. 373.
Platymene II. 385.
Platymiscium I. 802.
Platynema °V. 357.
Platypetalum I. 174.
Platysace °V. 841.
Platysema I. 757.
Platyspermum V. 899.
Platyspermum I. 174.
Platystemoneae I. 117.
Platystigma I. 117.
Platytheca °V. 70.
Plectandra V. 61.
Plectrocarpa I. 498.
Plectrotropis I. 756.
Pleroma II. 132. 917. V. 703.
Pleurandra I. 64. II. 746.
Pleurodesmia I. 64.
Pleuropetalum °V. 785.
Pleurophora II. 105.
Pleuropterygieae V. 290.
Pleurorhizeae I. 123. V. 34.
Pleurospermum V. 920.
Pleurospermum II. 425.
Pleurostylis I. 536.
Plinthus II. 232. V. 783.
Ploesslea V. 419.

Ploesslea cf. *Ploesslea*.
Plouarum °V. 132. I. 376.
Plottzia I. 262.
Pocillum V. 575.
Pocockia I. 638. II. 850.
Podalyria I. 565. II. 831.
Podalyrieae I. 562. II. 831. V. 422.
Podiopetalum I. 805. V. 547.
Podochreati I. 706. II. 875.
Podolobium I. 567. V. 424.
Podolotus I. 651.
Podophylleae I. 100.
Podophyllum I. 100.
Podostaurus *V. 7.
Poeppigia I. 809.
Pogonanthera II. 143. V. 712.
Pogonostigma °V. 515. II. 858.
Pogopetalum II. 803.
Poinciana I. 809. II. 903. V. 554.
Poiretia I. 725. V. 520.
Poitaea *I. 680.
Poivrea II. 64. V. 662.
Polanisia I. 195. V. 52.
Polemannia II. 403.
Pollichia *I. 263.
Pollichieae I. 263.
Polpoda II. 249. V. 789.
Polpodeae II. 249. V. 789.
Polyactium I. 453.
Polyadenia II. 116.
Polyalthia I. 74.
Polyanthea II. 221.
Polycardia *I. 532.
Polycarpaea I. 263. V. 76.
Polycarpeae I. 263.
Polycarpon I. 263.
Polychlaena I. 304.
Polycephalae I. 869.
Polycyrtus (II. 939.) V. 883.
Polycyrtus cf. *Polycyrtus*.
Polygala V. 64.
Polygala I. 231. II. 768. V. 63.
POLYGALEAE I. 231. II. 768. V. 63.
Polylepis *II. 44.
Polylobium V. 456. 457.
Polylobium I. 620.
Polylophium °V. 897.
Polyosma II. 379. (436.) 937.
Polyscias *II. 430.
Polyspora II. 802.
Polystemon V. 834.
Polytaenia II. 416.
Polytropia I. 672.
POMACEAE II. 53. 915. V. 660.
Pomaria I. 811. V. 559.
Pongamia I. 798. II. 902. V. 543.
Pontania V. 422.
Popowia I. 74.
Porlieria *I. 498.
Portenschlagia I. 538.
Portesia I. 433.
Portulaca V. 789.
Portulaca II. 248. 934. V. 785.
Portulacaria *II. 234.
Portulacarieae II. 234. V. 785.
PORTULACEAE II. 230. 934. V. 783.
Possira I. 842.
Potamopiatus cf. *Potamopithys*.
Potamopithys I. 284. V. 86.
Potentilla II. 26. 912. V. 651.
Potentillastrum II. 26. V. 651.
Poteranthera II. 124. V. 689.
Poterium II. 44.
Poupartia *I. 556. V. 418.
Pozoa II. 387. V. 843.
Prangos V. 918.
Prangos II. 424. V. 915.
Preonanthus I. 19.
Prieurea II. 72.
Primulopsis II. 86.
Prinos I. 541.
Prinsepia II. 7.
Pristleya I. 580. II. 834.
Pritzelia II. 922. V. 736. 840.
Pritzelia II. 428.
Prockia I. 204. V. 56.
Prockieae I. 203. V. 55.
Pronaya I. 257. II. 770. V. 73.
Proserpinaca II. 98.
Prosopis V. 581.
Prosopis °V. 581.
Prosperma I. 117.
Prostea I. 416.
Protium I. 557.
Prunus II. 8.
Prunus II. 8. 910. V. 648.
Psammotropha II. 247.
Pselium *I. 93.
Pseudais °V. 410.
Pseudaleia *I. 378.
Pseudaleoides *I. 378.
Pseudarthria I. 783. V. 539.
Pseudinga V. 628.
Pseudolinum I. 173.
Psidium II. 170. V. 750.
Psilonema I. 142.
Psittacanthus II. 443. V. 939.
Psophocarpus I. 781. II. 902.
Psoralea V. 516.
Psoralea I. 655. II. 856. V. 513.
Psorospermum I. 391.
Psychine *I. 188.

Psychineae I. 188.
Psychopsis I. 650.
Ptaeroxylon I. 422.
Ptelea I. 523.
Ptelidium *I. 536.
Pterandra V. 180.
Pterandra °V. 180
Pteranthеae I 262.
Pteranthus I. 262.
Pteridophyllum °V. 21.
Pterisanthes I. 444.
Pternandra V. 724.
Pterocarpus V. 546.
Pterocarpus I. 793.
Pterocelastrus I. 535.
Pterocoptis I. 281.
Pterocymbium °V. 104.
Pterodon I. 805. V. 547.
Pterogyne °V. 557.
Pterolepis II. 137. V. 708.
Pterolobium I. 811.
Pteroneurum I. 138. V. 36.
Pterophylla II. 374. V. 834.
Pteropodae I. 928.
Pterospartum V. 499.
Pterospermum I. 350. V. 114.
Pterota V. 396.
Pterotropis I. 155. V. 37.
Pterygota °V. 103. I. 335.
Pteryxia II. 418.
Ptilochaeta °V. 655.
Ptilotrichium I. 142.
Ptilotrichium I. 145.
Ptychocentrum I. 790.
Ptychodon II. 113.
Ptychopetalum °V. 138. II. 803.
Ptycholis V. 856.
Ptycholis II. 392.
Pudicae I. 867.
Pueraria I. 751. II. 900.
Pugionium I. 159. II. 759.
Pulchellae I. 907. V. 590.
Pulsatilla I. 14.
Pulsatilloides I. 19.
Pultenaea I. 574. II. 832. V. 432.
Pultenaeae V. 426.
Pungentes I. 890. V. 589.
Punica II. 194.
Purga V. 764.
Purpurascentes I. 695. II. 863.
Pursbia II. 45.
Putterlickia I. 529.
Pycnocycla V. 914.
Pycnocycla II. 424. V. 911.
Pycnospora I. 660.
Pygeum II. 8.
Pyramia II. 119.
Pyramidostigma I. 112.
Pyramistigma I. 112.
Pyrenaria I. 376.
Pyrgosea II. 254.
Pyrus II. 53.
Pyxidanthera II. 368.
Pyxipoma II. 233.

Q

Qualea *II. 68.
Quapoya I. 339.
Quartinia I. 811.
Quartinia V. 673.
Quassia V. 398.
Quassia *I. 524.
Quilesia I. 379.
Quillaja II. 52. V. 659.
Quillajeae II. 52. V. 659.
Quintinia II. 379. 937.
Quisqualis II. 68. V. 663.
Quivisia I. 426.

R

Racamea V. 350.
Racaria *I. 422.
Racemosae V. 607.
Raddisia I. 400.
Radiciflori I. 710. II. 879.
Raetam V. 507.
Rafnia I. 579.
Rafnia I. 578. II. 833.
Rajania I. 98.
Raleighia °V. 834.
Ramantuella *II. 63.
Ramirezia V. 552.
Ramontchi I. 205.
RANUNCULACEAE I. 3. II. 737. V. 3.
Ranunculastrum I. 36.
Ranunculeae I. 33. V. 4.
Ranunculus I. 33. II. 738. V. 4.
Raphaneae I. 189.
Raphanistrum I. 189.
Raphanus V. 782.
Raphanus I. 189.
Raphisanthe V. 781.
Rapistrum I. 189. II. 763.
Raspailia I. 544.
Rathkea I. 732. V. 521.
Ratonia I. 418.
Reaumuria *II. 268.
REAUMIRIACEAE II. 268. V. 808.
Rechia *I. 68.
Redoutea I. 307.

Redowskia I. 192.
Regelia °V. 748. II. 928.
Reichardia I. 810.
Reichelia I. 460.
Reifferscheidia I. 63.
Reineria I. 673. V. 515.
Reinwardtia V. 129.
Rengifa I. 393.
Renggeria I. 393. II. 811.
Requienia *I. 583.
Reseda II. 751.
RESEDACEAE II. 751. V. 33.
Resedella II. 754.
Retama V. 506.
Retama I. 629. II. 845. V. 506.
Retinodendron V. 126. 127.
Reutera II. 395. V. 457.
Reveesia I. 334.
Reveesieae I. 334.
Rhabdiosciadium °V. 709.
RHAMNEAE *I. 542.
Rhaphiolepis II. 57.
Rhaptostylum I. 541.
Rheedia I. 397.
Rhesa I. 538.
Rhexanthe II. 126.
Rhexia II. 126.
Rhexieae II. 124. V. 687.
Rhinanthera *I. 203.
Rhipsalis II. 342.
Rhipsalis °V. 821. II. 342. 936.
RHIZOBOLEAE I. 410. V. 358.
Rhizobotrya I. 153.
Rhizophora II. 70.
RHIZOPHOREAE II. 70. V. 664.
Rhodamnia II. 194. V. 757.
Rhodolaena *I. 366.
Rhodostachya I. 883. V. 586.
Rhodotypus II. 51. V. 658.
Rhoeades I. 112.
Rhus V. 397.
Rhus I. 551. II. 829. V. 414.
Rhyacophila V. 673.
Rhynchanthera V. 692.
Rhynchanthera II. 120. V. 682.
Rhynchocarpa II. 197.
Rhynchosia V. 539.
Rhynchosia I. 785. V. 540.
Rhynchosieae I. 784. II. 902. V. 539.
Rhynchotheca *I. 460.
Ribes II. 357. V. 822.
Ribesia II. 358. V. 822.
RIBESIACEAE II. 357. V. 822.
Ricotia I. 139.
Ridleia I. 343. II. 797. V. 112.
Ridolfia II. 396.
Riesenbachia II. 96. V. 669.
Rinorea I. 224.
Rinzia *V. 733. II. 922.
Rissoa I. 381.
Ritchiea I. 201.
Robinia V. 516. 521.
Robinia I. 679.
Robsonia II. 361.
Robynsia °V. 534.
Rochea *II. 256.
Rocheae II. 256. V. 792.
Rodschiedia °V. 571.
Roëa I. 571. V. 429.
Roemeria I. 557. V. 414.
Roemeria I. 115.
Roepera I. 394. II. 823.
Rollinia I. 90. II. 748.
Romneya °V. 21.
Ronabea *II. 475.
Rorella V. 61.
Roridula I. 230.
Rosa II. 11. 912. V. 649.
ROSACEAE II. 11. 912. V. 649.
Roscyna I. 386.
Roseae II. 11. V. 649.
Rosularia II. 258. V. 792.
Rotala II. 101.
Rothia I. 606. II. 698.
Roumea *I. 205.
Roussea II. 380.
ROUSSEACEAE II. 714.
Rousseaceae II. 380.
Rousseauxia *II. 137.
Roydsia I. 202.
Rubricaules I. 877.
Rubus II. 13. 912. V. 649.
Rudolphia I. 769.
Ruizia I. 348. II. 797.
Rulingia I. 337.
Rumfordia *I. 610.
Rumia V. 871. 915.
Rumia II. 391. V. 848.
Rumphia *I. 557.
Rupifraga I. 275.
Ruta I. 517.
RUTACEAE I. 517. II. 824. V. 394.
Rutaceae V. 386.
Ruyschia I. 398. II. 811. V. 145.
Ryanea II. 218.
Ryania II. 218.
Ryditostylis II. 204. V. 762.
Ryssopterys V. 299.
Ryssopterys °V. 220.

S

Sabdariffa I. 306.
Sabia I. 557.
Sabinaea *I. 680.
Saccoglotis cf. Sacoglottis.
Sacoglottis I. 425. V. 372.
Saccopetalum I. 74.
Sagina I. 789.
Sagraea *II. 143. V. 713.
Salacia I. 401. V. 146.
Salloa V. 17.
Salmalia I. 330.
Salomonia I. 231.
Salpinga II. 121.
Salpingia II. 85.
Salvertia II. 69.
Salzwedelia V. 490.
Samadera I. 525.
Samaneae I. 930. V. 617.
Sameraria cf. Sameraria.
Sameraria °V. 44. (I. 182.)
Samyda I. 546. V. 405.
SAMYDEAE I. 546. II. 828. V. 405.
Sandoricum I. 431.
Sanguinaria I. 109.
Sanguisorba II. 44.
Sanguisorbeae II. 37. V. 655.
Sanicula II. 387. V. 845.
Saniculeae II. 387. V. 844.
SAPINDACEAE I. 411. II. 813. V. 358.
Sapindeae I. 411. V. 358.
Sapindus I. 416. V. 362.
Sarcocalyx I. 617.
Sarcocapnos V. 33.
Sarcocapnos °V. 24. *I. 122.
Sarcocephaleae II. 513.
Sarcolaena *I. 366.
Sarcolipes II. 252.
Sarcophyllum V. 453.
Sarcophyllum I. 627.
Sarcoplacuntia II. 142.
Sarcopyramis °V. 687. *II. 148.
Sarcostyles II. 377.
Sarcozygium °V. 385. II. 823.
Sarosanthera V. 130.
Sarotes I. 337.
Sarothamnus I. 627.
Sarothra I. 386.
Sarracacha V. 920.
Sarracenia I. 108. V. 20.
Sarracenieae I. 108.
Saul V. 127.
Saurauja I. 370. II. 801. V. 131.
Sauraujeae I. 370. V. 131.
Sauvageae V. 60.
Sauvagesia I. 225. II. 767.
SAUVAGESIEAE I. 225. II. 767. V. 60.
Saviniona I. 290.
Savignya *I. 188.
Saxifraga V. 827.
Saxifraga II. 362. 936. V. 824.
SAXIFRAGACEAE II. 362. 936. V. 823.
Saxifrageae II. 362. V. 823.
Scaligeria *II. 427. V. 923.
Scandicineae II. 421. V. 903.
Scandicium II. 421.
Scandix II. 421. V. 903.
Scaphium °V. 104.
Schepperia I. 196.
Scheru-valli V. 137.
Schidiomyrtus °V. 734. II. 920.
Schiedea II. 249. V. 788.
Schima °V. 135.
Schinus I. 550.
Schiwereckia I. 142.
Schizandra *I. 92.
SCHIZANDREAE I. 92. II. 748. V. 15.
Schizeilema V. 844.
Schizocalyx °V. 375.
Schizocarpum II. 203.
Schizocarya II. 97.
Schizogiton I. 429.
Schizolaena *I. 366.
Schizolobium I. 811. V. 557.
Schizomeria II. 373.
Schizopetaleae V. 51.
Schizopetalon °V. 51. I. 192.
Schizopetalum cf. Schizapetalon.
Schizophragma II. 377. V. 836.
Schizopleura II. 162.
Schizostigma II. 199.
Schleichera V. 363.
Schleichera I. 421. V. 366.
Schmidelia I. 414. II. 814. V. 361.
Schnella V. 572.
Schnella I. 853.
Schoepfia II. 803.
Schoenolaena °V. 841.
Scholtzia °V. 736. II. 922.
Schotia I. 844.
Schouvia I. 188.
Schrankia °V. 585. I. 883.
Schrenkia II. 427.
Schuechia II. 68. V. 663.
Schufia II. 95.
Schultzia *II. 392. V. 850.
Schumacheria I. 64.
Schwannia °V. 353.
Schweiggera I. 393.
Schweiggera I. 223. II. 767.
Sciadophyllum II. 431. 939. V. 926.

Sciothamnus II. 412.
Scleranthеae I. 260. II. 770. V. 76.
Scleranthus I. 266.
Sclerocarya °V. 418.
Sclerocephalus °V. 75.
Sclerolobium I. 803. V. 551.
Sclerosciadium *II. 401.
Sclerostylis I. 380. II. 804.
Sclerothamnus *I. 576.
Sclerothrix II. 225. V. 777.
Scopolia I. 523.
Scorpioides V. 481.
Scorpium V. 473.
Scorpiurus *I. 724.
Scorpiurus V. 525
Scorpius V. 472.
Scottia I. 587. II. 833.
Scovitsia cf. Szovitsia.
Scyphanthus II. 225. V. 779.
Scytalia I. 420. V. 364. 365.
Sebipira I. 808.
Sechium II. 204.
Securidaca I. 246. V. 67.
Sedeae II. 260. V. 795.
Sedgwickia II. 435. V. 930.
Sedum V. 796.
Sedum II. 260. 935. V. 795.
Seetzenia I. 498.
Selenia I. 154.
Selenieae I. 154.
Selenocarpaea I. 191.
Selinoides II. 410.
Selinum V. 880. 882.
Selinum II. 406. V. 866.
Semecarpus *I. 556. V. 416.
Semeiandra II. 95. V. 669.
Sempervivum V. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806.
Sempervivum II. 263. 935.
Senacia I. 250.
Senebiera I. 190. II. 764. V. 50.
Senebiereae I. 190. V. 50.
Senega I. 238.
Senna I. 816. 822. V. 560.
Sensitivae I. 865.
Septas *II. 252.
Serianthes °V. 622.
Seringia *I. 336.
Serjania I. 411. II. 813. V. 359.
Serpicula II. 98.
Serraea I. 307.
Sesamei I. 701. V. 866.
Sesamella II. 754.
Sesbania V. 645.
Sesbania I. 680. II. 858.
Seseli V. 852. 868. 893.
Seseli II. 401 938. V. 864.
Seselineae II. 399. V. 463.
Sesuvieae II. 232. V. 784.
Sesuvium II. 233. V. 784.
Sethia I. 407.
Severinia II. 805.
Seymouria I. 465.
Shoutwellia V. 98.
Shorea V. 127.
Shuteria I. 761.
Sibbaldia II. 37.
Sicydium II. 196. V. 759.
Sicyoideae II. 204.
Sicyos II. 204.
Sida V. 97.
Sida I. 313. II. 792. V. 93.
Sida-Pow V. 294.
Sideae I. 313. V. 93.
Sideroxylum V. 414.
Sieversia II. 46. 48.
Sieversia II. 46. V. 656.
Sigmodostyles °V. 540.
Silaus II. 404. V. 869.
Silene I. 272. II. 776.
Sileneae I. 266. V. 77.
Siler *II. 417.
Siliquaria I. 193.
Simaba V. 395.
Simaba I. 524. II. 826. V. 397.
Simaruba V. 398.
Simaruba I. 524.
SIMARUBEAE I. 524. II. 826. V. 397.
Sinapidendron I. 184.
Sinapis I. 186.
Singana *I. 202.
Siphanthera *II. 121.
Siphocalyx II. 361.
Siphonodon °V. 404.
Siphonomorpha I. 274. V. 81.
Siphonychia I. 262.
Sison *II. 392.
Sisymbrieae I. 160. V. 38.
Sisymbrium I. 163. II. 766. V. 39.
Sium II. 396.
Skimmia °V. 404. I. 541.
Sloanea I. 352. V. 116.
Sloaneae I. 352. V. 115.
Smeathmannia II. 218. V. 770.
Smelowskia I. 171. II. 761.
Smithia I. 735.
Smyrneae II. 423. (V. 910.)
Smyrniopsis °V. 922.
Smyrnium V. 921.
Smyrnium II. 426.
Soala I. 398.
Sobolewskia *I. 183.

Soemmeringia I. 735.
Solea I. 221.
Solenocarpus I. 550.
Sollya I. 257. V. 73.
Sommerfeldia I. 794.
Somniantes I. 877.
Sondera °V. 62.
Sonerila II. 122. V. 684.
Sonneratia II. 170.
Sono-ige V. 57.
Sophora I. 806. II. 903.
Sophoreae I. 805. II. 903. V. 549.
Soranthus *II. 401.
Sorindeja I. 550. V. 412.
Souari I. 410.
Soulamea I. 248.
Soya *I. 759.
Soymida I. 436.
Spachea °V. 187.
Spadostyles I. 574.
Spalanthus II. 68. V. 663.
Spallanzania II. 37.
Spananthe *II. 387.
Sparmannia *I. 353.
Spartioides V. 485.
Spartium V. 462. 465. 482. 484. 485. 486. 490. 497. 498. 502. 505. 506. 507. 508. 509.
Spartium I. 627. II. 839.
Spartocarpus V. 462.
Spathandra II. 148. V. 725.
Spatholobus II. 903. V. 545.
Spennera II. 124. V. 689.
Spergula I. 265.
Spergularia I. 264.
Sphaeralcea I. 296. II. 789.
Sphaerites cf. Sphaeritis.
Sphaeritis °V. 792. II. 255.
Sphaerolobium I. 571. V. 429.
Sphaeroma I. 296.
Sphaerophysa I. 684. II. 860.
Sphaerosacme I. 428.
Sphaerosparton V. 509.
Sphaerostemma I. 92.
Sphaerostigma II. 77.
Sphallerocarpus *II. 422.
Sphenantha II. 204. V. 762.
Sphenostylis I. 781.
Sphinctolobium I. 798.
Sphingium V. 454.
Sphondylantha V. 671.
Sphondylantha °V. 671. II. 97.
Sphondylium II. 415.
Spiciflorae V. 595.
Spiraea II. 49. 914. V. 657.
Spiraeaceae II. 49. V. 657.
Spiraeaceae verae II. 49. V. 657.
Spiraria V. 657.
Spirocarpaea I. 332.
Spirolobeae I. 189.
Spirospermum *I. 95.
Spirostylis II. 444.
Spirotropis °V. 548.
Spondiaceae I. 556. V. 418.
Spondias V. 418.
Spondias I. 556. V. 418.
Sporodanthe I. 403.
Staavia I. 544.
Stachymorpha I. 278. V. 81.
Stachyurus I. 258.
Stadmannia I. 421.
Stagmaria I. 555. V. 415.
Stalea cf. Halea.
Stanleya I. 173.
STAPHYLAEACEAE I. 529. II. 826. V. 401.
Staphylaea I. 529.
Stauntonia I. 99.
Stauracanthus *I. 627.
Steganotropis I. 756.
Stelechospermum I. 397.
Stemonurus I. 378.
Stenocarpus V. 481.
Stenocoelium V. 872.
Stenocoelium II. 406. V. 871.
Stenodon °V. 698.
Stenogoni V. 814.
Stenopetalum I. 174. V. 40.
Stenosiphon II. 97. V. 670.
Stenospermum V. 742.
Stenotaenia °V. 888.
Stephanandra °V. 658.
Stephania I. 96. 201.
Stephanopodium °V. 408. II. 823.
Stephanotrichum °V. 718.
Sterculia V. 101. 104. 106.
Sterculia °V. 97. I. 334. II. 795.
STERCULIACEAE I. 329. II. 793. V. 95.
Sterculieae I. 334. V. 97.
Stereoxylon V. 734.
Sterigma I. 183. II. 762.
Steriphonia I. 201.
Steudelia II. 250.
Stevenia *I. 134.
Stewartia I. 374.
Stictogeum V. 656.
Stigmaphyllon °V. 202.
Stipellares I. 880.
Stipulicida *I. 263.
Stizolobium I. 767. 781.
Stranvaesia II. 59.
Stravadium II. 192. V. 756.

Streblocarpus *I. 197.
Streblorhiza I. 684.
Streptanthus I. 128.
Streptopetalum V. 782.
Stroemia I. 196.
Stroganowia II. 763. V. 50.
Strombocarpa I. 862. V. 582.
Strongylodon I. 769.
Strophades I. 171.
Strophostylis I. 773.
Struthanthus II. 444. V. 939.
Struthium I. 271.
Stryphnodendron °V. 579. I. 860.
Stuartia I. 374. II. 802.
Stubendorfia °V. 50.
Stylipus II. 47.
Stylobasium *II. 7. V. 647.
Stylonema I. 173.
Stylophorum *I. 109.
Stylosanthes I. 727. II. 889. V. 521.
Styphnolobium I. 807.
Styphonia I. 555. V. 414.
Styposanthes I. 727.
Subularia I. 190.
Subularieae I. 190.
Succowia V. 294.
Succowia *I. 188.
Suffrenia *II. 101.
Sumac I. 553.
Summibracteatae I. 908.
Suriana *I. 562.
Surianeae I. 562.
Sutherlandia I. 683.
Svitramia II. 132.
Swainsona I. 682. II. 860.
Swartzia I. 841. V. 563.
Swartzieae I. 841. V. 562.
Switenia I. 436.
Switenieae I. 436.
Sylitra I. 683.
Syllysium °V. 751.
Symmetria *II. 114.
Symphyopoda I. 850.
Symphyoloma II. 414. V. 889.
Symphyomyrtus °V. 743.
Sympodium II. 394. (*V. 852.)
Syncarpia II. 160. 923. (*V. 741.)
Syndesmis I. 555.
Synelcosciadium °V. 891.
Synochreati I. 703. II. 867.
Synoum I. 427.
Syrenia I. 173.
Syrenopsis I. 171.
Syrmatium I. 649.
Syrmatium *I. 651.
Syspone V. 490.
Syspone II. 845. (cf. *Syspone.*)
Syzygium II. 178. 933. V. 752.
Szovitsia II. 420. V. 901.

T

Tachigalia V. 550.
Tachigalia I. 845. V. 569.
Tachybota I. 206.
Tacsonia II. 221. V. 773.
Tacsonioides II. 221.
Taeniocarpum I. 782.
Taeniostemma I. 213.
Talauma I. 69. II. 746.
Talinum V. 787. 788.
Talinum II. 234. 934.
Talisia I. 420.
Tamarindus I. 845.
TAMARISCINEAE II. 114.
Tamarix II. 115.
Tanycrania V. 932.
Tapinanthus II. 442.
Tapiria *I. 560.
Tapura I. 549. II. 829.
Taraxia II. 85.
Tarrietia I. 423.
Tassmannia I. 72. V. 14.
Tauscheria I. 182.
Tauschia I. 399.
Tauschia II. 423. V. 907.
Taverniera I. 744. II. 892.
Teclea °V. 397.
Teconia cf. Feronia.
Teesdalia I. 156.
Telephieae I. 263.
Telephium V. 795.
Telephium *I. 263.
Telfairia II. 195. V. 758.
Telfairieae II. 195. V. 758.
Telina V. 455. 456. 457.
Telina I. 623.
Teline V. 502.
Tellima II. 371.
Telmissa II. 256. V. 791.
Templetonia I. 578.
Temus *I. 72.
Tephrosia V. 510.
Tephrosia I. 763. II. 857. V. 514.
Teramnus I. 759.
Terebinthaceae I. 549. 557. 561. V. 411.
Terminalia II. 60.
Terminalieae II. 60.
Ternatea I. 751.
Ternstroemia I. 368. II. 801. V. 129.
TERNSTROEMIACEAE I. 367. II. 801. V. 129.

Ternstroemieae I. 367. II. 801. V. 129.
Tetilla II. 265. 734.
Tetracarpaea II. 746.
Tetracellion I. 154.
Tetracera I. 67. V. 14.
Tetracme I. 171.
Tetractis I. 14.
Tetradia °V. 103.
Tetradiclis I. 519. II. 825.
Tetradium V. 397.
Tetradium *I. 523.
Tetraglochin II. 44. V. 656.
Tetragonella °V. 783.
Tetragonia II. 230.
Tetragonieae II. 230. V. 783.
Tetragonolobus I. 648. II. 854.
Tetrapathaea °V. 772.
Tetrapathea II. 218.
Tetraphyle II. 253.
Tetraphyllacium H. 767.
Tetraplasium V. 807.
Tetrapleura °V. 581. I. 861.
Tetrapoma I. 154.
Tetrapora °V. 734. II. 921.
Tetrapterygium I. 180. V. 43.
Tetrapterys V. 243. 301. 336.
Tetrapterys °V. 300.
Tetratenium II. 415.
Tetratheca I. 249. II. 770. V. 68.
Tetrazygis *II. 144.
Texiera I. 146.
Thalictrum I. 10. II. 737.
Thamnea I. 545.
Thapsia V. 897 901.
Thapsia *II. 417.
Thapsieae II. 417. V. 496.
Thapsium II. 403.
Thea I. 375.
Thecocarpus °V. 913.
Thelycrania V. 932.
Thelypodium I. 172.
Thelyra *II. 7.
Theobroma I. 339.
Theodora I. 844.
Thermia V. 422.
Thermopsis V. 422.
Thermopsis I. 562. II. 831.
Thespesia I. 312. II. 791.
Thespis *II. 594.
Thibaudia I. 399.
Thiodia I. 204.
Thisantha II. 256. 935. V. 792.
Thladiantha II. 205. V. 763.
Thlaspi I. 155. II. 758. V. 37.
Thlaspideae I. 155. V. 37.
Thlaspidium I. 157.
Thomasia I. 336. II. 795. V. 107.
Thompsonia II. 218. (*V. 771.)
Thouinia I. 420. V. 365.
Thryallis V. 196.
Thryallis °V. 198.
Thyana I. 420.
Thylacanthus °V. 566.
Thylachium *I. 196. V. 53.
Thymopsis °V. 142. II. 810.
Thysanocarpus I. 183.
Thysanus I. 652.
Thysselinum II. 410.
Tiarella II. 370.
Tiarella II. 372.
Tibouchina *II. 132.
Ticorea I. 500.
Tidemannia *II. 414.
Tilia I. 357. II. 799.
TILIACEAE I. 352. II. 798. V. 115.
Tillaea II. 251. V. 86.
Tillaea II. 251. V. 791.
Timutua I. 238.
Tinguarra °V. 867.
Tittmannia I. 545.
Tobinia I. 521.
Tococa II. 141. V. 711.
Todaroa °V. 865.
Toddalia I. 522.
Tolmiea II. 370.
Toluifera I. 560.
Tolypanthus II. 445.
Tomentosae I. 875.
Tommasinia °V. 881.
Tontelea I. 400.
Tordyliopsis *II. 417.
Tordylium II. 417. V. 895.
Toricellia *II. 430.
Torilis II. 421. V. 903.
Toulicia *I. 413. V. 360.
Tounatea I. 841.
Touroulia II. 434.
Tovaria I. 202. V. 55.
Tovomita I. 392. II. 810.
Trachydium II. 404. V. 869.
Trachylobium I. 846.
Trachymene II. 385. V. 840.
Trachyphytum II. 224.
Trachytelia *I. 68.
Tragacanthacei I. 705. II. 871.
Tragacanthae I. 705. II. 871. V. 518.
Tragium II. 395. V. 854. 855.
Tragoselinum V. 854.
Tralliana *I. 539.
Trapa II. 100.
Trapeae II. 100.
Trattinickia I. 558.

Trautvetteria I. 59.
Tremandra I. 249. V. 70.
TREMANDREAE I. 249. II. 770. V. 68.
Tremandropsis V. 69.
Trembleya II. 127. V. 699.
Trepocarpus II. 417.
Trevesia °V. 926.
Triadenia I. 391.
Triangulares I. 888. V. 589.
Trianthema II. 232.
Triaspis °V. 295.
Tribuleae I. 493.
Tribulus I. 493. II. 822. V. 385.
Tricentrum *II. 127.
Triceras *I. 560.
Trichanthera I. 498.
Trichasma V. 510.
Trichasma I. 630. II. 842.
Trichaurus II. 115.
Trichilia I. 432. II. 817. V. 375.
Trichilieae I. 428.
Trichoa I. 95.
Trichocladus II. 434. 940.
Trichosanthes II. 202.
Trichosiphon V. 103.
Trichospermum I. 202.
Tricuspidaria *I. 366.
Tricuspidarieae I. 365.
Tridesmis I. 391.
Tridia I. 286.
Trifolieae I. 635. II. 847. V. 572.
Trifolium I. 639. II. 850. V. 512.
Trigonella I. 636. II. 847.
Trigonia I. 248. II. 769.
Trigoniaceae I. 248.
Trigonocapsa II. 123.
Trigonosciadium °V. 895.
Trigonotheca V. 146.
Trigynea I. 91.
Trilepisium *II. 7.
Trilix *I. 363. V. 120.
Trimundia I. 245.
Trinia II. 392.
Trionum I. 306.
Triopteris V. 219. 274. 296. 298. 303. 312. 314. 322. 330. 333. 335. 346.
Triopteris °V. 299.
Triopterys cf. *Triopteris*.
Tripetaleia °V. 139.
Triphasia I. 379. II. 804.
Triphelia V. 727.
Triphelia II. 153.
Triphaca V. 98.
Triplandron °V. 145.
Triplectrum II. 143. V. 712.
Triptolemaea I. 800.
Trischidium °V. 565.
Tristania II. 160. 927. *V. 744.
Tristellateia °V. 290.
Tristemma II. 132.
Tristerix II. 444.
Tritomopterys V. 344.
Triumfetta I. 355. II. 799. V. 118.
Trochetia *I. 350. V. 114.
Trochiscanthes II. 404.
Trochodendron I. 72. II. 747.
Trochostigma °V. 131.
Trollius I. 47. II. 740.
TROPAEOLEAE I. 465. II. 820. V. 381.
Tropaeolum I. 465. II. 820. V. 381.
Trophospermum I. 171.
Tropidocarpus I. 167.
Truncaria *II. 120.
Tryptomene °V. 732. II. 157.
Tschudya II. 138.
Tsjeru-caniram V. 137.
Tuberaria V. 58.
Tulasna °V. 682.
Tunica I. 266.
Tupeja II. 439. V. 937.
Turbith II. 404.
Turgenia V. 902.
Turgenia II. 421. V. 901.
Turgeniopsis °V. 902.
Turnera II. 228. V. 782.
TURNERACEAE II. 228. V. 782.
Turpinia I. 529. II. 826. V. 401.
Turraea I. 426. V. 373.
Turritella I. 132.
Turritis I. 129.
Tylotaea I. 852.
Tylonia I. 476.

U

Uebelinia I. 282.
Ulex I. 626.
Ullucus II. 239.
Ulmaria II. 50. V. 657.
Uloptera °V. 875.
[*Uloptera* cf. V. 877. no. 12.]
UMBELLIFERAE II. 381. 937. V. 838.
Umbiliceae II. 256. V. 792.
Umbilicus II. 258. V. 792.
Ungeria I. 334.
Ungnadia I. 423. V. 371.
Unguis cati V. 609.
Uninerviae I. 893. V. 589.
Unona I. 77. V. 128.
Urananthera °V. 697.
Uraria I. 735. V. 523.
Urena I. 297. V. 89.

Urvillea I. 411. V. 359.
Uterveria I. 201.
Uvaria V. 15.
Uvaria I. 76. II. 889. V. 14.

V

Vaccaria I. 272.
Vahlia II. 362.
Valenzuelia I. 415.
Vallea *I. 365.
Vancouveria I. 101.
Vantana *I. 363.
Vareca *II. 222.
Vascoa I. 578.
Vasconella II. 205.
Vatairea *I. 805. 855.
Vateria V. 126.
Vatica V. 127.
Vauquelinia *II. 52.
Vavaea °V. 376. II. 801.
Velaea II. 423.
Velago I. 350. V. 114.
Velezia I. 266.
Vella I. 188.
Velleae I. 188. V. 50.
Ventenatia *I. 366.
Vepris I. 523.
Verrucularia °V. 181.
Verticillares V. 517.
Verticillaria *I. 392.
Verticordia °V. 730. II. 154.
Vesicaria I. 140.
Vesicariana I. 140.
Vesicarii I. 701. V. 518.
Vexillaria I. 753.
Vialia °V. 113.
Viborgia V. 454.
Viborgia I. 607. V. 454.
Viborgioides V. 453.
Vicatia *II. 425.
Vicia I. 713. II. 885.
Vicieae I. 712. II. 883.
Victoria I. 106.
Vigna I. 778. V. 537.
Villaresia I. 541.
Vilmorinia *I. 762.
Viminaria I. 571. V. 429.
Vincentia V. 119.
Viola I. 213. II. 766. V. 59.
VIOLARIEAE I. 213. II. 766. V. 59.
Violeae I. 213.
Virgilia I. 807.
Viscaria *I. 281. V. 82.
Viscum II. 437. V. 936.
Visenia I. 351. V. 115.
Vismia I. 391. V. 144.
Visnea I. 368.
Viticella I. 3.
Viteae I. 437.
Vitis V. 377.
Vitis I. 441. II. 817.
Viviania I. 461.
Vivianiaceae I. 461. V. 379.
Voandzeja *I. 782.
Vochysia II. 69.
VOCHYSIACEAE II. 68. 915. V. 663.
Vochysieae V. 663.
Voglera V. 471. 472.
Vouapa I. 845. V. 571.
Vouacapoua I. 803.
Vulgares (Acaciae) I. 913. V. 591.

W

Waldsteinia II. 46.
Walkera *I. 528.
Wallichia I. 351.
Wallrothia II. 403.
Watpersia V. 541.
Walsura I. 428.
Waltheria I. 340. II. 796.
Wannschia V. 353.
Warea I. 173.
Webbia I. 386.
Weinmannia V. 829. 833. 834.
Weinmannia II. 373. V. 829.
Wenderothia I. 768. V. 535.
Wendtia II. 416. V. 890.
Wendtia I. 460. V. 380.
Wickstroemia V. 132.
Wilbrandia °V. 764.
Wimmeria I. 536.
Winterlia *I. 262.
Wissadula I. 327.
Wisteria I. 769. V. 536.
Wisterieae I. 769. V. 536.
Wodur V. 412.
Wormia I. 63.
Wormskioldia II. 230. V. 782.
Wydleria II. 391.
Wylia V. 904.

X

Xanthizoon V. 825.
Xanthoceras I. 422.
Xantochymus I. 395.
Xanthogalum V. 885.
Xanthophyllum I. 248.
Xanthosia II. 385.
Xanthosia V. 841.

Xatardia II. 403.
Xerocalyx I. 831.
Xerocarpicae V. 726.
Xerocarpus I. 606. V. 786.
Xeropetalum I. 349.
Ximenia I. 377. II. 803. V. 137.
Xiphocarpus V. 515.
Xiphocarpus I. 678. V. 516.
Xyladenius I. 204.
Xylia V. 615. 616.
Xylia °V. 587. I. 884.
Xylobium I. 813.
Xylocarpus I. 435.
Xylopia I. 75.
Xylopieae I. 74. V. 14.
Xylopleurum II. 85.
Xylotheca °V. 56.

Z

Zahlbrucknera II. 362.
Zanonia II. 194.
ZANTHOXYLEAE I. 519. II. 825. V. 395.
Zanthoxylum I. 519. II. 825. V. 396.
Zauschneria II. 93.
Zehneria II. 196.
Zenkeria I. 855. V. 571.
Zerdana I. 173.
Zichya I. 557. II. 900. V. 530.
Zieria I. 502.
Zilla I. 188. II. 763.
Zilleae I. 188.
Zizia *II. 391.
Zollernia I. 841. V. 562.
Zopoa V. 843.
Zornia I. 726. II. 888. V. 520.
Zozimia V. 892.
Zozimia *II. 416. V. 891.
Zucca *II. 205.
Zuccagnia I. 809.
Zuëlania I. 204.
Zygia °V. 598. I. 928.
Zygopeltis *II. 759.
ZYGOPHYLLEAE I. 493. II. 822. V. 385.
Zygophylleae I. 493.
Zygophyllum I. 494. II. 823. V. 386.
Zymum V. 291.

FINIS TOMI QUINTI.

BEROLINI, TYPIS HÆNELIANIS.

New York Botanical Garden Library
QK97 .W3 c.2 v.t 5 gen
Walpers, Wilhelm Ge/Repertorium botanice
3 5185 00093 7480